FLAVII JOSEPHI

OPERUM

TOMUS II.

[a] ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ
[b] ΒΙΟΣ.

FLAVII JOSEPHI
VITA.

Ἐμοὶ δὲ γένος ἐστὶν οὐκ ἄσημον, ἀλλ᾽ ἐξ ἱερέων ἄνωθεν καταβεβηκός. ὥσπερ δὴ παρ᾽ ἑκάστοις ἄλλη τίς ἐστιν εὐγενείας ὑπόθεσις, οὕτως παρ᾽ ἡμῖν ἡ τῆς ἱερωσύνης μετουσία [c] τεκμήριόν ἐστι γένους λαμπρότητος. ἐμοὶ δ᾽ οὐ μόνον ἐξ ἱερέων ἐστὶ τὸ γένος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς πρώτης [d] ἐφημερίδος τῶν εἰκοσιτεσσάρων, [[e] πολλὴ δὲ κἀν τούτῳ διαφορὰ] [f] καὶ τῶν ἐν ταύτῃ φυλῶν ἐκ τῆς ἀρίστης. ὑπάρχω δὲ καὶ τοῦ βασιλικοῦ γένους ἀπὸ τῆς μητρός. οἱ γὰρ Ἀσαμωναίου παῖδες, ὧν ἔκγονος ἐκείνη, τοῦ ἔθνους ἡμῶν ἐπὶ μήκιστον χρόνον ἠρχιεράτευσαν καὶ ἐβασίλευσαν. ἐρῶ δὲ τὴν διαδοχήν. ὁ πρόπαππος ἦν ἐμοὶ Σίμων ὁ Ψελλὸς ἐπικαλούμενος. οὗτος ἐγένετο καθ᾽ ὃν καιρὸν ἠρχιεράτευσε Σίμωνος ἀρχιερέως ὁ παῖς, ὃς πρῶτος ἀρχιερέων [g] Ὑρκανὸς ὠνομάσθη. γίνονται δὲ τῷ Ψελλῷ Σίμωνι παῖδες ἐννέα. τούτων [h] εἷς ἐστι Ματθίας ὁ [i] Ἡφλίου λεγόμενος. οὗτος ἠγάγετο πρὸς γάμον θυγατέρα Ἰωνάθου ἀρχιερέως, [k] τοῦ πρώτου ἐκ τῶν Ἀσαμωναίου παίδων γένους ἀρχιερατεύσαντος, τοῦ ἀδελφοῦ Σίμωνος τοῦ ἀρχιερέως. καὶ γίνεται παῖς αὐτῷ Ματθίας ὁ Κυρτὸς ἐπικληθεὶς, ἄρχοντος Ὑρκανοῦ τὸν πρῶτον ἐνιαυτόν. [l] τούτου γίνεται Ἰώσηπος ἐννάτῳ ἔτει τῆς Ἀλεξάνδρας ἀρχῆς, καὶ Ἰωσήπου Ματθίας βασιλεύοντος Ἀρχελάου τὸ δέκατον, Ματθία δὲ ἐγὼ τῷ πρώτῳ τῆς Γαΐου Καίσαρος ἡγεμονίας. ἐμοὶ δὲ παῖδές εἰσι τρεῖς. Ὑρκανὸς μὲν ὁ πρεσβύτατος ἔτει τετάρτῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ Καίσαρος ἡγεμονίας, ἑβδόμῳ δὲ Ἰοῦστος, ἐννάτῳ δὲ Ἀγρίππας. τὴν μὲν οὖν τοῦ γένους ἡμῶν διαδοχὴν, ὡς ἐν ταῖς δημοσίαις δέλτοις ἀναγεγραμμένην εὗρον, οὕτως παρατίθεμαι, τοῖς διαβάλλειν ἡμᾶς πειρωμένοις χαίρειν φράσας.

Mihi autem genus est non ignobile, sed ex sacerdotibus longa serie deductum. *Genus Josephi.* Quemadmodum scilicet apud unamquamque gentem diversa sunt nobilitatis argumenta, ita apud nos honoris sacerdotalis participatio splendidi generis indicium est. Ego autem non solum ex sacerdotum oriundus sum genere, verum etiam ex classe prima inter illas XXIV. (* & magna sane in hoc est excellentia) & nobilissima populorum ad eandem pertinentium familia. Quin & maternum mihi genus à regibus est. Nam Asamonæi liberi, è quibus illa prognata est, summum in gente nostra pontificatum regnumque diu obtinuerunt. Seriem autem successionis recensebo. Atavus meus erat Simon cognomine Psellus. Hic vixit eo tempore, quo Simonis pontificis filius, qui primus inter pontifices Hyrcanus appellatus est, pontificatum gessit. Simoni autem Psello filii erant novem: & in his unus Matthias, Ephliæ *filius* dictus. Hic in uxorem duxit Jonathæ pontificis filiam, qui quidem primus ex Asamonæorum genere Pontificatum in domum suam intulit; frater vero exstitit *Simonis* pariter Pontificis. Et ex ea filium Matthiam, Gibbosum nominatum, suscepit, primo anno quo *genti* imperavit Hyrcanus. Huic nascitur Josephus nono anno regni Alexandræ, Josepho vero Matthias anno Archelai regis decimo, Matthiæ autem ego primo anno principatus Caji Cæsaris. *Anno primo Caji natus Josephus.* Mihi porro tres sunt liberi: Hyrcanus quidem maximus, anno quarto natus imperii Vespasiani Cæsaris, Justus vero septimo, nono autem Agrippa. Atque ita quidem generis nostri successionem, prout in tabulas publicas relatam inveni, in medium affero: illis *interim* valere jussis; qui nos calumniis aggrediuntur.

2. Mat-

a ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ] Scriptus hic liber Josephi de vita sua est post Historiam Belli Judaici, ut ipse ait paullo inferius in hoc libello § 6. ubi ait prolixius sese illa explicasse in libris de Bello Judaico. Tempus autem quo vitam hanc scripserit, desinit ab imperio Trajani, juxta *Scaligerum*, quod in ea Agrippæ Regis meminerit, qui mortuus est anno tertio Trajani; juxta Photii Excerpta ex Justo Tiberiade, Codice 32. quod refellit Dodwellus cum Pearson. de successione Pontif. & corruptum in Photio locum ait, ac pro ἔτει τρίτῳ Τραϊανοῦ legendum esse juxta Pearsonum τοῦ αὐτοῦ, nempe *tertio anno Vespasiani*, de quo egerat. Vivo vero adhuc Agrippa scriptam Historiam Belli Judaici patet inferius ex vita hac, aliquanto ante finem §. 65. ubi reprehendit Justum, quod non, ut ipse fecerat, vivis Vespasiano, Tito, ac Agrippa, libros suos ediderit. SPANH.

b ΒΙΟΣ.] Hunc librum *Epilogum Antiquitatum*, sive *libri vicesimi & ultimi*, facit *Eusebius* in *Eccl. Hist.* L. 3. C. 10. quare ab iis male divulsus est in *Editionibus Gr. Lat.* id quod bene notavit *Valesius* ad istum *Eusebii* locum, quem videsis *Annot.* p. 47. & 48. HUDS. & SPANH. & RELANDUS. Recte autem in MS. nostro *Lugd. Bat.* subjicitur *Antiquitatum* libris. HAV.

c Τεκμήριόν ἐστι.] Μέγα τεκμήριον *Vat.*

d Ἐφημερίδος τῶν εἰκοσιτεσσάρων.] Libro II. contra Apionem, in fine §. 7. *Licet enim sint tribus quatuor sacerdotum, & harum tribuum singulæ habeant hominum plusquam quinque millia, fit tamen*, &c. SPANH.

e Πολλὴ δὲ κἀν τούτῳ διαφορά] Illa, πολλὴ δὲ κἀν τούτῳ διαφορὰ, absunt è *Cod. Vat.*

f Καὶ τῶν, &c.] Hæc ita auctiora reddidimus ex Cod. MS. *Lugd. Bat.* neque enim modo ex classe prima inter XXIV. sibi genus esse dicit, sed & in eadem classe primam esse auctoritate, honore, atque splendore suam familiam; quare & priora uncinulis inclusimus, & versionem interpolavimus. HAV.

g Ὑρκανὸς ὠνομάσθη.] Mentionem hujus fieri vidimus in Libro Antiquit. 18. Cap. 5. §. 3. SPANH.

h Εἷς ἐστι Ματθίας.] Ἐστὶν εἷς in *Editis aliisque.*

i Ἡφλίου.] MS. *Lugd. Bat.* Ἡφιλίου. HAV.

k Τοῦ πρώτου.] Hæc omnia usque ad ἀρχιερέως singularis ille codex *Lugd. Bat.* nobis suppeditavit, neque dubitavimus recipere ut genuinam Josephi manum, atque hic etiam *Hudsonianam* augere versionem. HAV.

l Τούτου γίνεται.] Forsan τούτῳ, & mox Ἰωσήπῳ & Ματθίᾳ.

* *Vel*: & multum in hoc est excellentiæ. *Seldenus* (L. 1. *de Success.* C. 10.) & magnum sane ex ea re nascitur discrimen. *Gelenius*, quas inter non mediocre discrimen est. *Tilmannus*, quo in ordine haud mediocre discrimen.

Tom. II.

Matthia, patris Josephi, elogium.

2. Matthias autem pater meus non ſolum generis nobilitate illuſtris erat, ſed multo magis ex juſtitia gloriam adeptus eſt; omnium ſermone maxime celebratus Hieroſolymis, urbe apud nos *ſane* ampliſſima. Ego autem una cum fratre germano, nomine Matthia, *liberaliter* educatus, multum in literis proficiebam, ſic ut crederer aliis antecellere memoria & *rerum* intelligentia. Itaque cum puer adhuc eſſem, annum circiter decimum quartum agens, ex eo, quo flagrabam, literarum amore ab omnibus laudem reportavi; ad me concurrentibus quotidie pontificibus urbiſque primoribus, ut ex me certius aliquid ſcirent de *penitiori* legum ſenſu. Cum autem ad annos plus minus ſexdecim perveniſſem, decrevi ſectas noſtras experiri & tentare. Illæ vero tres ſunt. Phariſæorum prima; Sadducæorum altera; & tertia Eſſenorum, uti ſæpius diximus. Ita enim fore putabam ut optimam eligerem, ſi mihi omnes cognoſcere daretur. Vita igitur duriter acta multiſque laboribus exercita, tres ſectas perluſtravi: & ne iſtarum quidem experientia ſatis mihi ſactum ratus, cum audiſſem quendam, Banum nomine, in deſerto agere, amictum ſibi ex arboribus parantem, alimentiſque ſponte provenientibus veſcentem, crebriſque noctu & interdiu lavacris frigidis utentem * in *vita* ſanctimoniam, cœpi ejus inſtitutum imitari; exactiſque in ejus contubernio tribus annis, cum jam ea, quæ expetiveram, perfeciſſem, in urbem redii. Jamque annos undeviginti natus, vitam inſtituere exorſus ſum convenienter Phariſæorum ſectæ, quæ proxime accedit ad ſectam Stoicam Græcis dictam.

Joſephus inter æquales alioſque eruditus ferebatur.

Joſephus Judæorum ſectas experitur.

Banus Joſephi præceptor.

Joſephus, cum juvenis admodum, Phariſæis addictus.

JoſephusRomam proficiſcitur.

3. Poſt annum vero *ætatis* ſextum ac vigeſimum, Romam ut aſcenderem mihi contigit, ex cauſa jam nunc dicenda. Quo tempore Felix in Judæa procurator erat, ſacerdotes quoſdam, mihi perfamiliares, viros honeſtos & bonos, ob culpam leviculam & *fere* contemnendam, Romam miſit, cauſam ſuam apud Cæſarem dicturos. Quibus ego volens invenire viam ad ſalutem, maxime vero cum audirem, quod, licet in malis, non obliti eſſent ſuæ in Deum pietatis, & ficis ac nucibus vitam ſuſtentarent, Romam *tandem* perveni, multis in mari aditis periculis, noſtra enim navi in medio ſinus Adriatici ſubmerſa, cum eſſemus numero circiter ſexcenti, totam per noctem natavimus. Et tandem ſub diluculum conſpecta ex Dei providentia navi Cyrenaïca, ego & alii nonnulli, ad octoginta univerſi, feliciore uſi natatu, in eam recepti ſumus. Cumque ita evaſiſſem in *urbem* Dicæarchiam (quam Puteolos vocant Itali) veniebam in amicitiam Aliturī (erat autem is mimorum actor, in magna apud Neronem gratia, genere Judæus) perque eum ubi Poppææ uxori Cæſaris innotui, id quam ocyſſime ago, ut meis apud ipſam precibus ſolverentur ſacerdotes. Cumque præter hoc beneficium magnis muneribus cohoneſtatus eſſem à Poppæa, in patriam revertebar.

Naufragium facit.

Alituri ope Poppææ cognitus ſacerdotibus captivis abſolutionem impetrat.

Joſephus à ſeditione movenda dehortatur Judæos.

4. Atque jam eo tempore deprehendi novarum rerum ſtudia gliſcere, multoſque poſt defectionem à Romanis valde elatos. Itaque conabar ſeditioſos in officio continere, utque ad ſaniorem mentem redirent ſuadebam, ob oculos poſitis cum qui-

β'. Ὁ πατὴρ δέ μου Ματθίας οὐ διὰ μόνην τὴν εὐγένειαν ἐπίσημος ἦν, ἀλλὰ πλέον διὰ τὴν δικαιοσύνην ἐπῃνεῖτο, γνωριμώτατος ὢν ἐν τῇ μεγίστῃ πόλει τῶν παρ' ἡμῖν [m] τοῖς Ἱεροσολύμοις. ἐγὼ δὲ συμπαιδευόμενος ἀδελφῷ Ματθίᾳ τοὔνομα, ἐγεγόνει γάρ μοι γνήσιος ἐξ ἀμφοῖν τῶν γονέων, εἰς μεγάλην παιδείας προὔκοπτον ἐπίδοσιν, μνήμῃ τε καὶ συνέσει δοκῶν διαφέρειν. ἔτι δ' ἄρα παῖς ὤν, περὶ τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος, διὰ τὸ φιλογράμματον ὑπὸ πάντων ἐπῃνούμην, συνιόντων ἀεὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν τῆς πόλεως πρώτων, ὑπὲρ τοῦ παρ' ἐμοῦ περὶ τῶν νομίμων ἀκριβέστερόν τι γνῶναι. περὶ ἑκκαίδεκα δὲ ἔτη γενόμενος ἐβουλήθην τῶν παρ' ἡμῖν αἱρέσεων ἐμπειρίαν λαβεῖν. τρεῖς δ' εἰσὶν αὗται. [n] Φαρισαίων μὲν ἡ πρώτη. καὶ Σαδδουκαίων ἡ δευτέρα. τρίτη δὲ ἡ Ἐσσηνῶν, [o] καθὼς πολλάκις εἴπαμεν, οὕτως γὰρ ᾤόμην αἱρήσεσθαι τὴν ἀρίστην, εἰ πάσας καταμάθοιμι. σκληραγωγήσας γοῦν ἐμαυτόν, καὶ πολλὰ πονηθεὶς, τὰς τρεῖς διῆλθον. καὶ μηδὲ τὴν ἐντεῦθεν ἐμπειρίαν ἱκανὴν ἐμαυτῷ νομίσας εἶναι, πυθόμενός τινα [p] Βανοῦν ὄνομα κατὰ τὴν ἐρημίαν διατρίβειν, ἐσθῆτι μὲν ἀπὸ δένδρων χρώμενον, τροφὴν δὲ τὴν αὐτομάτως φυομένην προσφερόμενον, ψυχρῷ δὲ ὕδατι τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα πολλάκις λουόμενον πρὸς ἁγνείαν, ζηλωτὴς ἐγενόμην αὐτοῦ. καὶ διατρίψας παρ' αὐτῷ ἐνιαυτοὺς τρεῖς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τελειώσας, εἰς τὴν πόλιν ὑπέστρεφον. [q] ἐννεακαίδεκα δ' ἔτη ἔχων, ἠρξάμην τε πολιτεύεσθαι τῇ Φαρισαίων αἱρέσει κατακολουθῶν, ἣ παραπλήσιός ἐστι τῇ παρ' Ἕλλησι Στωϊκῇ λεγομένῃ.

γ'. Μετ' εἰκοστὸν δὲ [r] καὶ ἕκτον ἐνιαυτὸν [s] εἰς Ῥώμην μοι συνέπεσεν ἀναβῆναι, διὰ τὴν λεχθησομένην αἰτίαν. καθ' ὃν χρόνον Φῆλιξ τῆς Ἰουδαίας ἐπετρόπευεν, ἱερεῖς τινας συνήθεις ἐμοὶ, [t] καλοὺς κἀγαθοὺς, διὰ μικρὰν καὶ τὴν τυχοῦσαν αἰτίαν δήσας εἰς τὴν Ῥώμην ἔπεμψεν, λόγον ὑφέξοντας τῷ Καίσαρι. οἷς ἐγὼ πόρον εὑρέσθαι βουλόμενος σωτηρίας, μάλιστα δὲ πυθόμενος, ὅτι καίπερ ἐν κακοῖς ὄντες οὐκ ἐξελάθοντο τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας, διατρέφοιντο δὲ [u] σύκοις καὶ καρύοις, ἀφικόμην εἰς Ῥώμην [v] πολλάκις κινδυνεύσας κατὰ θάλασσαν. βαπτισθέντος γὰρ ἡμῶν τοῦ πλοίου κατὰ μέσον τὸν Ἀδρίαν, περὶ ἑξακοσίους τὸν ἀριθμὸν ὄντες, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἐνηξάμεθα. καὶ περὶ ἀρχομένην ἡμέραν ἐπιφανέντος ἡμῖν κατὰ Θεοῦ πρόνοιαν Κυρηναϊκοῦ πλοίου, φθάσαντες τοὺς ἄλλους ἐγώ τε καί τινες ἕτεροι, [x] ὀγδοήκοντα σύμπαντες, ἀνελήφθημεν εἰς τὸ πλοῖον. διασωθεὶς δ' εἰς τὴν Δικαιαρχίαν, ἣν [y] Ποτιόλους Ἰταλοὶ καλοῦσιν, διὰ φιλίας ἀφικόμην Ἀλιτύρῳ. μιμολόγος δ' ἦν οὗτος μάλιστα τῷ Νέρωνι καταθύμιος, Ἰουδαῖος τὸ γένος. καὶ δι' αὐτοῦ [z] Ποππηΐᾳ τῇ τοῦ Καίσαρος γυναικὶ [a] γνωσθεὶς, προνοῶ ὡς τάχιστα παρακαλέσας αὐτὴν [b] τοὺς ἱερεῖς λυθῆναι. μεγάλων δὲ δωρεῶν πρὸς τῇ εὐεργεσίᾳ ταύτῃ τυχὼν παρὰ τῆς Ποππηΐας, ὑπέστρεφον ἐπὶ τὴν οἰκείαν.

δ'. Καταλαμβάνω δ' ἤδη νεωτερισμῶν ἀρχὰς, καὶ πολλοὺς ἐπὶ τῇ Ῥωμαίων ἀποστάσει [c] μέγα φρονοῦντας. καταστέλλειν οὖν ἐπειρώμην τοὺς στασιώδεις καὶ μετανοεῖν ἔπειθον, ποιησάμενος πρὸ ὀφθαλμῶν πρὸς οὓς πολεμήσου-

m Τοῖς Ἱεροσολύμοις.] Ita lego cum Cl. *Lowthio*. prius erat τοῖς Ἱεροσολυμίταις.

n Φαρισαίων μὲν ἡ πρώτη.] De tribus his ſectis ſæpius Joſephus agit, ut Lib. Antiq. 13. Cap. 5. §. 9. & alibi. SPANH. vide Indices.

o Καθὼς] καθά. *Vat.*

p Βανοῦν ὄνομα] Ἀββᾶν ὀνομαζόμενον *Cedreno*, Vol. 1. P. 200.

q Ἐννεακαίδεκα] ἐννέα καὶ δέκατον ἔτος *Vat.*

r Καὶ ἕκτον] Legendum καὶ ἕνα, vel tollendum καὶ ἕκτον. *Caſaub.* in notis *MSS.* ad *Baronium*. A. C. 58. §. 158.

s Εἰς Ῥώμην] Profectionem illam Joſephi Romam verſus refert ad A. Neronis X. & æræ Chriſtianæ 73. *Pearſ.* ann. *Paulin.* p. 21. SPANH.

t Καλοὺς κἀγαθοὺς] Ita Attici dicebant, non contra. vide Phothii Bibliothecam, Latinè *Fortes ac boni*. REL.

u Σύκοις καὶ καρύοις] Ne videlicet cibis Gentium uterentur. REL.

v Πολλάκις κινδυνεύσας] Πολλὰ κινδ. *Voſſ.* Forſan πολλὰ καὶ κινδ.

x Ὀγδοήκοντα] Περὶ ὀγδ. *Voſſ.*

y Ποτιόλους] Meminit urbis ejus in Antiq. Lib. 17. Cap. 14. §. 1. & alibi. SPANH. vide Indices.

z Ποππηΐᾳ] Male in editis Πομπηΐᾳ ut & mox Πομπηΐας. Vide Nummos. SPANH.

a Γνωσθεὶς] Γνωρισθεὶς *Vat.*

b Τοὺς ἱερεῖς λυθῆναι.] Liberatorem illum ſacerdotum Judæorum ad annum Neronis XI. æræ Chriſtianæ 64. refert *Pearſ.* ann. *Paul.* SPANH.

c Μέγα φρονοῦντας] Μεγαλοφρονοῦντας *Vat.*

* Ad caſtitatem tuendam *Gelen.* ad puritatem caſtitatemque corporis tuendam. *T. Faber* in *Epiſt.* Lib. 1. p. 135.

d Δυ-

μήνυσιν, ὅτι Ῥωμαίων οὐ κατ᾽ ἐμπειρίαν μόνην πολεμικὴν, ἀλλὰ καὶ κατ᾽ εὐτυχίαν ἐλαττοῦνται. καὶ μὴ προπετῶς καὶ παντάπασιν ἀνοήτως πατρίσι καὶ γενεαῖς καὶ σφίσιν αὐτοῖς τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων κακῶν κίνδυνον ἐπάγειν. ταῦτα δ᾽ ἔλεγον, καὶ λιπαρῶς ἐνεκείμην ἀποτρέπων, [d] δυστυχέστατον ἡμῖν τοῦ πολέμου τὸ τέλος γενήσεσθαι προορώμενος. οὐ μὴν ἔπεισα. πολὺ γὰρ ἡ τῶν ἀπονοηθέντων ἐπεκράτησε μανία.

ε´. Δείσας γοῦν μὴ, ταῦτα συνεχῶς λέγων, διὰ μίσους [e] ἀφικοίμην καὶ ὑποψίας, ὡς τὰ τῶν πολεμίων φρονῶν, καὶ κινδυνεύσω ληφθεὶς ὑπ᾽ αὐτῶν ἀναιρεθῆναι, ἐχομένης ἤδη τῆς Ἀντωνίας, ὅπερ ἦν Φρούριον, εἰς τὸ ἐνδοτέρω ἱερὸν ὑπεχώρησα. μετὰ δὲ τὴν [f] ἀναίρεσιν Μαναήμου καὶ τῶν πρώτων τοῦ λῃστρικοῦ στίφους, ὑπεξελθὼν τοῦ ἱεροῦ πάλιν τοῖς ἀρχιερεῦσιν καὶ τοῖς πρώτοις τῶν Φαρισαίων συνδιέτριβον. Φόβος δ᾽ οὐκέτι μέτριος εἶχεν ἡμᾶς, ὁρῶντας τὸν μὲν δῆμον ἐν τοῖς ὅπλοις. αὐτοὶ δ᾽ ὄντες ἐν ἀπόρῳ τί [g] ποιήσωμεν, καὶ τοὺς νεωτεριστὰς παύειν οὐ δυνάμενοι, προδήλου δ᾽ ἡμῖν τοῦ κινδύνου παρεστῶτος, συγκαταινεύειν μὲν αὐτῶν ταῖς γνώμαις ἐλέγομεν, συνεβουλεύομεν δὲ μένειν ἐφ᾽ αὐτῶν, καὶ τοὺς πολεμίους ἀπελθόντας ἐᾶν, ἐλπίζοντες οὐκ εἰς μακρὰν Γέσσιον, μετὰ μεγάλης δυνάμεως ἀναβάντα, παύσειν τὸν νεωτερισμόν.

ς´. Ὁ δ᾽ ἐπελθὼν καὶ συμβαλὼν μάχῃ ἐνικήθη, πολλῶν τῶν μετ᾽ αὐτοῦ πεσόντων. καὶ γίνεται τὸ Γεσσίου πταῖσμα, συμφορὰ τοῦ παντὸς ἡμῶν ἔθνους. ἐπήρθησαν γὰρ ἐπὶ τούτῳ μᾶλλον οἱ τὸν πόλεμον ἀγαπήσαντες, καὶ νικήσαντες τοὺς Ῥωμαίους εἰς τέλος [h] ἠλπίσαμεν, προσγενομένης καὶ ἑτέρας τινὸς τοιαύτης αἰτίας. οἱ τὰς πέριξ τῆς Συρίας πόλεις κατοικοῦντες, τοὺς παρ᾽ ἑαυτοῖς Ἰουδαίους συλλαμβάνοντες σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀνῄρουν, οὐδὲ μίαν αὐτοῖς αἰτίαν ἐπικαλεῖν ἔχοντες. οὔτε γὰρ ἐπὶ Ῥωμαίων ἀποστάσει νεώτερόν τι πεφρονήκεσαν, οὔτε πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους ἐχθρὸν ἢ ἐπίβουλον. [i] Σκυθοπολῖται δὲ πάντων ἀσεβέστατα καὶ παρανομώτατα διεπράξαντο. ἐπελθόντων γὰρ αὐτοῖς Ἰουδαίων ἔξωθεν πολεμίων, τοὺς παρ᾽ αὐτοῖς Ἰουδαίους ἐβιάσαντο κατὰ τῶν ὁμοφύλων ὅπλα λαβεῖν, ὅπερ ἐστὶν ἡμῖν ἀθέμιτον. καὶ μετ᾽ ἐκείνων συμβαλόντες ἐκράτησαν τῶν ἐπελθόντων. ἐπειδὴ δ᾽ ἐνίκησαν, ἐκλαθόμενοι τῆς πρὸς τοὺς ἐνοίκους καὶ συμμάχους πίστεως, πάντας αὐτοὺς διεχρήσαντο, πολλὰς μυριάδας ὄντας. ὅμοια δ᾽ ἔπαθον καὶ οἱ τὴν Δαμασκὸν Ἰουδαῖοι κατοικοῦντες. ἀλλὰ περὶ μὲν [k] τούτων ἀκριβέστερον ἐν ταῖς περὶ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου [l] βίβλοις δεδηλώκαμεν. νῦν δ᾽ αὐτῶν ἐπεμνήσθην, βουλόμενος παραστῆσαι τοῖς ἀναγινώσκουσιν, ὅτι οὐ [m] προαίρεσις ἐγένετο τοῦ πολέμου πρὸς Ῥωμαίους Ἰουδαίοις, ἀλλὰ τὸ πλέον ἀνάγκη.

ζ´. Νικηθέντος οὖν, ὡς ἔφαμεν, τοῦ Γεσσίου, τῶν Ἱεροσολυμιτῶν οἱ πρῶτοι, θεασάμενοι τοὺς μὲν λῃστὰς ἅμα τοῖς νεωτερισταῖς εὐπορουμένους ὅπλων, δείσαντες δὲ αὐτοὶ μὴ ἄνοπλοι καθεστηκότες ὑποχείριοι γένωνται τοῖς ἐχθροῖς, ὃ καὶ μετὰ ταῦτα συνέβη, καὶ πυθόμενοι τὴν Γαλιλαίαν οὔπω πᾶσαν Ῥωμαίων ἀφεστάναι, μέρος δ᾽ αὐτῆς ἠρεμεῖν ἔτι, πέμπουσιν ἐμὲ καὶ δύο ἄλλους τῶν ἱερέων, καλοὺς κἀγαθοὺς ἄνδρας, [n] Ἰωάζαρον καὶ Ἰούδαν, πείσοντας τοὺς πονηροὺς καταθέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ διδάξοντας ὡς ἔστιν ἄμεινον τοῖς κρατίστοις τοῦ ἔθνους αὐτὰ τηρεῖσθαι. ἔγνωστο δὲ τούτοις ἀεὶ μὲν ἔχειν τὰ ὅπλα πρὸς τὸ μέλλον ἕτοιμα, περιμένειν δὲ τί πράξουσιν Ῥωμαῖοι μαθεῖν.

bus dimicaturi erant, quod Romanis non solum rei militaris peritiâ inferiores essent, sed & felicitate & prospero rerum successu; insuper *monebam* ne temere & imprudenter admodum patriam & genus suum & seipsos in mala maxima & extremum discrimen adducerent. Ista sane dicebam, atque urgebam vehementer & instabam ut à bello eos dehortarer, ut qui animo præviderem exitum illius nobis fore infelicissimum. At ne sic quidem persuasi: in tantum valebat amentia ex desperatione orta.

5. Veritus igitur ne, ista frequenter inculcando, in odium incurrerem & suspicionem, quasi eadem sentirem cum hostibus, atque ita demum à popularibus comprehensus de vita periclitarer, occupata jam Antonia, quæ castellum erat, in interiora templi memet subduxi. At post cædem Manahemi & principum cohortis latronum, templo clanculum egressus, iterum cum pontificibus versabar & Pharisæorum primoribus. Jam autem timor non mediocris nos occuparat, cum videremus populum quidem arma corripuisse. ipsi vero, cum quid agendum nobis foret prorsus ambigeremus, nec penes nos esset seditiosos compescere, atque ante oculos versaretur periculum; simulabamus quidem nos probare illorum sententiam, suadebamus tamen ut se continerent, & hostem abire sinerent, quòd speraremus Gessium brevi cum validis copiis ascensurum *ad nos*, & tumultum motumque sedaturum.

Josephus veretur ne se suspectum proditionis haberent.

6. At ille, cum advenisset & seditiosis prælio congressus esset, victus est, multis è suis occisis: atque hæc Gessii clades in universam gentem nostram calamitatem invexit. Nam ex hac re animis elati erant qui bellum appetebant, & in *magna* eramus spe, fore ut deinceps Romanos vinceremus: quin & altera quædam *belli* causa accedebat, quæ hujusmodi erat. Nam Syriæ urbium nobis finitimarum incolæ Judæos *intra eadem mœnia* secum degentes, comprehensos unà cum uxoribus & liberis, trucidabant, etiam cum nihil haberent de quo ipsos accusarent. Neque enim rebus novis studuerant ut à Romanis deficerent, neque adversum Syros illos hostile quidpiam aut insidiosum moliti fuerant. At Scythopolitæ omnium maxime impia & iniquissima perpetrarunt. Cum enim bello peterentur à Judæis exteris, Judæos qui apud ipsos erant vi adegerunt ad arma contra tribules suos capessenda, id quod nostris vetitum est legibus: & illorum ope, postquam manus conseruissent, eos qui ipsos adorti sunt profligarunt. post victoriam autem, obliti fidei inquilinis & sociis debitæ, eos omnes, ad multas hominum myriadas, occiderunt. Nec dissimilia perpessi sunt qui Damascum habitabant Judæi. Sed hac de re accurate magis narravimus in libris de Bello Judaïco: nunc autem eorum *obiter* memini, eo animo, ut lectoribus ostendam, Judæos non de industria bellum movisse contra Romanos, sed necessitate potius *compulsos*.

Gessius victus.

Belli causa.

Judæi ad arma compulsi.

7. Itaque profligato, uti *jam* diximus, Gessio, Hierosolymitarum primores, ubi viderant latrones seditiosos armis abundare, veritique ne ipsi, armis destituti, inimicis obnoxii fierent, id quod & postea accidit, auditoque quòd Galilæa nondum omnis à Romanis defecisset, sed pars ejus etiam tum quiete ageret, eò miserunt me & alios duos sacerdotes, viros bonos & honestos, Jozarum & Judam, ut *homines* istos facinorosos suaderemus arma deponere, & doceremus satius esse ea asservari viris in gente nostra optimis & fortissimis. quippe decretum erat, ut illi quidem semper arma in futurum parata haberent, manendum vero, ut sciatur quidnam acturi sint Romani.

Josephus ab Hierosolymitis delectus, qui Galilæam in pace contineret.

8. Ego

d Δυστυχέστατον ἡμῖν.] Δυσχερέστατον *Vat.*
e Ἀφικοίμην] Ita *Voss.* ἀφικόμην in *cæteris.*
f Ἀναίρεσιν Μαναήμου.] Cædem factiosi hujus hominis exponit Josephus Lib. 2. *de Bello Jud.* Cap. 17. §. 9. SPANH.
g Ποιήσωμεν.] Ποιήσομεν *Voss.*
h Ἠλπίσαμεν.] Ἤλπισαν *Voss.* & *Vat.*
i Σκυθοπολῖται δὲ.] Vide Lib. 2. *de Bello Jud.* Cap. 19. §. 3. 4. SPANH.
k Τούτων ἀκριβέστερον.] Ita *Voss.* & *Vat.* τούτου in *cæteris.*
l Βίβλοις δεδηλώκαμεν.] Βίβλοις non agnoscit *Vat.*
m Προαίρεσις ἐγένετο] Προαιρέσει *Vat.* quod sane postularet ὁ πόλεμος, & mox ἀνάγκῃ.
n Ἰωάζαρον.] Ἰαζῶρον *Vat.*

Josephus Sepphoritarum liberator.

8. Ego igitur, cum ista mandata accepissem, in Galilæam perveniebam; & Sepphoritas quidem reperiebam in magna solicitudine de patria, quod rapinæ eam addixissent Galilæi, tam quod perstiterint in amicitia cum Romanis inita, quam quod & Cestio Gallo *tum* Syriæ præsidi dextram fidemque dederint. Verum ego hos quidem omnes metu liberavi, cum illorum in gratiam *mitiora* persuasissem multitudini, permisissemque ut quoties vellent in Dora (Dora enim urbs est Phœniciæ) mitterent ad suos, quos obsides Gessio dederant. Tiberiadis autem incolas comperiebam prius aliquanto ad arma provolasse, ob hujusmodi causam.

Tres in urbe Tiberiade factiones.

9. Tres in ea civitate factiones erant. Una quidem constabat viris *gravibus & honestis*, duce Julio Capello. Hic sane & qui eum sequebantur omnes, Herodes Miari, Herodes item Gamali, & Compsus Compsi *filius*; Crispus enim hujus frater, olim ab Agrippa magno rege ei urbi præfectus, tum in suis possessionibus trans Jordanem agebat: hi inquam omnes jam memorati eo tempore *illis* persuadere conabantur, ut in sua erga Romanos regemque fidelitate manerent. In hac autem sententia non acquiescebat Pistus, qui aderat ex suasione Justi filii. nam erat suapte natura quodammodo † honestus. Altera vero factio, ex iis qui maxime erant ignobiles conflata, bellandum esse decernebat. Justus Pisti filius, tertiæ partis primus, se quidem de bello dubio esse animo simulabat: rerum autem novarum cupidus erat, fore ratus ut ex rerum mutatione potentia *aliqua* potiretur. itaque in medium progressus, multitudinem docere pro virili adnitebatur, „ quod urbs *eorum* semper ad Galilæam pertinuerit, „ * primatum vero acceperit tempore Herodis, tetrarchæ, ejusque conditoris, qui ipse voluit Sepphoritarum urbem isti Tiberiensium subditam „ esse. Hanc autem præeminentiam ne quidem sub „ rege Agrippa, *junioris* patre, eos amisisse, ipsam „ vero etiam usque ad Felicem Judææ præsidem „ illis mansisse. Nunc autem, dicebat, eos felicitate „ ista excidisse, quippe quod Nero illos dono dederit juniori Agrippæ. Mox enim Sepphorim „ quidem, ex quo Romanis se subjecit, primam „ Galilææ urbem exstitisse, apud ipsos vero desiisse mensam regiam & archiva. “ His & aliis insuper multis in regem Agrippam jactatis, ut populum ad defectionem irritaret, adjiciebat, „ jam „ tempus esse, ut armis correptis & Galilæis in „ societatem assumptis (ipsos enim illis non invitis imperaturos esse, propter odium quo Sepphoritas prosequantur, quod in Romanorum „ amicitia perseverarent) ad ultionem ab eis expetendam magno cum exercitu se convertant. His ille dictis multitudinem *ad bellum* hortatus est. erat quippe idoneus qui populum dicendo regeret, eosque qui ex adverso meliora suaderent verborum præstigiis & fallaciis vinceret. neque

Justus Pisti filius populum ad defectionem irritat.

ή. Λαβὼν οὖν ἐγὼ τὰς ὑποθήκας ταύτας, ἀφικόμην [o] εἰς τὴν Γαλιλαίαν. καὶ [p] Σεπφωρίτας μὲν οὐκ ἐν ὀλίγῳ περὶ τῆς πατρίδος ἀγῶνι καθεστῶτας εὗρον, διαρπάσαι κεκρικότων αὐτὴν τῶν Γαλιλαίων, διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἐκείνων φιλίαν, καὶ ὅτι καὶ [q] Κεστίῳ Γάλλῳ τῷ τῆς Συρίας ἡγεμονεύοντι δεξιάν τε καὶ πίστιν [r] προτείνειεν. ἀλλὰ τούτους μὲν ἐγὼ πάντας ἀπήλλαξα τοῦ φόβου, πείσας ὑπὲρ αὐτῶν τὰ πλήθη, καὶ ἐπιτρέψας ὁσάκις θέλουσι διαπέμπεσθαι [s] πρὸς τοὺς ἐν Δώροις οἰκείους ὁμηρεύοντας [t] Γεσσίῳ. τὰ δὲ Δῶρα πόλις ἐστὶ τῆς Φοινίκης. τοὺς ἐν Τιβεριάδι δὲ κατοικοῦντας εὗρον ἐφ' ὅπλα κεχωρηκότας ἤδη, δι' αἰτίαν τοιαύτην.

θ. Στάσεις τρεῖς ἦσαν κατὰ τὴν πόλιν. μία μὲν ἀνδρῶν εὐσχημόνων, ἦρχε δ' αὐτῆς Ἰούλιος Καπέλλος. οὗτος δὴ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πάντες, Ἡρώδης ὁ Μιαροῦ, καὶ Ἡρώδης ὁ τοῦ Γαμάλου, καὶ Κομψὸς ὁ τοῦ Κόμψου. Κρίσπος γὰρ ἀδελφὸς αὐτοῦ, τοῦ [[u] Ἀγρίππα] [v] μεγάλου βασιλέως γενόμενός ποτε [x] ἔπαρχος, ἐν ταῖς ἰδίαις κτήσεσιν ἐτύγχανεν, πέραν τοῦ Ἰορδάνου. πάντες οὖν οἱ προειρημένοι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐμμένειν συνεβούλευον τῇ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους καὶ τὸν βασιλέα πίστει. [y] τῇ γνώμῃ δ' οὐ συνηρέσκετο [z] Πιστὸς, [a] παραγενόμενος ὑπὸ Ἰούστου τοῦ παιδός. καὶ γὰρ ἦν φύσει πως [b] ἐπιφανής. ἡ δευτέρα δὲ στάσις, ἐξ ἀσημοτάτων συνεστηκυῖα, πολεμεῖν ἔκρινεν. Ἰοῦστος ὁ Πίστου παῖς, ὁ τῆς τρίτης μερίδος πρῶτος, ὑπεκρίνετο μὲν ἐνδοιάζειν πρὸς τὸν πόλεμον. νεωτέρων δ' ἐπεθύμει πραγμάτων, ἐκ τῆς μεταβολῆς οἰόμενος δύναμιν ἑαυτῷ περιποιήσειν. παρελθὼν οὖν εἰς μέσους διδάσκειν ἐπειρᾶτο τὸ πλῆθος, „ ὡς ἡ πόλις [c] ἀεὶ τῆς Γαλιλαίας, [d] ἄρξειεν δὲ [e] „ ἐπί γε τῶν Ἡρώδου χρόνων, τοῦ τετράρχου, καὶ κτίστου γενομένου, βουληθέντος αὐτοῦ τὴν Σεπφωριτῶν „ πόλιν τῇ Τιβεριέων ὑπακούειν. ἀποβάλλειν δὲ τὸ πρωτεῖον [f] αὐτοὺς, μηδὲ ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἀγρίππα τοῦ πατρὸς, διαμεῖναι δὲ καὶ μέχρι Φήλικος „ [g] προϊσταμένου τῆς Ἰουδαίας. νῦν δὲ, [h] ἔλεγεν, αὐτοὺς ἠτυχηκέναι, τῷ νεωτέρῳ δωρεὰν Ἀγρίππᾳ δοθέντας ὑπὸ Νέρωνος. ἄρξαι γὰρ εὐθὺς τὴν μὲν [i] Σέπφωριν, ἐπειδὴ Ῥωμαίοις ὑπήκουσε, τῆς Γαλιλαίας, „ καταλυθῆναι δὲ [k] παρ' αὐτοῖς τήν τε βασιλικὴν „ τράπεζαν καὶ τὰ [l] ἀρχαῖα. “ ταῦτα καὶ πρὸς τούτοις ἕτερα πολλὰ κατὰ βασιλέως Ἀγρίππα λέγων, [m] ὑπὲρ τοῦ τὸν δῆμον εἰς τὴν [n] ἀποστασίαν ἐρεθίσαι, προσετίθει, „ νῦν εἶναι καιρὸν ἀραμένους ὅπλα, καὶ Γαλιλαίους συμμάχους προλαβόντας. ἄρξειν γὰρ αὐτῶν „ ἑκόντων διὰ τὸ [o] πρὸς τοὺς Σεπφωρίτας μῖσος „ ὑπάρχειν αὐτοῖς, ὅτι τὴν πρὸς Ῥωμαίους πίστιν διαφυλάσσουσιν. μεγάλῃ χειρὶ πρὸς τὴν ὑπὲρ αὐτῶν τιμωρίαν [p] τρέπεσθαι. “ Ταῦτα λέγων, προετρέψατο τὸ πλῆθος· ἦν γὰρ ἱκανὸς δημαγωγεῖν, καὶ τῶν ἀντιλεγόντων τὰ βελτίω περιεῖναι γοητείᾳ καὶ ἀπάτῃ τῇ διὰ

o Εἰς τὴν Γαλιλαίαν.] Josephum utrique Galilææ præfectum fuisse patet quoque ex Lib. 2. de Bello Jud. Cap. 20. §. 4. SPANH.

p Σεπφωρίτας μὲν.] Ita *Voss.* & *Vat.* nec aliter juxta nummos. Σεμφορίτας in *Editis Aliisque.*

q Κεστίῳ Γάλλῳ.] Ita rescripsi (ita & *Spanhemius*) ex Lib. 2. de *Bello Judaico.* Σενίῳ in *Editis Aliisque.* Σεννίῳ *Vat.* Γεσσίῳ *Voss.* HUDS. In Margine MS. *Lugd. Bat.* adscriptum Γεσσίῳ. mavult autem *Relandus* legere Κεστίῳ Γάλλῳ τότε. HAV.

r Προτείνειεν.] MS. *Lugd. Bat.* προτεῖναι. HAV.

s Πρὸς τοὺς.] MS. idem διὰ τοὺς. HAV.

t Γεσσίῳ.] Κεστίῳ *Vat.*

u Ἀγρίππα.] Vocem Ἀγρίππα, uncis inclusam, additam esse volui.

v Μεγάλου βασιλέως.] Confer Nummos in extremo hujus Voluminis. HAV.

x Ἔπαρχος.] ἔξαρχος *Vat.*

y Τῇ γνώμῃ.] Τῇ deest *Vat.*

z Πιστὸς.] Πρίσμος & mox Πρίσμου *Voss.* HUDS. Forte Πρίσκος. COCC.

a Παραγενόμενος ἀπὸ Ἰούστου.] Fuit cum legendum esse conjicerem, παρηγμένος.

b Ἐπιφανής.] Επιμανὴς pro ἐπιφανὴς in *Cod. Voss.*

c Ἀεὶ τῆς Γαλιλαίας.] Ἀεὶ deest *Vat.*

d Ἄρξειεν δέ.] Confer Antiq. Lib. 18. Cap. 2. §. 3. SPANH.

e Ἐπί γε τῶν Ἡρώδου χρόνων.] Ἐπί τε *Vat.*

f Αὐτοὺς.] Αὐτοῖς *Voss.*

g Προϊσταμένου.] Προεσταμένου *Voss.*

h Ἔλεγεν.] Ita lego, ἔλεγον in *libris.*

i Σεπφώριν.] Ita *Vat.* Σέπφωριν *Voss.* Σεμφώριν in *Editis Aliisque.* HUDS. lege Σέπφωριν & passim hîc Σεπφωρίτας & Σεπφωριτῶν. SPANH. confer Indices.

k Παρ' αὐτοῖς.] Sic *Voss.* & *Vat.* αὐτῶν in *reliquis.*

l Ἀρχαῖα.] Rectius Forsan ἀρχεῖα. Vide *Suidam* in voce ἀρχεῖα. HUDS. & COCC.

m Ὑπὲρ τοῦ τὸν δῆμον.] Ita *Voss. Vat.* & *Gall.* ὑπὲρ τοῦτον δῆμον εἰς τὴν ἀποστασίαν ἐρεθίσας in *Editis Aliisque.*

n Ἀποστασίαν ἐρεθίσαι.] Ἀπόστασιν *Vat.*

o Πρὸς τοὺς Σεπφωρίτας.] Sic *Gall.* πρὸ τοὺς in *cæteris.*

p Τρέπεσθαι.] Τραπέσθαι *Voss. Gall.* & *Vat.*

† Vide *Labbæi Glossarium*, voce ἐπιφανής.

* *Sc.* Metropolis facta fuerit.

q Καὶ

διὰ λόγων. καὶ γὰρ οὐδ' ἄπειρος ἦν παιδείας τῆς παρ' Ἕλλησιν, ᾗ θαῤῥῶν ἐπεχείρησεν [q] καὶ τὴν ἱστορίαν τῶν πραγμάτων τούτων ἀναγράφειν, ὡς τῷ λόγῳ τούτῳ περιεσόμενος τῆς ἀληθείας. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου τοῦ ἀνδρὸς, ὡς φαῦλος τὸν βίον ἐγένετο, καὶ ὡς σὺν τῷ ἀδελφῷ μικροῦ δεῖν καταστροφῆς αἴτιος ὑπῆρξεν, προϊόντος τοῦ λόγου δηλώσομεν. τότε δὲ πείσας Ἰοῦστος τοὺς πολίτας ἀναλαβεῖν τὰ ὅπλα, πολλοὺς δὲ καὶ μὴ θελήσαντας ἀναγκάσας, ἐξελθὼν σὺν πᾶσι τούτοις ἐμπίπρησι τάς τε [r] Γαδαρηνῶν καὶ [s] Ἱππηνῶν κώμας. αἳ δὴ μεθόριοι τῆς Τιβεριάδος καὶ τῆς τῶν Σκυθοπολιτῶν γῆς ἐτύγχανον κείμεναι.

ι'. Καὶ Τιβεριὰς μὲν ἐν τούτοις ἦν. τὰ περὶ Γίσχαλα δὲ εἶχεν τὸν τρόπον τοῦτον. [t] Ἰωάννης ὁ τοῦ [u] Λευί, τῶν πολιτῶν τινας ὁρῶν διὰ τὴν ἀποστασίαν τὴν ἀπὸ Ῥωμαίων [v] μέγα φρονοῦντας, κατέχειν αὐτοὺς ἐπειρᾶτο, καὶ τὴν πίστιν ἠξίου διαφυλάττειν. οὐ μὴν ἠδυνήθη, καίτοι πάνυ προθυμούμενος. τὰ γὰρ πέριξ ἔθνη [x] Γαδαρηνοὶ καὶ [y] Γαβαρηνοὶ, Σωγαναῖοι καὶ Τύριοι, πολλὴν ἀθροίσαντες δύναμιν, καὶ τοῖς Γισχάλοις [z] ἐπιπεσόντες, λαμβάνουσι τὰ Γίσχαλα κατὰ κράτος. καὶ πυρπολήσαντες, εἶτα δὲ καὶ [a] προσκατασκάψαντες, εἰς τὴν οἰκείαν ἀνέζευξαν. Ἰωάννης δὲ, ἐπὶ τούτῳ παροξυνθεὶς, ὁπλίζει πάντας τοὺς μετ' αὐτοῦ. καὶ συμβαλὼν τοῖς προειρημένοις ἔθνεσιν, τά τε Γίσχαλα κρείττονα πάλιν ἀνακτίσας, τείχεσιν ὑπὲρ ἀσφαλείας [b] τῆς εἰς ὕστερον ὀχύρωσεν.

ια'. Γάμαλα δὲ πίστει τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐνέμεινε, δι' αἰτίαν τοιαύτην. Φίλιππος ὁ Ἰακίμου παῖς, ἔπαρχος δὲ τοῦ βασιλέως Ἀγρίππα, σωθεὶς παρὰ δόξαν ἐκ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις βασιλικῆς αὐλῆς πολιορκουμένης, καὶ διαφυγὼν, εἰς ἕτερον ἐνέπεσε κίνδυνον, ὥστε ὑπὸ Μαναήμου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ λῃστῶν ἀναιρεθῆναι. διεκώλυσαν δὲ Βαβυλώνιοί τινες, συγγενεῖς αὐτοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ὄντες, πρᾶξαι τοὺς λῃστὰς τὸ ἔργον. ἐπιμείνας οὖν ἡμέρας τέσσαρας ὁ Φίλιππος ἐκεῖ, τῇ πέμπτῃ φεύγει [c] περιθετῇ χρησάμενος κόμῃ, τοῦ μὴ κατάδηλος γενέσθαι. καὶ παραγενόμενος εἴς τινα τῶν ἑαυτοῦ κωμῶν κατὰ τοὺς ὅρους Γάμαλα τοῦ φρουρίου κειμένην, πέμπει πρός τινας τῶν ὑπ' [d] αὐτοῦ προστάσσων [e] ὡς αὐτὸν ἀφικέσθαι. [f] τὸν Φίλιππον δὲ ταῦτα ἐννοούμενον ἐμποδίζει τὸ θεῖον ἐπὶ συμφέροντι. μὴ γὰρ τούτου γενομένου, πάντως ἂν ἀπολώλει. πυρετοῦ δὴ κατασχόντος [g] αὐτὸν ἐξαίφνης, γράψας ἐπιστολὰς [h] τοῖς παισὶν Ἀγρίππα καὶ Βερενίκῃ δίδωσι τῶν ἐξελευθέρων τινὶ κομίζειν πρὸς Οὔαρον. ἦν δ' οὗτος κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ὁ τὴν βασιλείαν διοικῶν, καταστησάντων αὐτὸν τῶν βασιλέων. αὐτοὶ γὰρ εἰς Βηρυτὸν ἀφικνοῦντο, ὑπαντῆσαι βουλόμενοι [i] Γεσσίῳ. λαβὼν οὖν ὁ Οὔαρος τὰ παρὰ Φιλίππου γράμματα, καὶ πυθόμενος αὐτὸν διασεσῶσθαι, βαρέως ἤνεγκεν, [k] ἀχρεῖος τὸ λοιπὸν αὐτὸς νομίζων φανεῖσθαι τοῖς βασιλεῦσιν ἀφικομένου τοῦ Φιλίππου. προαγαγὼν οὖν εἰς τὸ πλῆθος τὸν τὰς ἐπιστολὰς κομίζοντα, καὶ [l] πλαστογραφίαν ἐπικαλέσας, ψεύδεσθαί τε φήσας αὐτὸν ἀπαγγείλαντα ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Φίλιππον μετὰ

enim Græcæ eruditionis expers erat & ignarus, qua fretus etiam ad historiam hisce de rebus scribendam aggressus est, ut ista narratione veritatis fidem superaret. Atqui de hoc quidem viro, quam improbæ fuerit vitæ ac flagitiosæ, utque una cum suo fratre patriæ fere subvertendæ auctor exstiterit, procedente sermone narrabimus. Tunc autem Justus, cum civibus persuasisset arma sumere, multosque etiam præter sui voluntatem eò vi adegisset, cum istis omnibus egressus Gadarenorum & Hippenorum vicos incendit: qui utique siti erant in confiniis Tiberiadis & agri Scythopolitani.

Justi elogium.

10. Atque in his quidem erat Tiberias: quæ vero ad Gischala spectabant, hoc modo se habebant. Joannes Levi filius, cum videret civium *suorum* * quosdam sese efferre, quod à Romanis descivissent, operam dabat ut illos cohiberet, orabatque ut fidem servarent. nequicquam tamen, omni licet studio in id incumberet. Nam vicini populi, Gadareni & Gabareni, Soganæi & Tyrii, ingenti coacto exercitu, Gischala adorti, vi urbem istam expugnant: eaque incensa, ac deinde suffossa & solo adæquata, domum se receperunt. Cæterum Joannes, hac re irritatus, omnes qui cum eo erant armis instruit; populisque prædictis prælio congressus, & Gischala in pulchriorem urbem resuscitavit, & in futuram securitatem mœnibus firmavit.

Joannes Levi filius à Romanis stat.

Gischala incensa & diruta.

Joannes Gischalorum instaurator.

11. Gamala autem in fide populi Romani manebat, ex hujusmodi causa. Philippus Jacimi filius, Agrippæ regis præfectus, præter opinionem ex regia Hierosolymitana, cum oppugnaretur, servatus, fugaque dilapsus, in aliud incidit periculum, *sc.* ne trucidaretur à Manahemo & latronibus qui cum eo erant. At, quo minus id fieret à latronibus, impedierunt Babylonii quidam ejus cognati, qui tum Hierosolymis erant. Philippus itaque cum quatuor dies illic mansisset, quinta *die*, apposititia coma usus ne internosci posset, fuga sibi quæsivit salutem. & cum pervenisset ad quendam suæ ditionis vicum, prope castellum Gamala situm, ad nonnullos sibi subditos mandata mittit, ut ad ipsum venirent. At dum ista Philippus animo volveret, Deus, ne fierent, in rem illius prohibuit: nam nisi hoc accidisset, funditus periisset. Febri quippe repentina correptus, literas ad Agrippæ liberos & Berenicen scriptas, liberto cuidam tradidit, Varo perferendas. Ille autem eo tempore regnum administrabat, curâ ejus à regibus ei demandatâ. nam illi ad Berytum profecti erant, eo animo ut Gessio *honoris causa* occurrerent. Varus igitur, acceptis à Philippo literis, auditoque illum salvum evasisse, tulit id graviter, ratus fore ut ipse regibus nulli usui esse videretur, quando *ad eos* venerit Philippus. Producto igitur in *mediam* turbam eo qui literas attulerat, objectoque ei in crimen quod literas finxisset, quodque, ut ajebat, mendacium dixisset, quippe qui nunciaret Philippum Hierosolymis contra Judæos bellum gerere, morte eum affecit. Cum

Gamala in Romanorum fide perstat.

Quo modo Philippus, Jacimi filius, è periculis evasit.

Varus Philippi libertos, literas ferentes, supplicio afficit.

q Καὶ τὴν ἱστορίαν τῶν πραγμάτων τούτων.] Confer quæ inferius §. 65. habentur. SPANH.

r Γαδαρηνῶν καὶ.] Jungit plures urbes has Josephus. SPANH. Vide Indicem.

s Ἱππηνῶν.] Conf. de Vita §. 31. SPANH.

t Ἰωάννης ὁ τοῦ] Hunc, ut improbum & seditiosum commemorat in libris de Bel. Jud. non uno in loco & de Vita §. 38. SPANH. Vide Indices.

u Λευί.] Ita cum *Cod. Voss.* Ληοὶ in *Editis Aliisque*.

v Μέγα φρονοῦντας.] Μεγαλοφρονοῦντας *Vat.*

x Γαδαρηνοὶ καὶ.] Conjungit alibi populos hos Josephus. SPANH. Vide Indices.

y Γαβαρηνοί.] Ita scribo cum Cl. *Gagniero*, viro rerum Judaicarum peritissimo, antea Γαβαραγαναῖοι in *Editis*. Βαραγαναῖοι *Voss.* Βαραγαναῖοι *Gall.* Si quis pro Γαβαραγαναῖοι malit, literis aliquot extritis, Γαβαρηνοὶ & Τύριοι, per me licet.

z Ἐπιπεσόντες.] Ἐπεισπεσόντες *Vat.*

a Προσκατασκάψαντες.] Diripit ita *Lugd. Bat.* πρὸς κατασκάψαντες.

b Τῆς εἰς ὕστερον ὀχύρωσεν.] Ita lego. εἰς ὕστερον *Voss.* τοῖς εἰς ὕστερον in *Editis Aliisque*. HUDS. in *Lugd. Bat.* legitur τῆς ὕστερον. HAV.

c Περιθετῇ.] Lege περιθέτῳ Cocc.

d αὐτοῦ.] Forte αὐτόν. Cocc.

e Ὡς αὐτὸν ἀφικέσθαι.] Εἰς αὐτὸν ἀφικνέσθαι τὸν Φίλιππον. ταῦτα δὲ αὐτὸν ἐννοούμενον *Vat.* & *Voss.*

f Τὸν Φίλιππον] Male in *Lugd. Bat.* legitur τὴν Φιλίππου ταῦτα δὲ αὐτόν. HAV.

g Αὐτὸν ἐξαίφνης.] Interpungi potest hoc modo, αὐτὸν, ἐξαίφνης γράψας.

h Τοῖς παισίν.] Ita in *Ed. Bas.* τοῖς παισὶν Ἀγρίππα *Gen.* Forsan τοῖς βασιλεῦσιν Ἀγρίππα καὶ Βερενίκῃ.

i Γεσσίῳ.] Κεστίῳ *Vat. Lugd. Bat.* Γεσσίῳ.

k Ἀχρεῖος.] Ita *Voss.* ἀχρεῖον in *reliquis*.

l Πλαστογραφίαν.] Πλαστογραφεῖν. *Vat.* Conf. §. 35. infr. SPANH.

* Quosdam ferocientes jugum Romanorum excutere velle, *Gel.*

m Ex-

Cum autem libertus non reverteretur, Philippus, causæ nescius, rursus alium cum literis amandat, renunciaturum ipsi, quidnam ei quem miserat accidisset, quod reditum non maturaret. Verum & hunc, ubi venerat, Varus oppressit per calumniam. Etenim animus ei, ut magnifice de se sentiret, sublatus erat à Cæsarensibus Syris, dicentibus fore ut Agrippa à Romanis occideretur, ob ea in quibus deliquerant Judæi, atque ut ipse regnum illius acciperet, quod à regibus oriundus esset. nam in confesso erat, Varum è stirpe regia esse, utpote nepotem Sohemi, ejus qui locorum circa Libanum tetrarchiam obtinuerat. Varus igitur, ista re elatus, literas apud se retinebat, modis omnibus adnitens ne in ea quæ scripta erant incideret rex; exitusque omnes observabat, ne quis clam dilapsus renunciaret regi quæ ibi fierent: adeoque, ut à Syris Cæsarensibus gratiam iniret, multos Judæorum interfecit. Quin & decrevit, armis sumptis unà cum Trachonitis Batanæam habitantibus in Judæos Babylonios (eam enim appellationem habuerunt) qui in Ecbatanis erant, impetum facere. Accitis igitur ad se Judæorum Cæsarensium duodecim probatissimis, jussit eos, Ecbatana profectos, nunciare tribulibus suis loci istius incolis, quod Varus, audito vos contra regem insurrecturos esse, nec tamen rumori fide habita, nos miserit, vobis ut persuadeamus arma deponere. id enim argumentum fore *certissimum*, quod merito illis non creditum fuerit, qui ista de vobis narrarent. Jubebat præterea mittendos esse viros septuaginta ex optimatibus, qui crimen objectum diluerent. Itaque cum isti duodecim ad tribules suos, qui Ecbatanis erant, venissent, comperissentque eos rebus novis minime studere, eos suaserunt, ut septuaginta viros mittendos curarent. Illi autem, nihil tale suspicati quale eventurum erat, *viros* ablegarunt. atque isti cum duodecim legatis Cæsaream descenderunt. Varus igitur, illis obviam factus cum regio milite, omnes unà cum istis legatis interfici jubet; ac *deinde* expeditionem faciebat adversus eos, qui Ecbatanis erant, Judæos. E septuaginta autem quidam, *fuga* servatus, *facinus* illis renunciare occupavit: moxque illi arreptis armis receperunt se cum uxoribus & liberis in Gamala castellum, relictis vicis magnis opibus refertis & multas pecorum myriadas habentibus. Hæc Philippus simul atque audivit, & ipse in Gamala castellum se conferebat. Quamprimum vero advenit, inclamabat multitudo, ipsum obsecrantes, ut ducem se eis præberet, & contra Varum & Syros Cæsarenses bellum moveret. acceperat enim regem ab istis occisum esse. At Philippus impetum eorum reprimebat: atque collata in ipsos à rege beneficia eis in memoriam revocans, narransque quanta esset Romanorum vis & potentia, haudquaquam è re ipsorum esse dicebat bellum contra eos suscipere. Tandemque id eis persuasit. Rex porro, cum audisset Varo in animo esse Judæos, qui Cæsareæ erant, cum uxoribus & liberis, ad multas *hominum* myriadas, una die neci addicere, Æquiculum Modium, ad se accersitum, misit ut ei succederet, quemadmodum alibi indicavimus. Philippus autem Gamala castellum & regionem finitimam continebat, ne à sua erga Romanos fide desciscerent.

Varus regni cupidus.

Sævit in Judæos.

Judæos LXIX. una cum legatis interficit.

Judæi & Philippus Gamala se conferunt.

Modius Æquiculus succedit Varo.

τῶν Ἰουδαίων Ρωμαίοις πολεμεῖν, ἀπέκτεινε. μὴ ὑποστρέψαντος δὲ τοῦ ἐξελευθέρου, Φίλιππος ἀπορῶν τὴν αἰτίαν δεύτερον ἐκπέμπει μετ' ἐπιστολῶν, πάλιν τὸν ἀπαγγελοῦντα πρὸς αὐτὸν τί τὸ συμβεβηκὸς εἴη τῷ ἀποσταλέντι, δι' ὃ βραδύνειεν. καὶ τοῦτον δὲ παραγενόμενον ὁ Οὔαρος συκοφαντήσας ἀνεῖλεν. καὶ γὰρ ὑπὸ τῶν ἐν Καισαρείᾳ Σύρων ἐπῆρτο μέγα φρονεῖν, ἀναιρεθήσεσθαι μὲν λεγόντων ὑπὸ Ρωμαίων Ἀγρίππα διὰ τὰς ὑπὸ Ἰουδαίων ἁμαρτίας. λήψεσθαι δ' αὐτὸν τὴν ἀρχὴν, ἐκ βασιλέων ὄντα. καὶ γὰρ ἦν ὁμολογουμένως ὁ Οὔαρος βασιλικοῦ γένους, ἔγγονος Σοέμου τοῦ περὶ τὸν Λίβανον τετραρχοῦντος. διὰ τοῦτ' οὖν ὁ Οὔαρος τυφούμενος, τὰς μὲν ἐπιστολὰς παρ' ἑαυτῷ κατέσχε, μηχανώμενος μὴ ἐντυχεῖν τοῖς γράμμασι τὸν βασιλέα, τὰς ἐξόδους δὲ πάσας ἐφρούρει, μὴ διαδράς τις ἀπαγγείλειε τῷ βασιλεῖ τὰ πραττόμενα. καὶ δὴ χαριζόμενος τοῖς κατὰ τὴν Καισάρειαν Σύροις, πολλοὺς τῶν Ἰουδαίων ἀπέκτεινεν. ἐβουλήθη δὲ καὶ μετὰ τῶν ἐν Βαταναίᾳ Τραχωνιτῶν ἀναλαβὼν τὰ ὅπλα ἐπὶ τοὺς ἐν [m] Ἐκβατάνοις [n] Βαβυλωνίους Ἰουδαίους, ταύτην γὰρ τὴν προσηγορίαν ἔχουσιν, ὁρμῆσαι. καλέσας οὖν τῶν κατὰ τὴν Καισάρειαν Ἰουδαίων δώδεκα τοὺς δοκιμωτάτους, προσέταξεν αὐτοῖς ἀφικομένοις εἰς [o] Ἐκβάτανα, πρὸς τοὺς ἐκεῖ κατοικοῦντας αὐτῶν ὁμοφύλους εἰπεῖν. ὅτι Οὔαρος, ἀκούσας ὑμᾶς ἐπὶ βασιλέα μέλλειν ὁρμᾶν, καὶ μὴ πιστεύσας, πέπομφεν ἡμᾶς πείσοντας ὑμᾶς τὰ ὅπλα καταθέσθαι. τοῦτο γὰρ αὐτὸ τεκμήριον ἔσεσθαι καὶ τοῦ καλῶς μὴ πιστεῦσαι τοῖς περὶ ὑμῶν λέγουσιν. ἐκέλευε δὲ καὶ τοὺς πρώτους αὐτῶν ἄνδρας ἑβδομήκοντα πέμπειν, ἀπολογησομένους περὶ τῆς ἐπενηνεγμένης αἰτίας. ἐλθόντες οὖν οἱ δώδεκα πρὸς τοὺς ἐν Ἐκβατάνοις ὁμοφύλους, καὶ καταλαβόντες αὐτοὺς μηδὲν ἐπὶ νεωτερισμῷ φρονοῦντας, ἔπεισαν καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα πέμπειν. οἱ δὲ, μηδὲν [p] ὑποπτεύσαντες τοιοῦτον οἷον ἔμελλεν ἀποβήσεσθαι, ἐξαπέστειλαν. καταβαίνουσι δ' οὗτοι μετὰ τῶν δώδεκα πρέσβεων εἰς τὴν Καισάρειαν. ὑπαντήσας οὖν ὁ Οὔαρος μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως, σὺν τοῖς πρέσβεσιν πάντας ἀπέκτεινε, καὶ τὴν πορείαν ἐπὶ τοὺς ἐν Ἐκβατάνοις Ἰουδαίους ἐποιεῖτο. φθάσας δέ τις ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα σωθεὶς ἀπήγγειλεν αὐτοῖς, κἀκεῖνοι τὰ ὅπλα λαβόντες σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις εἰς Γάμαλα τὸ φρούριον ὑπεχώρησαν, καταλιπόντες τὰς κώμας πολλῶν ἀγαθῶν πλήρεις καὶ βοσκημάτων πολλὰς μυριάδας ἐχούσας. Φίλιππος δὲ πυθόμενος ταῦτα, καὶ αὐτὸς εἰς Γάμαλα τὸ φρούριον ἧκεν. παραγενομένου δὲ, κατεβόα τὸ πλῆθος ἄρχειν [q] αὐτὸν παρακαλοῦντες, καὶ πολεμεῖν πρὸς Οὔαρον καὶ τοὺς ἐν τῇ Καισαρείᾳ Σύρους. [r] διεδέχετο γὰρ ὑπὸ τούτων τὸν βασιλέα τεθνάναι. Φίλιππος δ' αὐτῶν κατεῖχε τὰς ὁρμὰς, ὑπομιμνήσκων τῶν τε τοῦ βασιλέως εἰς αὐτοὺς εὐεργεσιῶν, καὶ τὴν Ρωμαίων διηγούμενος ὅση τίς ἐστιν ἡ δύναμις, συμφέρειν οὐκ ἔλεγεν ἄρασθαι πρὸς τούτους πόλεμον. καὶ τέλος ἔπεισεν. ὁ δὲ βασιλεὺς, πυθόμενος ὅτι Οὔαρος μέλλει τοὺς ἐπὶ τῆς Καισαρείας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις πολλὰς οὔσας μυριάδας ἀναιρεῖν ἡμέρᾳ μιᾷ, μεταπέμπεται πρὸς αὐτὸν [s] Αἰκουίκλον Μόδιον, πέμψας [t] αὐτὸν διάδοχον, ὡς [v] ἐν ἄλλοις ἐδηλώσαμεν. ὁ δὴ Φίλιππος Γάμαλα τὸ φρούριον κατέσχεν, καὶ τὴν πέριξ χώραν πίστει τῇ πρὸς Ρωμαίους ἐμμενούσας.

ιβ'. Ἐπεὶ

m Ἐκβατάνοις.] Βατάνοις *Gall.* & hîc loci & infra. atque ita legendum esse conjiciebat Cl. *Lowthius*: quin & huic lectioni favent *Isidorus Characenus* & *Stephanus Byzantius* in voce Ἀγβάτανα. Βαθύροις præfert Cl. *Relandus* in *Palæstina S.* pag. 616. Verum cum *Herodotus* (L. 3. C. 62.) memoret Ἐκβάτανα, Syriæ urbem, & *Stephanus Byzantius* faciat Ἀγβάτανα Syriæ oppidulum, nolui quidquam in *textu* mutare.

n Βαβυλωνίους Ἰουδαίους.] Confer infra §. 35. SPANH.

o Ἐκβάτανα.] Pro Ἐκβάτανα passim interpres *Gelenius* legit Βαθυρὰ, de qua Antiq. Lib. 17. Cap. 2. §. 4. a *Zamari*, *Judæo e Babylonia* condita; quare & ipse ubique hic Βαθυρᾷ & Βαθύροις legi mallem. SPANH.

p Ὑποπτεύσαντες.] Ὑποπτεύοντες *Vat.*

q Αὐτόν.] MS. *Lugd. Bat.* Mavult αὐτῶν HAV.

r Διεδέχετο γὰρ.] Forsan legendum, διεδέδοτο.

s Αἰκουίκλον.] Ἐκουον Μενόδιον *Bas.* & *Gen.* Ἐκδυον Μόδιον *Vat.* Ἐκονομόδιον *Gall.* Ἀκουον Μόδιον Αἰκουον & Εὐκουον *Voss.* seu. *Lugd. Bat.* Verum Αἰκουίκλον rescripsi, quod *Æquiculus* sive *Æquicola* cognomen fuerit *Modiorum*.

t Αὐτὸν διάδοχον.] Τὸν pro αὐτὸν *Gall.*

v Ἐν ἄλλοις ἐδηλώσαμεν.] De hoc vero nihil in libris de Bel. Jud. invenitur. SPANH.

x Ἀπαγ-

ιβʹ. Ἐπεὶ δ᾽ εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀφικόμην ἐγὼ, καὶ ταῦτα παρὰ τῶν [x] ἀπαγγειλάντων ἔμαθον, γράφω τῷ συνεδρίῳ τῶν [y] Ἱεροσολυμιτῶν περὶ τούτων. καὶ, τί με πράττειν κελεύουσιν, ἐρωτῶ. οἱ δὲ προσμεῖναι παρεκάλεσαν, καὶ, τοὺς συμπρέσβεις εἰ θέλοιεν κατασχόντα, πρόνοιαν ποιήσασθαι τῆς Γαλιλαίας. οἱ δὲ συμπρέσβεις εὐπορήσαντες πολλῶν χρημάτων [z] ἐκ τῶν διδομένων αὐτοῖς δεκάτων, ἃς ὄντες ἱερεῖς ὀφειλομένας ἀπελάμβανον, εἰς τὴν οἰκείαν ὑποστρέφειν γῆν ἔκριναν. ἐμοῦ δ᾽ [a] αὐτοὺς προσμεῖναι παρακαλέσαντος, ἕως οὗ τὰ πράγματα καταστήσωμεν, πείθονται. ἄρας οὖν μετ᾽ αὐτῶν ἀπὸ τῆς Σεπφωριτῶν πόλεως εἰς κώμην τινὰ, Βηθμαοὺς λεγομένην, ἀπέχουσαν Τιβεριάδος στάδια τέσσαρα, παραγίνομαι. καὶ πέμψας ἐντεῦθεν τοὺς πρὸς τὴν Τιβεριέων βουλὴν, καὶ τοὺς πρώτους τοῦ δήμου παρεκάλουν ἀφικέσθαι πρός με. καὶ παραγενομένων. ἐληλύθει δὲ καὶ Ἰοῦστος σὺν αὐτοῖς. ἔλεγον ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πρεσβεύσων μετὰ τούτων πεπέμφθαι πρὸς αὐτοὺς, πείσων καθαιρεθῆναι τὸν οἶκον [b] ὑπὸ Ἡρώδου τοῦ τετράρχου κατασκευασθέντα, ζώων μορφὰς ἔχοντα, τῶν νόμων οὕτως τι κατασκευάζειν ἀπαγορευόντων, καὶ παρεκάλουν αὐτοὺς, ἐᾶν [c] ἡμῖν ἢ τάχος τοῦτο πράττειν. ἐπιπολὺ μὲν οὖν οἱ περὶ τὸν [d] Καπέλλον καὶ τοὺς πρώτους αὐτῶν ἐπιτρέπειν οὐκ ἤθελον. βιαζόμενοι δ᾽ ὑφ᾽ ἡμῶν συγκατατίθενται. φθάνει δ᾽ [e] Ἰησοῦς ὁ τοῦ [f] Σαπφία παῖς, ὃν τῆς τῶν ναυτῶν καὶ τῶν ἀπόρων στάσεως πρῶτον ἔφαμεν ἄρξαι, παραλαβὼν τινας Γαλιλαίους, καὶ τὴν πᾶσαν αὐλὴν ἐμπρήσας, πολλῶν οἰόμενος εὐπορήσειν ἐξ αὐτῆς χρημάτων, ἐπειδή τινας οἴκων ὀροφὰς κεχρυσωμένας εἶδεν. καὶ διήρπασαν πολλὰ παρὰ γνώμην τὴν ἡμετέραν πράξαντες. ἡμεῖς γὰρ μετὰ τὴν πρὸς Καπέλλον καὶ τοὺς πρώτους Τιβεριέων ὁμιλίαν εἰς τὴν ἄνω Γαλιλαίαν ἀπὸ Βηθμαῶν ἀνεχωρήσαμεν. ἀναιροῦσιν δ᾽ οἱ περὶ τὸν Ἰησοῦν πάντας τοὺς ἐνοικοῦντας Ἕλληνας, ὅσοι τε πρὸ τοῦ πολέμου [g] γεγόνασιν αὐτῶν ἐχθροί.

ιγʹ. Πυθόμενος δ᾽ ἐγὼ ταῦτα, παρωξύνθην σφόδρα. καὶ καταβὰς εἰς Τιβεριάδα πρόνοιαν εἰσενεγκάμην τῶν βασιλικῶν σκευῶν ὅσα δυνατὸν ἦν τοὺς ἁρπάσαντας ἀφελέσθαι. λυχνίαι δ᾽ ἦσαν Κορίνθιαι ταῦτα, καὶ τράπεζαι τῶν βασιλικῶν, καὶ ἀσήμου ἀργυρίου σταθμὸς ἱκανός. πάντα δ᾽ ὅσα παρέλαβον, φυλάσσειν τῷ βασιλεῖ ἔκρινα. μεταπεμψάμενος οὖν τοὺς τῆς βουλῆς πρώτους δέκα καὶ Καπέλλον τὸν Ἀντύλλου, τὰ σκεύη παρέδωκα, μηδενὶ παραγγείλας ἑτέρῳ [h] πλὴν ἐμοῦ δοῦναι. κἀκεῖθεν εἰς τὰ Γίσχαλα πρὸς τὸν Ἰωάννην μετὰ τῶν συμπρέσβεων ἀφικόμην, βουλόμενος γνῶναι τί ποτε φρονεῖ. κατεῖδον δ᾽ αὐτὸν ταχέως [i] νεωτέρων ὀρεγόμενον πραγμάτων, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐπιθυμίαν ἔχοντα. παρεκάλει γάρ με τὸν Καίσαρος σῖτον κείμενον ἐν ταῖς τῆς ἄνωθεν Γαλιλαίας κώμαις ἐξουσίαν αὐτῷ δοῦναι ἐκφορῆσαι. θέλειν γὰρ ἔφασκεν εἰς ἐπισκευὴν τῶν τῆς πατρίδος τειχῶν αὐτὸν ἀναλῶσαι. κατανοήσας δὲ ἐγὼ τὴν ἐπιχείρησιν αὐτοῦ, καὶ τί [k] διανοοῖτο πράσσειν, οὐκ ἔφην αὐτῷ συγχωρεῖν. ἢ γὰρ Ῥωμαίοις αὐτὸν [l] ἐνενοούμην φυλάττειν, ἢ ἐμοὶ αὐτῷ, διὰ τὸ καὶ τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐκεῖ πραγμάτων αὐτὸς παρὰ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πεπιστεῦσθαι. μὴ πείθων δὲ με περὶ τούτων, [m] καὶ ἐπὶ τοὺς συμπρέσβεις ἐτράπετο. καὶ γὰρ ἦσαν ἀπρονόητοι τῶν ἐσομένων, καὶ λαβεῖν ἑτοιμότατοι. φθείρει δὲ χρήμασιν αὐ-

12. At postquam ego in Galilæam venissem, & ista ab ipsis nunciis accepissem, scribo Hierosolymitarum Synedrio hisce de rebus; & quid me facere juberent, ab illis requiro. Illi vero me obsecrarunt, ut illic manerem, & retentis legationis sociis, si illis ita visum fuerit, Galilææ tutelæ providerem. Cæterum collegæ, cum grandem pecuniam habuissent ex decimis sibi datis, quas debitas, ut sacerdotes, accipiebant, in terram propriam reverti statuerunt. Cum autem ego eos rogassem, ut tantisper manerent, donec res compositæ essent, *facile* assenserunt. Unà igitur cum illis profectus à Sephoritarum urbe, in vicum quendam, cui nomen est Bethmai, quatuor stadiis à Tyberiade distantem, venio: missoque nuncio accersivi ad me senatum Tyberiadis & primores populi. Quibus, postquam affuerunt (nam & Justus unà cum illis venerat) dicebam me ab Hierosolymitarum populo ad eos missum esse cum collegis, legatione ut fungerer, utque iis persuaderem funditus tollendam esse domum ab Herode tetrarcha exstructam, quòd animantium figuris eam exornaverat, cùm ejusmodi quod effingere legibus nostris vetitum sit; eosque rogabam, ut nos quantocyus id facere permitterent. Multum quidem Capellus primoresque civium restiterunt, diuque id sinere noluerunt; tandem vero à nobis persuasione victi, in nostram concessere sententiam. Jesus autem Sapphiæ filius nos prævenit, quem primum pro nautarum & inopum factionis duce se gessisse diximus, qui assumptis quibusdam Galilæis palatium omne incendit, ratus se inde ingenti pecunia locupletatum iri, quia tecta quædam conclavium inaurata viderat: multaque *in eo* diripuerunt præter animi nostri sententiam. nos enim, post colloquium cum Capello & Tiberiensium primoribus habitum, in superiorem Galilæam à Bethmais secessimus. Jesu autem factio Græcos omnes eam urbem habitantes interimit, & quotquot inimicos ante id bellum habuerant.

Josephus jussu concilii Hierosolymitarum in Galilæa manet.

Palatium in urbe Tyberiade incensum.

13. Ego vero his auditis vehementer commotus sum: cumque Tiberiada descendissem, curam & diligentiam adhibui ut salva esset omnis regia supellex, quæ è diripientium manibus recuperari potuit. In his porro erant candelabra ex ære Corinthio, & mensæ regiæ, & satis magnum argenti non signati pondus. Quæcunque autem accipiebam, regi servare statui. Accitis igitur decem senatus primoribus & Capello Antylli filio, vasa eis tradidi, interminatus ne cuiquam præter me ea redderent. Atque inde Gischala cum collegis ad Joannem veniebam, scire desiderans quidnam animo agitaret: moxque deprehendi eum rerum novarum cupidum, & ad principatum arripiendum aspirantem. rogabat enim me ut sibi potestatem facerem exportandi frumentum Cæsaris, in superioris Galilææ vicis repositum: namque se velle dicebat id insumere in structuram patriæ mœnium. Atqui ego, cum intellexissem quid moliretur, & quid sibi in animo esset facere, negabam me ei hoc permittere. cogitabam enim id *frumenti* aut Romanis servare aut mihi ipsi, quod potestatem in res istius regionis à communi Hierosolymorum mihi commissam haberem. Istis igitur à me neutiquam impetratis, ad collegas se convertit. futurorum enim improvidi erant, & ad munera accipienda paratissimi. Proinde eos largitionibus cor-

rum-

Josephus de regis supellectile servanda solicitus.

Joannes rerum novarum studiosus.

x Ἀπαγγειλάντων ἔμαθον.] Ἐπαγγειλάντων *Voss.*
y Ἱεροσολυμιτῶν.] Τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις *Vat.*
z Ἐκ τῶν διδομένων.] Illa ἐκ τῶν desunt *Voss.*
a Αὐτοὺς προσμεῖναι.] Ita *MSS.* ut & *Lugd. Bat.* αὐτοῦ in *Editis.*
b Ὑπὸ Ἡρώδου τοῦ τετράρχου.] Τὸν ὑπὸ Ἡρ. *Vat.*
c Ἡμῖν ἢ τάχος.] Ἡμᾶς *Vat.* & *Voss.*
d Καπέλλον.] Is forsan qui supra (p. 4. c. 9.) Ἰούλιος Καπέλλος dicitur. Καπέλλαν in *Editis Aliisque.* Κάπελλον *Voss.*
e Ἰησοῦς ὁ τοῦ.] In Lib. 2. de Bel. Jud. Cap. 20. §. 4. Ἰησοῦν τὸν υἱὸν Σαπφᾶ. Spanh.
qui id egerant ut ex eâ exciderem. Ajebant etiam legati, quod incitatus ferebatur populus ad domos eorum comburendas. Quin & literas afferebant, quibus Hierosolymitarum primores, multis precibus eos obsecrante populo, mihi quidem confirmabant Galilææ principatum; Jonathæ vero ejusque collegis præcipiebant quantocyus domum redire. Literis igitur *istis* perlectis, in vicum Arbela concessi. quò loci congregatis Galilæis, jussi legatos enarrare quantum irascerentur Hierosolymitæ, & indignarentur iniquitatem eorum, quæ perpetrata erant à Jonatha suisque; & ut regionis ipsorum præfecturam suo decreto mihi ratam fecerint; quæque Jonathæ ejusque sociis scripserant de *illorum* discessu: ad quos literas è vestigio mittendas esse curabam, jusso tabellario curiose inquirere quidnam facturi essent.

In Arbela conventus.

61. Illi vero, cum epistolam accepissent & non mediocriter turbati essent, accersunt Joannem, & senatores Tiberiensium, primoresque Gabarorum; & hac de re ad concilium referunt, consultare jubentes quidnam eos facere oporteat. Tiberiensibus igitur *optimum* videbatur, ut rerum administrationem mordicus tenerent; nec debere *eos*, ajebant, urbem illorum deserere quæ semet ipsis commiserit, præsertim cum foret ut ipse illis *manus* non abstinerem. mendacium enim confingebant, quasi hoc illis interminatus fuissem. Et Joannes non solum ista comprobabat; sed & suadebat ut ex eis duo me accusatum irent coram populo *Hierosolymitano*, quod Galilææ res non satis commode administrem; idque eos facile *illis* persuasuros esse dicebat, cum ob *ipsorum* auctoritatem, tum quod vulgus *omne* varium sit & mutabile. Itaque cum sententiam optimam dixisse visus fuerit Joannes, placuit illis ut duo quidem ad Hierosolymitas abirent, Jonathas & Ananias; alios vero duos, apud Tiberiadem mansuros, relinqui. atque in sui custodiam milites centum cogebant.

Joannis aliorumque adversus Josephum consilium.

Legatos mittunt Hierosolyma.

62. Tiberienses autem mœnibus quidem suis firmandis providerunt, incolas vero arma jubent resumere: & à Joanne, qui tum Gischalis erat, non paucos milites acciverunt, *illis* auxilio futuros, si quando res suæ mecum eis egerent. Interim Jonathas suique Tiberiade digressi, simul atque veniebant ad vicum Dabaritta, in extremis Galilææ finibus situm, in Campo magno, circa mediam noctem in manus incidunt custodum meorum. illi vero, cum eos arma deponere jussissent, in vinculis eodem loco asservabant, prout eis præceperam. Mihi autem ista per literas significat Levi, cui *loci* custodiam commiseram. Itaque biduo post exacto, cumque nihil *ea de re* me rescivisse simulassem, misso ad Tiberienses nuncio, consulebam ut sinerent homines positis armis in suam quemque domum discedere. Illi vero (nam Jonathan cum suis Hierosolyma jam pervenisse opinabantur) maledica mihi responsa dederunt. Atqui ego, nihil *animo* consternatus, stratagemate contra eos uti cogitabam: nam nefas esse ducebam contra cives bellum accendere. Volens igitur eos à Tiberiensibus abstrahere, delectis

Tiberienses bellum parant Josepho.

Jonathas cum suis captus à Josephi militibus.

n Ἐμοὶ μὲν τῆς Γαλιλαίας] Eo modo *Voss.* ἐμοὶ τὴν τῆς Γαλ. *Voss.*

o Διηγήσασθαι] Διηγεῖσθαι *Voss.*

p [Τῶν Ἱεροσολυμιτῶν] Verba illa uncis inclusa, sine quibus imperfectus omnino est sensus, inserui conjectura fretus Cl. *Lowthii.*

q Μὲν οὖν ἀντέχεσθαι] Illud μὲν è *Cod. Voss.*

r Ἐγκαταλιπέσθαι] Ἐγκαταλείπεσθαι *Vat.*

s Προστεθειμένην,] Συντεθειμένην *Vat.*

t Εὐτρεπῶς] Male *Lugd. Bat.* εὐπρεπῶς. significat enim facile circumduci posse vulgus, & levi de causa priori sententia deturbari: Quod insolentiori vocabulo expressit Josephus; nisi præstet conjectura Clariss. *Ibbetsoni*, quam ita Addendis suis *Hudsonus* inseruit: lege εὐτρεπτῶς. longe aliud significat εὐπρεπῶς, quam quod vulgo convenit. HAV.

v Ὁπλίτας ἑκατόν.] Ita *Voss.* seu *Lugd. Bat.* qui superius tamen minus recte malebat ὁπλιτῶν, in hac vita §. 38. HAV. ὁπλιτῶν in Editis Aliisque.

x Δαβάριττα κώμην] Conf. dict. ad §. 26. SPANH. Eo modo rescripsi ex §. 26. princip. & ex ora *Cod. Voss.* qui in textu habebat Δαράτιτα. antea erat in libris Δαράβιττα.

y Καταστρατηγεῖν] Juliani Orat. 1. p. 65. οὐχὶ δὲ καταστρατηγεῖσθαι νομίσας. SPANH.

z Πολίτας] Ita MS. *Lugd. Bat.* prout & editum cerno ab *Hudsono*, non tamen addita lectionis discrepantia, *Gen.* enim Editio habet ὁπλίτας, quod licet speciem quandam præferat recti, quoniam Josephus hic sese stratagemate usum asserit, quasi scilicet armatos aperta vi aggredi consultum non putaret, tamen patet MS. lectionem longe debere præferri, quum utique contra armatos mox bellum gesserit, & non sit nefas contra armatos, sed cives bellum gerere; unde & recte πολίτας quoque expresserat *Bas.* & verterat *nefas ducens belli civilis initium facere*, jam ante *Gelenius.* HAV.

delectis militum fortissimorum decem millibus, eos trifariam divisi: & imperavi ut in vicis in insidiis collocati latitarent; mille autem in vicum alium deducebam, perinde quidem *ac alii* montanum, à Tiberiade vero quatuor stadiis dissitum, quibus edixi ut, simul ac signum acceperint, descenderent. At ipse vico egressus in aperto & propatulo loco castra locabam. quod cum viderent Tiberienses, continuo se ex oppido proripiebant, & multa in me convicia jactabant. Immo tanta eos amentia corripiebat, ut lectica *funebri* decenter instructa mei imaginem super ea proposuerint, eamque circumstantes me complorarint, cum lusu risuque. At ego, cum illorum dementiam aspicerem, ad hilaritatem me componebam.

Tiberienses in Josephum amarulenta dicteria jaciunt.

Simonem Josephus per insidias capit.

63. Cum autem vellem Simonem per insidias intercipere & cum eo Joazarum, misso ad eos nuncio obsecrabam ut paulum extra urbem procederent, assumptis secum amicis & aliquam multis qui eis præsidio essent. Velle enim me ajebam, cum ad eos descendissem, fœdus cum illis ferire & Galilææ præfecturam dividere. Et Simon quidem, per imprudentiam & lucri spe inescatus, non cunctatus est venire. Joazarus vero, insidias suspicatus, *domi* manebat. Simoni igitur, cum ascendisset una cum amicis qui ipsi præsidio essent, obviam factus benigne comiterque eum salutabam, fatebarque me gratiam illi habere quod ad nos ascenderit. Paulo vero post, cum eo deambulans, quasi ei seorsim remotisque arbitris vellem aliquid dicere; ubi longius eum abduxeram, medio in altum sublatum amicis qui mecum erant tradidi, in vicum *proximum* perducendum: militibusque descendere jussis, cum ipsis Tiberiada ibam oppugnatum. Cum autem utrinque acriter pugnatum esset, parumque aberat quin victoria cederet Tiberiensibus, milites enim mei jam terga dederant, ipse hoc conspecto, eos qui mecum erant adhortatus, victores prius Tibérienses in civitatem usque persequutus sum: aliis vero copiis lacum trajectis, mandavi ut domum, quam primum occupassent, incenderent. Hoc autem facto, Tiberienses, rati vi expugnatam esse ipsorum civitatem, præ metu arma abjiciunt, cumque uxoribus ac liberis supplices orabant ut ipsorum urbi parceretur. Ego autem, precibus flexus, impetum quidem militum cohibui, ipse vero (nam vesper appetebat) una cum militibus ab urbis obsidione reversus, corpori curando incumbebam. cumque Simonem ad convivium adhibuissem, eum super iis quæ acciderant consolabar: atque promittebam fore, ut, dato ei viatico, Hierosolyma deduceretur salvus & incolumis.

Tiberiada expugnat.

Tiberiensium quotquot defectionis auctores erant in vincula conjicit.

64. Insequenti vero die cum decem militum millibus Tiberiada veniebam: populique istius primoribus in circum accitis, jussi ut quinam essent defectionis auctores dicerent. Cumque homines indicassent, eos quidem vinctos in urbem Jotapata misi; Jonathan vero & Ananian sociosque vinculis solutos & commeatu instructos, una cum Simone & Joazaro, & militibus quingentis qui eos custodirent observarentque, Hierosolyma mittendos curavi. At Tiberienses, cum ad me iterum confluxissent, supplices obsecrabant, ut quæ facta essent illis ignoscerem, dicentes se emendaturos

δ' αὐτοὺς ἀποσπάσαι τῶν Τιβεριέων, μυρίους ὁπλίτας τοὺς ἀρίστους ἐπιλέξας, εἰς τρεῖς μοίρας διεῖλον, καὶ τούτους μὲν ἀφανῶς [a] ἐν κώμαις προσέταξα λοχῶντας περιμένειν. χιλίους δὲ εἰς ἑτέραν κώμην, ὀρεινὴν μὲν ὁμοίως, ἀπέχουσαν δὲ τῆς Τιβεριάδος τέσσαρας σταδίους, εἰσήγαγον, κελεύσας ἐκείνους ἐπειδὰν λάβωσι σημεῖον εὐθὺς καταβαίνειν. αὐτὸς δὲ τῆς κώμης προελθὼν, ἐν προύπτῳ καθεζόμην. οἱ δὲ Τιβεριεῖς ὁρῶντες ἐξέτρεχον συνεχῶς, καὶ πολλὰ κατεκερτόμουν. τοσαύτη γοῦν ἀφροσύνη κατεῖχεν αὐτοὺς, [b] ὥστε ποιήσαντες εὐπρεπῆ κλίνην προύθεσαν, καὶ περὶ αὐτὴν ἱστάμενοι ὠδύροντό με μετὰ παιδιᾶς καὶ γέλωτος. διετιθέμην δ' ἐγὼ τὴν ψυχὴν ἡδέως τὴν ἄνοιαν αὐτῶν ἐπιβλέπων.

ξγ'. Βουλόμενος δὲ δι' ἐνέδρας λαβεῖν τὸν Σίμωνα, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν Ἰωάζαρον, πέμψας πρὸς αὐτοὺς, παρεκάλουν ὀλίγον τῆς πόλεως ποῤῥωτέρω μετὰ φίλων πολλῶν τε τῶν φυλαξόντων αὐτοὺς ἐλθεῖν. βούλεσθαι γὰρ ἔφην καταβὰς, σπείσασθαι πρὸς αὐτοὺς καὶ διανείμασθαι τὴν προστασίαν τῆς Γαλιλαίας. Σίμων μὲν οὖν, [c] διά τε ἄνοιαν καὶ πρὸς ἐλπίδι κέρδους ἀπατηθεὶς, οὐκ ὤκνησεν ἐλθεῖν. ὁ δὲ Ἰωάζαρος ἐνέδραν ὑποπτεύσας, ἔμεινεν. ἀναβάντα δὴ τὸν Σίμωνα μετὰ φίλων τῶν παραφυλασσόντων αὐτὸν, ὑπαντιάσας ἠσπαζόμην φιλοφρόνως, καὶ χάριν ἔχειν ὡμολόγουν ἀναβάντι. μετ' οὐ πολὺ δὲ συμπεριπατῶν ὡς καταμόνας τι βουλόμενος εἰπεῖν, ἐπεὶ ποῤῥωτέρω τῶν φίλων ἀπήγαγον, μέσον ἀράμενος ἀγαγεῖν εἰς τὴν κώμην τοῖς μετ' ἐμοῦ φίλοις ἔδωκα. τοὺς ὁπλίτας δὲ καταβῆναι κελεύσας, προσέβαλλον μετ' αὐτῶν τῇ Τιβεριάδι. μάχης δὲ γενομένης ἀμφοτέρωθεν καρτερᾶς, καὶ ὅσον οὔπω τῶν Τιβεριέων νικώντων, ἐπεφεύγεισαν γὰρ οἱ [d] παρ' ἡμῖν ὁπλῖται, τὸ γινόμενον ἰδὼν, καὶ τοὺς [e] μετ' ἐμαυτοῦ παρακαλέσας, νικῶντας ἤδη τοὺς Τιβεριεῖς εἰς τὴν πόλιν συνεδίωξα. ἑτέραν δὲ δύναμιν εἰσπέμψας διὰ τῆς λίμνης, προσέταξα τὴν πρώτην λαβοῦσιν οἰκίαν, ἐμπρῆσαι. τούτου δὲ γενομένου νομίσαντες οἱ Τιβεριεῖς εἰλῆφθαι κατὰ κράτος αὐτῶν τὴν πόλιν, ὑπὸ φόβου ῥίπτουσι τὰ ὅπλα, μετὰ γυναικῶν δὲ καὶ τέκνων ἱκέτευον φείσασθαι τῆς πόλεως αὐτῶν. ἐγὼ δὲ, πρὸς [f] τὰς δεήσεις ἐπικλασθεὶς, τοὺς μὲν στρατιώτας τῆς ὁρμῆς ἐπέσχον, αὐτὸς δὲ, καὶ γὰρ ἑσπέρα κατέλαβεν, μετὰ τῶν ὁπλιτῶν [g] ἀπὸ τῆς πολιορκίας ὑποστρέψας, περὶ τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ἐγινόμην. καλέσας δὲ ἐπὶ τὴν ἑστίασιν τὸν Σίμωνα παρεμυθούμην περὶ τῶν γεγονότων. ὑπισχνούμην τε [h] δοὺς ἐφόδια αὐτῷ παραπέμψειν εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ πάσης ἀσφαλείας.

ξδ'. Κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, μυρίους ἐπαγόμενος ὁπλίτας, ἧκον εἰς Τιβεριάδα. καὶ μεταπεμψάμενος εἰς τὸ [i] στάδιον τοὺς πρώτους αὐτῶν τοῦ πλήθους, ἐκέλευσα φράζειν οἵτινες εἶεν αἴτιοι τῆς ἀποστάσεως. ἐνδειξαμένων δὲ τοὺς ἄνδρας, ἐκείνους μὲν δεδεμένους εἰς τὴν Ἰωταπάτην πόλιν ἐξέπεμψα. τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἰωνάθην καὶ Ἀνανίαν λύσας τῶν δεσμῶν, καὶ δοὺς ἐφόδια, μετὰ Σίμωνος καὶ Ἰωαζάρου καὶ ὁπλιτῶν πεντακοσίων, οἳ παραφυλάξουσιν αὐτοὺς, ἐξέπεμψα εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα. Τιβεριεῖς δὲ πάλιν προσελθόντες συγγινώσκειν αὐτοῖς παρεκάλουν περὶ τῶν πεπραγμένων, [k] ἐπα-

a Ἐν κώμαις] Sic *Voss.* ἐν Δώμαις in *Editis Aliisque.* ἐν Δώροις legit *Gelenius*, qui vertit, *horum partem subsidentem Doris collocavi.* Verum Δῶρα urbs maritima longe à Tiberiade. nec ullibi, quod sciam, alterius urbis ejusdem nominis in vicinia Tiberiadis meminit *Josephus.* Si quis malit Ἐνδώροις, in *vico Endor*, per me licet. Huds. Et hic & in Palæstina pag. 738. vicum agnoscit *Relandus* in Galilæa prope Tiberiada, in loco montano situm. Hav.

b Ὥστε ποιήσαντες] Paulo liberius hunc locum verti volebam: quod simile quid Tiberienses fecisse arbitrer, quale memorat *Herodianus*, l. 4. c. 2. κηροῦ πλασάμενοι εἰκόνα, πάντα ὁμοίαν τῷ τε τελευτηκότι, ἐπὶ μεγίστης ἐλεφαντίνης κλίνης, εἰς ὕψος ἀρθείσης, προτιθέασιν ἐν τῇ τῶν βασιλείων εἰσόδῳ.

c Διά τε ἄνοιαν] Διά τε νεότητα *Vat.*

d Παρ' ἡμῖν ὁπλῖται,] Ita *Vat.* παρ' ἡμῶν in *Editis Aliisque.*

e Μετ' ἐμαυτοῦ] Sic *Voss.* μετ' αὐτοῦ in *reliquis.*

f Τὰς δεήσεις] Articulum hunc præponit *Lugd. Bat.* Hav.

g Ἀπὸ τῆς πολιορκίας] Illud ἀπὸ è *Cod. Voss.*

h Δοὺς ἐφόδια] Δοὺς ἐφόδιον αὐτῷ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ *Vat.*

i Στάδιον] Eodem sensu occurrit στάδιον, Antiq. lib. 16. cap. 7. §. 1. necnon apud *Clementem Alex.* p. 879. v. 38. Edit. *Oxon.* id quod me monuit Cl. *Lowthius.*

k Ἐπα-

[k] ἐπανορθώσασθαι τὰς ἁμαρτίας τῇ μετὰ ταῦτα πρὸς ἐμὲ πίστει λέγοντες. τὰ δὲ ἐκ τῆς διαρπαγῆς [l] περισσεύσαντα σῶσαί με τοῖς ἀπολέσασιν ἐδέοντο. κἀγὼ τοῖς ἔχουσιν προσέταττον εἰς μέσον πάντα φέρειν. ἀπειθούντων δὲ μέχρι πολλοῦ, θεασάμενός τινα τῶν περὶ ἐμὲ στρατιωτῶν λαμπροτέραν τοῦ συνήθους περικείμενον στολὴν, ἐπυθόμην πόθεν ἔχοι. εἰπόντος δὲ ἐκ τῆς κατὰ πόλιν ἁρπαγῆς, ἐκεῖνον μὲν πληγαῖς ἐκόλασα, τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασιν ἠπείλησα μείζω τιμωρίαν ἐπιθήσειν, μὴ κομίσασιν εἰς ἐμφανὲς ὅσα ἡρπάκεισαν. πολλῶν δὲ συναχθέντων ἑκάστῳ τῶν Τιβεριέων τὸ ἐπιγνωσθὲν ἀποδέδωκα.

ξε'. Γεγονὼς δ' ἐνταῦθα τῆς διηγήσεως, βούλομαι πρὸς [m] Ἰοῦστον καὶ αὐτὸν τὴν περὶ τούτων πραγματείαν γεγραφότα, πρός τε τοὺς ἄλλους τοὺς ἱστορίαν μὲν γράφειν ὑπισχνουμένους, περὶ δὲ τὴν ἀλήθειαν ὀλιγώρους, καὶ [n] δι' ἔχθραν ἢ καὶ χάριν τὸ ψεῦδος οὐκ ἐντρεπομένους, μικρὰ διελθεῖν. πράττουσι μὲν γὰρ ὅμοιόν τι τοῖς περὶ συμβολαίων πλαστὰ γράμματα συντιθεῖσιν. τῷ δὲ μηδεμίαν ὁμοίως τιμωρίαν ἐκείνοις δεδιέναι, καταφρονοῦσι τῆς ἀληθείας. [o] Ἰοῦστος γοῦν συγγράφειν τὰς περὶ τούτων ἐπιχειρήσας πράξεις, καὶ τὸν πόλεμον, ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν φιλόπονος εἶναι, ἐμοῦ μὲν κατεψεύσατο, ἠλήθευσε δὲ οὐδὲ περὶ τῆς πατρίδος. ὅθεν, ἀπολογήσασθαι γὰρ νῦν ἀνάγκην ἔχω καταψευδομαρτυρούμενος, ἐρῶ τὰ μέχρι νῦν σεσιωπημένα. καὶ μὴ θαυμάσῃ τὶς ὅτι μὴ πάλαι περὶ τούτων ἐδήλωσα. τῷ γὰρ ἱστορίαν ἀναγράφοντι τὸ μὲν ἀληθεύειν ἀναγκαῖον. ἔξεστι δ' ὅμως μὴ πικρῶς τάς τινων [p] πονηρίας ἐλέγχειν, οὐ διὰ τὴν πρὸς ἐκείνους χάριν, ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτοῦ μετριότητα. „ πῶς οὖν, ἵνα φῶ πρὸς αὐτὸν ὡς παρόντα,
„ Ἰοῦστε, δεινότατε συγγραφέων, τοῦτο γὰρ αὐχεῖς πε-
„ ρὶ σεαυτοῦ, αἴτιοι γεγόναμεν ἐγώ τε καὶ Γαλιλαῖοι
„ τῇ πατρίδι σου τῆς πρὸς Ῥωμαίους καὶ πρὸς τὸν βα-
„ σιλέα στάσεως; πρότερον γὰρ ἢ ἐμὲ τῆς Γαλιλαίας
„ στρατηγὸν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν χειροτονηθῆ-
„ ναι, σὺ καὶ πάντες Τιβεριεῖς, οὐ μόνον ἀνειλήφατε τὰ
„ ὅπλα, ἀλλὰ καὶ [q] τὰς ἐν τῇ Συρίᾳ Δέκα πό-
„ λεις ἐπολεμεῖτε. σὺ γοῦν τὰς κώμας αὐτῶν ἐνέπρη-
„ σας, καὶ ὁ σὸς οἰκέτης ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἐκείνης ἔπε-
„ σεν. ταῦτα δὲ οὐκ ἐγὼ λέγω μόνος, ἀλλὰ καὶ ἐν
„ τοῖς Οὐεσπασιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος ὑπομνήμασιν οὕτως
„ γέγραπται. καὶ τίνα τρόπον ἐν Πτολεμαΐδι Οὐεσπα-
„ σιανοῦ κατεβόησαν [r] οἱ τῶν Δέκα πόλεων ἔνοικοι, τι-
„ μωρίαν ὑποσχεῖν σε τὸν αἴτιον ἀξιοῦντες. καὶ ἐδεδώκεις
„ ἂν δίκην Οὐεσπασιανοῦ κελεύσαντος, εἰ μὴ Βασι-
„ λεὺς Ἀγρίππας, λαβὼν ἐξουσίαν ἀποκτεῖναί σε, πολ-
„ λὰ τῆς ἀδελφῆς Βερνίκης δεηθείσης [s] οὐκ ἀνελὼν δεδε-
„ μένον ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐφύλαξεν. καὶ αἱ μετὰ ταῦτα
„ δὲ πολιτεῖαί σου σαφῶς ἐμφανίζουσιν τόν τε βίον τὸν
„ ἄλλον, καὶ ὅτι σὺ τὴν πατρίδα Ῥωμαίων ἀπέστησας.
„ ὧν τὰ τεκμήρια κἀγὼ δηλώσω μετ' ὀλίγον. βού-
„ λομαι δ' εἰπεῖν καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους Τιβεριεῖς ὀλίγα
„ διὰ σε, καὶ παραστῆσαι τοῖς ἐντυγχάνειν μέλλουσι
„ ταῖς ἱστορίαις, ὅτι μήτε φιλορώμαιοι, μήτε φιλοβα-
„ σιλεῖς γεγόνατε. τῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ πόλεων αἱ μέ-
„ γισται, Σέπφωρις καὶ Τιβεριὰς ἡ σὴ πατρὶς, ὦ Ἰοῦστε.
„ ἀλλὰ Σέπφωρις μὴν ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς Γαλιλαίας

esse quæ male fecissent, suæ in posterum erga me fidei constantia. Insuper orabant, ut quæcunque ex spoliis supererant iis servarentur qui ea perdiderant. atque ego ea habentibus imperabam, ut omnia penes ipsos in medium afferrent: diuque cunctantibus jussa mea exsequi, quendam è militibus meis conspicatus, veste solito splendidiore indutum, eam unde haberet interrogabam. cumque respondisset, ex urbis rapinis, illum verberibus castigari jubebam, aliis me atrociorem pœnam inflicturum esse minatus, nisi quicquid rapuerant in apricum protulerint. Multis itaque comportatis, Tiberiensibus, quod quisque pro suo agnovit, reddidi. *Tiberiensibus direpta bona restituuntur.*

65. Cum autem ad hanc narrationis meæ partem devenerim, libet mihi verba aliquot facere ad Justum, qui & ipse hisce de rebus opus composuit, & ad cæteros item, qui historiam quidem scribere in se recipiunt, de veritate vero parum admodum solliciti sunt, & ex odio gratiave falsi quid dicere non verentur. Nam similiter quidem faciunt ac ii qui de rebus contractis scripta in medium afferunt ficta & commentitia: sed quod similia ac isti non metuant supplicia, parvi pendunt & contemptui habent veritatem. Justus igitur de iis quæ à nobis gesta fuerint & de bello scribere aggressus, ut diligentiam adhibuisse videretur, de me mentitus est, deque patria sua ne vera quidem protulit. Quamobrem (necesse enim habeo memet contra falsa testimonia defendere) *libere* loquar ea quæ hactenus silui. neque mirum cuiquam sit, quod non antea ea indicaverim. Historiam enim scribenti vera dicere *in primis* necessarium est: licet tamen ei non acerbe redarguere quorundam improbitatem, non tam illorum gratia, quam ut sese moderatum esse ostendat. „ Quo modo igitur, (ut ipsum tanquam *Justus historicus.*
„ præsentem alloquar) Juste, historicorum gravis- *Cum eo expostulat Josephus.*
„ sime, (id enim tibimet arrogas) ipse & Galilæi
„ patriæ tuæ auctores fuimus seditionis adversum
„ Romanos & regem? Prius enim quam à com-
„ muni Hierosolymorum prætor Galilææ essem
„ constitutus, tu & Tiberienses universi non solum
„ arma corripuistis, sed & Syriæ Decapoli bellum
„ intulistis. Tu quippe illius vicos incendisti, tu-
„ usque famulus in acie illic cecidit. atque hæc
„ non à me tantum dicuntur, sed & in Vespasiani
„ imperatoris commentariis scripta reperiuntur:
„ & quo modo Vespasianum apud Ptolemaïda cla-
„ moribus prosequuti sunt Decapolitani, te unum
„ *malorum* auctorem ad supplicium deposcentes.
„ Et pœnas *certo* dedisses jussu Vespasiani, nisi
„ Agrippa rex, accepta potestate te interimendi,
„ multis precibus à sorore Berenice interpellatus,
„ te non sustulisset, sed diu in custodia vinctum
„ servasset. Quin & res, quas postea in republica
„ gessisti, palam faciunt & reliquam tuam vitam,
„ & quod tu patriæ tuæ auctor fueris defectionis
„ à Romanis. id quod multis indiciis paulo infra
„ confirmatum ibo. Volo autem propter te aliis
„ etiam Tiberiensibus pauca dicere, facereque ut
„ sciant qui *nostras* legent historias, quod neque
„ Romanorum neque regis amici fueritis. Urbium
„ in Galilæa maximæ sunt Sepphoris & Tiberias, *Tiberias Justi patria.*
„ tua, Juste, patria. Sed Sepphoris quidem in
„ media Galilæa sita, & circa se habens vicos quam
„ plu-

k Επανορθώσασθαι] *Lugd. Bat.* ἐπανορθόσεσθαι. Hav.
l Περιοσεύσαντα] Περιοσεύσαντα *Ed. Basil.* περισσεύσαντα *Gen.* Spanh.
m Ἰοῦστον καὶ αὐτὸν τὴν περὶ τούτων πραγματείαν] Historia belli tum in Galilæa gesti scripta à Justo Judæo; de cujus Historiæ falsitate agit h. l. & §. 9. Spanh.
n Δι' ἔχθραν] Δι' ἔχθραν ἢ χάριν *Voss.*
o Ἰοῦστος] De hoc Justo historico videsis *Vossium* de *Hist. Gr.* lib. 2. c. 8. & *Valesium* ad *Eusebii Hist. Eccl.* l. 3. c. 10.
p Πονηρίας] *Lugd. Bat.* volebat τιμωρίας, minus recte. Hav.
q Τὰς ἐν τῇ Συρίᾳ Δέκα πόλεις] Τῶν ἐν Συρίᾳ δέκα πόλεων. inf. §. 74. Spanh.
r Οἱ τῶν Δέκα πόλεων ἔνοικοι] De Bell. Jud. lib. 3. c. 8. §. 7. εἰς Σκυθόπολιν. ἡ δὲ ἐστι μεγίστη τῆς Δεκαπόλεως, καὶ γείτων τῆς Τιβεριάδος. Ammianus Marcell. lib. 19. c. 12. *Et electa est spectatrix suppliciorum, civitas in Palæstina Scythopolis, gemina ratione, quia esset magis omnibus opportuna, quod secretior & inter Antiochiam Alexandriamque media.* Spanh.
s Est qui malit οὐκ ἀνελεῖν.

t Ηπά-

,, plurimos, quæque facile poterat, siquidem voluisset, adversus Romanos aliquid audere, secum tamen statuens suam erga dominos fidem servare, & me urbe sua exclusit, edictoque prohibuit civium suorum quemquam Judæis merere: utque à me extra periculum esset, dolo me induxerunt *cives* ut urbem eorum mœnibus munirem. quo facto præsidium receperunt à Cestio Gallo, qui Romanis legionibus in Syria præerat; me contempto, qui tum potens valde eram & *cæteris* omnibus terrori. Cum autem eo tempore oppugnarentur Hierosolyma, urbs apud nos amplissima, & parum aberat quin templum omnibus commune in hostium potestatem veniret, non miserunt suppetias, quod videri nollent arma sumpsisse adversus Romanos. Tua vero patria, ô Juste, ad lacum Gennesariten sita, & distans ab Hippo triginta stadiis, Gadaris sexaginta, & Scythopoli in ditione regis centum & viginti, neque Judæorum urbs ulla ei adjaceret, *ea inquam*, si voluisset, facile Romanis fidem servare potuit. nam & civitati ipsi & populo abunde armorum erat. Verum, ut tu dicis, ipse tunc eram in causa: at quis postea, ô Juste? nam antequam obsiderentur Hierosolyma, nosti me sub Romanis fuisse, & vi capta Iotapata, multaque castella, magnamque populi Galilææ partem acie cecidisse. Tunc igitur oportebat vos, omnino à mei terrore liberatos, arma abjecisse, & auxilio venisse regi Romanisque; quandoquidem non sponte, sed necessitate coacti, in bellum contra eos irruistis. Quin & vos tantisper exspectastis Vespasianum, dum ipse cum omnibus suis copiis mœnibus oppugnandis sese admoveret: ac tunc demum præ metu arma posuistis, & proculdubio vestram vi expugnasset urbem, nisi regi supplicanti vestramque stultitiam excusanti vos condonasset Vespasianus. Non mea igitur est culpa, sed vestra, qui belligerare studuistis. Annon meministis, quod, vobis toties superatis, *vestrum* neminem interfecerim? Cum vero vos seditionem inter vosmet agitaretis, non ex benevolentia erga regem & Romanos, sed vestrûm ipsorum ex malitia, centum & octoginta quinque cives occidistis, quo tempore ipse à Romanis obsiderer Iotapatis. Quid? annon in Hierosolymitana obsidione recensita sunt Tiberiensium duo millia, qui partim ceciderunt, partim captivi facti sunt? Sed forsan tu hostem te fuisse negabis, quod tum profugeris ad regem: id quod te fecisse ajo mei metu. Et tu quidem me hominem improbum esse dicis. Verum rex Agrippa, qui tibi à Vespasiano capitis damnato vitam indulsit & tam magna pecunia te donavit, qua demum causa semel & iterum in vincula te conjecit, totiesque è patria in exsilium ire jussit? cumque semel te morti addixisset, *nonne* multis Berenices sororis precibus motus salutem tibi concessit? Postea vero cum te, tot *licet* maleficiis deprehensum, ei ab epistolis esse voluisset,

Tiberiadis situs.

Justus capitis damnatus à Vespasiano.

Berenice Justo salutem imperat.

,, κειμένη, καὶ περὶ αὐτὴν κώμας ἔχουσα πολλάς, καί τι θρασύνεσθαι δυναμένη πρὸς Ῥωμαίους εἴπερ ἠθέλησεν εὐχερῶς, διεγνωκυῖα τῇ πρὸς τοὺς δεσπότας ἐμμένειν πίστει, καὶ ἐμὲ τῆς πόλεως αὐτῶν ἐξέκλεισε, καὶ στρατεύσασθαί τινα τῶν πολιτῶν Ἰουδαίοις ἐκώλυσεν. ὅπως δὲ καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς ἀσφαλὴς εἴη, [t] ἠπάτησάν με τείχεσιν αὐτῶν τὴν πόλιν ὀχυρῶσαι προτρέψαντες. καὶ παρὰ Κεστίου Γάλλου τοῦ τῶν ἐν Συρίᾳ Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων ἡγεμονεύσαντος φρουρὰν ἑκόντες ἐνεδέξαντο, καταφρονήσαντες ἐμοῦ τότε [v] μέγα δυναμένου, καὶ πᾶσι δι' ἐκπλήξεως ὄντος. πολιορκουμένης δὲ τότε τῆς μεγίστης ἡμῶν πόλεως Ἱεροσολύμων, καὶ τοῦ κοινοῦ πάντων ἱεροῦ κινδυνεύοντος ἐν τῇ τῶν πολεμίων ἐξουσίᾳ γενέσθαι, συμμαχίαν οὐκ ἔπεμψαν μὴ βουλόμενοι δοκεῖν κατὰ Ῥωμαίων ὅπλα λαβεῖν. ἡ δὲ σὴ πατρὶς, ὦ Ἰοῦστε, κειμένη ἐν τῇ Γεννησαρίτιδι λίμνῃ, καὶ ἀπέχουσα Ἵππου μὲν στάδια τριάκοντα, Γαδάρων δὲ ἑξήκοντα, [x] Σκυθοπόλεως δὲ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τῆς ὑπηκόου βασιλείας, μηδὲ μιᾶς δὲ πόλεως Ἰουδαίων παρακειμένης, εἰ ἤθελεν τὴν πρὸς Ῥωμαίους πίστιν φυλάττειν ῥᾳδίως ἐδύνατο. καὶ γὰρ [y] ἥ τε πόλις, ὅ τε δῆμος ὅπλων εὐπορεῖτο. ἀλλ' ὥς σὺ φῄς, αἴτιος ἤμην ἐγὼ τότε. μετὰ ταῦτα δὴ, τίς, ὦ Ἰοῦστε; πρὸ γὰρ τῆς Ἱεροσολύμων πολιορκίας οἶδας ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐμὲ γενόμενον, καὶ Ἰωτάπατα κατὰ κράτος ληφθέντα, φρούριά τε πολλὰ, πολύν τε Γαλιλαίων ὄχλον κατὰ τὴν μάχην πεσόντα. τότε οὖν ἐχρῆν ὑμᾶς, πάντως ἀπηλλαγμένους τοῦ δι' ἐμὲ φόβου, [z] ῥίψασθαι τὰ ὅπλα καὶ παραστῆναι τῷ βασιλεῖ καὶ Ῥωμαίοις, [a] ὅτε δὲ οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ἀναγκασθέντες ἐπὶ τὸν πρὸς αὐτοὺς ὡρμήσατε πόλεμον. ὑμεῖς δὲ καὶ περιεμείνατε Οὐεσπασιανὸν, ἕως αὐτὸς ἀφικόμενος [b] μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως προσέλθῃ τοῖς τείχεσι, καὶ τότε διὰ φόβον τὰ ὅπλα [c] κατέθεσθε, καὶ πάντως ἂν ὑμῶν ἡ πόλις ἥλω κατὰ κράτος, εἰ μὴ τῷ βασιλεῖ δεομένῳ καὶ τὴν ἄνοιαν ὑμῶν παραιτουμένῳ συνεχώρησεν Οὐεσπασιανός. οὐκ ἐγὼ τοίνυν αἴτιος, ἀλλ' ὑμεῖς οἱ πολεμικὰ φρονήσαντες. [d] εἰ οὐ μέμνησθε ὅτι τοσαυτάκις ὑμῶν ἐγκρατὴς γενόμενος, οὐδένα διέφθειρα; στασιάζοντες δὲ ὑμεῖς πρὸς ἀλλήλους, οὐ διὰ τὴν πρὸς τὸν βασιλέα καὶ Ῥωμαίους εὔνοιαν, διὰ δὲ τὴν ὑμετέραν αὐτῶν πονηρίαν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε τῶν πολιτῶν ἀπεκτείνατε, κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐμοῦ πολιορκουμένου ἐν Ἰωταπάτοις ὑπὸ Ῥωμαίων. τί δ' οὐχὶ κατὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων πολιορκίαν δισχίλιοι Τιβεριέων ἐξητάσθησαν, οἱ μὲν πεπτωκότες, οἱ δὲ ληφθέντες αἰχμάλωτοι; ἀλλὰ σὺ πολέμιος οὐ γεγονέναι φήσεις, ὅτι πρὸς βασιλέα τότ' ἔφυγες. καὶ τοῦτο δὲ διὰ [e] τὸν ἐξ ἐμοῦ φόβον φημί σε πεποιηκέναι. κἀγὼ μὴν πονηρὸς ὡς λέγεις. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀγρίππας, ὁ τὴν ψυχήν σοι συγχωρήσας ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ θανεῖν κατακριθέντι, ὁ τοσούτοις δωρησάμενος χρήμασιν, τίνος ἕνεκεν ὕστερον δὶς μὲν ἔδησε, τοσαυτάκις δὲ φυγεῖν τὴν πατρίδα προσέταξε; καὶ ἀποθανεῖν δὲ κελεύσας ἅπαξ, τῇ ἀδελφῇ Βερνίκῃ, πολλὰ δεηθείσῃ, τὴν σωτηρίαν ἐχωρίσατο; [f] καὶ μετὰ τοσαῦτα δὲ τὰ κακουργήματα τάξιν ἐπιστολῶν σοι

,, πιστεύ-

t Ἠπάτησάν με τείχεσιν] Ἠπάτησε *Vat.*

v Μέγα δυναμένου,] Μέγαλα *Voss.* Huds. Recte impressi, alludit enim Josephus ad primarios illos ministros Regios, qui in Oriente *Megistanes* dicebantur, sicut in hac Josephi Vita pluries docuit Clariss. *Spanhemius*, ut & aliis in locis, qui in Indice inspici possunt. Hav.

x Σκυθοπόλεως] Vid. suprà. Spanh.

y Ἥ τε πόλις, ὅ τε δῆμος] *Lugd. Bat.* πόλις ἦτε καὶ δῆμος, καὶ ο. ε. quomodo hæc Josephi esset sententia; *nam & civitas (scilicet munita) & incolæ eratis, & armorum vobis copia.* Hav.

z Ῥίψασθαι] Ῥίψαι τε τὰ ὅπλα καὶ παραστῆσαι *Voss.* ῥίψαι τε τὰ ὅπλα καὶ παραστῆναί τε τῷ *Vat.*

a Ὅτε δὴ οὐχ ἑκόντες,] Ὅτι δὴ *Vat.* & *Lugd. Bat.*

b Μετὰ πάσης] Μετὰ πολλῆς δυνάμεως *Vat.*

c Κατέθεσθε,] Ita lego. (ita & in ora Codicis mei emendarat *Coccejus*) κατεθέσθαι in *Editis.* καθέσθαι *Voss:* κατεθέσθαι *Gall.* & *Vat.*

d Εἰ οὐ μέμνησθε] Ἢ οὐ μέμνησθε *Voss.* seu *Lugd. Bat.*

e Τὸν ἐξ ἐμοῦ] Διὰ τοῦ ἐξ ἐμοῦ φόβου *Voss.*

f Καὶ μετὰ τοσαῦτα] Καὶ μετὰ τοσαῦτα δὲ σου κακ. *Voss.*

g Ταύ-

πιστεύσας. ὡς καὶ [g] ταύτας σὲ εὗρε [h] ῥᾳδιουργοῦντα, ἀπήλασεν τῆς ὄψεως. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐλέγχειν ἐπ' ἀκριβὲς ἐῶ. θαυμάζειν δ' ἔπεισί μοι τὴν σὴν ἀναίδειαν, ὅτι τολμᾷς λέγειν, ἁπάντων τῶν τὴν πραγματείαν ταύτην γεγραφότων αὐτὸς ἄμεινον ἐξηγγελκέναι, μήτε τὰ πραχθέντα κατὰ τὴν Γαλιλαίαν ἐπιστάμενος, ἦς γὰρ ἐν Βηρυτῷ τότε παρὰ βασιλεῖ, μήθ' ὅσα ἔπαθον Ῥωμαῖοι ἐπὶ τῆς Ἰωταπάτων πολιορκίας [i] ἢ ἔδρασαν ἡμᾶς παρακολουθήσας, μήθ' ὅσα κατ' ἐμαυτὸν ἔπραξα πολιορκούμενος δυνηθεὶς πυθέσθαι. πάντες γὰρ οἱ ἀπαγγείλαντες ἂν διεφθάρησαν ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἐκείνης. ἀλλ' ἴσως τὰ [k] κατὰ Ἱεροσολυμιτῶν πραχθέντα μετὰ ἀκριβείας φήσεις συγγεγραφέναι. καὶ πῶς οἷόν τε, οὔτε γὰρ τῷ πολέμῳ παρέτυχες, οὔτε τὰ Καίσαρος ἀνέγνως ὑπομνήματα; μέγιστον δὲ τεκμήριον, τοῖς Καίσαρος ὑπομνήμασιν ἐναντίαν πεποίησαι τὴν γραφήν. εἰ δὲ θαρρεῖς ἄμεινον ἁπάντων συγγεγραφέναι, διὰ τί, ζώντων Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου τῶν αὐτοκρατόρων τοῦ πολέμου γενομένων, καὶ [l] βασιλέως Ἀγρίππα περιόντος ἔτι καὶ τῶν ἐκ γένους αὐτοῦ πάντων, ἀνδρῶν τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας ἐπὶ πλεῖστον [m] ἡκόντων, [n] τὴν ἱστορίαν οὐκ ἔφερες εἰς μέσον; πρὸ γὰρ εἴκοσιν ἐτῶν εἶχες γεγραμμένην, καὶ παρ' εἰδότων ἔμελλες τῆς ἀκριβείας τὴν μαρτυρίαν ἀποφέρεσθαι. νῦν δ' ὅτε ἐκεῖνοι μὲν οὐκ ἔτι εἰσὶ μεθ' ἡμῶν, ἐλεγχθῆναι δ' οὐ νομίζεις, τεθάρρηκας. [o] οὐ μὴν ἐγώ σοι τὸν αὐτὸν τρόπον, περὶ τῆς ἐμαυτοῦ γραφῆς ἔδεισα. ἀλλ' [p] αὐτοῖς ἐπέδωκα τοῖς αὐτοκράτορσι τὰ βιβλία, μόνον οὐ τῶν ἔργων [q] ἤδη βλεπομένων. συνῄδειν γὰρ ἐμαυτῷ τετηρηκότι τὴν τῆς ἀληθείας παράδοσιν, ἐφ' ᾗ μαρτυρίας τεύξεσθαι προσδοκήσας οὐ διήμαρτον. καὶ ἄλλοις δὲ πολλοῖς [r] εὐθὺς ἐπέδωκα τὴν ἱστορίαν, ὧν ἔνιοι καὶ [s] παρελελυχήκεισαν πολέμῳ, καθάπερ βασιλεὺς Ἀγρίππας καί τινες αὐτοῦ τῶν συγγενῶν. ὁ μὲν [t] γὰρ αὐτοκράτωρ Τίτος οὕτως ἐκ μόνων αὐτῶν ἐβουλήθη τὴν γνῶσιν τοῖς ἀνθρώποις παραδοῦναι τῶν πράξεων, ὥστε χαράξας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία [v] δημοσιεύσεσθαι προσέταξεν. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀγρίππας, ἑξήκοντα δύο [x] γέγραφεν ἐπιστολάς, [y] τὴν τῆς ἀληθείας παράδοσιν μαρτυρῶν. [z] ὧν δὴ καὶ δύο ὑπέταξα, καὶ βουληθέντι σοι τὰ γεγραμμένα γνῶναι πάρεστιν ἐξ αὐτῶν. [a] ΒΑΣΙΛΕΥΣ [b] ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΙΩΣΗΠΩ ΤΩ ΦΙΛΤΑΤΩ ΧΑΙΡΕΙΝ. Ἥδιστα διῆλθον τὴν βίβλον. καί μοι πολὺ ἐπιμελέστερον ἔδοξας τῶν ταῦτα συγγραψάντων ἠκριβωκέναι. πέμπε δέ μοι καὶ τὰς λοιπάς. ἔρρωσο φίλτατε." „ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΙΩΣΗΠΩ ΤΩ ΦΙΛΤΑΤΩ ΧΑΙΡΕΙΝ. Ἐξ ὧν ἔγραψας, οὐδὲ μιᾶς ἔοικας χρῄζειν διδασκαλίας ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν ἡμᾶς

ut comperit hîc quoque te mala fide rem agere, à conspectu suo te abegit. Sed in hæc diligentius inquirere eaque redarguere desino. Cæterum mihi subit mirari impudentiam tuam, qui ausus sis dicere, te omnibus qui harum rerum historiam literis mandarunt, melius eas scriptis tuis enarrasse, cum nec ea resciveris quæ per Galilæam gesta sunt, (tunc enim Beryti eras apud regem) nec eorum, quæ Romani passi sunt Jotapatorum obsidione, nosve pati fecerunt, notitiam assequutus fueris; nec res à me gestas dum obsiderer discere potueris. nam omnes qui ista narrando erant acierum conflictu illic perierunt. Sed forte dices, te accurate omnia perscripsisse, quæ gesta erant contra Hierosolymitas. Et quî potuisti, cum nec ei bello interfueris, nec Cæsaris commentarios legeris? maximoque est indicio, quòd scripseris contra quam Cæsar in commentariis. Quod si confidis te *cæteris* omnibus in scribendo præstitisse, cur non, dum viverent Vespasianus ac Titus, quorum imperatorum auspiciis confectum erat bellum, & dum Agrippa rex superstes esset, cognatique ejus, viri Græcarum literarum peritissimi, historiam tuam in lucem edidisti? eam utique ante viginti annos scriptis consignatam habebas: & poteras ab iis, quibus omnia explorata erant, accuratæ diligentiæ testimonium retulisse. Nunc vero quando illi quidem nobiscum esse desierunt, teque redargui non posse arbitraris, ausus es librum edere. At non ego de meis libris perinde ac tu sum veritus: sed ipsis imperatoribus eos obtuli, cum res gestæ pæne adhuc ante omnium oculos versarentur. quippe conscius eram mihi servatæ ubicunque veritatis. Ac proinde cum testimonium illorum speravissem, non sum exspectatione mea frustratus. Quinetiam cum pluribus aliis historiam meam communicavi, quorum nonnulli bello interfuerant: inter quos fuit rex Agrippa, & quidam ex ejus propinquis. Nam Titus quidem imperator ex iis solis rerum gestarum notitiam hominibus tradi tantopere voluit, ut manu sua * subscriptos publicari præceperit: rex vero Agrippa duas & sexaginta scripsit epistolas, quibus veritatem à me traditam esse testatur. Ex quibus sane duas etiam subjeci; & tibi, si volueris, inde licet ea cognoscere quæ scripta erant." REX AGRIPPA JOSEPHO CHARISSIMO S. Libenter admodum perlegi librum *tuum*. Et mihi visus es diligenter magis & accurate quam alii, qui de iisdem rebus scripserunt, narrationem contexuisse. Fac autem mihi mittas quod reliquum est *illius*. Vale charissime." „REX AGRIPPA JOSEPHO CHARISSIMO S. Ex iis quæ scripsisti nihil desiderare videris quod aliquis te edoceat, ut nos res omnes quæ gestæ fuerint ab ini-

Justum ignorantiæ arguit Josephus.

Justus, non nisi cum defuncti essent Vespasianus & Titus, historiam suam edidit.

Testimonia præclara de Josephi historia.

Agrippæ literæ.

Altera Agrippæ litera.

g Ταύτας σὲ] Ita *Gall.* & *Voss.* ταῦτα σε in *Editis.* Est qui ταύταις malit.

h Ῥᾳδιουργοῦντα,] *Lugd. Bat.* ῥᾳδιουργόν. HAV.

i Ἢ ἔδρασαν ἡμᾶς] Fuit cum locum *hunc* mendi suspectum haberem: ac proinde verba nonnulla uncis includendo ita eum restitutum ibam, ἢ ἔδρασαν [ἐκείνοις ἐφ'] ἡμᾶς [μὴ] παρακολουθήσας.

k Κατὰ Ἱεροσολυμιτῶν] Κατὰ τὴν Ἱεροσολυμιτῶν *Voss.*

l Βασιλέως Ἀγρίππα περιόντος] Vide eadem notata ad initium Vitæ. SPANH.

m Ἡκόντων,] *Gen.* ἱκόντων.

n Τὴν ἱστορίαν] Superius in hoc libello §. 9. ejusdem Justi laudes habes & vituperium. SPANH.

o Οὐ μὴν — βλεπομένων] Citantur hæc ab Eusebio H. Eccl. l. 3. c. 10. p. 86. B. SPANH.

p Αὐτοῖς] Libros suos Belli Judaici tradidit Josephus Vespasiano ac Tito; idem adv. Apion. lib. 1. c. 9. SPANH.

q Ἤδη βλεπομένων.] Ita ex *Eusebio* in *Hist. Eccl.* lib. 3. cap. 10. & *Nicephoro Callisto* in *Hist. Eccl.* l. 2. c. 18. ἔτι in *Josephi* libris.

r Εὐθὺς ἐπέδωκα τὴν ἱστορίαν,] Vocem εὐθὺς non agnoscunt *Euseb.* & *Niceph.*

s Παρελελυχήκεισαν πολέμῳ,] Ita *Euseb.* & *Niceph.* παραλελύχεισαν in *Josephi* libris.

t Γὰρ αὐτοκράτωρ Τίτος] Illud γὰρ inserui, fretus auctoritate *Eusebii*, *Nicephori*. & *Cod. Voss.*

v Δημοσιεύσεσθαι] Ita lego cum *Nicephoro* & melioribus *Eusebii* Codd. δημοσιεῦσαι in *Josephi* libris.

x Γέγραφεν ἐπιστολάς,] Ἔγραψεν *Euseb.* & *Niceph.*

y Τὴν τῆς ἀληθείας] Τῇ τῆς ἀληθείας παραδόσει μαρτυρῶν *Euseb.* & *Niceph.* utramque lectionem ferri posse docet *Suidas* voce μαρτυρῶ.

z Ὧν δὴ] Ἐξ ὧν καὶ δύο *Euseb.* ἀφ' ὧν καὶ δύο *Niceph.*

a ΒΑΣΙΛΕΥΣ] Vid. adv. Apion. lib. 1. §. 9. SPANH.

b ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΙΩΣΗΠΩ ΤΩ ΦΙΛΤΑΤΩ ΧΑΙΡΕΙΝ.] De hoc Agrippa, eum ad annum Trajani III. vitam produxisse ait Justus Tiberiensis, apud Photium. SPANH.

* Alii volunt, *descriptos*. quod *Joanni Lango* in *Nicephorum* non improbabile videtur, cum *Titus*, teste *Suetonio*, scribendi velocitate vel amanuenses suos superaverit.

„ initio perspectas habeamus. tamen cum me conveneris, ipse faciam ut auditione aliquam multa accipias quæ *forsan* ignorasti. " Mihi autem, historia absoluta, Agrippa, non adulatione utens, hoc enim ei non conveniebat, neque ut tu dices, dissimulatione, nam plurimum aberat ab ista ingenii malignitate, sed, quemadmodum *ii* omnes qui historias legunt, de veritate ejus testimonium perhibebat. " Et hæc quidem quæ ad Justum spectant, * quocum necessario instituenda erat comparatio, hactenus dicta sunto.

Redit unde digressus est Josephus.

66. Ego vero cum res Tiberiadis curassem & amicorum concilium coëgissem, deliberabam quid de Joanne faciendum esset. Et Galilæis quidem omnibus placuit, ut, cum eos armis instruxissem, in Joannem impetum facerem, deque eo tanquam seditionis totius auctore pœnas sumerem. At mihi displicebat illorum sententia, cui constitutum erat sine cæde tumultus componere. Quamobrem eos adhortatus sum ad curam omnem adhibendam, ut eorum qui cum Joanne erant nomina ediscerent. Quod cum illi fecissent, comperto mihi qui viri essent, edictum proposui, quo fidem dextramque me illis porrigere dicebam, qui à Joanne starent, modo resipiscerent: atque viginti dierum spatium *ad cogitandum* eis præscripsi, qui suis rebus vellent consulere. Porro minitabar, nisi arma projicerent, me ignem illorum domibus subjecturum esse, bonaque illorum publicaturum. His illi auditis, & non mediocri timore perculsi, Joannem quidem relinquunt, armisque projectis ad me veniebant, numero circiter quatuor *hominum* millia. Soli vero apud Joannem manserunt cives ipsius, & peregrini quidam è Tyriorum metropoli, plus minus mille & quingenti. Joannes quidem, ita meo unius stratagemate superatus, deinceps in patria præ metu se continuit.

Edictum de iis qui Joanni se adjunxerant.

Quo factum est ut quatuor hominum millia à Joanne deficerent ad Josephum.

67. Sub idem autem tempus Sepphoritæ sumptis animis ad arma provolant, freti firmitate mœnium, & quod me viderent aliis rebus distineri. Itaque mittunt ad Cestium Gallum, (erat autem is tum Syriæ præses) rogantes ut aut ipse ocyus veniret in suam fidem illorum civitatem accepturus, aut saltem eò mitteret militum præsidium. Gallus vero se quidem venturum esse promittebat; sed de tempore nihil constituit. Et ego, cum ista accepissem, assumptis mecum militibus meis & in Sepphoritas facta impressione, vi illorum urbem expugnabam. Galilæi vero, hac occasione arrepta, ratique sibi adesse odii sui satiandi tempus (isti enim civitati infesti erant infensique) incitati ferebantur *in eam*, quasi cives omnes advenasque ad internecionem usque deleturi. Itaque cum excursionem fecissent, ædes illorum, quas *incolis* vacuas deprehendebant, igne cremarunt. nam homines præ metu in arcem confugiebant. Diripiebant autem omnia, nec ullum vastationi modum adhibebant adversus populares suos. Ista cum ego animadvertissem, vehementer dolebam, illisque imperabam ut desinerent, nefas esse suggerens ita tractare ejusdem tribus homines. Postquam vero neque obsecranti neque imperanti morem gererent, (nam admonitionibus prævalebat odii magnitudo) amicorum qui circa me erant fidissimos jussi rumorem spargere, Romanos cum magna militum manu irruptionem fecisse in alteram urbis partem. Hæc autem eò faciebam, ut fama

Sepphoris expugnata.

Sepphoris direpta.

„ [c] ὅλους ἀρχῆθεν. ὅτ' ἂν μέντοι συντύχῃς μοι, καὶ αὐτός σε πολλὰ κατηχήσω τῶν ἀγνοουμένων." ἐμοὶ δὲ, ἀπαρτιαθείσης τῆς ἱστορίας, [d] Ἀγρίππας, οὐ κολακεύων, οὐδὲ γὰρ ἐπέβαλλεν αὐτῷ, οὐδὲ εἰρωνευόμενος ὡς σὺ φήσεις, πόῤῥω γὰρ ἦν ἐκεῖνος τοιαύτης κακοηθείας, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν ἐμαρτύρει, καθάπερ πάντες οἱ ταῖς ἱστορίαις [e] ἐντυγχάνοντες." ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς τὸν Ἰοῦστον, ἀναγκαίαν λαβόντα τὴν [f] παράθεσιν, μέχρι τούτων λελέχθω.

ξϛ'. Διοικήσας δ' ἐγὼ τὰ κατὰ τὴν Τιβεριάδα, καὶ καθίσας τῶν φίλων συνέδριον, ἐβουλευόμην περὶ τῶν πρὸς Ἰωάννην πραχθησομένων. ἐδόκει μὲν οὖν πᾶσι τοῖς Γαλιλαίοις ὁπλίσαντα πάντας ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Ἰωάννην, καὶ λαβεῖν παρ' αὐτοῦ δίκας ὡς πάσης τῆς στάσεως αἰτίου γεγονότος. οὐκ ἠρεσκόμην δ' ἐγὼ ταῖς γνώμαις αὐτῶν, προαίρεσιν ἔχων τὰς ταραχὰς χωρὶς φόνου καταστέλλειν. ὅθεν δὴ παρῄνεσα πᾶσαν εἰσενέγκασθαι πρόνοιαν ὑπὲρ τοῦ γνῶναι τὰ ὀνόματα τῶν [g] ὑπὸ τὸν Ἰωάννην ὄντων. ποιησάντων δὲ ἐκείνων, γνοὺς ἐγὼ τοὺς ἀνθρώπους οἵ τινες ἦσαν, ἐξέθηκα πρόγραμμα, διὰ τούτου πίστιν καὶ δεξιὰν προτείνων τοῖς μετὰ Ἰωάννου θελήσασι λαβεῖν μετάνοιαν, καὶ ἡμερῶν εἴκοσι χρόνον προέτεινα τοῖς βουλεύσασθαι θέλουσι περὶ τῶν ἑαυτοῖς συμφερόντων. ἠπείλουν δὲ, εἰ μὴ ῥίψωσιν τὰ ὅπλα, καταπρήσειν αὐτῶν τὰς οἰκήσεις καὶ δημοσιώσειν τὰς οὐσίας. ταῦτα δὲ ἀκούσαντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ ταραχθέντες οὔ τι μετρίως, καταλείπουσι μὲν τὸν Ἰωάννην. τὰ δ' ὅπλα ῥίψαντες ἧκον πρός με τετρακισχίλιοι τὸν ἀριθμόν. μόνοι δὲ τῷ Ἰωάννῃ παρέμειναν οἱ [h] πολῖται, καὶ ξένοι τινὲς ἐκ τῆς Τυρίων μητροπόλεως ὡς χίλιοι καὶ πεντακόσιοι. Ἰωάννης μὲν, οὕτω καταστρατηγηθεὶς ὑπ' ἐμοῦ, τὸ λοιπὸν ἐν τῇ πατρίδι περίφοβος ἔμεινεν.

ξζ'. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν Σεπφωρῖται, θαῤῥήσαντες ἀναλαμβάνουσιν ὅπλα, πεποιθότες τῇ τε τῶν τειχῶν ὀχυρότητι καὶ τῷ πρὸς ἑτέροις ὄντα με ὁρᾶν. πέμπουσι δὴ πρὸς Κέστιον Γάλλον, Συρίας δ' ἦν οὗτος ἡγεμὼν, παρακαλοῦντες ἢ αὐτὸν ἥκειν θᾶττον παραληψόμενον αὐτῶν τὴν πόλιν, ἢ πέμψαι τοὺς φρουρήσοντας. ὁ δὲ Γάλλος, ἐλεύσεσθαι μὲν ὑπέσχετο. πότε δὲ οὐ διεσάφησεν. κἀγὼ ταῦτα πυθόμενος, ἀναλαβὼν τοὺς σὺν ἐμοὶ στρατιώτας, καὶ ὁρμήσας ἐπὶ τοὺς Σεπφωρίτας, εἷλον αὐτῶν τὴν πόλιν κατὰ κράτος. λαβόμενοι δ' ἀφορμῆς οἱ Γαλιλαῖοι, καὶ παρεῖναι τοῦ μίσους τὸν καιρὸν οἰηθέντες, εἶχον γὰρ ἀπεχθῶς καὶ πρὸς ταύτην τὴν πόλιν, ὥρμησαν ὡς [i] ἄρδην ἀφανίσοντες πάντας σὺν τοῖς ἐποίκοις. εἰσδραμόντες οὖν ἐνεπίμπρησαν αὐτῶν τὰς οἰκίας, ἐρήμους καταλαμβάνοντες. οἱ γὰρ ἄνθρωποι δείσαντες εἰς τὴν ἀκρόπολιν συνέφυγον. διήρπαζον δὲ πάντα, καὶ τρόπον οὐδένα πορθήσεως κατὰ τῶν ὁμοφύλων παρελίμπανον. ταῦτ' ἐγὼ θεασάμενος, σφόδρα διετέθην ἀνιαρῶς, καὶ [k] παύεσθαι προσέταττον αὐτοῖς, ὑπομιμνήσκων ὅτι τοιαῦτα δρᾶν ὁμοφύλους οὐκ ἔστιν ὅσιον. ἐπεὶ δ' οὔτε παρακαλοῦντος, οὔτε προστάσσοντος ἤκουον, ἐνίκα δὲ τὸ μῖσος τὰς παραινέσεις, τοὺς πιστοτάτους τῶν περὶ ἐμὲ φίλων ἐκέλευσα διαδοῦναι λόγους, ὡς Ῥωμαίων μετὰ μεγάλης δυνάμεως κατὰ τὸ ἕτερον μέρος [l] τῆς πόλεως εἰσβεβληκότων. ταῦτα δ' ἐποίουν ὑπὲρ τοῦ τῆς φήμης ἐμπεσούσης

c Ολους ἀρχῆθεν.] Οδοὺς *Vat.* & *Gall.* Forsan ὅλως.
d Αγρίππας,] Antea erat ἀλήθειαν, nullo plane sensu. Fuit cum ἀληθείᾳ (ut in *Lugd. Bat.*) reponerem, aut ἐπεμαρτύρει. Sed postea assensus sum Cl. *Ant. Hallo*, qui Αγρίππα maluit.
e Εντυγχάνοντες.] Εντυχόντες *Gall.*
f Παράθεσιν,] Παρέκβασιν *Voss.* & *Gall.*
g Υπὸ τὸν Ιωάννην ὄντων.] Υπὸ τῷ Ιωάννῃ *Voss.*
h Πολῖται,] Hoc loco *Lugd. Bat.* jam habet ὁπλῖται, quasi diceret armigeros & satellites tantum cum illo mansisse, quod non probo, civibus enim illi peregrini ex Tyro opponuntur. HAV.
i Αρδην ἀφανίσοντες] Αρδην ἀφανίσαι §. 68. infr. SPANH.
k Παύεσθαι προσέταττον] Παύσασθαι *Vat.*
l Τῆς πόλεως] Illa τῆς πόλεως adjecta esse volui è *MSS. Vat.* & *Voss.*
* *Vel*, quæ hic loci apponere necesse habui.

Mir

σούσης ἐπισχεῖν [m] μὲν τῶν Γαλιλαίων τὰς ὁρμὰς, διασῶσαι δὲ τὴν τῶν Σεπφωριτῶν πόλιν. καὶ τέλος προυχώρησε τὸ στρατήγημα. τῆς γὰρ ἀγγελίας ἀκούσαντες, ἐφοβήθησαν ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ καταλιπόντες τὰς ἁρπαγὰς [n] ἔφυγον. μάλιστα δὲ, ἐπεὶ κἀμὲ τὸν στρατηγὸν ἑώρων ταῦτα ποιοῦντα. πρὸς γὰρ τὸ πιστὸν τῆς φήμης, ἐσκηπτόμην ὁμοίως αὐτοῖς διατίθεσθαι. Σεπφωρῖται δὲ παρ᾽ ἐλπίδα τὴν ἑαυτῶν, ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ σοφίσματος ἐσώθησαν.

ξη'. Καὶ Τιβεριὰς δὲ [o] παρ᾽ ὀλίγον διηρπάσθη ὑπὸ Γαλιλαίων, τοιαύτης αἰτίας ὑποπεσούσης. τῶν ἐκ τῆς βουλῆς οἱ πρῶτοι γράφουσι πρὸς τὸν βασιλέα, παρακαλοῦντες ἀφικέσθαι πρὸς αὐτοὺς παραληψόμενον τὴν πόλιν. ὑπέσχετο βασιλεὺς ἔρχεσθαι, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἀντιγράφει, καὶ τῶν περὶ τὸν κοιτῶνά τινι, Κρίσπῳ μὲν τοὔνομα, τὸ δὲ γένος Ἰουδαίῳ, δίδωσι πρὸς τοὺς Τιβεριεῖς φέρειν. τοῦτον κομίσαντα γράμματα γνωρίσαντες οἱ Γαλιλαῖοι, καὶ συλλαβόντες [p] ἄγουσιν ἐπ᾽ ἐμέ. τὸ δὲ πᾶν πλῆθος, ὡς ἤκουσε, παροξυνθὲν, ἐφ᾽ ὅπλα τρέπεται. συναχθέντες δὲ πολλοὶ [q] πανταχόθεν κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν, ἧκον εἰς [r] Ἀσωχὶν πόλιν, ἔνθα δὲ τὴν κατάλυσιν ἐποιούμην, καταβοήσεις τε σφόδρα ἐποιοῦντο, προδότιν ἀποκαλοῦντες τὴν Τιβεριάδα καὶ βασιλέως φίλην. ἐπιτρέπειν τε ἠξίουν αὐτοῖς καταβᾶσιν [s] ἄρδην ἀφανίσαι. καὶ [t] γὰρ πρὸς τοὺς Τιβεριεῖς [v] ἔσχον ἀπεχθῶς, ὡς πρὸς τοὺς Σεπφωρίτας.

ξθ'. Ἐγὼ δὲ ἀκούσας ἠπόρουν, τίνα τρόπον ἐξαρπάσω τὴν Τιβεριάδα τῆς Γαλιλαίων ὀργῆς [x] ἐπ᾽ αὐτούς. ἀρνήσασθαι γὰρ οὐκ ἐδυνάμην, μὴ [y] γεγραφέναι τοὺς Τιβεριεῖς καλοῦντας τὸν βασιλέα, ἤλεγχον γὰρ αἱ παρ᾽ ἐκείνου πρὸς αὐτοὺς ἀντιγραφαὶ τὴν ἀλήθειαν. σύννους οὖν πολλὴν ὥραν γενόμενος, „ ὅτι μὲν ἠδικήκασιν, „ εἶπον, Τιβεριεῖς, [z] οἶδα κἀγώ· τὴν πόλιν δὲ αὐ„ τῶν ὑμᾶς οὐ κωλύσω διαρπάσαι. δεῖ δ᾽ ὅμως „ καὶ μετὰ κρίσεως τὰ τηλικαῦτα πράττειν. οὐ γὰρ „ μόνοι Τιβεριεῖς προδόται τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν γεγό„ νασιν, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τῶν ἐν Γαλιλαίᾳ δοκι„ μωτάτων. προσμείνατε δὲ μέχρι τοὺς αἰτίους ἀκρι„ βῶς ἐκμάθω, καὶ τότε πάντας ὑποχειρίους ἕξετε, „ καὶ ὅσους ἰδίᾳ ἐπάξαι δυνήσεσθε [a] αὐτῶν." καὶ ταῦτα εἰπὼν ἔπεισα τὸ πλῆθος, καὶ παυσάμενοι τῆς ὀργῆς διελύθησαν. τὸν παρὰ βασιλέως δὲ πεμφθέντα δῆσαι κελεύσας, [b] μετ᾽ οὐ πολλὰς ἡμέρας ἐπί τινα τῶν ἐμαυτοῦ χρειῶν ἐπείγουσαν σκηψάμενος ἐκδημεῖν τῆς βασιλείας, καλέσας τὸν Κρίσπον λάθρα, προσέταξα μεθύσαι τὸν στρατιώτην φύλακα, καὶ φυγεῖν [c] πρὸς βασιλέα. Τιβεριὰς δὲ μέλλουσα δεύτερον ἀφανίζεσθαι, στρατηγίᾳ τῇ ἐμῇ καὶ προνοίᾳ τῇ περὶ αὐτῆς ὀξὺν οὕτως κίνδυνον διέφυγεν.

ο'. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν Ἰοῦστος ὁ Πιστοῦ παῖς λαθὼν ἐμὲ διαδιδράσκει πρὸς τὸν βασιλέα. τὴν αἰτίαν δὲ, δι᾽ ἣν τοῦτο ἔπραξεν, ἀφηγήσομαι. λαβόντος ἀρχὴν Ἰουδαίοις τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου, Τιβεριεῖς διεγνώκεισαν ὑπακούειν βασιλεῖ καὶ Ῥωμαίων μὴ ἀφίστασθαι. πείθει δ᾽ αὐτοὺς Ἰοῦστος ἐφ᾽ ὅπλα χωρῆσαι, νεωτέρων αὐτὸς ἐφιέμενος πραγμάτων, καὶ δι᾽ ἐλπίδος ἔχων ἄρξειν Γαλιλαίων τε καὶ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος. οὐ μὴν τῶν προσδοκηθέντων ἐπέτυχεν. Γαλιλαῖοί τε γὰρ,

ejus rei percrebeſcente Galilæorum quidem impetus reprimeretur, ſervareturque Sepphoritarum civitas. Tandemque *mihi* bene ſucceſſit hoc ſtratagema. Audito enim ejuſmodi nuncio ſibiipſis timuerunt; relictiſque à tergo quæ rapta ceperant, fugæ ſe mandarunt; præſertim cum me ducem *ſuum* eadem facere viderent. nam ad fidem rumori faciendam, ſimulabam me ſimiliter ac illos periculo terreri. Sepphoritæ autem præter omnium ſuorum ſpem hoc meo commento ſalutem conſequuti ſunt.

Joſephi ſtratagema in gratiam Sepphoritarum.

68. Sed & Tiberias parum abfuit quin à Galilæis diriperetur, ex hujuſmodi cauſa. Senatus ejus primores ſcribunt ad regem, rogantes ut ad eos veniret urbemque ſub imperium ſuum acciperet. Rex ſe venturum promittebat, illiſque reſcripſit; & literas ad Tiberienſes perferendas cuidam eorum dedit, qui ei à cubiculo erant, Criſpo quidem nomine, genere vero Judæo. Galilæi hunc qui literas deferebat, *à ſuis* agnitum comprehenſumque, ad me ducunt: plebs autem omnis hac re audita, valde exaſperata erat, & ad arma procurrebat. cumque multi poſtridie ejus diei undique congregati eſſent, ad urbem Aſochin, in qua *tum* diverſabar, *confeſtim* veniebant; & vehementer vociferabant, Tiberiada proditricem appellantes regiſque amicam: poſtulabantque ut permitterem eos, deſcenſu illic facto, eam funditus evertere *ſoloque æquare*. Tiberienſibus quippe æque infenſi erant ac Sepphoritis.

Tiberias in periculo direptionis.

69. Ego vero, iſtis auditis, mecum dubitabam, quo modo Tiberiadem iratis Galilæis eriperem. nam inficiari non potueram, Tiberienſes literis regem ad ſe, *deditionem facturos*, acciviſſe: nam literæ, ab illo ad eos reſcriptæ, rei veritatem arguebant. Itaque cum diu tacitus mecum cogitaſſem, tandem reſpondebam, „ Tiberienſes quidem inique „ egiſſe & ipſe novi; nec per me ſtabit quo mi„ nus urbem eorum diripiatis. veruntamen ejuſ„ modi quid non niſi adhibito judicio admitten„ dum. non enim ſoli Tiberienſes libertatem no„ ſtram prodiderunt: ſed & multi eorum qui in „ Galilæa fidei ſpectatiſſimæ habentur. Quare ma„ nete tantiſper, dum exactius edidicero quinam „ fuerint proditionis auctores: & tunc *eos* omnes „ in poteſtate veſtra habebitis, & quotquot eorum „ vos ſinguli *reos* adducere poteſtis." Atque hæc loquutus perſuaſi multitudini: moxque, ubi ira reſederat, domum quiſque ſuam diſceſſerunt. Cum autem eum qui à rege miſſus erat vinciri juſſiſſem, non ita multis poſt diebus cum ſimulaſſem me neceſſe habere è regno abire ad aliquid negotii conficiendum, Criſpo ad me clam accito, juſſi ut militem cuſtodem *ſuum* inebriaret, atque ita ad regem fugeret. Jam vero cum in extremo excidii diſcrimine iterum conſtituta eſſet Tiberias, mea ſolertia, qua ei providebam, periculum brevi adeundum hoc modo effugit.

Joſephus Tiberienſium ſaluti conſulit.

Tiberias omni periculo liberata.

70. Sub idem tempus Juſtus Piſti filius, me inſcio, ad regem perfugit. Cauſam autem, cur ita fecerit, *paucis* exponam. Cum primum ortum eſſet bellum, quod Judæi contra Romanos geſſerunt, Tiberienſes decreverant regi parere & à Romanis neutiquam deſciſcere. Juſtus vero ſuadet eos arma capere, quod & ipſe novis rebus ſtuderet, ſperaretque imperium adipiſci Galilæorum patriæque ſuæ. non tamen voti compos factus eſt. Nam & Galilæi Tibe-

Juſtus ad regem fugit.

m Μὲν τῶν Γαλιλαίων] Ita lego propter δὲ ſequens. μὲ in *libris.*

n Ἔφυγον.] Mallem συνέφυγον.

o Παρ᾽ ὀλίγον διηρπάσθη] Παρὰ λόγον ἀνηρπάσθη *Voſſ.*

p Ἄγουσιν ἐπ᾽ ἐμέ.] Ἤγαγον *Vat.*

q Πανταχόθεν] Πολλαχόθεν *Vat.*

r Ἀσωχὶν πόλιν,] Vid. ſupr. §. 41. SPANH.

s Ἄρδην ἀφανίσαι.] Conf. §. 67. ſup. SPANH.

t Γὰρ πρὸς τοὺς Τιβεριεῖς] Illud γὰρ è *Cod. Voſſ.*

v Ἔσχον ἀπεχθῶς,] Εἶχον *Voſſ.*

x Ἐπ᾽ αὐτούς.] Notanda conſtructio horum cum τὴν Τιβεριάδα. REL.

y Γεγραφέναι] Γεγραφηκέναι *Vat.*

z Οἶδα κἀγώ.] Ita *Voſſ.* εἶδα in *reliquis.*

a Αὐτῶν.] Vocem αὐτῶν non agnoſcunt *Voſſ.* & *Vat.*

b Μετ᾽ οὐ] *Lugd. Bat.* μετὰ. HAV.

c Πρὸς βασιλέα.] Poſt βασιλέα habemus in *Cod. Voſſ.* & *Vat.* μὴ γὰρ διωχθήσεσθαι. καὶ ὁ μὲν ταῖς ὑποθήκαις πεισθεὶς διέφυγε.

Tiberiensibus infensi, ex ira quam conceperant ob ea quæ ante bellum *susceptum* ab eo passi fuerant, Justum pro duce habere non ferebant. Quin & ego, cui commissa erat præfectura Galilææ à communi Hierosolymorum, sæpe numero adeo ira accensus eram, ut parum abfuerim à Justo occidendo, quod malitiam ejus perpeti nequiverim. Ille igitur veritus, ne ira *mea* aliquando in cædem prorumperet, ad regem misit, fore ratus ut apud illum & melius & tutius habitaret.

Sepphoritæ statuunt sese dedere Cestio Gallo.

71. Sepphoritæ autem, præter opinionem è primo periculo elapsi, ad Cestium Gallum miserunt, rogantes ut ad eos ocyus veniret, urbem in fidem suam accepturus, aut militum manum expediret, quæ hostium incursiones reprimeret. Tandemque persuaserunt Gallo de integro ad eos mittere copias aliquammultas pedestres equestresque: quas, cum venissent, noctu *in urbem* receperunt. Cum autem regio finitima à militibus Romanis vexaretur, ipse, assumptis qui mecum erant militibus, Garesimen veniebam. ubi, castris positis valloque circumdatis, cum abessem à Sepphori viginti stadiorum intervallo, nocte copiis urbi admotis mœnibus successi: cumque per scalas magnam militum vim ea scandere fecissem, maximam urbis partem in meam potestatem redigebam. Non multo autem post propter locorum ignorantiam necessitate coacti regressi sumus, occisis duodecim quidem Romanorum peditibus, duobus vero equitibus, & Sepphoritarum nonnullis: uno tantum è nostris desiderato. Aliquanto autem post prælio in planitie cum equitibus conserto, cum diu pericula fortiter adiissemus, *tandem* victi sumus. Nam cum circumventus essem à Romanis, qui mecum erant præ metu terga vertebant. Ex illa vero acie cadit unus eorum quibus credita erat corporis mei custodia, Justus nomine, quique apud regem aliquando eundem locum tenuerat. Per idem autem tempus à rege veniebant copiæ equestres pedestresque, & Sylla qui dux eis præerat, satellitum *regiorum* præfectus. Hic igitur, cum ad stadia quinque à Juliade castra posuisset, custodias præfecit viis, uni ad Cana ducenti, alteri ad castellum Gamala, ut omni à Galilæis commeatu incolas excluderet.

Josephus, cum Sepphorin fere cepisset, re infecta discedit.

Sylla cum copiis adversus Josephum missus.

72. Ista quam primum ego acceperam, duo militum millia eò mitto, & qui dux illis esset Jeremiam. Illi vero, positis prope Jordanem amnem castris stadii intervallo à Juliade, ad nullam nisi velitarem pugnam venerunt, donec ipse ad eos me conferebam cum tribus militum millibus. Sequenti vero die cum insidias in valle quadam collocassem, haud ita procul ab illorum castris, regios ad pugnam provocabam, admonitis qui mecum erant militibus, tantisper terga ut obverterent, quoad hostes ad progrediendum elicerent: id quod factum erat. Nam Sylla, ratus nostros fugam non simulatam capessere, egressus sese ad nos persequendum expediebat. A tergo autem ipsum occupant qui ex insidiis *surgebant*, & *cæteros* omnes valde perturbarunt. Ego vero è vestigio celeriter conversus cum meis omnibus regiis obviam processi, & in fugam compuli. Atque prælium mihi ea die ex animi sententia successisset, nisi fors quædam mihi obstitisset. Equus

Syllam regiosque fugat Josephus.

ἐχθρῶς ἔχοντες πρὸς τοὺς Τιβεριεῖς, [d] διὰ μῆνιν ὧν ὑπ' αὐτοῦ πρὸ τοῦ πολέμου ἐπεπόνθεισαν, οὐκ ἠνείχοντο στρατηγοῦντος αὐτῶν Ἰούστου. κἀγὼ δὲ τὴν προστασίαν τῆς Γαλιλαίας πιστευθεὶς ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν, πολλάκις εἰς τοσαύτην ἧκον ὀργὴν, ὡς ὀλίγου δεῖν ἀποκτεῖναι τὸν Ἰοῦστον, φέρειν αὐτοῦ τὴν μοχθηρίαν οὐ δυνάμενος. δείσας οὖν ἐκεῖνος, μὴ καὶ λάβῃ τέλος ἅπαξ ὁ θυμὸς, [e] ἔπεμψε πρὸς βασιλέα, κρεῖσσον καὶ ἀσφαλέστερον οἰκήσειν παρ' ἐκείνῳ νομίζων.

οα'. Σεπφωρῖται δὲ, παραδόξως τὸν πρῶτον κίνδυνον διαφυγόντες, πρὸς Κέστιον Γάλλον ἔπεμψαν, καὶ ἥκειν παρεκάλουν ὡς αὐτοὺς θᾶττον παραληψόμενον τὴν πόλιν, ἢ πέμπειν δύναμιν τὴν ἀνακόψουσαν τὰς ἐπ' αὐτοὺς τῶν πολεμίων ἐπιδρομάς. καὶ τέλος ἔπεισαν τὸν Γάλλον πέμψαι δύναμιν αὐτοῖς ἱππικήν τε καὶ πεζικὴν πάλιν συχνὴν, ἣν ἐλθοῦσαν νυκτὸς εἰσεδέξαντο. κακουμένης δὲ ὑπὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς στρατιᾶς τῆς πέριξ χώρας, ἀναλαβὼν ἐγὼ τοὺς περὶ ἐμὲ στρατιώτας, ἧκον [f] εἰς Γαρεισίμην. ἔνθα βαλλόμενος χάρακα πόρρω τῆς Σεπφωριτῶν πόλεως ἀπέχων σταδίων εἴκοσι νυκτὸς ἐπ' αὐτὴν προσέμιξα, καὶ τοῖς τείχεσιν προσέβαλλον. καὶ διὰ κλιμάκων [g] ἐμβήσας συχνοὺς τῶν στρατιωτῶν, ἐγκρατὴς τοῦ πλείστου τῆς πόλεως μέρους ἐγενόμην. μετ' οὐ πολὺ δὲ διὰ τὴν τῶν τόπων ἄγνοιαν ἀναγκασθέντες [h] ἀνεχωρήσαμεν, ἀνελόντες μὲν δύο καὶ δέκα Ῥωμαίων πεζοὺς, [i] δύο δὲ ἱππεῖς, ὀλίγους δὲ Σεπφωριτῶν, αὐτοὶ δὲ ἕνα μόνον ἀπεβάλομεν. γενομένης δὲ ὕστερον ἡμῖν κατὰ τὸ πεδίον μάχης πρὸς τοὺς ἱππεῖς, μέχρι πολλοῦ καρτερῶς διακινδυνεύσαντες ἡττήθημεν. περιελθόντων γάρ με τῶν Ῥωμαίων, οἱ μετ' ἐμοῦ δείσαντες ἔφυγον εἰς τοὐπίσω. πίπτει δὲ τῆς παρατάξεως ἐκείνης εἷς τῶν πεπιστευμένων τὴν τοῦ σώματός μου φυλακὴν, Ἰοῦστος τοὔνομα, καὶ παρὰ βασιλεῖ ποτε τὴν αὐτὴν τάξιν ἐσχηκώς. κατὰ τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν ἡ παρὰ βασιλέως δύναμις ἧκεν ἱππική τε καὶ πεζικὴ, καὶ [k] Σύλλας ἐπ' αὐτῆς ἡγεμὼν, ὁ ἐπὶ τῶν σωματοφυλάκων. οὗτος οὖν [l] βαλλόμενος στρατόπεδον Ἰουλιάδος ἀπέχον σταδίους πέντε, φρουρὰν [m] ἐπέστησε ταῖς ὁδοῖς, τῇ τε [n] εἰς Κανὰ ἀγούσῃ, καὶ τῇ εἰς Γάμαλα τὸ φρούριον, ὑπὲρ τοῦ τὰς παρὰ τῶν Γαλιλαίων ὠφελείας τοῖς ἐνοίκοις ἀποκλείειν.

οβ'. Ταῦτα δ' ὡς ἐγὼ ἐπυθόμην, πέμπω δισχιλίους ὁπλίτας, καὶ στρατηγὸν αὐτῶν Ἰερεμίαν. [o] οἱ δὴ, καὶ χάρακα θέντες [p] ἀπὸ σταδίου τῆς Ἰουλιάδος πλησίον τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ, πλέον ἀκροβολισμῶν οὐδὲν ἔπραξαν, μέχρι τρισχιλίους ἐγὼ στρατιώτας ἀναλαβὼν ἧκον πρὸς αὐτούς. κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, ἔν τινι φάραγγι καθίσας λόχον οὐκ ἄποθεν αὐτῶν τοῦ χάρακος, προεκαλούμην τοὺς βασιλικοὺς εἰς μάχην, παραινέσας τοῖς μετ' ἐμοῦ στρατιώταις στρέψαι τὰ νῶτα μέχρις ἂν [q] ἐπισπάσωνται τοὺς πολεμίους προελθεῖν. ὅπερ καὶ ἐγένετο. Σύλλας γὰρ, εἰκάσας [r] ταῖς ἀληθείαις τοὺς ἡμετέρους φεύγειν, προελθὼν ἐπιδιώκειν οἷός τε ἦν. κατὰ νώτου δ' αὐτὸν λαμβάνουσιν οἱ ἐκ τῆς ἐνέδρας, καὶ σφόδρα πάντας ἐθορύβησαν. ἐγὼ δὲ εὐθὺς ὀξείᾳ χρησάμενος ὑποστροφῇ μετὰ τῆς δυνάμεως ὑπήντησα τοῖς βασιλικοῖς, καὶ εἰς φυγὴν ἔτρεψα. κἂν κατώρθωτό μοι κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡ πρᾶξις, μὴ ἐμποδὼν γενομένου [s] δαίμονός τινος.

ὁ γὰρ

d Διὰ μῆνιν] Διὰ μνήμην ὧν ὑπ' αὐτῶν legisse videtur *Gelenius*, qui vertit, *recordatione eorum, quæ ab eis* &c.

e Ἔπεμψε] Ἐπέσωσε *Vat.* quod sane postularet εἰς pro πρός. ut sensus sit, *salvus evasit ad regem.*

f Εἰς Γαρεισίμην,] Εἰς Γάρις κώμην *Voss.* εἰς γὰρ εἰς κώμην *Vat.*

g Ἐμβήσας] *Lugd. Bat.* ἐμβιβάσας. Hav.

h Ἀνεχωρήσαμεν,] Ὑπεχωρήσαμεν *Vat.*

i Δύο δὲ] *Ed. Gen.* δύο καὶ.

k Σύλλας] Σίλας *Gall.*

l Βαλλόμενος] *Lugd. Bat.* βαλόμενος. Hav.

m Ἐπέστησε ταῖς ὁδοῖς,] Ita cum *Cod. Vat.* ἐφίστασι in *reliquis.*

n Εἰς Κανὰ] Εἰς Σελευκείαν *Lugd. Bat.* seu *Voss.*

o Οἱ δὴ,] *Al.* οἱ δὴ καὶ χ.

p Ἀπὸ σταδίου] Atque ita paulo supra pro ἀπέχων in *Codd. Voss.* & *Vat.*

q Ἐπισπάσωνται τοὺς πολεμίους] Ita *Vat.* & *Voss.* ἐπισπεύσωνται in *Editis Aliisque.*

r Ταῖς ἀληθείαις] Sic *Vat.* (*Lugd. Bat.*) & *Voss.* τῆς εὐηθείας in *cæteris.*

s Δαίμονός τινος.] Notanda Josephi hic phrasiologia, ut & mox ἵππος ἐν ᾧ. Rel.

t Ei

ὁ γὰρ ἵππος [t] ἐν ᾧ τὴν μάχην ἐποιούμην, εἰς τελματώδη τόπον ἐμπεσὼν, συγκατήνεγκέ με ἐπὶ τοῦ ἐδάφους. θραύσεως δὲ τῶν ἄρθρων γενομένης ἐπὶ τὸν καρπὸν τῆς χειρὸς, ἐκομίσθην εἰς κώμην [v] Κεφαρνώμην λεγομένην. οἱ δὲ ἐμοὶ ταῦτ᾽ ἀκούσαντες, καὶ δεδοικότες μή τι χεῖρον ἔπαθον, τῆς μὲν ἐπὶ πλεῖον διώξεως ἀπέσχοντο, ὑπέστρεφον δὲ περὶ ἐμὲ λίαν ἀγωνιῶντες. μεταπεμψάμενος οὖν ἰατροὺς καὶ θεραπευθεὶς, τὴν ἡμέραν ἐκείνην αὐτοῦ κατέμεινα πυρέξας, δόξαν τε τοῖς ἰατροῖς, τῆς νυκτὸς εἰς [x] Ταριχέας μετεκομίσθην.

ογ. Σύλλας δὲ καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ, πυθόμενοι τὰ κατ᾽ ἐμὲ, πάλιν ἐθάρσησαν. καὶ γνόντες ἀμελεῖσθαι τὰ περὶ τὴν φυλακὴν τοῦ στρατοπέδου, διὰ νυκτὸς ἱππέων λόχον ἱδρύσαντες ἐν τῷ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, γενομένης ἡμέρας εἰς μάχην ἡμᾶς προεκαλέσαντο. τῶν δ᾽ ὑπακουσάντων καὶ μέχρι τοῦ πεδίου [y] διελθόντων, ἐπιφανέντες οἱ ἐκ τῆς ἐνέδρας ἱππεῖς, καὶ ταράξαντες αὐτοὺς εἰς φυγὴν ἔτρεψαν. ἓξ τε τῶν ἡμετέρων ἔκτειναν, οὐ μὴν μέχρι τέλους τὴν νίκην ἤγαγον. καταπεπλευκέναι γάρ τινας ὁπλίτας ἀκούσαντες ἀπὸ Ταριχεῶν εἰς Ἰουλιάδα, φοβηθέντες ἀνεχώρησαν.

οδ. Μετ᾽ οὐ πολὺν δὲ χρόνον Οὐεσπασιανὸς εἰς Τύρον ἀφικνεῖται, καὶ σὺν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας. καὶ οἱ Τύριοι βλασφημεῖν ἤρξαντο τὸν βασιλέα, Τυρίων αὐτὸν καλοῦντες καὶ Ῥωμαίων πολέμιον. τὸν γὰρ στρατοπεδάρχην αὐτοῦ Φίλιππον ἔλεγον προδεδωκέναι τὴν βασιλικὴν αὐλὴν, καὶ τὰς Ῥωμαίων δυνάμεις τὰς οὔσας ἐν Ἱεροσολύμοις κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόσταξιν. Οὐεσπασιανὸς δὲ ἀκούσας Τυρίοις μὲν ἐπέπληξεν, ὑβρίζουσιν ἄνδρα, καὶ βασιλέα καὶ Ῥωμαίοις φίλον. τῷ δὲ βασιλεῖ παρῄνεσεν πέμψαι Φίλιππον εἰς Ῥώμην ὑφέξοντα λόγον [z] Νέρωνι περὶ τῶν πεπραγμένων. Φίλιππος δὲ πεμφθεὶς οὐχ ἧκεν εἰς ὄψιν Νέρωνι. καταλαβὼν γὰρ αὐτὸν ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὄντα διὰ τὰς ἐμπεσούσας ταραχὰς καὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον, ὑπέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα. ἐπεὶ δὲ Οὐεσπασιανὸς εἰς Πτολεμαΐδα παρεγένετο, οἱ πρῶτοι [a] τῶν τῆς Συρίας Δέκα πόλεων κατεβόων Ἰούστου τοῦ Τιβεριέως, ὅτι τὰς κώμας αὐτῶν [b] ἐνέπρησεν. παρέδωκεν οὖν αὐτὸν Οὐεσπασιανὸς τῷ βασιλεῖ κολασθησόμενον ὑπὸ τῶν τῆς βασιλείας ὑποτελῶν. ὁ βασιλεὺς δ᾽ αὐτὸν ἔδησεν, ἐπικρυψάμενος τοῦτο Οὐεσπασιανὸν, ὡς ἀνωτέρω [c] δεδήλωται. Σεπφωρῖται δ᾽ ὑπαντήσαντες, καὶ ἀσπασάμενοι Οὐεσπασιανὸν, λαμβάνουσι δύναμιν καὶ στρατηγὸν Πλακίδον. [d] ἀναβάντες δὲ μετὰ τούτων ἑπομένου μου ἄχρι τῆς εἰς Γαλιλαίαν Οὐεσπασιανοῦ ἀφίξεως. περὶ ἧς τίνα τρόπον ἐγένετο, καὶ πῶς περὶ [e] Ταριχέαν κώμην τὴν πρώτην πρὸς ἐμὲ μάχην ἐποιήσατο, καὶ ὡς ἐκεῖθεν εἰς τὰ Ἰωτάπατα ἀνεχώρησαν, καὶ ὃν τρόπον ζῶν ληφθεὶς ἐδέθην, καὶ πῶς ἐλύθην. πάντα τε τὰ πεπραγμένα μοι κατὰ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον καὶ τὴν Ἱεροσολύμων πολιορκίαν, μετὰ ἀκριβείας ἐν ταῖς περὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου βίβλοις ἀπήγγελκα. ἀναγκαῖον δ᾽ ἐστὶν, ὡς οἶμαι, καὶ ὅσα μὲ κατὰ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον ἀνέγραψα τῶν ἐν τῷ βίῳ μου πεπραγμένων νῦν προσαναγράψαι.

οε. Τῆς γὰρ τῶν Ἰωταπάτων πολιορκίας λαβούσης τέλος, γενόμενος παρὰ Ῥωμαίοις μετὰ πάσης ἐπιμελείας ἐφυλασσόμην, τὰ πολλὰ διὰ τιμῆς ἄγοντός με Οὐεσπασιανοῦ. καὶ δὴ κελεύσαντος αὐτοῦ [f] ἤγαγον μέν τινα

enim, ex quo pugnabam, in locum cœnosum forte incidens, simul cum ipso me solo allisit. Cum autem articulorum ad manûs carpum facta esset contusio, deportatus eram in vicum, cui nomen Cepharnome. At mei, cum ista audivissent, soliciti que essent, ne quid forsan pejus mihi acciderit, ab hostibus quidem persequendis destiterunt, atque reversi de me vehementer animis angebantur. Accitis igitur medicis & curatione adhibita, ibi per eam diem mansi quòd febriculam haberem, & nocte ex medicorum sententia translatus eram Taricheas.

Læsus equi lapsu.

73. Sylla autem & qui cum eo erant, ubi ad eos perlata essent quæ mihi acciderant, animos resumpserunt: cumque novissent negligentius custodiri castra, noctu trans Jordanem collocata in insidiis equitum turma, prima luce nos ad prælium provocarunt. Quibus pugnam non detrectantibus, & in planitiem progressis, coorti è latebris equites, *nostris* terrore injecto, eos in fugam verterunt. E nostris etiam sex occiderunt, sibi tamen è manibus victoriam excidere passi sunt. nam cum audissent, milites nonnullos Taricheis navibus Juliada advectos esse, præ metu receptui cecinerunt.

Inde hostes animos sumunt.

74. Non multo autem post Vespasianus Tyrum venit, & cum eo Agrippa rex. atque Tyrii regem maledictis incessere cœperunt, hostem eum vocantes & Tyriorum & Romanorum. Ejus enim exercituum præfectum Philippum regiam prodidisse dicebant, & Romanorum milites qui Hierosolymis erant, idque ipsius jussu. Atqui Vespasianus, his auditis, Tyrios quidem objurgavit; quod virum, & regem & Romanorum amicum, contumeliis afficerent; regem vero adhortatus est, ut Philippum Romam mitteret, Neroni eorum quæ gesta erant rationem redditurum. Philippus proinde *Romam* missus in Neronis conspectum non veniebat. cum enim offendisset eum in extremis agentem propter tumultus qui inciderant bellumque civile, ad regem reversus est. Vespasianus autem, posteaquam Ptolemaïda adveniret, Decapolitanorum primores in Justum Tiberiensem palam vociferabant, quod vicos eorum incenderit. Quamobrem Vespasianus eum regi in potestatem tradidit, ut pœnas daret regni stipendiariis. At rex eum inscio Vespasiano in vincula conjecit, quemadmodum supra dictum est. Tum Sepphoritæ, obviam progressi Vespasiano, eoque salutato, præsidium *ab eo* acceperunt duce Placido: cumque illis ascenderunt, me à tergo eos persequente, donec in Galilæam veniret Vespasianus. De quo adventu, & cujusmodi erat, & quî modo circa vicum Taricheam mecum acie primum conflixerunt, utque illinc in Jotapata † se receperunt, quæque ipse gessi in ejus loci obsidione, & qui factum est ut ipse vivus captus vinculis astrictus fuerim, & non multo post solutus, quæ item ipse in bello Judaïco perfeci, quæque spectant ad Hierosolymorum obsidionem, in libris de Bello Judaïco non perfunctorie narravi. Mihi autem necessarium esse arbitror, ut res à me in vita mea gestas, quas in libros de Bello Judaïco non retulerim, nunc demum memorarem.

Vespasianus & Agrippa Tyrum veniunt.

Agrippa & Philippus à Tyriis accusati.

Ex Vespasiani suasu Philippus Romam mittitur.

Decapolitani Justum accusant. Vespasianus jubet eum puniri.

Sc. libro IV.

75. Jotapatorum igitur obsidione ad finem perducta, cum jam essem in Romanorum potestate summa diligentia asservabar, magno tamen in honore à Vespasiano habitus. ideo illius jussu in uxorem ducebam

Josephus à Vespasiano in honore habitus.

t Ἐν ᾧ τὴν μάχην ἐποιούμην] Ἐφ᾽ ᾧ *Vat.*

v Κεφαρνώμην λεγομένην] Κεφαρνώκων *Voss.* seu Κεφαρναμὼν & *Gall.* Huds. Idem locus est cum Καπερνάουμ sicut *o* & *au* permutarunt Judæi; inde autem Taricheas, ut in locum propinquum, delatus est. Rel. Adde eundem in Palæst. pag. 683.

x Ταριχέας] Hîc loc. Ταριχαίας in *libris.*

y Διελθόντων,] Προελθόντων *Voss.*

z Νέρωνι] Ita *MSS.* in *Editis* deerat Νέρωνι.

a Τῶν τῆς Συρίας Δέκα πόλεων] Conf. dict. ad §. 65. Spanh.

b Ἐνέπρησεν.] Ἐμπρήσειε *Vat.*

c Δεδήλωται.] Δεδηλώκαμεν *Vat.*

d Ἀναβάντες] Ἀναβάντες pro ἀνέβησαν, participium pro verbo.

e Ταριχέαν κώμην] Ταρὶς κώμην *Voss.* Ταριχείαν κ. in *libris.* Huds. Sic & Capernaum; at πόλιν vocat bis alibi. A Tito autem eversa urbs est. Rel.

f Ἤγαγον μέν] Ἠγαγόμην τινὰ π. & mox inferius ἠγαγόμην, pro ἤγαγον *Vat.* & *Voss.*

† *Se receperunt*] Gelen. *recepi me.* quo pacto reponi deberet ἀνεχώρησα, ut de se ipso, non de comitatu suo, vel Judæis aliis, loquatur. Hav.

g Αἰχμα-

Josephi uxores duæ.

cebam virginem quandam, ex illarum numero quæ Cæsareæ captæ erant, *istius loci* indigenam. Verum apud me non diu manebat, sed cum *vinculis* solutus essem & cum Vespasiano una profectus Alexandriam, *à me* discessit: uxorem autem alteram ducebam Alexandriæ. Illinc quoque una cum Tito missus ad Hierosolymorum obsidionem, non semel de vita periclitatus sum; & Judæis modis omnibus id agentibus ut me in potestatem suam redigerent, quò me supplicio afficerent; & Romanis, quoties cladem aliquam acciperent, ac si ea ex mea proditione accidisset, continuò imperatorem appellantibus, & me ad pœnam tanquam illorum proditorem deposcentibus. At Titus Cæsar, non ignarus belli vicissitudinum, militum in me impetum silentio discutiebat. cumque in eo esset urbs Hierosolymorum ut vi expugnaretur, subinde me hortabatur Titus Cæsar, ut ex patriæ excidio quicquid vellem ipse sumerem: quippe hanc potestatem se mihi concedere dicebat. Ego vero patria collapsa nihil prius habens & antiquius, quod in mearum calamitatum consolationem acceptum servarem, quam corpora libera, Titum ea poscebam, simulque libros sacros, quos dono mihi dedit Titus. Cum autem non multo post fratris etiam vitam eum rogassem & amicorum quinquaginta, res mihi ex animi sententia successit. Sed &, facta mihi à Tito potestate, in templum ingressus, in quod inclusa erat magna captivarum mulierum & puerorum multitudo, quotquot inter eos amicorum meorum & familiarium deprehendi, omnes, circiter centum & nonaginta numero, liberavi, nulloque redemptionis pretio soluto dimisi in pristinum fortunæ statum restitutos. Missus deinde à Tito Cæsare cum Cerealio & mille equitibus in vicum quendam cui nomen Thecoa, ad dispiciendum an locus esset castris metandis idoneus, cum illinc revertens multos viderem crucibus suffixos, & in his tres mihi quondam familiares agnoscerem, animo indolui, & cum Titi pedibus lachrymans accidissem, rem ut erat ei referebam. Ille vero mox jussit ipsis detractis adhibendam esse curationem omni cum diligentia, & horum quidem duo dum curarentur animam efflarunt; tertio vero longior vitæ usura reddita est.

Josephus in periculis à Judæis & Romanis.

Titi erga Josephum benevolentia.

Josephus captivos multos liberat.

Josephus prædiis donatus à Tito.

76. At Titus, postquam res in Judæa turbatas composuerat, facta conjectura agros quos habebam circa Hierosolyma mihi inutiles fore, propter milites Romanos illic ad regionis custodiam relinquendos, alia mihi prædia donavit in planitie: & Romam profecturus, me navigationis socium assumpsit, magno in honore habitum. Ubi vero Romam pervenimus, curæ non mediocri eram Vespasiano. Nam & mihi hospitium dedit iis in ædibus, quas antequam fieret imperator habitaverat, & civis Romani jure cohonestavit, & annuam mihi pensionem assignavit; meque honoribus cumulare non destitit, sua erga me liberalitate ne minimum quidem deminuta donec è vita migrarit. id quod ex *nonnullorum* invidia me in discrimen *aliquoties* adduxit. Judæus enim quidam, Jonathas nomine, cum seditionem apud Cyrenen excitasset, & bis mille indigenis ut idem facerent persuasisset, istis quidem in causa

Cum Tito Romam profectus honorifice excipitur à Vespasiano.

Invidorum calumniis appetitus.

παρθένον ἐκ τῶν [g] αἰχμαλωτίδων τῶν κατὰ Καισάρειαν ἁλουσῶν ἐγχώριον. οὐ παρέμεινεν δ' αὕτη μοι πολὺν χρόνον, ἀλλὰ, λυθέντος καὶ μετὰ Οὐεσπασιανοῦ πορευθέντος εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἀπηλλάγη. γυναῖκα δ' ἑτέραν ἤγαγον κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. κἀκεῖθεν ἐπὶ τὴν Ἱεροσολύμων πολιορκίαν συμπεμφθεὶς Τίτῳ, πολλάκις ἀποθανεῖν ἐκινδύνευσα, τῶν τε Ἰουδαίων [h] διὰ σπουδῆς ἐχόντων ὑποχείριόν με λαβεῖν τιμωρίας ἕνεκεν, καὶ Ῥωμαίων, ὁσάκις νικηθεῖεν, πάσχειν τοῦτο κατ' ἐμὴν προδοσίαν δοκούντων, συνεχεῖς καταβοήσεις ἐπὶ τοῦ αὐτοκράτορος ἐγίνοντο, κολάζειν με ὡς καὶ [i] αὐτῶν προδότην ἀξιούντων. Τίτος δὲ Καῖσαρ, τὰς τοῦ πολέμου τύχας οὐκ ἀγνοῶν, σιγῇ τὰς ἐπ' ἐμὲ τῶν στρατιωτῶν [k] ἐξέλυεν ὁρμάς. ἤδη δὲ κατὰ κράτος τῆς τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως ἐχομένης, Τίτος Καῖσαρ ἔπειθέν με πολλάκις ἐκ τῆς κατασκαφῆς τῆς πατρίδος πᾶν ὅ, τι θέλοιμι λαβεῖν. συγχωρεῖν γὰρ αὐτὸς ἔφασκεν. ἐγὼ δὲ τῆς πατρίδος πεσούσης μηδὲν ἔχων τιμιώτερον, ὃ τῶν ἐμαυτοῦ συμφορῶν εἰς παραμυθίαν λαβὼν φυλάξαιμι, σωμάτων ἐλευθέρων, τὴν αἴτησιν ἐποιούμην Τίτον, [l] καὶ βιβλίων ἱερῶν ἔλαβον χαρισαμένου Τίτου. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν μετὰ πεντήκοντα φίλων αἰτησάμενος, οὐκ ἀπέτυχον. καὶ εἰς τὸ ἱερὸν δὲ πορευθεὶς, Τίτου τὴν ἐξουσίαν δόντος, ἔνθα πολὺ πλῆθος αἰχμαλώτων ἐγκέκλειστο γυναικῶν τε καὶ τέκνων, ὅσους ἐπέγνων φίλων ἐμῶν καὶ συνήθων ὑπάρχοντας ἐρρυσάμην, περὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ὄντας τὸν ἀριθμὸν, καὶ οὐδὲ λύτρα καταθεμένους ἀπέλυσα συγχωρήσας αὐτοὺς τῇ προτέρᾳ τύχῃ. πεμφθεὶς δὲ ὑπὸ Τίτου Καίσαρος σὺν [m] Κερεαλίῳ καὶ χιλίοις ἱππεῦσιν εἰς κώμην τινὰ [n] Θεκώαν λεγομένην, [o] πρὸς κατανόησιν εἰ τόπος ἐπιτήδειός ἐστι χάρακα δέξασθαι, ὡς ἐκεῖθεν ὑποστρέφων εἶδον πολλοὺς [p] αἰχμαλώτους ἀνεσταυρωμένους, καὶ τρεῖς [q] γνωρίσας συνήθεις μοι γενομένους, ἤλγησα τὴν ψυχὴν, καὶ μετὰ δακρύων προσελθὼν Τίτῳ εἶπον. ὁ δ' εὐθὺς ἐκέλευσεν καθαιρεθέντας αὐτοὺς θεραπείας ἐπιμελεστάτης τυχεῖν. καὶ οἱ μὲν δύο τελευτῶσιν θεραπευόμενοι, ὁ δὲ τρίτος ἔζησεν.

οϛ'. Ἐπεὶ δὲ κατέπαυσεν τὰς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ταραχὰς Τίτος, εἰκάσας τοὺς ἀγροὺς οὓς εἶχον ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀνονήτους ἐσομένους μοι, διὰ τὴν μέλλουσαν ἐκεῖ Ῥωμαίων φρουρὰν ἐγκαθέζεσθαι, ἔδωκεν ἑτέραν χώραν ἐν πεδίῳ. μέλλων τε ἀπαίρειν εἰς τὴν Ῥώμην, σύμπλουν [r] ἐδέξατό με πᾶσαν τιμὴν ἀπονέμων. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἥκομεν, πολλῆς ἔτυχον παρὰ Οὐεσπασιανοῦ προνοίας, καὶ γὰρ καὶ κατάλυσιν ἔδωκεν ἐν [s] τῇ οἰκίᾳ τῇ πρὸ τῆς ἡγεμονίας αὐτῷ γενομένῃ, πολιτείᾳ τε Ῥωμαίων ἐτίμησεν, καὶ σύνταξιν χρημάτων ἔδωκεν. καὶ τιμῶν διετέλει μέχρι τῆς ἐκ τοῦ βίου μεταστάσεως, οὐδὲν τῆς πρὸς ἐμὲ χρηστότητος ὑφελών. ὃ μοι διὰ τὸν φθόνον ἤνεγκε κίνδυνον. Ἰουδαῖος γάρ τις, Ἰωνάθης τοὔνομα, στάσιν [t] ἐξεγείρας ἐν Κυρήνῃ, καὶ δισχιλίους τῶν ἐγχωρίων συναναπείσας, ἐκείνοις μὲν αἴτιος ἀπωλείας ἐγένετο. αὐτὸς δὲ ὑπὸ τοῦ τῆς χώρας

g Αἰχμαλωτίδων] At Antiq. 3. 10. id non permissum scribit sacerdotibus. verum apparet jussu Vespasiani id fecisse, & credibile forsan est, ideo postea repudiasse. Rel.

h Διὰ σπουδῆς ἐχόντων] Μετὰ σπουδῆς *Voss.*

i Αὐτῶν προδότην] Ita *Voss.* αὐτὸν in *cæteris.*

k Ἐξέλυεν ὁρμάς. ἤδη δὲ κατὰ κράτος τῆς τῶν Ἱεροσολυμιτῶν] Absunt hæc descriptoris incuriâ in *Lugd. Bat.* Hav.

l Καὶ βιβλίων] Illud καὶ deest in MS. *Lugd. Bat.* Hav.

m Κερεαλίῳ] Ita *Vat.* Κεραιαλίῳ in *cæteris.*

n Θεκώαν] Θοκῶαν *Vat.* Θεκὼ *Gall.* Θεκοῦε in *Bello Jud.* Huds. Ant. Jud. lib. 9. cap. 1. §. 3. ὑποκάτω Θεκώας πόλεως. lib. 8. cap. 10. §. 1. pro Θεκὼς *Gen.* Lege Θεκωὲ ut de Bell. Jud. lib. 4. cap. 9. §. 5. εἰς ἔρημον Θεκωὲ prope Hierosf. 1. Maccab. 9. 31. Spanh.

o Πρὸς κατανόησιν] Προκατανοούσων *Vat. Lugd. Bat.* seu *Voss.*

p Αἰχμαλώτους] Αἰχμαλώτους non agnoscit *Lugd. Bat.* seu *Voss.*

q Γνωρίσας συνήθεις] Ἐγνώρισα *Voss.*

r Ἐδέξατό με] Illud με deest in *Lugd. Bat.* seu *Voss.*

s Τῇ οἰκίᾳ] Delectatum enim fuisse Vespasianum pristinæ sortis & memoriæ locis, discimus ex Suetonio in Vita ejus cap. 11. *Princeps quoque & locum incunabulorum assidue frequentavit; manente villa, qualis fuerat olim: ne quid scilicet oculorum consuetudini deperiret.* Unde concludere licet & ædes suas, quas Romæ quoque privatus habitaverat, amasse, & amicis suis ibidem mansionis loca (ut Josepho nostro) assignasse. Hav.

t Ἐξεγείρας ἐν Κυρήνῃ,] Seditio Cyrenes orta de Bello Jud. lib. 7. cap. 11. §. 1. Spanh.

ρας ἡγεμονεύοντος δεθεὶς, καὶ ἐπὶ τὸν αὐτοκράτορα πεμφθεὶς, ἔφασκέν ἐμὲ αὐτῷ ὅπλα πεπομφέναι καὶ χρήματα. οὐ μὴν Οὐεσπασιανὸν ψευδόμενος ἔλαθεν, ἀλλὰ κατέγνω θάνατον αὐτοῦ, καὶ παραδοθεὶς ἀπέθανεν. πολλάκις δὲ καὶ μετὰ ταῦτα τῶν βασκαινόντων μοι τῆς εὐτυχίας κατηγορίας ἐπ' ἐμὲ [v] συνθέντων, Θεοῦ προνοίᾳ πάσας διέφυγον. ἔλαβον δὲ παρὰ Οὐεσπασιανοῦ δωρεὰν γῆν οὐκ ὀλίγην ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. καθ' ὃν δὴ καιρὸν καὶ τὴν γυναῖκα, [x] μὴ ἀρεσκόμενος αὐτῆς τοῖς ἤθεσιν, ἀπεπεμψάμην, τριῶν παίδων γενομένην μητέρα. ὧν οἱ μὲν δύο ἐτελεύτησαν, εἷς δὲ ὃν Ὑρκανὸν προσηγόρευσα περίεστιν. μετὰ ταῦτα ἠγαγόμην γυναῖκα κατῳκηκυῖαν μὲν ἐν Κρήτῃ, τὸ δὲ γένος Ἰουδαίαν, γονέων εὐγενεστάτων καὶ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἐπιφανεστάτων. ἤθει πολλῶν γυναικῶν διαφέρουσαν, ὡς ὁ μετὰ ταῦτα βίος αὐτῆς ἀπέδειξεν. ἐκ ταύτης δή μοι γίνονται παῖδες δύο. πρεσβύτερος μὲν Ἰοῦστος, [y] Σιμωνίδης δὲ μετ' ἐκεῖνον, ὁ καὶ Ἀγρίππας ἐπικληθείς. ταῦτα μέντοι τὰ κατὰ τὸν οἶκον. διέμεινεν δέ μοι ὅμοια καὶ τὰ παρὰ τῶν αὐτοκρατόρων. Οὐεσπασιανοῦ γὰρ τελευτήσαντος, Τίτος, τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος, ὁμοίαν τῷ πατρὶ τὴν τιμήν μοι διεφύλαξεν, πολλάκις τε κατηγορηθέντος οὐκ ἐπίστευσεν. διαδεξάμενος δὲ τοῦτον Δομετιανὸς, καὶ προσηύξησεν τὰς εἰς ἐμὲ τιμάς. τούς τε γὰρ κατηγορήσαντάς μου Ἰουδαίους ἐκόλασεν, καὶ δοῦλον εὐνοῦχον, παιδαγωγὸν τοῦ παιδός μου, κατηγορήσαντα, κολασθῆναι προσέταξεν. ἐμοί τε τῆς ἐν Ἰουδαίᾳ χώρας ἀτέλειαν ἔδωκεν, ἥπερ ἐστὶ μεγίστη τιμὴ τῷ λαβόντι. [z] ἡ δὲ τοῦ Καίσαρος γυνὴ Δομετία διετέλεσεν εὐεργετῆσαί με. ταῦτα μὲν τὰ πεπραγμένα μοι [a] διὰ παντὸς τοῦ βίου ἐστίν. κρινέτωσαν δ' ἐξ αὐτῶν τὸ ἦθος, ὅπως ἂν ἐθέλωσιν, ἕτεροι. σοὶ δ' ἀποδεδωκὼς, [b] κράτιστε ἀνδρῶν [c] Ἐπαφρόδιτε, τὴν πᾶσαν τῆς ἀρχαιολογίας [d] ἀναγραφὴν, ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐνταῦθα καταπαύω τὸν λόγον.

erat exitii; ille vero, à provinciæ præside vinctus & ad imperatorem missus, ajebat me arma & pecunias illi suppeditasse. Vespasianum tamen non latebat, quod mentitus fuerit, capitisque eum condemnabat, adeo ut *carnifici* traditus perierit. Sæpe etiam postea accusationibus ab iis, qui meæ inviderunt felicitati, in me institutis, Dei providentia ex omnibus evasi. A Vespasiano autem dono accepi latifundium in Judæa. quo etiam tempore & uxorem dimisi, quod ejus mores mihi non placerent, cum jam mater facta esset trium liberorum: quorum duo quidem diem suum obierunt, unus vero, quem Hyrcanum appellavi, superstes est. Paulo post aliam duxi uxorem, quæ in Creta quidem habitarat, genere autem Judæa erat, parentibus nobilissimis nata & omnium in illa regione splendidissimis, quæ multas mulieres morum præstantia superabat, ut vita ejus quam deinceps mecum agebat indicio fuit. Ex ea duos suscepi filios, Justum natu grandiorem, & post eum Simonidem, qui & Agrippæ cognomen habuit. Et hujusmodi quidem *sunt* res nostræ domesticæ. Mansit autem mihi imperatorum benevolentia perpetuo eadem. Nam defuncto Vespasiano, Titus, qui eum in imperio excepit, in eodem quo pater honore me habuit; cumque sæpius accusarer, *delatoribus* non credidit. Domitianus autem, qui ei *in imperium* successit, honoribus etiam & dignitate me auxit. Nam & Judæos accusatores meos supplicio affecit, & servum eunuchum filii mei prædagogum, qui accusationem in me instituerat, puniri jussit. Quin & mihi, quod attinet ad agros in Judææ provincia, tributorum immunitatem dedit: id quod ei qui acceperit honorificentissimum censetur. Ad hæc Cæsaris uxor Domitia mihi benefacere nunquam destitit. Et hæc quidem *præcipua* sunt quæ per omnem vitam à me gesta sunt. ex illis vero de moribus meis judicent alii, prout cuicunque libuerit. Cum autem tui in usum, præstantissime virorum Epaphrodite, antiquitates *nostras* omnes *jam* perscripserim, in præsentia hîc narrationem claudo.

A Vespasiano terras in Judæa accipit.

Secunda Josephi uxor dimissa, quæ ei libros duos peperit.

Tertia Josephi uxor.

Liberi ex ea suscepti.

Josephum benevolentia prosequuntur imperatores: Vespasianus & Titus. Domitianus & Domitia.

Epaphroditus summus Josephi amicus.

[e] Ἐτελειώθησαν Φλαβίου Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς [f] ἀρχαιολογίας λόγοι εἴκοσι, πρὸς οἷς καὶ ὁ βίος Ἰωσήπου.

Absoluti sunt Fl. Josephi Antiquitatum Judaicarum libri XX. quibus accessit & vita Josephi.

v Συνθέντων,] Συντιθέντων *Vat.*

x Μὴ] *Lugd. Bat.* vult καὶ μὴ. HAV.

y Σιμωνίδης] Σιμωνιάδης *Vat.*

z Ἡ δὲ τοῦ Καίσαρος] Καὶ πολλὰ δὲ ἡ τοῦ Καίσαρος γυνὴ Δομετία διετέλεσεν εὐεργετοῦσά με. *Voss.*

a Διὰ παντὸς] Διὰ τοῦ βίου *Voss.*

b Κράτιστε ἀνδρῶν] Ex hoc Epilogo concludit Vales. ad Euseb. p. 47. hunc Josephi librum epilogum tantum esse, seu Appendicem libri 20. Antiquitatum. SPANH.

c Ἐπαφρόδιτε,] Erat hic Epaphroditus, ut plerique volunt, Neroni à libellis; quem Domitianus capitali pœna condemnavit, teste *Suetonio* in *Domitiano*, c. 14. *Grotio* fuisse videtur Trajani libertus & procurator. Vide eum ad *Luc.* c. 1. HUDS. Ἀρχαιολογίας libri Epaphrodito dicati; de eo Præf. Ἀρχ. pag. 2. B. & mox sub initium lib. 1. adv. Apionem §. 1. De Epaphrodito Neronis liberto cæso sub Domitiano, Dio lib. 67. p. 766. C. quem eundem statuit Pearson cum hoc Epaphrodito de quo Josephus, in *Ann. prior. Episcop.* pag. 172. SPANH.

d Ἀναγραφὴν,] Ita cum *MSS.* γραφὴν in *Editis.*

e Ἐτελειώθησαν] Ita in *Edit. Bas.* & Codice quo usus est *Tilmannus.* Τέλος τῆς Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας *Voss.*

f Ἀρχαιολογίας] Hinc apparet hunc librum de Vita esse Appendicem libri ultimi Antiquitatum. REL.

IOT-

†ΙΟΥΣΤΟΥ ΤΙΒΕΡΙΕΩΣ

ΧΡΟΝΙΚΟΝ.

Ἀνεγνώσθη Ἰούστου Τιβεριέως χρονικὸν, οὗ ἡ ἐπιγραφή. Ἰούστου Τιβεριέως Ἰουδαίων βασιλέων, τῶν ἐν τοῖς στέμμασιν. οὗτος ἀπὸ πόλεως τῆς ἐν Γαλιλαίᾳ Τιβεριάδος ὡρμᾶτο. ἄρχεται δὲ τῆς ἱστορίας ἀπὸ Μωσέως, καταλήγει δὲ ἕως τελευτῆς Ἀγρίππα, τοῦ ἑβδόμου μὲν τῶν ἀπὸ τῆς οἰκίας Ἡρώδου, ὑστάτου δὲ ἐν τοῖς Ἰουδαίων βασιλεῦσιν, ὃς παρέλαβε μὲν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ Κλαυδίου, ηὐξήθη δὲ ἐπὶ Νέρωνος, καὶ ἔτι μᾶλλον ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ. τελευτᾷ δὲ ἔτει τρίτῳ Τραϊανοῦ: οὗ καὶ ἡ ἱστορία κατέληξεν. ἔστι δὲ τὴν φράσιν συντομώτατός τε, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἀναγκαιοτάτων παρατρέχων. ὡς δὲ τὰ Ἰουδαίων νοσῶν. Ἰουδαῖός τε καὶ αὐτὸς ὑπάρχων τὸ γένος: τῆς Χριστοῦ παρουσίας, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν τελεσθέντων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τερατουργηθέντων, οὐδενὸς ὅλως μνήμην ἐποιήσατο. οὗτος παῖς μὲν ἦν Ἰουδαίου τινὸς ὄνομα Πιστοῦ, ἀνθρώπων δὲ (ὥς φησιν Ἰώσηπος) κακουργότατος, χρημάτων τε καὶ ἡδονῶν ἥττων. ἀντεπολιτεύετο δὲ Ἰωσήπῳ, καὶ πολλὰς κατ' ἐκείνου λέγεται ἐπιβουλὰς ῥάψαι. ἀλλὰ τόν γε Ἰώσηπον, καίτοι ὑπὸ χεῖρα πολλάκις λαβόντα τὸν ἐχθρὸν, λόγοις μόνον ὀνειδίσαντα, ἀπαθῆ κακῶν ἀφεῖναι. καὶ τὴν ἱστορίαν δὲ, ἣν ἐκεῖνος ἔγραψε, πεπλασμένην τὰ πλεῖστα φασὶ τυγχάνειν, καὶ μάλιστα οἷς τὸν Ῥωμαϊκὸν πρὸς Ἰουδαίους διέξεισι πόλεμον, καὶ τὴν Ἱεροσολύμων ἅλωσιν.

JUSTI TIBERIENSIS

Judæorum Regum

CHRONICON.

LEctum est Justi Tiberiensis Chronicon, cujus hæc inscriptio, Justi, Tiberiensis Regum Judæorum, qui coronati fuerunt. Hic e Tiberiade Galilææ oppido ortum nomenque traxit. Auspicatur historiam a Moyse, perducitque ad exitum usque Agrippæ, septimi e familia Herodis, & Judæorum regum postremi. Qui regnum sub Claudio accepit: crevit sub Nerone, ampliusque dein sub Vespasiano: obiit autem tertio Trajani anno, quo & historiæ finis ducitur. Stylus huic maxime concisus, & pleraque relatu cum primis necessaria prætermittit. communi autem Hebræorum vitio laborans, Judæus genere cum esset, de Christi adventu deque iis, quæ ipsi acciderunt, aut de miraculis ab illo patratis, nullam prorsus fecit mentionem. Parentem Hebræum quemdam habuit, cui Pisto nomen: mortalium ipse (ut ait Josephus) nequissimus, & pecuniæ cupiditati ac libidini serviens. contendit idem in Republica cum Josepho, cui multas struxisse insidias fertur: Josephus tamen, etsi sæpe numero hostem comprehendisset, verbis duntaxat castigatum impune abire permisit. Historiam vero, quam texuit, magnam partem confictam ajunt, eaque potissimum, quibus Romanorum adversus Judæos bellum, & Hierosolymorum excidium persequitur.

† Excerptum hoc, quod servavit Photius in Bibliotheca sua, convenire hoc in loco duximus; *Justi* enim hujus, ut adversarii sui, sæpius in Vita sua mentionem facit Josephus. Hav.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ

ΙΟΥΔΑΙΚΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ,

Η

ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ ΛΟΓΟΙ Ζ.

FLAVII JOSEPHI

DE

BELLO JUDAICO,

SIVE

JUDAICÆ HISTORIÆ

DE EXCIDIO LIBRI VII.

[a] ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΡΩΤΩ ΛΟΓΩ

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΛΩΣΕΩΣ.

JOSEPHI LIBRO PRIMO HISTORIARUM EXCIDI JUDAICI

HÆC CONTINENTUR.

a Al. Κεφάλαια τοῦ α΄. βιβλίου τῆς Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως.
b Ἐπὶ τὸ γράψαι] Ita *Vat.* εἰς τὸ συγγράψαι *Gall.*
c Ματθίας] Ita *Gall.* Ματταθίας in *cæteris.*
d Ἰούδᾳ] deest *Gall.*

e Μετὰ ρό.—ἐπιβουλεύεται] Ita rescripsi ex *Josepho.* μετὰ ρό. ἔτη τῶν Μακεδόνων. καὶ ἀποδεχθεὶς [ἀποδειχθεὶς *Gall.*] διὰ τοῦ ἀρχιερέως, ἐπιβουλεύεται &c. *MSS. Vat.* & *Gall.*
f Καὶ προφήτης] Ita *Gall.* καὶ προφητεύων *Vat.*

res imperii gessit, & Hyrcanum filiorum natu maximum pontificem constituit, atque Aristobulum vitam privatam agere voluit: & quomodo in periculis erat ex Pharisæorum potentia.

11. *Quomodo Aristobulus, mortua matre postquam per novennium regnasset, imperium obtinuit, fratre à rerum gubernaculis repulso: postea vero cum eo in concordiam rediit, ita ut ille imperaret, & Hyrcanus pontificatum teneret.*

12. *Quomodo Aristobulo dominante, inimici ejus præ metu illius, maximeque Antipater Idumæus, persuaserunt Hyrcano ut ad Aretam Arabum regem fugeret: & qualiter in patriam cum ingenti exercitu reducitur, fratrique prævaluisset, nisi Scaurus dux Romanorum, muneribus ab Aristobulo acceptis, Hierosolymorum obsidionem solvisset.*

13. *Quomodo Pompejus, dum precibus eum fatigarent Hyrcanus & Antipater, iratus Aristobulo, quod præ superbia omnino noluerit juris sui rationem reddere, oppugnavit cepitque Hierosolyma, & pontificatum Hyrcano restituit.*

14. *Quomodo Pompejus, capto Aristobulo cum ejus prole, Romam se contulit; utque Alexander unus è filiis Aristobuli inter eundum elapsus est. & qualiter Scaurus in Arabiam impressionem fecit, & ex ea recessit: quæque Alexander profugus gessit & perpessus est.*

15. *Quomodo Syriæ urbes, quas olim Judæis acquisiverant Maccabæi, eis abstulit, & illarum cæteræque Syriæ procuratorem fecit Scaurum: ubi etiam agitur de modo quo balsamum nascitur & conficitur, & de iis quæ Pompejus in templo invenit, deque numero occisorum ex utraque parte.*

16. *Quomodo Gabinius, missus in Syriam ut Scauro succederet, cum Alexandrum vicisset veniamque petenti dedisset, Judæam omnem in conventus quinque divisit.*

17. *Quomodo & Aristobulus, qui Româ profugerat & Gabinio bellum intulerat, tandem victus est, iterumque Romæ in vinculis vitam agit.*

18. *Qualiter Gabinius, contra Parthos profectus, à Ptolemæo impeditur: utque Judæos, iterum in seditionem concitatos, adortus compescuit.*

19. *Quomodo Crassus, successor Gabinii, à Parthis occisus est: & quænam Cassius, qui cum eo fugerat, in Syria gessit.*

20. *De Antipatro ejusque progenie.*

21. *Quomodo Cæsar Aristobulum vinculis solutum Hierosolyma misit, quæque ille eò profectus liberique ipsius à Pompejanis passus est.*

22. *Quomodo Antipater, cum Mithridati Pelusium obsidenti, ut Cæsarem demereretur, auxilium tulisset, seque in prælio strenuum ostendisset, civitate Romana simul & immunitate donatus est à Cæsare: utque ab Antigono Aristobuli filio accusatus apud Cæsarem in causæ disceptatione superior evasit; idque obtinuit ut Hyrcanus in pontificatu confirmaretur, & ipse totius Judææ procurator fieret.*

23. *Quomodo Antipater & mœnia à Pompejo antea eversa instauravit, & tumultus in provincia sedavit; atque è filiis suis Phasaëlum quidem natu maximum Hierosolymis & regioni vicinæ præfecit, Herodem vero Galilææ.*

24. *Quomodo Hyrcanus ab obtrectatoribus Herodis irritatus, atque ipse Herodi ob res præclare*

υἱῶν τὸν μὲν πρεσβύτερον Ὑρκανὸν ἀρχιερέα δείκνυσι, τὸν δὲ Ἀριστόβουλον ἰδιώτην κατεῖχε. καὶ ὡς διὰ τὴν τῶν Φαρισαίων ἐξουσίαν ἐκινδύνευσεν.

ια'. Ὅπως Ἀριστόβουλος, τῆς μητρὸς μετὰ θ'. ἔτος τελευτησάσης, τὸν Ὑρκανὸν καταγωνισάμενος, ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς. ἔπειτα δὲ διαλλάττεται, καὶ ὁ μὲν τὴν βασιλείαν, Ὑρκανὸς δὲ τὴν ἀρχιερωσύνην λαμβάνει.

ιβ'. Ὅπως κρατήσαντος Ἀριστοβούλου, δείσαντες οἱ διάφοροι, καὶ μάλιστα ὁ Ἰδουμαῖος Ἀντίπατρος, ἔπεισεν Ὑρκανὸν φυγεῖν πρὸς Ἀρέταν τὸν Ἀράβων βασιλέα. καὶ ὅπως κατήγαγεν αὐτὸν μετὰ πλήθους στρατοῦ πρὸς τὴν πατρίδα. κἂν ἐκράτησεν, εἰ μὴ Σκαῦρος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, δῶρα λαβὼν παρὰ Ἀριστοβούλου, τὴν πολιορκίαν ἔλυσεν.

ιγ'. Ὅπως, Ὑρκανοῦ καὶ Ἀντιπάτρου δεηθέντων, Πομπήϊος ὀργισθεὶς Ἀριστοβούλῳ, ἐπείπερ ὑπερηφάνει μέχρι παντὸς ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τῶν δικαίων, ἐπολιόρκησέ τε καὶ ἔλαβεν Ἱεροσόλυμα, καὶ τῷ Ὑρκανῷ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀποκατέστησεν.

ιδ'. Ὅπως τὸν Ἀριστόβουλον μετὰ τῆς γενεᾶς λαβὼν εἰς Ῥώμην ᾔει ὁ Πομπήϊος, ἐξ ὧν Ἀλέξανδρος διαδιδράσκει ὁ Ἀριστοβούλου ἐκ τῆς ὁδοῦ. καὶ ὅπως Σκαῦρος εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐνέβαλε, καὶ αὖθις ἀπέστη. καὶ ὅσα ὁ ἀποδρὰς Ἀλέξανδρος ἔδρασέ τε καὶ ἔπαθεν.

ιε'. Ὅπως ἀφελόμενος [g] τὰ προκληθέντα πάλαι ἐκ τῆς Συρίας τῶν Ἰουδαίων παρὰ τῶν Μακκαβαίων, αὐτῶν τε καὶ τῆς ἄλλης Συρίας Σκαῦρον ἐπίτροπον κατέστησεν. ἔνθα καὶ περὶ τῆς τοῦ βαλσάμου φησὶν ἐργασίας, καὶ περὶ ὧν ὁ Πομπήϊος εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ὅσοι ἀμφοτέρωθεν ἀπώλοντο.

ις'. Ὅπως Γαβίνιος, Σκαύρῳ πεμφθεὶς διάδοχος, καταγωνισάμενος [h] Ἀλέξανδρον, καὶ συγγνώμην δοὺς αἰτησαμένῳ, πᾶν τὸ Ἰουδαϊκὸν ἔθνος εἰς πέντε συνόδους διεῖλεν.

ιζ'. Ὅπως καὶ Ἀριστόβουλος ἀποδρὰς ἐκ Ῥώμης, καὶ πολεμήσας Γαβίνιον, τέλος ἡττᾶται, καὶ ἐν Ῥώμῃ δέσμιος πάλιν ἄγεται.

ιη'. Ὅπως ὁρμήσας κατὰ Πάρθων Γαβίνιος, ἐμποδίζεται ὑπὸ Πτολεμαίου. καὶ ὡς πάλιν τοὺς Ἰουδαίους ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀνασταλωθέντας ἐπελθὼν κατεστήσατο.

ιθ'. Ὅπως Κράσσος, ἐλθὼν αὐτῷ διάδοχος, ὑπὸ Πάρθων κτείνεται. καὶ ὅσα Κάσσιος [i] μετ' αὐτοῦ φυγὼν διεπράξατο.

κ'. Περὶ Ἀντιπάτρου καὶ τῆς αὐτοῦ γενεᾶς.

κα'. Ὅπως Καῖσαρ ἀνεὶς τῶν δεσμῶν Ἀριστόβουλον εἰς Ἱεροσόλυμα ἔπεμψε. κἀκεῖνος ἀπελθὼν ἐκεῖσε, οἷα αὐτός τε καὶ παῖδες παρὰ τῶν Πομπηΐου πεπόνθασιν.

κβ'. Ὅπως Ἀντίπατρος ἐπὶ θεραπείᾳ Καίσαρος συμμαχήσας Μιθριδάτῃ Πηλούσιον πολιορκοῦντι, καὶ γενναῖος κατὰ τὴν μάχην φανεὶς, πολιτείᾳ τε τῇ Ῥωμαίων καὶ ἀτελείᾳ παρ' αὐτῷ τετίμηται. καὶ ὡς κατηγορηθεὶς παρ' Ἀντιγόνου τοῦ Ἀριστοβούλου παιδὸς ἐπὶ Καίσαρος, κρατεῖ ταῖς δικαιολογίαις, καὶ Ὑρκανῷ βεβαιοῖ τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ αὐτὸς ἐπίτροπος τῆς ὅλης Ἰουδαίας γίνεται.

κγ'. Ὅπως Ἀντίπατρος τά τε κατεστραμμένα ὑπὸ Πομπηΐου πρότερον ἐτειχίσατο, καὶ τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ θορύβους κατέστελλε. καὶ τῶν υἱῶν τὸν μὲν Φασάηλον Ἱεροσολύμων καὶ τῶν πέριξ στρατηγὸν, τὸν δὲ Ἡρώδην τῆς Γαλιλαίας κατεστήσατο.

κδ'. [k] Ὅπως Ὑρκανὸς ὑπό τε βασκάνων ἐρεθιζόμενος, καὶ αὐτοῖς ἐν τοῖς κατορθώμασι βασκαίνων τὸν Ἡρώδην

g Τὰ προκληθέντα] Sic in *Cod. Gall.* κατακληθείσας πάλαι ἐκ τῆς Συρίας Ἰουδαίους *Vat.* Videsis *Antiquitatum* lib. XIV.

h Ἀλέξανδρον,] Ἀλεξάνδρῳ *Gall.*

i Μετ' αὐτοῦ] Μετὰ τοῦ Φ. *Vat.* mallem, εἰς Συρίαν φυγὼν διεπράξατο.

k Summarium hoc acceptum debemus *Codici Gall.*

l Ελιξ

δην εἰς κρίσιν ἐκάλεσε, καὶ αὖθις ἀπέλυσε. καὶ ὡς Ηρώδης ἐπὶ τοῦτο μνησικακῶν ἐπεστράτει τῷ Υρκανῷ, καὶ αὖθις ἀνίησι παρακληθεὶς ὑπό τε τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἀδελφοῦ Φασαήλου.

κε'. Περὶ τοῦ γενομένου ἐμφυλίου πολέμου Ρωμαίοις πρὸς Απάμειαν.

κϛ'. Οπως Βροῦτος καὶ Κάσσιος ἐδολοφόνησαν Καίσαρα, καὶ οἷα Κάσσιος ἐν Ιουδαίᾳ ἔπραξε. καὶ ὡς, ὑποσχόμενος μεγάλα Αντιπάτρῳ εἰ κρατήσειεν, αἴτιος αὐτῷ διὰ ταῦτα τοῦ καὶ ἀπολέσθαι ὑπὸ Μαλίχου φαρμάκοις ἐγίνετο.

κζ'. Οπως Ηρώδης ἐτιμωρήσατο Μάλιχον Κασσίου συνεργίᾳ. καὶ ὡς [l] Ελιξ ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Μαλίχου ἐπαναστὰς Φασαήλῳ, καὶ ἡττηθεὶς πρότερον παρ' ἐκείνου, ἔπειτα δὲ καὶ παρ' Ηρώδου ἱκέτης ἀφίεται. καὶ ὡς Μαρίων ὁ τύραννος ἀπηλλάγη Γαλιλαίας ὑπ' Ηρώδου.

κη'. Οπως Ηρώδης μετὰ τὴν πρώτην γυναῖκα, καὶ δευτέραν τὴν Μαριάμμην, τὴν Υρκανοῦ μὲν θυγατρίδα, Αριστοβούλου δὲ θυγατέρα, ἠγάγετο.

κθ'. Οπως μετὰ τὴν Κασσίου ἀναίρεσιν Αντώνιος εἰς Ασίαν ἐλθὼν, κατηγορηθέντας τοὺς περὶ τὸν Ηρώδην οὐ μόνον οὐ παρέλυσε τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ [m] τετράρχας κατέστησεν.

λ'. Οσα ἐπράχθη παρὰ Βαρζαφάρνου καὶ Πακόρου τῶν Πάρθων, βουλομένων καταγαγεῖν τὸν [n] Αντίγονον ἐπὶ τὴν βασιλείαν. καὶ ὅπως ὅ, τε Φασάηλος ἀπώλετο, καὶ Ηρώδης ἐπιβουλευθεὶς ἐξέφυγεν, ὁ δὲ Υρκανὸς τὰ ὦτα λωβηθεὶς εἰς Παρθυηνὴν ἀπηνέχθη, καὶ Αντίγονος τὴν βασιλείαν κατεῖχεν.

λα'. Οπως Ηρώδης ἀπελθὼν πρὸς τὸν Αράβων βασιλέα, λαβεῖν χρήματα πρὸς τὸ λυτρώσασθαι τὸν ἀδελφὸν, ἀποτυχὼν δὲ τῆς ἐλπίδος, δι' Αλεξανδρείας εἰς Ρώμην παραγίνεται, καὶ Αντωνίῳ καὶ Καίσαρι τὰς συμφορὰς ἀποδυράμενος, καὶ διηγησάμενος πῶς Αντίγονος διὰ Πάρθων τῆς βασιλείας ἐγκρατὴς γέγονε, βασιλεὺς αὐτὸς παρ' αὐτῶν τῆς συγκλήτου συμψηφισαμένης ἀποδείκνυται.

λβ'. Οπως Αντίγονος τοὺς ἐν Μασάδᾳ τῷ Ηρώδῃ [o] προσήκοντας ἐπολιόρκει.

λγ'. Οπως Ηρώδης ἀπὸ Ρώμης ἐπανελθὼν τὸν πρὸς Αντίγονον διήνεγκε πόλεμον. καὶ ὅπως τοὺς περὶ αὐτὸν εἰς τὴν κατὰ Πάρθων ἐκπέμψας μάχην, αὐτὸς τοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις λῃστὰς ἐκπολεμήσας ἐχειρώσατο.

λδ'. Οπως Ηρώδου ἐπὶ Αντίγονον ὁρμήσαντος εἰς Σαμάρειαν ἐπανίστανται Γαλιλαῖοι, καὶ ὡς ὑποστρέψας πάλιν αὐτοὺς κατεστήσατο. καὶ ὡς μετὰ τὴν Πάρθων ἧτταν λαβὼν συμμάχους παρ' Αντωνίου ἐπὶ τὸν Αντίγονον, ἐπειδὴ ὁ στρατηγὸς αὐτῶν Μαχαιρᾶς οὐ κατὰ σύμμαχον πρὸς αὐτὸν διετέθη, πάλιν πρὸς Αντώνιον ὑπέστρεψε, καὶ τὰ Σαμόσατα πολιορκοῦντι [p] συνεξεπόριζεν, ἡνίκα καὶ Ιώσηπος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀπόντος συμβαλὼν Αντιγόνῳ αὐτὸς σφάττεται, καὶ τὸ στρατιωτικὸν πᾶν διαφθείρεται, καὶ τὰ ὑπήκοα αὖθις ἐπανίσταται.

λε'. Οπως ὑπανελθὼν Ηρώδης ἀπὸ Αντωνίου, καὶ συμβαλὼν τοῖς τοῦ Αντιγόνου, ἄλλας τε πολίχνας αἱρεῖ καὶ τὸν Ιεριχοῦντα· καρατομεῖ δὲ καὶ Πάππον τὸν στρατηγὸν Αντιγόνου, τὸν φονέα τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ Ιωσήπου.

λϛ'. Οπως ἐπολιόρκησε τὰ Ιεροσόλυμα, ἤδη τρίτου ἔτους αὐτῷ τῆς βασιλείας ἀνυομένου, καὶ οἷα μὲν μετὰ τὴν ἅλωσιν Ιεροσολυμίταις ἀπήντησεν. οἵῳ δὲ τέλει καὶ Αντίγονος ἐχρήσατο.

gestas invidens, eum in judicium vocavit, ac deinde absolvit: utque Herodes injuriæ memor exercitum ducebat contra Hyrcanum; ac mox eum dimittit, ex consilio patris & Phasaëli fratris.

25. De bello civili inter Romanos orto circa Apamiam.

26. Qualiter Brutus & Cassius dolo interficiunt Cæsarem, & quænam Cassius in Judæa gessit: utque magna Antipatro promittendo si victoriam obtineret, inde causa erat cur ille a Malicho fuerit veneno peremptus.

27. Qualiter Herodes adjutore Cassio ultus est Malichum: & quomodo Felix ut Malichi fratris necem vindicaret, insurrexit in Phasaëlum, & cum ab illo prius vinceretur, postea etiam ab Herode supplex dimittitur, utque Marion tyrannus è Galilæa pulsus est ab Herode.

28. Quomodo Herodes post primam uxorem alteram duxit, Mariamnen scilicet, Hyrcani quidem neptem ex filia, Aristobuli vero filiam.

29. Quomodo post Cassii cædem Antonius, cum in Asiam venisset, Herodem fratremque à Judæis accusatos, non solum non imperio privavit, sed & tetrarchas ambos constituit.

30. Quænam gesta erant à Barzapharne & Pacoro Parthis, dum studerent Antigonum in regnum reducere: qualiterque & Phasaëlus interiit & Herodes insidiis petitus effugit, atque Hyrcanus auribus mutilatus in Parthiam abductus est, & Antigonus regnum obtinuit.

31. Quomodo Herodes, cum se contulisset ad Arabum regem, ut pecunias ab eo acciperet quibus fratrem redimeret, spe vero de sua excidisset, via Alexandriæ Romam proficiscitur, cumque apud Antonium & Cæsarem calamitates suas deplorasset, narrassetque quo pacto Antigonus Parthorum ope regnum nactus est, ipse rex ab illis ex consensu senatus declaratur.

32. Qualiter Antigonus Herodis necessarios Masadæ inclusos obsidet.

33. Quomodo Herodes Roma reversus bellum agitavit contra Antigonum; utque suis ad bellum contra Parthos persequendum missis, ipse latrones in speluncis debellatos in potestatem suam redegit.

34. Quomodo, Herode contra Antigonum profecto, Galilæi in Samaria seditionem movent, utque reversus motus eorum composuit: qualiterque post Parthos devictos, cum suppetias ab Antonio impetrasset contra Antigonum, duce illorum Machæra se pro socio idoneo minime gerente, reversus est ad Antonium, eique Samosata obsidenti subministrabat, quando & Josephus frater, ejus in absentia, cum Antigono commissus occiditur ipse, & omnem exercitum amisit; quique subditi erant iterum rebellarunt.

35. Quomodo Herodes ab Antonio reversus, congressusque cum Antigonianis, præter alia oppidula capit Hierichuntem: atque etiam caput amputat Pappo copiarum Antigoni duci, qui Josephum fratrem suum occiderat.

36. Qualiter Hierosolyma oppugnavit, cum tres annos in regno exegisset, & quænam Hierosolymitis post urbem captam acciderunt; utque vitam finivit Antigonus.

37. Qua-

l Ελιξ] Ἕλιξ male pro Ἥλιξ in MSS. ut & mox ὑπὸ forf. pro ὑπέρ.
m Τετράρχας] Ita Gall. τετράρχην Vat.
n Αντίγονον] Αντώνιον perperam in MS. Gall. unde desumpsimus n. xxx. & n. xxxi. qui deerant in MS. Vat.
o Προσήκοντας] Ita Gall. καθήκοντας Vat.
p Συνεξεπόριζεν,] Συνεξεπόρθησεν in MS.

37. *Quænam propter Cleopatræ amorem gessit Antonius.*

38. *Quomodo, bello Actiaco conflato, missus est Herodes ab Antonio contra Arabas, qui prælio conserto eos superat profligatque: dein & suos ex terræ motibus, qui variis in locis acciderant, perterritos, oratione adhortatur ut animos sumerent.*

39. *Quomodo Herodes post victoriam apud Actium Cæsarem adiit. & quænam ad eum loquutus est, vicissimque ab eo accepit; & quibus muneribus eum honoravit Cæsar.*

40. *De instauratione templi, & ædificiis ab Herode conditis; & qualis erat tam animi quam corporis dotibus.*

41. *De malis & infortuniis in familiam ejus grassantibus propter uxorem ejus Mariamnen; quæ omnia ei acciderunt, quoniam Hyrcanum olim captivum factum, Mariamnes avum, interfecerat, fratremque Josephum: & quomodo Mariamnem occidit.*

42. *Quomodo Herodes, ex Antipatri filii sui calumniis odio incensus in Mariamnes filios, Alexandrum secum Romam perducit, pœnas ab ipso exacturus apud Cæsarem; ipso autem cum absolutus esset assumpto, ubi Hierosolyma pervenit, rerum omnium rationem reddit populo.*

43. *De moribus Antipatri & filiorum Mariamnes.*

44. *De Pherora Herodis fratre, & quo pacto Herodi cum ipso intercesserunt inimicitiæ.*

45. *De eunuchis Herodis; & quomodo illi in causa erant cur Alexander in periculum fuerit adductus.*

46. *Quomodo Archelaus socer Alexandri, cum è Cappadocia venisset, juvenes patri reconciliavit.*

47. *De maligno Euryclis Laconis ingenio; qualiterque Herodem iterum exacerbavit in filios.*

48. *Quomodo pater, Salomes calumniis irritatus, Alexandrum & Aristobulum in vincula conjicit, & de illis querelas ad Cæsarem mittit; acceptaque ab eo potestate filios interficit.*

49. *Qualiter omnium odio flagravit Antipater: & quomodo rex occisorum liberos consanguineis suis despondit.*

50. *Qualiter uxor Pheroræ materque Antipatri, inter se discordantes, Antipatro suisque exitio erant: & quomodo Antipater, ut semet è patris conspectu subduceret, Romam ad Cæsarem cum splendido apparatu se confert. deque Syllæo Arabe, & Pheroræ obitu.*

51. *Quomodo Pheroræ mors Antipatro causa erat interitus.*

52. *Qualiter uxor Pheroræ, semet è tecto præcipitans, providentia Dei, pœnas ab Antipatro repetentis, servata est.*

53. *De Antipatri à Roma reversione: quodque nemo ei, utpote ab omnibus odio habito, quæ acciderant in Judæa nunciarit.*

54. *Quomodo rex, concilio convocato, Nicolaum Antipatri accusatorem Varo præsente exhibuit: utque semet defendit Antipater.*

55. *Qualiter & Salome insidias intendens Antipater deprehensus est literis Acmes Juliæ ancillæ forte interceptis.*

56. *De Sophistis Juda & Matthia, & aquila aurea.*

57. *De regis morbo; utque moriturus multos è Judæis nobilioribus ex omni Judæa congregatos, interfici præcepit, postquam animam efflasset.*

58. *Qualiter Antipatrum filium occidit; & quinto post die ipse moritur.*

λζ'. Οἷα διὰ τὸν Κλεοπάτρας ἔρωτα Ἀντώνιος ἔπραττεν.

λη'. Ὅπως τοῦ Ἀκτιακοῦ συστάντος πολέμου, ἐπέμφθη Ἡρώδης πρὸς Ἀντωνίου Ἄραβας πολεμῆσαι, καὶ πολεμήσας ἡττᾷ κατὰ κράτος. ἔνθα καὶ δεδοικότας τοὺς ἰδίους διὰ τοὺς συμβάντας [q] ἀλλεπαλλήλους σεισμοὺς δημηγορίᾳ πρὸς θάρσος παρακροτεῖ.

λθ'. Ὅπως μετὰ τὴν περὶ Ἄκτιον νίκην προσῆλθε Καίσαρι. καὶ οἷα πρὸς αὐτὸν εἶπε, καὶ παρ' αὐτοῦ ἤκουσε, καὶ ὅπως αὐτὸν δωρεαῖς Καῖσαρ ἐτίμησεν.

μ'. Περὶ ἐπισκευῆς τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν γενομένων κτισμάτων παρ' Ἡρώδου. καὶ ὁποῖος ἦν τό, τε σῶμα καὶ τὴν ψυχήν.

μα'. Περὶ τῶν κατ' οἶκον δυστυχιῶν γενομένων αὐτῷ διὰ Μαριάμνην τὴν γυναῖκα, αἳ συνέβησαν ὅτι τὸ πάλαι αἰχμαλωτισθέντα Ὑρκανὸν Ἡρώδης ἀπέκτεινε, πάππον αὐτῆς ὄντα, καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἰώσηπον. καὶ ὅπως καὶ αὐτὴν ἀπέκτεινεν.

μβ'. Ὅπως ὑπὸ Ἀντιπάτρου τοῦ υἱοῦ καὶ τῶν παίδων Μαριάμνης διαβολῶν πλησθεὶς ἕλκει μετ' αὐτοῦ μὲν Ἀλέξανδρον ἐπὶ Ῥώμης, δίκας ἀπαιτήσων αὐτὸν ἐπὶ Καίσαρος, ἀπολυθέντα δὲ ἀναλαβὼν, καὶ εἰς Ἱεροσόλυμα γενόμενος, ἀπολογεῖται ὑπὲρ πάντων πρὸς τὸ πλῆθος.

μγ'. Περὶ τοῦ ἤθους Ἀντιπάτρου καὶ τῶν Μαριάμνης παίδων.

μδ'. Περὶ Φερώρα τοῦ ἀδελφοῦ Ἡρώδου, καὶ ὅπως αὐτῷ διάφορος γέγονεν.

με'. Περὶ τῶν εὐνούχων Ἡρώδου. καὶ ὡς δι' αὐτῶν οἱ περὶ Ἀλέξανδρον ἐκινδύνευον.

μς'. Ὡς Ἀρχέλαος ὁ πενθερὸς Ἀλεξάνδρου, ἐλθὼν ἐκ Καππαδοκίας, διήλλαξε τὰ μειράκια πρὸς τὸν πατέρα.

μζ'. Περὶ τῆς κακοηθείας τοῦ Λάκωνος Εὐρυκλέους. καὶ ὡς πάλιν ἐξηγρίωσε τὸν Ἡρώδην πρὸς τοὺς υἱοὺς

μη'. Ὅπως Ἀλέξανδρον καὶ Ἀριστόβουλον δεσμήσας ὁ πατὴρ ταῖς διαβολαῖς Σαλώμης, Καίσαρι περὶ τούτων μηνύει, καὶ δεξάμενος τὴν ἐξουσίαν παρ' αὐτοῦ κτείνει τοὺς υἱούς.

μθ'. Ὅπως Ἀντίπατρος ἐμισήθη παρὰ πάντων. καὶ ὡς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνῃρημένων κατηγγύησε τοῖς ἑαυτοῦ συγγενέσιν ὁ βασιλεύς.

ν'. Ὡς ἡ Φερώρα γυνὴ καὶ ἡ μήτηρ Ἀντιπάτρου, διάφοροι γεγονυῖαι Σαλώμης, αἴτιοι κατέστησαν ἀπωλείας Ἀντιπάτρου τε καὶ ἑαυτῶν. καὶ ὅπως Ἀντίπατρος, ὑπεκκλίνων αὐτὸν ἐκ τοῦ πατρὸς, εἰς Ῥώμην πρὸς Καίσαρα λαμπρῶς παρεγένετο. καὶ περὶ Συλλαίου τοῦ Ἄραβος, καὶ τῆς Φερώρα τελευτῆς.

να'. Ὅπως ἡ τελευτὴ Φερώρα τῆς Ἀντιπάτρου ἀπωλείας αἰτία γέγονεν.

νβ'. Ὅπως ἡ γυνὴ Φερώρα, ἑαυτὴν ἀπὸ τοῦ τείχους ῥίψασα, Θεοῦ προνοίᾳ διεσώθη μετιόντος Ἀντίπατρον.

νγ'. Περὶ τῆς ἀπὸ Ῥώμης ἐπανόδου τοῦ Ἀντιπάτρου. καὶ ὅτι διὰ τὸ πρὸς αὐτὸν μῖσος οὐδεὶς αὐτῷ τὰ εἰς τὴν Ἰουδαίαν συμβάντα ἀπήγγειλεν.

νδ'. Ὅπως συνέδριον ὁ βασιλεὺς συναθροίσας κατήγορον Ἀντιπάτρου, παρόντος Οὐάρου, Νικόλαον παρεστήσατο. καὶ ὡς Ἀντίπατρος ἀπελογήσατο.

νε'. Ὡς καὶ Σαλώμῃ Ἀντίπατρος ἐπιβουλεύων ἐφωράθη ὑπὸ τῶν τῆς Ἄκμης τῆς θεραπαίνης Ἰουλίας κρατηθέντων γραμμάτων.

νς'. Περὶ τῶν Σοφιστῶν Ἰούδα τε καὶ Ματθίου, καὶ περὶ τοῦ χρυσοῦ ἀετοῦ.

νζ'. Περὶ τῆς νόσου τοῦ βασιλέως. καὶ ὡς πρὸς τῇ τελευτῇ γενόμενος, πλῆθος Ἰουδαίων ἐπισήμων ἀπὸ πάσης Ἰουδαίας συναγαγὼν, ἀναιρεθῆναι τούτους μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν παρηγγύησεν

νη'. Ὅπως ἀνεῖλεν Ἀντίπατρον τὸν υἱὸν, καὶ ἐπιβιοὺς ἡμέρας πέντε τελευτᾷ.

q Ἀλλεπαλλήλους] Ita in *MS.* Forsan ἀλλοπροσάλλους, aut ἄλλοτε ἄλλους.

[a] ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ
[b] ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ,
Η
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ [c] ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ,
ΛΟΓΟΣ. Α'.

FLAVII JOSEPHI
DE BELLO JUDAICO,
SIVE
JUDAICÆ HISTORIÆ DE * EXCIDIO,
LIBER I.

[d] ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΕΠΕΙΔΗ [e] τὸν Ἰουδαίων πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον συστάντα μέγιστον, οὐ μόνον τῶν καθ᾽ ἡμᾶς, σχεδὸν δὲ καὶ ὧν ἀκοῇ παρειλήφαμεν, ἢ πόλεων πρὸς πόλεις ἢ ἐθνῶν ἔθνεσι συῤῥαγέντων, οἱ μὲν οὐ παρατυχόντες τοῖς πράγμασιν, ἀλλ᾽ ἀκοῇ συλλέγοντες [f] εἰκαῖα καὶ ἀσύμφωνα διηγήματα, σοφιστικῶς ἀναγράφουσιν, οἱ παραγενόμενοι δὲ, ἢ κολακείᾳ τῇ πρὸς Ῥωμαίους, ἢ μίσει τῷ πρὸς Ἰουδαίους, καταψεύδονται τῶν πραγμάτων, περιέχει δὲ αὐτοῖς ὅπου μὲν κατηγορίαν, ὅπου δὲ ἐγκώμιον τὰ συγγράμματα, τὸ δὲ ἀκριβὲς τῆς ἱστορίας οὐδαμοῦ· [g] προυθέμην ἐγὼ τοῖς κατὰ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, Ἑλλάδι γλώσσῃ μεταβαλὼν, ἃ [h] τοῖς ἄνω

PROOEMIUM.

QUONIAM bellum quod cum Romanis gessere Judæi, idque maximum omnium, non modo quæ nostra ætas vidit, sed & *omnium* fere quæ auditione accepimus, cum aut civitates cum civitatibus aut gentes cum gentibus conflixerint, quidam, qui rebus non intererant, verum narrationes futiles interque se dissidentes ex rumoribus colligunt, sophistarum more scribendum suscipiunt, alii vero qui præsentes aderant, aut studio assentandi Romanis aut odio Judæorum, rerum veritatem ementiuntur, scriptisque illorum partim accusationes partim laudationes reperiuntur, nusquam vero exacta historiæ fides: idcirco ego proposui, quæ mediterraneis Barbaris jam ante miseram patria lingua conscripta, *nunc* Græce versa in gratiam illorum qui sub Romano

Bellum Judaicum omnium maximum.

Historia ejus mala fide à nonnullis conscripta.

Josephus quæ patria lingua scripserat Græcè vertit.

---

a ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ] Abest à codice Vossiano iste titulus, cum procemio totius operis. Bodleianus sic inscribitur; Τοῦ Φλαυΐου Ἰωσήπου περὶ ἁλώσεως Ἰουδαίας, καὶ τῆς μεγάλης πόλεως λόγος α'. Διαλέκτῳ καὶ φράσει Ἑλληνικῇ: ex sequentibus nempe intellexerat librarius, hæc eadem Josephum Hebraice quoque scripsisse. Photius *cod.* 48. non hujusce operis titulum sed argumentum exprimit. Porphyrius *de abst. l.* 4. §. 11. hosce libros Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας, eosdem Eusebius τῶν ἱστοριῶν sæpe vocat: At Josephus illos cum in *Originibus*, tum in *vita sua* περὶ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου vel Ἰουδαϊκῶν πολέμων non semel inscribit. Eusebius *Hist. II.* 6. laudat τὴν β' τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου. idem τὴν β' τῶν ἱστοριῶν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου ante dixerat. *Hist. I.* 5. ALDRICH.

b ΠΕΡΙ ΤΟΥ] Ita & ipse Josephus, Antiq. lib. 20. in fine & in Vita §. 6. & 74. Meminit βίβλου ἑβδόμης τῶν Ἰουδαϊκῶν πολέμων, ἀρχ. lib. 13. c. 3. §. 3. alibique βίβλου δευτέρας τῆς Ἰουδαϊκῆς πραγματείας. *Eusebius* etiam *Hist.* 11. 6. laudat τὴν β'. τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου. idemque *Hist.* 1. 5. memorat τὴν β'. τῶν ἱστοριῶν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου. *Photius* in cod. 48. non hujusce operis titulum sed argumentum exprimit: & *Porphyrius* in l. 4. §. 11. *de Abst.* hosce libros Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας, eosdemque *Eusebius* τῶν ἱστοριῶν sæpe vocat. Accedit quod in libris omnibus *Versionis Rufinianæ* (& *Editis* & *MSS.*) inscribatur *de Bello Judaico*. Verum in *Græcis Flavii*, tam *manu exaratis* quam *excusis*, Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας περὶ ἁλώσεως. aut περὶ ἁλώσεως Ἰουδαίας, καὶ τῆς μεγάλης πόλεως λόγος α'. Διαλέκτῳ καὶ φράσει Ἑλληνικῇ. prout in *Cod. Bodlejano*; quod hæc eadem *Josephus* lingua etiam patria scripserit. Quibus perpensis, nos, dedita opera, utrumque titulum expressimus.

c ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ,] Περὶ τοῦ πολέμου Joseph. advers. Apion. §. 9. Præf. Ἀρχ. (p. 1.) cap. 1. (§....) τὸν πόλεμον συνέγραφον. & lib. 1. (cap. 12. §.....) τὸν Ἰουδαϊκὸν ἀναγράφοντι πόλεμον. SPANH.

d ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.] Ita *Bod.* ista vox deest *cæteris*.

e Τὸν Ἰουδαίων] Τῶν *Bod.*

f Εἰκαῖα] Τὸ εἰκαῖον *vulgus* infr. lib. 4. c. 5. §. 3. SPANH.

g Προυθέμην] Casaub. προεθυμήθην. *Rost.* amat προεθυμήθειν. HAV.

* *Al.* CAPTIVITATE.

h Ἀδασὰν] Editi Ἀκέδωσαν. Pro quo legendum monemus Ἀδασάν, Ruf. *Antt.* XII. 17. *Macc.* 1. VII. 40. Neque enim dubium est quin Josephus intelligat pugnam illam cum Nicanore ad vicum Adasam, adeo præ cæteris memorabilem, ut quo die pugnatum est, ille deinceps festus quotannis duceretur. 1 *Macc.* VII. 49. 2 *Macc.* XV. 36. *Antt.* XII. 17. Unde nec satis accurate dicitur hoc loco Judas cum Antiochi ducibus congressus: Nam extincto Antiocho regnabat Demetrius Soter; pugnam illam administrabat Nicanor, non Antiochi, sed Demetrii amicorum fidissimus & Roma fugienti comes. Alii fortasse duces sub Antiocho ante meruerant, at tum temporis Demetrio militabant. Denique sequentia non sunt ita intelligenda ac si in hac pugna occubuerit Judas, qui post eam cum Romanis societatem iniit, deinde ad Capharsalamam feliciter pugnavit, postremo contra Bacchidem, apud Azam vel Azotum montem, ubi aliquamdiu victor, non virtute hostium sed numero tandem est oppressus: verum Græca ad hunc fere modum sunt reddenda; *cumque bello præ cæteris claruisset, post multam hostium stragem ipse tandem interfectus est.* ALDRICH. Ἀδασά. 1 *Macc.* VII. 40. & *Rufin.* Ἀκέδωσα tamen *MSS.* vid. Ox. ἀρχ. lib. 12. c. 10. §. 5. Ἀδασοί. SPANH. Ita cum *Rufino*, *Grotio* ad 1 *Macc.* IX. 5. & *Aldrichio* scribendum censui. Ἀκέδωσαν in *Editis*: & Ἀκέδοσαν vel Ἀκέδασαν in *MSS.* Ἀκέδασαν (quomodo & *Lugd. Bat.*) legendum esse contendit *Petitus* in *Animadv.* tom. 3. p. 639.

i Ἀντιόχου] Δημητρίου potius. nam non satis accurate dicitur hoc loco Judas cum Antiochi ducibus congressus: quippe exstincto Antiocho regnabat Demetrius Soter; pugnam illam administrabat Nicanor, non Antiochi, sed Demetrii amicorum fidissimus & Roma fugienti comes. Vide quæ notavit modo. *Aldr.* HUDS.

k Τὰ Ἀντιόχου φρονούντων,] Intellige, vel *qui Antiocho, donec viveret, favebant*; vel, *qui Judæos perinde oderant atque Antiochus.* Nam ex *Antt.* l. 12. c. 4. in fine. colligi fortasse potest tum odii causa verisimilis, nempe clades ab Hyrcano acceptæ; tum indicium aliquod societatis & amicitiæ cum Antiocho, quia seipsum interfecit Hyrcanus, Antiochum timens propter ea quæ in Arabas ausus fuerat. ALDR.

l Τελευτᾷ.] Utiliter ita auget *Lugd. Bat.* neque dubitavi, ut Josephicum recipere. HAV.

m Διαδεξάμενος δὲ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς Ἰωνάθης,] Conf. ἀρχ. lib. 13. c. 1. §. 1. SPANH.

n Ἑαυτὸν,] *Rostg.* αὐτὸν.

o Ἐκραταίνατο.] Ἐκραταίνετο. *Bod.*

p Ἀντίοχον παῖδα] Antiocho adhuc puero, nempe Θεῷ διαλλαγεὶς *MS. Lips.* SPANH. Ἀντιόχου παιδός. Sed ex sequentibus legendum videtur τὸν Ἀντίοχον παῖδα. Θεὸν scil. seu Νικηφόρον cujus proxima mentio. Et cum Rufino tamen non male intellexeris Alexandrum Epiphanem vulgo Balæ, Antiochi Epiphanis filium Jonathæ amicissimum. Vide 1 *Macc.* X. *Antt.* XIII. 5, 7, 8. Ruffinus vertit *Antiochi filii*; sed παιδὸς hoc loco *pueri*, non *filii* significat. Erat hic Antiochus (qui Josepho Θεὸς, alibi dicitur Νικηφόρος) Epiphanis quidem, at non Antiochi sed Alexandri (*Antiq.* l. 13. c. 6. §. 6.) filius; à Tryphone sublatus cum esset adhuc ætate pupillari. Mater ejus Cleopatra Alexandro nupta est anno Seleucidarum 162. Ipse anno 168. Rex appellatus, anno 170. oppressus. *Antt.* XIII. 9. μετὰ τοῦ παιδὸς Ἀντιόχου, μειράκιον δ' ἦν ἔτος τὴν ἡλικίαν. 1 *Macc.* XI. 39. τὸν Ἀντίοχον τὸ παιδάριον legimus. Illum etiam Appianus *in Syriacis* τὸ παιδίον vocat, corrigendus tamen, ubi pro Antiocho Alexandrum. Corrigenda quoque *Livii Epitome l.* 45. quæ pro septem circiter annis *decem admodum* illi tribuit: præsertim cum *l.* 42. *regnum bimulo assertum* dixerit; quasi regnaverit annos octo, qui annum regni vix tertium attigit. Cavendum quoque ne in errorem nos nummi inducant, quando pro Antiocho puero adolescentem, interdum juvenem, quidam etiam adultum exhibent. ALDRICH. Ἀντίοχον παῖδα monente *Aldrichio* pro Ἀντιόχου παῖδα (invitis *impressis* & *MSS.*) rescripsi.

q Οὐ μὴν δέ τι] Particula δὲ ex MS. *Lugd. Bat.* addita est. HAV.

r Ὁ τύραννος,] Τύραννος simpliciter *Lugd. Bat.*

s Ἐπιβουλεύων δ' αὐτῷ] Ἐπιβουλεύων δὲ αὐτῷ. 1 *Macc.* XIII. 31, 32. *Antt.* XIII. 10, 12. Nam regnum tandem invasit *Strab.* XVI. p. 752. sublato per insidias Antiocho *Appian. Syr.* p. 132. *Justin.* XXXVI. 1. nempe corruptis medicis; qui eum calculi dolore consumi ad populum mentiti, dum secant occiderunt. *Liv. Epit. l.* 45. ALDRICH. Videsis 1 *Macc.* XIII. 31. 32. *Antt.* l. 13. c. 6. §. 1. & c. 7. §. 1. *Strab.* l. XVI. p. 752. *Appian.* p. 132. & *Justin.* l. XXXVI. c. 1.

t Καὶ δήσας] Ἀρχαιολ. lib. 13. c. 6. §. 2. τὸν μὲν Ἰωνάθην ἐζώγρησε &c. SPANH.

v Ἰουδαίων στρατεύει.] Ἰουδαίαν legisse videtur *Ruf.*

x Γάζαρά] Pro Ζαρὰ *Gen.* ἀρχ. lib. 13. c. 6. §. 6. Γάζαρα. 1 *Macc.* XIV. 7. & c. 13. 74. Γάζαραν, Γαζηρῶν, Γαζάροις pro Γάζαραν malè hic Ζαρὰ *Gen.* SPANH. Pro Ζάρα & *Zara* quæ excusa erant, veram lectionem substitui, in quibusdam Rufini codicibus servatam & ex *Antt.* XIII. 11. & 1 *Macc.* XIV. 34. confirmatam. ALDRICH. Cum quibusdam *Rufini* libris, ipsoque *Josepho* in *Antt.* l. 13. c. 6. §. 6. & 1 *Macc.* XIV. 34. pro Ζάρα restitui Γάζαρα. id quod viderant *Grotius* & *Aldrichius.*

y Ἰάμνειαν] Ita Big. & Voss. Impressi Ἰάμνιαν.

z Τὴν

τῶν προσοίκων· κατέσκαψε δὲ καὶ [z] τὴν Ἄκραν, τῶν [a] φρουρῶν κρατήσας. αὖθις δὲ γίνεται καὶ [b] Ἀντιόχῳ σύμμαχος κατὰ Τρύφωνος, ὃν ἐν [c] Δώροις, πρὸ τῆς ἐπὶ Μήδους [d] στρατείας, ἐπολιόρκει. ἀλλ᾽ οὐκ ἐδυσώπησε τὴν τοῦ βασιλέως πλεονεξίαν, συνεξελὼν Τρύφωνα· μετ᾽ οὐ πολὺ γὰρ Ἀντίοχος [e] Κενδεβαῖον τὸν αὐτοῦ στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως [f] δῃώσοντα τὴν Ἰουδαίαν [g] ἀνέπεμψε, καὶ καταδουλωσόμενον Σίμωνα. ὁ δὲ, καίτοι γηραιὸς ὤν, νεανικώτερον ἀφηγήσατο τοῦ πολέμου· τοὺς μέντοιγε υἱεῖς ἐπ᾽ αὐτὸν μετὰ τῶν ἐρρωμενεστάτων προεκπέμπει, αὐτὸς δὲ μοῖραν τῆς δυνάμεως ἀναλαβὼν, ἐπῄει κατ᾽ ἄλλο μέρος. πολλοὺς δὲ πολλαχοῦ κἂν τοῖς ὄρεσι προλοχίσας, πάσαις κρατεῖ ταῖς [h] ἐπιβολαῖς. καὶ νικήσας λαμπρῶς, [i] ἀρχιερεὺς [k] ἀποδείκνυται, καὶ τῆς τῶν Μακεδόνων ἐπικρατείας, [l] μετὰ ἑκατὸν [m] καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, [n] Ἰουδαίους ἀπαλλάττει.

γ'. Θνήσκει δὲ καὶ αὐτὸς [o] ἐπιβουλευθεὶς ἐν συμποσίῳ ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ γαμβροῦ, ὃς, αὐτοῦ τήν τε γυναῖκα καὶ τοὺς δύο παῖδας [p] ἐγκαθείρξας, ἐπὶ τὸν τρίτον [q] Ἰωάννην, ὃς καὶ Ὑρκανὸς ἐκαλεῖτο, τοὺς ἀναιρήσοντας ἔπεμψε. προγνοὺς δὲ τὴν ἔφοδον ὁ νεανίσκος παραγενέσθαι εἰς τὴν πόλιν ἠπείγετο, πλεῖστον τῷ λαῷ πεποιθὼς, κατά τε μνήμην τῶν πατρῴων κατορθωμάτων, καὶ [r] μῖσος τῆς Πτολεμαίου παρανομίας. ὥρμησε δὲ καὶ Πτολεμαῖος εἰσελθεῖν καθ᾽ ἑτέραν πύλην, ἐξεκρούσθη γε μὴν [s] ὑπὸ τοῦ δήμου [t] ταχέως [v] δεδεγμένου ἤδη τὸν Ὑρκανόν. καὶ ὁ μὲν παραχρῆμα ἀνεχώρησεν, ἐπί τι τῶν [x] ὑπὲρ Ἱεριχοῦντος ἐρυμάτων, ὃ [y] Δαγὼν καλεῖται. κομισάμενος δὲ τὴν πατρῴαν [z] ἀρχιερωσύνην Ὑρκανὸς, καὶ θύσας τῷ Θεῷ, μετὰ τάχους ἐπὶ Πτολεμαῖον ὥρμησε, τιμωρήσων τῇ μητρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς.

δ'. Προσβαλὼν δὲ τῷ φρουρίῳ, τὰ μὲν ἄλλα κρείττων ἦν, ἡττᾶτο δὲ δικαίου πάθους. ὁ γὰρ Πτολεμαῖος, ὁπότε καταπονοῖτο, τήν τε μητέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ [a] προανάγων [b] ἐπὶ τοῦ τείχους, εἰς εὐσύνοπτον ᾐκίζετο, καὶ διακρημνιεῖν εἰ μὴ θᾶττον [c] ἀπαναστaίη διηπείλει. πρὸς ἃ τὸν μὲν Ὑρκανὸν ὀργῆς πλείων [d] οἶκτος εἰσῄει, καὶ δέος· ἡ δὲ μήτηρ, οὐδὲν οὔτε πρὸς τὰς αἰκίας, οὔτε πρὸς τὸν ἀπειλούμενον αὐτῇ θάνατον ἐνδιδοῦσα, χεῖρας ὤρεγε, καὶ κατηντιβόλει τὸν παῖδα, [e] μὴ πρὸς τὴν αὐτῆς ὕβριν ἐπικλασθέντα φείσασθαι τοῦ δυσσεβοῦς, [f] ὡς αὐτῇ γε κρείττονα τὸν ἐκ Πτολεμαίου θάνατον ἀθανασίας εἶναι, διδόντος δίκας ἐφ᾽ οἷς εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν παρῳνόμησεν. ὁ δὲ Ἰωάννης, ὁπότε μὲν ἐνθυμηθείη τὸ [g] παράστημα τῆς μητρὸς, καὶ κατακούσειε τῆς ἱκεσίας, ὡρ-

vero insuper evertit subactis *loci* præsidiis. posteaque Antiocho etiam adversus Tryphonem se socium adjungit, quem Doris, ante *suam* in Medos expeditionem, obsidebat. Sed regis aviditatem exorare non potuit, quamvis neci Tryphonis suam quoque operam adhibuisset. Nam haud multo post Antiochus emisit exercitus sui ducem Cendebæum, cum copiis ad vastandam Judæam & ad Simonem servituti subjiciendum. Atqui ille, quanquam ætatis provectioris, bellum tamen juveniliter administravit; & filios quidem suos cum validissimorum manu adversus eum præmittit; ipse vero, exercitus parte assumpta, alio latere eum aggreditur: & multis per multa loca insidiis etiam in montibus dispositis aditus & transitus omnes occupat. cumque præclaram retulisset victoriam, pontifex creatus est; & Judæos, post centum & septuaginta annos, à Macedonum dominatione liberat.

Cum Antiocho societatem init. Antt. l. 13. c. 7. §. 2.

Postea Cendebæum Antiochi ducem, rupto ab Antiocho fœdere, fundit fugatque. Antt. l. 13. c. 7. §. 3.

3. Sed & ipse in convivio interiit ex insidiis Ptolemæi generi sui, qui, uxore etiam ejus duobusque filiis in custodiam conclusis, certos homines misit, ut tertium, *scilicet* Joannem, cui etiam Hyrcanus nomen erat, interficerent. Nam adolescens, cum jam ante de adventu illorum aliquid intellexisset, in urbem properabat, populo plurimum fisus, & propter memoriam rerum à patre prospere gestarum, & quod cunctis invisa esset Ptolemæi iniquitas. Quin & Ptolemæus tentavit alia porta in urbem ingredi: veruntamen è vestigio repulsus est à populo qui Hyrcanum jam receperat. Et is quidem continuo discessit in quoddam ultra Hierichuntem munimentum, quod Dagon appellatur. Hyrcanus autem, paternum pontificatum assequutus, sacrisque Deo factis, celeriter versus Ptolemæum profectus est, matri simul & fratribus auxilium laturus.

Simon ex insidiis Ptolemai generi sui perit. Antt. l. 13. c. 7. §. 4.

Hyrcanus fit pontifex, & Ptolemæum adoritur. Antt. l. 13. c. 8. §. 1.

4. Cum autem in castellum invaderet, aliis quidem rebus superior erat, justo vero dolori cessit. Nam Ptolemæus, quoties premeretur, matrem ejus fratresque in murum productos, palam ut possent conspici, verberabat, & præcipites dare minitabatur, nisi quam primum discederet. Ex quibus Hyrcanum quidem subiit iracundiâ major misericordia, & timor: mater vero ejus, nihil plagis necive sibi intentatæ cedens, manus protendebat, filiumque precabatur, ne parceret impio fractus injuriis matris, ut quæ immortalitate potiorem duceret Ptolemæi mortem, modo is pœnas lueret pro flagitiis in domum illorum admissis. At Joannes, cum matrem animadvertisset tanta esse animi præsentia & fortitudine, precesque illius exaudisset, incitatus est ad impressionem faciendam: postquam vero ipsam verberari

Ptolemæus obsessus Hyrcani matrem cruciat. Antt. l. 13. c. 8. §. 1. Ejus fortitudo.

z Τὴν Ἄκραν,] Conf. ἀρχ. lib. 13. c. 6. §. 6. SPANH. Ita Græci codices recte. Latini *Accaronem* habebant pro *Arcem* quod in quibusdam extat MSS. ALDRICH. In plerisque *Rufini* exemplaribus, *Accaronem*; ac si lectum fuisset τὴν Ἀκκαρών.

a Φρουρῶν κρατήσας.] Φρουρίων *Bod.* & *Rostg.*

b Ἀντιόχῳ] Quem vulgo *Sidetem*, eum *Josephus* vocat *Pium*, eundemque *Euergetem* nominat *Porphyrius* cum nummis. ALDR.

c Δώροις,] Ἀρχ. lib. 13. c. 6. §. 4. Εἰς Ἄδωρα (*Gen.* Δῶρα) πόλιν & c. 7. §. 2. Εἰς Δώραν. SPANH.

d Στρατείας,] Ita reformavimus ex *Lugd. Bat.* antea erat στρατιᾶς. HAV.

e Κενδεβαῖον] Conf. Antiq. Jud. lib. 13. c. 7. §. 3. SPANH. *Rostg.* Κενδαῖον cum *Casaub.*

f Δηιώσοντα] Δηιώσοντα *MS. Lips.* SPANH. Ita in *MSS.* δῃώσαντα in *Editis.*

g Ἀνέπεμψε,] *Lugd. Bat.* ἔπεμψε.

h Ἐπιβολαῖς.] Ita *Big.* & *Voss.* ἐπιβουλαῖς in *cæteris.*

i Ἀρχιερεύς] Conf. Antt. lib. 13. c. 6. §. 6. SPANH.

k Ἀποδείκνυται,] Ἀναδείκνυται. *Bod.* & *Rostg.* qui mox τῆς delet.

l Μετὰ ἑκατὸν] *Gen.* Ducentos septuaginta post annos; *vel* centum septuaginta, è *MS. Ox.* SPANN. Μετὰ ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη. Nempe anno Seleucidarum 170. quo in privatis instrumentis actisque publicis scribi cœptum est, *anno Simonis Pontificis sub Euergeta Judæorum Ethnarchæ primo* 1 *Macc.* XIII. 41. *Antt.* XIII. 11. p. 446. Quare in Rufini versione pro *ducentis centum* ex MSS. fide restitui. Neminem autem male habeat quod hoc ante factum quam narratum sit: de Josephi instituto ante diximus. ALDRICH.

m Καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη.] *Rost.* omittit καὶ.

n Ἰουδαίους] *Rost.* Ἰουδαίαν.

o Ἐπιβουλευθεὶς ἐν συμποσίῳ] Conf. Antt. lib. 13. c. 7. §. 4. SPANH.

p Ἐγκαθείρξας,] *Lugd. Bat.* & *Rost.* καθείρξας.

q Ἰωάννην] Præponit ἔρχεται *Rost.*

r Μῖσος] Ita Big. Impressi μίσος per acutum, nempe pro *odio*, *scelus* habent ALDRICH. & SPANH. Μίσος scelus, non μῖσος odium vid. *Oxon.* mallem μύσος & sensus ut inf. c. 3. §. 6. ἡ περὶ τοῦ μύσους μεταμέλεια. SPANH.

s Ὑπὸ τοῦ δήμου] Conf. Antt. lib. 13. c. 8. §. 1. SPANH.

t Ταχέως] Cum sequentibus ταχέως jungit *Ruf.*

v Δεδεγμένου] Ita *Bod.* δεδεγμένων in *cæteris.*

x Ὑπὲρ Ἱεριχοῦντος] *Rostg.* & *Casaub.* ὑπὸ Ἱερ.

y Δαγὼν καλεῖται.] Ita *Antt.* p. 581. At 1 *Macc.* XVI. 15. Δῶκον vel Δὼκ, quod Syris *speculam* significat. ALDR.

z Ἀρχιερωσύνην] *Rostg.* Ἱερωσύνην.

a Προανάγων] *Rostg.* Προάγων. & mox ἐπὶ τοῦ τείχους.

b Ἐπὶ τοῦ τείχους,] Conf. Antt. lib. 13. c. 8. §. 1. SPANH.

c Ἀπαναστaίη διηπείλει.] *Rostg.* Ἀπαναστaίη ἠπείλει.

d Οἶκτος] Abest a *Rostg.*

e Μὴ πρὸς] *Lugd. Bat.* μήτε.

f Ὡς αὐτῇ] Conf. ἀρχ. lib. 13. c. 8. §. 1.

g Παράστημα τῆς μητρὸς,] Pro pertinacia seu ἐγκαρτερίᾳ. Conf. Infr. cap. 3. §. 2. τὸ παράστημα τοῦ Ἀντιγόνου, *vertit* arrogantiam Antigoni *Rufin.* *hic* obstinatio est, & lib. 2. ἁλωσ. c. 10. §. 4. SPANH. αὐτοῦ addit *Cas.*

h Προ-

Annus Jubilæus. Antt. l. 13. c. 8. §. 1.

berari & lacerari conspexisset, emolliri incipiebat, totusque plenus erat doloris. Ob hæc autem tracta aliquandiu obsidione, instabat annus feriatus, quo apud Judæos quolibet septennio similiter ac septimo quoque die otium agitur. Et in hoc Ptolemæus, obsidione solutus, fratres Joannis una cum matre interfecit, & ad Zenonem confugit, qui Cotylas cognominatus est, erat autem Philadelphiæ tyrannus.

Ptolemæus ad Cotylam fugit. Antt. l. 13. c. 8. §. 1.

Antiochus Hierosolyma oppugnat. Antt. l. 13. c. 8. §. 4.

Davidis sepulchrum aperit Hyrcanus. Antt. l. 13. c. 8. §. 4.

5. Atqui Antiochus, ob ea quæ à Simone passus fuerat iratus, ducto in Judæam exercitu, Hierosolymis assidens Hyrcanum obsidebat. Ille vero, patefacto sepulchro Davidis, utpote qui regum ditissimus fuerat, ablatisque inde plus quam tribus millibus talentorum, facit ut Antiochus ab obsidione discederet, id quod ei datis trecentis talentis persuasit: atque adeo primus Judæorum suis sumptibus cœpit peregrina alere auxilia.

Expeditionem facit in Syriam. Antt. l. 13. c. 9. §. 1.

Hyrcanus multas Syriæ & Idumææ urbes capit. Antt. l. 13. c. 9. §. 1. & 4.

6. Rursusque tamen, quando Antiochus, bello contra Medos suscepto, tempus vindictæ idoneum ei suppeditaret, confestim adversus Syriæ civitates profectus est, *hominibus* validioribus vacuas, id quod erat, reperturum esse existimans. & quidem Medabam & Samæam cum iis quæ in vicinia erant, nec non & Sicima & Garizin ipse cepit; ac præterea Chuthæorum posteros, qui fanum, ad instar Hierosolymitani ædificatum, circumhabitabant. Quin & alias Idumææ urbes non paucas capit, insuper & Adoreon & Marissam.

Samaria obsessa & fame vexata. Antt. l. 13. c. 10. §. 1. 2.

Antiochus Cyzicenus, Samaritis auxilium ferens, ab

7. Cum autem & Samariam usque processisset, ubi nunc est Sebaste urbs ab Herode rege condita, eamque vallo undique circumdedisset, filios suos, Aristobulum & Antigonum, obsidioni præfecit: quibus nihil remittentibus, adeo fame premebantur qui in urbe erant, ut etiam insuetissimis vescerentur. Qua re fiebat ut Antiochum, cognomine Cyzicenum, in auxilium sibi advocarent; atque

μηλο [h] προσβάλλειν. ἐπειδὰν δὲ καὶ ἴδοι τυπτομένην τε καὶ σπαραττομένην, ἐθηλύνετο, καὶ [i] τοῦ πάθους ὅλος ἦν. τριβομένης δὲ διὰ ταῦτα τῆς πολιορκίας, ἐπέστη [k] τὸ ἀργὸν ἔτος, ὃ κατὰ [l] ἑπταετίαν ἀργεῖται παρὰ Ἰουδαίοις ὁμοίως [m] ταῖς ἑβδομάσιν ἡμέραις. κἂν τούτῳ Πτολεμαῖος ἀνεθεὶς τῆς πολιορκίας ἀναιρεῖ τοὺς ἀδελφοὺς Ἰωάννου σὺν τῇ μητρὶ, καὶ φεύγει πρὸς Ζήνωνα τὸν ἐπικληθέντα Κοτυλᾶν. [n] Φιλαδελφείας δ' ἦν τύραννος.

ε'. Ἀντίοχος δὲ, κατ' ὀργὴν ὧν ὑπὸ Σίμωνος ἔπαθε, [o] στρατεύσας εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἐπολιόρκει τὸν Ὑρκανὸν προσκαθεζόμενος τοῖς Ἱεροσολύμοις. [p] ὁ δὲ τὸν Δαυίδου τάφον ἀνοίξας, ὃς δὴ πλουσιώτατος βασιλέων ἐγένετο, καὶ [q] ἀνελόμενος ὑπὲρ τρισχίλια τάλαντα χρημάτων, τόν τε Ἀντίοχον ἀπανίστησι τῆς πολιορκίας πείσας τριακοσίοις ταλάντοις. [r] καὶ δὴ καὶ [s] ξενοτροφεῖν πρῶτος Ἰουδαίων ἐκ τῆς περιουσίας ἤρξατο.

ς'. Αὖθίς γε μὴν ὡς Ἀντίοχος, [t] ἐπὶ Μήδους στρατεύσας, καιρὸν ἀμύνης αὐτῷ παρεῖχεν, εὐθέως ὥρμησεν ἐπὶ τὰς ἐν Συρίᾳ πόλεις, κενὰς, ὅπερ ἦν, ὑπολαμβάνων εὑρήσειν τῶν μαχιμωτέρων. [v] Μεδάβην μὲν οὖν καὶ [x] Σαμαίαν ἅμα ταῖς πλησίον, ἔτι δὲ Σίκιμα καὶ [y] Γαριζὶν αὐτὸς αἱρεῖ. πρὸς αἷς τὸ [z] Χουθαίων γένος, οἳ περιῴκουν τὸ εἰκασθὲν τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερῷ. αἱρεῖ δὲ καὶ τῆς [a] Ἰδουμαίας τε ἄλλας τε οὐκ ὀλίγας, καὶ [b] Ἀδωρεὸν καὶ Μάρισσαν.

ζ'. Προελθὼν δὲ καὶ μέχρι Σαμαρείας, [c] ἔνθα δὴ νῦν ἐστι [d] Σεβαστὴ πόλις ὑφ' Ἡρώδου κτισθεῖσα τοῦ βασιλέως, καὶ πάντοθεν αὐτὴν ἀποτειχίσας, τοὺς υἱεῖς ἐπέστησε τῇ πολιορκίᾳ, Ἀριστόβουλον καὶ Ἀντίγονον· ὧν οὐδὲν ἀνιέντων, λιμοῦ μὲν εἰς τοσοῦτον προῆλθον οἱ κατὰ τὴν πόλιν, ὡς ἅψασθαι καὶ τῶν ἀθεστάτων, ἐπεκαλοῦντο δὲ βοηθὸν, Ἀντίοχον τὸν ἐπικληθέντα [e] Κυζικηνόν· κἀκεῖνος ἑτοίμως ὑπακούσας, ὑπὸ τῶν περὶ

Ἀρι-

h Προσβάλλειν.] *Lugd. Bat.* προσβαλεῖν.

i Τοῦ πάθους ὅλος] Infr. lib. 7. c. 5. §. 2. ὅλος γίνεται τῆς ἐλπίδος, *plenus spei.* SPANH.

k Τὸ ἀργὸν ἔτος,] Antt. lib. 13. c. 8. §. 1. καθ' ὃ συμβαίνει τοῖς Ἰουδαίοις ἀργεῖν.

l Ἑπταετίαν] *Lugd. Bat.* ἑπτὰ ἔτη, quod & mavult *Rostg.*

m Ταῖς ἑβδομάσιν ἡμέραις.] Supra (l. 13. c. 8. §. 1.) ταῖς ἐν ἑβδομάσιν ἡμέραις. Verum ἑβδομάδα pro *ipso die septimo* capi & alibi observavimus.

n Φιλαδελφείας δ' ἦν τύραννος.] Inf. cap. 6. §. 3. εἰς Φιλαδέλφειαν Ἀρέτας καταπλαγείς &c. & cap. 19. §. 5. στρατοπεδευσάμενος δὲ περὶ Φιλαδελφίαν. SPANH.

o Στρατεύσας εἰς τὴν Ἰουδαίαν,] Confer *Antt.* l. 13. c. 8. §. 4. *Plutarchum* in *Apothegm.* & *Diod. Sic.* l. 34. apud *Photium*, cod. 244. De aperto Davidis sepulchro vide etiam *Antt.* l. 7. c. 15. §. 3. & l. 13. c. 8. §. 4. atque l. 16. c. 7. §. 1. ALDR.

p Ὁ δὲ τὸν Δαυίδου τάφον ἀνοίξας,] Eadem ἀρχ. lib. 13. c. 8. §. 4. SPANH.

q Ἀνελόμενος] *Rostg.* & *Cas.* ὑφελόμενος.

r Καὶ δὴ καὶ] Posterius καὶ omittit *Rostg.*

s Ξενοτροφεῖν πρῶτος Ἰουδαίων] Externum militem primus alere cœpit Hyrcanus. ἀρχ. lib. 13. c. 8. §. 4. SPANH.

t Ἐπὶ Μήδους στρατεύσας,] Expeditionis hujus Parthicæ multi scriptores meminere. Inter alios *Justinus* XXXVIII. 10. *Appianus* in *Syr.* p. 132. *Livius* lib. 59. *Athenæus* in *libris* 5, 10, 12. Cum Antiocho profectum esse Hyrcanum *Josephus* asserit, *Nicolaus* vero *Damascenus* confirmat *Antt.* p. 583. Ille καιρὸς ἀμύνης sic contigit. Incredibiles secum copias ducebat Antiochus; quarum fama perculsi, quem tum captivum tenebant Demetrium, Parthi ultro dimisere. Is recepta Syria Ægypto bellum intulit; quod dum geritur, ab eo Syri deficiunt, frater autem Antiochus amisso exercitu occiditur. Confestim igitur Hyrcanus suos milites deportavit in Syriam: illum enim ultionis diu meditatæ tempus ipsum jam admonuit, cum ad eam facerent hæc omnia, Antiochi clades, Demetrii apud suos odium, præsidia quoque exhausta tot militibus ab utroque rege abductis. Vide Josephum & Justinum locis modo laudatis. ALDR.

v Μεδάβην] Μήδαβαν *Antt.* XIII. 17. Sic etiam (per η) scribunt LXX Intt. sic Eusebius & Stephanus *in suis Onomasticis*; idque recte, est enim in Hebræo מידבא *Esa.* XV. 2. Ptolemæo V. 17. Μηδαυὰ dicitur. ALDR. Conf. Antt. lib. 13. c. 9. §. 1. Μηδάβαν Antt. lib. 13. c. 1. §. 4. Rectius forsan per η in prima syllaba, quo modo apud LXXII. *Intt.* apud *Eusebium* & *Stephanum* in *suis Onomasticis*, apud *Suidam* ipsumque *Josephum* alibi. Ptolemæo Μηδαυὰ dicitur. Videsis *Relandum* in *Pal.* p. 893.

x Σαμαίαν] Σεμεγὰν in *Antt.* l. 13. c. 9. §. 1.

y Γαριζὶν] Alibi Γαριζεὶν. *Lugd. Bat.* ἀργαριζεὶν.

z Χουθαίων] Χουθαίων *MS. Lips.* Χουθαῖοι Samaritæ vid. Antt. lib. 9. c. 14. §. 3. SPANH. Ita *Big. Rost. Ruf.* & *Antt.* l. 13. c. 9. §. 1. *Aliis Bod. Voss.* vel *impress.* Χουθαίων ἔθνος, vel Χουθαῖον ἔθνος.

a Ἰδουμαίας] Sic *Big. Bod. Voss. Rost. Ruf.* & *Antt.* l. 13. c. 9. §. 1. Ἰουδαίας perperam *Bas.* & *Gen.*

b Ἀδωρεὸν καὶ Μάρισσαν.] In Codd. MSS. male concipiuntur hæc nomina. Puto legendum Ἄδωρα καὶ Μάρισσαν. Pro Δωρεὸν est Ἄδωρα Idumææ civitas *Antt.* XIII. 17. Josephus *Antt.* XIII. 23. Adora & Marissam collocat ἐν τῇ μεσογείᾳ κατὰ τὴν Ἰδουμαίαν, nempe ἐν τῇ ἄνω Ἰδουμαίᾳ cujus meminit *Belli* IV. 33. nam & alia erat Idumæa, ἡ μεγάλη *ibid. cap.* 30. In priore Maccabaico XIII. 20. est urbs Ἄδωρα, quæ *Antt.* 11. πόλις τῆς Ἰδουμαίας & tamen Δῶρα dicitur: quo factum ut à quibusdam Geographis male confundantur *Adora* Idumææ urbs mediterranea & *Dora* (Plinio *Dorum.*) Phœnices civitas maritima. Quanquam & hæc ipsa Idumææ urbs *Adora*, Josepho alibi Δῶρα, eademque Δωρεὸς dicitur. Sed de his nunc non est disceptandi locus. ALDRICH. Ἄδωρα καὶ Μάρισσαν ἀρχ. lib. 13. c. 9. §. 1. Ἀδώρεος inf. c. 8. §. 4. ubi non Δώρα sed Δωρεὸς de hac Gabinia falso legebam & ἀρχ. lib. 14. c. 5. §. 3. Δῶρα (*Gen.* Δώρα) SPANH. Ita lego pro Δωρεὸν ex *MSS.* & *Suid.* Si quis Ἄδωρα malit, prout in *Antt.* l. 13. c. 9. §. 2. per me licet. Verum an hæc urbs unquam à *Josepho* recte dicatur Δῶρα, nonnihil dubito. Vide *Relandum* in *Palæst.* p. 739. HUDS. *Lugd. Bat.* Ἀδωρεὸν καὶ ἀμμάρισσαν. *Rost.* Ἀγωρεὸν καὶ μαρήσαν.

c Ἔνθα δὴ νῦν ἐστι] Ita *Lugd. Bat.* reliquæ illud δὴ negligunt. HAV.

d Σεβαστὴ πόλις] Antt. lib. 13. c. 10. §. 2. καλεῖται νῦν Σεβαστή & lib. 15. c. 7. §. 7. ἐν Σαμαρείᾳ τῇ κληθείσῃ Σεβαστῇ. SPANH.

e Κυζικηνόν.] *Gen.* Ἀσπένδιον. Κυζικηνὸν. Antt. lib. 13. c. 10. §. 1. Aspendius frater Cyziceni Græc. Euseb. p. 62. SPANH. Ἀσπένδιον in *libris*. Κυζικηνὸν reposui ex *Antt.* l. 13. c. 9. §. 1. &c. Quippe juxta *Porphyrium* (in *Græc. Euseb. Scaligeri* p. 62.) Antiochus Grypus à fratre Cyziceno exutus imperio secessit Aspendum, unde & Aspendii cognomen reportavit. Inde post annum circiter reversus, & imperium cum fratre sic partitus est, ut Grypo cesserit Syria proprie dicta (quæ monte Amano & Seleucide definitur) Cyziceno Cœlesyria, quæ à Seleucide ad Judæam pertinet.) Vide *Strabonem* l. XVI. p. 749. 756. Samaritas igitur, Cyziceni regno attributos, verisimilius est hujus, quam Aspendii, opem implorasse. ALDR.

f Ἐπὶ

Ἀριστόβουλον ἡττᾶται. καὶ ὁ μὲν, μέχρι Σκυθοπόλεως διωχθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, ἐκφεύγει· οἱ δ' [f] ἐπὶ τῆς Σαμαρείας ὑποστρέψαντες, τό, τε πλῆθος πάλιν εἰς τὸ τεῖχος συγκλείουσι, καὶ τὴν πόλιν ἑλόντες, αὐτήν τε κατασκάπτουσι, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐξηνδραποδίσαντο. προχωρούντων δὲ τῶν κατορθωμάτων, τὴν ὁρμὴν οὐ κατέψυξαν, ἀλλὰ προελθόντες ἅμα τῇ δυνάμει μέχρι τῆς Σκυθοπόλεως, ταύτην τε κατέδραμον, καὶ τὴν ἐντὸς Καρμήλου [g] τοῦ ὄρους χώραν ἅπασαν κατενείμαντο.

η'. Πρὸς δὲ τὰς εὐπραγίας αὐτοῦ τε Ἰωάννου [h] καὶ τῶν παίδων, [i] φθόνος ἐγείρει στάσιν τῶν ἐπιχωρίων· καὶ πολλοὶ, [k] κατ' αὐτῶν συνελθόντες, οὐκ ἠρέμουν, μέχρι καὶ πρὸς φανερὸν πόλεμον ἐκριπισθέντες ἡττῶνται. τὸ λοιπὸν δ' ἐπιβιοὺς ἐν εὐδαιμονίᾳ Ἰωάννης, [l] καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν κάλλιστα διοικήσας, [m] ἐν τρισὶν καὶ τριάκοντα ὅλοις ἔτεσιν, ἐπὶ πέντε υἱέσι τελευτᾷ, μακαριστότατος ὄντως καὶ [n] κατὰ μηδὲν ἐάσας ἐφ' ἑαυτῷ μεμφθῆναι τὴν τύχην. [o] τρία γοῦν τὰ κρατιστεύοντα μόνος εἶχε, τήν τε [p] ἀρχὴν τοῦ ἔθνους, καὶ ἀρχιερωσύνην, καὶ προφητείαν· ὡμίλει γὰρ αὐτῷ τὸ δαιμόνιον, ὡς μηδὲν δὲ τῶν μελλόντων ἀγνοεῖν. ὥς γε καὶ περὶ δύο τῶν πρεσβυτάτων υἱῶν, ὅτι μὴ διαμενοῦσι κύριοι τῶν πραγμάτων, [q] προεῖδέ τε καὶ προεφήτευσεν. ὧν τὴν καταστροφὴν ἄξιον ἀφηγήσασθαι, παρόσον τῆς πατρῴας εὐδαιμονίας ἀπέκλιναν.

is, cum prompte eis paruisset, ab Aristobulo & Antigono superatur. Et ille quidem, postquam eum persequuti essent fratres ad Scythopolin usque, *tandem* effugit: hi vero, in Samariam reversi, & multitudinem iterum intra murum concludunt, cumque urbem cepissent, & eam diruunt & incolas in captivitatem abduxerunt. Cum autem res illis ita ex animi sententia succederent, suam passi non sunt alacritatem refrigescere: sed cum exercitu Scythopolim usque progressi, & eam incursibus vastarunt & agros intra montem Carmelum omnes * depopulati sunt.

Hyrcani filiis victus fugatusque. Antt. l. 13. c. 10. §. 3.
Samariæ excidium. Antt. l. 13. c. 10. §. 3.

8. Verum invidia, ex rebus Joannis ipsius filiorumque prosperis conflata, popularium seditionem concitat: multique, conspiratione in eos facta, non quiescebant, donec in bellum apertum exsuscitati vincuntur. Cum autem reliquum vitæ felicissime degisset Joannes, resque imperii per tres annos integros & triginta administrasset, quinque filiis relictis, moritur; vir plane beatissimus, & qui nulla in re fortunam sui causa accusari passus est. Denique tria vel maxima solus obtinuit, nempe & gentis principatum, & summum sacerdotium, & vaticinandi potestatem: nam cum eo ita versatus est Deus, ut futurorum nihil *penitus* ignoraret. adeo ut de duobus filiis suis natu majoribus & præviderit & prædixerit, quod non diu mansuri essent rerum domini: quorum vitæ quis fuerit exitus operæ pretium erit narrare, quatenus de paterna felicitate deciderint.

III. *Hyrcani filiis invidetur.*
Hyrcani mors & elogium. Antt. l. 13. c. 10. §. 3. & 7.

ΚΕΦ. γ'.

Ὡς Ἀριστόβουλος, πρῶτος διάδημα περιθέμενος, μητρὸς καὶ ἀδελφοῦ ἀναιρεθέντων, τελευτᾷ, βασιλεύσας οὐ πλεῖον ἐνιαυτῷ.

Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν, ὁ [r] πρεσβύτερος αὐτῶν [s] Ἀριστόβουλος, τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν μεταθεὶς, [t] περιτίθεται μὲν διάδημα πρῶτος, [v] μετὰ τετρακοσιοστὸν καὶ [x] ἑβδομηκοστὸν πρῶτον ἔτος, πρὸς δὲ μῆνας τρεῖς, ἐξ οὗ κατῆλθεν ὁ λαὸς εἰς τὴν χώραν, ἀπαλλαγεὶς τῆς ἐν Βαβυλῶνι δουλείας· τῶν δὲ ἀδελφῶν, τὸν μὲν [y] μετ' αὐτὸν Ἀντίγονον, ἐδόκει γὰρ ἀγαπᾶν, ἦγεν ἰσοτίμως, τοὺς δ' ἄλλους εἵργνυσι δήσας, δεσμεῖ δὲ καὶ τὴν

CAP. III.

Quomodo Aristobulus, qui primus diadema sumpsit, matre fratreque sublatis moritur, cum non plus anno regnasset.

NAM mortuo patre, Aristobulus è filiis natu major, cum principatum in regnum commutasset, primus quidem diadema sumpsit, post annos quadringentos, septuaginta & unum mensesque tres, quàm populus, servitute quam Babylone serviit, liberatus, in *eam* regionem descenderat: Antigonum vero fratrum à se secundum (namque *illum* amare videbatur) sibi honore æquavit, cæterosque vinctos in custodias dat; itemque

Aristobulus Hyrcani successor. Antt. l. 13. c. 11. §. 1.
Primus ex pontificibus Judæorum rex. Antt. l. 13. c. 11. §. 1.

---

f Ἐπὶ τῆς Σαμαρείας] *Rost.* ὑπὸ τῆς Σαμ.

g Τοῦ ὄρους χώραν] Illa τοῦ ὄρους desunt *Big. Bod. Rost.* & *Ruf.*

h Καὶ τῶν παίδων,] Καὶ τῶν παίδων *MS. Lips.* Ita *Lugd. Bat.* & *Rost.* *Al.* ἀδελφῶν.

i Φθόνος] Ἀρχ. lib. 13. c. 10. §. 5. Φθόνον ἐκίνησεν ἡ εὐπραγία παρὰ τῶν Ἰουδαίων. ab odio Pharisæorum, qui malè in Hyrcanum seu Johannem affecti. SPANH.

k Κατ' αὐτῶν] *Rost.* mavult τῶν κατ' αὐτῶν.

l Καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν] Καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρχ. *MS. Lips.* SPANH. Illud τὰ è *MSS.* certe *Lugd. Bat.*

m Ἐν τρισὶν καὶ τριάκοντα ὅλοις ἔτεσιν,] Ita *Big. Bod. Voss. Rost.* at ὅλοις præcedit καὶ in *Bas.* & *Gen.* Vera lectio videtur ἐν καθ' ὅλοις ἔτεσιν. In *Antt.* l. 13. c. 11. §. 1. & l. 20. c. 9. in medio numerat λα'. Sic & *Euseb.* in *Dem. Evang.* VIII. 11. & *Hieron.* ad *Dan.* IX. annos assignant XXIX. qui numerus quamproxime verum attingit. Quippe Simon occisus est anno Seleucidarum CLXXVII. mense 11. Sabat. 1 *Macc.* XVI. 14. h. e. circa Febr. anni P. J. 4579. Alexandræ successit Hyrcanus anno 3. Ol. 177. *Ant.* XIV. 1. nempe circa Nov. anni P. J. 4644. Differentia est annorum 65. & mensium fere 9. unde detractis Aristobuli anno 1. Alexandri Jannæi 27. Alexandræ 9. (h. e. 37. annis quos his tribus assignat *Josephus*) relinquuntur Joanni Hyrcano anni tantum 28. & menses circiter 9. Sed cum ex his 37. aliquot anni videantur esse defectivi, cumque vivens adhuc Alexandra Hyrcano regnum commiserit, quorum illud *Josephus* innuit, hoc aperte dicit; harum rerum ratione habita fiet Joannis Hyrcani principatus annorum 29.+ ALDR.

n Κατὰ μηδὲν] *Lugd. Bat.* κατὰ τὸ μηδὲν. *Rost.* κατὰ omittit.

o Τρία γοῦν] *Lugd. Bat.* τρία μόνα.

p Ἀρχὴν τοῦ ἔθνους, καὶ ἀρχιερωσύνην, καὶ προφητείαν.] Conf. ἀρχ. lib. 13. c. 10. §. 7. SPANH. Ubique *Rost.* articulum τὴν præfigit.

q Προεῖδέ τε] *Rost.* Εἶδέ τε.

r Πρεσβύτερος] Πρεσβύτατος *MS. Lips.* SPANH.

s Ἀριστόβουλος,] Aristobulus Hyrcani filius, I. Rex & Diadema adsumit ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 1. ubi pro CCCCLXXI. legitur CCCCLXXXI. & hic in Rufino *vid. Ox.*

t Περιτίθεται] *Cas.* Ἐπιτίθεται.

v Μετὰ τετρακοσιοστὸν καὶ] *Cas.* Μετὰ τριακόσια καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἕν. *Rost.* vero plane *Cas.* lectioni similis est.

x Ἑβδομηκοστὸν] *Rufini* codices hoc loco, & *Antt.* l. 13. c. 11. §. 1. *octogesimum* pro *septuagesimo* exhibent. Sed falso. nam numerus ita colligitur. Ab edicto Cyri ad initium Jesu Josedecidæ ann. 1. Inde ad mortem Menelai 414. Inde ad mortem Joannis Hyrcani 29+. Fiunt anni 471+. puta anni 471. menses 3. quibus exactis Aristobulus diadema sumpsit, Confer *Ezr.* I. 1. II. 70. III. 2. 62. *Ant.* XII. c. 14. 15. XX. c. 8. Si ad annorum minutias descenderis, illarum excessus & defectus sese mutuo compensabunt. Potes eundem numerum etiam hoc modo colligere. Soluta est captivitas anno 1. Cyri, h. e. Ol. L. 4. Alexandræ successit Hyrcanus Ol. CLXXVII. 3. Differentia est Olympiadum 126. & annorum 3. h. e. annorum 507. Tolle annos 36+, quibus Aristobulus, Alexander Jannæus & Alexandra regnavere, restant anni 471+. Apud *Strabonem* XVI. p. 762. πρῶτος ἀνθ' ἱερέως ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλέα Ἀλέξανδρος τούτου δ' ἦσαν υἱοὶ Ὑρκανὸς καὶ Ἀριστόβουλος. Verum eum excusari posse putat *Casaubonus*, quod Aristobulus I. parum vixerit post assumptum diadema, eique successerit frater Alexander. ALDR.

y Μετ' αὐτὸν] Μεθ' ἑαυτὸν in aliquot *MSS.*

* Inter se partiti sunt. *Ruf.*

que matrem, quod ea cum ipso de potestate contenderit, in vincula conjicit. nam & ipsam rerum dominam Joannes reliquerat. Eoque crudelitatis processit, ut vinctam fame necarit.

Crudelis in fratres matremque. Antt. l. 13. c. 11. §. 1.

2. Verum pœnæ ab eo repetitæ sunt in fratre Antigono, quem & amabat & regni socium habebat. Nam & hunc ex calumniis interemit, quas improbi in aula regia *versantes* in eum confinxerunt. Itaque primo quidem dictis diffidebat Aristobulus, scilicet & ex amore fratris, & quod pleraque rumore disseminata invidiæ imputaret. Sed cum Antigonus splendide ab expeditione veniret ad festum, quo ex more patrio tabernacula Deo eriguntur, accidit quidem illis in diebus ut morbo laborarit Aristobulus; Antigonus vero sub festi exitu *in templum* ascenderit suis militibus stipatus, *&* quam maxime fieri potuit ornatus, ut fratris gratia accurate magis *Deum* adoraret. Tumque viri scelerati regem adeuntes & armatorum pompam ei indicabant, & elatum Antigoni animum, majorem quam qui privato conveniret, quodque cum turma maxima adesset ipsum interfecturus: neque enim nudum *ex* regni *societate* ferre posse honorem, cum & regnum ipsum sibi liceat occupare.

Antigonus calumniis petitus. Antt. l. 13. c. 11. §. 1.

3. His fere invitus credidit Aristobulus, idque agens ne vel suspicari quidquam videretur, seque contra incerta præmuniret, suos quidem satellites in loco quodam subterraneo & tenebricoso collocavit (ipse autem in turri decumbebat quæ prius Baris dicta est, postea vero mutato nomine Antonia) cum mandatis ut ab inermi manus quidem abstinerent, Antigonum vero occiderent, si armatus accederet. misit etiam qui illud Antigono prædicerent, ut sine armis veniret. Ad hoc regina callide admodum cum insidiatoribus quiddam constituit. persuadent enim iis qui missi erant ut mandata quidem regis tacerent, Antigono vero dicerent, quod frater, audito eum sibi arma pulcherrima in ornatum bellicum in Galilæa comparasse, morbo impeditus esset quo minus ipse singula inspiceret, nunc vero cum alio discessurus sis, armis indutum videre quam maxime desideret.

Quibus primo parum credidit Aristobulus. Antt. l. 13. c. 11. §. 2.

Regina aliique necem machinantur Antigono. Antt. l. 13. c. 11. §. 2.

4. His auditis Antigonus (ne quid enim mali suspicaretur, suadebat fratris affectus) armatus incedebat, quasi semet *fratri* ostensurus. Sed ubi ad obscurum transitum, qui Stratonis turris vocabatur, perventum est, à satellitibus interficitur, relicto hoc in certum documentum, quod omnia benevolentiæ naturæque vincula discindant calumniæ, quodque ex melioribus animi affectionibus nulla adeo valida est, ut invidiæ perpetuo possit obsistere.

Antigonus occisus. Antt. l. 13. c. 11. §. 2.

5. Subeat autem alicui & Judam hac in re mirari. Essæus erat genere, qui in prædictionibus nunquam lapsus est aut mentitus. Is, postquam & Antigonum tunc templum forte * prætereuntem viderat, ad familiares exclamabat (erant autem non pau-

Ejus mors à Juda Essæo prædicta. Antt. l. 13. c. 11. §. 2.

μητέρα διενεχθεῖσαν περὶ τῆς ἐξουσίας. ταύτην γὰρ [z] δὴ κυρίαν τῶν ὅλων ὁ Ἰωάννης ἀπολελοίπει. καὶ μέχρι τοσαύτης ὠμότητος προῆλθεν, ὥς τε καὶ λιμῷ [a] διαφθεῖραι δεδεμένην.

β΄. Περιέρχεται δὲ [b] αὐτὸν ἡ τίσις εἰς τὸν ἀδελφὸν Ἀντίγονον, ὃν ἠγάπα τε καὶ τῆς βασιλείας κοινωνὸν εἶχε. κτείνει γὰρ καὶ τοῦτον ἐκ διαβολῶν, ἃς οἱ πονηροὶ τῶν κατὰ τὸ βασίλειον ἐνεσκευάσαντο. [c] τὰ μὲν οὖν πρῶτα διηπίστει τοῖς λεγομένοις ὁ Ἀριστόβουλος, ἅτε δὴ καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀγαπῶν, καὶ διδοὺς φθόνῳ τὰ πολλὰ τῶν λογοποιουμένων. ὡς δ᾽ ὁ Ἀντίγονος λαμπρὸς ἀπὸ τῆς στρατιᾶς ἦλθεν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἐν ᾗ σκηνοποιεῖσθαι πάτριον τῷ Θεῷ, συνέβη μὲν κατ᾽ ἐκείνας τὰς ἡμέρας, νοσῶ χρήσασθαι τὸν Ἀριστόβουλον· τὸν δὲ Ἀντίγονον ἐπὶ τέλει τῆς ἑορτῆς ἀναβάντα μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ὁπλιτῶν, [d] ὡς ἐνῆν μάλιστα κεκοσμημένον, προσκυνῆσαι τὸ πλέον ὑπὲρ τἀδελφοῦ. [e] κἀν τούτῳ προσιόντες οἱ πονηροὶ τῷ βασιλεῖ τήν τε πομπὴν τῶν ὁπλιτῶν ἐδήλουν, καὶ [f] τὸ παράστημα [g] τοῦ Ἀντιγόνου, μεῖζον ἢ κατ᾽ ἰδιώτην, ὅτι τε παρείη μετὰ [h] μεγίστου συντάγματος ἀναιρήσων αὐτόν. οὐ γὰρ ἀνέχεσθαι τιμὴν μόνον ἐκ βασιλείας ἔχειν, παρὸν αὐτὴν κατασχεῖν.

γ΄. Τούτοις κατὰ μικρὸν ἄκων ἐπίστευσεν Ἀριστόβουλος, καὶ προνοῶν τοῦ μήθ᾽ ὑποπτεύων φανερὸς γενέσθαι καὶ προησφαλίσθαι πρὸς τὸ ἄδηλον, [i] καθίστησι μὲν τοὺς σωματοφύλακας ἔν τινι τῶν ὑπογαίων ἀλαμπεῖ. κατέκειτο δ᾽ ἐν [k] τῇ Βάρει πρότερον [l] καλουμένῃ, αὖθις δ᾽ Ἀντωνίᾳ μετονομασθείσῃ. [m] προστάξας ἀνόπλου μὲν ἀπέχεσθαι, κτείνειν δὲ τὸν Ἀντίγονον, εἰ μετὰ ὅπλων προσίοι. καὶ πρὸς αὐτὸν ἔπεμψε τοὺς προεροῦντας ἄνοπλον ἐλθεῖν. πρὸς τοῦτο πάνυ πανούργως ἡ βασίλισσα συντάσσεται μετὰ τῶν ἐπιβούλων. τοὺς γὰρ πεμφθέντας [n] πείθουσι τὰ μὲν παρὰ τοῦ βασιλέως σιωπῆσαι, λέγειν δὲ πρὸς τὸν Ἀντίγονον, ὡς ἀδελφὸς ἀκούσας ὅπλα τε [o] αὐτῷ κατεσκευασκέναι κάλλιστα, [p] καὶ πολεμικὸν κόσμον ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, διὰ μὲν τὴν ἀσθένειαν αὐτὸς ἐπιδεῖν ἕκαστα κωλυθείη, νῦν δ᾽ ἐπεὶ καὶ χωρίζεσθαι [q] μέλλοις, [r] θεάσαιτ᾽ ἂν ἥδιστά σε ἐν τοῖς ὅπλοις.

δ΄. Ταῦτ᾽ ἀκούσας ὁ Ἀντίγονος, ἐνῆγε δ᾽ ἡ τοῦ ἀδελφοῦ διάθεσις μηδὲν ὑποπτεύειν πονηρὸν, ἐχώρει μετὰ τῶν ὅπλων ὡς πρὸς ἐπίδειξιν. γενόμενος δὲ κατὰ τὴν σκοτεινὴν πάροδον, [s] ἣ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων ἀναιρεῖται, βέβαιον ἀποδείξας, ὅτι πᾶσαν εὔνοιαν καὶ φύσιν κόπτει διαβολὴ, καὶ οὐδὲν οὕτω τῶν ἀγαθῶν παθῶν ἰσχυρὸν ὃ τῷ φθόνῳ μέχρι παντὸς ἀντέχει.

ε΄. [ſ] Θαυμάσαι δ᾽ ἄν τις ἐν τούτῳ καὶ [t] Ἰούδαν. [v] Ἐσσαῖος ἦν γένος, οὐκ ἔστιν ὅτε πταίσας ἢ ψευσθεὶς ἐν προαγγέλμασιν. ὃς ἐπειδὴ καὶ τότε τὸν Ἀντίγονον ἐθεάσατο παριόντα διὰ τοῦ ἱεροῦ, πρὸς τοὺς γνωρίμους ἀνέκραγεν, ἦσαν δ᾽ οὐκ ὀλίγοι παρεδρεύοντες αὐτῷ τῶν

μαν-

z Δὴ κυρίαν] Illud δὴ abest *Big. Lugd. Bat. Aliisque.*
a Διαφθεῖραι] *Lugd. Bat.* Διαφθαρῆναι.
b Αὐτὸν ἡ τίσις] Αὐτῷ in plerisque *MSS.* γὰρ abest in *Rost.*
c Τὰ μὲν οὖν] Ita *Lugd. Bat.* alii τὰ μὲν δή.
d Ὡς ἐνῆν μάλιστα κεκοσμημένον, προσκυνῆσαι] Vid. ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 1. SPANH.
e Κἀν τούτῳ προσιόντες] Τότε προσιόντες *Rost.*
f Τὸ παράστημα] Conf. sup. c. 2. §. 4. SPANH.
g Τοῦ Ἀντιγόνου,] *Lugd. Bat.* Τὸ Ἀντιγ.
h Μεγίστου συντάγματος] *Lugd. Bat.* Μεγίστων συνταγμάτων.
i Καθίστησι] *Lugd. Bat.* διΐστησι. ut & *Rost.* id est *disposuit.* non male. HAV.
k Τῇ Βάρει πρότερον] Conf. ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 2. ut & inf. huj. libri c. 5. §. 4. item c. 21. §. 1. SPANH.
l Καλουμένῃ,] Abest a *Lugd. Bat.* ut & *Rost.*
m Προστάξας] Particulam καὶ præponit *Rost.*
n Πείθουσι] Πείθει legisse videtur *Ruf.*
o Αὐτῷ κατεσκευασκέναι κάλλιστα,] Ita locum hunc restituimus ex clarissima *MSS. Lugd. Bat. Bod.* & *Rost.* conspiratione, ut & *Ruf.* qui jam olim ita invenerat; legitur in vulgatis αὐτῷ κατεσκευασμένα κάλλιστα διὰ π. κ. Verte itaque & *decus bellicum* pro *in ornatum bellicum.* Exprimit enim idem quod appellat Virgilius *decus & tutamen in armis.* lib. Æneid. 5. 2. a 26. 2. HAV.
p Καὶ πολεμικὸν κόσμον] Διὰ πολ. κ. *Huds.* Καὶ πολεμικὸν κ. juxta *Ruf.*
q Μέλλεις,] Ita *Lugd. Bat.* alii μέλλοις.
r Θεάσαιτ᾽ ἂν] *Gen.* Θεάσαι ἄν. Θεάσαιτ᾽ ἂν *MS. Lips.* SPANH. Ita cum *MSS.* θεάσαι ἂν in *Impressis.*
ſ Ἡ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος] Primam voculam non agnoscit *Lugd. Bat.* postremam delet *Rost.*
s Θαυμάσαι] *Lugd. Bat.* Θαυμάσοι.
t Ἰούδαν.] Sic Lameæ & Manahemi, utriusque Essæi vaticinia ἀρχ. lib. 14. c. 9. §. 4. & lib. 15. c. 10. §. 5. Judas hic fuit Essenus institutus ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 2. Ἰούδαν τινα, Ἐσσηνὸν μὲν τὸ γένος. *Essenum autem genere* seu *secta*, de quo nihil *Gelenius* Judam Essenum genere *Rufin.* SPANH.
v Ἐσσαῖος ἦν γένος,] *Al.* Ἐσσηνὸς, uti l. 13. c. 11. §. 2.
* Ἰδὼν τὸν Ἀντίγονον παριόντα τὸ ἱερὸν *Antt.* l. 13. c. 11. §. 2.

x Ἀπο-

μανθανόντων, πάπαι· „ νῦν ἐμοὶ καλὸν, ἔφη, τὸ „ θανεῖν, ὅτι μοι προτέθνηκεν ἡ ἀλήθεια, καί τι τῶν „ ὑπ' ἐμοῦ προῤῥηθέντων διέψευσται. ζῇ γὰρ Ἀντίγονος „ οὑτοσὶ σήμερον ὀφείλων [x] ἀποθανεῖν. χωρίον δ' αὐτῷ „ πρὸς σφαγὴν, Στράτωνος πύργος [y] εἵμαρτο· „ καὶ τοῦτο μὲν ἀφ' ἑξακοσίων σταδίων ἐντεῦθεν ἐστίν. „ ὧραι δὲ τῆς ἡμέρας ἤδη τέσσαρες, [z] ὅδε δὴ χρόνος „ ἐκκρούει τὸ μάντευμα.” ταῦτ' εἰπὼν, σκυθρωπὸς [a] ὑπὸ συννοίας ὁ γέρων διεκαρτέρει, καὶ μετ' ὀλίγον ἀνῃρημένος Ἀντίγονος ἠγγέλλετο κατὰ τὸ [b] ὑπόγαιον χωρίον, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, ὁμωνύμως τῇ παραλίῳ Καισαρείᾳ. τοῦτο γοῦν τὸν μάντιν διετάραξεν.

ϛ'. Ἀριστοβούλῳ γε μὴν εὐθὺς ἡ [c] περὶ τοῦ μύσους μεταμέλεια νόσον ἐνσκήπτει, καὶ πρὸς ἐννοίαις τοῦ φόνου τὴν ψυχὴν ἔχων ἀεὶ τεταραγμένην συνετήκετο, μέχρι τῶν σπλάγχνων ὑπ' ἀκράτου τῆς λύπης σπαραττομένων [d] ἄθρουν αἷμα [e] ἀναβάλλει. τοῦτο τὶς τῶν πρὸς τῇ θεραπείᾳ παίδων ἐκφέρων, δαιμονίῳ προνοίᾳ σφάλλεται, καθ' ὃν τόπον ὁ Ἀντίγονος ἔσφακτο, καὶ [f] φαινομένοις ἔτι τοῖς ἀπὸ τοῦ φόνου σπίλοις τὸ αἷμα τοῦ κτείναντος ἐπεξέχεεν. ἤρθη δ' [g] εὐθὺς οἰμωγὴ τῶν θεασαμένων, ὥσπερ ἐπίτηδες τοῦ παιδὸς ἐκεῖ [h] ἐπικατασπείσαντος τὸ αἷμα· τῆς δὲ βοῆς ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνετο, καὶ μηδενὸς τολμῶντος εἰπεῖν, μᾶλλον [i] ἐνέκειτο μαθεῖν ἐθέλων. τέλος δ' ἀπειλοῦντι καὶ βιαζομένῳ τἀληθὲς εἶπον. ὁ δὴ τοὺς τε ὀφθαλμοὺς ἐμπίπλησι δακρύων, καὶ στενάξας, [k] ὅσον ἦν αὐτῷ δύναμις, εἶπεν, „ οὐκ ἄρα Θεοῦ μέγαν ὀφθαλμὸν „ ἐπ' ἔργοις ἀθεμίτοις λήσειν ἔμελλον, ἀλλά με „ [l] ταχεῖα μέτεισι δίκη φόνου συγγενοῦς· μέχρι ποῦ „ μοι σῶμα ἀναιδέστατον τὴν ἀδελφῷ καὶ μητρὶ κατάκριτον ψυχὴν καθέξεις; μέχρι ποῦ δ' αὐτὸς ἐπι„σπείσω κατὰ μέρος τοὐμὸν αἷμα; λαβέτωσαν ἀθρόον „ τοῦτο, καὶ μηκέτι ταῖς [m] ἐκ τῶν ἐμῶν σπλάγχνων „ χοαῖς ἐπειρωνευέσθω τὸ δαιμόνιον.” ταῦτ' εἰπὼν, [n] εὐθέως τελευτᾷ, βασιλεύσας οὐ πλεῖον ἐνιαυτοῦ.

ci è discipulis ei assidentes) Papæ! „ nunc æquum „ est, dicebat, ut ipse moriar, quando ante me „ veritas interiit, & falsum est certum quiddam à „ me prædictum. Vivit enim iste Antigonus, qui „ hodie mori debuit. Locus autem neci ejus fato „ destinatus, erat Stratonis turris: & ille quidem „ sexcentorum abhinc stadiorum intervallo distat. „ jam vero quarta est diei hora: adeoque hoc tem„pus irritum reddit vaticinium.” Ista loquutus, tacita cogitatione mœstoque vultu defixus hærebat senex, pauloque post interfectum esse Antigonum nunciatur in loco subterraneo, qui & ipse Stratonis turris appellabatur, eodem nomine quo maritima Cæsarea. Quippe hæc res vatem perturbavit.

6. Cæterum pœnitudo ex scelere statim fecit ut Aristobulo morbus ingravesceret; dumque animum cædem secum reputando perturbatum haberet, contabescebat, donec immodico dolore laceratis visceribus, sanguinem multum emitteret. Hunc dum quidam puerorum qui ei ministrabant foras effert, divina providentia prolapsus cadit, eo in loco quo Antigonus erat occisus, & super exstantes cædis maculas interfectoris cruorem effudit. Mox autem sublatus est ululatus ab iis qui id conspexerant, tanquam puer de industria sanguinem illic libasset: & cum rex clamore audito causam sciscitaretur, eamque nemo prodere ausus esset, eo magis instabat discendi desiderio. Tandem vero, cum minas intentaret eosque cogeret, verum quod erat ei indicaverunt. At ille, cum lachrymis opplesset oculos, quantumque poterat ingemuisset, dicebat, „ haud utique erat ut * magnum Dei „ oculum ob facta nefaria effugerem, sed me ce„leris pœna persequitur ob cognati cædem. Quo„usque, ô corpus impudentissimum, matri fra„trique damnatam animam detinebis? Quamdiu „ & ipse paulatim illis sanguinem meum libabo? „ simul totum accipiant; ne amplius inferias ex „ meis visceribus factas irrideat numen.” His dictis illico moritur, cum non plus anno regnum tenuisset.

Fratris interitum dolet Aristobulus. Antt. l. 13. c. 11. §. 3.

Moritur. Antt. l. 13. c. 11. §. 3.

Κ Ε Φ. δ'.

Οἷα ἐπράχθη ὑπ' Ἀλεξάνδρου Ἰανναίου, βασιλεύσαντος ἑπτὰ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἔτη.

ΛΥσασα δ' ἡ γυνὴ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ βασιλέα καθίστησιν Ἀλέξανδρον, [o] τὸν καὶ καθ' ἡλικίαν καὶ μετριότητα προὔχειν δοκοῦντα. ὁ δὲ, παρελθὼν εἰς τὴν ἐξουσίαν, τὸν ἕτερον μὲν τῶν ἀδελφῶν [p] βασιλειῶντα κτείνει· τὸν δὲ καταλειπόμενον, ἀγαπῶντα τὸ ζῆν δίχα πραγμάτων, εἶχεν [q] ἐν τιμῇ.

β'. Γίνεται δ' αὐτῷ καὶ πρὸς τὸν Λάθουρον ἐπικληθέντα Πτολεμαῖον συμβολὴ, πόλιν [r] Ἀσωχὶν ᾑρηκότα·

CAP. IV.

Quas res gesserit Alexander Jannæus, qui regnavit annos XXVII.

UXor autem *Aristobuli*, cum fratres vinculis exemisset, regem constituit Alexandrum, qui & ætate & morum modestia *cæteris* præstare videbatur. Verum is, ad potestatis fastigium provectus, è fratribus quidem alterum regnum affectantem occidit; alterum vero, † vita quieta contentum, in honore habuit.

2. Accidit autem, ut *is* prælio congrederetur cùm Ptolemæo cognomine Lathyro, qui urbem Asochim cepe-

Alexander Jannæus rex Judæorum. Antt. l. 13. c. 11. §. 1.

Pugna inter Alexandrum & Ptolemæum Lathyrum. Antt. l. 13. c. 12. §. 2. 3. 4. 5.

x Ἀποθανεῖν.] Ἀνῃρῆσθαι Big. Bod. & *Voss.* Ἀναιρεῖσθαι *Rost.*

y Εἵμαρτο.] *Rost.* Εἵμαρται.

z Ὅδε δὴ] *Lugd. Bat.* Ὁ δή.

a Ὑπὸ συννοίας] Ἐπὶ συννοίας *MS. Lips.* SPANH. Ἐπὶ συννοίαις *Big.* & *Bod.* & *Rost.* & *Lugd. Bat.* ἐπὶ συννοίας *Lips.*

b Ὑπόγαιον χωρίον, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, ὁμωνύμως τῇ παραλίῳ Καισαρείᾳ.] Καισάρεια παράλιος ante Stratonis Turris dicta, ut libr. Antt. 13. c. 11. §. 2. ὃ καὶ αὐτὸ Στράτωνος πύργος ἐκαλεῖτο, ὁμώνυμον τῇ παραλίᾳ Καισαρείᾳ. & ἀλωσ. lib. 3. c. 8. §. 1. πεδιὰς οὖσα, καὶ παράλιος. & lib. 7. c. 2. §. 1. εἰς τὴν παράλιον ἐπανελθόντι Καισάρειαν. item eod. lib. c. 1. §. 3. πρὸς τὴν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ Καισάρειαν.

c Περὶ τοῦ μύσους] Conf. sup. c. 2. §. 3. SPANH.

d Ἀθρουν αἷμα] Ἀθρόαν αὐτὴν ταύτην ἀποδίδως, de eadem morte ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 3. SPANH.

e Ἀναβάλλει.] Ἀναβάλλειν in nonnullis *MSS.*

f Φαινομένοις ἔτι] Videsis *J. A. Bosii Diss.* ad 2 *Tim.* 2. 22.

g Εὐθὺς οἰμωγὴ] Εὐθέως hîc loci & supra v. 26. in *Rost. Lugd. Bat.* plerisque *MSS.*

h Ἐπικατασπείσαντος] *Lugd. Bat.* ἐπισπείσαντος.

i Ἐνέκειτο] *Rost.* ἔκειτο.

k Ὅσον ἦν] Omittit ἦν *Rost.*

l Ταχεῖα] *Rost.* τάχειον.

m Ἐκ τῶν] Abest a *Lugd. Bat.*

n Εὐθέως τελευτᾷ,] *Rost.* ἐκτελευτᾷ, οὐ πλέον βασιλεύσας ἐνιαυτοῦ.

o Τὸν καὶ καθ'] *Lugd. Bat.* τὸν καθ' *Rost.* τοῦτον καθ'.

p Βασιλειῶντα κτείνει.] Conf. sup. Procem. §. 2.

q Ἐν τιμῇ.] Illa ἐν τιμῇ addidi ex *Antt.* l. 13. c. 12. §. 1. in fine.

r Ἀσωχὶν ᾑρηκότα.] Conf. de Vita §. 41. SPANH. Ἀσωχὴν *Voss.* vide ad l. 13. c. 12. §. 4. in fine.

* *Sc.* Deum omnia spectantem.

† Ablatis rebus secum habebat, *Ruf.*

ceperat: in quo multos quidem hostium peremit, sed victoria in Ptolemæum propendebat. Postea vero quam ille, à matre Cleopatra fugatus, in Ægyptum discesserit, Alexander & Gadara obsidione in potestatem suam redigit, & castellum Amathuntis, munitionem omnium quæ ad Jordanem sitæ erant maximam, ubi & pretiosissima quæque bonorum Theodori filii Zenonis adservabantur. At Theodorus, cum repente *ei* supervenisset, & res suas capit & regis impedimenta, & Judæorum decem circiter millia interficit. * Alexander autem ab ista plaga revalescit, & in maritimam regionem versus Raphiam capit & Gazam, itemque Anthedonem, quæ postea à rege Herode Agrippias nominata est.

Antt. l. 13. c. 12. §. 5.

Pugna inter Alexandrum & Theodorum. Antt. l. 13. c. 13. §. 3.

Alexander multas urbes capit. Antt. l. 13. c. 13. §. 3.

3. Cum autem *urbes* istas subjugasset, insurrectio fit populi Judaïci in festo. Tum enim maxime, cum festa celebrantur, excitatur seditio. Nec apparebat, quo pacto ex insidiis evadere potuerit, nisi ei auxilium tulissent copiæ peregrinæ, Pisidæ nempe & Cilices: Syros quippe in mercenarios non admittebat, propter ingenitum illis erga gentem Judæorum odium. Cum autem supra sex millia eorum, qui in eum insurrexerant, occidisset, in Arabiam incursionem facit: cumque eam simulque Galaaditas & Moabitas subegisset, tributumque illis imperasset, ad Amathunta reversus est. Theodoro etiam ex rebus ejus prospere gestis metu perculso, cum castellum *omni* præsidio vacuum reperisset, *de* fundamentis *illud* dejecit.

Mota in Alexandrum seditio. Antt. l. 13. c. 13. §. 5.

Moabitas aliasque gentes subigit Alexander. Antt. l. 13. c. 13. §. 5.

4. Mox autem congressus cum Oboda rege Arabum, qui locum juxta Gaulanam prior insidiis occupaverat, illis captus totum amisit exercitum, in vallem profundam compulsum, atque camelorum multitudine contritum. Ille vero fuga dilapsus in Hierosolyma, gentem olim sibi infensam calamitatis magnitudine in seditionem excitavit. Fit autem etiam tunc superior, crebrisque præliis non pauciores quinquaginta Judæorum millibus interfecit, sex annorum spatio: nequaquam tamen victoriis lætabatur, ut qui regni sui vires consumeret. adeo ut armis omissis adniteretur verbis bellum cum subditis componere. Illi autem eo magis odio habebant ejus resipiscentiam morumque varietatem. Cumque percontaretur quid causæ esset, quid ipsi faciendum ut eos placatum iret, ut moreretur, dicebant. nam cum eo, qui tam multa nefaria patrasset, etiam mortuo vix redituros esse in gratiam. Simul etiam Demetrium, cognomine Eucærum in auxilium vocabant. Cumque ille, majorum spe, eis haud ægre obsequutus esset, & cum exercitu venisset, sese cum auxiliis ejus circa Sicima conjunxerunt Judæi.

Ab Oboda fusus fugatusque. Antt. l. 13. c. 13. §. 5.

Multa cum cæde in Judæos grassatur. Antt. l. 13. c. 3. §. 5.

Demetrius Eucærus à Judæis in auxilium accersitus. Antt. l. 13. c. 13. §. 5.

καὶ πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε τῶν πολεμίων, ἡ δὲ νίκη πρὸς [s] Πτολεμαῖον ἔρρεψεν· ἐπεὶ δ' οὗτος ὑπὸ τῆς μητρὸς Κλεοπάτρας διωχθεὶς εἰς Αἴγυπτον ἀνεχώρησεν, Ἀλέξανδρος Γαδάρων τε πολιορκίᾳ κρατεῖ, καὶ Ἀμαθοῦντος, ὃ δὴ μέγιστον μὲν ἦν ἔρυμα τῶν [t] περὶ Ἰορδάνην, τὰ τιμιώτατα δὲ τῶν Θεοδώρου τοῦ Ζήνωνος [v] κλημάτων ἦν ἐν αὐτῷ. ἐπελθὼν δ' ἐξαίφνης ὁ Θεόδωρος, τά τε σφέτερα, καὶ τοῦ βασιλέως ἀποσκευὴν αἱρεῖ, τῶν τε Ἰουδαίων εἰς μυρίους κτείνει. γίνεται δ' ἐπάνω τῆς πληγῆς Ἀλέξανδρος, καὶ τραπόμενος εἰς τὴν παραλίαν, αἱρεῖ [x] Ῥαφίαν τε καὶ Γάζαν, καὶ Ἀνθηδόνα, τὴν αὖθις ὑφ' Ἡρώδου τοῦ βασιλέως [y] Ἀγριππιάδα ἐπικληθεῖσαν.

γ'. Ἐξανδραποδισαμένῳ δὲ ταύτας ἐπανίσταται τὸ Ἰουδαϊκὸν [z] ἐν ἑορτῇ. μάλιστα γὰρ ἐν ταῖς εὐωχίαις αὐτῶν στάσις ἅπτεται. καὶ [a] ἐδόκει μὴ ἂν κρείττων γενέσθαι τῆς ἐπιβουλῆς, εἰ μὴ τὸ ξενικὸν αὐτῷ παρεβοήθει, Πισίδαι καὶ Κίλικες ἦσαν. Σύρους γὰρ οὐκ ἐδέχετο μισθοφόρους, [b] διὰ τὴν ἔμφυλον αὐτῶν πρὸς τὸ ἔθνος ἀπέχθειαν. [c] κτείνας δὲ τῶν ἐπαναστάντων ὑπὲρ [d] ἑξακισχιλίους, Ἀραβίας ἥπτετο· καὶ ταύτην ἑλὼν, Γαλααδίτας τε καὶ [e] Μωαβίτας, φόρον τε αὐτοῖς ἐπιτάξας, ἀνέστρεψεν ἐπὶ [f] Ἀμαθοῦντα. Θεοδώρου δὲ πρὸς τὰς εὐπραγίας [g] αὐτοῦ καταπλαγέντος, ἔρημον λαβὼν τὸ φρούριον κατέσκαψεν.

δ'. Ἔπειτα συμβαλὼν [h] Ὀβόδῃ τῷ Ἀράβων βασιλεῖ προλοχίσαντι κατὰ τὴν [i] Γαυλάνην, [k] ἐνέδρας αὐτῷ γενομένης, πᾶσαν ἀποβάλλει τὴν στρατιὰν, [l] συνωσθεῖσαν κατὰ βαθείας φάραγγος, καὶ πλήθει καμήλων συντριβεῖσαν. διαφυγὼν δ' αὐτὸς εἰς Ἱεροσόλυμα, τῷ μεγέθει τῆς συμφορᾶς πάλαι μισοῦν τὸ ἔθνος ἠρέθισεν εἰς ἐπανάστασιν. γίνεται δὲ καὶ τότε κρείττων, καὶ μάχαις ἐπαλλήλοις οὐκ ἔλαττον πεντακισμυρίους [m] Ἰουδαίων ἀνεῖλεν ἐν ἓξ ἔτεσιν· οὐ μὴν [n] ηὐφραίνετό γε ταῖς νίκαις, τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν ἀναλίσκων. [o] ὥς τε, παυσάμενος τῶν ὅπλων, [p] λόγοις ἐπεχείρει διαλύεσθαι πρὸς τοὺς ὑποτεταγμένους. οἱ δὲ μᾶλλον ἐμίσουν τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ, καὶ τοῦ τρόπου τὸ ἀνώμαλον. [q] πυνθανομένῳ τε τὸ αἴτιον, [r] τί ἂν ποιήσας καταστείλειεν αὐτοὺς, [s] ἀποθανὼν ἔλεγον. νεκρῷ γὰρ ἂν διαλλαγῆναι [t] μόλις τῷ τοσαῦτα δράσαντι. ἅμα δὲ καὶ τὸν [v] Εὔκαιρον ἐπικληθέντα Δημήτριον ἐπεκαλοῦντο. ῥᾳδίως δ' ὑπακούσαντος κατ' ἐλπίδα μειζόνων, καὶ μετὰ στρατιᾶς ἥκοντος, συνέμισγον οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς συμμάχοις περὶ Σίκιμα.

ε'. Δέ-

s Πτολεμαῖον] Articulum τὸν præponit *Lugd. Bat.*

t Περὶ Ἰορδάνην,] Ὑπὲρ Ἰορδάνην *MS. Lips.* & *Rufin.* SPANH. Ὑπὸ Ἰορδάνην *Bod.* ὑπὲρ *Big. Voss.* & *Lips.* Vide ad l. 13. c. 12. §. 5.

v Κτημάτων] *Rost.* κτισμάτων.

x Ῥαφίαν] ΡΑΦΙΑ Nummi. SPANH. *Al.* Ῥάφειαν.

y Ἀγριππιάδα] Ἀγρίππειον inf. c. 21. §. 8. SPANH. Sic inf. c. 5. §. 4.

z Ἐν ἑορτῇ] Et inde, quoniam epulæ & dies Festi seditiones accendunt, Romani milites super porticum Templi locabant, nolueruntque Judæi Christum Festo die capere. REL.

a Ἐδόκει] *Rost.* δοκεῖ.

b Διὰ τὴν ἔμφυλον] Insita inter Syros & Judæos inimicitia, ἀρχ. lib. 13. c. 13. §. 5. id tribuit privato Alexandri erga Syros odio. SPANH.

c Κτείνας δὲ] *Rost.* κτείνας γάρ.

d Ἑξακισχιλίους,] Ita *Voss. Bod. Rost.* expressis etiam literis & *Jos.* in *Antt.* l. 13. c. 14. §. 5. in *Impressis* ὀκτακοσίους. in *Rufini* Editis *octo millibus*, sed *sex millia* habent *MSS.*

e Μωαβίτας,] Non est in *Rost.*

f Ἀμαθοῦντα.] *Lugd. Bat.* Ἀμαθοῦντος.

g Αὐτοῦ καταπλαγέντος,] Αὐτὸν & αὐτῶν in *libris aliquot.*

η'. Ἐπεγέλα δὲ ἄρα τὸ χρεὼν [r] αὐτοῦ ταῖς ἐλπίσιν. ὁ γοῦν Ἡρώδης, [s] προειδόμενος αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν, τόν τε Ὑρκανὸν, κἀκεῖνον ἐπὶ δεῖπνον καλεῖ. παρεστῶτα δ' ἔπειτα τῶν οἰκετῶν τινα πρὸς ἑαυτὸν καλέσας, ἐξέπεμψεν ὡς ἐπὶ τὴν τοῦ δείπνου παρασκευὴν, τῷ δὲ ὄντι προειπεῖν τοῖς χιλιάρχοις ἐξελθεῖν ἐπὶ τὴν ἐνέδραν. κἀκεῖνοι, τῶν Κασσίου προσταγμάτων ἀναμνησθέντες, ἐπὶ τὸν πρὸ τῆς πόλεως αἰγιαλὸν ἐξῄεσαν ξιφήρεις. ἔνθα περιστάντες τὸν Μάλιχον, πολλοῖς τραύμασιν ἀναιροῦσιν. Ὑρκανὸς δὲ παραχρῆμα μὲν [t] ἐκλυθεὶς ὑπ' ἐκπλήξεως ἔπεσε, μόλις δ' [v] ἀνενεγκὼν Ἡρώδην διηρώτα, τίς ὁ κτείνας εἴη Μάλιχον. ἀποκριναμένου δέ τινος τῶν χιλιάρχων, [x] τοῦ Κασσίου πρόσταγμα, Κάσσιος ἄρα, ἔφη, κἀμὲ καὶ τὴν πατρίδα [y] μου σώζει, τὸν ἀμφοτέρων ἐπίβουλον ἀνελών. εἴτε δὲ φρονῶν Ὑρκανὸς οὕτως, εἴθ' ὑπὸ δέους ὁμόσε τῇ γε πράξει χωρῶν εἶπεν, ἄδηλον ἦν. ἀλλὰ γὰρ Μάλιχον [z] μὲν οὕτως Ἡρώδης μετῆλθεν.

ΚΕΦ

e Ὁμολογεῖ,] Ita *Bod.* ὡμολόγει in *cæteris*. Ὁμολογεῖ *MS. Bod.* ὡμολόγει cæteri *Ox.* SPANH.

f Ἐπὶ τῷ πατρὶ] Ἐπὶ τῇ πατρικῇ κηδείᾳ *Bod.* & *Roſt.*

g Καὶ πέμπων Ὑρκανὸς,] Evidenter ita ſcribit *Lugd. Bat.* neque aliter edi debere exiſtimo; nam quod Cl. *Hudſ.* maluit ἄγων καὶ πέμπων. Ὑρκανὸς δὲ, ἐνῆγε &c. vertens: *ductis ſecum & alio miſſis armatis, Hyrcanus autem, ita enim,* &c. minus concinnum videtur. HAV.

h Ἐκώλυε τοὺς ἀλλοφύλους εἰσαγαγεῖν ἐφ' ἁγνεύοντας] Conf. Antt. lib. 14. c. 11. §. 5. & Zonaras Annal. Tom. 1. p. 228. lit. A. μὴ δεῖν ὄχλον ἀλλοδαπὸν ἀναμίγνυσθαι τῷ πλήθει ἁγνεύοντι. SPANH. Διεκώλυε *Roſt.* ut & εἰσάγειν.

i Προσιὼν,] *Roſt.* Προσελθών.

k Ἐπωδύρετο,] Ita *Big. Bod.* & *Voſſ.* ἀπωδύρετο *Baſ.* & *Gen.* Ἐπωδύρετο *MS. Ox.* καὶ ἄλλως. Immo aliunde *Ox. Lat.* SPANH.

l Ἄλλως] Ita eſt, aliunde, non propterea, ut vertit *Ruf.* Quippe Malichum jamdudum oderat Caſſius, tum quod *remiſſior fuiſſet in exigenda pecunia*, tum quod *novis* etiam *rebus ſtuduiſſet*, ut ſupra dictum eſt. ALDR.

m Αὐτοῦ συνῄεσαν] Ὑπήκοοι poſt αὐτοῦ addunt *Big.* & *Voſſ.* Iidemque ſtatim cum *Bod.* poſt φέροντες inſerunt παρῆσαν αὐτῷ.

n Τοῦτον] Abeſt a *Roſt.*

o Ὡς ἐν Τύρῳ] Abſunt a *Roſt.* uſque ad Ἰουδαίαν.

p Καὶ μείζονα.] Ita *Big. Roſt. Bod. Voſſ.* & *Ruf.* τὰ μείζονα in *cæteris*.

q Ὑρκανὸν καταλύσας] Conf. ſupr. cap. 10. §. 7. SPANH.

r Αὐτοῦ] Abeſt a *Lugd. Bat.*

s Προειδόμενος αὐτοῦ] Προϊδόμενος *Voſſ.*

t Ἐκλυθεὶς ὑπ' ἐκπλήξεως] Λυθεὶς *Big. Bod.* & *Voſſ.* Ὑρκανὸς δὲ ὑπὸ φόβου ἄφωνος ἦν Zonaras Annal. Tom. 1. p. .... C. ibid. πλησίον τῆς πόλεως κατακεντοῦσιν αὐτόν. Conf. Antt. lib. 14. c. 11. §. 6. SPANH.

v Ἀνενεγκὼν] *Roſt.* Ἐνεγκών.

x Τοῦ Κασσίου] *Lugd. Bat.* Τὸ Κασσίου.

y Μου σώζει,] Illud μου deeſt *Bod.* & *Roſt.*

z Μὲν οὕτως] Prior vox abeſt a *Roſt.*

* Ad Herodem, *Ruf.* contra mentem *Joſephi*, ut patet ex l. 14. c. 11. §. 6.

† Caſſii præceptum, *Ruf.*

ΚΕΦ. ιβ΄.

Φασάηλος Ελικος περιγίνεται, καὶ Αντιγόνου τῇ μάχῃ κρατεῖ Ηρώδης. κατηγοροῦσιν Ηρώδου καὶ Φασαήλου οἱ Ιουδαῖοι, καὶ αὐτοὺς ἀπολύει Αντώνιος καὶ τετράρχας ἀποδείκνυσι.

ΚΑσσίου δὲ ἀναχωρήσαντος ἐκ τῆς Συρίας, πάλιν στάσις ἐν Ιεροσολύμοις γίνεται, [a] Ελικος μετὰ στρατιᾶς ἐπαναστάντος Φασαήλῳ, [b] καὶ κατὰ τὴν ὑπὲρ Μαλίχου τιμωρίαν ἀμύνεσθαι [c] θέλοντος Ηρώδην εἰς τὸν ἀδελφόν. Ηρώδης δὲ ἔτυχε μὲν ὢν παρὰ Φαβίῳ τῷ [d] στρατηγῷ κατὰ Δαμασκόν, ὡρμημένος δὲ βοηθεῖν ὑπὸ νόσου κατείχετο. κἂν τούτῳ Φασάηλος, καθ' ἑαυτὸν [e] Ελικος περιγενόμενος, Υρκανὸν ὠνείδιζεν [f] εἰς ἀχαριστίαν, ὧν τε Ελικι συμπράξειε, καὶ ὅτι περιορῴη τὸν ἀδελφὸν τοῦ Μαλίχου τὰ φρούρια καταλαμβάνοντα. πολλὰ γὰρ ἤδη κατείληπτο, καὶ τὸ πάντων ὀχυρώτατον, [g] Μάσαδα.

β΄. Οὐ μὴν αὐτῷ τι πρὸς τὴν Ηρώδου βίαν [h] ἤρκεσεν, ὃς ἀναῤῥωσθεὶς τάτε ἄλλα παραλαμβάνει, κἀκεῖνον ἐκ τῆς [i] Μασάδας ἱκέτην ἀφῆκεν. ἐξήλασε δὲ καὶ ἐκ τῆς Γαλιλαίας [k] Μαρίωνα τὸν Τυρίων τύραννον, ἤδη τρία κατεσχηκότα τῶν ἐρυμάτων. τοὺς δὲ [l] ληφθέντας Τυρίους, ἔσωσε μὲν πάντας, [m] ἔστι δ' οὓς καὶ δωρησάμενος ἀπέπεμψεν, [n] εὔνοιάν τε ἑαυτῷ παρὰ τῆς πόλεως καὶ τῷ τυράννῳ μῖσος παρασκευαζόμενος. ὁ δὲ Μαρίων ἠξίωτο μὲν τῆς τυραννίδος ὑπὸ Κασσίου, [o] τυραννίσι πᾶσαν [p] διαλαβόντος τὴν Συρίαν. κατὰ δὲ τὸ πρὸς Ηρώδην [q] ἔχθος, [r] συνέλαβεν Αντιγόνῳ τῷ Αριστοβούλου, καὶ [s] τὸ πλέον διὰ Φάβιον, ὃν Αντίγονος χρήμασι προσποιησάμενος βοηθὸν εἶχε τῆς καθόδου. χορηγὸς δ' ἦν ἁπάντων ὁ [t] κηδεστὴς Πτολεμαῖος Αντιγόνῳ.

γ΄. Πρὸς [v] οὓς Ηρώδης ἀντιταξάμενος, ἐπὶ τῶν ἐμβολῶν τῆς Ιουδαίας, κρατεῖ τῇ μάχῃ, καὶ τὸν Αντίγονον ἐξελάσας, ὑπέστρεψεν εἰς Ιεροσόλυμα πᾶσιν ἀγαπητὸς ὢν ἐπὶ τῷ κατορθώματι. καὶ γὰρ οἱ μὴ προσέχοντες πάλαι. τότε ᾠκείωντο διὰ τὴν πρὸς Υρκανὸν ἐπιγαμίαν αὐτῷ. [x] πρότερον μὲν γὰρ ἦκτο γυναῖκα τῶν ἐπιχωρίων, οὐκ ἄσημον, Δωρὶς ἐκαλεῖτο, ἐξ ἧς ἐγέννησεν Αντίπατρον. τότε δὲ γήμας τὴν Αλεξάνδρου τοῦ Αριστοβούλου θυγατέρα, [y] θυγατριδῆν τε Υρκανοῦ Μαριάμμην, οἰκεῖος τῷ βασιλεῖ γίνεται.

δ΄. Επεὶ δὲ Κάσσιον περὶ Φιλίππους ἀνελόντες ἀνεχώρησαν, εἰς μὲν [z] Ιταλίαν Καῖσαρ, ἐπὶ δὲ [a] τὴν

CAP. XII.

X.

Felicem superat Phasaëlus, & Antigonum pugna vincit Herodes. Judæi Herodem & Phasaëlum accusant, eosque absolvit Antonius & Tetrarchas facit.

AT postquam Cassius è Syria discessit, iterum Hierosolymis orta est seditio, * facto in Phasaëlum impetu à Felice cum exercitu, ut qui vellet Malichi necem ulcisci Herodis culpam in *Phasaëlum* fratrem persequendo. Erat autem Herodes quidem apud Fabium Damasci præfectum; cumque magno desiderio teneretur *fratri* auxilium ferendi, adversa valetudine impediebatur. Interea Phasaëlus etiam suis copiis superavit Felicem, probrumque ingrati objiciebat Hyrcano, & ob ea quibus Felici studuisset, quodque Malichi fratrem castella occupare sivisset. Jam enim multa tenuerat, omniumque validissimum, Masadam.

Seditio Hierosolymis mota à Felice. Antt. l. 14. c. 11. §. 7.

Superatur Felix. Antt. l. 14. c. 11. § 7.

2. Non tamen ei quicquam satis præsidii fuit contra Herodis vim; qui mox, ut convaluit, & alia recipit, & illum ex Masada supplicem dimisit. Quin & Marionem Tyriorum tyrannum, tribus jam castellis potitum, ex Galilæa pepulit: Tyriisque, quos ceperat, vitam concessit omnibus, nonnullis etiam dona dedit & abire permisit; & sibimet civitatis benevolentiam concilians, ejusdemque odium in tyrannum concitans. Marion autem à Cassio quidem obtinuerat tyrannidem, qui Syriam omnem tyrannidibus occupaverat: ex suo vero in Herodem odio, Antigono Aristobuli filio opem ferebat, eoque magis propter Fabium, quem Antigonus sibi pecunia conciliatum reditus *sui* adjutorem habebat. Cuncta vero Antigono suppeditabat Ptolemæus *ei* affinis.

Dimittitur ab Herode, qui Marionem etiam ex Galilæa pellit. Antt. l. 14. c. 11. §. 1.

3. Adversus istos cum aciem in ipso aditu Judææ instruxisset Herodes, pugna fit superior, fugatoque Antigono reversus est Hierosolyma, ex re præclare gesta omnibus gratus acceptusque. Etenim qui antea ei parum favebant, tunc sese ei adjunxerunt propter illius cum Hyrcano affinitatem. nam prius quidem ex indigenis habuerat uxorem, non ignobilem, quæ Doris vocabatur, ex qua *filium* sustulit Antipatrum. Tunc autem, in matrimonium ducta Mariamne, filia Alexandri Aristobuli filii Hyrcanique ex filia nepte, regi necessitudine conjungitur.

Antigonum vincit Herodes. Antt. l. 14. c. 12. §. 1.

Ab Hyrcano & Hierosolymitanis benigne excipitur Herodes. Antt. l. 14. c. 12. §. 1.

Mariamnem in uxorem ducit. Antt. l. 14. c. 12. §. 1.

4. Sed ubi, Cassio circa Philippos interfecto, *inde* discesserunt, Cæsar quidem in Italiam, Anto-

a Ελικος] Cum spiritu aspero *Big.* & *Bod.* cum leni *Voss. Bas.* & *Gen.* prout in *Antt.* l. 15. c. 9. §. 2. in fine. Latinum *Felix* (aspiratione & digammate sicut alibi sæpe permutatis) Græce Ἕλιξ est, seu potius Ἧλιξ, à qua voce Grammatici vocem *Felix* arcessunt. Quanquam frater ille Pallantis qui Judææ præfuit, *D. Lucæ* pariter & *Josepho* Φῆλιξ dicitur. Nam ante illud seculum digamma scribi desierat. ALDR. Ελικος *Gen.* vel Ελικος cum adspir. pro *Felicis*, omisso digammate: ita etiam ἀρχ. lib. 14. c. 11. §. 7. SPANH.

b Καὶ κατὰ] Priorem voculam non habet *Lugd. Bat.*

c Θέλοντος] Μέλλοντος *Big.* & *Voss.*

d Στρατηγῷ κατὰ Δαμασκὸν,] Similiter *Antt.* l. 14. c. 11. §. 7.

e Ελικος] Vel Ελικος. Sine vel cum adspir. SPANH.

f Εἰς] *Rost.* Πρὸς.

g Μάσαδα.] *Rost.* Μασαζαν.

h Ηρκεσεν,] *Lugd. Bat.* Ηρέσκεν.

i Μασάδας] Μαστάδας legisse videtur *Ruf.*

k Μαρίωνα] Marion Tyriorum Tyrannus ἀρχ. lib. 14. c. 12. §. 1. SPANH.

l Ληφθέντας] Λειφθέντας *MS. Bod. Ox.* SPANH.

m Εστι] Ησαν δ' οὓς *Big. Voss. Rost.* & *Lips.* SPANH.

n Εὔνοιάν τε ἑαυτῷ] Ita cum *Ruf.* εὔνοιαν ἑαυτ. in *cæteris.*

o Τυραννίσι] Pro τυραννίσι *MS.* τυραννίσιν vel τυραννήσειν *Ox.* SPANH. *Lugd. Bat.* Quoque τυραννήσειν. Sed male.

p Διαλαβόντος] Διαλαβὼν *Big. Bod.* & *Voss.* HUDS. Διαλαβὼν *MS.* pro διαλαβόντος *Ox.* SPANH.

q Εχθος,] Συνέλαβε τὸν Αντίγονον *Big. Bod.* & *Lips.* κατήγαγε τὸν Αντίγονον *Big.* in *Rufini* versione *Antigonum Aristobuli secum ducebat.* HUDS. *Lugd. Bat.* quoque clare (nam *Rost.* συνάλαβε τὸν Αντίγονον, καὶ τὸν Αριστοβούλον) κατήγαγε τὸν Αντίγονον τὸν Αριστοβούλου. ut ita lectio hæc haud sit spernenda, mox enim καθόδου ejusdem mentionem tacit. HAV.

r Συνέλαβεν Αντιγόνῳ] *MS.* Κατήγαγε τὸν Αντίγονον aut συνέλαβε τὸν Αντίγονον *Ox.* & *MS. Lips.* SPANH.

s Τὸ πλέον] Πτολεμαῖον pro τὸ πλέον legisse videtur *Ruf.*

t Κηδεστὴς] *Sc.* qui Antigoni sororem duxerat uxorem.

v Οὓς] Ita *MS.* Τούτους in *Editis.* Οὓς *MS. Ox.* & *Lips.* SPANH.

x Πρότερον] *Rost.* Πρότον.

y Θυγατριδῆν τε] Erat enim Alexandra Hyrcani filia, Aristobuli conjux, Mariamnes mater. *Antt.* l. 15. c. 2. §. 5.

z Ιταλίαν] Fractis Brutianis Cassianisque partibus Antonius transmarinas obiturus provincias substitit: Cæsar in Italiam se recepit, *Velleius* II. 74. Αντώνιος μὲν ἐς τὴν Ασίαν, Καῖσαρ ἐς τὴν Ιταλίαν ἀφωρμήθη, *Dio.* XLVIII. p. 358. B. Conveniunt, *Livius* in *Epit.* l. 125. *Plutarchus* in *Anton.* p. 925. C. *Appianus* in *Civil.* V. p. 672. Pro ἐπὶ Γαλλίας igitur scribe ἐπ' Ιταλίας in *Antt.* l. 14. c. 12. §. 2. ALDR. Επὶ Γαλλίας *Antt.* lib. 14. c. 12. §. 2. SPANH.

a Τὴν Ασίαν] *Rost.* & *Lugd. Bat.* malunt τῆς Ασίας.

* Cum Felix in Phasaëlum movisset exercitum, & in Herode fratris pœna vellet necem Malichi vindicare, *Rufin.*

tonius vero in Asiam, cum legati ab aliis civitatibus ad Antonium missi essent in Bithyniam, veniebant etiam & Judæorum primates, qui Phasaëlum & Herodem accusarent, *dicentes* illos quidem rerum summam vi tenere, Hyrcano vero tantum superesse *regis* nomen honorificum. Istis cum interesset Herodes & magna pecunia Antonium sibi conciliasset, ita eum affecit, ut inimicis dicendi potestatem nequaquam faceret. Et tunc quidem ita dimissi sunt.

Phasaëlum & Herodem frustra accusant Judæi. Antt. l. 14. c. 12. §. 2.

5. Denuo autem è Judæorum primariis centum viri Antonium, Cleopatræ amori mancipatum, ad Daphnen Antiochiæ convenerunt: qui, factis sibi ductoribus è suis dignitate & eloquentia plurimum valentibus, in fratres accusationem instituunt. Occurrebat autem eis Messala *juvenum* causam agens. *ei* Hyrcano adstante propter affinitatem. Auditis deinde utrisque ab Hyrcano quæsivit Antonius, utri ad imperandum magis idonei. Cumque is Herodem & suos *aliis* prætulisset, lætatus (nam cum patre illorum jam olim hospitium fecerat, summa cum humanitate ab Antipatro exceptus, eo tempore quo in Judæam cum Gabinio trajecerat) fratres tetrarchas constituit, illis permittens Judæam omnem imperio regere.

Altera accusatio. Antt. l. 14. c. 12. §. 2.

Qua non obstante eos tetrarchas facit Antonius. Antt. l. 14. c. 13. §. 1.

6. Legatis autem id ægre ferentibus, quindecim eorum comprehensos in custodiam dedit, quos etiam occidere voluit: reliquos vero cum contumelia abegit. unde major tumultus Hierosolymis excitatur. Denique mille legatos iterum Tyrum miserunt; ubi commorabatur Antonius, * cum vellet in Hierosolyma irruere. Adversus hos, cum clamorem sustulissent, mittit Tyriorum administratorem, eique præcepit, ut de iis quos caperet supplicium sumeret, & illis principatum confirmaret qui ab ipso tetrarchæ erant constituti.

Tertia denique instituitur accusatio. Antt. l. 14. c. 13. §. 2.

7. Ante hæc autem Herodes, usque ad littus cum Hyrcano progressus, multis eos hortabatur *ut caverent*, ne aut sibimet exitii auctores fierent, aut patriæ belli *causa*, dum temere & inconsulto ad contentionem veniunt. Illis autem magis adhuc indignantibus, Antonius, missis armatis, multos *eorum* occidit, multosque vulneravit. quorum & mortuos sepultura & saucios curatione dignatus est Hyrcanus. Non tamen ii qui fuga dilapsi sunt quietos se tenebant; sed civitatem conturbando adeo Antonium exacerbarunt, ut etiam vinctos interfecerit.

Judæorum multi jussu Antonii occisi. Antt. l. 14. c. 13. §. 2.

Ἀσίαν Ἀντώνιος, πρεσβευομένων τῶν ἄλλων [b] πόλεων πρὸς Ἀντώνιον εἰς Βιθυνίαν, ἧκον καὶ Ἰουδαίων οἱ δυνατοὶ, κατηγοροῦντες Φασαήλου τε καὶ Ἡρώδου, βίᾳ μὲν αὐτοὺς κρατεῖν τῶν πραγμάτων, ὄνομα δὲ μόνον περιεῖναι Ὑρκανῷ τίμιον. πρὸς ἃ παρὼν Ἡρώδης, καὶ τεθεραπευκὼς οὐκ ὀλίγοις Ἀντώνιον χρήμασιν οὕτω διέθηκεν, ὡς μηδὲ λόγου τῶν ἐχθρῶν ἀνέχεσθαι. καὶ τότε μὲν οὕτω διελύθησαν.

έ. Αὖθις δὲ οἱ ἐν τέλει Ἰουδαίων ἑκατὸν ἄνδρες ἧκον εἰς [c] τὴν πρὸς Ἀντιόχειαν Δάφνην ἐπ' Ἀντώνιον, ἤδη τῷ Κλεοπάτρας ἔρωτι δεδουλωμένον. οἳ, προστησάμενοι τοὺς ἀξιώματι καὶ λόγῳ σφῶν δυνατωτάτους, κατηγόρουν τῶν ἀδελφῶν. ὑπήντα δὲ [d] Μεσσαλᾶς ἀπολογούμενος [e] συμπαρεστῶτος [f] Ὑρκανοῦ διὰ τὸ κῆδος. καὶ Ἀντώνιος, ἀκούσας [g] ἑκατέρων, Ὑρκανοῦ διεπυνθάνετο τοὺς ἐπιτηδειοτέρους ὄντας [h] ἄρχειν. τοῦ δὲ, τοὺς περὶ τὸν Ἡρώδην προκρίναντος, ἡσθεὶς ἦν γὰρ [i] ἤδη καὶ ξένος αὐτοῖς πατρῷος, δεχθεὶς ὑπ' Ἀντιπάτρου φιλοφρόνως ὅτε εἰς τὴν Ἰουδαίαν σὺν Γαβινίῳ παρέβαλε. [k] τετράρχας ἀποδείκνυσι τοὺς ἀδελφοὺς, πᾶσαν διοικεῖν τὴν Ἰουδαίαν [l] ἐπιτρέπων.

ϛ'. Προσαγανακτούντων δὲ τῶν πρέσβεων, [m] πεντεκαίδεκα μὲν συλλαβὼν εἵργνυσιν, οὓς καὶ ἀνελεῖν ὥρμησε. τοὺς δὲ λοιποὺς μεθ' ὕβρεως ἀπήλασε. πρὸς ὃ μείζων ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις γίνεται ταραχή. χιλίους γοῦν πάλιν ἔπεμψαν πρέσβεις εἰς Τύρον, ἔνθα διέτριβεν Ἀντώνιος ἐπὶ Ἱεροσολύμων ὡρμημένος· ἐπὶ τούτους κεκραγότας, ἐκπέμπει τὸν ἄρχοντα τῶν Τυρίων, κολάζειν προστάξας οὓς ἂν λάβῃ, συγκατασκευάζειν [n] τε τὴν ἀρχὴν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ καταστᾶθεῖσι [o] τετράρχαις.

ζ'. Πρὸ δὲ τούτου, πολλὰ παρῄνει [p] προελθὼν ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν Ἡρώδης σὺν Ὑρκανῷ, μήθ' ἑαυτοῖς ἀπωλείας [q] αἰτίους, μήτε τῇ πατρίδι πολέμου [r] γίνεσθαι φιλονεικοῦντας ἀκρίτως. τῶν δὲ ἔτι μᾶλλον ἀγανακτούντων, Ἀντώνιος ἐκπέμψας ὁπλίτας, πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε, πολλοὺς δὲ [s] ἔτρωσεν· ὧν [t] οἵτε πεσόντες ταφῆς, καὶ οἱ τραυματίαι θεραπείας ἠξιώθησαν ὑπὸ Ὑρκανοῦ· [v] οὐ μὴν οἱ διαφυγόντες ἠρέμουν, ἀλλὰ τὰ [x] κατὰ τὴν πόλιν συνταράσσοντες, παρώξυναν τὸν Ἀντώνιον, ὥστε καὶ τοὺς δεσμώτας ἀποκτεῖναι.

ΚΕΦ.

b Πόλεων πρὸς Ἀντώνιον εἰς Βιθυνίαν,] *Rost.* delet πόλεων & legit εἰς Ἀντώνιον πρὸς Βιθυνίαν.

c Τὴν πρὸς Ἀντιόχειαν Δάφνην] *Antt.* lib. 14. c. 13. §. 1. ἐπὶ Δάφνης & lib. 17. c. 2. §. 3. ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ ἐπὶ Δάφνῃ. SPANH.

d Μεσσαλᾶς] Ita scribo cum *Rufino*. Μαεσαλᾶς in *Editis*. Μεσάλας aut Μεσαλᾶς in *MSS.* & Μεσσάλας in *Antt.* l. 19. c. 1. §. 9. forsan minus recte. HUDS. Μεσσάλας *Antt.* lib. 14. c. 13. §. 1. SPANH.

e Συμπαρεστῶτος] Sic *MSS.* & ἀρχ. lib. 14. c. 13. §. 1. παρόντος καὶ Ὑρκανοῦ.

f Ὑρκανοῦ] Sic *Big. Bod. Rost. Voss. Ruf.* favente ipso *Josepho* in *Antt.* l. 10. c. 6. §. 1. Ὑρκανῷ *Bas.* & *Gen.*

g Ἑκατέρων,] *Rost.* Ἀμφοτέρων.

h Ἄρχειν.] Ὑπάρχειν. *Rost.*

i Ἤδη] Abest a *Rost.*

k Τετράρχας ἀποδείκνυσι] Phasaëlus & Herodes Tetrarchæ constituti ab Antonio. Conf. ἀρχ. lib. 14. c. 13. §. 1. Verum Herodes non Τετράρχης, sed ΕΘΝΑΡΧΗΣ in Nummo inscribitur. Unde hinc *Josephum* redarguit Harduin. de Nummis Herod. pag. 14. SPANH.

l Ἐπιτρέπων.] Pro ἐπιτρέπων, καὶ ἐπιτροπεύειν *MSS. Ox.* SPANH.

m Πεντεκαίδεκα μὲν] *Rost.* Πέντε μὲν καὶ δέκα.

n Τε τὴν ἀρχὴν] *Rost.* hæc non agnoscit.

o Τετράρχαις.] Post hanc vocem τολμῶσιν addit *Casaub.*

p Προελθὼν] Ita *Big. Rost. Bod.* & *Voss.* παρελθὼν in *cæteris.* Προελθὼν *MS. Ox.* SPANH.

q Αἰτίους,] *Rost.* Αἰτίας.

r Γίνεσθαι] Γενέσθαι *Lugd. Bat.*

s Ἔτρωσεν.] *Cas.* Ἐσταύρωσε.

t Οἵτε πεσόντες ταφῆς,] *Rost.* Οἵτε πεσόντες καὶ οἱ τραυματίαι, ταφῆς οἱ μὲν, οἱ δὲ θεραπείας ἠξιώθησαν ὑπὲρ Ὑρκανοῦ.

v Οὐ μὴν οἱ] Paulo aliter in *Antt.* l. 10. c. 6. §. 1. οἱ δὲ λοιποὶ διαφυγόντες ἐπ' οἴκου περιδεεῖς ἡσύχαζον, &c.

x Κατὰ τὴν πόλιν] Ita ex *Lugd. Bat.* & *Rost.* reliqui μετὰ τ. π. HAV.

* In Hierosolyma paratus irruere. *Ruf.*

ΚΕΦ. ιγ'.

Πάρθοι, Ἀντίγονον εἰς τὴν Ἰουδαίαν κατάγοντες, Ὑρκανὸν καὶ Φασάηλον ἐδέσμευον. Ἡρώδου φυγὴ, Ἱεροσολύμων διαρπαγὴ, καὶ οἷα ἔπαθον Ὑρκανὸς καὶ Φασάηλος.

[y] Μετὰ δὲ ἔτη δύο, [z] Βαρζαφάρνου τοῦ Πάρθων [a] σατράπου σὺν Πακόρῳ [b] τῷ βασιλέως υἱῷ Συρίαν καταχόντος, Λυσανίας [c] διαδεδεγμένος ἤδη τὴν ἀρχὴν, τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος, Πτολεμαῖος δ' ἦν οὗτος ὁ Μινναίου, πείθει τὸν [d] σατράπην, ὑποσχέσει χιλίων ταλάντων καὶ [e] πεντακοσίων γυναικῶν, [f] καταγαγεῖν ἐπὶ [g] βασιλεία τὸν Ἀντίγονον, [h] καταλῦσαι δὲ [i] τὸν Ὑρκανόν. τούτοις ὑπαχθεὶς Πάκορος μὲν ᾔει κατὰ τὴν παράλιον, Βαρζαφάρνην δὲ διὰ τῆς μεσογείου προσέταξεν ἐμβαλεῖν. [k] τῶν δ' ἐπιθαλαττίων [l] Τύριοι Πάκορον οὐκ ἐδέξαντο. καίτοι Πτολεμαέων καὶ Σιδωνίων δεδεγμένων. ὁ δὲ, οἰνοχόῳ τινὶ τῶν βασιλικῶν [m] ὁμωνύμῳ μοῖραν τῆς ἵππου παραδοὺς, ἐμβαλεῖν ἐκέλευσεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, [n] κατασκεψόμενόν τε τὰ τῶν πολεμίων, καὶ πρὸς ἃ δέοι βοηθήσοντα Ἀντιγόνῳ.

β'. Τῶν δὲ ληϊζομένων τὸν Κάρμηλον, πολλοὶ Ἰουδαῖοι [o] συνδραμόντες πρὸς Ἀντίγονον, προθύμους ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν εἰσβολὴν παρεῖχον. ὁ δ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸν καλούμενον [p] Δρυμὸν προέπεμψε, τὸ χωρίον καταλαβεῖν· ἐν ᾧ γενομένης συμβολῆς, ὠσάμενοι τοὺς πολεμίους καὶ διώξαντες, ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἔθεον· γενόμενοι δὲ πλείους, μέχρι τῶν βασιλείων προῆλθον. Ὑρκανοῦ δὲ καὶ Φασαήλου δεξαμένων αὐτοὺς καρτερῷ στίφει, μάχη κατὰ τὴν ἀγορὰν συῤῥήγνυται· καθ' ἣν τρεψάμενοι τοὺς πολεμίους οἱ περὶ Ἡρώδην, κατακλείουσιν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ φρουροὺς [q] αὐτῶν ἄνδρας ἑξήκοντα ταῖς πλησίον [r] οἰκίαις ἐγκατέστησαν. τούτους μὲν οὖν ὁ στασιάζων πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς λαὸς, ἐπελθὼν [s] ἐμπίπρησιν. Ἡρώδης δὲ τοῦ δήμου πολλοὺς, κατ' ὀργὴν τῶν ἀπολωλότων, ἀναιρεῖ συμβαλών· καὶ καθ' ἡμέραν ἐπεκθεόντων ἀλλήλοις κατὰ λόχους, φόνος ἦν ἀδιάλειπτος.

γ'. Ἐνστάσης δὲ ἑορτῆς, ἡ Πεντηκοστὴ καλεῖται, τά τε περὶ τὸ ἱερὸν πάντα, καὶ ἡ πόλις ὅλη πλήθους τοῦ ἀπὸ τῆς χώρας ἀναπίμπλαται τὸ πλέον ὁπλιτῶν. καὶ Φασάηλος μὲν τὸ τεῖχος, Ἡρώδης δὲ [ſ] μετ' οὐ πολλῶν ἐφρούρει τὰ βασίλεια, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐπιδραμὼν ἀσυντάκτοις κατὰ τὸ [t] προσάρκτιον, πλείστους μὲν ἀναιρεῖ, τρέπεται δὲ

CAP. XIII. XI.

Parthi, Antigonum in Judæam reducentes, Hyrcanum & Phaſaëlum in vincula conjiciunt. Herodis fuga, Hieroſolymorum direptio, & clades Phaſaëli & Hyrcani.

Biennio autem poſt, cum Barzapharnes Parthorum ſatrapa & Pacorus regis filius Syriam occupaſſent, Lyſanias qui in principatum ſucceſſerat poſt mortem patris (ille autem Ptolemæus erat Minnæi filius) ſatrapæ perſuadet, ipſi mille talenta & quingentas mulieres pollicendo, Antigonum in regnum reducere & Hyrcanum deturbare. His inductus Pacorus, ipſe quidem per oram maritimam profectus eſt, Barzapharni vero præcepit per mediterranea impreſſionem facere. Sed maritimorum Tyrii Pacorum excluſerunt, quamvis Ptolemaïdenſes & Sidonii eum admiſerant. Ille vero, cum pocillatori cuidam regio, ipſi cognomini, equitatus partem tradidiſſet, juſſit *eum* irruptionem facere in Judæam, ut & res hoſtium ſpecularetur, & Antigonum, ſiquidem opus eſſet, adjuvaret.

Lyſanias Pacoro & Barzapharni perſuadet, ut Antigonum in regnum reducant. Antt. l. 14. c. 13. §. 3.

2. Illis autem Carmelum populantibus, multi Judæi ad Antigonum confluebant, ſeque paratos eſſe oſtendebant una cum eo irrumpere. Ille vero ad locum qui Drymus appellatur eos præmiſit, ut regionem *iſtam* occuparent; ubi pugna commiſſa, depulſiſque hoſtibus & fugatis, Hieroſolyma curſu petebant; auctique plurium acceſſione uſque ad regiam procedebant. Cum autem eos valida manu excepiſſent Hyrcanus & Phaſaëlus, in foro prælio confligitur. in quo hoſtibus ab Herode ſuiſque in fugam verſis, eos in fanum concludunt, viroſque ſexaginta qui illos cuſtodirent in vicinis domibus collocarunt. Cæterum populus, ſeditionem in fratres faciens, *illos* aggreſſus *cum domibus* concremarunt. Herodes autem, ob *viros tot* peremptos ira excandeſcens, pugna cum populo conſerta, multos illorum interficit: & aliis quotidie in alios * turmatim incurſantibus, continua facta eſt cædes.

Judæi multi ad Antigonum confluunt. Antt. l. 14. c. 13. §. 3.

Hieroſolymis pugna in foro commiſſa ſuperantur Antigoniani. Antt. l. 14. c. 13. §. 3.

3. At feſto inſtante, quod Pentecoſte appellatur; *loca* omnia circa templum, & tota urbs plebe ruſtica repleta eſt & pleraque armata. Et Phaſaëlus quidem muros, Herodes vero cum paucis regiam tutabatur; factoque in hoſtes inordinatos incurſu ad *urbis* partem borealem, complures quidem perimit, univerſos vero in fugam vertit; & alios in urbem,

Iterum cum iiſdem confligitur. Antt. l. 14. c. 13. §. 3.

y Μετὰ δὲ ἔτη δύο,] Quippe anno ſecundo (ab adventu ſcilicet Antonii in Aſiam, idque hortante Labieno) Pacorus & Barzapharnes Syriam occupavere. Ptolemæus quoque defunctus eſt: ejuſque filius & ſucceſſor Lyſanias conciliante ſatrapa cum Antigono amicitiam iniit. *Antt.* l. 14. c. 13. §. 3. Tum deinde Lyſanias (prout hic ſcribit *Joſephus*) ſeu (ut *Antt.* l. 14. c. 13. §. 3.) Antigonus, h. e. uterque juncta opera perfecere ut Antigonum Parthi reducendum ſuſciperent. Aldr. Vide Pagi Critic. Vol. 1. p. 219. & Noldium p. 234.

z Βαρζαφάρνου] *Lugd. Bat.* & *Roſt.* hic & inferius Βαρζαφάνου.

a Σατράπου] Τυράννου *Bod.*

b Τῷ βασιλέως] Τοῦ β. malunt *Lugd. Bat.* & *Roſt.*

c Διαδεδεγμένος] Ita *Big. Bod.* & *Voſſ.* ἀναδεδεγμένος in *Editis Aliiſque.* Διαδεδεγμένος *MS. Ox.* Spanh.

d Σατράπην,] Sc. σὺν τῷ βασιλεῖ.

e Πεντακοσίων γυναικῶν,] Conf. *Antt.* lib. 14. c. 13. §. 3. Spanh.

f Καταγαγεῖν ἐπὶ] Apud *Dionem* l. 48. p. 375. A. eſt τὸν Ἀριστόβουλον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, pro τὸν Ἀντίγονον τὸν ἀδελφῶν αὐτοῦ. Corruptio manifeſta: quoniam hunc ipſum regem idem *Dio* non Ariſtobulum ſed Antigonum deinceps appellat; *Sc.* l. 48. p. 382. & l. 49. p. 405. Aldr.

g Βασιλεία] *Lugd. Bat.* Βασιλείαν.

h Καταλῦσαι δὲ] Conf. ſup. cap. 10. §. 7. Spanh.

i Τὸν Ὑρκανόν.] A *Lugd. Bat.* articulus abeſt.

k Τῶν δ' ἐπιθαλαττίων] *Dio.* lib. 48. p. 372. E. Spanh.

l Τύριοι Πάκορον] Saxa mortuo, Syriam Pacorus ſubegit univerſam. Tyrum ſolam qui reliqui erant Romani, & qui cum his ſentiebant Syri anteceperunt; & neque ſuaſionibus neque vi (nam claſſem Parthi nullam ſecum habebant) in poteſtatem ejus redigi potuerunt: prout teſtatur *Dio* l. 48. p. 372. E. Aldr.

m Ὁμωνύμῳ] Ὁμονύμῳ *MS. Bod. Ox.* Spanh.

n Κατασκεψόμενον] *Roſt.* Κατασκεψάμενον.

o Συνδραμόντες] Προσδραμόντες *Bod.* & *Roſt.*

p Δρυμὸν προέπεμψε,] In *Antt.* l. 14. c. 13. §. 3. Δρυμοὶ δὲ τὸ χωρίον καλεῖται. *Strabo* l. 16. p. 758. D. μεταξὺ δὲ ὅ, τε Κάρμηλος τὸ ὄρος καὶ πολιχνίων ὀνόματα, πλέον δὲ οὐδὲν—εἶτα Δρυμὸς μέγας τις. Hujus ſylvæ præter *Strabonem* Chorographorum nemo, quod ſciam, meminit. Etiam *Plinius*, qui exſcripſit cætera, hanc pericopen veluti data opera prætermiſit. Memoratur tamen δρυμὸς Καρμήλου 2 *Reg.* XIX. 23. ex *Eſa.* XXXVII. 24. Aldr. Δρυμοὶ δὲ τὸ χωρίον. ἀρχ. lib. 14. c. 13. §. 3. Δρυμός *Straboni* lib. 16. p. 758. D. & Δρυμὸς Καρμήλου 2 *Reg.* 19. 23. & *Eſa.* 37. 24. *Ox.* Spanh.

q Αὐτῶν] Αὐτῷ *Bod.* Αὐτῷ *MS. Bod. Ox.* Spanh.

r Οἰκίαις] Οἰκείαις *MS. Big. Bod. Ox.* Spanh.

s Ἐμπίπρησιν.] Ὑπεμπίμπρησιν *Lugd. Bat.*

ſ Μετ' οὐ πολλῶν] *Roſt.* Μετὰ πολλῶν. quod plane contrarium facit ſenſum; ſed in *Antt.* clare legitur σὺν ὀλίγοις. Hav.

t Προσάρκτιον,] Προάστειον *Ruf.* & *Antt.* l. 14. c. 13. §. 4. utrumque recte. nam & templum erat in parte urbis aquilonari, & regia è templi latere boreali. Aldr.

* Per inſidias, *Ruf.*

Urbs cum fano occupatur. Antt. l. 14. c. 13. §. 4.

bem alios in fanum, & nonnullos in vallum exterius concludit. Interea supplex petit Antigonus, ut Pacorus pacis quidem arbiter in urbem admittatur. Atque Phasaëlus exoratus urbe & hospitio Parthum cum equitibus quingentis excipit, specie quidem ad seditionem componendam venientem, re autem vera ad opem Antigono ferendam.

Pacorus in urbem receptus. Antt. l. 14. c. 13. §. 5.

Denique Phasaëlum fraude doloque perpulit, ut ad Barzapharnem legatus * de bello finiendo proficisceretur, quamvis multum dissuadente Herode & hortante ut insidiatorem è medio tolleret, & semet ejus insidiis capi non pateretur; natura quippe Barbaros esse perfidos. Exiit autem Pacorus cum Hyrcano, quo minus suspectus esset; relictisque apud Herodem nonnullis equitibus, qui Eleutheri vocantur, cum cæteris Phasaëlum deducebat.

Hyrcano & Phasaëlo insidiatur. Antt. l. 14. c. 13. §. 5.

4. Sed ubi ad Galilæam venerunt, indigenas quidem ad defectionem perductos, atque armatos offendunt: satrapam vero callide admodum adeunt, & adhortantur ut amicissime eos tractando insidias tegeret. Itaque primum eos muneribus donavit, deinde discedentibus insidiabatur. Illi autem, in maritimum quendam locum deducti, cui nomen Ecdippon, fraudem intelligunt. ibi enim de mille talentis promissis audierunt, & quod Antigonus quingentarum mulierum maximam partem è suis devovisset Parthis; quodque sibi semper à Barbaris † noctu præstruerentur insidiæ, & non ita pridem comprehensi fuissent, nisi exspectassent donec Hierosolymis captus foret Herodes; ne, si præscivisset quid de illis fieret, sibi cavere in mentem veniret. Neque tum verba istæc erant, sed & custodes haud procul ab ipsis conspiciebant.

Phasaëlus Pacoro & satrapæ insidias exprobrat. Antt. l. 14. c. 13. §. 5.

5. Non tamen Phasaëlus, quamvis eum multis moneret Ofellius ut aufugeret, (nam ille à Saramalla, qui tum erat Syrorum locupletissimus, omnia de compositis insidiis audiverat) Hyrcanum deserere sustinuit. sed ad satrapam profectus, ei in os exprobrabat insidias *sibi factas*; & maxime quod pecuniæ gratia tam perfidus exstitisset. Atqui ipse plus pro salute daturum esse promittebat, quam Antigonus pro regno promiserit. Ad hæc Parthus astute admodum se gerit, cumque id egisset ut excusationibus & crebro jurejurando omnem à se suspicionem dimoveret, ad Pacorum ibat. Ac statim *ab eo digresso* Parthorum qui remanserant quidam, quibus *id* jussum erat, Phasaëlum atque Hyrcanum comprehendunt, & ob alia præter perjurium & ob perfidiam eos detestantes.

Hyrcanus & Phasaëlus comprehensi. Antt. l. 14. c. 13. §. 6.

6. Interea autem & Herodem pocillator, qui missus erat, per insidias capere moliebatur, extra

πάντας· καὶ τοὺς μὲν, εἰς τὴν πόλιν, τοὺς δὲ εἰς τὸ ἔξω χαράκωμα συγκλείει. κἀν τούτῳ διαλλακτὴν μὲν Ἀντίγονος παρακαλεῖ Πάκορον εἰσαφεῖναι. Φασάηλος δὲ πεισθεὶς τῇ πόλει καὶ ξενίᾳ τὸν Πάρθον εἰσδέχεται, μετὰ [v] πεντακοσίων ἱππέων, προφάσει μὲν ἥκοντα τοῦ παῦσαι τὴν στάσιν, τὸ δ' ἀληθὲς Ἀντιγόνῳ βοηθεῖν. τὸν γοῦν Φασάηλον ἐνεδρεύων [x] ἀνέπεισε πρὸς Βαρζαφάρνην πρεσβεύσασθαι περὶ καταλύσεως, [y] καίτοιγε πολλὰ ἀποτρέποντος Ἡρώδου, καὶ παραινοῦντος ἀνελεῖν τὸν ἐπίβουλον, ἀλλὰ μὴ ταῖς ἐπιβουλαῖς ἑαυτὸν [z] ἐκδιδόναι, φύσει γὰρ ἀπίστους εἶναι τοὺς Βαρβάρους. ἔξεισι δ' Ὑρκανὸν παραλαβὼν καὶ Πάκορος, ὡς ἧττον ὑποπτεύοιτο, [a] καὶ καταλιπὼν παρ' Ἡρώδῃ [b] τινὰς τῶν [c] Ἐλευθέρων καλουμένων ἱππέων, τοῖς λοιποῖς προέπεμπε Φασάηλον.

δʹ. Ὡς δ' ἐγένοντο κατὰ τὴν Γαλιλαίαν, τοὺς μὲν ἐπιχωρίους ἀφεστῶτας καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις ὄντας καταλαμβάνουσιν, τῷ σατράπῃ δ' ἐνετύγχανον πανούργως σφόδρα, καὶ ταῖς φιλοφρονήσεσι [d] τὴν ἐπιβουλὴν καλύπτειν ἐνεκελεύοντο. δῶρα γοῦν δοὺς αὐτοῖς, ἔπειτ' ἀναχωροῦντας ἐλόχα. τοῖς δὲ αἴσθησις γίνεται τῆς ἐπιβουλῆς, καταχθεῖσιν εἴς τι τῶν παραθαλασσίων χωρίων, ὃ καλεῖται [e] Ἐκδίππων. ἐκεῖ γὰρ τήν τε ὑπόσχεσιν ἤκουσαν τῶν χιλίων ταλάντων, καὶ ὡς Ἀντίγονος τὰς πλείστας τῶν παρ' αὐτοῖς γυναικῶν ἐν ταῖς πεντακοσίαις καθωσίωσε Πάρθοις. ὅτι δὲ [f] προλοχίζοιντο μὲν αὐτοῖς αἱ νύκτες ὑπὸ τῶν Βαρβάρων ἀεὶ, πάλαι δ' ἂν καὶ συνελήφθησαν, εἰ μὴ περιέμενον ἐν Ἱεροσολύμοις Ἡρώδην πρότερον [g] λαβεῖν, ὡς μὴ προπυθόμενος τὰ κατ' [h] αὐτοὺς φυλάξαιτο. ταῦτ' οὐκ ἔτι λόγος ἦν μόνον, ἀλλὰ καὶ φύλακας ἤδη [i] οὐ πόρρωθεν αὐτῶν [k] ἔβλεπον.

εʹ. Οὐ μὴν Φασάηλος, καίτοι πολλὰ παραινοῦντος [l] Ὀφελλίου φεύγειν· πέπυστο γὰρ οὗτος παρὰ [m] Σαραμάλλα τοῦ πλουσιωτάτου τότε Σύρων τὴν σύνταξιν τῆς ἐπιβουλῆς ὅλην· καταλιπεῖν Ὑρκανὸν ὑπέμεινεν. ἀλλὰ τῷ σατράπῃ [n] προσελθὼν ἄντικρυς ὠνείδιζε τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ [o] μάλιστ' ὅτι γένοιτο τοιοῦτος χρημάτων ἕνεκεν. [p] πλείω γε μὴν αὐτὸς ὑπὲρ σωτηρίας [q] δώσειν ὑπισχνεῖτο, ὧν Ἀντίγονος ὑπὲρ βασιλείας ὑπέσχηται. πρὸς ταῦτα [r] πανοῦργος ὁ Πάρθος ἀπολογίαις τε καὶ ὅρκοις ἀποσκευασάμενος τὴν ὑποψίαν, ᾤχετο πρὸς Πάκορον. εὐθέως δὲ τῶν [s] καταλειφθέντων [t] Πάρθων, οἷς προσετέτακτο, Φασάηλόν τε καὶ Ὑρκανὸν συνελάμβανον, τά τε ἄλλα [v] πρὸς τῇ ἐπιορκίᾳ καὶ τὸ ἄπιστον αὐτοῖς καταρωμένους.

ϛʹ. Ἐν δὲ τούτῳ καὶ τὸν Ἡρώδην ὁ πεμφθεὶς οἰνοχόος ἐπεβούλευε συλλαβεῖν, ἔξω τοῦ τείχους ἀπατή-

σας

v Πεντακοσίων] Επτακοσίων *Voss.* & *Rost.* quod est minus probabile: quia veniebat Pacorus cum equitibus paucis, teste *Josepho*, l. 14. c. 13. §. 4. Huds. Επτακοσίων *MS. Voss. Ox.* Spanh.

x Ανέπεισε] *Lugd. Bat.* Ανέπειθε.

y Καίτοιγε] Καί τοι. *Rost.*

z Εκδιδόναι,] Επιδιδόναι *MS. Big. Bod. Voss. Ox.* Spanh.

a Και καταλιπὼν] Illud καὶ adjectum esse volui ex *Rufino*.

b Τινὰς τῶν] Nempe διακοσίους ἱππεῖς, καὶ δέκα τῶν Ελευθέρων καλ. *Antt.* l. 14. c. 13. §. 5. Exercitum Parthi non, ut aliæ gentes, liberorum, sed majorem partem servorum habent. —Antonio bellum Parthis inferenti cum 50000 equitum occurrerent, soli 400 liberi fuere. —Equis omni tempore vectantur; illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt; super illos ire, consistere, mercari, colloqui. Hoc denique discrimen inter servos liberosque est, quod servi pedibus, liberi non nisi equis incedant. *Justin.* XLI. 2. 3. Aldr.

c Ελευθέρων] Equites Ελεύθεροι dicti inter Pacori milites ἀρχ. lib. 14. c. 13. §. 5. Spanh.

d Τὴν ἐπιβουλὴν καλύπτειν] *Cas.* τὰς ἐπιβουλὰς κ. ἔβαλον. τὰς ἐπιβουλὰς καλ. *Lugd. Bat.*

e Εκδίππων.] Incertum quo casu, primo, an secundo, ut χωρίον repetatur. *Cellarius* in *Geogr. Ant.* l. 3. c. 13. p. 294. Videsis *Lightfootum* in *Centur. Chorogr.* c. 65. & *Relandum* in *Palest.* p. 543. Huds. Υπὲρ θαλάττης simpliciter, non indicato loco ἀρχ. lib. 14. c. 13. §. 5. Spanh.

f Προλοχίζοιντο] *Lugd. Bat.* & *Rost.* Προελοχίζοντο.

g Λαβεῖν,] Λαμβάνειν *Rost.* & *Lugd. Bat.*

h Αὐτοὺς φυλάξαιτο.] Αὐτὸν *Voss.* vel *Lugd. Bat.* sed in marg. αὐτῶν.

i Οὐ πόρρωθεν αὐτῶν] Ita lego cum *Ruf.* favente *Josepho* in *Antt.* l. 14. c. 13. §. 5. hisce verbis, καὶ οἱ φύλακες αὐτῶν ἑωρῶντο. vocula οὐ deest in *cæteris*.

k Εβλεπον.] *Rost.* Εβαλλον.

l Οφελλίου] Ita *Bod.* & *Lugd. Bat.* nec aliter in *Antt.* l. 14. c. 13. §. 5. Οφελίου in *cæteris*. Οφελλίου ἀρχ. lib. 14. c. 13. §. 5. Spanh.

m Σαραμάλλα] *Lugd. Bat.* Σαραμάλα.

n Προσελθὼν.] *Lugd. Bat.* Παρελθὼν.

o Μάλιστ'] *Lugd. Bat.* Μάλιστα.

p Πλείω τε μὴν] Ita *Lugd. Bat.* reliqui πλείω καὶ μὴν. Hav.

q Δώσειν ὑπισχνεῖτο,] In *Rost.* abest δώσειν. in *Lugd. Bat.* omnia usque ὑπέσχηται. ex verbi similitudine nato errore. Hav.

r Πανοῦργος] Πανούργως *MS. Big. Voss. Ox.* Spanh.

s Καταλειφθέντων] Οἱ καταλειφθέντες in duobus *MS.* Nil tamen mutamus, quod elliptica sit loquutio, qualis ista *Actorum* XXI. 16. συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν.

t Πάρθων,] *Bas.* Πάντων. ut & *Rost.*

v Πρὸς τῇ ἐπιορκίᾳ] Πρὸς τὴν ἐπιορκίαν *Bod. Big. Rost.* & *Voss.*

* De pace, *Ruf.* ita περὶ καταλύσεως accipio ac si scriptum fuisset, περὶ τῆς τοῦ πολέμου καταλύσεως.

† *Noctu* in Græc. Spanh.

σας προελθεῖν, ὥσπερ ἐντολὰς εἶχεν. ὁ δ' ἀπ' ἀρχῆς ὑποπτεύων τοὺς Βαρβάρους, καὶ τότε [x] πεπυσμένος εἰς τοὺς πολεμίους ἐμπεπτωκέναι τὰ μηνύοντα τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ γράμματα, προελθεῖν οὐκ ἐβούλετο, καίτοι μάλα ἀξιοπίστως τοῦ Πακόρου φάσκοντος, δεῖν αὐτὸν ὑπαντῆσαι τοῖς τὰς ἐπιστολὰς κομίζουσιν. οὔτε γὰρ ἑαλωκέναι τοῖς πολεμίοις [y] αὐτὰς, καὶ περιέχειν οὐκ ἐπιβουλὴν, ἀλλ' ὁπόσα διεπράξατο Φασάηλος. ἔτυχε δὲ παρ' ἄλλων προακηκοὼς τὸν ἀδελφὸν συνειλημμένον, καὶ [z] προσῄει Ὑρκανοῦ [a] θυγάτηρ Μαριάμμη, συνετωτάτη [b] γυναικῶν, καταντιβολοῦσα μὴ [c] προϊέναι, μηδὲ πιστεύειν ἑαυτὸν ἤδη φανερῶς [d] ἐπιχειροῦσι τοῖς Βαρβάροις.

ζ'. Ἔτι δὲ τῶν περὶ Πάκορον σκεπτομένων πῶς ἂν κρύφα τὴν ἐπιβουλὴν [e] ἀπαρτίσειαν, οὐ γὰρ [f] ἐκ τοῦ φανεροῦ οἷόν τε ἦν ἀνδρὸς [g] οὕτω [h] συνετοῦ περιγενέσθαι, [i] προλαβὼν Ἡρώδης μετὰ τῶν οἰκειοτάτων προσώπων, νύκτωρ ἐπὶ [k] Ἰδουμαίας ἐχώρει [l] λάθρα τῶν πολεμίων. αἰσθόμενοι δ' οἱ Πάρθοι κατεδίωκον. κἀκεῖνος τὴν μὲν μητέρα καὶ [m] τὴν ἀδελφὴν καὶ τὴν καθωμολογημένην παῖδα μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τοῦ νεωτάτου τῶν ἀδελφῶν προστάξας ὁδεύειν, αὐτὸς [n] ἀσφαλῶς μετὰ τῶν θεραπόντων ἀνέκοπτε τοὺς Βαρβάρους· καὶ, πολλοὺς κατὰ πᾶσαν προσβολὴν ἀποκτείνας, εἰς Μασάδαν τὸ φρούριον ἀφίκετο.

η'. Καὶ βαρυτέρους κατὰ τὴν φυγὴν Πάρθων Ἰουδαίους [o] ἐπείρασεν, ἐνοχλήσαντας μὲν διηνεκῶς, ἀπὸ δ' ἑξήκοντα τῆς πόλεως σταδίων [p] καὶ παραταξαμένους ἐπιεικῶς πολὺν χρόνον. ἔνθα, κρατήσας Ἡρώδης καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείνας, αὖθις εἰς μνήμην [q] τοῦ κατορθώματος [r] ἔκτισε τὸ χωρίον, καὶ βασιλείοις τε πολυτελεστάτοις ἐκόσμησε, καὶ ἀκρόπολιν ὀχυρωτάτην ἀνεδείματο, [s] Ἡρώδειόν τε ἐκάλεσεν ἀφ' ἑαυτοῦ. τηνικαῦτά γε μὴν [ſ] φεύγοντες, καθ' ἡμέραν αὐτῷ προσεγίνοντο πολλοί. καὶ κατὰ [t] Θρῆσσαν γενομένῳ τῆς [v] Ἰδουμαίας Ἰώσηπος ἀδελφὸς ὑπαντήσας, συνεβούλευε τοὺς πολλοὺς τῶν ἑπομένων [x] ἀποφορτίσασθαι. μὴ γὰρ ἂν τοσοῦτον ὄχλον δέξασθαι τὴν [y] Μασάδαν. [z] ἦσαν δ' ὑπὲρ ἐννεακισχιλίους. πεισθεὶς οὖν Ἡρώδης, τοὺς μὲν [a] βαρυτέρους τῆς

murum fraude ipsum deducendo, prout in mandatis habebat. Ille vero, ut qui jam inde à principio Barbaros suspicaretur, & tunc audisset in hostium manus incidisse literas quæ insidias ei indicarent, prodire nolebat, quanquam causam satis idoneam Pacorus obtenderet, oportere eum literas afferentibus obviam ire. non enim eas ab hostibus esse interceptas, aut quicquam de insidiis, sed quæ Phasaëlus gessisset, illis contineri. Jamdudum autem ab aliis acceperat Herodes, fratrem esse comprehensum; ipsumque adierat Hyrcani filia Mariamne, mulierum sapientissima, orans atque obsecrans ut nec prodiret, neque Barbaris se crederet jam palam sibi perniciem machinantibus.

Herodes sibi à Parthis cavet. Antt. l. 14. c. 13. §. 6.

7. Adhuc autem Pacoro suisque deliberantibus, quonam tandem pacto insidias adornarent, nec enim fieri posse ut tantæ sapientiæ vir ex aperto circumveniretur, nocte Herodes assumptis sibi propinquissimis in Idumæam insciis hostibus se conferebat. Quod cum rescirent Parthi *eum* persequebantur. Et ille quidem, cum matrem & sororem, desponsatamque puellam cum matre *ejus* & fratre suo natu minimo, via incedere jussisset, ipse cum famulis *suis* caute arcebat Barbaros; multisque, quoties impetum in eum facerent, interemptis, ad Masadam castellum perveniebat.

Cum suis noctu aufugit. Antt. l. 14. c. 13. §. 7.

8. Judæos autem in fuga Parthis infestiores expertus est, qui ei quidem molestias perpetuo crearunt, sexagesimo vero ab urbe stadio cum eo aliquandiu justa acie dimicarunt. ubi Herodes, cum eos superasset multosque interfecisset, postea in memoriam rei præclare gestæ locum ædificavit, & regia magnificentissima exornavit, arcemque *ibi* munitissimam condidit, ac de suo nomine Herodion appellavit. Et tunc quidem cum fugerent, quotidie ei multi se adjungebant: cumque ad Thressam Idumææ venisset, occurrit ei frater ejus Josephus, & consilium dedit ut de turba sequentium diminutum iret. haud enim posse Masadam tantam multitudinem capere. erant autem supra novem millia. Ei obsequutus Herodes, *annis* graviores quam ut usui esse

Judæi Herodem in fuga adoriuntur. Antt. l. 14. c. 13. §. 9.

x Πεπυσμένος] Ita *Bod.* & *Lugd. Bat. Rost.* πεπυσμένους, & melius sane quam πεπεισμένος, nam & tabellarios comprehenderant hostes, idque resciverat Herodes, *Antt.* l. 14. c. 13. §. 6. &c. Etiam hîc post nonnulla, ἔτυχε δὲ παρ' ἄλλων προακηκοὼς &c. ALDR. Πεπυσμένος *MS. Bod. Ox.* SPANH.

y Αὐτὰς, καὶ περιέχειν] Αὐτοὺς καὶ περιέχειν αὐτὰς *Ruf.* atque ita fere *Josephus* in *Antt.* l. 14. c. 13. §. 6. ALDR. Αὐτοὺς καὶ περιέχειν αὐτὰς *Rufin.* ἀρχ. *Ox.* SPANH.

z Προσῄει] *Bas.* Προσῆν ἡ.

a Θυγάτηρ Μαριάμμη,] Potius erat Mariamnes mater. confer lib. 14. Antt. c. 13. §. 6. ea Alexandra vocabatur. vide lib. 15. c. 6. §. 5. HUDS. *in Addendis.*

b Γυναικῶν,] Γυνὴ *Lugd. Bat.*

c Προϊέναι,] Ita *Big. Bod. Voss.* & *Ruf.* προσιέναι *Bas.* & *Gen.* Προϊέναι *MS. Ox.* SPANH.

d Ἐπιχειροῦσι] Ἐπιδημοῦσι χειρώσασθαι *Voss.*

e Ἀπαρτίσειαν,] Ἀπαρτίσειεν *Bod.*

f Ἐκ τοῦ φανεροῦ] *Rost.* Ἐν φανερῷ. *Lugd. Bat.* Ἐν φανερῷ.

g Οὕτω] Οὕτω συνετοῦ *MS. Lips. Rufin.* SPANH.

h Συνετοῦ περιγενέσθαι,] Sic *Big. Bod. Rost. Voss.* & *Ruf.* δυνατοῦ in *cæteris.*

i Προλαβὼν] *Rost.* Προσλαβὼν.

k Ἰδουμαίας] Ἰουδαίας *Rost.*

l Λάθρα τῶν πολεμίων.] Λάθρα. αἰσθόμ. *MS. Lips.* SPANH. Λάθρα τῶν ἄλλων. *Lugd. Bat.*

m Τὴν ἀδελφὴν] Pro τοὺς ἀδελφοὺς reposui τὴν ἀδελφὴν ex *Antt.* l. 14. c. 13. §. 7. nam, ex Herodis fratribus, captivus erat Phasaëlus; accessit postea Josephus, & una quidem profectus est Pheroras. ALDR. Τὴν ἀδελφὴν in Not. *Oxon.* SPANH.

n Ἀσφαλῶς] Ἀσφαλὴς *Bod.*

o Ἐπείρασεν,] Pro ἐπειράθη conf. superius h. l. cap. 10. §. 4. Cocc.

p Καὶ παραταξαμένους] Illud καὶ è *MS.* & *Ruf.* deerat in *Editis.* Καὶ παρατ. è *MS. Ox.* SPANH.

q Τοῦ κατορθώματος] Τῶν κατορθωμάτων *MS. Lips.* SPANH. In *Rost.* quoque & *Lugd. Bat.*

r Ἔκτισε τὸ χωρίον,] Vide *Antt.* l. 14. c. 14. §. 3.

s Ἡρώδειον] *Lugd. Bat.* Ἡρωδιόν. Ἡρωδίαν ἀρχ. lib. 14. c. 13. §. 9. Ἡρώδιον lib. 16. c. 2. §. 1. SPANH.

ſ Φεύγοντες,] Ita distinguendum censui cum *Cod. Bod.* antea, τηνικαῦτα γε μὴν φεύγοντες καθ' ἡμέραν, αὐτῷ πρ. & tunc quidem cum fugeret, multos sibi adjungebat, *Ruf.* Perperam ut ipse sentio, nominativo φεύγοντες pro genitivo absoluto φευγόντων more Attico adhibito.

t Θρῆσσαν] Ita pro Θρῆσαν, prout l. 14. c. 13. §. 9. An rectius Ῥῆσσαν ex l. 14. c. 14. §. 3. alii dispiciant. καὶ κατὰ τὴν Θρῆσαν (vel Θρίσσαν ut in *Rost.*) in *MS.* Ἐν Θρήσσᾳ χωρίῳ ἀρχ. lib. 14. c. 13. §. 9. Ibid. *MS. Big. Bod. Rufin.* alia Θρίσσα. *Al.* Ῥῆσσα ut infra Ῥῆσσα φρούριον ἀρχ. lib. 14. c. 15. §. 2. item infra cap. 15. §. 4. Ῥῆσαν *MS. Big. Bod. Voss.* prope Masadam; de duplici Ἡρωδίῳ ab Herode condito infra cap. 21. §. 10. Hîc de eo, quod LX. stadiis ab Hieros. SPANH. Θρῆσαν. *Antt.* 14. 25. est Θρῆσσα χωρίον τῆς Ἰουδαίας. sed Interpreti *Ressa vicus Idumææ*, cujus fortasse mentio in sacris literis *Num.* XXXIII. 21, 22. Est & Ῥῆσσα φρούριον prope Massadam *Antt.* 14. 27. quod *Belli I.* p. 735. in Impressis iterum Θρῆσα, sed in omnibus *MS.* Ῥῆσα dicitur. Videndum igitur an pro eo quod vulgo legitur *Antt.* 14. 27. Josephus ἐν τῆς Ἰδουμαίας Ῥήσσᾳ φρουρίῳ scripserit; nam Ἰδουμαίας scripsisse, præter Interpretis fidem, etiam sequentia omnino suadent. Ἰουδαίας tamen & Ἰδουμαίας nomina sæpissime permutantur, cum apud Josephum, tum in libris quoque Maccabaicis. Unde nonnullis visum est Judææ magnam partem, stante templo secundo, Idumææ fuisse attributam, quibus favent Rabbini. Hinc duplex Idumæa de qua supra. *Belli* 1. *II.* 6. ALDR.

v Ἰδουμαίας] Ἰουδαίας hic rursus *Rost.*

x Ἀποφορτίσασθαι.] Ἀποφροντίσασθαι in uno *Big.*

y Μασάδαν.] Πασάδαν *Rost.*

z Ἦσαν δ'] Ἦσαν γὰρ *Rost.*

a Βαρυτέρους τῆς χρείας] Βαρυτέρους τῆς χώρας ἀφῆκεν *Bod.* & *Rost.* βαρυτέρους, h. e. *qui plus illi molestiæ quam commodi afferrent*, vel *plus quam opus esset*, vel *plus quam rebus suis expediret*: puto aliquid hujusmodi voluisse dicere *Rufinum*, qui vertit *&* *impares quidem necessitati per Idumæam dimisit.* Quidni & sic interpretari liceat, τῆς χρείας ἀφῆκεν vel διαφῆκεν, *ab officio dimisit, muneris* vel *militiæ vacationem dedit?* ALDR.

esse possent per Idumæam dimisit, dato illis viatico; & cum maxime necessariis & robustissimis, quos secum retinuit, in castellum salvus evasit. Deinde octoginta ibi relictis in mulierum custodiam, itemque rerum omnium ad obsidionem necessariarum copia, ipse in Petram Arabiæ ire contendebat.

Masadam venit Herodes. Antt. l. 14. c. 13. §. 9.

9. Parthi autem Hierosolymis ad *bonorum* direptionem versi, in fugientium domos irruebant, itidemque in regiam, tantum ab Hyrcani pecuniis abstinentes; erant autem non supra talenta trecenta. Quin & aliorum res offenderunt spe sua minores. nam Herodes jampridem Barbarorum perfidiam suspicans, è supellectile sua splendidissima quæque antea in Idumæam deportanda curaverat, suorumque affinium quisque similiter fecerat. Cæterum Parthi, post istam direptionem, eo injuriarum processerunt, ut regionem omnem bello acri & non indicto compleverint, & Marissæorum urbem funditus everterint, atque non solum Antigonum regem constituerint, verum etiam Phasaëlum & Hyrcanum vinctos ei tradiderint ut cruciarentur. At ille Hyrcani quidem, genibus *ejus* advoluti, auriculas ipsemet mordicus abstulit, ut nunquam in posterum, si rerum mutatio accideret, possit pontificatum recipere. nam integros esse oportet qui isto munere funguntur.

Parthi Hierosolyma diripiunt. Antt. l. 14. c. 13. §. 9.

Parthi Antigonum regem constituunt.

Hyrcani aures mutilat Antigonus Antt. l. 14. c. 13. §. 9.

10. Verum *Antigonum* prævenit virtus Phasaëli, qui caput ad saxum allidere occupaverat, cum nec ferri copiam nec manus liberas haberet. Atque ille quidem, cum sese fratrem Herodis germanum ostendisset, & Hyrcanum *hominum* abjectissimum, viriliter admodum magnoque animo moritur, exitu facto convenienter iis quæ in vita gesserat. Alii autem ferunt, quod ex illa quidem plaga melius se habuerit; sed medicus missus ab Antigono, specie eum curandi, venenatis medicamentis vulnus impleverit, ipsumque peremerit. utrum autem horum verum sit, præclarum *certe* habet initium. Denique ajunt ipsum, priusquam animam efflaret, audito à quadam muliercula quod Herodes *ex hostibus* evaserit, dixisse: nunc lubenti animo discedo, qui ultorem inimicorum in vivis reliquerim.

Phasaëlus, alliso ad saxum capite, vitam finit. Antt. l. 14. c. 13. §. 9.

11. Et ille quidem hunc exitum habuit. Parthi autem, quamvis mulierum, quas maxime cupiebant, spes eos frustrata esset, res tamen Hierosolymis in Antigoni gratiam constituunt, vinctumque in Parthiam Hyrcanum abducunt.

Hyrcanus in Parthiam abducitur.

χρείας [b] διαφῆκεν [c] ἀνὰ τὴν Ἰδυμαίαν, δοὺς ἐφόδια. [d] μετὰ δὲ τῶν ἀναγκαιοτάτων, τοὺς ἀλκιμωτάτους κατασχὼν, εἰς τὸ φρούριον διασώζεται. καταλιπὼν δ' ἐνταῦθα ταῖς γυναιξὶν [e] ὀκτακοσίους φύλακας, καὶ διαρκῆ τἀπιτήδεια [f] πρὸς πολιορκίαν, αὐτὸς εἰς τὴν [g] Ἀραβικὴν Πέτραν ἠπείγετο.

θ'. Πάρθοι δ' ἐν Ἱεροσολύμοις ἐφ' ἁρπαγὴν τραπόμενοι, τῶν φυγόντων εἰς τὰς οἰκίας εἰσέπιπτον καὶ τὸ βασίλειον, ἀπεχόμενοι μόνων τῶν Ὑρκανοῦ χρημάτων. ἦν δ' οὐ πλείω τριακοσίων ταλάντων. ἐπετύγχανον δὲ καὶ τῶν ἄλλων, οὐχ ὅσοις ἤλπισαν. ὁ γὰρ Ἡρώδης ἐκ πολλοῦ τὴν ἀπιστίαν τῶν Βαρβάρων ὑφορώμενος, εἰς τὴν Ἰδυμαίαν τὰ λαμπρότατα τῶν κειμηλίων προανεσκεύαστο, καὶ τῶν αὐτῷ προσεχόντων ὁμοίως ἕκαστος. Πάρθοι δὲ [h] μετὰ τὰς ἁρπαγὰς ἐπὶ τοσοῦτον ὕβρεως ἐχώρησαν, ὡς ἐμπλῆσαι μὲν ἀκηρύκτου πολέμου τὴν χώραν ἅπασαν, ἀνάστατον δὲ ποιῆσαι τὴν [i] Μαρισσαίων πόλιν, μὴ μόνον τε καταστῆσαι βασιλέα Ἀντίγονον, ἀλλὰ καὶ παραδοῦναι αὐτῷ Φασάηλον καὶ Ὑρκανὸν δεσμώτας αἰκίσασθαι. ὁ δὲ Ὑρκανοῦ μὲν [k] προσπεσόντος [l] αὐτὸς τὰ ὦτα [m] λωβᾶται [n] τοῖς ὀδοῦσιν, [o] ὡς μηδὲ αὖθις ἐν μεταβολῇ ποτὲ [p] δύναιτο τὴν ἀρχιερωσύνην [q] ἀναλαβεῖν. [r] δεῖ γὰρ ὁλοκλήρους ἀρχιερᾶσθαι.

ι'. Τῆς Φασαήλου δὲ ἀρετῆς ὑστερίζει, φθάσαντος πέτρᾳ προσαράξαι τὴν κεφαλὴν, ὥς γε [s] σιδήρου καὶ χειρῶν εἴργετο. κἀκεῖνος μὲν, Ἡρώδου γνήσιον ἑαυτὸν ἀποδείξας ἀδελφὸν, καὶ Ὑρκανὸν ἀγεννέστατον, ἀνδρειότατα θνήσκει, ποιησάμενος τὴν καταστροφὴν τοῖς κατὰ τὸν βίον ἔργοις πρέπουσαν. κατέχει δὲ καὶ ἄλλος λόγος, ὡς ἀνενέγκαι μὲν ἐκ τῆς τότε πληγῆς, πεμφθεὶς δ' ἰατρὸς ὑπ' Ἀντιγόνου θεραπεῦσαι δῆθεν αὐτὸν [t] ἐμπλήσειε τὸ τραῦμα δηλητηρίων φαρμάκων, καὶ διαφθείρειεν αὐτόν. ὁπότερον δ' ἂν ἀληθὲς ᾖ, τὴν ἀρχὴν ἔχει λαμπράν. Φασὶ γοῦν αὐτὸν, καὶ πρὶν ἐκπνεῦσαι, πυθόμενον παρὰ γυναίου τινὸς ὡς Ἡρώδης διαφύγοι, [v] νῦν, εἰπεῖν, εὔθυμος ἄπειμι, τὸν μετελευσόμενον τοὺς ἐχθροὺς ζῶντα καταλιπών.

ια' Ὁ μὲν οὖν οὕτως τελευτᾷ. Πάρθοι δὲ, καίτοι διημαρτηκότες ὧν μάλιστα ἐπεθύμουν γυναικῶν, καθιστᾶσι μὲν ἐν Ἱεροσολύμοις Ἀντιγόνῳ τὰ πράγματα, δέσμιον δ' Ὑρκανὸν ἀνάγουσιν εἰς τὴν [x] Παρθυηνήν.

ΚΕΦ.

b Διαφῆκεν] Διαφῆκε τὴν Ἰδ. *MS. Lips.* Conf. inf. c. 15. §. 6. SPANH.

c Ἀνὰ τὴν Ἰδουμαίαν,] Εἰς τὴν Ἰδ. *Lugd. Bat.*

d Μετὰ δὲ τῶν ἀναγκαιοτάτων] Μετὰ δὲ τὴν Ἰδουμαίαν ἄγων. *MS. Lips.* SPANH. Ita & *Rost.* & *Lugd. Bat.* male, ut ex Antt. apparere potest. HAV.

e Ὀκτακοσίους] *Bas.* Δύω. ut & *Rost.*

f Πρὸς πολιορκίαν,] *Rost.* Τῆς πολιορκίας.

g Ἀραβικὴν] *Lugd. Bat.* Ἀραβίαν.

h Μετὰ τὰς] Κατὰ *Big. Bod.* & *Voss.* Κατὰ τὰς *MS. Lips.* SPANH.

i Μαρισσαίων] *Al.* Μαρισαίων, ex Μάρισα. quæ & Μάρησα & Μάρισσα dicitur. Vide *Cellarium* in *Geogr. Antt.* l. 3. c. 13. p. 395. & *Relandum* in *Palæst.* p. 889. Μάρισσα dicitur ἀρχ. lib. 12. c. 7. §. 6. & lib. 13. c. 9. §. 1. ut & inf. c. 7. §. 7. & c. 8. §. 4. SPANH.

k Προσπεσόντος] Ita cum *MS.* προσπεσὼν in *Impressis.* Non videtur legisse *Rufinus.* Προσπεσόντος *MS. Lips.* SPANH.

l Αὐτὸς τὰ ὦτα] Hyrcano aures amputatæ ab Antigono, ne Pontificatu amplius fungi posset; Conf. ἀρχ. l. 14. c. 13. §. 10. similis lex apud Atticos, νόμος τὸ ὁλόκληρον ἱερᾶσθαι. Syrian. in Hermogen. p. 85. & 197. &c. Vid. Levit. XXI. 17. 24. SPANH.

m Λωβᾶται] Ἀποτέμνει in *Antt.* l. 14. c. 14. §. 10.

n Τοῖς ὀδοῦσιν,] *Rost.* Σὺν τοῖς & αὐτὰ τὰ ὦτα.

o Ὡς μηδὲ] Ὡς μηδὲ λυθεὶς forsan in codice *Rufini*; quippe vertit, *ut ne solutus quidem mutatis rebus unquam pontificatum recipiat.*

p Δύναιτο] *Lugd. Bat.* Δυναιτ' ἄν.

q Ἀναλαβεῖν.] Ἀπολαβεῖν *MS. Lips.* SPANH. Ita & *Lugd. Bat.* & *Rost.*

r Δεῖ γὰρ] *Levit.* XXI. 17, 24.

s Σιδήρου καὶ] *Rost.* interserit μέν.

t Ἐμπλήσειε] Hæc usque ad αὐτὸν absunt a *Rost.*

v Νῦν, εἰπεῖν, εὔθυμος] Ita cum *MS.* εἶπεν εὔθυμος perperam in *Editis.*

x Παρθυηνήν.] *Rost.* Παρθυκήν.

ΚΕΦ. ιδ΄.

Ηρώδης τῆς Αραβίας ἐκβληθεὶς ἐπὶ Ρώμης ἐπείγεται: ἔνθα συμπράττονται Αντώνιος καὶ Καῖσαρ βασιλέα καθιστᾶν Ιουδαίων.

Ηρώδης δὲ [y] συντονώτερον ἤλαυνεν εἰς τὴν Αραβίαν, [z] ὡς ἔτι τἀδελφοῦ ζῶντος ἐπειγόμενος χρήματα παρὰ τοῦ βασιλέως λαβεῖν, οἷς μόνοις [a] πείσειν ὑπὲρ Φασαήλου τὴν τῶν Βαρβάρων ἤλπισε πλεονεξίαν. ἐλογίζετο γὰρ, εἰ τῆς πατρῴας φιλίας ἀμνημονέστερος ὁ Αραψ γένοιτο, καὶ τοῦ δοῦναι δωρεὰν μικρολογώτερος, δανείσασθαι παρ᾽ αὐτοῦ τὰ λύτρα [b] ῥύσιον θεὶς τὸν τοῦ λυτρουμένου παῖδα. καὶ γὰρ ἐπήγετο τὸν ἀδελφιδοῦν ὄντα ἐτῶν ἑπτά. τάλαντα δὲ ἦν ἕτοιμος τριακόσια δοῦναι, [c] προστησόμενος Τυρίους παρακαλοῦντας. [d] τὸ χρεὼν δ᾽ ἄρα τὴν αὐτοῦ σπουδὴν [e] ἐφθάκει, καὶ Φασαήλου τεθνηκότος εἰς κενὸν Ηρώδης φιλάδελφος ἦν. οὐ μὴν οὐδὲ παρὰ Αραψιν ηὕρισκε φιλίαν μένουσαν. ὁ γοῦν βασιλεὺς αὐτῶν [f] Μάλιχος, προπέμψας κατὰ τάχος ἐκ τῆς χώρας προσέτασσεν ἀναστρέφειν, [g] προφάσει μὲν χρώμενος Πάρθοις, ἐπικηρυκεύσασθαι γὰρ αὐτοὺς [h] ἐκβαλεῖν Ηρώδην τῆς Αραβίας, τῷ δὲ ὄντι προαιρούμενος κατασχεῖν τὰ Αντιπάτρου χρέα, [i] καὶ μηδὲν εἰς τὰς ἐκείνου δωρεὰς [k] ἀντιπαρασχεῖν χρῄζουσι τοῖς τέκνοις [l] δυσωπεῖσθαι. συμβούλοις δ᾽ ἐχρῆτο τῆς ἀναιδείας τοῖς ὁμοίως ἀποστερεῖν τὰς Αντιπάτρου παρακαταθήκας ἐθέλουσιν. ἦσαν δὲ περὶ αὐτὸν οἱ δυνατώτατοι.

β΄. Ηρώδης μὲν δὴ πολεμίους τοὺς Αραβας εὑρὼν, δι᾽ [m] ἃ φιλτάτους ἤλπισε, καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἀποκρινάμενος, ὡς ὑπηγόρευε τὸ πάθος, [n] ὑπέστρεψεν [o] ἐπ᾽ Αἴγυπτον. καὶ τὴν μὲν πρώτην ἑσπέραν, κατά τι τῶν ἐπιχωρίων [p] ἱερῶν αὐλίζεται, [q] τοὺς ἀπολειφθέντας [r] ἀναλαβών. τῇ δ᾽ ἑξῆς εἰς [s] Ρινοκούρουραν [t] προελθόντι, [v] τὰ περὶ τὴν τἀδελφοῦ τελευτὴν ἀπαγγέλλεται. [x] προσλα-

CAP. XIV.

Arabia pulsus Herodes Romam properat; ubi Antonii & Cæsaris opera Judæorum rex constituitur.

HErodes autem eo magis properabat in Arabiam, quasi adhuc vivo fratre suo festinans ut pecunias à rege acciperet, quibus solis pro Phasaëlo exoratum iri sperabat Parthorum avaritiam. Etenim cogitabat, si Arabs minus memor esset paternæ amicitiæ, animoque illiberaliori quam ut *aliquid* dono daret, fore ut mutuum ab eo sumeret redemptionis pretium, ipsius filio quem vellet redimere pignori opposito. nam & fratris filium septennem secum ducebat; trecentaque talenta dare decreverat, * Tyrios propositurus qui pro eo intercederent. Sed profecto studium ejus prævenerat fatale *numinis* decretum, & mortuo Phasaëlo nequicquam fratrem amore prosequebatur Herodes. Non tamen vel apud Arabas amicitiam sibi manentem reperiebat. namque rex eorum Malichus nunciis præmissis quamprimum è regione *sua* reverti jubebat, Parthos quidem in causa esse simulans, illos quippe per legatos petiisse ut Herodem Arabia pelleret, re autem vera secum statuens quæ debita erant Antipatro nequaquam persolvere, & nihil omnino flecti ad gratiam aliquam liberis ejus ad inopiam redactis pro beneficiis acceptis referendam. Impudentiæ vero *negandi* suasores habebat, quibus in animo erat Antipatri etiam depositum intervertere. erant autem isti *regni* primates.

Herodes ad Arabiæ regem se recipit. Antt. l. 14. c. 14. §. 1.

Herodes ab Arabe repulsus. Antt. l. 14. c. 14. §. 1.

2. Proinde Herodes ubi Arabas ex ea sibi causa hostes esse deprehendit, unde amicissimos *fore* existimabat, atque tale responsum nunciis dederat quale dolor ei suggessit, iter convertit in Ægyptum. Et prima quidem vespera in fanum quoddam rusticanum divertit, ut reciperet quos reliquerat. Postero autem die cum Rhinocururam pervenisset, fratris mors ei nunciatur: * &

Statim in Ægyptum proficiscitur. Antt. l. 14. c. 14. §. 2.

y Συντονώτερον ἤλαυνεν] Συντομώτερον MS. Big. Bod. Ox. Συντονώτερον ἤλαυνεν μεθ᾽ ἡμ. inf. lib. 2. c. 19. §. 9. ubi ἔφευγε μεθ᾽ MS. Lips. συντόνως ἀρχ. lib. 20. c. 3. §. 2. SPANH.

z Ως ἔτι τἀδελφοῦ] Ως ἐπὶ τοῦ ἀδελφοῦ MS. Lips. SPANH.

a Πείσειν ὑπὲρ Φασαήλου] Supra (sc. l. 1. de Bello c. 2. §. 2.) δυσαντήσειν πλεονεξίαν.

b Ρύσιον θεὶς] Ρύσιον θήσεις Sophocl. Oedip. Col. v. 906. SPANH.

c Προστησόμενος Τυρίους] Προστησάμενος Τυρίους Bod. & Lugd. Bat.

* Castra eorum circumventa Arabes, hominibus sicut erant plena. *Ox.* at *MSS.* *circumfusi* pro *circumventa.* SPANH.

† Hominibus plena. *Ruf.*

c Κατ

ἐπιπίπτει συμφορὰ δαιμόνιος ἄλλη, [c] κατ' ἔτος μὲν τῆς βασιλείας ἕβδομον, ἀκμάζοντος δὲ τοῦ περὶ Ἄκτιον πολέμου. [d] κατὰ γὰρ ἀρχομένου ἔαρος ἡ γῆ σεισθεῖσα βοσκημάτων μὲν πλῆθος ἄπειρον, [e] ἀνθρώπων δὲ [f] τρεῖς διέφθειρε μυριάδας, τὸ δὲ στρατιωτικὸν ἔμεινεν ἀβλαβές. ὕπαιθρον γὰρ ηὐλίζετο. κἀν τούτῳ τοὺς Ἄραβας ἐπὶ μεῖζον θάρσος ἦρεν ἡ φήμη, προσλογοποιοῦσα τοῖς σκυθρωποῖς ἀεί τι χαλεπώτερον, ὡς πάσης Ἰουδαίας [g] κατερριμμένης. οἰηθέντες γοῦν ἐρήμου τῆς χώρας κρατήσειν, ὥρμησαν εἰς αὐτὴν προθυσάμενοι τοὺς πρέσβεις, οἳ παρὰ Ἰουδαίων ἔτυχον ἥκοντες πρὸς αὐτούς. πρὸς δὲ τὴν ἐμβολὴν καταπλαγὲν τὸ ἔθνος, καὶ μεγέθει συμφορῶν ἐπαλλήλων [h] ἔκλυτον συναγαγὼν Ἡρώδης, ἐπειρᾶτο παρορμᾶν ἐπὶ τὴν ἄμυναν, λέγων [i] τοιάδε.

δ'. „ [k] Παραλογώτατά μοι δοκεῖ τὸ παρὸν ὑμῖν καθάπτεσθαι δέος. [l] πρὸς μὲν γὰρ τὰς δαιμονίους πληγὰς ἀθυμεῖν εἰκὸς ἦν. τὸ δ' [m] αὐτὸ καὶ πρὸς ἀνθρωπίνην ἔφοδον πάσχειν, [n] ἀνάνδρων. ἐγὼ γὰρ τοσοῦτον ἀποδέω καταπεπληχέναι τοὺς πολεμίους μετὰ τὸν σεισμὸν, ὥσθ' ὑπολαμβάνειν τὸν Θεὸν Ἄραψι δέλεαρ τοῦτο καθεῖναι τοῦ δοῦναι δίκας ἡμῖν. οὐ γὰρ τοσοῦτον ὅπλοις ἢ χερσὶ πεποιθότες, ὅσον ταῖς αὐτομάτοις ἡμῶν συμφοραῖς ἥκουσι. σφαλερὰ δὲ ἐλπὶς οὐκ ἐξ ἰδίας ἰσχύος, ἀλλ' ἐξ ἀλλοτρίας ἠρτημένη κακοπραγίας. [o] οὔτε γὰρ τὸ δυστυχεῖν οὔτε τὸ ἐναντίον ἐν ἀνθρώποις βέβαιον. ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν ἐπαμειβομένην εἰς ἑκάτερον τὴν τύχην. καὶ τοῦτο μάθοιτε ἂν ἐξ οἰκείων [p] ὑποδειγμάτων. [q] τῇ γοῦν προτέρᾳ μάχῃ κρατούντων ἐκράτησαν ἡμῶν οἱ πολέμιοι, καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς νῦν ἁλώσονται κρατήσειν δοκοῦντες. τὸ μὲν γὰρ ἄγαν πεποιθὸς, ἀφύλακτον. οἱ φόβοι δὲ διδάσκουσι προμήθειαν. ὥς τε ἔμοιγε [r] κἀκ τοῦ δεδοικότος ὑμῶν [s] παρίσταται θαρρεῖν. ὅτε γὰρ ἐθρασύνεσθε πέρα τοῦ δέοντος κατὰ τῶν ἐχθρῶν, [t] καὶ παρὰ τὴν ἐμὴν γνώμην [v] ἐξωρμήσατε, καιρὸν ἔσχεν ἡ Ἀθηνίωνος ἐνέδρα. νυνὶ δὲ ὁ ὄκνος ὑμῶν, καὶ τὸ δοκοῦν [x] ἄθυμον ἀσφάλειαν ἐμοὶ νίκης ἐγγυᾶται. χρὴ μέντοι μέχρι τοῦ μέλλειν οὕτως ἔχειν, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις [y] ἐγεῖραί τε τὰ φρονήματα, καὶ πεῖσαι τοὺς ἀσεβεστάτους, ὡς οὔτε ἀνθρώπειόν τι κακὸν, οὔτε δαιμόνιόν ποτε ταπεινώσει τὴν Ἰουδαίων ἀνδραγαθίαν, ἐφ' ὅσον τὰς ψυχὰς ἔχουσιν, οὐδὲ περιόψεταί τις Ἄραβα τῶν ἑαυτοῦ ἀγαθῶν δεσπότην γενόμενον, ὃν [z] παρ' ὀλίγον πολλάκις αἰχμάλωτον ἔλαβεν. μηδὲ ὑμᾶς ταρασσέτω τὰ τῶν [a] ἀψύχων κινήματα, μηδὲ ὑπολαμβάνετε τὸν σεισμὸν ἑτέρας συμφορᾶς ἕτερον γεγονέναι σημεῖον. φυσικὰ γὰρ τὰ τῶν στοιχείων

portatam sæpius rependerit. Sed dum inimicos persequitur, alia fatalis incidit calamitas, anno regni sui septimo, cum jam pugna pugnaretur Actiaca. Nam vere incunte terra concussa exitio dedit pecora quidem innumera, hominesque ad triginta millia, exercitus vero illæsus mansit; nam sub dio stativa habebat. Interea Arabas in majorem audaciam extulit fama, tristibus nunciis gravius semper aliquid affingens, ac si Judæa omnis penitus esset eversa. Igitur, cum existimassent se terram vacuam & desertam occupaturos esse, in eam irruptionem fecerunt, legatis prius interfectis, qui ad ipsos venerant à Judæis. Cum autem Herodes gentem, hac impressione perterritam, & calamitatum frequentium magnitudine fractam congregasset, ad injurias acceptas ulciscendas *eam* incitare tentabat, hujusmodi oratione.

Herodis ad Judæos oratio

4. „ Mihi absurdissimum videtur, ut in præsentia vos formido percelleret. nam fatales quidem plagas vobis anxietati esse, minime mirandum; idem autem pati ad hostium adventum plane timidiorum est. Ego enim tantum absum ab ejusmodi hostium metu post terræ motum, ut existimarem Deum hanc Arabibus escam objecisse, ut pœnas nobis persolverent. non enim tantum manibus armisque freti, quantum calamitatibus nostris fortuitis, veniunt. Fallax autem *eorum* spes est, quæ non in suas vires recumbit, sed in aliorum infortunia. nam neque vel secundæ res, vel adversæ apud homines permanent: sed fortunam in partem utramque mutatam videre est. cujus rei exempla vobis licet ex vobismet petere. Nempe qui prælio superiore victoriam reportavimus, postea ab hostibus victi fuimus: & nunc verisimile est nos illos debellaturos esse, qui se victores fore sibimet persuadent. nam magna quidem confidentia homines facit incautos, metus vero docet eos sibimet providere & prospicere, adeo ut hoc ipsum, quòd timeatis, mihi fiduciam suggerat. Nam cum ferociores, quam opus erat, adversus hostes fueritis, & impetum in eos contra voluntatem meam feceritis, Athenion insidiandi tempus invenit. nunc autem quod cunctemini, animoque dejici videamini, certam mihi victoriam spondet. Porro convenit militibus, usque dum congressuri sint, ita se habere, in ipso autem opere animo esse erecto & elato, *hostesque* sceleratissimos in eam adducere sententiam, quod neque malum ab hominibus illatum, neque quod fato debetur, unquam posse Judæorum fortitudinem deprimere, quamdiu illis vita suppetit; neque *eorum* quenquam patienter laturum esse Arabem in suis bonis dominari, quem sæpiuscule pene captivum egerit. Nihil autem vos terreat rerum anima carentium motus; neque arbitremini *terræ* concussionem exstitisse alterius etiam calamitatis

„ si-

c Κατ' ἔτος μὲν τῆς βασιλείας ἕβδομον,] Ab excessu scilicet Antigoni, qui supplicio affectus est, M. Agrippa & Canidio Gallo Coss. *Antt.* l. 14. v. 82. l. 15. 5. Annoque deinde septimo C. Cæsare Octaviano III. M. Valerio Messala Coss. pugnatum est ad Actium. Uti ex *Dione* l. 49. & 51. aliisque est notissimum. Aldr. Videsis Cl. *Norisium* in *Cenotaph. Pisan* p. 139. &c.

d Κατὰ γὰρ ἀρχομένου] Illa κατὰ γὰρ desunt *Bod.* & *Rost.* ἀρχομένου γὰρ *Busb.* quod sane mallem quam κατὰ γὰρ ἀρχομένου.

e Ἀνθρώπων] *Rost.* Ἀνδρῶν.

f Τρεῖς διέφθειρε μυριάδας,] Περὶ μυρίους tantum in *Antt.* l. 15. c. 5. §. 2. Spanh.

g Κατερριμμένης.] Ita in *MSS.* καταρριμμένης *Bas.* & *Gen.* Huds. Κατερριμμενης. *Big.* Spanh.

h Ἔκλυτον] Conf. de *Antt.* Jud. lib. 7. c. 12. §. 1. Spanh.

i Τοιάδε.] Quippe aliis eos verbis alloquitur *Antt.* l. 15. c. 5. §. 3. ubi suam dicendi facultatem *Josepho* iterum experiri visum est propter argumenti dignitatem. Alioquin orationum harum alterutra sufficere potuisset Herodi, viro non admodum diserto. Aldr.

k Παραλογώτατα] Herodis Oratio ad milites ἀρχ. lib. 15. c. 5. §. 3. in eandem rem diversis tamen verbis legitur. Spanh.

l Πρὸς μὲν γὰρ] Ita potius ex *Lugd. Bat.* Quam cum aliis πρὸς μέν γε. Hav.

m Αὐτὸ] *Rost.* Ἀλλ.

n Ἀνάνδρων.] Ἄνανδρον in aliquot *MSS.* Huds. Ἄνανδρον. *Voss.* Spanh.

o Οὔτε γὰρ τὸ δυστυχεῖν] Ita ex *Lugd. Bat.* alii οὔτε δὲ τ. δ. Hav.

p Ὑποδειγμάτων.] *Rost.* Ὑπομνημάτων.

q Τῇ γοῦν] *Rost.* Τῇ γάρ. *Lugd. Bat.* Τῇ γὰρ οὖν.

r Κἀκ τοῦ δεδοικότος ὑμῶν] Κἀκ τούτου τοῦ δεδοικέναι deleto ὑμῶν *Voss. Ruf.* & *Ox.* Spanh.

s Παρίσταται] *Gen.* Περίσταται. unde legere jubet *Coccejus* περιίσταται. *Rost.* παρίσανται. verum magis placet prout edidit *Hudsonus.* nam præsto mihi, inquit, ob id ipsum est [illegible] Hav.

t Καὶ παρὰ] Illud καὶ abest a *Lugd. Bat.*

v Ἐξωρμήσατε,] Idem ἐξορμήσαντες.

x Ἄθυμον] Ἀθυμεῖν *Voss.*

y Ἐγεῖραί τε] Ab *Lugd. Bat.* abest τε.

z Παρ' ὀλίγον] *Lugd. Bat.* Παρὰ λόγον.

a Ἀψύχων] Ita *Big. Voss. Rost. Gelen.* & *Ruf.* ψυχῶν in *cæteris.* Ἀψύχων *Ruf.* & *Big. Bod. Voss. Ox.* Spanh.

„ ſignum. Quæ enim elementis accidunt ab ipſa natura ſunt, nihilque præterea damni afferunt niſi quod eis inſitum eſt. nam peſtilentiæ quidem vel famis vel terræ agitationis fortaſſe ſignum aliquod paulo ante præceſſerit: hæc vero ipſa * definitam habent certamque magnitudinem. Cæterum quid nobis amplius, quam terræ concuſſio *nupera*, bellum nocere poterit etiam victis? Immo enim vero, quod maxime futurum portendit excidium, inimicis accidit (idque non ſua ſponte, neque alienis manibus) qui legatos noſtros contra omnium hominum leges crudeliter mactaverunt, taleſque Deo pro belli eventu hoſtias cæciderunt. Sed cum, cujus ante oculos omnia verſantur & cui dextra eſt invicta, non effugient. Nobis autem continuo pœnas perſolvent, ſi quid patrii animi adhuc gerentes in fœderis violati vindictam conſurgamus. Eat quiſque non pro conjugibus, neque pro liberis, neque pro patria periclitante *pugnaturi*, ſed legatorum cædem ulturi. Illi melius, quam nos qui vivimus, bellum adminiſtrabunt. Quin & ego, ſi vos dicto audientes habuerim, primus memet periculis objiciam. Nam certo ſciatis fortitudinem veſtram eſſe inſuperabilem, niſi temerarie aliquid audendo lædatur.”

Crebræ Judæorum cum Arabibus velitationes. Antt. l. 15. c. 5. §. 4.

5. His *verbis* milites adhortatus, ubi eos alacres vidit, ſacra Deo faciebat; factaque re divina Jordanem fluvium cum exercitu tranſibat. Caſtris autem circa Philadelphiam poſitis, haud procul ab hoſtibus, ante caſtellum in medio poſitum, levi velitatione eos laceſſebat, quam primum cupiens congredi. nam & hoſtes aliquos præmiſerant, qui munimentum illud occuparent. Et hos quidem cito repulerunt regii qui miſſi erant, & collem occupabant. Ille vero, quotidie ad prælium milites educens, aciem inſtruebat, & Arabas *ad pugnam* provocabat. Et cum nemo ex adverſo egrederetur (nam vehementi metu perculſi erant, & in conſpectu multitudinis dux Elthemus timore obriguerat) propius ad eos acceſſit & vallum ab ipſis aggeſtum divellebat. Atque † ita ſimul omnes vi compulſi nullo ordine mixtique cum equitibus pedites ad pugnam exierunt: & multitudine quidem ſuperiores erant Judæis, verum alacritate impares, quamvis deſperatio victoriæ eos etiam paulo audaciores fecerit.

Arabes fuſi fugatique. Antt. l. 15. c. 5. §. 4.

6. Ob quam potiſſimum cauſam, quamdiu quidem reſtiterunt, non magna eorum facta eſt cædes: ubi vero terga ‡ verterunt, multi à Judæis, multi etiam * à ſuis conculcati, perierunt. Denique millia quinque in fuga ceciderunt, reliqua vero turba

„ πάθη, καὶ οὐδὲν ἀνθρώποις πλέον [b] ἢ τὴν [c] ἐν αὐτοῖς βλάβην [d] ἐπιφέρει. λοιμοῦ μὲν γὰρ καὶ λιμοῦ καὶ τῶν χθονίων [e] βρασμῶν [f] προγένοιτο ἄν τι σημεῖον [g] βραχύτερον. αὐτὰ δὲ ταῦτα περιγραφὴν ἔχει τὸ μέγεθος. ἐπεὶ τί δύναται τοῦ σεισμοῦ μεῖζον ἡμᾶς βλάψαι καὶ κρατήσας [h] ὁ πόλεμος; τέρας μέν τοι μέγιστον ἁλώσεως [i] γέγονε τοῖς ἐχθροῖς, οὐκ αὐτομάτως οὐδὲ διὰ χειρὸς ἀλλοτρίας, οἱ πρέσβεις ἡμετέρους παρὰ τὸν πάντων ἀθρώπων νόμον, ὠμῶς ἀπέκτειναν, καὶ τοιαῦτα τῷ Θεῷ θύματα περὶ τοῦ πολέμου [k] κατέστρεψεν. ἀλλ' οὐ διαφεύξονται τὸν μέγαν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀνίκητον δεξιάν. δώσουσι δὲ ἡμῖν αὐτίκα δίκας [l] ἄν τι τοῦ πατρίου [m] φρονήματος ἤδη ἔχοντες τιμωροὶ τῶν παρεσπονδημένων [n] ἀναστῶμεν. [o] ἴτω τις οὐχ ὑπὲρ γυναικὸς, οὐδὲ τέκνων, οὐδ' ὑπὲρ κινδυνευούσης πατρίδος, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν πρέσβεων ἀμυνόμενος. ἐκεῖνοι στρατηγοῦσι τοῦ πολέμου τῶν ζώντων ἡμῶν ἄμεινον. προκινδυνεύσω δὲ κἀγὼ χρώμενος ὑμῖν [p] πειθηνίοις. εὖ γὰρ ἴστε τὴν ἑαυτῶν ἀνδρείαν ἀνυπόστατον, ἐὰν μὴ προπετείᾳ τινὶ βλαβῆτε.”

ε'. Τούτοις παρακροτήσας τὸν στρατὸν, ὡς ἑώρα προθύμους ἔθυε τῷ Θεῷ, καὶ μετὰ τὴν θυσίαν διέβαινε τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν μετὰ τῆς δυνάμεως. στρατοπεδευσάμενος δὲ περὶ [q] Φιλαδελφίαν, ἐγγὺς τῶν πολεμίων, [r] περὶ τοῦ μεταξὺ φρουρίου, πρὸς αὐτοὺς ἐκροβολίζετο, βουλόμενος ἐν τάχει [s] συμβαλεῖν. ἔτυχον γὰρ κἀκεῖνοί τινας προπεπομφότες, τοὺς καταληψομένους τὸ ἔρυμα. τούτους μὲν οὖν ἀπεκρούσαντο ταχέως οἱ πεμφθέντες ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ τὸν λόφον κατέσχον. αὐτὸς δὲ, καθ' ἡμέραν προάγων τὴν δύναμιν εἰς μάχην, παρέτασσε, καὶ προυκαλεῖτο τοὺς Ἄραβας. ὡς δὲ οὐδεὶς ἐπεξῄει. δεινὴ γάρ τις αὐτοὺς κατάπληξις εἶχε, καὶ πρὸ τοῦ πλήθους ὁ στρατηγὸς Ἔλθεμος [t] αὖος ἦν τῷ δέει. προσελθὼν ἐσπάρασσεν αὐτῶν τὸ χαράκωμα. κἀν τούτῳ συναναγκασθέντες, [v] ἐξίασιν ἐπὶ τὴν μάχην ἄτακτοι, καὶ πεφυρμένοι τοῖς ἱππεῦσιν οἱ πεζοί. πλήθει μὲν οὖν τῶν Ἰουδαίων περιῆσαν, ἐλείποντο δὲ ταῖς προθυμίαις, καί τοι διὰ τὴν ἀπόγνωσιν τῆς νίκης ἦσαν καὶ αὐτοὶ [x] παράβολοι.

ϛ'. [y] Διὸ μέχρι μὲν ἀντεῖχον, οὐ πολὺς ἦν αὐτῶν φόνος. ὡς δὲ ὑπέδειξαν αὐτῶν τὰ νῶτα, πολλοὶ μὲν ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, πολλοὶ δὲ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν συμπατούμενοι, διεφθείροντο. πεντακισχίλιοι γοῦν ἔπε-

σοι

b Η τὴν] Aut ἢ τῆς ἐν αὐτοῖς βλάβης vel τὴν αὐτοῖς βλάβην in *MS.* (τῆς ἐν αυτοῖς βλάβης *Roſt.*) ἢ τὴν ἑαυτοῖς βλάβην *Baſ.* & *Gen.* forſan pro ἢ τὴν ἐφ' ἑαυτοῖς βλάβην.

c Εν αὐτοῖς βλάβην] *Big. Voſſ. Ruf.* Εν αὐτοῖς. *Ox.* SPANH.

d Επιφέρει.] *Lugd. Bat.* Επιφέρεται.

e Βρασμῶν] Εν βρασμῷ Chryſoſt. T. VI. p. 182. l. 28. SPANH.

f Προγένοιτο ἄν τι σημεῖον] *Roſt.* Σημεῖον προσγένοιτο ἄν τι β.

g Βραχύτερον.] Βραδύτερον legiſſe videtur *Ruf.* qui vertit, *ſignum aliquod tardius forſan præceſſerit.* quod *Gelenius* mutavit in *ſignum aliquod tardante malo fortaſſe præceſſerat.*

h Ο πόλεμος;] Ita omnes *MSS.* præter *Roſt.* in quo ita ὁ πόλεμος. Sed fortaſſis non mala alicui videbitur *Cocceji* emendatio, in exemplari meo jubentis legere ὁ πολέμιος. ut ita dicat a victore hoſte nihil acerbius morte eſſe exſpectandum. HAV.

i Γέγονε] Ita *Big.* & *Voſſ.* γεγονέναι in *cæteris.* Γέγονε *Big. Voſſ. Ox.* SPANH.

k Κατέστρεψεν.] Κατέστρεψαν in duobus *MSS.* & Ed. *Gen. Roſt.* Κατέσπεισαν. Senſus verborum eſt, Deum omnino ulturum illorum ſimul crudelitatem & impietatem, quod ubi hoſtias pecuinas offerre ob victos hoſtes debuiſſent, nunc pacis Legatos, tanquam hoſtias ſibi placentes perfide mactaſſent, atque ita ordinem ſacrorum intervertiſſent. HAV.

l Αν τι τοῦ] Ita lego ex conjectura, favente *Rufino*, qui vertit, *ſi patrio repleti ſpiritu in vindictam violati fœderis animos excitemus.* in libris, ἀντὶ τοῦ πατρίου φρονήματος; εἰ δὲ σπεύσαντες τιμωροὶ τῶν παρεσπονδημένων ἀναστῶμεν. niſi quod primo loco ἄν τι, & poſtremo ἀναφανῶμεν habeant duo *MSS.*

m Φρονήματος] Φρονίματος *MSS. Ox.* SPANH.

n Αναστῶμεν.] Αναφανῶμεν. *Voſſ.* SPANH.

o Ιτω τις] *Roſt.* Ιστω τις.

p Πειθηνίοις.] Τὸ πειθήνιον infr. lib. 2. c. 14. §. 7. & c. 18. §. 8. SPANH.

q Φιλαδελφίαν,] *Al.* Φιλαδέλφειαν. HUDS. Conf. ſup. 2. §. 4. SPANH.

r Περὶ τοῦ] Ita ex *Lugd. Bat.* alii πρὸ τοῦ. HAV.

s Συμβαλεῖν.] Ut varia lectio adſcribitur in *Lugd. Bat.* συλλαβεῖν.

t Αὖος ἦν τῷ δέει.] Lucanus de Pompejo in acie Pharſalica lib. 7. verſu 339.

— — — — *Stat corde gelato*
Attonitus; tantoque Duci ſic arma timere
Omen erat. HAV.

v Εξίασιν] Εξήεσαν *Big.* & *Voſſ.* HUDS. Εξήεσαν *Big. Bod. Oxon.* SPANH.

x Παράβολοι.] Conf. Antiq. Jud. lib. 6. c. 14. §. 3. SPANH.

y Διὸ μέχρι μὲν] Ita *Big.* & *Lugd. Bat.* διὸ in *cæteris.* Διὰ *Big.* & ita *Ox.* SPANH.

* Sui magnitudine finiuntur, *Ruf.*

† *Vel* interea.

‡ *Gen.* nudaverunt. *Ox.* verterunt.

* A ſuis *pro* à ſemetipſis *Ox.* SPANH.

z Εξίε

σον ἐν τῇ τροπῇ, τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος [z] ἔφθη συνωσθὲν εἰς τὸ χαράκωμα. τούτους περισχὼν ἐπολιόρκει. καὶ μέλλοντας ἁλώσεσθαι τοῖς ὅπλοις προκατήπειγεν ἡ δίψα, τῶν ὑδάτων ἐπιλιπόντων. ὑπερηφάνει δὲ πρεσβευομένους ὁ βασιλεύς, καὶ λύτρα [a] διδόντων πεντακόσια τάλαντα [b] μᾶλλον ἐνέκειτο. τοῦ δὲ δίψους ἐκκαίοντος, ἐξιόντες κατὰ πλῆθος ἐνεχείριζον σφᾶς αὐτοὺς τοῖς Ἰουδαίοις ἑκόντες. ὡς πέντε μὲν ἡμέραις τετρακισχιλίους δεθῆναι, τῇ δὲ ἕκτῃ τὸ λειπόμενον πλῆθος ὑπ᾽ ἀπογνώσεως ἐξελθεῖν ἐπὶ μάχην. οἷς συμβαλὼν Ἡρώδης, πάλιν [c] εἰς ἑπτακισχιλίους κτείνει. τηλικαύτῃ δὲ πληγῇ τὴν Ἀραβίαν ἀμυνόμενος, καὶ σβέσας τῶν ἀνδρῶν τὰ φρονήματα, προύκοψεν ὥς τε καὶ προστάτης ὑπὸ τοῦ ἔθνους αἱρεθῆναι.

intra vallum compulsa evasit. Eos *statim militibus* circumdedit & obsidebat *Herodes*: cumque necesse esset ut simul cum armis caperentur, eos tamen jam ante *ad deditionem* urgebat sitis, aqua eos deficiente. Missis autem legatis, eos arroganter excipiebat rex; cumque talenta quinquaginta in redemptionis pretium ei offerrent, magis illis instabat. Denique, ardescente siti, catervatim exeuntes ultro se Judæis tradebant: adeo ut quinque quidem diebus quater mille in vincula darentur; sexto vero die reliqua multitudo, salute desperata, ad pugnam prodiret. Quibus congressus Herodes, iterum septem circiter millia interficit. Tam magna autem clade Arabiam ultus, exstinctoque virorum *ejus* spiritu, tantum profecit ut *postea* ab illa gente in patronum adoptaretur.

Post repulsos legatos magnam cladem accipiunt. Antt. l. 15. c. 5. §. 5.

ΚΕΦ. κʹ.

CAP. XX. XV.

Ἡρώδης ὑπὸ Καίσαρος βασιλεύειν κελευσθεὶς, δώροις αὐτοκράτορα μεγαλόφροσι θεραπεύει. αὐτὸς δὲ Ἡρώδην ἀμείβεται τῷ βασιλείας μέρει ὑπὸ Κλεοπάτρας ἀποτμηθέντι, προστιθεμένης τῆς τοῦ Ζηνοδώρου χώρας.

Ab Augusto regnare jussus Herodes, magnificis imperatorem muneribus demeretur. Ab illo vicissim recipit partem regni quam ei ademerat Cleopatra, adjecta insuper ditione quæ fuerat Zenodori.

ΜΕταλαμβάνει δὲ αὐτὸν εὐθέως ἡ περὶ τῶν ὅλων πραγμάτων φροντὶς, διὰ τὴν πρὸς Ἀντώνιον φιλίαν, [d] Καίσαρος ἤδη περὶ Ἄκτιον νενικηκότος. παρεῖχε μέν τοι δέους πλέον, ἢ ἔπασχεν. οὔπω γὰρ [e] ἑαλωκέναι Καῖσαρ Ἀντώνιον ἔκρινεν, Ἡρώδου [f] συμμένοντος. ὁ γε μὴν βασιλεὺς [g] ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς κινδύνοις διέγνω· καὶ πλεύσας εἰς Ῥόδον, ἔνθα διέτριβε Καῖσαρ, πρόσεισιν αὐτῷ δίχα διαδήματος, τὴν μὲν ἐσθῆτα καὶ τὸ σχῆμα ἰδιώτης, τὸ δὲ φρόνημα βασιλεύς. μηδὲν γοῦν τῆς ἀληθείας ὑποστειλάμενος, ἄντικρυς εἶπεν. „ Ἐγὼ, Καῖσαρ, ὑπ᾽ Ἀντωνίου τῶν Ἰουδαίων „ βασιλεὺς γενόμενος, ἐν πᾶσιν ὁμολογῶ γεγονέναι „ βασιλεὺς χρήσιμος Ἀντωνίῳ. καὶ οὐδὲ τοῦτο ἂν [h] ὑπε„ στειλάμην εἰπεῖν, ὅτι πάντως ἄν με μετὰ τῶν ὅπλων „ ἐπείρασας [i] ἀχώριστον, εἰ μὴ διεκώλυσαν Ἄραβες. καὶ „ συμμαχίαν μέντοιγε αὐτῷ κατὰ τὸ δυνατὸν, καὶ σίτου „ πολλὰς ἔπεμψα μυριάδας. ἀλλ᾽ οὐδὲ μετὰ τὴν ἐν „ Ἀκτίῳ πληγὴν, κατέλιπον τὸν εὐεργέτην. ἐγενό„ μην δὲ σύμβουλος ἄριστος, ὡς οὐκέτι χρήσιμος „ ἤμην σύμμαχος, μίαν εἶναι λέγων τῶν πταισθέντων „ διόρθωσιν, τὸν Κλεοπάτρας θάνατον. ἣν ἀνελόντι, καὶ „ χρήματα [k] καὶ τείχη πρὸς ἀσφάλειαν, καὶ στρατιὰν „ καὶ ἐμαυτὸν ὑπισχνούμην κοινωνὸν τοῦ πρὸς σὲ πολέμου. „ τοῦ δὲ ἄρα τὰς ἀκοὰς ἀπέφραξαν οἱ Κλεοπάτρας „ [l] ἵμεροι, καὶ Θεὸς ὁ σοὶ τὸ κρατεῖν χαρισάμενος. „ [m] συνήτλημαι δὴ Ἀντωνίῳ, καὶ τέθεικα μετὰ τῆς ἐκεί„ νου [n] τύχης τὸ διάδημα. πρὸς σὲ δὲ ἦλθον, „ ἔχων [o] τὴν ἀρετὴν τῆς σωτηρίας ἐλπίδα, καὶ [p] προ-

MOX autem illum, post victoriam Cæsaris apud Actium, excepit de summa rerum solicitudo, propter amicitiam quæ illi cum Antonio intercessit. Plus tamen ab eo metuebat, quam patiebatur. Nondum enim Cæsar victum esse Antonium putabat, dum ei *suis viribus* conjunctus maneret Herodes. Cæterum rex secum statuebat periculis sese offerre: cumque Rhodum navigasset, ubi Cæsar morabatur, adiit eum sine diademate, veste quidem cultuque privato, sed animo regio. adeoque nihil de veritate subducendo coram ista dicebat. „ Ego, Cæsar, ab Antonio factus Ju„ dæorum rex, fateor me eum exstitisse regem, „ qui in omnibus studebam Antonii commodis „ inservire. Neque est ut vel hoc dicere refugiam, „ quod omnimodo armis quoque me gravem ex„ pertus esses, nisi obstitissent Arabes. Veruntamen & auxilia ei pro mea virili, multasque fru„ menti *cororum* myriadas misi; immo neque post „ cladem Actii acceptam bene de me meritum „ deserui. Quin & optimum ei consilium dedi, „ cum copiis eum adjuvare non potui, non alia „ dicens via res lapsas posse restitui, quam morte „ Cleopatræ: qua perempta, & pecunias ei, & „ muros in securitatem, & exercitum, & me„ ipsum belli adversus te socium fore promitte„ bam. Aures autem ei ostruxerunt Cleopatræ „ amores, & Deus cujus munere tibi concessum „ est victoriam reportare. Una ergo cum Anto„ nio victus sum, & in eodem cum fortuna ejus „ discrimine posui diadema. Ad te autem veni, „ spem salutis in tua virtute collocans, ea quidem „ præ-

Post pugnam Actiacam Augustum adit Herodes. Antt. l. 15. c. 6. §. 1.

Herodes cum fiducia Augustum alloquitur. Antt. l. 15. c. 6. §. 6.

z Ἔφθη] *Cas.* Ὤφθη.
a Διδόντων πεντακόσια τάλαντα] Δίδοται in aliquibus MSS. Huds. Διδόντας MS. *Lips.* μᾶλλον δὲ idem. Spanh.
b Μᾶλλον ἐνέκειτο.] Μᾶλλον δὲ ἐνέκειτο *Lugd. Bat.*
c Εἰς ἑπτακισχιλίους] Περὶ ἑπτακισχιλίους in *Antt.* l. 15. c. 5. §. 5. Huds. Περὶ ἑπτακ. ἀρχ. lib. 15. c. 6. §. 5. Spanh.
d Καίσαρος ἤδη] Καίσαρος δὲ MS. *Lips.* Spanh.
e Ἑαλωκέναι] Ἑάλω, ἐκρατήθη Hesychius. Spanh.
f Συμμένοντος.] Haud spernendam affert lectionem *Rost.* in quo exstat σημαίνοντος. id est imperitante & Ducis sub eo munere fungente fortissimo Rege Herode. Nihil tamen muto; vult enim Josephus, Cæsarem æque sollicitum fuisse, quomodo abalienaret tam potentem socium ab Antonio jam afflicto, sed non prorsus perdito, quam Herodem de vita & regno retinendo. Hav.
g Ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς κινδύνοις] Ita cum *Cod. Busb.* Loquendi sane genere usitatiore, quam ὁμόσε χωρῆσαι τῶν κινδύνων, quod exstat in *Editis Aliisque.* Huds. Clare quoque in *Lugd. Bat.* legitur, quod idem est cum *Busb.* aut forte melius τῷ κινδύνῳ. Hav.
h Ὑποστειλάμην εἰπεῖν,] Julian. Imp. Orat. I. p. 17. εἰ δεῖ μηδὲν ὑποστειλάμενον εἰπεῖν. Spanh.
i Ἀχώριστον,] Addidimus hanc vocem ex *Lugd. Bat.* quam in eo haud inepte positam arbitramur, ita enim dicit Herodes coactum fuisse sese abesse prælio Actiaco atque ab Antonio, atque individuum alias comitem futurum, ea ratione fuisse divulsum. Hav.
k Καὶ τείχη] *Rost.* Καὶ τείχη καὶ πλοῖα.
l Ἵμεροι,] Πεφιμῶσθαι τοῖς ἱμέροις. Infr. c. 22. §. 3. Hesych. ἱμείρους ἔρωτας lege ἱμέρους. Spanh.
m Συνήτλημαι] *Gen.* Συνηττημαι. Συνήτημαι. MSS. Ox. Spanh.
n Τύχης] *Lugd. Bat.*
o Τὴν ἀρετὴν] Illa τὴν ἀρετὴν non agnoscit *Big.* Τὴν ἀρετὴν deest in *Big. Ox.* Spanh.
p Προλαβὼν] Ita restitui ex *Lugd. Bat.* in aliis προλαβὼν. Sed nostra lectio magis respondet prioribus ἔχων, &c. Hav.

„ præsumptione fore ut dispiciatur qualis amicus, „ non cujus fuerim.

Augustus ei benigne respondet. Antt. l. 15. c. 5. §. 7.

2. Ad hæc Cæsar respondit: „ Immo vero salvus esto, & nunc regna majori cum securitate. „ Nam dignus es qui multis imperes, cum amicitiam „ tanta fide tuearis. Operam autem des velim, ut „ etiam paulo fortunatioribus fidus permaneas: id „ quod ego non obscura spe fretus ex animi tui magnitudine exspecto. Veruntamen recte fecit Antonius, qui Cleopatræ potius quam tibi paruit. „ namque te ex ejus lucrati sumus amentia. Prior „ autem, ut apparet, benefacere cœpisti: quo „ factum est ut ad me scriberet Q. Didius, te adversus gladiatores auxilia ei *opportune* misisse. „ Et nunc quidem te certiorem facio, me tibi regnum decreto confirmatum ire. insuper & ipse „ enitar ut aliqua in re tibi benefaciam, adeo ut „ Antonium non desideres.

Regnoque eum donat. Antt. l. 15. c. 15. §. 7.

3. Cum istis regem benigne alloqutus esset, & diadema ei imposuisset, decreto donum promulgavit, in quo multa *etiam* in ejus laudem magnifice dixit. Ille vero, cum muneribus magis adhuc Cæsarem demulsisset, Alexandrum, quendam ex amicis Antonii *ejus misericordiæ* supplicem, *sibi condonari* petebat. Sed vicit Cæsaris iracundia, de eo quem *laxari* postulabat *Herodes* multis & graviter querentis, adeo ut petitionem repulerit. Postea vero cum Cæsarem, in Ægyptum per Syriam iter facientem, omni opum regiarum apparatu excepisset Herodes, tunc primum cum eo, apud Ptolemaïdem milites lustrante, obequitavit, & convivium ei cum amicis suis omnibus præbuit: ac deinde reliquo exercitui omnia ad epulas *necessaria* distribuit. insuperque curavit ut per regionem aridam usque ad Pelusium proficiscentibus, similiterque redeuntibus, aquarum copia suppeditaretur: neque quidquam erat commeatûs quod exercitui defuit. Fecit denique ut & ipse Cæsar militesque *ejus* existimarent, Herodi, si eorum quæ dederit ratio haberetur, justo tenuius esse regnum & angustius. Quo factum est ut *Cæsar* postquam in Ægyptum veniret, cum jam mortui essent Antonius & Cleopatra, non solum cæteros ejus honores auxerit, verum etiam regno ejus addiderit regionem à Cleopatra *ei* abscissam, & extra eam Gadara & Hippon & Samariam; atque ad hæc in ora maritima Gazam, & Anthedona, & Joppen, & Stratonis turrim. prætereaque ei, in corporis custodiam, dono dedit quadringentos Gallos, qui antea Cleopatræ stipatores erant. nulla autem res magis liberalitatem Cæsaris incitabat, quam magnus animus accipientis.

Et ab ipso in Ægyptum honorifice deducitur. Antt. l. 15. c. 6. §. 7. Herodes Augustum ejusque exercitum splendide excipit. Antt. l. 15. c. 6. §. 7.

Vicissimque ab eo auctus est honoribus novaque ditione. Antt. l. 15. c. 7. §. 3.

„ λαβὼν ἐξετασθήσεσθαι ποταπὸς φίλος, [q] οὐ τίνος „ ἐγενόμην.

β΄. Πρὸς ταῦτα Καῖσαρ, „ Ἀλλὰ σώζου γε, ἔφη, „ καὶ βασίλευε νῦν βεβαιότερον. ἄξιος γὰρ εἶ πολλῶν ἄρχειν, οὕτω φιλίας προϊστάμενος. πειρῶ δὲ „ καὶ τοῖς εὐτυχεστέροις διαμένειν πιστὸς, ὡς ἔγωγε „ λαμπροτάτας ὑπὲρ τοῦ σοῦ φρονήματος ἐλπίδας „ ἔχω. καλῶς μέντοιγε ἐποίησεν Ἀντώνιος Κλεοπάτρᾳ πεισθεὶς μᾶλλον ἢ σοί. καὶ γὰρ σὲ κεκερδήκαμεν, ἐκ τῆς ἀνοίας αὐτοῦ. κατάρχεις δὲ, ὡς ἔοικεν, „ εὐποιΐας. [r] διό μοι γράφει [s] Κύϊντος Δίδιος, „ συμμαχίαν σε πεπομφέναι πρὸς τοὺς [t] μονομάχους „ αὐτῷ. νῦν μὲν οὖν δόγματι [v] τὸ βέβαιον σοῦ τῆς „ βασιλείας [x] ἐξαγγέλλω. πειράσομαι δὲ καὶ αὖθις „ ἀγαθόν σε τὶ ποιεῖν, ὡς μὴ ζητοίης Ἀντώ„ νιον.

γ΄. Τούτοις φιλοφρονησάμενος τὸν βασιλέα, καὶ [y] περιθεὶς αὐτῷ τὸ διάδημα, [z] δόγματι διεσήμαινε τὴν δωρεὰν, ἐν ᾧ πολλὰ μεγαλοφρόνως εἰς ἔπαινον τοῦ ἀνδρὸς ἐφθέγξατο. ὁ δὲ, δώροις ἐπιμειλιξάμενος αὐτὸν, ἐξῃτεῖτό τινα τῶν Ἀντωνίου φίλων [a] Ἀλέξανδρον, ἱκέτην γενόμενον. ἐνίκα δὲ ἡ Καίσαρος [b] ὀργὴ, πολλὰ καὶ χαλεπὰ μεμφομένου τὸν ἐξαιτούμενον, οἷς διεκρούσατο τὴν δέησιν. μετὰ δὲ ταῦτα πορευόμενον [c] ἐπ᾽ Αἰγύπτου διὰ Συρίας Καίσαρα παντὶ τῷ βασιλικῷ πλούτῳ δεξάμενος Ἡρώδης, τότε πρῶτον καὶ συνιππάσατο ποιουμένῳ περὶ Πτολεμαΐδα τῆς δυνάμεως ἐξέτασιν, εἱστίασέ τε σὺν ἅπασι τοῖς φίλοις. μεθ᾽ οὓς καὶ τῇ λοιπῇ στρατιᾷ πρὸς εὐωχίαν πάντα διέδωκε. προὐνόησε δὲ καὶ διὰ τῆς ἀνύδρου πορευομένοις μέχρι Πηλουσίου παρασχεῖν ὕδωρ ἄφθονον, ἐπανιοῦσί τε ὁμοίως. [d] οὐδὲ ἔστιν ὅ, τι τῶν ἐπιτηδείων ἐνεδέησε τῇ δυνάμει. δόξα γοῦν αὐτῷ τε Καίσαρι καὶ τοῖς στρατιώταις παρέστη, πολλῷ βραχυτέραν Ἡρώδῃ [e] περιεῖναι βασιλείαν, πρὸς ἃ παρέσχεν. διὰ τοῦτο ὡς ἧκεν εἰς Αἴγυπτον, ἤδη Κλεοπάτρας καὶ Ἀντωνίου τεθνεώτων, οὐ μόνον αὐτοῦ ταῖς ἄλλαις τιμαῖς, ἀλλὰ καὶ τῇ βασιλείᾳ προσέθηκε, τήν τε ὑπὸ Κλεοπάτρας ἀποτμηθεῖσαν χώραν, καὶ ἔξωθεν [f] Γάδαρα, καὶ Ἵππον, καὶ Σαμάρειαν. πρὸς δὲ τούτοις τῶν παραλίων Γάζαν, καὶ Ἀνθηδόνα, καὶ Ἰόππην, καὶ πύργον Στράτωνος. ἐδωρήσατο δὲ αὐτῷ, καὶ πρὸς φυλακὴν τοῦ σώματος, τετρακοσίους [g] Γαλάτας, οἳ πρότερον [h] ἐδορυφόρουν Κλεοπάτραν. οὐδὲν δὲ οὕτως [i] ἐνῆγεν αὐτὸν εἰς τὰς δωρεὰς, ὡς τὸ μεγαλόφρον τοῦ λαμβάνοντος.

δ΄. Με-

q Οὐ τίνος] *Lugd. Bat.* Οὗ τινος male.

r Διό μοι] *Lugd. Bat.* haud pejus δι᾽ ὧν μοι. HAV.

s Κύϊντος Δίδιος,] Ita rescripsi, prout in *Antt.* l. 15. c. 6. §. 7, quem locum videsis. Antea erat Βεντίδιος in *Bas.* & *Gen.* Βενδίδιος habet *Bod.* Augustus (in *Antt.* l. 15. c. 6. §. 7.) commemorat, ὅτι Κύϊντος Δίδιος γράψειεν ἁπάσῃ προθυμίᾳ τὰ πρὸς τοὺς μονομάχους αὐτῷ συλλαβέσθαι τὸν Ἡρώδην. Hinc ille rumor quem ad Antonium pervenisse in *Antonio* suo (p. 949. & 950.) narrat *Plutarchus*; Judæum Herodem cum aliquot legionibus & cohortibus ad Cæsarem transivisse. Quippe quos Cyzici gladiatores alebat Antonius, hi suppetias illi jam ab omnibus aliis deserto in Ægyptum ferre statuerunt. Sed eos transitu prohibebat inter alios Q. quoque Didius Syriæ præfectus; cumque ad defectionem perducere non posset, circumventos tandem ad deditionem perpulit; usus ea in re Herodis opera, prout ex *Josepho* & *Plutarcho* colligitur. Pactosque ne posthac gladiatores essent, Antiochiæ Daphnen habitare permisit, donec ipse scriberet ad Cæsarem. *Appian.* in *Civil.* V. p. 749. *Dio* LI. p. 447. Sicut igitur ex hoc *Josephi* loco discimus pro μονάρχας in ejusdem *Archæologia* scribendum esse μονομάχους; ita ex *Dione* clarum est nec in hoc loco Βεντίδιος, nec in illo Καπίδιος, seu utrobique Κύϊντος Δίδιος legi oportere. ALDR. Αρχ. lib. 15. c. 6. §. 7. *Gen.* Καπίδιος. *Casaub.* Exercit. p. 135. D. emend. ex *Dione* p. 447. l. 51. Κύϊντος Δίδιος. SPANH.

t Μονομάχους] *Gen.* Μονάρχας; vel μονομάχους ἀρχ. lib. 15. c. 6. §. 7. vid. *Dion.* p. 447. & *Appian.* Εμφ. p. 749. Aliter illa *Rufinus* vertit. Μονάρχαι alias de Regulis supra ἀρχ. lib. 13. c. 16. §. 2. & §. 5. SPANH. Συμμάχους. *Rost.*

v Τὸ βέβαιον σοῦ] Τὸ βέβ. τοι *MS. Lips.* vid. Pagium ad Baron. p. 23. SPANH. Σοὶ etiam *Rost.*

x Ἐξαγγέλλω.] Melius forte cum *Lugd. Bat.* leges ἐξαγγελῶ. HAV.

y Περιθεὶς αὐτῷ] Confer *Strabonem* XVI. p. 765. A. *Tacitum* in *Histor.* V. 9. *Plutarchum* in *Anton.* p 949. 950. ALDR.

z Δόγματι] *Rost.* Ῥήματι.

a Ἀλέξανδρον,] Vide *notas* ad *Antt.* l. 15. c. 6. §. 7. Ἀλέξαν Λαοδικέα Plutarch. in Antonio. *Ox.* Ἀλέξανδρον ἀρχ. lib. 15. c. 6. §. 7. SPANH.

b Ὀργὴ,] Ex hoc loco aliquis legendum suspicaretur ὀργῇ προκατειλημμένου Καίσαρος, in *Antt.* l. 15. c. 6. §. 7.

c Ἐπ᾽ Αἰγύπτου] Ἐπ᾽ Αἴγυπτον *Big.* Αἴγυπτον *Big.* SPANH.

d Οὐδὲ ἔστιν] Abest a *Lugd. Bat.*

e Περιεῖναι βασιλείαν,] Hæc omnia desunt in *Rost.*

f Γάδαρα, —Στράτωνος.] Maritimæ urbes Gaza, Anthedon, Joppe, Stratonis Turris Herodi datæ ab Augusto. Gazam utpote civitatem liberam, Herodi à Cæsare datam negat, & inde Josephum redarguit Harduin. de num. Herod. p. 60. Conf. ἀρχ. lib. 15. c. 7. §. 3. Verum mox §. 9. Gazam etiam Costobaro ab Herode datam scribit, ubi regnum adeptus. Unde repugnantia hic à Josepho dici contendit Harduinus de num. Herod. p. 23. SPANH.

g Γαλάτας,] Conf. ἀρχ. lib. 15. c. 7. §. 3. SPANH.

h Ἐδορυφόρουν] *Lugd. Bat.* Ἐδωροφόρουν male.

i Ἐνῆγεν] Ita *Big.* *Rost.* & *Bod.* ἀνῆγεν perperam *Bas.* & *Gen.* Ἐνῆγεν *Big.* *Bod.* *Ox.* SPANH.

k Μετὰ

δ'. [k] Μετὰ δὲ τὴν πρώτην Ακτιάδα προςίθησιν αὐτοῦ τῇ βασιλείᾳ, τόν τε [l] Τράχωνα καλούμενον, καὶ τὴν προσεχῆ Βαταναίαν τε καὶ [m] Αὐρανίτιν χώραν, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. [n] Ζηνόδωρος, ὁ τὸν Λυσανίου μεμισθωμένος οἶκον, οὐ [o] διέλειπεν ἐπαφεὶς τοὺς [p] ἐκ τοῦ Τράχωνος λῃστὰς Δαμασκηνοῖς. οἱ δὲ, ἐπὶ [q] Οὐάῤῥωνα τὸν ἡγεμόνα τῆς Συρίας καταφυγόντες ἐδεήθησαν δηλῶσαι τὴν συμφορὰν αὐτῶν Καίσαρι. Καῖσαρ δὲ γνοὺς, [r] ἀντεπέστελλεν ἐξαιρεθῆναι τὸ λῃστήριον. στρατεύσας οὖν Οὐάῤῥων, καθῆρέ τε τῶν ἀνδρῶν τὴν γῆν, καὶ ἀφαιρεῖται Ζηνόδωρον, ἣν ὕστερον Καῖσαρ, ὡς μὴ γένοιτο πάλιν ὁρμητήριον τοῖς λῃσταῖς ἐπὶ τὴν Δαμασκὸν, Ηρώδῃ δίδωσιν. κατέστησε δὲ αὐτὸν καὶ Συρίας ὅλης [s] ἐπίτροπον, [t] ἔτει δεκάτῳ πάλιν ἐλθὼν εἰς τὴν ἐπαρχίαν, ὡς μηδὲν [v] ἐξεῖναι, δίχα τῆς ἐκείνου [x] συμβουλίας, τοῖς ἐπιτρόποις διοικεῖν. [y] ἐπεὶ δὲ τελευτᾷ Ζηνόδωρος, προσένειμεν αὐτῷ καὶ τὴν μεταξὺ Τράχωνος καὶ τῆς Γαλιλαίας γῆν ἅπασαν. ὃ δὲ τούτων Ηρώδῃ μεῖζον ἦν, ὑπὸ μὲν Καίσαρος ἐφιλεῖτο μετ᾽ Αγρίππαν, ὑπ᾽ Αγρίππα δὲ μετὰ Καίσαρα. ἔνθεν ἐπὶ πλεῖστον μὲν εὐδαιμονίας προὔκοψεν, εἰς μεῖζον δὲ ἐξήρθη φρόνημα. καὶ τὸ πλέον τῆς μεγαλονοίας ἐπέτεινεν εἰς εὐσέβειαν.

4. Post primam autem Actiada, Trachonem, ut appellatur, Herodis regno adjecit, eique finitimam Batanæam, itemque regionem Auranitidem, hujusmodi de causa. Zenodorus, qui Lysaniæ domum conduxerat, * nihil sibi ad latrones è Trachone Damascenis immittendos reliqui faciebat. Illi vero ad Varronem Syriæ præsidem confugiebant, orabantque ut suam calamitatem Cæsari notam faceret. Qua re cognita, rescripsit Cæsar, dandam esse operam ut tolleretur latrocinium. Varro igitur, ducto *in eos* exercitu, & regionem latronibus purgabat, & Zenodoro eam aufert, quam postea Cæsar, ne latronum contra Damascum receptaculum fieret, Herodi largitur. Anno autem decimo, *ex quo in Syria fuerat Cæsar*, in provinciam reversus, totius Syriæ Herodem procuratorem constituit, ut nihil procuratoribus liceret eo inconsulto administrare. Postquam vero mortuus esset Zenodorus, etiam terram omnem, inter Trachonem & Galilæam positam, eidem attribuit. Quod autem istis majus Herodi visum erat, à Cæsare quidem secundum Agrippam *maxime* diligebatur, ab Agrippa vero secundum Cæsarem. Hinc ad magnam felicitatem processit, animo vero magis elatus est, & cogitationes magnas pietati *rebusque sacris* impertiit.

Terram amplam Zenodoro ablatam Herodi dat Augustus. Antt. l. 15. c. 10. §. 1.

Κ Ε Φ. κα'.

Περὶ πόλεων ὑφ' Ηρώδου ἐπισκευασθέντων καὶ ἐκ τῶν θεμελίων οἰκοδομηθέντων, περί τε ἄλλων ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντων. καὶ ὡς τὸ μεγαλόψυχον αὐτοῦ καὶ τοῖς ἀλλοεθνέσιν ἐπεδείξατο, καὶ τύχῃ ἐν πᾶσιν ἐχρήσατο δεξιᾷ.

[z] ΠΕντεκαιδεκάτῳ γοῦν ἔτει τῆς βασιλείας, αὐτόν τε τὸν ναὸν ἐπεσκεύασε, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν ἀνετειχίσατο χώραν, τῆς οὔσης [a] διπλασίαν, ἀμέτροις μὲν χρησάμενος τοῖς ἀναλώμασιν, ἀνυπερβλήτῳ δὲ τῇ πολυτελείᾳ. τεκμήριον δὲ ἦσαν αἱ μεγάλαι στοαὶ [b] περὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τὸ βόρειον ἐπ' αὐτῷ φρούριον. ἃς μὲν [c] γὰρ ἀνῳκοδόμησεν ἐκ θεμελίων, τὸ δὲ ἐπεσκεύασε πλούτῳ δαψιλεῖ, κατ' οὐδὲν τῶν βασιλείων [d] ἔλαττον. [e] ὃ Αντωνίαν ἐκάλεσεν, εἰς τὴν Αντωνίου τιμήν. [f] τὸ γεμὴν [g] ἑαυτοῦ βα-

C A P. XXI.

XVI.

De urbibus ab Herode instauratis & à fundamento exstructis; deque aliis ab eo conditis. utque magnificentiam etiam exteris gentibus demonstravit, prosperaque in omnibus fortuna usus est.

ANno igitur regni *sui* decimo quinto & templum ipsum instauravit, & terræ spatium altero tanto majus, quam fuerat circa ipsum, muro amplexus est, sumptibus immensis atque insuperabili munificentia. Indicio autem erant magnæ circa fanum porticus, fanoque junctum à septentrione castellum. Has quidem à fundamentis exstruxit, illud vero largis opibus instauravit, non secus ac si regia exstitisset; quod Antoniam nominavit, in honorem Antonii. Porro cum regiam

Fanum Hierosolymis instaurat Herodes, aliaque magnifice exstruit. Antt. l. 15. c. IX. §. 12. seq.

Antonia castellum. Antt. l. 15 c. XI. §. 4

k Μετὰ δὲ τὴν πρώτην Ακτιάδα] Id est, anno primo Actiadis secundæ; regni vero Herodis 15. Nam (ut supra *Josephus*) anno ejus septimo pugnatum est ad Actium *cap.* XIX. §. 4. Anno autem exinde tertio (h. e. Herodis decimo) prima Actias celebrata est C. Cæsare Octaviano VI. M. Vipsanio Agrippa II. Coss. *Dio* LIII. p. 496. D. ALDR. H. e. Anno I. Actiadis II. Regni Herodis XV. OX. SPANH.

l Τράχωνα] Batanæa, Trachonitis & Auranitis Philippo ex Herodis filiis quatuor vid. ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. SPANH.

m Αὐρανίτιν χώραν,] Αβρανῖτιν *Suidæ*. Αὐρανίτην in quibusdam *MSS.* Vide ad *Antt.* l. 15. c. 10. §. 1. *Cellarium* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 13. p. 30. & *Relandum* in *Palæstina*, p. 106.

n Ζηνόδωρος,] Latronis hujus meminit *Strabo*, l. 16. p. 756. B. & tetrarchiæ ejus Herodi donatæ *Dio* LIV. p. 526. D. ALDR. Notandum, οἶκον Λυσανίου eundem esse ac *Lysaniæ* tetrarchiam vel *Abilenæ*, ut appellat *Lucas*. nam οἶκος *Josepho Aliisque* est *tetrarchia* vel *dominatio*, ut ostendit *Casaubonus* in *Exerc.* contra *Baronium*, p. 239. 240.

o Διέλειπεν] *Lugd. Bat.* Διέλιπεν.

p Εκ τοῦ Τράχωνος] *Al.* ἐκ τῶν Τρ. Verum hæc regio alicubi ὁ Τράχων, alibi Τραχωνῖτις appellatur. HUDS. Εκ τοῦ Τράχωνος *Basil.* SPANH.

q Οὐάῤῥωνα] Ουαῤῥωνα de quo ἀρχ. lib. 15. c. 10. §. 1. Ουάῤῥωνος *Gen.* vel Οάῤῥωνος Varronis *Rufin.* Varronem hunc præsidem interpellabant.

r Αντεπέστελλεν] *Lugd. Bat.* Αντεπέστελλεν.

s Επίτροπον,] Vide *Norisium* in *Cenotaph. Pisan.* p. 290, 306.

t Ετει δεκάτῳ] Ex quo in Syria fuerat Augustus: annus enim iste decimus erat Herodis decimus septimus. *Antt.* XV. c. 11. p. 699. ALDR.

v Εξεῖναι,] *Lugd. Bat.* Εξείη.

x Συμβουλίας,] Συμβουλῆς *Bod.* & *Rost.*

y Επεὶ δὲ τελευτᾷ Ζηνόδωρος, —Γαλιλαίας γῆν ἅπασαν.] At malè Galilæam à Josepho Herodi tribui contendit Harduin. de Nu. Herod. p. 23. Sed nullo fundamento. SPANH.

z Πεντεκαιδεκάτῳ γοῦν ἔτει τῆς βασιλείας,] Cum *Josephus* ipse statim (v. 4.) data opera distinguat inter ἐπισκευάζειν & ἐκ τῶν θεμελίων ἀνοικοδομεῖν, videtur hic aliud omnino intelligere atque narrat *Antt.* l. 15. c. 11. §. 1. qui proinde locus cum hoc non est committendus. Neque vero credibile est Herodem universis 17. annis, quibus urbes locosque pene infinitos exstruxit & exornavit, uni Templo Hierosolymitano nihil quicquam contulisse. Illi igitur multa alias impendit; sed hasce porticus inchoavit anno regni 15. quo donatus est tetrarchia Zenodori: novum vero adytum *à fundamentis exstruere*, quæque illi convenirent cætera adjicere cogitavit, postquam, defuncto Zenodoro, nova illi regio accessit; ut jam de *magnis reditibus promptaque pecunia* jure merito gloriaretur. Ita auctis opibus (ut *Josephus* inquit) etiam animi magnitudo majorem in modum crescebat. Hæc si valeat conjectura, salva res est; sin minus, pro ιε' scribe ιη': regni enim Herodiani duplex Epocha plane nihil est ad hunc rhombum. ALDR. Videsis *Casaubonum* contra *Baronium*, p. 278. &c. *Lud. Capellum* in *Spicileg.* ad *Joannis* c. 3. v. 20. & *Chr. Cellarium*, in *Vindiciis Josephi* contra *Harduinum*, c. 27. HUDS. Vide de hoc loco *Oxon. Not.* seu *Aldrichium*. SPANH.

a Διπλασίαν,] Διπλασίονα *Voss.*

b Περὶ τὸ ἱερὸν,] Επὶ τὸ ἱερὸν *Bod.*

c Γὰρ ἀνῳκοδόμησεν] Ilud γὰρ non agnoscit *Bod.* nec *Rost.*

d Ελαττον.] Ita legendum censui cum *codice Rhedigeriano*, cui consentiunt *Voss.* & *Bod.* antea erat, ἔλαττον. Αντωνίαν ἐκάλεσεν. In *Rufini* versione, *hoc autem, nulla re minus quam regni sedes, largis opibus renovatum, Antoniam* vocavit, quasi legisset, τὸ δὲ ἐπισκευασθὲν πλούτῳ δαψιλεῖ, κατ' οὐδὲν τῶν βασιλείων ἔλαττον, Αντωνίαν ἐκάλεσεν. HUDS.

e Ο Αντωνίαν ἐκάλεσεν,] Quæ à Joanne Hyrcano condita est, & *Baris* appellata. Herodes imperante Antonio instauravit, & *Antoniam* dixit, & anno demum regni sui 15. manum illi ultimam admovit. Vide *Antt.* l. 18. c. 5. §. 4. *Belli* l. 1. c. 5. §. 4. Describitur Antonia *Belli* libro 6. ALDR. Conf. ἁλωσ. l. 1. c. 3. §. 3. SPANH.

f Τὸ γεμὴν] Ita rescripsi pro τό γε μὴν ἑαυτοῦ.

g Εαυτοῦ βασίλειον] Αὐτοῦ in quibusdam *MSS.*

* Non cessavit unquam immittere, &c. *Ruf.*

giam sibi in urbe superiori exstruxisset, duos in ea maximos atque pulcherrimos * œcos, quibus ne templum quidem ipsum ullatenus conferri posset, de amicorum nominibus appellavit; unum quidem Cæsarium, alterum vero Agrippium.

Cæsarium & Agrippium castella.

Samaria muro circumdata, & Sebaste nominata.

2. Verum enimvero non solis tectis memoriam eorum & cognomina circumscripsit, † sed in totas civitates suum erga illos studium sese exporrexit. quippe in regione Samaritide urbem muro pulcherrimo per viginti stadia circumdedit, &, deductis eo sex millibus colonorum, terraque fœcundissima his attributa, in loci conditi meditullio templum Cæsari exstruxit maximum; &, circa illud area sesquistadii relicta, urbem Sebasten nominavit. Eam vero habitantibus dedit, legibus egregiis institutam.

Templum in honorem Augusti apud Panium conditum.

3. Post hæc, cum Cæsaris munificentia Herodi adjecta fuisset altera regio, ille etiam in ipsa templum ei ex candido marmore ad Jordanis fontes posuit. Locus autem iste Panium appellatur: ubi montis quidam vertex in altitudinem immensam attollitur, & in latere ei subjecto specus opacum sese aperit, per quod præcipitium profundum in hiatum abruptum infinitum deprimitur, *adeo ut* & vasto aquarum stagnantium abysso, & demittentibus aliquid ad terram explorandam nulla *mensuræ* longitudo sufficiat. ‡ Speluncæ autem ad radices exteriores scaturiunt fontes: atque hinc, ut quidam putant, oritur Jordanes. Verum *hac de re* accurate aliquid in sequentibus indicabimus.

Jordanis fontes.

Aliæ Herodis munificentiæ & animi erga amicos grati indicia.

4. Rex autem cum apud Hierichunta, inter castellum Cypron & priores domos regias, alias exstruxisset meliores & advenientibus commodiores, de amicorum nominibus *eas* appellavit. In summa, non erat idoneus regni locus, quem honore Cæsaris vacuum reliquerit. Postea vero quam regionem suam templis replevisset, in provinciam quoque honores ejus effudit, & in multis civitatibus * Cæsaria constituit.

Stratonis turris, quæ & Cæsarea, splendide instaurata. Antt. l. 15. c. 9. §. 6.

5. Cum autem & inter maritimas civitates *unam vetustate* tum quidem laborantem animadvertisset, quæ Stratonis turris vocabatur, pro loci vero ex natura commoditate munificentiæ suæ capacem, totam candido lapide reparavit, & splendidissimis ornavit palatiis, qua in re maxime innatam sibi animi magnitudinem demonstravit. Nam Dora inter & Joppen, quibus interjecta & media est hæc urbs, universam oram maritimam contigit adeo importuosam esse, ut omnes qui secundum Phœniciæ loca Ægyptum versus navigarent, in salo fluctuare cogerentur, minas Africi metuentes: cujus etiam flatus mediocris tantos ad scopulos fluctus excitat, ut mare undarum refluxu per aliquantum spatii

σίλειον κατὰ τὴν ἄνω δειμάμενος πόλιν, δύο τοὺς μεγίστους καὶ περικαλλεστάτους οἴκους, οἷς [h] οὐδὲ ναός τις συνεκρίνετο, προσηγόρευσεν ἀπὸ τῶν φίλων, τὸν μὲν Καισάρειον, τὸν δὲ Αγρίππειον.

β'. Αλλὰ γὰρ οὐκ οἴκοις μόνον τὴν μνήμην αὐτῶν καὶ τὰς [i] ἐπικλήσεις περιέγραψε, διέβη δὲ εἰς ὅλας πόλεις αὐτῷ τὸ φιλότιμον. ἐν μέν γε τῇ Σαμαρείτιδι, πόλιν καλλίστῳ περιβόλῳ τειχισάμενος ἐπὶ σταδίους εἴκοσι, καὶ καταγαγὼν ἑξακισχιλίους εἰς αὐτὴν οἰκήτορας, γῆν τε τούτοις προσνείμας λιπαρωτάτην, καὶ ἐν μέσῳ τῷ κτίσματι, ναόν τε ἐνιδρυσάμενος τῷ Καίσαρι μέγιστον, καὶ περὶ αὐτὸν τέμενος ἀποδείξας τριῶν [k] ἥμισυ σταδίων, τὸ ἄστυ [l] Σεβαστὴν [m] ἐκάλεσεν. ἐξαίρετον δὲ τοῖς ἐν αὐτῷ παρέσχεν [n] εὐνομίαν.

γ'. Επὶ τούτοις δωρησαμένου τοῦ Καίσαρος [o] αὐτῷ ἑτέρας [p] προσθέσει χώρας, ὁ δὲ κἀν ταύτῃ ναὸν αὐτῷ [q] λευκῆς μαρμάρου καθιδρύσατο [r] παρὰ τὰς Ιορδάνου πηγάς. [s] καλεῖται δὲ [t] Πάνιον ὁ τόπος. ἔνθα κορυφὴ μὲν τις ὄρους εἰς ἄπειρον ὕψος ἀνατείνεται. παρὰ δὲ τὴν [v] ὑπώρειον λαγόνα, συνηρεφὲς ἄντρον ὑπανοίγεται, δι' οὗ βαραθρώδης κρημνὸς εἰς ἀμέτρητον ἀπορρῶγα βαθύνεται, πλῆθει τε ὕδατος ἀσαλεύτου, καὶ τοῖς καθιμῶσί τι πρὸς ἔρευναν γῆς, οὐδὲν μῆκος ἐξαρκεῖ. τοῦ δὲ ἄντρου κατὰ τὰς ἔξωθεν ῥίζας [x] ἀνατέλλουσιν αἱ πηγαί. καὶ γένεσις μὲν ὡς ἔνιοι δοκοῦσιν ἔνθεν Ιορδάνου. τὸ δὲ ἀκριβὲς ἐν τοῖς ἑξῆς δηλώσομεν.

δ'. Ο δὲ βασιλεὺς καὶ ἐν Ιεριχοῖ μεταξὺ [y] Κύπρου τοῦ Φρουρίου καὶ τῶν προτέρων βασιλείων, [z] ἄλλα κατασκευασάμενος ἀμείνω καὶ χρησιμώτερα πρὸς τὰς ἐπιδημίας, ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὠνόμασε φίλων. [a] καθόλου τε εἰπεῖν, οὐκ ἔστιν ὅν τινα τῆς βασιλείας ἐπιτήδειον τόπον τῆς πρὸς Καίσαρα τιμῆς γυμνὸν εἴασεν. [b] ἐπειδὴ δὲ τὴν ἰδίαν χώραν ἐπλήρωσε ναῶν, εἰς τὴν ἐπαρχίαν αὐτοῦ τὰς τιμὰς ὑπερεξέχεε, καὶ πολλαῖς πόλεσιν ἐνιδρύσατο [c] Καισάρεια.

ε'. Κατιδὼν δὲ κἀν τοῖς παραλίοις πόλιν, ἤδη μὲν κάμνουσαν, Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, διὰ δὲ εὐφυΐαν τοῦ χωρίου δέξασθαι δυναμένην τὸ φιλότιμον αὐτοῦ, πᾶσαν ἀνέκτισε λευκῷ λίθῳ, καὶ [d] λαμπροτάτοις ἐκόσμησε βασιλείοις, ἐν ᾗ μάλιστα τὸ φύσει μεγαλόνουν ἐπεδείξατο. [e] μεταξὺ γὰρ Δώρων καὶ Ιόππης, ὧν ἡ πόλις μέση κεῖται, πᾶσαν εἶναι συμβέβηκε τὴν παραλίαν ἀλίμενον, ὡς πάντα τὸν τὴν Φοινίκην [f] ἐπ' Αἴγυπτον παραπλέοντα σαλεύειν ἐν πελάγει, διὰ τὴν ἐκ λιβὸς ἀπειλήν. ᾧ καὶ [g] μετρίως ἐπαυρίζοντι τηλικοῦτον ἐγείρεται κῦμα πρὸς ταῖς πέτραις, ὥς τε τὴν ὑποστροφὴν τοῦ κύματος ἐπὶ πλεῖστον ἐξαγριοῦν τὴν θάλασσαν. ἀλλ' ὁ βασιλεὺς

h Οὐδὲ ναός] *Lugd. Bat.* Οὐδ' ὁ.

i Επικλήσεις] Ita *MSS.* κλήσεις *Bas.* & *Gen.* Huds. Επικλήσεις *MSS.* & *Oxon.* Spanh.

k Ημισυ σταδίων,] Ita emendavimus ex optimo *Cod. Lugd. Bat.* in reliquis ἡμισταδίων. Hav.

l Σεβαστὴν] Samaria urbs ab Herode Σεβαστὴ dicta *Antt.* l. 13. c. 10. §. 2. Conf. & sup. c. 2. §. 7. Spanh.

m Εκάλεσεν.] *Lugd. Bat.* Επεκάλεσεν.

n Εὐνομίαν.] Ita lego & distinguo. prius erat in *Edit. Bas.* εὐνομίαν, ἐπὶ τούτοις δ. τ. κ. α. ἑ. π. χώραν. ὁ δὲ &c. aliter *Gen.* εὐνομίαν. ἐπὶ τούτοις δ. τ. κ. α. ἑ. π. χώραν. ὁ δὲ &c. in *Cod. Bod.* εὐνομίαν, ἐπὶ τούτοις δωρησαμένου τοῦ Καίσαρος ἑτέραν πρόσθεσιν χώρας.

o Αὐτὸν] Abest a *Rost.*

p Προσθέσει] *Cas.* Πρόσθεσιν.

q Λευκῆς μαρμάρου] Λευκοῖς μαρμάροις *Bod.* & *Rost.* qui legit αὐτῆς ἐν τοῖς, &c.

r Παρὰ τὰς Ιορδάνου πηγάς.] Conf. *Antt.* lib. 15. c. 10. §. 3. Spanh.

s Καλεῖται δὲ] Conf. Ant. Jud. lib. 8. c. 8. §. 4. Spanh.

t Πάνιον ὁ τόπος.] Πάνειον *Bod.* Vide ad l. 15. c. 10. §. 4.

v Υπώρειον λαγόνα,] Ita *Voss.* 2. *Big.* & *Bod.* ὑπώριον *Bas.* & *Gen.* ὑπώρειαν in *aliis.* Huds. Υπώρειαν λαγόνα *Voss.* ὑπώριον. *Big. Bod. Ox.* Spanh.

x Ανατέλλουσιν] *Rost.* Αναστέλλουσιν.

y Κύπρου τοῦ Φρουρίου] De hoc Κύπρῳ Castello supra Hierichuntem ἀρχ. l. 16. c. 5. §. 2. & infr. §. 9. Spanh.

z Αλλα] Αλλα *MSS.* & *Ox.* Spanh.

a Καθόλου τε εἰπεῖν] Ita cum *Big. Lugd. Bat.* & *Rost.* & *Bod.* καθόλον in *cæteris.* Huds. Καθόλου *Big. Bod. Ox.* Spanh.

b Επειδὴ δὲ] Επεὶ δὲ *Voss.*

c Καισάρεια.] Ita lego ex *Rufini* libris. Καίσαρα in *Græcis* omnibus. Huds. *Gen.* Καίσαρα. F. Καισάρεια. *Rufin.* Cæsaria. Spanh.

d Λαμπροτάτοις] *Rost.* Λαμπρότατα.

e Μεταξὺ γὰρ Δώρων——ἀλίμενον,] Ora importuosa Phœniciæ inter Dora & Joppen, conf. *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. Ubi Cæsarea inter Dora & Joppen in Phœnice dicitur sita, ab aliis in Palæstina. Flavia eadem in Nummis dicta à Flaviorum temporibus. Hæc de Cæsareæ situ à Josepho adscripta redarguit Harduin. de Num. Herod. p. 28. Spanh.

f Επ' Αἴγυπτον] Επ' Αἰγύπτου *Bod. Busb.* & *Rhed.* Αιγύπτου *Bod.* Spanh.

g Μετρίως ἐπαυρίζοντι] *Rost.* Μετρίως σάλῳ προσγινομένῳ.

* De hac voce videsis *Vitruvium.*

† Sed in totas civitates studium liberalitatis extendit, *Ruf.*

‡ Foris autem è speluncæ radicibus oriuntur fontes, *Ruf.*

* *Sc.* templa quæ Cæsaria vocantur, *prout vertit Rufinus.*

h Φιλο-

λεὺς τοῖς ἀναλώμασι, καὶ τῇ [h] φιλοτιμίᾳ νικήσας τὴν φύσιν, [i] μείζονα μὲν τοῦ Πειραιέως λιμένα κατεσκεύασεν· ἐν δὲ τοῖς μυχοῖς αὐτοῦ, βαθεῖς ὅρμους ἑτέρους.

ϛʹ. Καθάπαν δὲ ἔχων ἀντιπράττοντα τὸν τόπον, ἐφιλονείκησε πρὸς τὴν δυσχέρειαν, ὡς τὴν μὲν ὀχυρότητα τῆς δομήσεως δυσάλωτον εἶναι τῇ θαλάσσῃ, τὸ δὲ κάλλος ὡς ἐπὶ μηδενὶ δυσκόλῳ κεκοσμῆσθαι. συμμετρησάμενος γὰρ ὅσον εἰρήκαμεν τῷ λιμένι μέγεθος, καθίει λίθους ἐπ᾽ ὀργυίας εἴκοσιν εἰς τὸ πέλαγος, ὧν ἦσαν οἱ πλεῖστοι, μῆκος ποδῶν πεντήκοντα, βάθος ἐννέα, [k] εὖρος [l] δέκα, τινὲς δὲ καὶ μείζους. ἐπεὶ δὲ ἀνεπληρώθη τὸ βάθος, οὕτως ἤδη τὸ ὑπερέχον τοῦ πελάγους τεῖχος ἐπὶ διακοσίους πόδας ηὐρύνετο. ὧν οἱ [m] μὲν ἑκατὸν [n] προυδεδόμηντο πρὸς τὴν ἀνακοπὴν τοῦ κύματος, [o] προκυμαία γοῦν ἐκλήθη· τὸ δὲ λοιπὸν ὑπόκειται τῷ περιθέοντι λιθίνῳ τείχει. τοῦτο δὲ πύργοις [p] διείληπται μεγίστοις, ὧν ὁ προὔχων καὶ περικαλλέστατος ἀπὸ τοῦ Καίσαρος προγόνου, [q] Δρυσίων κέκληται.

ζʹ. Ψαλίδες δὲ πυκναὶ πρὸς καταγωγὴν τῶν ἐνορμιζομένων· καὶ τὸ πρὸ αὐτῶν πᾶν [r] κύκλῳ νάγμα, τοῖς ἀποβαίνουσι πλατὺς περίπατος. ὁ δὲ [s] εἴσπλους βόρειος, [t] αἰθριώτατος γὰρ ἀνέμων [v] τῷ τόπῳ βορέας, καὶ ἐπὶ τοῦ στόματος [x] κολοσσοὶ τρεῖς ἑκατέρωθεν ὑπεστηριγμένοι κίοσιν, ὧν τοὺς μὲν ἐκ λαιᾶς χειρὸς εἰσπλεόντος [y] πύργος ναστὸς ἀνέχει, τοὺς δὲ ἐκ [z] δεξιοῦ δύο ὀρθοὶ λίθοι συνεζευγμένοι, τοῦ κατὰ θάτερον χεῖλος πύργου [a] μείζονες. προσεχεῖς δὲ οἰκίαι τῷ λιμένι, λευκοῦ καὶ αὐταὶ λίθου, καὶ κατατείνοντες ἐπ᾽ αὐτὸν οἱ στενωποὶ τοῦ ἄστεος, πρὸς ἓν διάστημα [b] μεμετρημένοι. καὶ τοῦ στόματος ἄντικρυς [c] ναὸς Καίσαρος ἐπὶ γηλόφου, κάλλει καὶ μεγέθει διάφορος· ἐν δὲ αὐτῷ κολοσσὸς Καίσαρος, οὐκ ἀποδέων [d] τοῦ Ολυμπιάσι Διός, ᾧ καὶ προσείκασται, [e] Ῥώμης δὲ ἴσος Ηρᾳ τῇ κατ᾽ Αργος. ἀνέθηκε δὲ τῇ μὲν ἐπαρχίᾳ τὴν πόλιν, τοῖς ταύτῃ δὲ πλοϊζομένοις τὸν λιμένα, Καίσαρι δὲ τὴν τιμὴν τοῦ κτίσματος· [f] Καισάρειαν γοῦν ὠνόμασεν αὐτήν.

vehementius agitaretur. Sed rex, cum sumptibus & liberalitate naturam vicisset, portum Piræeo majorem fecit, ejusque in recessibus alias *navibus* stationes *admodum* profundas.

6. Et quanquam totus ei locus adversabatur, tamen ita cum difficultate *rei* colluctatus est, ut structuræ quidem firmitas mari esset inexpugnabilis, pulchritudo vero *tanta* quasi in opere ornando nihil *arduum* fuisset *&* impeditum. Commensus enim quantum diximus portui spatium, saxa in viginti ulnarum pelagus demittit, quorum pleraque ad pedes quinquaginta longitudine, altitudine novem, *&* latitudine decem, nonnulla vero etiam majora. Postquam autem profundum adimpletum esset, tum murum *paululum* jam supra mare exstantem in ducentos pedes dilatavit. quorum centum quidem ad fluctus frangendos repellendosque præstructi erant, unde procymatia dicebatur: reliquum vero subjectum erat muro lapideo portui circundato. Hoc autem turribus maximis distinctum erat; quarum quæ eminebat & speciosissima erat, à Druso privigno Cæsaris Drusium cognominata est.

Portu amplissimo aucta. Antt. l. 15. c. 9. §. 6.

Turris à Druso nominata. Antt. l. 15. c. 9. §. 6.

7. Crebri autem fornices *erant*, * appellentibus diversoria; præque illis omnis in circuitu planities, exscendentibus locus erat amplus ad inambulandum. aditus etiam borealis *erat*, ventorum enim pro situ loci placidissimus est boreas, atque ad ostium colossi tres ex utraque parte, suffulti columnis, quos à sinistra quidem portum intrantibus solida turris sustinet, à dextra vero duo recti lapides conjuncti, turri ex adverso labro majores. Portui autem ædes connexæ *erant*, ipsæque è saxo candido, & in eum tendebant civitatis angiportus pari intervallo à se invicem disjuncti. Contra ostium vero in tumulo Cæsaris templum, pulchritudine simul & magnitudine excellens; atque in eo Cæsaris colossus, non minor Jovis apud Olympiam, cujus ad exemplar factus est, Romæ vero *alter* par Junoni quæ Argis est. Urbem autem provinciæ dedicavit, portum vero illac navigantibus, Cæsari autem structuræ honorem; unde *urbem* ipsam Cæsaream appellavit.

Portus Cæsareensis ulterior descriptio. Antt. l. 15. c. 9. §. 6.

Augusti & Romæ statua. Antt. l. 15. c. 9. §. 6.

8. Quin-

[h] Φιλοτιμίᾳ] *Rost.* Φιλονεικίᾳ quod quoque haud est spernendum. HAV.

[i] Μείζονα μὲν τοῦ Πειραιέως] Μέγεθος μὲν κατὰ τὸν Πειραιᾶ in *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. Hunc *Sebastum* dixit in honorem Cæsaris, *Antt.* l. 17. c. 5. §. 1. & ad Piræei exemplum ita construxit, ut singula in eo visenda tam materia quam opere superaret. Id constabit conferenti cum *Josepho* quæ de Piræeo passim *Thucydides*, & *Pausanias* in *Atticis* retulit. ALDR. Cæsareæ major Piræeo portus Σεβαστὸς dictus. *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. & l. 17. c. 5. §. 1. Item infr. c. 31. §. 3. ubi *Ox.* Σεβαστὸν *Gen.* malè Σεβαστήν. SPANH.

[k] Εὖρος] *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. Οὐκ ἔλαττον δεκαοκτώ. SPANH.

[l] Δέκα,] Οὐκ ἔλαττον ιη´. *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6.

[m] Μὲν ἑκατὸν] Illud μὲν è *MSS.*

[n] Προυδεδόμηντο] Ita cum quibusdam *MSS.* & *Rufino.* προσεδεδόμηντο in *Editis Aliisque.*

[o] Προκυμαία] Ita scribo, monente *Aldrichio.* προκυμία in *libris*, προκυμάτια in *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. HUDS. *Gen. Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. Προκυματία, hîc verò προκυμία vel προκυμαία. *Ox.* moles opposita fluctibus. SPANH.

[p] Διείληπται μεγίστοις,] Ita & *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. περιείληπται *Busb.*

„ quo acerbam servituri essent servitutem. Archelaum quippe, tanti tyranni filium, patre mortuo regem sine mora appellasse, & una cum eo mortem Herodis luxisse, simulque ut is succederet vota nuncupasse. illum vero, quasi veritus esset ne germanus Herodis filius non haberetur, civium trium millium cæde regno prælusisse; & tot quidem victimas pro regno immolasse, tot vero cadaveribus in festo solenni templum implevisse. Recte igitur eos, qui è tantis malis evasissent, aliquando ad calamitates suas respexisse, & belli lege cupere vulneribus excipiendis ora præbere, atque ab Romanis precari, ut Judææ reliquias misericordia dignarentur, & quod ex illis supersit crudeliter eos lacerantibus non objicerent; sed regionem illorum, Syriæ contributam, à præsidibus Romanis regi sinerent. ita enim perspicuum fore *Judæos*, quos nunc seditiosos esse ac belli cupidos calumniantur, nosse moderatum ferre imperium". Et hujusmodi quidem petitione accusationem clauserunt Judæi. Cum autem *contra* surrexisset Nicolaus, quæ regibus objecerant *facile* diluit, gentem vero accusabat, quod difficulter imperio regeretur, atque ita à natura facta esset ut ægre regibus obsequium præstaret: porroque Archelai propinquos, qui ad accusatores defecerant, criminis insimulabat.

Nicolaus quæ facta essent ab Herode & Archelao excusat. Antt. l. 17. c. 13. §. 2.

5. Et tunc quidem Cæsar, auditis quæ utrinque dicerentur, dimisit concilium. Paucis autem post diebus Archelao quidem dat regni *Herodis* dimidium cum ethnarchæ nomine, ipsum etiam regem, si se dignum *eo honore* præstitisset, facturum esse pollicitus; reliquum vero dimidium, in duas tetrarchias divisum, duobus aliis Herodis filiis tribuit, unam Philippo, alteram Antipæ, qui cum Archelao de regno contendebat. Et huic quidem in ditionem cedebat Peræa, & Galilæa; *quarum* reditus ducenta talenta: & Philippo subjiciebantur Batanæa & Trachon, & Auranitis & partes quædam domus Zenonis circa Jamniam, quæ talenta centum reddebant. Archelai vero ad ethnarchiam pertinebant & Idumæa & Judæa omnis, & Samaria, quarta tributorum parte * levata, honoris ergo quod cum aliis non defecerat. Civitates etiam, quibus imperaret, accipiebat, & Stratonis turrim, & Sebasten, & Joppen, & Hierosolyma. Nam Græcas, Gazam & Gadara & Hippon, regno avulsas, Syriæ adjunxit

Quomodo Cæsar regnum Herodis ejusque facultates dividit. Antt. l. 17. c. 13. §. 4.

g Βασιλέα τε] *Rost.* Βασιλέα τε εἰπεῖν ἑτοίμως, καὶ συμπαθῆσαι.

h Προσώπου] Πρόσωπον *Bod.* & *Rost.*

i Σπαράσσουσι,] Ita *Big.* & *Ruf.* πράσσουσι in *cæteris.*

k Ἰδίοις] *Rost.* Οἰκείοις.

l Ἑκατέρων,] Ἀμφοτέρων *Bod.* & *Rost.*

m Τὸ—βασιλείας] Τὸ μὲν ἥμισυ τῆς βασ. *MS. Lips.* SPANH. *Tacit. Hist. V.* 9. Gentem coërcitam liberi Herodis tripartito rexere. *Strabo.* lib. 16. p. 765. A. Τῶν δὲ υἱῶν τοὺς μὲν αὐτὸς ἀνεῖλεν ὡς ἐπιβουλεύσαντας αὐτῷ, τοὺς δὲ τελευτῶν διαδόχους ἀπέλιπε μερίδας αὐτοῖς ἀποδούς. Καῖσαρ δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς ἐτίμησε τοῦ Ἡρώδου, καὶ τὴν ἀδελφὴν Σαλώμην καὶ τὴν ταύτης θυγατέρα Βερενίκην. ALDR.

n Ἐθνάρχην] Ἀρχέλαος Ἐθνάρχης. ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. ipsum malè Ἐθνάρχην dici à *Josepho*, qui Rex fuerit ab *Augusto* declaratus, contendit *Harduin. de numm. Herod.* p. 24. SPANH.

o Δύο τετραρχίας,] Antipæ & Philippi Tetrarchiæ ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. SPANH.

p Ἀντίπᾳ] Antipas idem, qui Herodes ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. & infr. c. 9. §. 1. Ἡρώδης ὁ κληθεὶς Ἀντίπας. Hinc *Herodes* passim infra dictus, non *Antipas* & ἀρχ. lib. 18. c. 2. §. 1. & c. 6. §. 1. ut c. 8. §. 1. SPANH.

q Τράχων,] Τραχωνῖτις in *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4.

r Αὐρανῖτις] *Lugd. Bat.* Αὐρανίτης.

s Ζήνωνος οἴκου] In *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4. Ζηνοδώρου οἶκος, *Zenodori domus*, quæ antea dicta erat *Lysaniæ domus*, ut constat ex *Antt.* lib. 15. c. 10. §. 1. Cumque subjicit *Josephus* καὶ τὰ περὶ Ἰάμνιαν, nota præter duas Jamnias *Plinii*, etiam tertiam fuisse ἐν τῇ ἄνω Γαλιλαίᾳ cujus meminit *Josephus* in *Vita sua*, §. 37. quamque hic intelligit. ALDR. Ζηνοδώρου ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. & ἁλωσ. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

t Τὰ περὶ Ἰάμνιαν,] Est qui malit καὶ τὰ περὶ Ἰάμνιαν.

v Ἐτέτακτο.] Ἐτέτακτο *Big.* SPANH.

x Κεκουφισμένη] Idem valet hoc loco κεκουφισμένη quod κεκουφισμένοι, ut notavit Cl. *Aldrichius*, conferendo *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4.

y Ἰόππην,] Ita in omnibus *MSS.* & *Ruf.* cum *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4. Ἵππον in *Impressis.* ALDR. Ἵππον *Gen.* Ἰόππην ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. & *MS.* SPANH.

z Ἱεροσόλυμα.] Nisi me fallit conjectura, legendum Ἀνθηδόνα. Quippe cur *Josephus* hoc loco septem hasce civitates, nec plures, nec alias nominet, nulla potior occurrit ratio, quam quod easdem olim Augustus Herodis regno adjecisset; at nunc volebat quatuor Archelai Ethnarchiæ, tres reliquas provinciæ Syriæ contribui. Vide *Belli*, l. 1. c. 20. §. 4. Has tres *Josephus* Ἑλληνίδας πόλεις vocat; h. e. in quibus Ἕλληνες numero & auctoritate præpollebant Judæis, quæque institutis utebantur Ἑλληνικοῖς. Notum vero omnes incircumcisos cujuscunque demum gentis à Judæis Ἕλληνας appellari. ALDR. Pro τετρακοσίων in *Not. Ox.* Ἀνθηδόνα. Verum Ἱεροσόλυμα & in ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. SPANH.

a Τὰς γὰρ Ἑλληνίδας,] *Lugd. Bat.* Male τὰς γὰρ Ἑλληνίδος.

b Ἵππον,] Ita *Big. Voss.* lib. 17. c. 13. §. 4. *Ruf.* & *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4. Ἰόππην in *cæteris.* ut & in *Rost.* ALDR. Vid. ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. Male vero Ἰόππη. Ἵππον pro Ἰόππην. *Big. Voss. Ruf.* SPANH.

c Ἀποτεμνόμενος] Ἀποτεμνόμενος *Lugd. Bat.*

* *Aldrichius* malit *levatas*, & mox *defecerant*.

Cæsaris erga Salomen liberalitas. Antt. l. 17. c. 13. §. 5.

junxit *Cæsar*. Archelao autem ex regione sibi data *quotannis* redibant quadringenta talenta. At Salome, præter illa quæ rex testamento suo ei legaverat, & Jamniæ & Azoti & Phasaëlidis domina facta est: eidemque regias etiam in Ascalone largitur Cæsar. ex quibus omnibus *annui* sexaginta talentorum reditus colligebantur. domum vero ejus Archelai ethnarchiæ subdidit. Quin & cæteris ex Herodis progenie reddita erant legata, prout testamento relicta erant. Duabus autem filiabus ejus virginibus dat Cæsar, extra ea quæ pater legaverat, quingenta millia argenti *signati*: easque nuptum collocavit Pheroræ filiis. Immo, diviso *regis* patrimonio, eis distribuit mille talenta ipsi ab Herode dono relicta; parvi pretii nonnullis ex regia supellectile sibimet reservatis, in honorem defuncti.

Herodis duæ filiæ virgines Pheroræ filiis elocatæ. Antt. l. 17. c. 13. §. 5.

σοδος δὲ ἦν τῆς Ἀρχελάῳ δοθείσης χώρας, [d] τετρακοσίων ταλάντων. Σαλώμη δὲ, πρὸς οἷς ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς διαθήκαις καταλέλοιπεν, [e] Ιαμνίας τε καὶ Αζώτου καὶ Φασαηλίδος ἀποδείκνυται δεσπότις· χαρίζεται δὲ αὐτῇ Καῖσαρ καὶ τὰ ἐν Ασκάλωνι βασίλεια. συνήγετο δὲ ἐκ πάντων ἑξήκοντα προσόδου τάλαντα. τὸν δὲ οἶκον αὐτῆς ὑπὸ τὴν Αρχελάου [f] ἐθναρχίαν ἔταξε. τῶν δὲ ἄλλης Ηρώδου γενεᾶς ἕκαστος τὸ καταλειφθὲν ἐν ταῖς διαθήκαις ἐκομίζετο. [g] δυσὶ δὲ αὐτοῦ θυγατράσι παρθένοις Καῖσαρ ἔξωθεν χαρίζεται [h] πεντήκοντα μυριάδας ἀργυρίου, καὶ [i] συνῴκισεν αὐτὰς τοῖς Φερώρα παισί. μετὰ δὲ τὸν οἶκον, ἐπιδιένειμεν αὐτοῖς τὴν αὐτῷ καταλειφθεῖσαν ὑφ' Ηρώδου δωρεὰν, οὖσαν [k] χιλίων ταλάντων, εὐτελῆ τινα τῶν κειμηλίων εἰς τὴν τοῦ κατοιχομένου [l] τιμὴν ἐξελόμενος.

V.

CAP. VII.

Historia de Pseudalexandro. Relegatur Archelaus, moritur Glaphyra; uterque per quietem præmonitus.

ΚΕΦ. ζʹ.

Ιστορία περὶ Ψευδαλεξάνδρου. Φυγαδεύεται Αρχέλαος, καὶ τελευτᾷ Γλαφύρα· ὀνείρῳ τοῦ μέλλοντος ἀμφοτέροις δηλωθέντος.

Pseudalexander unde. Antt. l. 17. c. 14. §. 1.

INterea juvenis quidam, genere Judæus, Sidone educatus apud quendam Romani civis libertum, formæ similitudine semet Alexandrum esse mentitus ab Herode occisum, Romam veniebat, fore sperans ut non detegeretur. Ipsi autem adjutor erat homo ejusdem tribûs, sciens omnium quæ ad regnum pertinerent, à quo instructus asseverabat, quod ii qui missi erant ad se & Aristobulum occidendum misericordia commoti ipsos surripuerint, similibus subditis corporibus. Itaque cum istis decepisset Judæos in Creta degentes, & splendidum nactus esset commeatum, in Melum navigavit: ubi cum multo plus in *viaticum* collegisset, quod res admodum credibilis videretur, hospitibus etiam suis persuasit ut Romam secum navigarent. Cum autem appulsus esset Dicæarchiam, & dona quam plurima ab istius loci Judæis accipit, & tanquam rex à paternis amicis deducebatur. Tantum enim fidei conciliaverat formæ similitudo, ut qui Alexandrum viderant planeque noverant, hunc eum esse jurarent. Porro Judæi Romæ degentes omnes ad eum visendum se effuderunt, & ingens hominum multitudo vias, per quas ferebatur, obsidebat. nam eo quidem dementiæ processerunt Melii, ut illum & sella portarent, suisque sumptibus cultum & apparatum regium *ei* suppeditarent.

Judæis imponit. Ibid.

Fraudem suspicatur Cæsar, eumque accersit. Antt. l. 17. c. 14. §. 2.

2. Cæsar autem, ut qui perfecte norit Alexandri oris lineamenta, (accusatus enim apud eum fuerat ab Herode) perspiciebat quidem, priusquam hominem videret, similitudinis fallaciam, aliquid vero fi-

[m] ΚΑΝ τούτῳ νεανίας τὶς, Ιουδαῖος μὲν τὸ γένος, τραφεὶς δ' ἐν Σιδῶνι παρά τινι τῶν Ρωμαϊκῶν ἀπελευθέρων, δι' ὁμοιότητα μορφῆς ψευδόμενος ἑαυτὸν Αλέξανδρον τὸν ἀναιρεθέντα ὑφ' Ηρώδου, καὶ ἐλπίδα τοῦ λήσειν, [n] ἧκεν εἰς Ρώμην. συνεργὸς δ' ἦν τις ὁμόφυλος αὐτῷ [o] πάντα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν ἐπιστάμενος, ὑφ' οὗ διδαχθεὶς ἔλεγεν, ὡς οἱ πεμφθέντες ἐπὶ τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ τε καὶ Αριστοβούλου, δι' οἶκτον ἐκκλέψειαν αὐτοὺς ὁμοίων ὑποβολῇ σωμάτων. τούτοις γοῦν [p] τοὺς ἐν Κρήτῃ Ιουδαίους ἐξαπατήσας, καὶ λαμπρῶς ἐφοδιασθεὶς, διέπλευσεν εἰς Μῆλον. ἔνθα συναγείρας πολλῷ πλέον δι' ὑπερβολὴν ἀξιοπιστίας, ἀνέπεισε καὶ τοὺς ἰδιοξένους εἰς Ρώμην αὐτῷ συνεκπλεῦσαι. καταχθεὶς δὲ εἰς Δικαιαρχίαν, δῶρα τε παμπληθῆ παρὰ τῶν ἐκεῖ Ιουδαίων λαμβάνει, καὶ καθάπερ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν πατρῴων προεπέμφθη φίλων. προεληλύθει δ' εἰς τοσοῦτον πίστεως τὸ τῆς μορφῆς ὅμοιον, ὥστε τοὺς ἑωρακότας Αλέξανδρον, καὶ σαφῶς ἐπισταμένους, διόμνυσθαι τοῦτον εἶναι. τό γε μὴν Ιουδαϊκὸν ἐν Ρώμῃ πᾶν ἐξεχύθη πρὸς τὴν θέαν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος ἄπειρον ἦν περὶ τοὺς στενωποὺς, δι' ὧν κομίζοιτο. καὶ γὰρ δὴ προῆλθον εἰς τοσοῦτον φρενοβλαβείας [q] οἱ Μήλιοι, ὥστε φορείῳ τε αὐτὸν κομίζειν, καὶ θεραπείαν βασιλικὴν ἰδίοις παρασχεῖν ἀναλώμασι.

βʹ. Καῖσαρ δὲ γινώσκων ἀκριβῶς τοὺς Αλεξάνδρου χαρακτῆρας, κατηγόρητο γὰρ ὑφ' Ηρώδου παρ' αὐτῷ, συνεώρα μὲν καὶ πρὶν ἰδεῖν τὸν ἄνθρωπον τὴν τῆς ὁμοιότητος ἀπάτην, διδοὺς δέ τι καὶ πίστεως ταῖς ἱλαρ-

d Τετρακοσίων ταλάντων.] Εξακοσίων in *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4. ut & apud *Zonaram*. quæ quidem lectio est minus probabilis, quando regni tantum semissis Archelao cessit. ALDR. Pro τετρακοσίων ταλάντων ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. τάλαντα ἑξακόσια. & hæc lectio præfertur in *Not. Ox.* quod dimidiam tantum regni Herodis partem haberet Archelaus. SPANH.

e Ιαμνίας τε καὶ Αζώτου] Merito dubitatur utrum hæc sit genuina lectio, nam & has tres urbes sorori legavit Herodes, *Antt.* lib. 17. c. 8. §. 1. Emendatius certe loquitur *Josephus* in *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4. Σαλώμη δὲ πρὸς οἷς ὁ ἀδελφὸς ἐν ταῖς διαθήκαις ἀπονέμει. Ιάμνια δ' ἦν ταῦτα καὶ Αζωτος καὶ Φασάηλις καὶ ἀργυρίου ἐπισήμου μυριάδες πεντήκοντα. Καῖσαρ χαρίζεται καὶ τὴν ἐν Ασκάλωνι βασίλειον οἴκησιν. ALDR.

f Εθναρχίαν ἔταξε.] Ita rescripsi auctoritate *Rufini*. antea perperam τοπαρχίαν. nam Ethnarchia Archelai plures Toparchias complectebatur.

g Δυσὶ δὲ αὐτοῦ] Conf. *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 5. SPANH.

h Πεντήκοντα—ἀργυρίου,] Id est, μυριάδας ἀνὰ πέντε καὶ εἴκοσι, prout in *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 5.

i Συνῴκισεν—παισί.] Conf. *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 5. SPANH.

k Χιλίων ταλάντων,] Πεντακοσίων καὶ χιλίων in *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 5. connumerato quod & Liviæ donarat Herodes, *Antt.* lib. 17. c. 8. §. 1. ALDR. Αρχ. lib. 17. c. 13. §. 5. Πεντακοσίων ταλάντων χιλίων, nempe additis 500 Talentis Liviæ datis, de quibus ἀρχ. lib. 17. c. 8. §. 1. ubi *Josephum* se non prodere accurationis omnis scriptorem, quod *Juliæ* nomen ibi pro *Livia* habeat, contendit *Harduinus de Num. Herod.* p. 32. sed frustra. Quamvis enim ita demum *Julia* post obitum Augusti sit dicta, idem nomen potuit ibi à *Josepho* designari. vid. *Not. Ox.* SPANH.

l Τιμὴν ἐξελόμενος.] Si quis μνήμην malit, per me licet.

m Καν—ἀπελευθέρων,] Vid. *Antt.* lib. 17. c. 14. §. 1. SPANH.

n Ηκεν] *Rost.* Ηλθεν.

o Πάντα—ἐπιστάμενος,] Εμπειρος τῶν ἀμφὶ τὸ βασίλειον in *Antt.* lib. 17. c. 15. §. 1.

p Τοὺς—ἐξαπατήσας,] Judæi in Creta ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 1. SPANH.

q Οἱ Μήλιοι,] *Gen. Tanta enim dementia mentis ceperat, ista Melios.* SPANH.

τέραις ἐλπίσι, Κέλαδόν τινα πέμπει τῶν σαφῶς ἐπισταμένων Ἀλέξανδρον, κελεύσας ἀγαγεῖν αὐτῷ τὸν νεανίσκον. ὁ δὲ, ὡς εἶδεν, ἐτεκμήρατο μὲν τάχιστα καὶ τὰς διαφορὰς τοῦ προσώπου· τὸ δὲ ὅλον σῶμα σκληρότερόν τε καὶ δουλοφανὲς καταμαθὼν, ἐνόησε πᾶν τὸ σύνταγμα. πάνυ δὲ αὐτὸν παρώξυνεν ἡ τόλμα τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων. τοῖς γὰρ πυνθανομένοις περὶ Ἀριστοβούλου, σώζεσθαι μὲν κἀκεῖνον ἔλεγεν, ἀπολελεῖφθαι δ' ἐπίτηδες [r] ἐν Κύπρῳ τὰς ἐπιβουλὰς φυλασσόμενον· ἧττον γὰρ ἐπιχειρεῖσθαι διεζευγμένους. ἀπολαβόμενος δὲ αὐτὸν κατ' ἰδίαν, μισθὸν ἔφη παρὰ Καίσαρος ἔχειν τὸ ζῆν, τοῦ μηνῦσαι τὸν ἀναπείσαντά σε [s] πλάσασθαι τηλικαῦτα. [t] κἀκεῖνος, αὐτῷ δηλώσειν εἰπὼν, ἕπεται πρὸς Καίσαρα, καὶ τὸν Ἰουδαῖον ἐνδείκνυται, καταχρησάμενον αὐτοῦ [v] τῇ ὁμοιότητι πρὸς ἐργασίαν. τοσαῦτα γὰρ εἰληφέναι δῶρα καθ' ἑκάστην πόλιν, ὅσα ζῶν Ἀλέξανδρος οὐκ ἔλαβε. γελάσας δὲ Καῖσαρ ἐπὶ τούτοις, τὸν μὲν Ψευδαλέξανδρον διὰ εὐεξίαν σώματος ἐγκατέταξε τοῖς ἐρέταις, τὸν ἀναπείσαντα δὲ ἐκέλευσεν ἀναιρεθῆναι. Μηλίοις δὲ ἤρκεσεν ἐπιτίμιον τῆς ἀνοίας τὰ ἀναλώματα.

γʹ. [x] Παραλαβὼν δὲ τὴν ἐθναρχίαν Ἀρχέλαος, καὶ [y] κατὰ μνήμην τῶν πάλαι [z] διαφορῶν, οὐ μόνον Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ Σαμαρεῦσι χρησάμενος ὠμῶς, [a] πρεσβευσαμένων ἑκατέρων [b] κατ' αὐτοῦ πρὸς Καίσαρα, ἔτει τῆς ἀρχῆς [c] ἐννάτῳ [d] φυγαδεύεται μὲν εἰς Βίενναν πόλιν τῆς Γαλατίας αὐτὸς, ἡ οὐσία δ' αὐτοῦ τοῖς Καίσαρος θησαυροῖς ἐγκατατάσσεται. πρὶν κληθῆναι δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ὄναρ ἰδεῖν φασι τοιόνδε. ἔδοξεν ὁρᾶν στάχυς [e] ἐννέα, πλήρεις καὶ μεγάλους, ὑπὸ βοῶν καταβιβρωσκομένους. μεταπεμψάμενος δὲ τοὺς μάντεις καὶ τῶν [f] Χαλδαίων τινὰς, ἐπυνθάνετο τί σημαίνειν δοκοῖεν. ἄλλων δὲ ἄλλως ἐξηγουμένων, Σίμων τις Ἐσσαῖος τὸ γένος ἔφη. „ [g] τοὺς μὲν στάχυς, ἐνιαυτοὺς „ νομίζειν, τοὺς δὲ βοῦς, μεταβολὰς πραγμάτων, διὰ „ τὸ τὴν χώραν ἀροτριῶντας ἀλλάσσειν. ὥστε [h] βασι- „ λεύσειν μὲν αὐτὸν τὸν τῶν σταχύων ἀριθμὸν, ἐν ποικίλαις „ δὲ πραγμάτων μεταβολαῖς γενόμενον τελευτήσειν.” ταῦτα ἀκούσας Ἀρχέλαος, μετὰ πέντε ἡμέρας, ἐπὶ τὴν δίκην μετεκλήθη.

dei tribuere volens lætiori de eo conceptæ spei, Celadum quendam, unum ex iis qui Alexandrum probe nosceret, mitti jubet, ut Alexandrum sibi *in conspectum* adduceret. Atque ille, eo viso, statim quidem conjectura deprehendit personæ diversitatem: at cum totum corpus animadvertisset, & duritiam ejus habitumque servilem, commentum omne intellexit. Valde autem eum commoverunt, quæ tanta cum fiducia dicere ausus est. nam cum de Aristobulo interrogaretur, salvum quidem illum esse respondebat, Cypri vero de industria relictum esse, ut sibi ab insidiis caveret. difficilius enim disjunctos posse apprehendi. Cum autem eum paululum seduxisset Cæsar, ei dixit, vitam in præmium fore, si illius indicium fecerit, qui ei persuaserit ejusmodi res comminisci. Atque ille se indicaturum esse pollicitus est, & Cæsarem sequutus ad eum accedit, atque Judæum * *ei* ostendit, qui formæ suæ similitudine ad quæstum abusus est. tanta enim dona à civitatibus cum singulis accepisse, quanta vivus Alexander non consequutus fuisset. Cum autem ad ista risisset Cæsar, Pseudalexandrum quidem propter habitudinem corporis remigum ordini inseruit, fraudis vero auctorem interfici jussit. Cæterum Melii, sumptibus quos fecerant, stultitiæ pœnarum satis dedisse visi sunt.

Qui vir sit fatetur Pseudalexander. Antt. l. 17. c. 14. §. 1.

Ad remiges relegatur. Ibid.

3. Cum autem Archelaus ethnarchia suscepta, superioris discordiæ memor, non solum Judæos sed etiam Samarienses, crudeliter tractaret, ab utriusque populi legatis accusatus apud Cæsarem, anno regni nono in exsilium pellitur Viennam, quæ Galliæ urbs est, & ejus patrimonium fisco Cæsaris adjudicatur. Verum prius quam à Cæsare accerseretur, hujuscemodi somnium dicitur vidisse. Sibi visus est *in somnis* ob oculos habere novem spicas, plenas & magnas, quas boves depascebant. Cumque conjectores accivisset & Chaldæorum nonnullos, eos interrogabat, quidnam *illis* significari putarent. Aliis autem aliter *visum* interpretantibus, Simon quidam, genere Essenus, dicebat: „ spicæ quidem mihi videntur *esse* anni; boves vero „ rerum mutationes *indicare*, eo quod dum ararent terram *verterent & mutarent*. adeoque totidem annos regnaturum, quot numero essent „ spicæ, tandem vero post varias rerum vicissitudines moriturum esse.” Istis auditis, post quinque dies Archelaus ad causam dicendam accitus est.

VI. *Archelaus accusatur & in exsilium mittitur. Antt.* l. 17. c. 7. §. 3.

Ejus somnium. Antt. l. 17. c. 15. §. 3.

4. Di-

r Εν Κύπρῳ] Εν κρυπτῷ *Bod.* atque ita *Rhed.* ejus autem in margine ἐν Κύπρῳ. Huds. ἐν κρυπτῷ quoque habent *Lugd. Bat. Coislin.* & *Rost.* verum alteram lectionem prævalere docent rationes quæ in *Antt.* proferuntur. Hav. Εν κρυπτῷ *Bod.* & *MSS. Lips.* Spanh.

s Πλάσασθαι τηλικαῦτα.] Est qui malit πλάσεσθαι.

t Κἀκεῖνος, —εἰπὼν,] Κἀκεῖνος ταῦτα πρὸς αὐτὸν δηλ. *Bod.* & *Rost.*

v Τῇ ὁμοιότητι] *Rost.* Τὴν ὁμοιότητα.

x Παραλαβὼν—Ἀρχέλαος,] De hoc Archelao explicatur ignotus Nummus, quem olim vulgavi Diss. de Num. p. 447. ubi hinc ΗΡΩΔΟΥ, illinc ΕΘΝΑΡ. sed de hac re alibi. Spanh.

y Κατὰ μνήμην] *Lugd. Bat.* Επὶ μνήμῃ.

z Διαφορῶν,] *Lugd. Bat.* Διαφόρων.

a Πρεσβευσαμένων ἑκατέρων] In hunc modum distingui potest sententia, πρεσβευσαμένων ἑκατέρων κατ' αὐτοῦ πρὸς Καίσαρα ἔτει τῆς ἀρχῆς ἐννάτῳ, φυγαδεύεται μὲν εἰς Β. ut delatum statuamus Archelaum anno *nono*, relegatum *decimo*. quo modo sibimet conciliari potest *Josephus*, qui in *Antt.* lib. 17. c. 14. §. 4. decimo relegatum fuisse scribit. Aldr. Sed quidni relegatum intelligamus Archelaum, *nono* quidem anno regni sui exacto & completo, *decimo* vero inchoato. *Casaub.* c. *Baronium* p. 218. *Edit. Lond.* Addesis *Simsonum* in *Chronic. Cathol.* parte VII. ad *Annum Christi* X.

b Κατ' αὐτοῦ] *Lugd. Bat.* Περὶ αὐτοῦ.

c Εννάτῳ] Αρχ. lib. 17. c. 15. §. 2. Δεκάτῳ δὲ ἔτει, &c. Non decimo, sed sexto Archelai anno id vult contigisse *Harduin. de Num. Herod.* p. 23. Spanh.

d Φυγαδεύεται] Meminit *Strabo* XVI. p. 765. Quin & *Dio.* LV. p. 567. in hæc verba. ὅ, τε Ηρώδης Παλαιστηνὸς αἰτίαν τινὰ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν λαβὼν, περὶ τὰς Αλπεις ὑπερωρίσθη, καὶ τὸ μέρος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐδημοσιώθη. Quem Herodem Palæstinum vocat non alius est quam hic ipse Archelaus; in exsilium proinde missus M. Æmilio Lepido, L. Arruntio Nepote Coss. h. e. A. U. C. 759. circa finem. Neque vero *Dionem* in Archelai nomine lapsum existimo; quin potius Archelaum (sicut Antipam quoque & Philippum) Herodis nomine gavisum; atque hujus denique esse nummum, de quo ambigit *Ez. Spanhemius* in libro *de Præstantia & Usu Numismatum*, p. 447. *Edit. Amst.* 1671. [& quem in *Edit. Lond.* p. 521.] Herodi primo seu Magno adscribit, cujus una facies ΗΡΩΔΟΥ altera ΕΘΝΑΡΧΟΥ inscribitur. Aldr. Vide Num. Tabulas.

e Εννέα,] Subducta temporum ratione ab Herodis morte, relegatum intelligimus Archelaum anno principatus sui decimo, sed vixdum inchoato. Is enim cœpit exeunte Novembri; Archelaus vero relegatus est ante Kalendas sequentis Januarii. Quibus rite perpensis, tum facile constabit Archelaum anno regni non decimo, sed exeunte nono accusatum, tum eodem fere tempore hoc illi somnium contigisse; in quo (quod hisce congruum est sentire) non decem spicas viderit, saltem non decem plenas integrasque, sed novem tantum. Quorsum vero *Josephus* in *Originibus* pro *novem* & *nono* substituerit *decem* & *decimo*, & utra sit verior lectio, cuivis alteri inquirendum libentissime relinquo. Aldr. Videsis *Langium* in lib. II. *de Annis Christi*, p. 348. Pro ἐννέα, etiam δέκα Αρχ. lib. 17. c. 15. §. 3. Spanh.

f Χαλδαίων τινὰς,] Chaldæi ita artis divinandi & somnia interpretandi periti erant, ut quod nomen gentis fuerit, tantum sit nomen professionis.

g Τοὺς—πραγμάτων,] Αρχ. lib. 2. c. 5. §. 6. ut & lib. 17. c. 15. §. 3. ubi boves in somnio miseriam significant. Spanh.

h Βασιλεύσειν] Ita *Big.* & *Ruf.* βασιλεύειν in *cæteris.* Βασιλεύσειν *Big. Ox.* Spanh.

* *Al.* accusat.

Γονι

Glaphyræ somnium. Antt. l. 17. c. 15. §. 4.

4. Dignum etiam est quod memoretur Glaphyræ somnium, quæ filia erat Archelai Cappadocum regis, primumque uxor Alexandri (qui frater quidem erat Archelai, de quo loquimur, filius vero regis Herodis, à quo interfectus est, ut jam ante memoravimus) ejus post decessum nupta Jubæ regi Libyæ; quo defuncto, cum ipsam reversam, & apud patrem in viduitate degentem, conspexisset Archelaus ethnarcha, adeo amore accensus est, ut statim, repudiata conjuge sua Mariamne, eam duceret. Hæc igitur, cum in Judæam rediisset, brevi post tempore quam eò veniret, cernere visa est Alexandrum adstantem sibi *ista* dicere. „ Satis fuisset tibi Libycum matrimonium, sed „ tu, illo non contenta, rursum ad meos penates reverteris, tertio marito, ipsoque fratre meo, ô audacissima, tibi adscito. Verum non insuper habebo contumeliam, sed „ te, licet invitam, ad me recipiam. " Postquam hoc somnium narrasset, vix ultra biduum vixit.

δ'. Ἄξιον δὲ μνήμης ἡγησάμην καὶ τὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Γλαφύρας ὄναρ, ἥπερ ἦν θυγάτηρ μὲν Ἀρχελάου τοῦ Καππαδοκῶν βασιλέως, [i] γυνὴ δ' Ἀλεξάνδρου γεγονυῖα τὸ πρῶτον, ὃς ἦν ἀδελφὸς [k] μὲν Ἀρχελάου, περὶ [l] διεξῄειμεν, υἱὸς δ' Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ὑφ' οὗ καὶ ἀνῃρέθη, καθάπερ [m] προδεδηλώκαμεν, μετὰ δὲ τὸν ἐκείνου θάνατον, συνῴκησεν Ἰόβᾳ [n] τῷ βασιλεύοντι Λιβύης, οὗ τελευτήσαντος ἐπανελθοῦσαν αὐτὴν καὶ χηρεύουσαν παρὰ τῷ πατρὶ θεασάμενος ὁ ἐθνάρχης Ἀρχέλαος, ἐπὶ τοσοῦτον ἔρωτος ἦλθεν, ὥστε παραχρῆμα, τὴν συνοικοῦσαν αὐτῷ [o] Μαριάμμην ἀποπεμψάμενος, ἐκείνην ἀγάγεσθαι. παραγενομένη τοίνυν εἰς Ἰουδαίαν, μετ' ὀλίγον τῆς ἀφίξεως χρόνον, ἔδοξεν ἐπιστάντα τὸν Ἀλέξανδρον αὐτῇ λέγειν. „ ἀπέχρη μὲν ὁ κατὰ Λιβύην σοι γάμος, σὺ δὲ οὐκ ἀρκεσθεῖσα τούτῳ, πάλιν ἐπὶ τὴν ἐμὴν ἑστίαν ἀνακάμπτεις, τρίτον ἄνδρα, καὶ ταῦτα τὸν ἀδελφὸν, ὦ τολμηρὰ, τὸν ἐμὸν ᾑρημένη. πλὴν οὐ περιόψομαι τὴν „ ὕβριν, ἀπολήψομαι δέ σε καὶ μὴ θέλουσαν. " τοῦτο διηγησαμένη τὸ ὄναρ, δύο μόγις ἡμέρας ἐβίω.

VII.

CAP. VIII.

Archelai ethnarchia in provinciam redacta. Seditio Judæ Galilæi. Judæorum tres sectæ.

Archelai ethnarchia in provinciam redacta, Coponius fit procurator. Antt. l. 17. c. 14. §. 5.

ARchelai autem regione in provinciam redacta, procurator quidam, ordinis apud Romanos equestris, Coponius, mittitur, * summa à Cæsare potestate accepta. Eo provinciam administrante, vir quidam Galilæus, cui nomen erat Judas, ad defectionem indigenas excitabat, ignavos dicens, si Romanis tributum pendere sustinerent, & post Deum mortales dominos agnoscerent. Erat autem hic propriæ sectæ sophista, nulla in re aliis similis.

Judas defectionis auctor. Antt. l. 17. c. 1. §. 1.

Judæorum Sectæ. Antt. l. 18. c. 1. §. 2.

De Essenis, eorumque

2. Nam tria hominum genera apud Judæos philosophantur, & unius quidem *generis* assectæ sunt Pharisæi; alterius vero Sadducæi; tertium vero, quod sane vitam severiorem exercere videtur, Esseni appellantur; gente quidem Judæi, at mutuo

ΚΕΦ. η'.

Τῆς Ἀρχελάου ἐθναρχίας εἰς ἐπαρχίαν περιγραφή. στάσις Ἰούδα Γαλιλαίου. τρεῖς Ἰουδαίων αἱρέσεις.

ΤΗΣ δὲ Ἀρχελάου χώρας εἰς ἐπαρχίαν περιγραφείσης, [p] ἐπίτροπός τις ἱππικῆς παρὰ Ῥωμαίοις τάξεως [q] Κωπώνιος πέμπεται, [r] μέχρι τοῦ κτείνειν [s] λαβὼν παρὰ τοῦ Καίσαρος ἐξουσίαν. [t] ἐπὶ τούτου τὶς ἀνὴρ [v] Γαλιλαῖος [x] Ἰούδας ὄνομα εἰς [y] ἀπόστασιν ἐνῆγε τοὺς ἐπιχωρίους, κακίζων, εἰ φόρον τε Ῥωμαίοις τελεῖν ὑπομένουσι, καὶ μετὰ τὸν Θεὸν οἴσουσι θνητοὺς δεσπότας. ἦν δὲ οὗτος, [z] σοφιστὴς ἰδίας αἱρέσεως, [a] οὐδὲν τοῖς ἄλλοις προσεοικώς.

β'. [b] Τρία γὰρ παρὰ Ἰουδαίοις εἴδη φιλοσοφεῖται, καὶ τοῦ μὲν [c] αἱρετισταὶ [d] Φαρισαῖοι, τοῦ δὲ Σαδδουκαῖοι, [e] τρίτον δὲ ὃ δὴ καὶ δοκεῖ [f] σεμνότητα ἀσκεῖν, [g] Ἐσσηνοὶ καλοῦνται, Ἰουδαῖοι μὲν γένος ὄντες, [h] φι-

i Γυνὴ—πρῶτον,] Eadem de tribus his Glaphyræ maritis ἀρχ. lib. 17. c. 15. §. 4. SPANH.

k Μὲν Ἀρχελάου,] Illud μὲν adjectum esse volui è *Cod. Big.* & *Ruf.*

l Διεξῄειμεν,] Ita ex *Lugd. Bat.* Sed *vulg.* διέξιμεν. HAV.

m Προδεδηλώκαμεν,] *Rost.* Εἴπομεν.

n Τῷ βασιλεύοντι Λιβύης,] Τῷ βασιλεῖ *Ruf. Rost.* & *Græci nonnulli.*

o Μαριάμμην ἀποπεμψάμενος,] Mariamne Aristobuli filia ἀρχ. lib. 17. c. 1. §. 2. & lib. 20. c. 6. §. 3. SPANH.

p Ἐπίτροπός—τάξεως] Ἐπίτροπος τῆς ἱππ. HUDS. Coponius Procurator Judææ cum plena potestate, excepto jure gladii vid. ἀρχ. lib. 18. c. 1. §. 1. SPANH.

q Κωπώνιος πέμπεται,] Ita *Big. Rhed.* & in *Antt.* lib. 18. c. 1. §. 1. Κοπώνιος hîc loci in *Editis Aliisque.*

r Μέχρι τοῦ κτείνειν] Τῇ ἐπὶ πᾶσιν ἐξουσίᾳ in *Antt.* lib. 18. c. 1. §. 1.

s Λαβὼν—ἐξουσίαν.] *Lugd. Bat.* Παρὰ Καίσαρος ἐξουσίαν λαβών.

t Ἐπὶ τούτου] Ἐπὶ τούτοις *Bod.* & *Euseb.* in *H. E.* lib. 1. c. 5. quod *ea tempestate* vertit *Valesius.* atque *deinceps* reddit *Montacutius* in *Originibus Eccl.* Part. 1. p. 315.

v Γαλιλαῖος] Ita *Bod.* & *Ruf.* Γαλιλαίας in *cæteris.* Hunc *Josephus* iterum appellat Galilæum in *Antt.* lib. 18. c. 1. §. 6. & lib. 20. c. 4. §. 2. & *Gamaliel* apud *Apostolum* in *Act.* V. 37. quare certum est recte dici Galilæum. Verum in *Antt.* lib. 18. c. 1. §. 1. Γαυλανίτης ἀνὴρ dicitur ἐκ πόλεως ὄνομα Γάμαλα, qui locus haud dubie depravatus est; nam eum laudans Josephus *Antt.* lib. 20. c. 4. §. 2. asserit se Judam nostrum (non Gaulanitem sed) Galilæum ante dixisse. οἱ παῖδες inquit Ἰούδα τοῦ Γαλιλαίου—τοῦ τὸν λαὸν ἀπὸ Ῥωμαίων ἀποστήσαντος, Κυρηνίου τὴν Ἰουδαίας τιμῶντος ὄντος, ὡς ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἐδηλώσαμεν. Præter Gamalam Gaulanitidis alia erat Gamala Galilææ, de qua vide *Belli* lib. III. ALDR. Confer quæ annotavimus ad lib. 18. c. 1. §. 5.

x Ἰούδας] Γαυλανίτης ἀνὴρ hic Judas dicitur ἀρχ. lib. 18. c. 1. §. 1. verum lib. 20. c. 4. §. 2. Ἰούδα τοῦ Γαλιλαίου. Vid. Act. V. 37. & infra c. 17. §. 8. & ulterius lib. 18. *Antt.* c. 1. §. 1. SPANH.

y Ἀπόστασιν] *Euseb.* Ἀποστασίαν.

z Σοφιστὴς ἰδίας αἱρέσεως,] Conf. inf. c. 17. §. 8. SPANH.

a Οὐδὲν τοῖς ἄλλοις προσεοικώς.] Τὰ μὲν λοιπὰ πάντα γνώμῃ τῶν Φαρισαίων ὁμολογοῦσι, δυσκίνητος δὲ τοῦ ἐλευθέρου ἔρως ἐστὶν αὐτοῖς, &c. *Antt.* lib. 18. c. 1. §. 5.

b Τρία γὰρ—φιλοσοφεῖται,] Conf. *Antt.* lib. 13. c. 5. §. 9. SPANH.

c Αἱρετισταὶ] Αἱρετιστὰς infr. §. 7. Polyb. lib. 1. p. 80. A. τῶν αἱρετιστῶν. SPANH.

d Φαρισαῖοι,] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 5. §. 2. SPANH.

e Τρίτον δὲ] Quæ de Essenis dicta sunt hoc capite, *Porphyrius* exscripsit *de Abst.* IV. 11. 12. 13. & ex *Porphyrio* etiam *Eusebius* in *Præp.* IX. 2. De iis scribit alibi *Josephus* in *Antt.* lib. 13. c. 5. §. 9. lib. 14. c. 10. §. 4. & 5. ut & lib. 18. c. 1. §. 5. Quæ *Porphyrius* exstitisse dicit l. 2. *contra Apionem*, ea hodie non comparent. De Essenis præterea scripsit *Philo* in *lib.* ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος. p. 600. Ex ejusdem *Apologia pro Judæis* elegantem locum profert *Eusebius* in *Præp.* VIII. 10. De Essenis denique *Plinius* in *N. H.* V. 17. Quicquid sani apud alios scriptores invenitur ex hisce fontibus promanavit; hos itaque lectores diligenter legant, nec se cæteris impediri patiantur. ALDR.

f Σεμνότητα] Σεμνότερον forsan *Ruf.* qui hoc modo interpretatur, *tertium vero quod etiam probabilius habetur.* HUDS. Σεμνότατα videtur *Rufin. Ox.* SPANH.

g Ἐσσηνοὶ—ὄντες,] Alibi quidem Ἐσσαῖοι, nam utroque nomine appellari solent. ALDR. Conf. *Antt.* lib. 13. c. 10. §. 8. & lib. 15. c. 10. §. 4. & lib. 17. c. 15. §. 3. SPANH.

* Sive magis ad verbum, *vitæ necisque à Cæs.* &c. quod *Rufinus* ita reddidit, ac si legisset tantum ἐκείνων, sc. *ea sibi à Cæsare mandata potestate.*

b Φι-

[h] Φιλάλληλοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων πλέον. οὗτοι τὰς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν ἀποστρέφονται, τὴν δὲ ἐγκράτειαν, καὶ τὸ μὴ τοῖς πάθεσιν [i] ὑποπίπτειν, [k] ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι. καὶ γάμου μὲν ὑπεροψία παρ' αὐτοῖς, τοὺς δ' ἀλλοτρίους παῖδας ἐκλαμβάνοντες, ἁπαλοὺς ἔτι πρὸς τὰ μαθήματα, συγγενεῖς ἡγοῦνται, καὶ τοῖς ἤθεσι τοῖς ἑαυτῶν [l] ἐντυποῦσι· τὸν μὲν γάμον, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ διαδοχὴν, οὐκ ἀναιροῦντες, τὰς δὲ τῶν γυναικῶν ἀσελγείας φυλαττόμενοι, [m] καὶ μηδεμίαν τηρεῖν πεπεισμένοι τὴν πρὸς ἕνα πίστιν.

γ'. Καταφρονηταὶ δὲ πλούτου, καὶ θαυμάσιον παρ' αὐτοῖς τὸ [n] κοινωνητικὸν, οὐδὲ ἔστιν εὑρεῖν κτήσει τινὰ παρ' αὐτοῖς ὑπερέχοντα. νόμος γὰρ τοὺς εἰς τὴν αἵρεσιν εἰσιόντας δημεύειν τῷ τάγματι τὴν οὐσίαν. ὥστε ἐν ἅπασι μήτε πενίας ταπεινότητα φαίνεσθαι, μηθ' ὑπεροχὴν πλούτου, τῶν δὲ ἑκάστου κτημάτων ἀναμεμιγμένων μίαν ὥσπερ ἀδελφοῖς ἅπασιν οὐσίαν εἶναι. κηλῖδα δὲ ὑπολαμβάνουσι [o] τὸ ἔλαιον, κἂν [p] ἀλιφῇ τις ἄκων, σμήχεται τὸ σῶμα. τὸ γὰρ αὐχμεῖν ἐν καλῷ τίθενται, λευχειμονεῖν τε διαπαντός. χειροτονητοὶ δὲ [q] οἱ τῶν κοινῶν ἐπιμεληταὶ, καὶ [r] ἀδιαίρετοι πρὸς ἁπάντων εἰς τὰς χρείας ἕκαστοι.

δ'. Μία δὲ οὐκ ἔστιν [s] αὐτῶν πόλις, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ [t] κατοικοῦσι πολλοί. καὶ τοῖς ἑτέρωθεν ἥκουσιν [v] αἱρετισταῖς ἀναπέπταται τὰ παρ' αὐτοῖς ὁμοίως ὥσπερ ἴδια, [x] καὶ πρὸς οὓς οὐ πρότερον εἶδον εἰσίασιν ὡς συνηθεστάτους· διὸ καὶ ποιοῦνται τὰς ἀποδημίας, [y] οὐδὲν μὲν ὅλως ἐπικομιζόμενοι, διὰ δὲ τοὺς λῃστὰς ἔνοπλοι. κηδεμὼν δὲ [z] ἐν ἑκάστῃ πόλει τοῦ τάγματος [a] ἐξαιρέτως τῶν ξένων ἀποδείκνυται, ταμιεύων ἐσθῆτα καὶ τὰ ἐπιτήδεια. καταστολὴ δὲ καὶ σχῆμα σώματος ὅμοιον τοῖς μετὰ φόβου παιδαγωγουμένοις παισίν. οὔτε δὲ ἐσθῆτας, οὔτε ὑποδήματα ἀμείβουσι, πρὶν ἢ [b] διαρραγῆναι τὸ πρότερον παντάπασιν, ἢ δαπανηθῆναι τῷ χρόνῳ. [c] οὐδὲν δὲ ἐν ἀλλήλοις οὔτε ἀγοράζουσιν οὔτε πωλοῦσιν, ἀλλὰ τῷ χρῄζοντι διδοὺς ἕκαστος [d] τὰ παρ' αὐτοῦ, τὸ παρ' ἐκείνου χρήσιμον ἀντικομίζεται· καὶ χωρὶς δὲ τῆς ἀντιδόσεως, ἀκώλυτος ἡ μετάληψις αὐτοῖς παρ' ὧν ἂν ἐθελήσωσι.

ε'. Πρός γε μὴν τὸ Θεῖον [e] ἰδίως εὐσεβεῖς· πρὶν γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον, οὐδὲν φθέγγονται τῶν βεβήλων, πα-

sese amore magis quam alii complectentes. Isti à voluptatibus tanquam à scelere abhorrent, continentiam vero *servare*, & cupiditatibus non succumbere pro virtute *maxima* ducunt. Et ipsis quidem despectui habentur nuptiæ, alienos vero liberos, dum ad *capessendas* disciplinas molles adhuc sunt, suscipientes, pro cognatis suis reputant, suisque moribus informant: non tamen matrimonium, & *legitimam* ex eo successionem tollentes, sed sibimet à procaci mulierum petulantia caventes, nullamque earum uni *viro* fidem servare *posse* persuasum habentes.

moribus & institutis. Antt. l. 18. c. 1. §. 5.

3. Quin & divitias contemnunt, & admiranda plane inter eos obtinet bonorum communio, neque quisquam apud eos inveniri potest qui plura aliis possidet. Lege sancitur ut qui isti sectæ nomen suum dare velint, facultates suas sodalitio communes facerent: adeo ut inter omnes neque egestatis humilitas, nec opum vis immodica appareat, sed permixtis singulorum facultatibus, unum omnium sit tanquam fratrum patrimonium. Labis autem instar oleum habent, & si quis vel invitus unctus fuerit, corpus abstergit. * nam squalere honori ducunt, & veste candida semper indui. Designatos autem communium rerum procuratores habent; & ad usus omnium singulos indiscretos.

Confer Antt. Ibid.

Confer Antt. Ibid.

4. Illis non est una civitas certa, sed domicilia habent multi in singulis: ac suæ sectæ hominibus aliunde advenientibus quicquid habent æque patet ac si *eorum* proprium esset, & ad eos quos nunquam viderant, quasi maxime familiares, ingrediuntur. quare cum peregre proficiscuntur, nihil omnino in victum tollunt, contra latrones tamen arma gestant. In singulis vero civitatibus certus quidam hospitum curator constituitur, qui vestes aliaque necessaria suppeditet. Amictus autem cultusque corporis † qualis puerorum, in metu & sub cura magistri agentium, esse solet. Imo nec vestem nec calceos mutant, donec priora vel discissa omnino fuerint vel vetustate detrita. Nihil inter se emunt, nec vendunt quicquam; sed egenti unusquisque è suis largiens, vicissim ab eo, quod sibi usui sit, accipit: & si nihil mutuo rependant, eos tamen à quibuscunque velint, accipere nihil vetat.

5. Cæterum erga Deum pietate *sunt* singulari: nihil enim ‡ profani ante solis ortum loquuntur, sed

Confer Antt. l. 18 c. 1. §. 5.

h Φιλάλληλοι—πλέον.] Hoc modo legisse videtur *Rufinus*, Φιλάλληλοι δὲ μάλιστα, καὶ τῶν ἄλλων πλέον τὰς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν ἀποστρέφονται. nam vertit, *verum inter se mutuo amore conjunctissimi; & qui præter cæteros voluptates quidem quasi maleficia vitarent*, &c. Essenorum instituta cum Pythagoricis plerumque conveniunt. *Antt.* lib. 15. c. 10. §. 4. & 5. ut lib. 18. c. 1. §. 5. Dacos enim à Zamolxide Pythagorico institutos perinde notum est atque Pythagoram ipsum sua pleraque à Judæis esse mutuatum. Facile erat utriusque sectæ dogmata moresque conferre; sed ab hoc labore tanquam supervacaneo abstinemus, cum Pythagoræ instituta nemo nesciat. ALDR. Conf. infr. §. 14. SPANH.

i Ὑποπίπτειν,] *Rost.* Ὑποκύπτειν.

k Ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι.] *Rufinus*, qui ἀρετὴν *virtutem maximam* interpretatur, non aliter legit; sed ἀρετὴν recte intellexit ἐμφατικῶς esse sumendum. ALDR.

l Ἐντυποῦσι.] *Rost.* Ἐντυποῦνται.

m Καὶ—πίστιν.] Illa καὶ μηδ. τ. π. τ. π. ἕ. πίστιν desiderantur apud *Porphyrium*, in lib. IV. *de Abstinentia*, §. XI. ut & apud *Eusebium* de *Præp. Evang.* lib. IX. cap. III. HUDS. Hæc omittunt *Porphyrius* & *Eusebius*. OX. SPANH.

n Κοινωνητικὸν] Κοινωνικὸν *Porphyr. Euseb. Busb. Rost.* etiam & *Lugd. Bat.* & *Rhed.* HUDS. SPANH.

o Τὸ ἔλαιον,] Τοὔλαιον. *Porph.* & *Euseb.*

p Ἀλιφῇ] Ἀλειφῇ *Porph.* ἀλειφθῇ *Euseb.* HUDS. Pro ἀλιφῇ *Porphyr.* ἀλειφῇ *Euseb.* ἀλειφθῇ. OX. SPANH.

q Οἱ τῶν κοινῶν ἐπιμεληταὶ,] Illud οἱ deest *Porph.*

r Ἀδιαίρετοι] *Lugd. Bat.* Αἱρετοὶ.

s Αὐτῶν πόλις,] Αὐταῖς *Bod.*

t Κατοικοῦσι πολλοί.] Ita cum *Cod. Busb.*

v Αἱρετισταῖς] Sic *Big.* (*Lugd. Bat.*) *Busb. Rhed. Bod.* & *Euseb.* (ἀφετισταῖς *Rost.*) αἱρεταῖς *Bas.* & *Gen.* αἱρεσιώταις *Porph.* HUDS.

x Καὶ πρὸς—διὸ καὶ] Ἀναπέπταται τὰ παρ' ἀλλήλοισιν, καὶ οἱ πρῶτον ἰδόντες εἰσίασιν ὥσπερ [ὡς πρὸς *Euseb.*] συνήθεις. διὸ οὐδὲν ἐπικομιζόμενοι ἀποδημοῦσιν ἕνεκα. οὐδὲ π. *Porph.* & *Euseb.* reliquis omissis. HUDS.

y Οὐδὲν μὲν ὅλως] *Lugd. Bat.* Οὐδὲν ὅλως.

z Ἐν ἑκάστῃ πόλει] Nota in urbibus Essenos. REL.

a Ἐξαιρέτως] Ita ex *Lugd. Bat.* Reliqui ἐξαίρετος. HAV.

b Διαρραγῆναι] Ita *Big. Porphyr. Euseb.* OX. SPANH.

c Οὐδὲν δὲ ἐν ἀλλήλοις] Οὐδὲν δὲ ἐν ἀλλ. *Busb. Bod.* & *Rhed.* οὐδ' ἀγοράζουσί τι οὐδὲ π. *Porph.* & *Euseb.* HUDS. Inserui δὲ quod *Lugd. Bat.* etiam agnoscit. HAV.

d Τὰ παρ' αὐτοῦ,] Τὰ παρ' ἑαυτοῦ *Porph.* & *Euseb.* παρ' αὐτοῦ *Bod.*

e Ἰδίως εὐσεβεῖς.] Ἰδίως *præcipue*, ut vertit *Rufinus*, seu potius *peculiari modo*. Apud *Josephum* lib. 18. c. 1. §. 5. dicuntur βέλτιστοι ἄνδρες τὸν τρόπον. quod nequaquam diceret, si Essenos *Solicolas* h. e. idololatras esse censuisset. Quare quod mox sequitur εἰς αὐτὸν benigna interpretatione leniendum est. Exstant in sacris quoque literis εὐχαὶ, πρὸς τὸν Θεὸν quidem, sed & εἰς τὸν ἥλιον. v. g. *Psal.* XIX. 4. 5. 6. & CIV. 19—23. qui locus Essenorum proposito valde est accommodatus. Quod si Esseni, ut existimat *Serarius*, solem ipsum *per prosopopœiam appellaverint ut felix faustusque oriretur omnibus*, poterant se tueri Solomonis exemplo, qui ventos similiter appellavit. *Surge Aquilo & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Cant.* IV. 6. ALDR. Illa εἰς ἥλιον ita interpretanda censeo, ut intelligatur, illos bis singulis diebus, h. e. ad ortum & occasum solis, *facie versus solem conversa* solennes orationes habuisse. BERNARDUS.

* Squalorem decorem putant, dummodo semper in veste sint candida, *Ruf.* Squalorem non secus ac perpetuum candidæ vestis usum honori ducunt. *Viger.*

† Omnibus pueris in metu & sub cura magistri agentibus par est, *Ruf.*

‡ *Al.* de rebus profanis.

sed patria quædam vota ei nuncupant, quasi ut illucescat obsecrantes. Tum ad eam quam quisque novit artem à curatoribus dimittuntur, in qua perpetuo & continenti ad quintam horam labore versati, eundem simul in locum denuo conveniunt, ac lineis præcincti velaminibus, ita *demum* corpus frigida abluunt: moxque ab ea lustratione proprium in domicilium, quo alterius sectæ nemini pedem inferre licet, una omnes confluunt; ipsique ab omni labe puri, non aliter ad cœnaculum, quam ad delubrum quoddam sanctius, accedunt. atque ubi placide ac quiete consederint, pistor quidem panes suo cuique ordine apponit; coquus vero singulis unum pulmenti ejusdem vasculum apponit. Sacerdos autem antequam cibum capiunt preces adhibet, nec ulli ante precationem quicquam gustare fas est. *Idem* finito prandio iterum precatur; & cum *edere* incipiunt & desinunt, Deum venerantur, ut qui omnia ad victum largiatur. Tunc * vestibus quasi sacris depositis, rursum ad opera sua redeunt usque ad vespertinum crepusculum: atque inde reversi cœnam eodem *quo prandium* ritu sumunt, considentibus simul hospitibus, si qui forte advenerint. Neque vero clamor unquam aut tumultus domum contaminat, sed loquendi vices ordine alii aliis concedunt: illisque qui foris sunt horrendi instar mysterii videtur silentium eorum qui intus sunt. Hujus autem rei causa perpetua sobrietas, † & cibi & potionis usque ad satietatem dimensio.

6. Et cæterorum quidem nihil est quod sine ‡ curatorum mandato faciunt: duo vero ista in ipsorum potestate sunt, alios juvare, eorumque misereri. Nam dignis, quandocunque aliquid ab iis petierent, suo arbitrio cuique licet, ut & egentibus alimenta porrigere: sed cognatis aliquid donare nisi jussu curatorum non permissum est. Iræ dispensatores justi *sunt*, iracundiæ coërcitores, fidei antistites, pacis administri. Et quicquid ab ipsis quidem dictum sit firmius est jurejurando: jurare autem ipsis * supervacuum est, ita ut perjurio pejus æstiment. jamjam enim eum damnatum dicunt, cui absque Deo nequaquam creditur. Mirabile autem studium collocant in veterum scriptis *pervolutandis*, ex quibus ea maxime deligunt, quæ animæ corporique conducant. hinc diligenter investigant & radices remediis afferendis idoneas, & lapidum proprietates quibus medicinam morbis faciant.

πρίους δέ τινας εἰς αὐτὸν εὐχὰς, ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι. μετὰ ταῦτα πρὸς ἃς ἕκαστοι τέχνας ἴσασιν ὑπὸ τῶν ἐπιμελητῶν [f] διαφίενται, καὶ μέχρι πέμπτης ὥρας ἐργασάμενοι συντόνως, ἔπειτα πάλιν εἰς ἓν [g] ἀθροίζονται χωρίον, ζωσάμενοί τε [h] σκεπάσμασι λινοῖς, [i] οὕτως ἀπολούονται τὸ σῶμα ψυχροῖς ὕδασι· καὶ μετὰ ταύτην τὴν [k] ἁγνείαν, εἰς ἴδιον οἴκημα συνίασιν, ἔνθα μηδενὶ τῶν ἑτεροδόξων [l] ἐπιτέτραπται παρελθεῖν· αὐτοί τε καθαροὶ καθάπερ [m] εἰς ἅγιόν τι τέμενος παραγίνονται τὸ δειπνητήριον. καὶ καθισάντων μεθ' ἡσυχίας, ὁ μὲν σιτοποιὸς ἐν τάξει παρατίθησιν ἄρτους, ὁ δὲ μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἐξ ἑνὸς ἐδέσματος ἑκάστῳ [n] παρατίθησι. προκατεύχεται δὲ ὁ ἱερεὺς [o] τῆς τροφῆς, καὶ γεύσασθαί τινα [p] πρὸ τῆς εὐχῆς ἀθέμιτον. [q] ἀριστοποιησάμενος [r] ἐπεύχεται [s] πάλιν· ἀρχόμενοί τε καὶ παυόμενοι γεραίρουσι τὸν Θεὸν, [t] ὡς χορηγὸν τῆς τροφῆς. ἔπειτα ὡς ἱερὰς καταθέμενοι τὰς ἐσθῆτας, πάλιν ἐπ' ἔργα μέχρι δείλης τρέπονται. δειπνοῦσι δ' ὑποστρέψαντες ὁμοίως συγκαθεζομένων τῶν ξένων, εἰ τύχοιεν αὐτοῖς παρόντες. οὐδὲ κραυγή ποτε τὸν οἶκον, [v] οὔτε θόρυβος [x] μολύνει, τὰς δὲ λαλιὰς ἐν τάξει παραχωροῦσιν ἀλλήλοις· καὶ τοῖς ἔξωθεν, ὡς μυστήριόν τι φρικτὸν, ἡ τῶν ἔνδον σιωπὴ καταφαίνεται. [y] τούτου δὲ αἴτιον [z] ἡ διηνεκὴς νῆψις, καὶ τὸ μετρεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τροφὴν καὶ ποτὸν μέχρι κόρου.

ϛ΄. [a] Τῶν μὲν οὖν ἄλλων οὐκ ἔστιν ὅ, τι μὴ τῶν ἐπιμελητῶν προσταξάντων ἐνεργοῦσι· δύο δὲ ταῦτα παρ' αὐτοῖς αὐτεξούσια, ἐπικουρία καὶ ἔλεος. βοηθεῖν τε γὰρ τοῖς ἀξίοις, ὁπόταν δέωνται, καὶ [b] κατ' αὐτοὺς ἀφίεται, καὶ τροφὰς ἀπορουμένοις ὀρέγειν. τὰς δὲ εἰς τοὺς συγγενεῖς μεταδόσεις οὐκ ἔξεστι ποιεῖσθαι δίχα τῶν ἐπιτρόπων. ὀργῆς ταμίαι δίκαιοι, θυμοῦ καθεκτικοὶ, πίστεως προστάται, εἰρήνης ὑπουργοί. καὶ πᾶν μὲν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτῶν ἰσχυρότερον ὅρκου· [c] τὸ δὲ ὀμνύειν [d] αὐτοῖς περιΐσταται, χεῖρόν τι τῆς ἐπιορκίας ὑπολαμβάνοντες. ἤδη γὰρ ἤδη κατεγνῶσθαι φασὶ τὸν ἀπιστούμενον, δίχα Θεοῦ. σπουδάζουσι δὲ ἐκτόπως περὶ [e] τὰ τῶν παλαιῶν συγγράμματα, μάλιστα τὰ πρὸς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος ἐκλέγοντες. ἔνθεν αὐτοῖς πρὸς θεραπείαν παθῶν, ῥίζαι τε ἀλεξιτήριοι, καὶ λίθων ἰδιότητες ἀνερευνῶνται.

ζ΄. [f] Τῶ

f Διαφίενται,] Αφιένται *Euseb.* ἵενται ἀφίενται *Porph.* ἀφείνται *Euseb.* Huds.

g Αθροίζονται] *Rost.* Συνάγονται.

h Σκεπάσμασι λινοῖς,] Σκέπασι *Porph.*

i Οὕτως ἀπολούονται—ὕδασι.] Adnotavit in Codice meo locum Johannis Ev. cap. 4. v. 6. *Coccejus.* Conf. inf. §. 7. & 13. & Lucian. in Dea Syria. p. 912. Hav.

k Αγνείαν,] Frigida ἁγνεία. Rel.

l Επιτέτραπται παρελθεῖν.] *Adspirare licet* pro *pervenire*, eleganter, uti apud Ciceronem. Rel.

m Εἰς ἅγιόν τι τέμενος] Voculam τι non agnoscit. *Lugd. Bat.*

n Παρατίθησι.] Vocem παρατίθησι nec agnoscunt *Porph.* & *Euseb.* nec *Rufinus.* & commode satis abesse potest. Πάντοτε προσάγει apud *Cedrenum* in *Hist. Compendio*, pag. 199. Huds.

o Τῆς τροφῆς,] Τῆς τροφῆς ἁγνῆς οὔσης καὶ καθαρᾶς καὶ γεύσασθαι *Porph.* & *Euseb.* immo & τινι pro τινα habet *Porph.*

p Πρὸ τῆς εὐχῆς ἀθέμιτον.] Ex *Lugd. Bat.* alii πρὶν τ. ε. α. Hav.

q Αριστοποιησάμενος] Αριστοποιησάμενος δὲ *Big.* (*Lugd. Bat.*) *Bod. Rhed.* & *Euseb.* ἀριστοποιησαμένοις γ'. *Porph.* ἀριστησάντων *Cedren.*

r Επεύχεται] Δὲ ἐπευχ. *Big. Bod. Euseb.* ἀριστοποιησαμένοις γ'. *Porph. Ox.* Spanh.

s Πάλιν.] Μᾶλλον *Euseb.* Huds.

t Ως χορηγὸν τῆς τροφῆς.] Illa ὡς χ. τ. τροφῆς desunt *Porph.* & *Euseb.* Huds.

v Οὔτε θόρυβος] *Rost.* ἢ θόρυβος.

x Μολύνει,] Μιαίνει *Porph.* & *Euseb.*

y Τούτου δὲ αἴτιον] Ita *Big.* (*Lugd. Bat. Rost.*) *Busb. Porph.* & *Euseb.* τοῦτο *Bas.* & *Gen.* Huds.

z Η διηνεκὴς νῆψις,] Si cum hoc loco committatur alius *Cedreni*, p. 190. *Editionis Regiæ*, ubi dicitur, μετὰ τὴν συνήθη σιωπῆς καὶ σεμνοπρεποῦς καταστάσεως, ἐπ' εὐχὰς πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχονται, τοὺς βραχυτάτους ὕπνους καὶ κουφοτάτους ἐκτινάζοντες, ὅπερ ἐστὶν αἴτιον ἡ διηνεκὴς νῆψις, &c. forsan alicui mirari sube[…] eorundem diversitatem. Nam apud *Josephum* de somno ne verbum quidem: rectius tamen sobrietas dicitur esse causa *somni brevis levisque* quam *silentii*. Videsis *Cotelerii* notas ad PP. Apostol. p. 261.

a Τῶν μὲν] Tota hæc paragraphe desideratur apud *Porph.* & *Euseb.* Huds.

b Κατ' αὐτοὺς ἀφίεται,] Καθ' ἑαυτοὺς ἐφίεται *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Bod.* καθ' αὐτοὺς ἀφ. *Rhed.*

c Τὸ δὲ ὀμνύειν] Nihilominus §. 9. jusjurandum dabant se religionem observaturos. Quare quod hic dicitur eodem sensu capiendum est quo apud Pythagoricos: qui quem prohibent jurare, non ab omni prorsus juramento, idque semper abstinere volunt; sed non jurare nisi postulet necessitas, & res incidat juramento digna. *Hiero. Comment.* p. 34. 222. Aldr.

d Αὐτοῖς] Abest a *Lugd. Bat.*

e Τὰ—συγγράμματα,] Qualia erant quæ vulgo Solomoni esse ferebantur; de quibus vide *Antt.* lib. 8. cap. 2. §. 5. Aldr.

* *Sc.* quas mensæ accumbentes habebant. Vide *Possinum* in *Spicilegio Evang.* c. XLIX.

† Quodque cibum & potum justæ necessitatis lege metiantur, *Viger.* *Al.* justæ saturitatis lege metiantur. *Al.* quòd cibum & potum tantum adhibeant ad satianda naturæ desideria.

‡ *Seu*, eorum qui ipsis à sodalitio præficerentur.

* *Al.* Jusjurandum vitant, rati id esse deterius perjurio.

f Τῶ

ζ'. [f] Τοῖς δὲ ζηλοῦσι τὴν αἵρεσιν [g] αὐτῶν οὐκ εὐθὺς ἡ [h] πάροδος, ἀλλ' ἐπ' ἐνιαυτὸν ἔξω [i] μένουσι τὴν αὐτὴν ὑποτίθενται δίαιταν, [k] ἀξινάριόν τε, [l] καὶ τὸ προειρημένον περίζωμα, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα δόντες. ἐπειδὰν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ πεῖραν ἐγκρατείας δῷ, πρόσεισι μὲν ἔγγιον τῇ διαίτῃ, καὶ [m] καθαρωτέρων τῶν πρὸς ἁγνείαν ὑδάτων μεταλαμβάνει· παραλαμβάνεται δὲ εἰς τὰς συμβιώσεις οὐδέπω. μετὰ γὰρ τὴν τῆς καρτερίας ἐπίδειξιν, δυσὶν ἄλλοις ἔτεσι τὸ ἦθος δοκιμάζεται· καὶ φανεὶς ἄξιος, οὕτως εἰς τὸν ὅμιλον ἐγκρίνεται. πρὶν δὲ τῆς κοινῆς ἅψασθαι τροφῆς, ὅρκους αὐτοῖς ὄμνυσι φρικώδεις, πρῶτον μὲν εὐσεβήσειν τὸ Θεῖον, ἔπειτα τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια [n] φυλάξειν, καὶ μήτε κατὰ γνώμην βλάψειν τινὰ μήτε ἐξ ἐπιτάγματος, μισήσειν δὲ ἀεὶ τοὺς ἀδίκους καὶ [o] συναγωνιεῖσθαι τοῖς δικαίοις. τὸ πιστὸν ἀεὶ παρέξειν πᾶσι, μάλιστα δὲ τοῖς κρατοῦσιν, οὐ γὰρ δίχα Θεοῦ περιγίνεσθαί τινι τὸ ἄρχειν. κἂν αὐτὸς ἄρχῃ, μηδέποτε ἐξυβρίζειν εἰς τὴν ἐξουσίαν· μηδὲ ἐσθῆτι, ἤ τινι πλείονι κόσμῳ τοὺς ὑποτεταγμένους ὑπερλαμπρύνεσθαι. τὴν ἀλήθειαν ἀγαπᾶν ἀεί, καὶ τοὺς [p] ψευδομένους ἐλέγχειν [q] προβάλλεσθαι. χεῖρας κλοπῆς, καὶ ψυχὴν ἀνοσίου κέρδους καθαρὰν φυλάξειν. καὶ μήτε κρύψειν τι τοὺς [r] αἱρετιστάς, μήτε ἑτέροις αὐτῶν τι μηνύσειν, κἂν μέχρι θανάτου τις βιάζηται. πρὸς τούτοις, ὀμνύουσι μηδενὶ μὲν μεταδοῦναι τῶν δογμάτων ἑτέρως, ἢ ὡς αὐτὸς [s] μετέλαβεν· ἀφέξεσθαι δὲ λῃστείας, καὶ συντηρήσειν ὁμοίως τά τε τῆς αἱρέσεως αὐτῶν βιβλία, καὶ [t] τὰ τῶν ἀγγέλων ὀνόματα. [v] τοιούτοις μὲν ὅρκοις τοὺς προσιόντας ἐξασφαλίζονται.

η'. Τοὺς δὲ ἐπ' ἀξιοχρέοις ἁμαρτήμασιν ἁλόντας, ἐκβάλλουσι τοῦ τάγματος· ὁ δὲ ἐκκριθεὶς, οἰκτίστῳ πολλάκις μόρῳ διαφθείρεται. τοῖς γὰρ ὅρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν [x] ἐνδεδεμένος, [y] οὐδὲ τῆς παρὰ τοῖς ἄλλοις τροφῆς [z] δύναται μεταλαμβάνειν, [a] ποηφαγῶν δὲ καὶ λιμῷ τὸ σῶμα [b] τηκόμενος διαφθείρεται. διὸ δὴ πολλοὺς ἐλεήσαντες ἐν ταῖς ἐσχάταις [c] ἀναπνοαῖς [d] ἀνέλαβον, [e] ἱκανὴν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν τὴν μέχρι θανάτου βάσανον [f] ἡγούμενοι.

θ'. [g] Περὶ δὲ τὰς κρίσεις ἀκριβέστατοι, καὶ δίκαιοι· καὶ δικάζουσι μὲν οὐκ ἐλάττους τῶν ἑκατὸν συνελθόντες.

7. Porro ei qui hujus sectæ studio tenetur, non continuo patet ingressus, sed foris annum integrum manenti * genus idem vitæ præscribunt, & dolabellam & cingulum prædictum & vestem candidam tradunt. Postquam vero hoc temporis intervallo continentiæ suæ documenta dederit, propius quidem ad instituti communionem accedit; ac purioribus aquis una cum cæteris lustrari incipit: necdum tamen ad convictum admittitur. nam per duos ulterius annos, postquam tolerantiam suam palam fecerit, mores ejus explorant: & si dignus apparuerit, tum demum in consortium admittitur. Priusquam vero communem cibum attingat, horrendis semet illis juramentis adstringit. primum quidem, pie se culturum Deum; deinde & jus servaturum cum hominibus; & neque se læsurum quenquam sive sponte sive ex imperato; injuriosos vero omnes odio perpetuo habiturum, & justis adjutorem fore. fidem se semper omnibus servaturum, maximeque iis qui imperant; quod nemini sine Deo obveniat imperandi potestas. Quod si ipse imperium fuerit adeptus, non superbe & petulanter uti potestate; neque vestitu aut ornatu cæteros subditos exsuperare. Veritatem semper amare; propositumque habere mentientes redarguere. Manus à furto, & animum ab iniquo quæstu purum custoditurum. Nihil se celaturum sodales *de dogmatis*, neque aliis aliquid indicaturum, nec si ad mortem cogatur. Præterea, jurant quisque nemini quidem se aliter dogmata proditurum quam ipse acceperit: se vero abstenturum latrociniis, parique reverentia servaturum sectæ suæ libros & angelorum nomina. Hujuscemodi quidem juramentis ad cœtum suum venientes sibimet devinciunt.

8. Deprehensos vero in peccatis gravioribus ex ordine suo ejiciunt, isque cui contigit è cœtu ejici, non raro mortem obit miserrimam. Nam juramentis & ritibus obligatus ne aliorum quidem escis uti potest; sed dum herbas comedit corpus fame tabescit, atque ita interit. Quam ob rem etiam ipsi plurimos miserati, extremum jam agentes spiritum receperunt; pro peccatis satis pœnarum, quod ad mortem usque fuerint cruciati, dedisse existimantes.

9. Judicia autem accuratissime exercent, & juste: & judicant quidem centeni ad minimum congre- *Confer Antt. l. 18. c. 1. § 5*

f Τῶν δὲ ζηλοῦσι τὴν αἵρεσιν] Ita *Busb.* & *Rhed*, τοῖς δὲ ζηλοῦσι in *cæteris*.

g Αὐτῶν] Αὐτῶν deest *Porph.* & *Euseb.*

h Πάροδος,] *Lugd. Bat.* Παράδοσις.

i Μένουσι] *Lugd. Bat.* Μένουσι.

k Ἀξινάριόν τε,] *Rost.* Ξινάριόν τε.

l Καὶ τὸ προειρημένον] Καὶ περίζωμα δόντες καὶ λευκὴν ἐσθῆτα *Porph.* & *Euseb.* Huds. Προειρημένον deest in *Euseb. Porph.* Ox. Spanh.

m Καθαρωτέρων] Καθαρώτερον, *Porph.* ut & *Euseb.* qui tamen in margine habet καθαρωτέρων. Huds. Καθαρώτερον *Porph. Euseb.* Ox. Spanh.

n Φυλάξειν,] Διαφυλάξειν *Porph.* Huds. Spanh.

o Συναγωνιεῖσθαι] Συναγωνίζεσθαι *Porph.* συναδικεῖσθαι *Euseb.* Huds. Συναγωνίζεσθαι *Porph.* Spanh.

p Ψευδομένους ἐλέγχειν] Ita sane *Rufinus*, qui vertit, *& habere propositum convincere mentientes.* ψευδομένους ἀποβάλλεσθαι *Euseb.* ψευδομένους προβάλλεσθαι *Porph.* quod non repudiandum putat *Victorius*; cum προβάλλεσθαι capi possit pro *odio prosequi*, ut apud *Plutarchum* in *Commentario de Iside*. Huds. Aliam lectionem exhibet *Lugd. Bat.* hanc videlicet ψευδομένους ἐλέγχειν, μὴ προβάλλεσθαι χεῖρας κλοπῆς, &c. quæ tamen mihi sincera non videtur, quum illa χεῖρας κλοπῆς pariter ut sequentia melius cum φυλάξειν, quam cum προβάλλεσθαι cohæreant. Præterea ineptum quodammodo erat & absurdum, omnia movere ut convincerentur. Hav.

q Προβάλλεσθαι.] Ἀποβάλλεσθαι *Euseb.* ἐλέγχειν καὶ προβάλλεσθαι. *Porph.* Oxon. Spanh.

r Αἱρετιστάς,] Conf. supr. §. 2. Spanh.

s Μετέλαβεν.] Παρέλαβεν *Porph.* & *Euseb.* Huds. Παρέλαβεν *Porph. Euseb.* Oxon. Spanh.

t Τὰ τῶν—ὀνόματα.] Difficile dictu est cur Esseni Angelorum nomina custodierint. An quod iis ad morborum remedia in carminibus suis uterentur? An quod Angelis cultum aliquem exhiberent; quem nempe damnat *Apostolus* in *Col.* II. 8.? Certe reliqua quæ ibidem damnantur Essenorum sunt, & Essenis conveniunt præter cæteros. Aldr. An scribendum ἁγνειῶν potius? ut ita sese obstringant, profanis non proditurors ritus & appellationes modorum quibus lustrari & purificari solebant. Ita certe superius §. 5. dixit καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἁγνείαν, &c. illos congregari, & modo dixit vel mortis periculo arcana revelare non licuisse. Hav.

v Τοιούτοις—διαφθείρεται.] Pro istis τοιούτοις μὲν ὅρκοις, &c. usque τοῖς γὰρ ὅρκοις v. 5. *Porph.* & *Euseb.* hæc habent, τοιοῦτοι μὲν οἱ ὅρκοι. οἱ δὲ ἁλόντες καὶ ἐκβληθέντες κακῷ μόρῳ φθείρονται. Huds. Pro τοιουτ. μὲν τ. προσιο. ἐξασ. tum *Porphyr.* tum *Euseb.* τοιοῦτοι μὲν οἱ ὅρκοι οἱ δὲ ἐκβληθέντες κακῷ μόρῳ φθείρονται. Spanh.

x Ἐνδεδεμένος,] Ἐνδεδεμένοι & statim δύνανται *Porph.* & *Euseb.* Huds. Ἐνδεδεμένοι *Porphyr. Euseb.* Ox. Spanh.

y Οὐδὲ—τροφῆς] *Rost.* Οὐδὲ παρὰ τ. α. τροφήν.

z Δύναται] Δύνανται iidem. Spanh.

a Ποηφαγῶν] Ποηφαγοῦντες δὲ κ. λ. τ. σῶμα διαφθειρόμενοι ἀπόλλυνται *Porph.* & *Euseb.* Huds. Ποηφαγοῦντες iidem Spanh.

b Τηκόμενος διαφθείρεται.] Pro τηκ. διαφ. *Porph. Euseb.* διαφθειρόμενοι ἀπόλλυνται Ox. Spanh.

c Ἀναπνοαῖς] Ἀνάγκαις ἀνέλαβον *Euseb.* ἀνάγκαις ἔλαβον *Porph.* Huds. Pro ἀναπ. iidem ἀνάγκαις. Ox. Spanh.

d Ἀνέλαβον,] Ἔλαβον pro ἀνέλαβον. *Euseb.* Spanh.

e Ἱκανὴν—βάσανον] Ἱκανὴν τιμωρίαν δεδωκέναι νομίζοντες *Porph.* & *Euseb.* omisso quod statim sequitur ἡγούμενοι. Huds. Ἱκανὴν τιμωρίαν εἶναι νομίζοντες *Porph.* & *Euseb.* Ox. Spanh.

f Ἡγούμενοι.] Ἡγούμενοι deest in *Porph.* & *Euseb.* Ox. Spanh.

g Περὶ—καὶ δίκαιοι.] Totam hanc sectionem desiderant *Porph.* & *Euseb.* Huds. Περὶ δὲ τὰς κρισ. &c. desunt in *Porphyr.* & *Euseb.* Ox. Sic *Exod.* XVI. 23. XXXV. 3. *Jerem.* XVII. 22. Spanh.

* Eumdem victus ordinem: *Ruf.* Ejusdem victus usum, *Xyland.*

gregati. quod vero ab iis *semel* decretum fuerit, fixum manet & immobile. Venerationem quoque post Deum maximam apud eos habet legislatoris nomen: & morte multari quicunque ei maledixerit. Ætate grandioribus numeroque majoribus obtemperare, pulchrum esse ducunt: adeo ut cum decem consederint, non est ut *unus* aliquis loquatur, si novem inviti fuerint. Cavent etiam in medium eorum vel in dextram sui partem exspuere; & sabbatis manum operi admovere, *fugiunt* maxime omnium Judæorum. nam non solum pridie ejus diei cibum sibi præparant, ut illo die ignem non accendant; sed neque vas ullum loco movere audent, nec alvum exonerare. Aliis autem diebus scrobem ad unius pedis altitudinem sarculo excavantes (datur enim ejusmodi securicula iis qui recens admissi sunt) circumtegentes *eam* amiculo, ne Dei radiis injuriam facerent, in eam excernunt, deinde effossam terram in scrobem retrahunt; idque faciunt loca secretiora deligentes. & quamvis à natura sit ista sordium corporis excretio, illis tamen solenne est ut post eam abluantur, haud secus ac si polluti fuissent.

10. Distincti autem sunt, juxta tempus quo sese *in ista disciplina* exercuerunt, in quatuor classes: atque juniores adeo senioribus inferiores habentur; ut, si aliquos eorum forte contigerint, illi, ac si alienigenæ sese commiscuissent, semet abluant. Et longævi quidem, ita ut multi ultra centesimum annum extendant ætatem, propter victus simplicitatem, ut mihi videtur, & adhibitam ab illis moderationem. Rerum vero adversarum contemptores, & dolores vincunt animi magnitudine; mortemque, si cum gloria accedat, etiam immortalitati præferendam ducunt. Imo, quali in omnibus animo fuerint, egregio documento erat bellum cum Romanis gestum. in quo torti & distracti, flammisque usti & fracti, & cæteris omnibus cruciatuum machinis tentati, ut vel legum suarum auctori maledicerent, vel cibi aliquid insolito comederent; alterutrum *tamen* ut facerent induci non potuerunt, nedum ut tortores suos blandius alloquerentur, aut unam effunderent lachrymulam; sed in mediis tormentorum doloribus subridentes, ipsosque carnifices irrisione excipientes, animas alacriter dimiserunt, tanquam denuo eas recepturi.

Confer Antt. l. 18. c. 1. §. 5.

11. Nam & ista apud eos obtinuit opinio, corpora quidem esse interitui obnoxia, nec materiam eorum permanere, animas vero immortales in omne ævum durare; & ex æthere subtilissimo prodeuntes in corporum complexum tanquam in custodiam

τὸ δὲ ὁριαθὲν ὑπ᾽ αὐτῶν ἀκίνητον. σέβας δὲ μέγιστον παρ᾽ αὐτοῖς μετὰ τὸν Θεὸν, τὸ ὄνομα τοῦ νομοθέτου. κἂν βλασφημήσῃ τὶς εἰς τοῦτον, [h] κολάζεσθαι θανάτῳ. τοῖς δὲ πρεσβυτέροις ὑπακούειν καὶ τοῖς πλείοσιν, ἐν καλῷ τίθενται. δέκα γοῦν συγκαθεζομένων, [i] οὐκ ἂν λαλήσειέ τις ἀκόντων τῶν ἐννέα. καὶ τὸ πτύσαι δὲ εἰς μέσους ἢ τὸ δεξιὸν μέρος φυλάσσονται· καὶ ταῖς ἑβδομάσιν ἔργων ἐφάπτεσθαι, διαφορώτατα Ἰουδαίων ἁπάντων. [k] οὐ μόνον γὰρ τροφὰς ἑαυτοῖς πρὸ ἡμέρας μιᾶς παρασκευάζουσιν, ὡς μηδὲ πῦρ [l] ἐναύοιεν [m] ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. ἀλλ᾽ οὐδὲ σκεῦός τι μετακινῆσαι θαῤῥοῦσιν, οὐδὲ [n] ἀποπατεῖν. [o] ταῖς δὲ ἄλλαις ἡμέραις βόθρον ὀρύσσοντες βάθος ποδιαῖον [p] τῇ σκαλίδι, τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ διδόμενον ὑπ᾽ αὐτῶν ἀξινίδιον τοῖς νεοσυστάτοις, καὶ περικαλύψαντες [q] θοιματίῳ, [r] ὡς μὴ τὰς αὐγὰς ὑβρίζοιεν τοῦ Θεοῦ, θακεύουσιν εἰς αὐτὸν, ἔπειτα τὴν ἀνορυχθεῖσαν γῆν ἐφέλκουσιν εἰς τὸν βόθρον, καὶ τοῦτο ποιοῦσι τοὺς ἐρημοτέρους τόπους ἐκλεγόμενοι. καίπερ δὴ φυσικῆς οὔσης τῆς τῶν σωματικῶν λυμάτων ἐκκρίσεως, ἀπολούεσθαι μετ᾽ αὐτὴν, καθάπερ μεμιαμμένοις, ἔθιμον.

ι΄. Διῄρηνται δὲ, κατὰ χρόνον τῆς ἀσκήσεως, εἰς μοίρας τέσσαρας· καὶ τοσοῦτον οἱ μεταγενέστεροι τῶν προγενεστέρων ἐλαττοῦνται, ὥστε εἰ ψαύσειαν αὐτῶν ἐκείνους ἀπολούεσθαι, καθάπερ ἀλλοφύλῳ [s] συμφυρέντας. καὶ μακρόβιοι μὲν, ὡς τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ ἑκατὸν [t] παρατείνειν ἔτη, διὰ τὴν ἁπλότητα τῆς διαίτης, ἐμοί γε δοκεῖν καὶ τὴν εὐταξίαν. [v] καταφρονηταὶ δὲ τῶν δεινῶν, καὶ τὰς μὲν ἀλγηδόνας νικῶντες τοῖς φρονήμασι, τὸν δὲ θάνατον, εἰ μετ᾽ εὐκλείας προσίοι, νομίζοντες ἀθανασίας ἀμείνω. διήλεγξε δ᾽ αὐτῶν ἐν ἅπασι τὰς ψυχὰς, ὁ πρὸς Ῥωμαίους πόλεμος. ἐν ᾧ στρεβλούμενοι καὶ λυγιζόμενοι, καιόμενοί τε καὶ κλώμενοι, καὶ διὰ πάντων ὁδεύοντες τῶν βασανιστηρίων ὀργάνων, ἵνα ἢ βλασφημήσωσι τὸν νομοθέτην, ἢ φάγωσί τι τῶν ἀσυνήθων, [x] οὐδέτερον τι ὑπέμειναν παθεῖν, ἀλλ᾽ οὐδὲ κολακεῦσαί ποτε τοὺς αἰκιζομένους, ἢ δακρῦσαι. μειδιῶντες δὲ ἐν ταῖς ἀλγηδόσι, καὶ κατειρωνευόμενοι τῶν τὰς βασάνους προσφερόντων, εὔθυμοι τὰς ψυχὰς ἠφίεσαν, [y] ὡς πάλιν κομιούμενοι.

ια΄. Καὶ γὰρ ἔῤῥωται παρ᾽ αὐτοῖς [z] ἥδε ἡ δόξα, φθαρτὰ μὲν εἶναι τὰ σώματα, καὶ τὴν ὕλην οὐ μόνιμον αὐτοῖς, τὰς δὲ ψυχὰς ἀθανάτους ἀεὶ διαμένειν, καὶ συμπλέκεσθαι μὲν, ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φοιτώσας [a] αἰθέ-

h Κολάζεσθαι θανάτῳ.] Κολάζεται *Rhed.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.*

i Οὐκ ἂν λαλήσειέ τις] Οὐ κενὸν λ. *Rhed.*

k Οὐ μόνον γὰρ τροφὰς] Die sexto cibos parare, & ignem sabbato non accendere; commune erat omnium Judæorum & diserte præscriptum, *Exod.* XVI. 23. XXXV. 3. item onus non tollere, *Jer.* XVII. 22. & ab opere famulo abstinere, *Exod.* XX. 9. *Num.* XXVIII. 18. Sed nec vasculum transferre, nec exonerare ventrem, utrumque Essenorum peculiare. Hujus itaque commatis sensus est, quod *Esseni sabbatum colunt egregie præter cæteros: quippe* non ea tantum faciunt quæ Judæi omnes, *non tantum cibos sibi pridie parant, ne videlicet in eo die ignem accendant; sed* & ab iis abstinent quæ licere sibi cæteri arbitrantur; *neque vasculum transferre audent, nec levare alvum.* Aldr.

l Εναύοιεν] Aut ἐναύοιεν ἐκείνην τὴν ἡμέραν, aut ἐνάπτοιεν ἐκείνην τ. ἡ. aut ἅπτοιεν ἐκείνην τ. ἡ. in *MSS.*

m Εκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.] Εκείνην τὴν ἡμέραν *MSS.* omnes *Oxon.* Spanh.

n Αποπατεῖν.] *Rost.* Αποπάτουσι.

o Ταῖς δὲ ἄλλαις ἡμέραις] Apud *Porph.* & *Euseb.* pro istis, ταῖς δὲ ἄλλ. &c. usque ad κολακεῦσαι. ad fin. §. 13. sequentia habemus. τὴν δὲ σκαλίδα διδόασι τοῖς μέλλουσιν αἱρετισταῖς, ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ ἄλλως οὐ θακεύουσιν ἢ βόθρον ὀρύξαντες εἰς βάθος ποδιαῖον, περικαλύψαντές τε θοιματίῳ ὡς μὴ ταῖς αὐταῖς ἐνυβρίζειν [αὐγαῖς ἐνυβρίζων *Euseb.*] τοῦ Θεοῦ, τοσαύτη δὲ [μέν ἐστιν *Porph.*] αὐτῶν ἡ λιτότης ἡ περὶ τὴν δίαιταν καὶ ὀλιγότης, ὡς τῇ ἑβδομάδι μὴ δεῖσαι κενώσεως, ἣν τηρεῖν εἰώθασιν εἰς τοὺς ὕμνους τῷ Θεῷ καὶ εἰς ἀνάπαυσιν. [ἐκ δὲ *Euseb.*] τῆς ἀσκήσεως ταύτης τοσαύτην πεποίηνται τὴν καρτερίαν, ὡς στρεβλούμενοι καὶ λυγιζόμενοι, καὶ καιόμενοι, καὶ διὰ πάντων ὁδεύοντες τῶν βασανιστηρίων ὀργάνων [ἵνα] ἢ βλασφημήσωσι τὸν νομοθέτην ἢ φαγωσί τι τῶν ἀσυνήθων οὐδ᾽ ἕτερον ὑπομεῖναι διέδειξαν δὲ τοῦτο ἐν τῷ πρὸς Ῥωμαίους πολέμῳ, ἐπεὶ οὐδὲ κολακεῦσαι τοὺς αἰκιζομένους ἢ δακρῦσαι ὑπομένουσι, μειδιῶντες δ᾽ ἐν ταῖς ἀλγηδόσι, &c. Aldr. Ταῖς δὲ ἄλλαις ἡμερ. Hæc & sequentia paulo aliter apud *Porphyr.* & *Euseb.* vid. Ox. Spanh.

p Τῇ σκαλίδι,] Hinc erudite explicat *Scaliger* cur Esseni vitarent in sabbato ἀποπατεῖν. Nam sarculum (inquit) sive σκαλίδα gestabant, qua scrobiculum deprimerent, in quem egererent. At in sabbato nullum σκεῦος tollere aut transferre licet, quale est sarculum. In eorum quoque præceptis & Regulæ canonibus, illud præceptum *Deut.* XXIII. 12. 13. de paxillo & scrobiculo fodiendo continebatur. Quare non poterant alvum levare nisi opus facerent, quod non licet in sabbato. *Elench. Trihæres.* c. 26. p. 353. Aldr.

q Θοιματίῳ,] Ita cum *Porph.* θομάτιον in *cæteris.*

r Ως μὴ τὰς αὐγὰς] Ως μὴ ταῖς αὐταῖς ἐνυβρίζειν. τοὺς Θεοῦ, *Porph.* in *Editione principe.* pro quibus legit *Victorius*, ὡς μὴ ταῖς αὐγαῖς ἐνυβρίζειν τοῦ Θεοῦ. Vide *Salmas.* in *Exerc. Plin.* p. 611. *S. Petitum* in *Var. Lect.* lib. 2. c. 7. *Petav.* in *Miscell. Exerc.* c. 1. & *Is. Vossium* de *Sibyllinis oraculis*, p. 273.

s Συμφυρόντας.] Ita ex *MS.* συμφερέντας in *Editis.* Huds. Gen. Συμφερέντας. vel συμφυρέντας & ita *Basil.* Spanh.

t Παρατείνειν] Παρατίνειν *Gen.* παρατείνειν *Big.* (*Lugd. Bat.*) Ox. Spanh.

v Καταφρονηταὶ—θάνατον,] Καταφρονηταὶ & sequentia paulo aliter *Porphyr.* & *Euseb.* Ox. Spanh.

x Οὐδέτερόν] Ita ex *Lugd. Bat.* reliqui οὐδ᾽ ἕτερόν. Hav.

y Ως πάλιν] Idem *Lugd. Bat.* non male ὡς καὶ πάλιν Hav.

z Ηδε] Abest a *Lugd. Bat.*

a Αἰθ-

[a] αἰθέρος, ὥσπερ εἱρκταῖς τοῖς σώμασιν [b] ἴυγγί τινι φυσικῇ κατασπωμένας. ἐπειδὰν δὲ [c] ἀνεθῶσι τῶν κατὰ σάρκα δεσμῶν, [d] οἷα δὴ μακρᾶς δουλείας ἀπηλλαγμένας τότε χαίρειν καὶ μετεώρους φέρεσθαι. [e] καὶ ταῖς μὲν ἀγαθαῖς, ὁμοδοξοῦντες παισὶν Ἑλλήνων, ἀποφαίνονται τὴν ὑπὲρ ὠκεανὸν δίαιταν ἀποκεῖσθαι, καὶ χῶρον, οὔτε ὄμβροις, οὔτε νιφετοῖς, οὔτε καύμασι βαρυνόμενον, ἀλλ' ὃν ἐξ ὠκεανοῦ πραῢς ἀεὶ ζέφυρος ἐπιπνέων ἀναψύχει· ταῖς δὲ φαύλαις, ζοφώδη καὶ χειμέριον ἀφορίζονται μυχὸν, γέμοντα τιμωριῶν ἀδιαλείπτων. δοκοῦσι δέ μοι κατὰ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν Ἕλληνες, τοῖς τε ἀνδρείοις αὐτῶν, οὓς Ἥρωας καὶ Ἡμιθέους καλοῦσι, τὰς μακάρων νήσους ἀνατεθεικέναι. ταῖς δὲ τῶν πονηρῶν ψυχαῖς, καθ' ᾅδου τὸν ἀσεβῶν χῶρον, ἔνθα καὶ κολαζομένους τινὰς μυθολογοῦσι, Σισύφους καὶ Ταντάλους, καὶ Ἰξίονας καὶ Τιτυοὺς, πρῶτον μὲν ἀϊδίους ὑφιστάμενοι τὰς ψυχὰς, ἔπειτα εἰς προτροπὴν ἀρετῆς καὶ κακίας ἀποτροπήν. τούς τε γὰρ ἀγαθοὺς γίνεσθαι κατὰ τὸν βίον ἀμείνους, ἐλπίδι τιμῆς καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν, τῶν τε κακῶν ἐμποδίζεσθαι τὰς ὁρμὰς δέει, προσδοκώντων, εἰ καὶ λάθοιεν ἐν τῷ ζῆν, μετὰ τὴν διάλυσιν ἀθάνατον τιμωρίαν ὑφέξειν. τάδε μὲν οὖν Εσσηνοὶ περὶ ψυχῆς θεολογοῦσιν, ἄφυκτον δέλεαρ τοῖς ἅπαξ γευσαμένοις τῆς σοφίας αὐτῶν [f] ἐγκαθιέντες.

ιβ'. [g] Εἰσὶ δὲ ἐν αὐτοῖς οἳ καὶ τὰ μέλλοντα [h] προγινώσκειν ὑπισχνοῦνται, βίβλοις ἱεραῖς, καὶ διαφόροις ἁγνείαις, καὶ προφητῶν ἀποφθέγμασιν ἐμπαιδοτριβούμενοι. σπάνιον δὲ εἴποτε ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν [i] ἀστοχήσουσιν.

ιγ'. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον Εσσηνῶν τάγμα, ὃ δίαιταν μὲν καὶ ἔθη καὶ νόμιμα τοῖς ἄλλοις ὁμοφρονοῦν, [k] διεστὸς δὲ τῇ κατὰ γάμον δόξῃ. μέγιστον γὰρ ἀποκόπτειν οἴονται τοῦ βίου μέρος, [l] τὴν διαδοχὴν, τοὺς μὴ γαμοῦντας, μᾶλλον δὲ, εἰ πάντες τὸ αὐτὸ φρονήσειαν, [m] ἐκλιπεῖν ἅπαν τὸ γένος τάχιστα. [n] δοκιμάζοντες μέν τοι τριετίᾳ τὰς γαμετὰς, ἐπειδὰν τρὶς καθαρθῶσιν εἰς πεῖραν τοῦ δύνασθαι τίκτειν, [o] οὕτως ἄγονται. ταῖς δὲ ἐγκύμοσιν οὐχ ὁμιλοῦσιν, ἐνδεικνύμενοι, τὸ μὴ δι' ἡδονὴν, ἀλλὰ τέκνων χρείαν, γαμεῖν. λουτρὰ δὲ ταῖς γυναιξὶν [p] ἀμπεχομέναις ἐνδύματα, καθάπερ τοῖς ἀνδράσιν ἐν περιζώματι. τοιαῦτα μὲν ἔθη τοῦδε τοῦ τάγματος.

ιδ'. [q] Δύο δὲ τῶν προτέρων, Φαρισαῖοι μὲν, οἱ δο-

includi, illecebra naturali istuc attractas. Postquam vero carnis vinculis solutæ fuerint, quasi de longa servitute liberatas illico lætari & in sublime evolare. & quidem pias, convenienter iis quæ Græci sentiunt, vitam ultra oceanum manere dicunt; locumque nec nive nec imbribus nec æstu gravem, sed quem placidus jugiter ab oceano spirans temperet zephyrus; impias vero sub terram in obscurum gelidumque antrum relegant, æternorum cruciatuum plenum. Videntur autem mihi juxta eandem sententiam Græci, suis etiam viris fortibus & magnis, quos Heroas appellant & Semideos, beatorum insulas attribuisse: improborum vero animabus locum apud inferos impiorum proprium; ubi & quosdam tormentis vexari fabulantur, Sisyphos & Tantalos, & Ixiones & Tityos, primò quidem immortales esse animas ponentes, deinde *hoc ipsum trahentes* ad exhortandum homines ad virtutis studium & dehortandum à vitio: nam & bonos inde in hac vita meliores fieri, spe præmii etiam post mortem; & malorum impetus cohiberi metu, ut qui exspectent, etiamsi lateant dum vivunt, fore ut post obitum æternos subeant cruciatus. Atque ista quidem sunt quæ Esseni de anima divinitus philosophantur, ejusmodi demittentes escam, quam non possunt non capere qui semel eorum degustarunt sapientiam.

12. Sunt autem inter eos, qui etiam futura prænoscendi spem faciunt; ut qui à pueritia cum sacris libris, tum variis lustrationibus, prophetarumque dictis assidue versati fuerint. raroque admodum suis in prædictionibus à vero aberrant. *Confer Antt. l. 18. c. 10. §. 5.*

13. Est & alius porro Essenorum ordo, qui cum prioribus quidem, quoad rationem vivendi moresque & instituta, consentit, sed in una de nuptiis opinione ab ipsis discrepat. Maximam enim vitæ *hominum* partem, quæ à successione pendet, eos amputare arbitrantur qui à nuptiis abstineant; multo vero magis desiturum humanum genus quam citissime, si omnes in eandem de istis ire velint sententiam. Veruntamen * sponsas per triennium probant. † Cum autem ter purificatæ fuerint, ad explorandum possintne parere, tum eas in uxores ducunt. At cum gravidis non coëunt, *hoc ipso* ostendentes, quod nuptias non voluptatis ergo, sed liberorum inopia fecerint. Feminæ autem lavantur indusiis circum amictæ, quemadmodum viri cum subligacula induerint. Hujus quidem ordinis mores sunt hujusmodi. *Alius Essenorum ordo.*

14. Ex duobus vero ordinibus præcipuis, Pharisæi *De Pharisæis.*

a Αἰθέρος,] Αἰθέρος, ῥύμῃ φυσικῇ κατ. *Porph.* & *Euseb.* cæteris omissis.

b Ιυγγύι τινι φυσικῇ] Male ἴλιγγι, &c. *Lugd. Bat.* Confer *Oppian.* & *Rittershusii* notas ad eundem p. 292. Mercerum ad Aristen. p. 276. & Salmas. ad Solin. p. 662. Hav.

c Ανεθῶσι] Αναθῶσι *Porph.* Spanh.

d Οἷα δὴ] *Rost.* Οἷα δέ.

e Καὶ ταῖς μὲν] Quæ sequuntur ad finem usque §. ιε'. desiderant *Porph.* & *Euseb* Spanh.

f Εγκαθιέντες.] *Rost.* Εγκαθιόντες.

g Εἰσὶ—μέλλοντα] Pro istis, Εἰσὶ δὲ ἐ. α. ο. κ. τ. μ. πρ. ὑπ. βίβλοις ἱεραῖς, &c. *Porph.* & *Euseb.* habent ἀπὸ δὲ τῆς ταύτης. [τοιαύτης *Porph.*] διαίτης, καὶ τῆς πρὸς ἀλήθειαν καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀσκήσεως, εἰκότως ἐν αὐτοῖς πολλοὶ οἳ καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκουσιν. ὡς ἂν βίβλοις, &c. Huds. Vid. ἁλωσ. 1. c. 3. §. 5. Spanh.

h Προγινώσκειν ὑπισχνοῦνται,] Exempla quædam habes in præcedentibus; v. g. *Belli* I. 3. §. ε'. ubi Judas prædicit Antigoni mortem. II. §. ς'. ubi Simon Archelai exsilium. *Antt.* lib. 17. c. 15. §. 3. ubi Manahemus Herodem regnaturum. Aldrich.

i Αστοχήσουσιν.] Αστοχοῦσι *Porph. Euseb. Ox.* Spanh.

k Διεστὸς—δόξῃ.] Ita legendum censui. διεστὼς in libris omnibus tam *MSS.* quam *impressis*.

l Τὴν διαδοχὴν:] Abest a *Rost.*

m Εκλιπεῖν] *Lugd. Bat.* Εκλείπειν.

n Δοκιμάζοντες μέν] Paulo aliter legisse videtur *Ruf.* qui vertit, *Nihilominus autem cum tanta ipsi moderatione conveniunt, ut per triennium explorent valetudinem feminarum; & si constanti purgatione apparuerint idoneæ partui, ita eas in matrimonia asciscunt.*

o Οὕτως ἄγονται.] Conf. sup. §. 5. Hav.

p Αμπεχομέναις] Απεχομέναις *Big. Ox.* Spanh.

q Δύο—Φαρισαῖοι μὲν,] Mirum esset si *Josephus* de tribus sectis ex professo scribens, de earum una tam prolixe dissereret, duas reliquas pene præteriret: præsertim cum in aliis locis ubi scribit uberius, tamen *hunc Belli locum* appellet, *huc* lectorem amandet, quasi plura hic & magis accurata reperturum. Quare non est dubitandum quin in ipso *Josephi* autographo multa exstiterint, quæ ne ad *Rufini* quidem manus pervenerunt; nam & alia multa periisse jure suspicamur, quia desiderari certo scimus. Hujusce loci damnum aliquatenus resarciri potest ex *Antt.* XVIII. c. 1. §. 3. XIII. c. 5. §. 9. & c. 10. §. 6. ut & c. 16. §. 1. & 2. XVII. c. 2. §. 4. *Belli* I. 5. §. β'. & *Josephi vita*, §. 2. Aldr. Quomodo hunc locum legerit *Rufinus*, conjiciat, cui libet, ex ejus interpretatione, *Duorum autem priorum ordinum Pharisæi dicuntur, qui certiorem legalium rituum notitiam profitentur: & hi primum dogma habent, ut fato & Deo universa deputent.* Huds. Plura de duabus his sectis Pharisæorum & Sadducæorum scripsisse *Josephum*, quæ jam ævo *Rufini* interierunt, statuit *Auctor Not. Ox.* Spanh. In novo Testamento multa huc faciunt, quæ non indico, quia neminem nescire confido; Scriptores cæteros data opera prætermitto. Aldr.

* Per triennium explorant valetudinem feminarum, *Ruf.*

† Et si constanti purgatione apparuerint idoneæ partui, ita eas ducunt, *Ruf.*

Confer *Antt.* l. 13. c. 5. §. 9. & l. 18. c. 1. §. 3.

risæi quidem, qui in accuratioribus legum interpretibus habentur, & primæ *apud Judæos* sectæ auctores erant, fato & Deo omnia attribuunt, & honeste agere aut non agere magna ex parte in hominibus situm *esse ajunt*, * cooperari autem in singulis fatum: animam autem omnem quidem esse immortalem, solas vero bonorum animas in alia transire corpora, at malorum æterno supplicio puniri. Sadducæi autem, qui alter est ordo, fatum omnino tollunt, Deumque negant auctorem esse, ut quis vel male agat vel à malo abstineat; & in electione hominis positum ajunt tum bonum tum etiam malum, † & unumquemque pro arbitrio suo ad utrumlibet accedere. quin & animas permanere, suppliciaque & præmia apud inferos negant. Et Pharisæi quidem sui invicem amantes sunt, & in communem utilitatem concordiam colunt: Sadducæorum vero mores & erga se mutuo magis feri, & cum sui similibus versantur quemadmodum cum alienis. Ejuscemodi quidem sunt quæ de iis qui apud Judæos philosophantur dicenda habui.

Confer *Antt.* l. 18. c. 1. §. 4.

κοῦντες μετὰ ἀκριβείας ἐξηγεῖσθαι τὰ νόμιμα καὶ τὴν πρώτην [r] ἐπάγοντες αἵρεσιν, εἱμαρμένῃ τε καὶ Θεῷ προσάπτουσι πάντα, καὶ τὸ μὲν πράττειν τὰ δίκαια καὶ μή, κατὰ τὸ πλεῖστον ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις κεῖσθαι, βοηθεῖν δὲ εἰς ἕκαστον καὶ τὴν εἱμαρμένην. ψυχήν δὲ πᾶσαν μὲν ἄφθαρτον, μεταβαίνειν δὲ εἰς ἕτερον σῶμα τὴν τῶν ἀγαθῶν μόνην, τὴν δὲ τῶν φαύλων ἀϊδίῳ τιμωρίᾳ [s] κολάζεσθαι. Σαδδουκαῖοι δέ, τὸ δεύτερον τάγμα, τὴν μὲν εἱμαρμένην παντάπασιν ἀναιροῦσι, καὶ τὸν Θεὸν ἔξω τοῦ δρᾶν τι κακὸν [t] ἢ μὴ δρᾶν τίθενται. φασὶ δὲ ἐπ' ἀνθρώπων ἐκλογῇ, τό, τε καλὸν καὶ τὸ κακὸν προκεῖσθαι, καὶ τὸ κατὰ γνώμην ἑκάστῳ τούτων ἑκατέρῳ προσιέναι. ψυχῆς τε τὴν διαμονήν, καὶ τὰς [v] καθ' ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς ἀναιροῦσι. καὶ Φαρισαῖοι μὲν [x] φιλάλληλοί τε, καὶ τὴν εἰς τὸ κοινὸν ὁμόνοιαν ἀσκοῦντες. [y] Σαδδουκαίων δὲ καὶ πρὸς [z] ἀλλήλους τὸ ἦθος ἀγριώτερον, αἵ τε ἐπιμιξίαι πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀπηνεῖς ὡς πρὸς ἀλλοτρίους. τοιαῦτα μὲν περὶ τῶν ἐν Ἰουδαίοις φιλοσοφούντων εἶχον εἰπεῖν.

VIII.

CAP. IX.

Salomes obitus. Urbes ab Herode & Philippo conditæ. Tumultus sub Pilato. Agrippa major à Tiberio in vincula conjectus: à Cajo principe libertate & regno donatur. Herodes Antipas in exsilium mittitur.

ΚΕΦ. Θ'.

Σαλώμης τελευτή. πόλεις ὑφ' Ἡρώδου καὶ Φιλίππου κτισθεῖσαι. ταραχὰς κινεῖ Πιλᾶτος. Τιβέριος ἐ[illegible]γνυσι τὸν Ἀγρίππαν· αὐτὸν δὲ τῶν δεσμῶν ἀ[illegible] Γάϊος, καὶ βασιλέα καθίστησιν. Ἡρώδης Ἀντίπας φυγαδεύεται.

Archelai ethnarchia fit provincia.

Salome obit & multa Julia relinquit.

Herodes & Philippus urbes condunt. *Antt.* l. 18. c. 2. §. 1.

ARchelai autem ethnarchia in provinciam redacta, reliqui, Philippus, & Herodes cognomine Antipas, tetrarchias suas administrabant. Salome enim moriens Juliæ Augusti conjugi toparchiam suam & Jamniam, & palmeta in Phasaëlide *testamento* reliquit. Delato autem ad Tiberium Juliæ Romano imperio, post mortem Augusti, qui rerum summæ præfuit annis septem & quinquaginta, prætereaque mensibus sex, & duobus diebus, Herodes ac Philippus, qui in suis adhuc erant tetrarchiis, hic quidem juxta Jordanis fontes in Paneade *regione* urbem Cæsaream condit, & in inferiore Gaulanitide

ΤΗΣ Ἀρχελάου δὲ ἐθναρχίας μεταπεσούσης εἰς ἐπαρχίαν, οἱ λοιποί, Φίλιππός τε καὶ [a] Ἡρώδης ὁ κληθεὶς Ἀντίπας, διῴκουν τὰς ἑαυτῶν τετραρχίας. Σαλώμη γὰρ τελευτῶσα [b] Ἰουλίᾳ τῇ τοῦ Σεβαστοῦ γυναικὶ τήν τε αὐτῆς τοπαρχίαν καὶ Ἰάμνειαν, καὶ [c] τοὺς ἐν Φασαηλίδι φοινικῶνας κατέλιπεν. [d] μεταβάσης δὲ εἰς Τιβέριον τὸν Ἰουλίας υἱὸν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, μετὰ τὴν Αὐγούστου τελευτήν, [e] ἀφηγησαμένου τῶν πραγμάτων [f] ἔτεσιν ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα, [g] πρὸς δὲ μησὶν ἓξ [h] ἡμέραις δυοῖν, [i] διαμείναντες ἐν ταῖς τετραρχίαις, ὅ, τε Ἡρώδης, καὶ Φίλιππος, ὁ μὲν πρὸς ταῖς Ἰορδάνου πηγαῖς ἐν [k] Πανεάδι [l] πόλιν κτίζει Καισάρειαν, κἀν τῇ κάτω Γαυλα-

r Ἐπάγοντες αἵρεσιν,] Ita lego levicula cum mutatione. antea erat ἀπάγοντες.

s Κολάζεσθαι.] *Rost.* Καταδικάζεσθαι.

t Ἢ μὴ δρᾶν τίθενται.] Ita lego cum *Grotio* ad *Matt.* 22, 23. quem sequutus est *Bullus* in *Dissert. post.* de *Harmonia Apost.* c. 15. Prius erat, ἢ ἐφορᾶν. quod etiam agnoscit *Rufinus*, qui vertit, *& Deum extra omnem mali patrationem inspectionemque constituunt.*

v Καθ' ᾅδου τιμωρίας] Καθ' ὅλου in quibusdam *MSS.* HUDS. Imo etiam in *Lugd. Bat.* & *Rost.* neque inepta lectio est, quam etiam *Vetus* agnovit, vertens *generaliter.* τὴν quoque ante διαμονὴν non agnoscit *Lugd. Bat. Rost.* vero scribit καὶ τὴν καθόλου τιμωρίαν καὶ τιμήν. HAV

x Φιλάλληλοί] Φιλάλληλοι Esseni similiter supr. §. 2. SPANH.

y Σαδδουκαίων δὲ] Δὲ abest a *Gen.*

z Ἀλλήλους τὸ ἦθος ἀγριώτερον,] Ἀλλοτρίους malit *J. Clericus* in *Prolegomenis* ad *Hist. Eccl.* §. 1. c. 3. p. 15.

a Ἡρώδης ὁ κληθεὶς Ἀντίπας,] Conf. supr. c. 6. §. 3. SPANH.

b Ἰουλίᾳ] *Lugd. Bat.* Superponit Λιβίᾳ.

c Τοὺς ἐν Φασαηλίδι φοινικῶνας] De Phasaëlide vide *lib.* I. *de Bello.* c. 21. §. 9. de Palmetis vide *Plinium* in *Nat. Hist.* lib. 13. c. 4. HUDS. De Phasaëlide vide *Belli.* I. 21. θ'. De Palmetis *Plinius* XIII. 4. *Caryotarum* nobilitas in Judæa; nec in tota, sed Hierichunte maxime. Quanquam laudatæ & Archelaide, & Phaselide atque Liviade gentis ejusdem convallibus. ALDR.

d Μεταβάσης δὲ εἰς Τιβέριον] Hic manuscriptus Codex, qui fuit *Alex. Petavii*, nunc *L. B.* interserit testimonium *Josephi* de *Jesu Christo*, quod extat in ἀρχαιολογίᾳ lib. 18. c. 4. totidem verbis. Post illa autem hæc adjunguntur, quæ à correctore sunt inducta. Πάντες γὰρ δίκαιοί τε καὶ ἄδικοι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ λόγου ἀχθήσονται. τούτῳ γὰρ ὁ πατὴρ τὴν κρίσιν δέδωκε. καὶ αὐτὸς βουλὴν πατρὸς ἐπιτελῶν κριτὴς παραγίνεται ὃν Χριστὸν προσαγορεύομεν. οὐδὲ γὰρ Μίνως καὶ Ῥαδάμανθος κριταὶ καθ' ὑμᾶς Ἕλληνες. ἀλλ' ὃν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἐδόξασε. περὶ οὗ ἐν ἑτέροις λεπτομερέστερον διεληλύθαμεν πρὸς τοὺς ζητοῦντας τὴν ἀλήθειαν. οὗτος τὴν πρὸς ἕκαστον δικαιοκρισίαν ποιούμενος πᾶσι κατὰ τὰ ἔργα παρασκευάσει τὸ δίκαιον. οὗ κρίσει παραστάντες πάντες ἄνθρωποί τε καὶ ἄγγελοι καὶ δαίμονες μίαν ἀποφθέγξονται φωνὴν οὕτω λέγοντες. δικαία σου ἡ κρίσις. ἧς φωνῆς τὸ ἀνταπόδομα ἐπ' ἀμφοτέροις ἐπάγει τὸ δίκαιον. τοῖς μὲν εὖ πράξασι δικαίως τὴν ἀΐδιον ἀπόλαυσιν παρασχόντος. τοῖς δὲ τῶν φαύλων ἐρασταῖς τὴν αἰώνιον κόλασιν ἀπονέμοντος. καὶ τούτοις μὲν τὸ πῦρ ἄσβεστον διαμένει καὶ ἀτελεύτητον, σκώληξ δέ τις ἔμπυρος μὴ τελευτῶν, μηδὲ σῶμα διαφθείρων, ἀπαύστῳ δ' ὀδύνῃ ἐκ σώματος ἐκβράσσων παραμένει. Corrector in margine hæc adscripsit. ἰστέον ὅτι τὸ τοιοῦτον ὠβέλισται ὅλον παρ' ἡμῶν. ἐπεὶ μηδὲ ἐν ἑτέροις ἀντιγράφοις τοῦτο εὕρομεν. ἀλλ' οὐδέ τις τῶν τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ διδασκάλων τούτων ἐπεμνήσθη. οὐ μὴν τῶν ἐσύστερον ἱστορικῶν ἀνδρῶν. Cætera verba à compactore desecta sunt. Reliquiæ sunt tales. Μόνων——αλω——είρη——ἀναλ——ἐν τῷ τῇ λόγῳ χαιοδ——ρίσκεται. HAV.

e Ἀφηγησαμένου τῶν πραγμάτων] Quod è Gallico redditum, *conduire les affaires* potius quàm ab firmiori Græci profectu dicit Harduin. de Num. Herod. p. 37. SPANH.

f Ἔτεσιν ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα,] Ob hunc calculum Josephum νοθείας accusat Harduin. de Num. Herod. p. 39. 40. SPANH.

g Πρὸς δὲ μησὶν] Non XXXVII. sed XXXXVI. *Hard.* SPANH.

h Καὶ ἡμέραις δυοῖν,] Ita expresse in *MSS.* omnibus, ut & *Lugd. Bat.* & *Rost.*

i Διαμείναντες——Ἡρώδης] *Rost.* Διαμείναντες δὲ ὅτι Ἡρ. reliquis omissis.

k Πανεάδι] Conf. *Antt.* lib. 18. c. 2. §. 1. SPANH.

l Πόλιν κτίζει——Γαυλανιτικῇ] Conf. *Antt.* lib. 18. c. 2. §. 1. SPANH.

* *Al.* ad singula adjuvare etiam fatum. *Vel*, in singulis autem fati auxilium concurrere.

† *Al.* & cuique prout velit hoc vel illud adesse, *Vel*, unumquemque, prout ei videtur, ad alterutrum ferri.

λανιτικῇ [m] Ἰουλιάδα, Ἡρώδης δὲ ἐν μὲν τῇ Γαλιλαίᾳ Τιβεριάδα, ἐν δὲ τῇ Περαίᾳ φερώνυμον Ἰουλίας.

β'. Πεμφθεὶς δὲ εἰς Ἰουδαίαν ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου Πιλᾶτος, νύκτωρ κεκαλυμμένας εἰς Ἱεροσόλυμα παρεισκομίζει τὰς Καίσαρος [n] εἰκόνας, [o] σημαῖαι καλοῦνται. τοῦτο μεθ' ἡμέραν μεγίστην ταραχὴν [p] ἤγειρεν Ἰουδαίων. [q] οἵ τε γὰρ ἐγγὺς πρὸς τὴν ὄψιν ἐξεπλάγησαν, ὡς πεπατημένων αὐτοῖς τῶν νόμων. [r] οὐδὲν γὰρ ἀξιοῦσιν ἐν τῇ πόλει δείκηλον τίθεσθαι. καὶ πρὸς τὴν ἀγανάκτησιν τῶν κατὰ τὴν πόλιν [s] ἀθρόος ἐκ τῆς χώρας λαὸς συνέρρευσεν. ὁρμήσαντες δὲ πρὸς τὸν Πιλᾶτον εἰς Καισάρειαν, ἱκέτευον ἐξενεγκεῖν Ἱεροσολύμων τὰς σημαίας, καὶ τηρεῖν αὐτοῖς τὰ πάτρια. Πιλάτου δ' ἀρνουμένου περὶ τὴν ἱκεσίαν, πρηνεῖς καταπεσόντες, ἐπὶ πέντε ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας ἀκίνητοι διεκαρτέρουν.

γ'. [t] Τῇ δὲ ἑξῆς ὁ Πιλᾶτος καθίσας ἐπὶ βήματος ἐν τῷ μεγάλῳ [v] σταδίῳ, καὶ προσκαλεσάμενος τὸ πλῆθος, ὡς ἀποκρίνεσθαι δῆθεν αὐτοῖς θέλων, δίδωσι τοῖς στρατιώταις σημεῖον, ἐκ συντάγματος κυκλώσασθαι τοὺς Ἰουδαίους τοῖς ὅπλοις. περιστάσης δὲ τριστοιχεὶ τῆς φάλαγγος, οἱ Ἰουδαῖοι μὲν ἀχανεῖς ἦσαν, πρὸς τὸ ἀδόκητον τῆς ὄψεως. Πιλᾶτος δὲ κατακόψειν εἰπὼν αὐτούς, εἰ μὴ προσδέξαιντο τὰς Καίσαρος εἰκόνας, γυμνοῦν τὰ ξίφη τοῖς στρατιώταις ἔνευσεν. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι καθάπερ ἐκ συνθήματος ἀθρόοι καταπεσόντες, καὶ τοὺς αὐχένας παρακλίναντες, ἑτοίμους εἰς ἀναίρεσιν σφᾶς ἐβόων μᾶλλον, ἢ τὸν νόμον παραβῆναι. ὑπερθαυμάσας δ' ὁ Πιλᾶτος τὸ τῆς [x] δεισιδαιμονίας ἄκρατον, ἐκκομίσαι μὲν αὐτίκα τὰς σημαίας Ἱεροσολύμων κελεύει.

δ'. Μετὰ δὲ ταῦτα ταραχὴν ἑτέραν ἐκίνει, τὸν ἱερὸν θησαυρόν, καλεῖται δὲ [y] Κορβανᾶς, εἰς καταγωγὴν ὑδάτων ἐξαναλίσκων. [z] κατῆγε δὲ ἀπὸ [a] τετρακοσίων σταδίων. πρὸς τοῦτο τοῦ πλήθους [b] ἀγανάκτησις ἦν, καὶ τοῦ Πιλάτου παρόντος εἰς Ἱεροσόλυμα, περιστάντες τὸ [c] βῆμα κατεβόων. ὁ δέ, προῄδει γὰρ αὐτῶν τὴν ταραχήν, καὶ τῷ πλήθει τοὺς στρατιώτας ἐνόπλους [d] ἐσθήσεσιν ἰδιωτικαῖς κεκαλυμμένους ἐγκαταμίξας, καὶ [e] ξίφει μὲν χρήσασθαι κωλύσας, ξύλοις δὲ παίειν τοὺς κεκραγότας ἐγκελευσάμενος, σύνθημα δίδωσιν ἀπὸ τοῦ βή-

Juliadem; Herodes vero in Galilæa Tiberiadem, & in Peræa *urbem* cognominem Juliæ.

2. Pilatus autem à Tiberio procurator in Judæam missus, velatas Cæsaris imagines (signa ea appellantur) noctu infert in Hierosolyma. Hæc res, * simulatque dies illuxit, maximum tumultum excitavit Judæorum. Nam qui in proximo erant novo spectaculo attoniti obstupuere, quasi patriæ leges violatæ & conculcatæ essent. nefas quippe illis est simulachrum ullum in urbe statuere. Dumque illi indignarentur qui in urbe erant, ingens hominum multitudo è regione confluxit, subitoque Cæsaream ad Pilatum profecti, supplicabant ut imagines ex urbe Hierosolymorum auferendas curaret, illisque jura patria conservaret. Cumque Pilatus petitioni illorum non concederet, humi prostrati, quinque diebus totidemque noctibus immobiles permanserunt.

Pilatus Judæa procurator Cæsaris imagines in urbem infert. Antt. l. 18. c. 2. §. 2. & c. 4. §. 1.

Inde oritur tumultus. Antt. l. 18. c. 4. §. 1.

3. Postridie autem Pilatus, † cum in suggesto in Circo magno sedisset, populumque ad se advocasset, ut qui eis respondere vellet, signum dat militibus ut ex constituto Judæos armati circumvenirent. Cumque eos circundaret phalanx triplice *militum* ordine, Judæi quidem animis consternati erant ad spectaculum quod præter opinionem acciderat; Pilatus vero, illos se trucidatum ire minatus, nisi Cæsaris imaginibus locum darent, significabat militibus ut gladios *è vaginis* educerent. Judæi autem quasi uno consilio omnes conciderunt, & reclinatis cervicibus vociferabant, se longe mori malle quam contra legem aliquid facere. Tunc Pilatus, cum valde admiratus esset vehemens populi erga religionem studium, è vestigio quidem signa Hierosolyma exportari jubet.

Pilatus minitatur Judæis. Antt. l. 18. c. 4. §. 1.

Cum nihil minis proficeret, imagines submovet. Ibid.

4. At post hæc alium tumultum excitavit, sacrum thesaurum (isque Corbanas appellabatur) in constructionem aquæ-ductûs impendens. per trecenta autem *ad urbem* stadia deducebat. Hoc ipsum ægre admodum ferebat plebs, cumque Pilatus præsens adesset Hierosolymis circumfusi suggesto adversus eum inclamabant. Ille vero (præviderat enim tumultum illorum futurum) cum armatos milites plebejo habitu multitudini immiscuisset, eisque præcepisset ut vociferantes non gladiis sed fustibus ferirent, signum illis è suggesto

Alius tumultus ob sacram pecuniam aquæ-ductibus impensam. Antt. l. 18. c. 4. §. 2.

m Ἰουλιάδα,] Herodes ab Augusti conjuge Juliadem vocavit, quæ antea erat Betharamphtha: Philippus ab Augusti filia Juliadem, antea Bethsaidam. Hæ cum Tiberiade & Cæsarea, Coponio Judæam procurante, videntur inchoatæ, sub initiis Tiberii absolutæ. Confer *Antt.* lib. 18. c. 2. ALDR.

n Εἰκόνας,] Ἐπιχρύσους ἀσπίδας, μήτε μορφὴν ἐχούσας, μήτε ἄλλο τι τῶν ἀπαγορευομένων ἔξω τινὸς ἐπιγραφῆς ἀναγκαίας, ἢ δύο ταῦτα ἐμήνυε τόν τε ἀναθέντα καὶ ὑπὲρ οὗ ἡ ἀνάθεσις. *Philo.* περὶ πρεσβ. p. 217. nisi recte neget *Valesius* unum idemque facinus Pilati à *Josepho* & *Philone* commemorari. ALDR. Conf. supr. lib. 1. c. 33. §. 2. SPANH.

o Σημαῖαι καλοῦνται.] *Lugd. Bat.* Αἳ σημαῖαι.

p Ἤγειρεν Ἰουδαίων.] Ἤγειρε τοῖς Ἰουδαίοις, *Euseb.* in *Hist.* lib. 2. c. 6. & *Niceph. Call.* lib. 2. c. 10. HUDS. Imo & *Lugd. Bat.* & forsan melius. HAV.

q Οἵτε γὰρ] Ita cum *MSS.* & *Nicephoro*, οἵτε καὶ in *Editis.* οἱ γὰρ *Euseb.* HUDS. *Gen.* οἵ τε καὶ *MS. Lips.* οἵ τε γὰρ SPANH.

r Οὐδὲν—τίθεσθαι.] Supra diximus Judæos ab imaginibus etiam humanis non abhorruisse, nisi quando subesset periculum vel suspicio cultus extranei: (tum enim ne nudos quidem lapides tolerabant, ut constat ex *Jos.* XXII. 10. 34.) Quare in ipsa Davidis domo erat statua, quam Michol in lecto collocarat; Aristobulus & Mariamne sustinuere depingi: in Agrippæ palatio, filiarum ejus statuæ collocatæ sunt; ipse in nummis cusus etiamnum cernitur. Quin & imaginem Cæsaris Judæi, cum ejusdem inscriptione, in nummo libentissime receperunt: sed nec imaginem in signis; nec inscriptionem in clypeis Pilati; nam religio castrensis Romanorum trophæa & signa venerabatur. Hæc ex sententia communi; nam severior erat disciplina Pharisaica; uti monuimus ad *Belli* I. 33. §. β'. Quæ jam dicta sunt sequentibus testimoniis confirmantur. 2. *Sam.* XIX. 13. *Hebr. Antt.* XV. 2. XIX. 7. *Ez. Spanh. Dissert.* p. 443. *Matt.* XXII. 20. *Antt.* XVIII. 6. *Philo* περὶ πρεσβ. p. 217. *Tertull. Apol.* c. 16. ALDR. Conf. sup. lib. 1. c. 33. §. 2. & infr. c. 10. §. 4. SPANH.

s Ἀθρόος] *Lugd. Bat.* ἀθρόους.

t Τῇ δὲ ἑξῆς] Postridie *Ox.* SPANH.

v Σταδίῳ,] In stadio *Idem.* SPANH.

x Δεισιδαιμονίας] Δεισιδαιμ. pro *religione.* REL.

y Κορβανᾶς,] Κορβανᾶς *MS. Lips.* SPANH. Auctoritate quoque *Lugd. Bat.* ita restitui pro Κορβωνᾶς, quod per *Corbonas* verterat *Hudsonus.* HAV. Κορβᾶς קרבן nomen est generale aptum omnia illa significare quæ Deo consecrantur. Sacrificium κορβαν dicitur, & κορβαν per δῶρον explicatur in N. T. Pecunia sacra a Talmudicis dicitur fuisse in conclavi quod לשכה *conclave* καθ' ἐξοχὴν dicitur, hinc sacrificia publica emebantur & alia. Erat & לשכת קרבן *conclave Corban*: sed Judæi id ita appellatum scribunt, quod agni in eo essent sacrificio jugi, quod *Corban* erat, destinati: adeoque huc non facit. Verum erat & לשכת קרבני בדק הבית *conclave* τοῦ *corbane consecratorum instaurationi templi.* REL.

z Κατῆγε] Sectionem hanc totam laudat *Euseb.* in *Hist. Eccl.* lib. 2. c. 6. ubi κατάγει legit. HUDS. Κατάγει *Euseb. H. E.* lib. 2. c. 6. SPANH.

a Τετρακοσίων] Τριακοσίων *Ruf.* & *Euseb.* Verum τετρακοσίων cum *Codd.* nostris habet *Suidas*, v. Κορβανᾶς. & in *Antt.* p. 798. v. 11. ὅσον ἀπὸ διακοσίων σταδίων. HUDS.

b Ἀγανάκτησις] Ἀγανακτήσαντος *Bod.* SPANH. ut & *Rost.*

c Βῆμα κατεβόων.] Βῆμα ἅμα κατεβ. *Euseb.* SPANH.

d Ἐσθήσεσιν ἰδιωτικαῖς] Ἱστησιν, ἐσθῆσιν *Euseb.* HUDS.

e Ξίφει] Ξίφεσι *Big.*

* *Vetus interpres* post triduum.

† Al. *tribunali insidens in magno stadio*, de quo vide *Seldenum*, lib. 2. *de Synedriis*, c. 15. p. 618.

f Τῶν

Magna Judæorum strages. Antt. l. 18. c. 4. §. 2.

gesto dedit. Qua re fiebat ut Judæorum multi graviter verberati, partim ab ictibus, partim à seipsis dum fugerent obtriti, perierint. Ita plebs peremptorum calamitate deterrita à clamoribus abstinuit.

Quenam Agrippæ Aristobuli filio Romæ acciderint. Antt. l. 18. c. 7. §. 4.

5. Interea Agrippa filius Aristobuli, quem pater Herodes interfecerat, ad Tiberium se confert ut Herodem tetrarcham accusaret. Cum autem Tiberius accusationem rejecisset, Agrippa, Romæ manens, & alios è viris nobilioribus officiis demereri studebat, maximeque Cajum Germanici filium, adhuc privatum. Cumque aliquando eum convivio exciperet, & aliàs variam comitatem adhibebat, tandemque expansis manibus palam precabatur, ut ocyus mortuo Tiberio ipsum conspiceret rerum omnium dominum. Hoc quidam è domesticis ejus Tiberio nunciat, atque ille indignabundus Agrippam in vincula conjicit, & male tractatum sex mensibus in carcere tenebat, donec ipse moreretur, postquam regnasset annos duos & viginti, menses sex, & tres dies.

Tiberii mors. Antt. l. 18. c. 7. §. 10.

Cajus imperator factus Agrippam vinculis solvit, regemque creat. Ibid.

Herodias Agrippæ honoribus invidet. Ibid.

6. Cum autem Cajus declaratus esset Cæsar, & Agrippam vinculis liberavit, & tetrarchiæ Philippi (nam is decesserat) regem constituit. At cum in regnum venisset Agrippa, Herodis tetrarchæ ex invidia cupiditates inflammavit. Maxime autem eum in spem regni adducebat Herodias uxor, exprobrans ei socordiam, dicensque ipsum majori non auctum esse imperio, quod ad Cæsarem navigare noluerit. nam cum Agrippam ex privato regem fecerit, annon & ipsum ex tetrarcha ad eandem dignitatem promotum iret? Istis persuasus Herodes ad Cajum veniebat, à quo ob avaritiam mulctatur exsilio & in Hispaniam relegatur. Eum quippe sequutus est accusator Agrippa, cui etiam tetrarchiam illius adjecit Cajus. Et Herodes quidem in Hispania, uxore etiam in fuga eum comitata, diem supremum obit.

Herodes exsilio multatur. Antt. l. 18. c. 8. §. 2.

μαιος, τυπτόμενοι δ' οἱ Ἰουδαῖοι, πολλοὶ μὲν ὑπὸ τῶν πληγῶν, πολλοὶ δ' ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐν τῇ φυγῇ καταπατηθέντες, ἀπώλοντο. πρὸς δὲ τὴν συμφορὰν τῶν ᶠ ἀνῃρημένων καταπλαγὲν τὸ πλῆθος ἐσιώπησε.

ε'. ᵍ Κἀν τούτῳ ʰ κατήγορος Ἡρώδου τοῦ τετράρχου τὸς Ἀγρίππας υἱὸς Ἀριστοβούλου, ὃν ὁ πατὴρ Ἡρώδης ἀπέκτεινε, παραγίνεται πρὸς Τιβέριον. οὐ δὲ μὴ προσδεξαμένου τὴν κατηγορίαν, μένων ἐπὶ Ῥώμης, τοὺς τε ἄλλους τῶν γνωρίμων ἐθεράπευε, ⁱ καὶ μάλιστα ᵏ τὸν Γερμανικοῦ παῖδα Γάϊον, ἰδιώτην ἔτι ὄντα. καὶ δή ποτε ˡ ἑστιῶν αὐτὸν, τά τε ἄλλα ποικίλως ἐφιλοφρονεῖτο, καὶ τελευταῖον τὰς χεῖρας ἀνατείνας, φανερῶς ηὔξατο θᾶττον αὐτὸν θεάσασθαι τῶν ὅλων δεσπότην, ἀποθανόντος Τιβερίου. τοῦτο τὶς τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ διαγγέλλει Τιβερίῳ, καὶ ἀγανακτήσας εἵργνυσι τὸν Ἀγρίππαν, καὶ μετ' αἰκίας εἶχεν ἐπὶ μῆνας ἓξ ἐν δεσμωτηρίῳ, μέχρις ᵐ αὐτὸς ἐτελεύτησεν ἡγεμονεύσας ἔτη δύο πρὸς τοῖς εἴκοσι, καὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπὶ μησὶν ἕξ.

ϛ'. Ἀποδειχθεὶς δὲ Γάϊος Καῖσαρ, ⁿ ἀνίησί τε τῶν δεσμῶν τὸν Ἀγρίππαν, καὶ ᵒ τῆς Φιλίππου τετραρχίας, ἐτεθνήκει γὰρ οὗτος, καθίστησι βασιλέα. παραγενόμενος δὲ εἰς τὴν ἀρχὴν Ἀγρίππας, φθόνῳ τὰς Ἡρώδου τοῦ τετράρχου διήγειρεν ἐπιθυμίας. ἐνῆγε δὲ μάλιστα τοῦτον εἰς ἐλπίδα βασιλείας Ἡρωδιὰς ἡ γυνὴ, κατονειδίζουσα τὴν ἀργίαν, καὶ φαμένη παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι πλεῖν ἐπὶ Καίσαρα, στερίσκεσθαι μείζονος ἀρχῆς. ὅπου γὰρ Ἀγρίππαν ἐξ ἰδιώτου βασιλέα πεποίηκεν, ᵖ ἦπου γε ἂν ἐκεῖνον διαναστήσειεν ἐκ τετράρχου; τούτοις ἀναπεισθεὶς Ἡρώδης, ἧκε πρὸς Γάϊον, ὑφ' οὗ τῆς πλεονεξίας ἐπιτιμᾶται φυγῇ εἰς ᵠ Ἰσπανίαν. ʳ ἠκολούθησε γὰρ αὐτῷ κατήγορος Ἀγρίππας, ᾧ καὶ τὴν ˢ τετραρχίαν τὴν ἐκείνου προσέθηκε Γάϊος. καὶ Ἡρώδης μὲν ἐν ᵗ Ἰσπανίᾳ, συμφυγούσης αὐτῷ καὶ τῆς γυναικὸς, τελευτᾷ.

f Τῶν ἀνῃρημένων] Abest a *Rost.*

g Κἀν τούτῳ] Κἀν τούτῳ *interea.* Sed non est stricte sumendum (nec ita apud Historicos semper sumitur) hoc enim contigit non statim à facinore Pilati, sed interjecto ut minimum octennio. Desiderantur autem hoc loco plurima quæ ex *Antt.* XVIII. 4. 5. 6. 7. 8. petenda sunt: nam eorum nulla potest esse tam concisa narratio, quæ præscriptos nobis limites non excedat. Dicendum tamen quod Herodes cum Agrippam aleret, id illi in Tyro una perpotanti exprobravit. Quare Agrippa relicto Herode ad Flaccum Syriæ præsidem confugit. Ex illius autem amicitia per Aristobulum fratrem deturbatus, Ptolemaïdem se contulit; unde cum inopiam suam sublevare aliter non posset in Italiam navigare decrevit. Romam denique venit anno antequam obiret Tiberius; & injuriæ veteris memor Herodem accusare constituit, quod & postea Cajo imperante perfecit. Aldr. Interea verò *Ox.* Spanh.

h Κατήγορος—Τιβέριον.] Conf. *Antt.* lib. 18. cap. 7. §. 4. Spanh.

i Καὶ μάλιστα] Quæ res Cæsarem male habuit; nam Agrippam jusserat non Cajum sed Tiberium Gemellum colere. *Antt.* lib. 18. c. 7. §. 6. Aldr.

k Τὸν Γερμανικοῦ παῖδα Γάϊον,] Conf. *Antt.* lib. 18. c. 7. §. 5. Spanh.

l Ἑστιῶν αὐτὸν,] Cum in curru essent gestati, *Antt.* lib. 18. c. 7. §. 6.

m Αὐτὸς—μησὶν ἕξ] Conf. *Antt.* lib. 18. c. 7. §. 10. ubi pro πέντε μῆνας Zonaras, qui Josephum ut solet, exscribit, habet ἑπτὰ μῆνας, sic, ut Dio lib. 58. p. 639. B. Philo in Flaccum p. 665. 666. Spanh.

n Ἀνίησί—τὸν] Agrippam Herodis nepotem vinculis quæ ei à Tiberio fuerant indita C. Caligulam liberavisse, & in principatum ei reddidisse memorat *Dio*, LIX. p. 645. D. prætoriis ornamentis à Romano senatu honoratum, regno & tertia avitæ ditionis parte, quam Philippus patruus possederat, à Cajo donatum, *Philo* in *Flaccum* p. 665. 666. Aldr.

o Τῆς—βασιλέα.] Conf. *Antt.* lib. 18. c. 7. §. 10. Spanh.

p Ἦπου γε] *Lugd. Bat.* Ποῦ γε.

q Ἰσπανίαν.] Σπανίαν *Big.* & *Gall.* & statim Σπανίᾳ. *Lugdunum Galliæ* ejectum tradit *Antt.* lib. 19. c. 8. §. 2. Aut idem dicendum *Josephum* errorem suum postea emendasse; aut (cum *Scaligero* in *Animadvers. Euseb.*) primum in Galliam relegatum fuisse, deinde, ut longius à patria abesset, in *Hispaniam.* Huds. Σπανίαν *MS. Lips. Big.* Aliique. Non in *Hispaniam*, sed *Lugdunum* relegatus *Herodes* ἀρχ. lib. 18. c. 8. §. 2. Verum *Herodem* in *Hispaniam* aufugisse, ibique mortuum dicit hoc loco. Zonaras p. 276. D. locum exsilii omittit, propter eam, ut videtur, diversitatem de eodem in his *Josephi* operibus. Spanh.

r Ἠκολούθησε] Vide & *Antt.* lib. 18. c. 8. §. 2.

s Τετραρχίαν τὴν ἐκείνου] *Antt.* lib. 18. c. 7. §. 10. τῆς Φιλίππου μὲν τετραρχίας εἰς τριετίαν ἄρξας τῷ τετάρτῳ δὲ καὶ τὴν Ἡρώδου προσειληφώς.

t Ἰσπανίᾳ,] Σπανίᾳ *Big. MS. Lips.* Spanh. *Hispaniam.* at in lib. de Antiqq. *Lugdunum* in *Galliam* missum scribit. Rel.

ΚΕΦ. ι'.

Γάϊος τὸν ἀνδριάντα αὐτοῦ τῷ ναῷ ἐγκαθιδρύεσθαι κελεύει. καὶ τί εἰς τοῦτο Πετρώνιος.

[a] ΓΑΪΟΣ δὲ Καῖσαρ ἐπὶ τοσοῦτον ἐξύβρισεν εἰς τὴν τύχην, [b] ὥστε [c] Θεὸν μὲν αὐτὸν καὶ δοκεῖν, καὶ [d] βούλεσθαι καὶ καλεῖσθαι, τῶν τε εὐγενεστάτων ἀνδρῶν ἀκροτομῆσαι τὴν πατρίδα. ἐκτεῖναι δὲ τὴν ἀσέβειαν καὶ ἐπὶ Ἰουδαίους. [e] Πετρώνιον γοῦν μετὰ στρατιᾶς ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἔπεμψεν ἐγκαθιδρύσοντα τῷ ναῷ τοὺς ἀνδριάντας αὐτοῦ, προστάξας εἰ μὴ δέξοιντο Ἰουδαῖοι, τούς τε κωλύοντας ἀνελεῖν, καὶ πᾶν τὸ λοιπὸν ἔθνος ἐξανδραποδίσασθαι. Θεῷ δὲ ἄρα τῶν προσταγμάτων ἔμελε. καὶ Πετρώνιος μὲν, σὺν τρισὶ τάγμασι καὶ πολλοῖς ἐκ τῆς Συρίας συμμάχοις, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἤλαυνεν ἐκ τῆς Ἀντιοχείας. Ἰουδαίων δὲ οἱ μὲν ἠπίστουν ἔτι ταῖς τοῦ πολέμου φήμαις, οἱ δὲ πιστεύοντες ἦσαν ἐν ἀμηχάνῳ πρὸς τὴν ἄμυναν. ταχὺ δὲ ἐχώρει διὰ πάντων τὸ δέος. [f] ἤδη γὰρ οὔσης [g] εἰς τὴν Πτολεμαΐδα τῆς στρατιᾶς.

β'. Πρόσεστι δ' ἡ πόλις αὕτη τῆς Γαλιλαίας παράλιος κατὰ τὸ μέγα πεδίον ἐκτισμένη. περιέχεται δὲ ὄρεσιν, ἐκ μὲν τοῦ πρὸς ἀνατολὴν κλίματος ἀπὸ σταδίων ἑξήκοντα, [h] τῷ τῆς Γαλιλαίας. ἀπὸ δὲ τοῦ μεσημβρινοῦ, τῷ Καρμήλῳ διέχοντι σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι. τῷ δὲ ὑψηλοτάτῳ, κατ' ἄρκτον, [i] ὃ καλοῦσι Κλίμακα Τυρίων οἱ ἐπιχώριοι, καὶ τοῦτο δὲ σταδίους ἀφέστηκεν ἑκατόν. τοῦ δὲ ἄστεως ἀπὸ δύο σταδίων ὁ καλούμενος [k] Βήλεος ποταμὸς παραῤῥεῖ παντάπασιν ὀλίγος, [l] παρ' ᾧ τὸ [m] Μέμνονος μνημεῖόν ἐστιν, ἔχον ἐγγὺς αὐτοῦ τόπον [n] ἑκατοντάπηχυν θαύματος ἄξιον. κυκλοτερὴς μὲν γάρ ἐστι καὶ κοῖλος, [o] ἀναδίδωσι δὲ τὴν ὑαλίκην ψάμμον, ἣν ὅταν ἐκκενώσῃ πολλὰ πλοῖα προσχόντα, πάλιν [p] ἀναπληροῦται τὸ χωρίον, κατασυρόντων μὲν ὥσπερ ἐπίτηδες τότε τῶν ἀνέμων εἰς αὐτὸ τὴν ἔξωθεν ἀργὴν ψάμμον, τοῦ δὲ [q] μετάλλου πᾶσαν εὐθέως [r] μεταβάλλοντος εἰς ὕαλον, θαυμασιώτερον [s] τοῦτο μοι [t] δοκεῖν, τὸ τὴν ὑπερχυθεῖσαν ὕαλον ἐκ τοῦ τόπου πάλιν γίνεσθαι ψάμμον εἰκαίαν. τὸ μὲν οὖν χωρίον τοῦτο τοιαύτην εἴληφε φύσιν.

γ'. Ἰουδαῖοι δὲ, μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων ἀθροισθέντες

CAP. X.

Cajus imaginem suam Hierosolymis in templo collocari postulat. Quid ad eam rem Petronius.

CAjus autem Cæsar adeo insolenter abusus est fortuna, ut se quidem Deum esse putaret, atque ita appellari vellet, patriamque suam nobilissimorum virorum cæde truncaret; in Judæam vero impietate sua grassaretur. Itaque cum exercitu Petronium misit Hierosolyma, statuas ejus in templo collocaturum, dato ei in mandatis, si eas locari non finerent, ut qui huic rei adversarentur omnes interficeret, & quotquot reliqui essent ex gente universos in captivitatem abduceret. Deo autem curæ erant istiusmodi mandata. Et Petronius quidem cum tribus legionibus & multis è Syria auxiliaribus ex Antiochia Judæam ire contendebat. Judæorum vero quidam fidem non habebant famæ bellum nuncianti, qui vero credebant, in summa erant consilii inopia de sui defensione. Celeriter autem omnes occupabat metus. nam jam Ptolomaïdem pervenerat exercitus.

Caji insolentia & crudelitas Ibid.

Cajus Petronium mittit Hierosolyma, ut effigiem ejus in templo collocaret. Antt. l. 18. c. 9. §. 2.

2. Adjacet hæc urbs Galilææ, ad mare sita, & in magno campo exstructa. Circundatur autem montibus, ad plagam quidem orientalem * monte Galilææ, inde remoto stadia sexaginta; à meridionali vero Carmelo, qui *ab urbe* distat stadiis centum & viginti: à septentrionali autem monte altissimo, quem Scalam Tyriorum vocant indigenæ, atque hic *ab ea* centum stadiis distat. Duorum stadiorum intervallo ab urbe præterlabitur fluvius exiguus omnino, qui Bellius appellatur, ad quem monumentum est Memnonis, sibi vicinum habens locum centum cubitorum admiratione dignum. Est enim rotundus & cavus, & egerit arenam vitriariam, quam postquam exhauserint multæ naves appellentes, iterum impletur locus; ventis quasi de industria eò aliunde devehentibus infectam arenam; fodinaque statim universam *quam acceperit* in vitrum mutante, id mihi videri mirabilius, quod quicquid vitri inde effluit denuo convertatur in vulgarem arenam. Et locus quidem iste ita à natura factus est.

Ptolemaidis descriptio.

3. Judæi autem, cum uxoribus & liberis in campum

Judæi Ptolemaidem

a Γαΐος δὲ Καῖσαρ] Hæc narrantur diligentius *Antt.* XVIII. 10. & adhuc accuratius apud Philonem περὶ πρεσβ. p. 702. & seqq. Non recte *Tacitus* in *Hist.* V. 9. Sub Tiberio (inquit) quies: dein jussi a C. Cæsare effigiem ejus in templo locare, *arma potius sumpsere*, quem motum Cæsaris mors diremit. ALDR.

b Ὥστε] Conf. *Antt.* lib. 18. c. 8. §. 2. SPANH.

c Θεὸν] *Rost.* Καὶ Θεὸν.

d Βούλεσθαι] *Rost.* Βουλεύεσθαι.

e Πετρώνιον] *Petronius Syriæ* Legatus post *Vitellium*, nempe *Syria* inter Provincias *Cæsaris*, ad quas mittebantur Legati ejusdem, seu Legati Pro-prætores Πρεσβευταὶ Ἀντιστράτηγοι. Conf. *Antt.* lib. 18. c. 9. §. 2. SPANH.

f Ἤδη γὰρ οὔσης] *Coccejus* in ora Codicis mei ἀνακόλουθον pronunciat, vel illud γὰρ esse delendum. Ego neutrum censeo, verum elegantiæ caussa hic redundare, sicuti inferius c. 12. §. 2. in fine. HAV.

g Εἰς τὴν Πτολεμαΐδα] *Lugd. Bat.* Ἐν τῇ Πτολεμαΐδι.

h Τῷ τῆς] *Lugd. Bat* Τῆς.

i Ὃ καλοῦσι—ἐπιχώριοι,] Conf. *Antt.* lib. 13. cap. 5. §. 4. SPANH.

k Βήλεος] Βήλαιος *Big.* & *Rhed.* Verum *Stephanus* in Ἄκη, nec non *Plinius Tacitusque* Belum vocant. *Plin.* V. 19. Rivus Pigada sive Belus vitri fertiles arenas parvo litori miscens. Ipse è palude Cendevia, à radicibus Carmeli profluit. Juxta colonia Claudii Cæsaris Ptolemais, quæ quondam Ace. Arenæ hujus vitriariæ meminit, etsi Belum non nominet, *Strabo* in lib. 16. p. 758. A. De ea copiose *Plinius*, XXXVI. 26. ALDR. Βῆλος *Steph.* in Ἄκη. *Belus Tacit.* *A.* 1. 11. & *Plin.* lib. 5. c. 19. *Strabo* lib. 15. p. 728. A. Περὶ Πάλτον τῆς Συρίας παρὰ Βαδᾶν ποταμόν. ubi pro Βαδᾶν l. Βῆλον vel Βήλεον ex hoc loco reponendum. Vid. Not. *Oxon.* SPANH.

l Παρ' ᾧ] Παρ' ὃ *Gall.*

m Μέμνονος μνημεῖόν ἐστιν,] Quod olim variis in locis ostendebatur. Præsertim tumulus juxta Ilium celebris conflictu avium, quas idcirco Memnonidas vocant. Eum *Strabo* collocat ὑπὲρ τῆς ἐκβολῆς Αἰσήπου. lib. 13. p. 587. B. Idem in libro XV. p. 728. A. autore *Simonide* sepultum Memnonem narrat περὶ Πάλτον τῆς Συρίας παρὰ Βαδᾶν ποταμόν. quanquam aliter *Diodorus Siculus* II. p. 79. Scio Paltum esse Syriæ civitatem; sed flumen Badam vix alias nominari puto; & si *Josephum* sequimur, pro Palto & Bada Ptolemaidem & Belum reponemus. ALDR.

n Ἑκατοντάπηχυν] *Lugd. Bat.* Ἑκατοντάπηχυ.

o Ἀναδίδωσι—ψάμμον,] *Tacitus* in *Hist.* V. 7. Belus amnis Judaico mari illabitur, circa cujus os collectæ arenæ admixto nitro in vitrum excoquuntur, modicum id litus, sed egerentibus inexhaustum. *Plinius* in *N. H.* XXXVI. 26. Quingentorum est passuum non amplius litoris spatium, idque tantum per multa secula gignendo fuit vitro. ALDR. *Lugd. Bat.* Ὑαλικήν. *Tacitus Histor.* V. c. VII. *Plin.* XXXVI. 26. SPANH.

p Ἀναπληροῦται] *Lugd. Bat.* Ἀντιπληροῦται.

q Μετάλλου] Ita cum *Big.* (*Lugd. Bat.*) & *Bod.* μετάλλοι in *Editis Aliisque*. HUDS. Μέταλλον *Ox.* SPANH.

r Μεταβάλλοντος] *Al.* μεταβαλόντος. HUDS. Μεταβάλλοντος vel μεταβαλόντος *Ox.* SPANH.

s Τοῦτό μοι] Τοῦτο solus *Rhed.*

t Δοκεῖν,] Δοκεῖ in nonnullis *MSS.*

* *Aut*, montana parte Galilææ.

veniunt & supplicant Petronio. Ibid.

pum juxta Ptolemaïdem congregati Petronio supplicabant, inprimis pro patriis legibus, ac deinde pro seipsis. Ille vero multitudine eorumque precibus nonnihil flexus exercitum quidem & statuas in Ptolemaïde relinquit; in Galilæam autem profectus,

Petronius in Tiberiadem populum convocat. Ibid.

cum populum convocasset & nobiliores quosque in Tiberiadem, verbis aliquam multis & Romanorum potentiam exponebat & Cæsaris minas, prætereaque ostendebat quàm improba esset eorum petitio & absurda. Nam cum gentes omnes illorum imperio subjectæ suis in urbibus inter reliquos deos imagines etiam Cæsaris locavissent, ut soli Judæi istud facere recusarent, haud longe à defectione abesse, eaque cum contumelia juncta.

Quænam Judæi pro se allegant.

4. Cum autem illi leges moresque patrios pro se allegassent, quodque nec Dei simulachrum ullum, nec hominis quidem, aut in templo aut in loco aliquo regionis profano fas sibi esset locare:

Petronii responsum ad Judæos. Antt. l. 18. c. 9. §. 2.

hæc illorum verba excipiens Petronius respondens, „ sed & mihi sane, dicebat, servanda est mei domi„ni lex: nam si contra eam fecero, & vobis peper„cero, jure merito peribo. Vos autem oppugnatum „ ibit ille qui me misit, non ego: nam & ipse pari„ter ac vos ejus potestati subditus sum." Ad hæc universa multitudo clamabat, „ se ad quodcunque „ patiendum pro lege paratos esse." Cum autem clamorem illorum sedasset Petronius, ajebat, „ num adversus Cæsarem pugnare parati estis?" Cui Judæi dicebant, „ se pro Cæsare quidem & populo „ Romano bis quotidie victimas immolare. At si „ pro arbitrio velit statuas collocare, debere eum „ totam Judæorum gentem prius immolare: se „ quippe cum liberis & uxoribus libenter præbere „ jugulantibus cervices." Ad hæc Petronium subiit admiratio simulque miseratio eorum, qui tam insuperabili essent religione, & ad mortem oppetendam fidenter adeo parati. Et tunc quidem rebus infectis dimissi sunt.

Sortem Judæorum miseretur. Antt. l. 18. c. 9. §. 5.

5. Sequentibus autem diebus cum primores privatim congregasset, populumque publice collegeret, nunc quidem obsecrabat, interdum vero *ut quiescerent* monebat, & præter cætera minis utebatur, & Romanorum vires amplificans, & Caji indignationem, insuper & suam qua premebatur necessitatem. Cum autem illi, istis omnibus ab eo tentatis, nihil de sua sententia decederent, ubi videbat regionem eò redactam iri ut non sereretur (nam seminandi tempore per dies quinquaginta otiose *in urbe* morabatur Judæorum plebs) ipsis ad extremum convocatis, cum dixisset, „ sibi magis sub„eundum esse periculum *quam ut hoc fieret*, aut „ enim, si Dei auxilio Cæsarem placavero, libenter „ vobiscum conservabor, aut illo *in ultionem* irri„tato, pro tanta multitudine animam meam ala„criter impendam," postea populum dimisit, fausta omnia ipsi precantem, assumptoque exercitu ex Ptolemaïde reversus est Antiochiam. Illinc mox

Literas de iis ad Cajum mittit. Antt. l. 18. c. 9. §. 6.

literas ad Cæsarem mittebat, quibus eum certiorem faceret, & de sua in Judæam irruptione, & de populi supplicatione; quodque, nisi vellet regionem una cum hominibus *eam incolentibus* perdere, illis permittendum legem suam servare, & ab ipso remittendum aliquid de eo quod imperaverat. Hisce

Quibus acerbe respondet Cajus, & paulo

literis non admodum moderate respondit Cajus, mortem Petronio minitans, quod in mandatis suis

εἰς τὸ πεδίον τὸ πρὸς Πτολεμαΐδα, καθικέτευον τὸν Πετρώνιον, ὑπὲρ τῶν πατρίων νόμων πρῶτον, ἔπειτα ὑπὲρ ἑαυτῶν. ὁ δὲ, πρός τε τὸ πλῆθος καὶ τὰς δεήσεις ἐνδοὺς, τὴν μὲν στρατιὰν καὶ τοὺς ἀνδριάντας [v] ἐν Πτολεμαΐδι καταλείπει. προελθὼν δὲ εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ συγκαλέσας τὸ πλῆθος, καὶ τοὺς γνωρίμους πάντας εἰς τὴν Τιβεριάδα, τήν τε Ῥωμαίων διεξῄει δύναμιν, καὶ τὰς Καίσαρος ἀπειλὰς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἀξίωσιν ἀπέφηνεν [x] ἀγνώμονα. πάντων γὰρ τῶν ὑποτεταγμένων ἐθνῶν κατὰ πόλιν συγκαθιδρυκότων τοῖς ἄλλοις θεοῖς καὶ τὰς Καίσαρος εἰκόνας, τὸ μόνους ἐκείνους ἀντιτάσσεσθαι πρὸς τοῦτο σχεδὸν ἀφισταμένων εἶναι καὶ [y] μετ' ὕβρεως.

δ'. Τῶν δὲ τὸν νόμον καὶ τὸ πάτριον ἔθος προτεινομένων, καὶ [z] ὡς οὐδὲ Θεοῦ τι δείκηλον, οὐχ ὅπως ἀνδρὸς, οὐ κατὰ τὸν ναὸν μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ἐν εἰκαίῳ τινὶ τόπῳ τῆς χώρας θέσθαι θεμιτὸν εἴη, ὑπολαβὼν ὁ Πετρώνιος, „ ἀλλὰ μὴν κἀμοὶ φυλακτέος ὁ τοὐμοῦ „ δεσπότου νόμος, ἔφη· παραβὰς γὰρ αὐτὸν, καὶ φεισά„μενος ὑμῶν, ἀπολοῦμαι δικαίως. πολεμήσει δὲ ὑμᾶς „ ὁ πέμψας ἐμὲ, οὐκ ἐγώ· καὶ γὰρ αὐτὸς ὥσπερ ὑμεῖς „ ἐπιτάσσομαι." πρὸς ταῦτα τὸ πλῆθος πᾶν ἐβόα, „ πρὸ τοῦ νόμου πάσχειν ἑτοίμως ἔχειν." καταστείλας δὲ ὁ Πετρώνιος αὐτῶν τὴν βοὴν, „ πολεμήσετε, „ εἶπεν, ἆρα Καίσαρι"; καὶ Ἰουδαῖοι, „ [a] περὶ μὲν „ Καίσαρος καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων δὶς τῆς ἡμέρας „ θύειν, ἔφασαν. εἰ δὲ βούλεται τὰς εἰκόνας ἐγκαθι„δρύειν, πρότερον αὐτὸν δεῖν ἅπαν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος „ προθύσασθαι· παρέχειν δὲ σφᾶς αὐτοὺς ἑτοίμους „ εἰς σφαγὴν ἅμα τέκνοις καὶ γυναιξίν." ἐπὶ τούτοις θαῦμα καὶ οἶκτος εἰσῄει τὸν Πετρώνιον, τῆς τε ἀνυπερβλήτου θρησκείας τῶν ἀνδρῶν, καὶ τοῦ πρὸς θάνατον ἑτοίμου [b] παραστήματος. καὶ τότε μὲν ἄπρακτοι διελύθησαν.

έ. Ταῖς δ' ἑξῆς, [c] ἀθροίσας τε τοὺς δυνατοὺς κατ' ἰδίαν, καὶ τὸ πλῆθος ἐν κοινῷ συλλέγων, ποτὲ μὲν παρεκάλει, ποτὲ δὲ συνεβούλευεν, τὸ μέντοι πλέον διηπείλει, τήν τε Ῥωμαίων ἐπανατεινόμενος ἰσχὺν, καὶ τοὺς Γαΐου θυμοὺς, τήν τε ἰδίαν πρὸς τούτοις ἀνάγκην. πρὸς δὲ μηδεμίαν πεῖραν ἐνδιδόντων, ὡς ἑώρα καὶ τὴν χώραν κινδυνεύουσαν ἄσπορον μεῖναι, κατὰ γὰρ ὥραν σπόρου πεντήκοντα ἡμέρας [d] ἀργὰ [e] διέτριβεν αὐτῷ τὰ πλήθη, τελευταῖον ἀθροίσας αὐτοὺς, „ καὶ παρακινδυνευτέον [f] ἐμοὶ μᾶλλον εἰπὼν, „ ἢ γὰρ, τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος, πείσας Καίσαρα, „ σωθήσομαι μεθ' ὑμῶν ἡδέως, ἢ παροξυνθέντος, „ ὑπὲρ τοσούτων ἑτοίμως ἐπιδώσω τὴν ἐμαυτοῦ ψυ„χὴν," διαφῆκε τὸ πλῆθος, πολλὰ κατευχόμενον [g] αὐτῷ, καὶ παραλαβὼν τὴν στρατιὰν ἐκ Πτολεμαΐδος ἐπέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν. ἔνθεν εὐθέως [h] ἐπέστελλε Καίσαρι, τήν τε ἐμβολὴν τὴν εἰς Ἰουδαίαν ἑαυτοῦ, καὶ τὰς τοῦ ἔθνους ἱκετείας, ὅτι τε, εἰ μὴ βούλοιτο πρὸς τοῖς ἀνδράσι καὶ τὴν χώραν ἀπολέσαι, [i] δέον φυλάττειν τε αὐτοὺς τὸν νόμον, καὶ [k] παριέναι τὸ πρόσταγμα. ταύταις ταῖς ἐπιστολαῖς οὐ σφόδρα μετρίως Γάϊος ἀντέγραψεν, ἀπειλῶν Πετρωνίῳ θάνατον, ὅτι τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ βραδὺς ὑπηρέτης ἐγένετο. ἀλλὰ τοὺς μὲν τούτων γραμματοφόρους

v Ἐν Πτολεμαΐδι] *Rost.* Εἰς Πτολεμαΐδα.

x Ἀγνώμονα.] Improba Ox. SPANH.

y Μέθ' ὕβρεως.] Μεσὸν ὕβρ. Ox. SPANH. Ita quoque *Rost.* neque ineptior sensus erit. HAV.

z Ὡς—εἴη,] Conf. supr. lib. 1. c. 33. §. 2. SPANH.

a Περὶ—ἔφασαν.] De his Philo leg. ad Caj. p. 1036. E. & 1014. E. Judæi bis quotidie pro salute Cæsaris & Pop. R. sacrificant. Quando omissa infra c. 17. §. 2. SPANH.

b Παραστήματος.] Conf. sup. lib. 1. c. 2. §. 4. SPANH.

c Ἀθροίσας] Ἀθρόους *Big.* SPANH.

d Ἀργὰ] Ita cum *MSS.* omnibus edidit Cl. *Aldrichius* antea erat ἀργὰς. HUDS. Ἀργὰ omnes *MSS.* Ox. SPANH.

e Διέτριβεν] Προσδιέτριβεν *Bod. Rost.* & *Voss.* HUDS. Προσδιέτριβεν *Bod. Voss.* Ox. & *MS. Lips.* SPANH.

f Ἐμοὶ] *Rost.* ἐνὶ pro ἐνὶ.

g Αὐτῷ] In Marg. *Lugd. Bat.* Αὐτοῦ.

h Ἐπέστελλε Καίσαρι,] Conf. *Antt.* lib. 18. c. 9. §. 4. SPANH.

i Δέον—αὐτοὺς] *Lugd. Bat.* Δέοι φ. τ. αὐτοῖς.

k Παριέναι] Sic edendum censui cum *Cod. Big.* prius erat παρεῖναι, quod miror alios admisisse. HUDS. Παριέναι *Big.* SPANH.

τοφόρους συνέβη χειμασθῆναι τρεῖς μῆνας ἐν τῇ θαλάσσῃ, τὸν δὲ Γαΐου θάνατον ἄλλοι καταγγέλλοντες εὐπλόουν. ἔφθη γοῦν τὰς περὶ τούτου λαβεῖν Πετρώνιος ἐπιστολὰς, ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέρας, ἢ τὰς καθ᾽ ἑαυτοῦ.

exsequendis tardus exstitisset. Verum contigit, ut ii quidem qui Caji responsum perferebant tres menses in alto tempestate jactarentur, alii vero Caji mortem nunciantes prospere navigarent. Qua re fiebat ut Petronius ante septem & viginti dies literas de eo, quam contra seipsum, acceperit. *post moriturus* *Antt. l. 18. c. 9. §. 8.*

ΚΕΦ. ιά.

Περὶ Κλαυδίου ἀρχῆς, καὶ Ἀγρίππα βασιλείας. περὶ Ἀγρίππα καὶ Ἡρώδου τελευτῆς, οὕς τε παῖδας κατέλιπον.

[a] Γαΐου δὲ ἡγεμονεύσαντος ἔτη τρία καὶ μῆνας ὀκτὼ, καὶ δολοφονηθέντος, ἁρπάζεται μὲν ὑπὸ τῶν ἐν Ῥώμῃ στρατευμάτων εἰς τὴν ἀρχὴν Κλαύδιος. ἡ δὲ σύγκλητος, ἐξηγουμένων τῶν ὑπάτων, [b] Σεντίου Σατουρνίνου καὶ Πομπωνίου Σεκούνδου, τρισὶ ταῖς συμμενούσαις σπείραις ἐπιτρέψασα φυλάττειν τὴν πόλιν, εἰς τὸ Καπετώλιον ἠθροίσθη, καὶ διὰ τὴν ὠμότητα [c] τοῦ Γαΐου Κλαυδίῳ πολεμεῖν ἐψηφίζετο. καταστήσεσθαι γὰρ δι᾽ ἀριστοκρατίας, ὥσπερ οὖν πάλαι διῳκεῖτο, τὴν ἀρχὴν, ἢ [d] κρίνειν ψήφῳ τὸν ἄξιον τῆς ἡγεμονίας.

β΄. Συνέβη δὲ τηνικαῦτα προσεπιδημοῦντα τὸν Ἀγρίππαν, [e] τήν τε σύγκλητον καλοῦσαν εἰς συμβουλίαν πέμψαι, [f] καὶ Κλαύδιον ἐκ τῆς παρεμβολῆς, ὅπως πρὸς ἃ δέοι χρήσιμος [g] αὐτῷ γένοιτο. κἀκεῖνος συνιδὼν τὸν ἤδη τῇ δυνάμει Καίσαρα, πρὸς Κλαύδιον ἄπεισιν. ὁ δὲ αὐτὸν πρεσβευτὴν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀναπέμπει, δηλοῦντα τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, „ὅτι „πρῶτον μὲν ἄκων ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἁρπαγείη, „καὶ οὔτε τὴν ἐκείνων σπουδὴν ἐγκαταλιπεῖν δίκαιον, „οὔτε ἀσφαλὲς τὴν αὐτοῦ τύχην κρίνοι· [h] καὶ γὰρ καὶ τὸ „τυχεῖν τῆς ἡγεμονικῆς κλήσεως, ἐπικίνδυνον εἶναι. „ἔπειτα ὅτι διοικήσοι τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ ἀγαθὸς προ„στάτης, οὐχ ὡς τύραννος· ἀρκεῖσθαι γὰρ τῇ τιμῇ „τῆς προσηγορίας, τὴν δὲ ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων „βουλὴν πᾶσιν ἀποδώσειν. καὶ γὰρ εἰ μὴ φύσει μέτριος „ἦν, ἱκανὸν ὑπόδειγμα σωφροσύνης αὐτῷ προκεῖσθαι „τὸν Γαΐου θάνατον.

γ΄. Ταῦτα ἀπήγγελλεν Ἀγρίππας. ἡ δὲ βουλὴ ἀπεκρίνατο, „καὶ στρατῷ καὶ γνώμαις ἀγαθαῖς πε„ποιθυῖα δουλείαν ἑκούσιον οὐχ ὑπομένειν.“ [i] καὶ „Κλαύδιος, ὡς ἤκουσε τὰ παρὰ τῆς βουλῆς, πάλιν ἔπεμψε τὸν Ἀγρίππαν ἀπαγγελοῦντα αὐτοῖς, „ὅτι „προδοῦναι μὲν τοὺς εἰς αὐτὸν [k] ὀμόσαντας οὐχ ὑπο„μένει, πολεμήσει δὲ ἄκων πρὸς οὓς ἥκιστα βούλοι„το· δεῖν μέν τοι προαποδειχθῆναι τῷ πολέμῳ „χωρίον ἔξω τῆς πόλεως. οὐ γὰρ ὅσιον, διὰ τὴν αὐ„τῶν κακοβουλίαν, ὁμοφύλῳ φόνῳ μιαίνεσθαι τὰ τε„μένη [l] πατρίδος.“ ὁ μὲν οὖν, ἀκούσας ταῦτα, τοῖς βουλευταῖς ἀπήγγειλεν.

CAP. XI.

De imperio Claudii; Agrippæ regno. De Agrippa & Herodis obitu; & quos uterque liberos reliquerit.

Cajo autem ex insidiis occiso, cum regnasset annos tres & * octo menses, Claudius ad imperium *capessendum* rapitur ab exercitu qui Romæ erat. At senatus, cum referentibus consulibus, Sentio Saturnino & Pomponio Secundo, custodiam urbis mandasset tribus legionibus quæ secum manserant, frequens in Capitolium coactus est, & propter Caji immanitatem bellum adversus Claudium gerere decernebat. quippe quod aut ab optimatibus, uti olim factum est, regi voluerint, aut suffragio *aliquem* eligere, qui imperio dignus esset. *Claudius ad imperium rapitur à militibus.* *Antt. l. 19. c. 7. §. 1. seq.* *Senatus adversatur Claudio.* *Antt. l. 19. c. 3. §. 3.*

2. Tunc autem accidit, ut & Agrippam tum Romæ agentem ad consulendum accersiverit senatus, & è castris ad eum miserit Claudius, ut ipsum in iis quæ sibi essent opus adjuvaret. Atque ille, cum videret eum Cæsaris potestatem jam adeptum, ad Claudium se confert. Is vero ipsum illico legatum remittit, ut suam voluntatem *eis* exponeret: „ *nempe* se primo quidem in„vitum à militibus raptum fuisse, neque fas „esse ut eorum erga se studium desereret, neque „suam fortunam in tuto esse judicare: etenim „ad imperium vocari periculosum esse. deinde „se res Romanas administraturum esse, non ty„ranni more, sed principis benigni: se enim fore „contentum appellationis honore, de singulis „autem negotiis omnium rogaturum esse senten„tiam. nam etsi non natura factus esset ad mo„destiam, sibi tamen abunde ad potestatem mo„derandam documento esse Caji mortem ob ocu„los positam. *Agrippam ad senatum mittit Claudius.*

3. Ista *senatui* nunciabat Agrippa. Respondit autem senatus, „ quod milite suo bonisque con„siliis freti nolint voluntariam subire servitutem. Et Claudius, ubi ista à senatu accepit, rursus misit Agrippam eis nunciaturum, „ se quidem „adduci non posse ut eos proderet. qui secum „conjurarint; invitum autem adversus eos pu„gnaturum esse, cum quibus pugnam inire mi„nime vellet: proinde extra civitatem eligendum „esse locum ubi armis confligendum sit. haud „enim fas esse, ut ob prava illorum consilia, ci„vili cæde patriæ fana fœdarentur ". Et ille quidem, istis auditis, eadem senatui nunciavit. *Rursus ad senatum eundem mittit.*

4. Postea

---

a Γαΐου—δολοφονηθέντος,] De morte Caji prolixa est Historia in *Antt.* XIX. c. 1. Ibidem. c. 2. Γάϊος μὲν δὴ τέταρτον ἐνιαυτὸν ἡγεμονεύσας Ῥωμαίων λείποντα δ΄. μηνῶν. l. 19. c. 2. §. 5. Imperavit autem Caligula triennio cum m. 10. d. 8. *Suet.* in *Cal.* c. 59. *Clem. Alex.* in *Strom.* 1. p. 249. A. vel potius m. 9. d. 28. *Dio.* lib. LIX. p. 663. C. *Aldr.* Verum *Ant. Pagi* contendit legendum hîc, ἔτη γ. μῆνας ι. ἡμέρας η΄. ut *Josephum* cum *Suetonio* conciliet. Vide *Crit.* in *Baron.* ad A. C. 41. & *Casaubonum* ad *Sueton.* in *Calig.* c. 59. HUDS. Conf. *Antt.* lib. 19. c. 1. §. 14. SPANH.

b Σεντίου Σατουρνίνου] Malè Σερτίου Σατ. *MS. Lips.* SPANH. Ita quoque *Coislin.* at *Rost.* Σερτίου Σατολιάλου *Lugd. Bat.* Αρτίου, & superscriptum Αργίου, forte Σεργίου, inquit *Coccejus.* Sed ex Fastis apparet nihil esse mutandum. HAV.

c Τοῦ Γαΐου] Τὴν Γαΐου *Lugd. Bat.*

d Κρίνειν] Forte κρινεῖν Cocc.

e Τήν τε σύγκλητον] *Lugd. Bat.* Τὴν σύγκλητον.

f Καὶ Κλαύδιον] *Lugd. Bat.* Πρὸς Κλαύδιον.

g Αὐτῷ] *Lugd. Bat.* Αὐτῇ.

h Καὶ γὰρ καὶ τὸ] *Rost.* Καὶ γὰρ τὸ.

i Καὶ Κλαύδιος,] Desunt hæc in *Rost.* usque ad ὑπομένει, ex similitudine ultimæ vocis nato errore.

k Ὀμόσαντας] *Lugd. Bat.* Ὁμονοήσαντας.

l Πατρίδος.] Τῆς πατρίδος in plerisque *MSS.*

* In *Rufini* exemplaribus, *sex menses.*

Senatus desertus à militibus. *Antt.* l. 19. c. 4. §. 4.

4. Postea vero unus è militibus, qui cum senatu erant, cum gladium eduxisset, clamavit, „ ô „ viri commilitones, quid passi sumus, ut nobis „ in animo sit fratres interimere, & propinquos „ Claudium sequutos bello tentare, præsertim cum „ habeamus imperatorem nulli culpæ affinem, „ * tantasque cum eis necessitudines contra quos „ armis decertaturi sumus? " Hæc ubi dixit, propere per mediam ivit curiam, omnes secum abducens milites. At patricii statim ac deserti essent valde de se metuebant: ac deinceps videntes haud sibi tutam fore defectionem, pariter ac milites ad Claudium festinarunt. Eis autem strictis gladiis pro muris occurrebant, quotquot fortunæ *Caji* ambitiosius adulabantur. atque contigisset ut discrimen adirent qui agmen ducebant, antequam de militum impetu quidquam rescivisset Cæsar, nisi Agrippa, cum ad ipsum accurrisset, facinoris periculum ei indicasset; quódque ni cohiberet impetum *militum* in patritios furentium, perderet eos, per quos gloriæ est imperare, fieretque solitudinis rex.

Ad Claudium se conferunt. Ibid.

Agrippa suadet Claudio ut senatores, male tractatos à militibus, benigne exciperet. *Antt.* l. 19. c. 4. §. 5.

5. Cum ista audiisset Claudius, militum furorem reprimebat, & senatum in castra accipit, atque benigne eos alloquutus statim cum illis egreditur, Deo immolaturus pro imperio gratiarum hostias. Et Agrippam protinus donabat regno paterno universo, præterea adjiciens etiam quas Augustus Herodi dederat, Trachonitidem & Auranitidem, & præter has aliud regnum, quod Lysaniæ vocabatur. Et populo quidem donum edicto significabat; senatui vero præcepit, ut donationem æreis tabulis incisam in Capitolio collocarent. Quin & fratri ejus Herodi, qui & gener *ei* erat Berenice matrimonio junctus, dono dat Chalcidis regnum.

Id quod ei persuadetur. Ibid.

Claudii erga Agrippam liberalitas. *Antt.* l. 19. c. 5. §. 1.

Agrippa mœnia Hierosolymis circundare satagit. *Antt.* l. 19. c. 7. §. 1.

6. Brevi autem, utpote ex tanto regno, divitiis affluebat Agrippa, atque pecunia ille non ad res exiguas abutebatur; sed ejusmodi mœnia cœpit Hierosolymis circundare, ut, si absoluta fuissent, expugnari à Romanis nunquam potuissent. Verum antequam opus ad altitudinem perductum esset, Cæsareæ decessit, cum annos quidem tres regnasset, prius vero tetrarchiis præfuisset tribus aliis annis. Filias quidem tres reliquit è Cypride natas, Berenicen, Mariamnen, Drusillam, ex eadem vero filium, *nomine* Agrippam. † Qui cum omnino teneræ esset ætatis,

Mors ejus & progenies. *Antt.* l. 19. c. XI. §. 2.

Regnum ejus in provinciam redactum.

δ'. [m] Μεταξὺ δὲ τῶν [n] μετὰ τῆς συγκλήτου στρα[τιωτῶν] τὶς, σπασάμενος τὸ ξίφος, „ ἄνδρες, ἐβόησ[ε], „ συστρατιῶται, τί παθόντες ἀδελφοκτονεῖν αἱρούμεθα, „ [o] κατὰ τῶν μετὰ Κλαυδίου συγγενῶν ὁρμᾶν, ἔχοντες „ αὐτοκράτορα μηδὲν [p] μεμφθῆναι δυνάμενον, τοσαῦτ[α] „ δὲ δίκαια πρὸς οὓς μετὰ τῶν ὅπλων χωρεῖν μέλλομεν; " ταῦτα εἰπὼν διὰ μέσης ὥρμησε τῆς βουλῆς πά[ντας] τοὺς [q] στρατιώτας ἐφελκόμενος. οἱ δὲ εὐπατρίδ[αι] παραχρῆμα μὲν πρὸς τὴν ἀπόλειψιν περιδεῶς ἔσχον. α[ὖθις] δὲ ὡς [r] ἀποστροφὴ σωτήριος [s] οὐ κατεφαίνετο, τὴ[ν] στρατιωτῶν ὁδὸν ἠπείγοντο πρὸς Κλαύδιον. ὑπήντων [δὲ] αὐτοῖς πρὸ τοῦ τείχους γυμνοῖς τοῖς ξίφεσιν, οἱ σφοδ[ρό]τερον κολακεύοντες τὴν τύχην. κἂν συνέβη κινδυνεύ[ειν] τοὺς προάγοντας, [t] πρὶν γνῶναι τὴν ὁρμὴν τῶν στρατιωτ[ῶν] Κλαύδιον, εἰ μὴ προσδραμὼν Αγρίππας αὐτῷ τὸ κ[ίν]δυνεύμα τῆς πράξεως ἐδήλωσεν· ὅτι τε εἰ μὴ κατάσχο[ι] ὁρμὴν τῶν [v] ἐπὶ τοὺς εὐπατρίδας λελυσσηκότων, ἀπολ[έ]σας δι' οὓς τὸ κρατεῖν [x] ἐστὶ περίοπτον, ἐρημίας ἔσοι[το] βασιλεύς.

ε'. Ταῦτα ἀκούσας Κλαύδιος, ἐπέσχε τὰς ὁρμ[ὰς] τοῦ στρατιωτικοῦ, προσδέχεταί τε τὴν σύγκλητον εἰς τὸ στρ[α]τόπεδον, καὶ φιλοφρονησάμενος ἔξεισι σὺν αὐτοῖς αὐτ[ίκα] θύσων τῷ Θεῷ τὰ περὶ τῆς ἡγεμονίας χαριστήρια. [y] τὸν Αγρίππαν εὐθέως [z] ἐδωρεῖτο τῇ πατρῴᾳ βασιλ[είᾳ] πάσῃ, προστιθεὶς ἔξωθεν καὶ τὰς ὑπ' Αὐγούστου δοθ[είσας] Ηρώδῃ, Τραχωνῖτιν καὶ Αὐρανῖτιν, χωρὶς δὲ τούτων ἑ[τέ]ραν βασιλείαν τὴν Λυσανίου καλουμένην. καὶ τῷ μὲν δ[ήμῳ] [a] διατάγματι τὴν δωρεὰν ἐδήλου, τοῖς ἄρχουσι δὲ π[ροσ]έταξεν, ἐγχαράξαντας [b] δέλτοις χαλκαῖς τὴν δ[όσιν εἰς] τὸ [c] Καπετώλιον ἀναθεῖναι. [d] δωρεῖται δὲ αὐτοῦ καὶ τὸν ἀδελ[φὸν] Ηρώδην, ὁ δὲ αὐτὸς καὶ γαμβρὸς ἦν Βερνίκῃ συνοικ[ῶν], [e] βασιλείᾳ [f] τῇ Χαλκίδι.

ς'. Ταχέως δὲ, ὡς ἂν ἐκ τοσαύτης ἀρχῆς, πλοῦ[τος] τῷ Αγρίππᾳ προσέῤῥει, καὶ τοῖς χρήμασιν αὐτὸς οὐ[κ] [g] εἰς μικρὰ κατεχρῆτο· τηλικοῦτον δὲ περιβάλλειν [ἤρ]ξατο τοῖς Ιεροσολύμοις τεῖχος, ἡλίκον ἂν τελεσθ[ὲν] ἀνήνυτον τὴν ἐν Ρωμαίοις ἐποίησε πολιορκίαν. [h] ἀλλ' ἔφ[θη] πρὶν ὑψῶσαι τὸ ἔργον, [i] τελευτήσας ἐν Καισαρ[είᾳ], βεβασιλευκὼς μὲν [k] ἔτη τρία, πρότερον δὲ τῶν τετραρχ[ιῶν] [l] τρισὶν [m] ἑτέροις ἔτεσιν ἀφηγησάμενος. καταλείπ[ει] τρεῖς μὲν θυγατέρας, ἐκ Κύπρου γεγεννημένας, Βε[ρνί]κην, Μαριάμμην, [n] Δρούσιλλαν· υἱὸν δὲ ἐκ τῆς αὐτ[ῆς] Αγρίππαν. οὗ [o] παντάπασιν ὄντος νηπίου, πάλιν τ[ὴν] ...

m Μεταξὺ δὲ] Notandum hîc μεταξὺ accipi pro μετὰ aut μετέπειτα. quo modo *Act.* c. 13. v. 42. εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον *in sequens sabbatum*, vel, *in sequenti sabbato*. & alibi apud *Josephum*, τῶν μεταξὺ τούτων βασιλέων *aliorum qui istos sequuti sunt regum*. Vide *L. Capellum* in *Spicileg.* ad *Act.* c. 13. v. 43. p. 77.

n Μετὰ τῆς συγκλήτου] Μετ. τ. συγκλ. desunt in *Bod.* SPANH.

o Κατὰ τῶν μετὰ] *Lugd. Bat.* Μετὰ τῶν.

p Μεμφθῆναι δυνάμενον,] Μεμφῆναι *Gen.* Μεμφθῆναι *Basil.* & *Bod.* *Ox.* SPANH. In *Rost.* nihil nisi μετὰ deëst.

q Στρατιώτας ἐφελκόμενος.] Συστρατιώτας *Busb.* & *Lugd. Bat.*

r Αποστροφὴ σωτήριος] *Coislin.* & *Lugd. Bat.* Αποστροφῆς σοτήριον.

s Οὐ κατεφαίνετο,] *Rost.* delet οὐ.

t Πρὶν—Κλαύδιον,] Desunt in *Rost.*

v Επὶ] *Lugd. Bat.* Ως ἐπὶ.

x Εστὶ περίοπτον,] Ita *Bas.* cum plerisque *MSS.* in *cæteris* ἐπὶ περίοπτον.

y Καὶ τὸν Αγρίππαν] Vide *Dionem* in lib. LX. p. 670. B. Confer etiam *Antt.* XIX. c. 5. §. 1. & c. 8. §. 2. & memineris quod Agrippæ regnum confirmavit Claudius auxitque. Donaverat illi Cajus Philippi & Herodis Tetrarchias; adjecit Claudius Archelai ethnarchiam & Abilen. Ad Philippi Tetrarchiam sed non ad Judææ regnum spectabant Trachonitis & Auranitis; quas Herodes M. obtinuerat, non ut regni Judaici partes, sed Augusti beneficio adjectas. ALDR.

z Εδωρεῖτο—πάσῃ,] Agrippæ Regnum Herodi integrum à Claudio datum Conf. *Antt.* lib. 19. c. 5. §. 1. & Dio Cass. l. LX. p. 670. E. SPANH.

a Διατάγματι] Διάγραμμα *Antt.* lib. 19. c. 5. §. 1. SPANH.

b Δέλτοις] *Rost.* Δέλταις.

c Καπετώλιον ἀναθεῖναι.] *Al.* Καπιτώλιον.

d Δωρεῖται—συνοικῶν,] Herodes Agrippæ frater, Rex Chalcidis; cui nupsit Berenice fratris Agrippæ filia. Conf. *Antt.* 19. c. 5. §. 1. SPANH.

e Βασιλείᾳ] Regno *Ox.* SPANH.

f Τῇ Χαλκίδι.] *Rost.* Τῆς Χαλκίδος.

g Εἰς μικρὰ] Ita lego ex *Rufino*, & *Coislin.* & *Lugd.* qui vertit, *pecunia non ille in rebus exiguis abutebatur.* ... rat εἰς μακρὰν, & mox τηλικοῦτον γὰρ π. HUDS. Pro εἰς μ... *Gen.* *Rufin.* εἰς μικρὰ. *Ox.* SPANH.

h Αλλ' ἔφθη] Hoc quidem verum; sed illud opus alia de ... sa interruptum est: nam admonitus à Marso Claudius ad Agrippam scripsit ne procederet. *Antt.* XIX. 7. §. β'. ALDR.

i Τελευτήσας ἐν Καισαρείᾳ.] Conf. *Antt.* lib. 19. c. 8. ... SPANH.

k Ετη τρία,] Hoc est, 3+ nam annum regni tertium ... pleverat, antequam iret Cæsaream, in qua decessit. *Id.*

l Τρισὶν] Iterum 3+, seu potius ex *Antt.* lib. 19. c. ... 2. τετάρσις, τέτταρας vel τέτταρσι, sive 4—, quod sane ... quia τετραρχιῶν dicit. Nam Agrippa imperante Cajo ... annis Philippi Tetrarchiæ præfuit, quarto Herodis; sed ... toto: quoniam nec ipse Cajus quadriennium integrum imperavit. ALDR.

m Ετέροις] Abest a *Lugd. Bat.*

n Δρούσιλλαν.] Bis in *Lugd. Bat.* repetitur.

* Et ad quem cum justis magis allegationibus, quam ... armis egredi debeamus, *Ruf.*

† Qui cum admodum parvulus esset, *Ruf.*

o Παντάπασιν ὄντος νηπίου,] Nempe annos 17 nato ... lib. 19. c. 9. §. 1. Notatu dignum est quod *ibid.* dicit...

βασιλείας Κλαύδιος [p] ἐπαρχίαν ποιήσας ἐπίτροπον πέμπει [q] Κούσπιον Φάδον, ἔπειτα Τιβέριον Ἀλέξανδρον· οἳ, μηδὲν παρακινοῦντες τῶν πατρίων ἐθῶν, ἐν εἰρήνῃ τὸ ἔθνος διεφύλαξαν. μετὰ ταῦτα καὶ [r] ὁ [s] βασιλεύων τῆς Χαλκίδος Ἡρώδης [t] τελευτᾷ, καταλιπὼν ἐκ μὲν τῆς ἀδελφιδῆς Βερνίκης δύο παῖδας, Βερνικιανόν τε καὶ Ὑρκανόν. ἐκ δὲ τῆς προτέρας Μαριάμμης, Ἀριστόβουλον. ἐτεθνήκει δὲ αὐτῷ καὶ ἕτερος [v] ἀδελφὸς Ἀριστόβουλος ἰδιώτης, καταλιπὼν [x] Ἰωτάπην θυγατέρα. οὗτοι μὲν οὖν ἦσαν, ὡς προεῖπον, Ἀριστοβούλου τοῦ Ἡρώδου παῖδες. Ἀριστόβουλος δὲ καὶ Ἀλέξανδρος ἐκ Μαριάμμης Ἡρώδῃ [y] ἐγεγόνεισαν, οὓς ὁ πατὴρ ἀνεῖλεν. [z] ἡ δὲ Ἀλεξάνδρου γενεὰ [a] τῆς μεγάλης Ἀρμενίας ἐβασίλευσε.

Claudius iterum regna in provinciam redegit, & procuratorem misit * Cuſpium Fadum, ac deinde Tiberium Alexandrum: qui, nihil de patriis inſtitutis immutantes, gentem in pace conſervarunt. Poſt hæc vero & Herodes, qui regnabat in Chalcide, deceſſit, relinquens ex fratris quidem filia Berenice filios duos, Berenicianum & Hyrcanum; ex priore autem *uxore* Mariamne, Ariſtobulum. Alius quoque frater ejus Ariſtobulus diem obierat privatus, relicta filia Jotapa. Et hi quidem erant (ut jam ante dixi) Ariſtobuli, Herodis filii, liberi. Ariſtobulum autem & Alexandrum ex Mariamne ſuſceperat Herodes, quos pater occidit. Verum poſteri Alexandri in Armenia majori regnarunt.

Cuſpius Fadus & Tiberius Alexander procuratores. Antt. l. 20. c. 1. §. 1. Herodis Chalcidis regis mors & liberi.

ΚΕΦ. ιβ'.

CAP. XII. XI.

Πολλοὶ θόρυβοι ἐπὶ Κουμάνου, οὓς ἔπαυσε Κουαδρᾶτος. Φῆλιξ Ἰουδαίας ἐπίτροπος. Ἀγρίππας ἐκ Χαλκίδος εἰς μείζονα βασιλείαν μετατίθεται.

Tumultus varii ſub Cumano, quos Quadratus comprimit. Felix Judææ procurator. Agrippa Chalcidem majore regno permutat.

[a] Μετὰ δὲ τὴν Ἡρώδου τελευτὴν, [b] ὃς ἦρξε τῆς Χαλκίδος, [c] καθίστησι Κλαύδιος εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θείου [d] τὸν Ἀγρίππαν υἱὸν Ἀγρίππα. τῆς δὲ ἄλλης ἐπαρχίας διαδέχεται τὴν ἐπιτροπὴν ἀπὸ Ἀλεξάνδρου [e] Κουμανός, ἐφ' οὗ θόρυβοί τε ἤρξαντο, καὶ φθορὰ πάλιν Ἰουδαίων ἐγένετο. συνεληλυθότος γὰρ τοῦ πλήθους [f] ἐπὶ τὴν ἑορτὴν τῶν ἀζύμων εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς σπείρας ὑπὲρ τὴν τοῦ ἱεροῦ στοὰν ἐφεστώσης· ἔνοπλοι δὲ ἀεὶ τὰς ἑορτὰς παραφυλάττουσιν, ὡς μή τι νεωτερίζοι τὸ πλῆθος συνηθροισμένον, εἷς τις τῶν στρατιωτῶν [g] ἀνασυράμενος τὴν ἐσθῆτα, καὶ κατακύψας ἀσχημόνως, προσαπέστρεψε τοῖς Ἰουδαίοις [h] τὴν ἕδραν, καὶ τῷ σχήματι φωνὴν ὁμοίαν ἐπεφθέγξατο. πρὸς τοῦτο πᾶν [i] μὲν τὸ πλῆθος ἠγανάκτησε, καὶ κατεβόων τοῦ Κουμάνου κολάζειν τὸν στρατιώτην. οἱ δὲ ἧττον νήφοντες τῶν νέων, καὶ τὸ φύσει στασιῶδες ἐκ τοῦ ἔθνους, ἐχώρουν ἐπὶ μάχην, λίθους τε ἁρπάσαντες εἰς τοὺς στρατιώτας ἔβαλλον. καὶ Κουμανός, δείσας μὴ τοῦ λαοῦ παντὸς ἐπ' αὐτὸν ὁρμὴ γένοιτο, πλείους ὁπλίτας μεταπέμπεται. τῶν δὲ ταῖς στοαῖς ἐπιχεομένων, φόβος ἐμπίπτει τοῖς Ἰουδαίοις ἀκατάσχετος· καὶ τραπέντες ἐκ τοῦ ἱεροῦ διέφυγον εἰς τὴν πόλιν. τοσαύτη δὲ περὶ τὰς [k] ἐξόδους βία συνωθουμένων ἐγένετο, ὥς τε, πατηθέντας [l] ἀπ' ἀλλήλων καὶ συντριβέντας, [m] ὑπὲρ τοὺς μυρίους ἀποθανεῖν. [n] γενέσθαι

POST obitum autem Herodis, qui regnavit in Chalcide, Claudius Agrippam, filium Agrippæ, patrui *ſui* regno præficit: Cumanus autem alterius provinciæ curam ſuſcipit poſt Alexandrum, ſub quo tumultuari cœptum eſt, novaſque calamitates acceperunt Judæi. Nam cum multitudo in Hieroſolyma conveniſſet ad feſtum Azymorum celebrandum, & ſuper templi porticum ſtetiſſet Romanorum cohors (armatos quippe feſtis diebus in præſidio locare mos erat, ne quid novi vis hominum congregata moliretur) certus quidam è militibus, reductis veſtimentis & corpore deorſum turpiter inclinato, podicem Judæis obvertit, & vocem iſti figuræ ſituique convenientem *& ad probrum inflexam* edidit. id quod omnis multitudo ægre tulit, & Cumanum implorabant ut de milite ſupplicium ſumeret. Juvenes autem temerarii & inconſulti, quique è popularibus ingenio erant turbulento in pugnam cooriuntur, raptiſque in manus lapidibus in milites eos jaciebant. Et Cumanus, veritus ne populus univerſus in eum impetum faceret, plures accerſiri jubet armatos. Cumque ii in porticus ſeſe effudiſſent, vehemens metus Judæos occupat, atque in fugam verſi è templo in urbem ſe receperunt. Tanta autem & tam violenta ad portas *templi* facta eſt contruſio, ut ſupra decem hominum millia mutua conculcatione & contritione perierint. adeo ut feſtus

Agrippa Agrippæ filius patrui regno donatur. Antt. l. 20. c. 4. §. 2. Cumanus procurator Judææ. Antt. l. 20. c. 4. §. 2.

Miles ſeditionem concitat. Antt. l. 20. c. 4. §. 3.

Multi Judæorum pereunt. Ibid.

μειδῆ νέος, μηδὲ τοὺς παιδὸς ἐκβεβηκὼς χρόνους. quod ſane probat κομιδῆ νέος de pubeſcentibus dici; minime vero de grandioribus non dici. Hinc itaque nihil conficitur contra ea quæ diximus ad *Belli* I. 10. δ'. quin colligitur potius hanc phraſin in tanta latitudine uſurpari, ut ad dirimendam de Herodis ætate controverſiam nullo modo ſit idonea. ALDR. Nempe natus annos XVII. vid. ἀρχ. lib. 19. c. 9. §. 1. SPANH.

p Ἐπαρχίαν ποιήσας] Vide *Tacitum* in *Hiſt.* V. 9. & *Annal.* XII. 23. ALDR.

q Κούσπιον Φάδον,] *Coiſlin.* & *Lugd. Bat.* Κουσπάδιον. Cuſpius Fadus Procurator Judææ ἀρχ. lib. 20. c. 1. §. 1. SPANH.

r Ὁ] Conf. ἀρχ. lib. 20. c. 4. §. 2. SPANH.

s Βασιλεύων τῆς Ἡρώδης] Conf. inf. c. 13. §. 7. SPANH.

t Τελευτᾷ,] Anno Claudii octavo, *Antt.* l. XX. c. 4. §. 2. ALDR. Vide *Valeſii* notas ad *Euſeb.* l. II. c. XIX.

v Ἀδελφὸς] Abeſt a *Roſt.*

x Ἰωτάπην] *Roſt.* Ἰωταπάτην.

y Ἐγεγόνεισαν,] *Roſt.* Γεγόνασιν.

z Ἡ δὲ—γενεὰ] Conf. ἀρχ. lib. 18. c. 6. §. 4. SPANH.

a Τῆς—ἐβασίλευσε.] *Antt.* XVII. 6. Adde: & Ariſtobuli nepos in Minore, *Antt.* XX. 5. *Belli* II. 13. β'. ALDR.

a Μετὰ—τελευτὴν,] Conf. ἀρχ. lib. 20. c. 4. §. 2. Agrippæ Filius Dynaſta Chalcidis; eadem Dynaſtia ei adempta ἀρχ. lib. 20. c. 6. §. 1. SPANH.

b Ὃς ἦρξε] Abeſt Ὃς a *Lugd. Bat.*

c Καθίστησι] *Lugd. Bat.* Καθίστησι δὲ.

d Τὸν Ἀγρίππαν] Τὸν Ἀγρίππα υἱὸν Ἀγρίππαν *Bod.* Ἀγρίππαν Ἀγρίππου παῖδα *Euſeb.* in H. E. l. 2. c. 19.

e Κουμανὸς] *Lugd. Bat.* Κόμανος ut & inferius.

f Ἐπὶ] Εἰς *Bod.* SPANH.

g Ἀνασυράμενος.] Ἀνασυράμενος τὴν ἐσθῆτα ἀσχημόνως, καὶ κατακύψας πρ. legiſſe videtur *Ruf.*

h Τὴν ἕδραν,] Τὰ αἰδοῖα *Antt.* lib. 20. c. 4. §. 3. Conf. *Antt.* lib. 20. c. 4. §. 3. ubi hoc factum paulo aliter refertur, non τὴν ἕδραν, ſed τὰ αἰδοῖα ab eo milite oſtenſa. SPANH.

i Μὲν τὸ] Μὲν deletur in *Big.* (*Lugd. Bat.*) *Bod. Oxon.* SPANH.

k Ἐξόδους—ἐγένετο,] Ἐξόδους τοῦ ἱεροῦ *Euſeb.*

l Ἀπ' ἀλλήλων] Ὑπ' ἀλλήλων *Big.* πρὸς ἄλλο *Euſeb.* HUDS.

m Ὑπὲρ τοὺς μυρίους] Δύο μυριάδας *Antt.* XX. 4. lib. 20. c. 4. §. 3. quem numerum veriorem eſſe exiſtimat *Valeſius*, propterea quod *Antiquitatum* libri poſterius ſcripti fuerint. ὑπὲρ τρισμυρίους in quibuſdam *Rufini* exemplaribus, τρεῖς μυριάδας in *Euſeb*: tam in *Chronico* quam in *Hiſt. Eccl.* HUDS. Δύο μυριάδες ἀρχ. lib. 20. c. 4. §. 3. *Euſeb.* in *Chron.* & *Hiſt.* lib. 2. c. 20. 30000. SPANH.

n Γενέσθαι δὲ τὴν ἑορτὴν] Γενέσθαι τε τὴν *Euſeb.*

* Male in *Rufini* exemplaribus, *Caſtium Feſtum.*

ſtus ille dies univerſæ genti lugubris, & ſingulis familiis lamentabilis fuerit.

Ob Stephanum Cæſaris ſervum Judæis iraſcitur Cumanus. Antt. l. 20. c. 4. §. 4.

2. Hanc autem calamitatem excipit alius latronum tumultus. In via quippe publica juxta Bæthôron, Stephani cujuſdam, Cæſaris ſervi, ſupellectilem, quam ſecum ferebat, latrones, qui in eam inciderant, diripuerunt. Cumanus autem, * cum milites circumquaque miſiſſet, vicorum propinquorum incolas vinctos ad ſe adduci juſſit, illis crimini dans quòd latrones non perſequuti eſſent & comprehendiſſent. qua occaſione quidam è militibus, nactus in quodam viculo ſacras leges, & librum diſcerpſit & in ignem conjecit. Judæi vero, quaſi regio omnis combuſta eſſet, † animis conturbati erant: & religione quaſi organo quodam attracti, una præconis voce omnes Cæſaream ad Cumanum ſe conferebant, ſupplicantes ut militem, qui tantam Deo ejuſque legi contumeliam intuliſſet, non impunitum ſineret. Ad hæc ille, (ut qui videret multitudinem, niſi aliqua adhiberetur conſolatio non quieturam eſſe) militem adduci depoſcebat, & inde per medios accuſatores ad extremum ſupplicium trahi juſſit. Atque ita quidem Judæi receſſerunt.

Ob diſcerptos à milite legis Moſaicæ libros tumultuantur Judæi. Ibid.

Diſſidium Samaritas inter & Galilæos. Antt. l. 20. c. 5. §. 1.

3. Denuo autem Galilæi cum Samaritanis congrediuntur. In vico enim quem Geman vocant, qui in magno Samariæ campo ſitus eſt, cum multi Judæi ad feſtivitatem aſcenderent, Galilæus quidam interficitur. Ad hoc plurimi quidem è Galilæa concurrerunt, quaſi cum Samaritanis pugnam inituri: ex iſtis vero nobiliores ad Cumanum ſe contulerunt, rogantes, ut antequam malum ingraveſceret, in Galilæam tranſiret, & in cædis auctores animadverteret. haud alia quippe via diſſipari poſſe multitudinem, antequam ad arma ventum ſit. Et Cumanus quidem, rebus quæ in manibus erant poſthabita illorum petitione, ſupplices negotio infecto dimiſit.

Judæorum tumultus Hieroſolymis.

4. At cum ejus quod occiſo acciderat fama Hieroſolyma perveniret, multitudinem conturbavit, & feſtiva ſolennitate relicta Samariam feſtinanter profecti ſunt, idque ſine duce & contra conſilium magiſtratuum, qui eos cohibere voluerant. Latrocinia autem eorum & tumultus initum ducebant ab Eleazaro quodam Dinæi filio & Alexandro, qui, in toparchiæ Acrabatenæ finitimos impetu facto, & ipſos interficiebant nemini cujuſcunque ætatis parcentes, & vicos incenderunt.

Eleazarus & Alexander latrocinio & cæde in vicos graſſantur. Antt. l. 20. c. 5. §. 1.

Cumanus contra eos profectus

5. Cumanus autem, aſſumpta ex Cæſarea una equitum ala, quæ vocabatur Sebaſtenorum, ad opi-

δὲ τὴν ἑορτὴν πένθος μὲν ὅλῳ τῷ ἔθνει, θρῆνον δὲ καθ' ἑκάστην οἰκίαν.

β'. Μεταλαμβάνει δὲ ταύτην τὴν συμφορὰν λῃστρικὸς ἄλλος θόρυβος. [o] κατὰ γὰρ τὴν [p] Βαιθωρὼ δημοσίαν ὁδὸν, [q] Στεφάνου τινὸς δούλου Καίσαρος ἀποσκευὴν κομιζομένην, διήρπασαν λῃσταὶ προσπεσόντες. Κουμανὸς δὲ [r] περιπέμψας, τοὺς ἐκ τῶν πλησίον κωμῶν [s] δεσμώτας ἐκέλευσεν [t] ἀνάγεσθαι πρὸς αὐτὸν, ἐπικαλῶν ὅτι μὴ διώξαντες τοὺς λῃστὰς συλλάβοιεν. ἔνθα στρατιωτῶν τὶς, εὑρὼν ἔν τινι κώμῃ τὸν ἱερὸν νόμον, διέῤῥηξέ τε τὸ βιβλίον, [v] καὶ εἰς πῦρ κατέβαλεν. Ἰουδαῖοι δὲ, ὡς ὅλης [x] αὐτοῖς τῆς χώρας καταφλεγείσης, συνεχύθησαν, καὶ [y] καθάπερ [z] ὀργάνῳ τινὶ τῇ δεισιδαιμονίᾳ [a] συνελκόμενοι, εἰς ἓν κήρυγμα πάντες εἰς Καισάρειαν ἐπὶ Κουμανὸν [b] συνέδραμον, ἱκετεύοντες τὸν οὕτως εἰς τὸν Θεὸν καὶ τὸν νόμον [c] αὐτοῦ ἐξυβρίσαντα μὴ περιϊδεῖν ἀτιμώρητον. ὁ δὲ, [d] οὐ γὰρ ἠρεμήσειν τὸ πλῆθος, εἰ μὴ τύχοι παραμυθίας, συνιδὼν, ἠξίου προσάγειν τὸν στρατιώτην, καὶ διὰ μέσων τῶν αἰτιωμένων ἀπαχθῆναι ἐπὶ θανάτῳ κελεύει. καὶ Ἰουδαῖοι μὲν ἀνεχώρουν.

γ'. Αὖθις δὲ Γαλιλαίων καὶ Σαμαρέων γίνεται [e] συμβολή. κατὰ γὰρ τὴν [f] Γημὰν καλουμένην κώμην, ἥτις ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ κεῖται τῆς Σαμαρείτιδος, πολλῶν ἀναβαινόντων Ἰουδαίων ἐπὶ τὴν ἑορτὴν, [g] ἀναιρεῖται [h] τις Γαλιλαῖος. πρὸς τοῦτο, πλεῖστοι μὲν ἐκ Γαλιλαίας συνέδραμον, [i] ὡς πολεμήσοντες τοῖς Σαμαρεῦσιν. οἱ γνώριμοι δὲ αὐτῶν, ἐλθόντες πρὸς Κουμανὸν, ἠντιβόλουν, πρὶν ἀνηκέστου πάθους εἰς τὴν Γαλιλαίαν διαβάντα, τιμωρήσασθαι τοὺς αἰτίους τοῦ φόνου. μόνως γὰρ ἂν οὕτως διαλυθῆναι πρὸ πολέμου τὸ πλῆθος. Κουμανὸς μὲν οὖν ἐν δευτέρῳ τὰς ἐκείνων ἱκεσίας τῶν χερσὶ πραγμάτων θέμενος, ἀπράκτους ἀπέπεμψε τοὺς ἱκέτας.

δ'. Ἀγγελθὲν δὲ τὸ πάθος εἰς Ἱεροσόλυμα τοῦ πεφονευμένου τὰ πλήθη συνετάραξε, καὶ τῆς ἑορτῆς ἀφέμενοι πρὸς τὴν Σαμάρειαν [k] ἐξώρμησαν ἀστρατήγητοι, καὶ μηδενὶ τῶν ἀρχόντων κατέχοντι πειθόμενοι. τοῦ λῃστρικοῦ δὲ αὐτῶν καὶ στασιώδους Δειναίου τὶς υἱὸς Ἐλεάζαρος καὶ Ἀλέξανδρος ἐξῆρχον, οἳ, [l] τοῖς ὁμόροις τῆς [m] Ἀκραβατηνῆς τοπαρχίας προσπεσόντες, αὐτούς τε ἀνῄρουν μηδεμιᾶς ἡλικίας φειδὼ ποιούμενοι, καὶ τὰς κώμας ἀνεπίμπρασαν.

ε'. Κουμανὸς δὲ, ἀναλαβὼν ἀπὸ τῆς Καισαρείας μίαν ἴλην ἱππέων καλουμένην [n] Σεβαστηνῶν, ἐξεβοή-

o Κατὰ γὰρ] Via ſcilicet regia qua itum eſt Hieroſolymis ad Cæſaream. Huds. Conf. infr. c. 19. §. 1. διὰ Βαιθωρῶν. Non exprimitur locus ἀρχ. lib. 20. c. 4. §. 4. infr. c. 19. §. 8. Βαιθώρας. Spanh.

p Βαιθωρὼ] Centum circiter ſtadia ab Hieroſolymis; ut licet colligere ex l. XX. c. 4. lib. 20. c. 4. §. 4. Βεθωρὼ dicitur in *Cod. Bod.* & *Roſt.* Videſis *Cellarium* in *Antt.* l. III. c. 13. p. 324. & *Relandum* in *Palæſtina*. S. p. 633.

q Στεφάνου—Καίσαρος] Conf. *Antt.* lib. 20. cap. 4. §. 4. Spanh.

r Περιπέμψας,] In Marg. *Lugd. Bat.* Παραπέμψας.

s Δεσμώτας] Δεσπότας *Bod.*

t Ἀνάγεσθαι] *Lugd. Bat.* Ἀγαγέσθαι.

v Καὶ—κατέβαλεν.] Combuſtio codicis legis eſt inter graviſſima quæ perpeti queunt. In Talmude Hieroſ. Moed. Katon 83. 2. decem res numerantur, quando veſtem lacerare fas eſt, ita ut in luctu graviſſimo, & inter illas eſt, *quum lex Dei combuſta eſſe auditur*. Rel.

x Αὐτοῖς—καταφλεγείσης,] Αὐτῆς τῆς χώρας καταφλεχθείσης *Bod.*

y Καθάπερ] Vid. inf. c. 16. §. 4. Spanh.

z Ὀργάνῳ] Abeſt a *Roſt.*

a Συνελκόμενοι,] Ab aliis ſic diſtinguitur, συνελκόμενοι εἰς ἓν κήρυγμα, πάντες εἰς Καισ.

b Συνέδραμον,] *Roſt.* Ἀνέδραμον.

c Αὐτοῦ] Αὐτὸν *Big.* αὐτῶν *Bod. Roſt.* & *Voſſ.* Huds.

d Οὐ γὰρ ἠρεμήσειν] *Coccejus* mavult οὐκ, ſed vide Not. noſtram ſuperius, cap. 10. §. 2. Hav.

e Συμβολή.] Græci codices male hic capitis finem faciunt. Cohærent enim hæc cum ſequentibus. Rel.

f Γημὰν] Ωβὰν *Big.* Βὰν *Voſſ.* (Βοῦν *Coiſlin.* & *Lugd. Bat.*) Ναῒν in pleriſque *Joſephi* exemplaribus, *Antt.* lib. 20. c. 5. §. 1. Verum *Originum* locus in quo Ναῒν legitur (ſiquid judicat *Grotius* ad *Luc.* c. VII. v. 11.) non eſt integer. Poſt *Euſebium* quoque & *Hieronymum*, plerique Nain faciunt Galilææ vicum. Malo itaque Γιναίαν ſcribere. Ginæa ſive Ginaim vicus eſt, à quo incipit Samaritis Galilææ & Judææ media, ut conſtat e *Belli* lib. III. non longe ab initio. Aldr. Infra lib. 4. c. 9. §. 4. Ναῒν Ναῒς *Gen.* ἀρχ. lib. 20. c. 5. §. 1. pro Γιναίας habet Ωβὰν *Big.* Βὰν. *Voſſ.* Spanh.

g Ἀναιρεῖται] Ἀρχ. lib. 20. c. 5. §. 1. Πολλοὺς αὐτῶν ἀναιροῦσι.

h Τις Γαλιλαῖος.] Iſta lectio ter hoc capite confirmatur, ſ. πολλοὶ eſt *Antt.* lib. 20. c. 5. §. 1.

i Ὡς] Abeſt a *Lugd. Bat.*

k Ἐξώρμησαν] Ἐξώρμουν in *MSS.* Huds. Ἐξώρμων *MSS.* omnes Ox. & *MSS. Lipſ.* Spanh.

l Τοῖς ὁμόροις] Intelligit vicos quoſdam Samaritidis, quæ in Acrabatenam deſinit Toparchiam. Vide *Antt.* lib. 12. c. 8. §. 1. lib. 20. c. 5. §. 1. item infr. c. 22. §. 2. & *Belli* locum ſupra memoratum. Aldr.

m Ἀκραβατηνῆς] Ita *Big.* Ἀκραβατινῆς in *cæteris*. Huds. Conf. *Antt.* lib. 12. c. 8. §. 1. Spanh.

n Σεβαστηνῶν,] Poſt Σεβαστηνῶν (Σεβαστὴν *Roſt.*) adde καὶ πεζῶν τέσσαρα τάγματα τούς τε Σαμαρείτας καθοπλίσας *Antt.* lib. 20. c. 5. §. 1.

* Ad inquiſitionem mittens eos, qui in proximis vicis eſſent, vinctos, &c. *Ruf.*

† Undique confluxerunt, *Ruf.*

θει

θεὶ τοῖς πορθουμένοις. καὶ τὸν περὶ τὸν Ελεάζαρον [o] πολλοὺς μὲν συνέλαβε, πλείστους δὲ ἀπέκτεινε. πρὸς δὲ τὸ λοιπὸν πλῆθος τοῦ πολεμεῖν τοῖς Σαμαρεῦσιν ὡρμημένων, οἱ ἄρχοντες τῶν Ιεροσολύμων ἐκδραμόντες, [p] σάκκους ἀμπεχόμενοι καὶ τέφραν τῶν κεφαλῶν καταχέοντες, ἱκέτευον ἀναχωρεῖν, καὶ μὴ διὰ τὸ εἰς [q] Σαμαρεῖς ἀμύνασθαι ἐπὶ Ιεροσόλυμα Ρωμαίους παροξύνειν. ἐλεῆσαι δὲ τὴν πατρίδα, καὶ τὸν ναὸν, τέκνα τε καὶ γυναῖκας ἰδίας, καὶ μὴ πάντα κινδυνεύειν δι' ἑνὸς ἐκδικίαν Γαλιλαίου παραπολέσθαι. τούτοις πεισθέντες οἱ Ιουδαῖοι, διελύθησαν. [r] ἐτράποντο δὲ πολλοὶ πρὸς λῃστείαν διὰ τὴν ἄδειαν. καὶ [s] κατὰ πᾶσαν τὴν χώραν ἁρπαγαί τε ἦσαν, καὶ τῶν θρασυτέρων ἐπαναστάσεις. καὶ τῶν Σαμαρέων οἱ δυνατοὶ, πρὸς [t] Ουμμίδιον [v] Κουαδράτον, ὃς ἦν ἡγεμὼν τῆς Συρίας, εἰς Τύρον παραγενόμενοι, δίκην τινὰ παρὰ τῶν πορθησάντων τὴν χώραν λαβεῖν ἠξίουν. παρόντες δὲ καὶ οἱ γνώριμοι τῶν Ιουδαίων, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς Ιωνάθης υἱὸς Ανάνου, κατάρξαι μὲν ἔλεγον τῆς ταραχῆς [x] Σαμαρέας διὰ τὸν φόνον, αἴτιον δὲ τῶν ἀποβεβηκότων [y] Κουμανὸν γεγονέναι, μὴ θελήσαντα τοὺς [z] αὐθέντας τοῦ σφαγέντος ἐπεξελθεῖν.

ϛʹ. Κουαδρᾶτος δὲ τότε μὲν ἑκατέρους ὑπερτίθεται, φήσας, ἐπειδὰν εἰς τοὺς τόπους παραγένηται, [a] διερευνήσειν [b] ἕκαστα. αὖθις δὲ προελθὼν [c] εἰς Καισάρειαν, τοὺς ὑπὸ Κουμάνου ζωγρηθέντας ἀνεσταύρωσε πάντας. ἐκεῖθέν τε [d] εἰς Λύδδαν παραγενόμενος [e] πόλιν, [f] διήκουσε τῶν Σαμαρέων, καὶ μεταπεμψάμενος ὀκτωκαίδεκα τῶν Ιουδαίων, οὓς ἐπέπυστο μετεσχηκέναι τῆς [g] μάχης, πελέκει διεχρήσατο. δύο δὲ ἑτέρους τῶν δυνατωτάτων, καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς Ιωνάθην καὶ Ανανίαν, τόν τε τούτου παῖδα [h] Ανανον, καί τινας ἄλλους Ιουδαίων γνωρίμους, [i] ἀνέπεμψεν ἐπὶ Καίσαρα, ὁμοίως δὲ καὶ Σαμαρέων τοὺς ἐπιφανεστάτους. [k] παρήγγειλε δὲ [l] καὶ Κουμάνῳ καὶ Κέλερι τῷ χιλιάρχῳ πλεῖν ἐπὶ Ρώμης, δώσοντας Κλαυδίῳ λόγον [m] ὑπὲρ τῶν γεγενημένων. ταῦτα διαπραξάμενος, [n] ἀπὸ Λυδδῶν ἀνέβαινεν εἰς Ιεροσόλυμα. καὶ καταλαβὼν τὸ πλῆθος ἄγον τὴν τῶν ἀζύμων ἑορτὴν ἀθορύβως, εἰς Αντιόχειαν ἐπανῄει.

ζʹ. Κατὰ δὲ τὴν Ρώμην Καῖσαρ ἀκούσας Κουμάνου καὶ Σαμαρέων. παρῆν δὲ καὶ Αγρίππας ἐκθύμως ὑπεραγωνιζόμενος Ιουδαίων, ἐπειδὴ καὶ Κουμάνῳ πολλοὶ τῶν δυνατῶν παρίσταντο. Σαμαρέων μὲν καταγνοὺς, τρεῖς ἀνελεῖν προσέταξε τοὺς δυνατωτάτους, Κουμανὸν δὲ [o] ἐφυγάδευσε. Κέλερα δὲ δεσμώτην ἀναπέμψας εἰς Ιεροσόλυμα παραδοθῆναι Ιουδαίοις πρὸς αἰκίαν ἐκέ-

tulandum direptione vastatis procurrebat: & ex iis qui Eleazarum sequuti sunt multos quidem comprehendit, plures vero interfecit. Ad reliquam autem multitudinem, qui ad bellum Samaritanis inferendum properabant, Hierosolymitarum principes cum raptim se *ex urbe* proripuissent, centonibus amictos, & aspersis cinere capitibus, *eos* obsecrabant ut recederent, & non, ut ultum irent Samaritanos, in Hierosolyma Romanos concitarent: sed patriæ suæ atque templi misererentur, liberorumque suorum & conjugum; neque omnes, ut unius Galilæi cædem vindicarent, in mortis immeritæ discrimen adducerent. Istis persuasi Judæi sese dispersserunt. * Multi autem ad latrocinia se convertebant impunitatis spe: omnisque rego plena erat rapinarum, & paulo audacior quisque † seditionem agitabat. Tunc Samaritarum primores, ad Ummidium Quadratum, qui Syriæ præses erat, Tyrum profecti, pœnas ab iis exigi postulabant qui regionem vastaverant. Cum autem præsentes adessent & Judæorum nobilissimi, summusque pontifex Jonathas Anani filius, *isti* asseverabant, turbis quidem initium dedisse Samaritas qui cædem perpetraverant, causam vero eorum quæ *postea* acciderant exstitisse Cumanum, qui de cædis auctoribus supplicium sumere neglexit.

Eleazarum suosque reprimit. Ibid.

Judæa latronibus vexata. Antt. l. 20. c. 5. §. 1.

Samaritæ Quadrato supplicant. Antt. l. 2. c. 5. §. 2.

6. Et tunc quidem Quadratus utramque partem in aliud tempus rejecit, dicens, se cum ad loca ipsa pervenerit, in singula inquisiturum. deinceps vero progressus ad Cæsaream, eos omnes quos Cumanus vivos ceperat in crucem sustulit. Cumque inde Lyddam venisset, *denuo* Samaritarum querelas audivit; & accitis octodecim Judæorum viris, quos pugnæ participes fuisse acceperat, securi eos percussit: alios vero duos è viris potentissimis, ut & pontifices Jonathan & Ananiam, ejusque filium Ananum, & nonnullos alios Judæos nobiles Romam misit, itidemque illustrissimos quosque Samaritarum. Præcepit etiam Cumano & Celeri tribuno ut Romam navigarent, factorum rationem Claudio reddituri. Istis *ita* confectis, Lyddâ ascendebat in urbem Hierosolymorum; cumque populum deprehendisset Azymorum festum absque omni tumultu agentem, Antiochiam reversus est.

Quadrati responsum. Quadratus animadvertit in Judæos & Samaritas. Antt. l. 20. c. 5. §. 2.

Ananias & Ananus, Cumanus & Celer cum aliis Romam missi. Ibid.

7. Romæ autem Cæsar, ubi Cumanum & Samaritas audiverat (præsente etiam Agrippa qui magno studio pro Judæis contendebat, utpote quod & Cumano multi potentium adessent) Samaritas condemnavit, tresque eorum potentissimos interfici jussit, atque Cumanum in exsilium egit. Cumque Celerem vinctum Hierosolyma mittendum esse curasset, Judæis ad supplicium tradi

Magna contentio Romæ inter Judæos & Samaritas. Antt. l. 20. c. 5. §. 3.

Cumanus in exsilium pulsus. Ibid.

o Πολλοὺς—ἀπέκτεινε.] Hujus plane contrarium legitur in *Antt.* lib. 20. c. 5. §. 1. hisce verbis, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, πλείους δὲ ζῶντας ἔλαβεν. HUDS. SPANH.

p Σάκκους—καταχέοντες,] Vid. infr. cap. 15. §. 4. & cap. 21. §. 3. SPANH.

q Σαμαρεῖς] *Rost.* Σαμαρειτῶν.

r Ετράποντο] *Rost.* Ετράπησαν.

s Κατὰ] *Gen.* Μετὰ *Ox.* & *MS. Lips.* Κατὰ. SPANH.

t Ουμμίδιον] Ita rescripsi. antea erat Νουμίδιον. Vide *Annot.* lib. 20. c. 5. §. 1. HUDS. Conf. *Antt.* lib. 20. c. 5. §. 2. lege Υμμίδιον Κυδράτον. Inscript. C. UMMIDIO. QUADRATO. Adde *Noris. Epoch. Syro-Maced.* p. 183. & antea *Salmas. ad Antonin. Spart.* cap. 15. SPANH.

v Κουαδράτον,] *Rost.* Κοδράτον.

x Σαμαρέας] Ita *Big. Ox.* Σαμαρεῖς *Gen.* SPANH.

y Κουμανὸν γεγονέναι,] *Rost.* Κουμανόν γε εἰσιέναι.

z Αὐθέντας] Αὐτόχειρας *Big.*

a Διερευνήσειν] Vid. ea de re Tacit. *Annal.* XII. 54. Oxon. SPANH.

b Εκαστα.] Ad explendam historiam adde quæ habet *Tacitus* in *Annal.* XII. 54. ALDR.

c Εἰς Καισάρειαν,] Σαμάρειαν *Antt.* lib. 20. c. 5. §. 2. quod ita explicat *Usserius*, ut Samariam primo, inde Cæsaream, postremo Lyddam venerit. HUDS. Εἰς Σαμάρειαν. ἀρχ. lib. 20. c. 5. §. 2. SPANH.

d Εἰς Λύδδαν παραγενόμενος] *Rost.* Εἰς Λύδδαν παρ. πάλιν.

e Πόλιν,] Id est, κώμην πόλεως τὸ μέγεθος οὐκ ἀποδέουσαν, lib. 20. c. 5. §. 2.

f Διήκουσε τῶν Σαμαρέων,] Et didicit è quodam Samarita, Dortum Judæorum primatem cum quatuor sociis Judæos ad defectionem sollicitasse, quos ille supplicio affecit. *Antt.* lib. 20. c. 5. §. 2. ALDR.

g Μάχης,] Αφορμῆς *Big.* Αφορμῆς *Big.* SPANH.

h Ανανον,] *Lugd. Bat.* Αμανον.

i Ανέπεμψεν ἐπὶ Καίσαρα,] Απέπεμψεν in *Antt.* lib. 20. c. 5. §. 2. HUDS.

k Παρήγγειλε] *Lugd. Bat.* Παρήγγελλε.

l Καὶ Κουμάνῳ] Abest a *Rost.*

m Υπὲρ τῶν γεγενημένων.] *Lugd. Bat.* Επὶ τῷ γεγενημένῳ.

n Απὸ Λυδδῶν] Απὸ τῶν Λύδδων. *Lugd. Bat.*

o Εφυγάδευσε.] Ita cum *Cod. Big.* antea erat φυγαδεῦσαι. HUDS. Φυγαδεῦσαι *Gen.* Εφυγάδευσε. *Big. Ox.* SPANH.

* Interpretatione paulo liberiore utitur *Rufinus*, qui vertit, *multi autem per idem tempus in latrocinia conspirabant, sicut fere solet insolentia crescere rebus quietis.*

† Reliquis vim referebat, *Ruf.*

p Φο-

Celer morte punitus. Ibid.

tradi præcepit, eique circa urbem tracto caput amputari.

Felix procurator Judææ. Antt. l. 20. c. 6. §. 1. *Claudii erga Agrippam munificentia.* Ibid.

8. Post hæc Felicem quidem Pallantis fratrem misit *Cæsar*, ut Judæam procuraret, simulque Galilæam & Samariam & Peræam: Agrippam vero ex Chalcide in regnum amplius transtulit, eumque tetrarchia donavit quæ Philippi *antea* fuerat. erat autem ista Trachonitis & Batanæa & Gaulanitis. Insuper & Lysaniæ regnum addidit, & provinciam quam Varus rexerat. Ipse autem *Claudius*, cum annos tredecim imperium administrasset, ac præterea menses octo diesque viginti, vitâ decessit, relicto Nerone imperii successore, quem Agrippinæ uxoris suæ illecebris & præstigiis in imperii hæreditatem adoptaverat, quamvis filium proprium haberet Britannicum ex Messalina conjuge priore natum, & Octaviam filiam, quam ipse Neroni *privigno suo* collocaverat. Quin & ex Petina susceperat Antoniam.

Obit Claudius & Nero in imperium succedit. Antt. l. 20. c. 7. §. 1.

λευσε, καὶ περιευρέντα τὴν πόλιν οὕτω τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι.

η΄. Μετὰ ταῦτα Ἰουδαίας μὲν ἐπίτροπον [p] Φήλικα τὸν Πάλλαντος ἀδελφὸν ἐκπέμπει, τῆς τε Γαλιλαίας καὶ Σαμαρείας [q] καὶ Περαίας. ἐκ δὲ τῆς Χαλκίδος Ἀγρίππαν εἰς μείζονα βασιλείαν [r] μετατίθησι, δοὺς αὐτῷ τήν τε [s] Φιλίππου γενομένην [t] τετραρχίαν. αὕτη δὲ ἦν Βαταναία καὶ Τραχωνῖτις καὶ Γαυλανῖτις. προσέθηκε δὲ τήν τε Λυσανίου βασιλείαν, [v] καὶ τὴν Οὐάρου γενομένην [x] ἐπαρχίαν. [y] αὐτὸς δὲ διοικήσας τὴν [z] ἡγεμονίαν ἔτεσι τρισὶ καὶ δέκα, πρὸς δὲ μησὶν ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις, τελευτᾷ, καταλιπὼν Νέρωνα τῆς ἀρχῆς διάδοχον, ὃν, ταῖς Ἀγριππίνης τῆς γυναικὸς ἀπάταις, ἐπὶ κληρονομίᾳ τῆς ἀρχῆς εἰσεποιήσατο, καίπερ [a] υἱὸν ἔχων γνήσιον Βρεττανικὸν ἐκ Μεσσαλίνης τῆς προτέρας γυναικὸς, καὶ Ὀκταουΐαν θυγατέρα τὴν ὑπ' αὐτοῦ ζευχθεῖσαν Νέρωνι. ἐγεγόνει δὲ αὐτῷ καὶ ἐκ [b] Πετίνης Ἀντωνία.

CAP. XIII.

Quatuor urbes à Nerone Agrippæ regno additæ. Reliquum Judææ sub Felice. Sicarii, Magi, & Ægyptius Pseudopropheta quas turbas dederint. De Cæsarea Judæos inter & Syros acerrima contentio.

Plurima de Nerone consulto præterit Josephus.

ET quemadmodum quidem Nero, felicitatis & opum magnitudine dementatus, superbe & petulanter usus sit fortuna, & qualiter fratrem *suum* & uxorem & matrem interfecerit; ac deinde in sanguine *sibi* conjunctissimos crudelitatem suam adhibuerit; utque tandem eo dementiæ pervenerit, ut in scena & theatro sese exerceret, quoniam res vulgo notæ sunt, *silentio* præteribo. convertam autem narrationem ad ea quæ ejus tempore Judæis acciderunt.

Neronis ergà Aristobulum & Agrippam liberalitas. Antt. l. 20. c. 7. §. 4. *Felix Judææ procurator latrones castigat.* Ibid. & Antt. l. 20. c. 7. §. 5.

2. Et ille quidem Armeniam minorem donavit Aristobulo Herodis filio, ut eam imperio regeret: regno autem Agrippæ quatuor urbes addidit cum illarum toparchiis, Abilam & Juliadem in Peræa, Tarichæas & Tiberiadem in Galilæa, reliquæ autem Judææ Felicem procuratorem constituit. Hic, principem latronum Eleazarum, qui per viginti annos regionem fuerat depopulatus, multosque qui cum eo erant vivos cepit, & Romam misit: latronum vero, ab illo in crucem sublatorum, aliorumque in *sceleris* societate deprehensorum, quos supplicio affecit, ingens erat multitudo.

ΚΕΦ. ιγ΄.

Τέσσαρας πόλεις τῇ Ἀγρίππα βασιλείᾳ προστίθησι Νέρων. τὸ λοιπὸν Ἰουδαίας ὑπὸ Φήλικος, ἃς ταραχὰς συνιστᾶσι Σικάριοι, Μάγοι, καὶ ψευδοπροφήτης Αἰγύπτιος. περὶ Καισάρειαν ἀμφισβητοῦσι Ἰουδαῖοι καὶ Σύροι.

ΟΣΑ μὲν οὖν Νέρων, δι' ὑπερβολὴν εὐδαιμονίας τε καὶ πλούτου παραφρονήσας, ἐξύβρισεν εἰς τὴν τύχην, ἢ τίνα τρόπον τόν τε ἀδελφὸν καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν μητέρα διεξῆλθεν, ἀφ' ὧν [c] εἰς τοὺς συγγενεστάτους μετήνεγκε τὴν ὠμότητα, καὶ ὡς τελευταῖον ὑπὸ φρενοβλαβείας ἐξώκειλεν εἰς σκηνὴν καὶ θέατρον, ἐπειδὴ [d] δι' ὄχλου πᾶσιν ἐστὶ, παραλείψω. τρέψομαι δὲ ἐπὶ τὰ Ἰουδαίοις κατ' αὐτὸν γενόμενα.

β΄. Τὴν μὲν οὖν μικρὰν Ἀρμενίαν δίδωσι μὲν βασιλεύειν [e] Ἀριστοβούλῳ τῷ [f] Ἡρώδου. [g] τῇ δὲ Ἀγρίππα βασιλείᾳ τέσσαρας πόλεις προστίθησι σὺν ταῖς [h] τοπαρχίαις, [i] Ἄβιλαν μὲν καὶ Ἰουλιάδα κατὰ τὴν Περαίαν, Ταριχαίας δὲ καὶ Τιβεριάδα τῆς Γαλιλαίας, εἰς δὲ τὴν λοιπὴν Ἰουδαίαν Φήλικα καθίστησεν [k] ἐπίτροπον. οὗτος τὸν ἀρχιλῃστὴν Ἐλεάζαρον ἔτεσιν εἴκοσι τὴν χώραν [l] δηωσάμενον, καὶ πολλοὺς τοὺς σὺν αὐτῷ ζωγρήσας, ἀνέπεμψεν εἰς Ῥώμην. τῶν δὲ ἀνασταυρωθέντων ὑπ' αὐτοῦ λῃστῶν, καὶ τῶν ἐπὶ κοινωνίᾳ φωραθέντων οὓς ἐκόλασεν, ἄπειρόν τι πλῆθος ἦν.

γ΄. Κα-

p Φήλικα τὸν Πάλλαντος] Quem à Cæsare Jonathas Pontifex impetraverat, *Antt.* lib. 20. c. 7. §. 5. Jus ille regium servili ingenio exercuit, cuncta malefacta sibi impune ratus tanta potentia subnixo; *Tacit.* in *Hist.* V. 9. *Annal.* XII. 54. Ejus meminit *Suetonius* in *Claud.* cap. 28. ALDR. Conf. ἀρχ. lib. 20. c. 6. §. 1. SPANH.

q Καὶ Περαίας.] Omittit *Gelen.* & Peræa *MSS. Ruf.* SPANH.

r Μετατίθησι,] Postquam ipse Claudius duodecim annos imperasset, Agrippa per quadriennium Chalcidi præfuisset, *Antt.* XX. 6. ALDR.

s Φιλίππου] *Gelen.* Felicis SPANH.

t Τετραρχίαν.] Ἐπαρχίαν. *MSS. Lips.* SPANH.

v Καὶ τὴν Οὐάρου γενομένην] Adjuncta etiam [Abila] Lysaniæ Tetrarchia, quam Varus rexerat, *Usserius*, & quidem rectissime, ut pronunciat *Aldrichius.* Vide *Belli* I. 20. 4. *Antt.* XV. 10. Καὶ δὲ καὶ τὴν ὑπὸ Οὐάρου γενομένην ἐπαρχίαν rescribendum censet *Petavius* in lib. XI. *de Doctrina Temporum*, c. 10. sub finem. HUDS. *Adjuncta etiam (Abila) Lysaniæ Tetrarchia, quam Varus rexerat.* Ita, rectissime, Armachanus. ALDR.

x Ἐπαρχίαν.] Τετραρχίαν *MSS. Lips.* SPANH.

y Αὐτὸς δὲ διοικήσας τὴν] Obijt Claudius, Asinio Marcello, Acilio Aviola Coss. III. Id. Octobr. *Seneca* in *lud. de morte Claudii. Suet.* cap. 45. *Dio* lib. LX. p. 688. B. Cum imperasset annos 13. menses 8. dies 20. *Dio*, ibid. *Josephus* hic & *Antt.* 20. §. 7. ALDR. Conf. & ἀρχ. lib. 20. c. 17. §. 1. SPANH.

z Ἡγεμονίαν] Ἡγεμονίαν. De Principatu Claudii, & infr. c. 19. §. 9. de principatu Neronis. SPANH.

a Υἱὸν—Μεσσαλίνης] Confer *Antt.* XX. 5. quæque ibi leguntur hodie corruptissima ex Suetonii *Claudio* cap. 26. 27. emenda. ALDR.

b Πετίνης] *Gelen. Agrippina, Petina.* SPANH. *Coislin.* Πελώνης. ut & *Lugd. Bat.*

c Εἰς τοὺς συγγενεστάτους] Ἐπὶ τοὺς εὐγενεστάτους *Big.* HUDS. SPANH.

d Δι' ὄχλου πᾶσιν ἐστὶ,] Vulgo notum *Not. Ox.* Conf. infr. lib. 4. c. 9. §. 2. quando quidem amplius vulgo notum. SPANH.

e Ἀριστοβούλῳ τῷ] Conf. *Antt.* lib. 20. cap. 6. §. 1. Ἡρώδου τοῦ Χαλκίδος βασιλέως. Vid. & supr. c. XI. §. 6. SPANH.

f Ἡρώδου.] Scilicet, τοῦ Χαλκίδος βασιλέως, lib. 20. cap. 7. §. 4.

g Τῇ δὲ Ἀγρίππα—ταῖς] Agrippæ pars Galilææ & Julias trans Jordanem data à Nerone, vid. *Antt.* lib. 20. cap. 6. §. 4. SPANH.

h Τοπαρχίαις,] *Rost.* Ἐπαρχίαις.

i Ἄβιλαν] Ἄβιλαν non nominat *Josephus*, lib. 20. c. 7. §. 4. sed ejus loco ponit κώμας τὰς περὶ αὐτὴν [Ἰουλιάδα] τεσσαρεσκαίδεκα. Conf. supr. *Antt.* lib. 8. c. 12. §. 4. SPANH.

k Ἐπίτροπον.] Ἐπίσκοπον *Bod.* & infra ἐπισκοπὴν pro ἐπιτροπὴν. HUDS.

l Δηωσάμενον,] Λῃωσάμενον *Big.* HUDS. Ἀνιωσάμενον. *Big.* SPANH.

k Ὑπε-

γʹ. Καθαρθείσης δὲ τῆς χώρας, ἕτερον εἶδος λῃστῶν ἐν Ἱεροσολύμοις [m] ὑπεφύετο, οἱ καλούμενοι [n] σικάριοι, μεθ' ἡμέραν καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει φονεύοντες ἀνθρώπους. μάλιστα δὲ ἐν ταῖς ἑορταῖς μισγόμενοι τῷ πλήθει, καὶ ταῖς [o] ἐσθήσεσιν ὑποκρύπτοντες [p] μικρὰ ξιφίδια, τούτοις ἔνυττον [q] τοὺς διαφόρους. ἔπειτα πεσόντων, μέρος ἐγίνοντο τῶν ἐπαγανακτούντων οἱ [r] πεφονευκότες. διὸ καὶ παντάπασιν ὑπ' ἀξιοπιστίας ἦσαν ἀνεύρετοι. πρῶτος μὲν οὖν [s] ὑπ' αὐτῶν Ἰωνάθης ὁ ἀρχιερεὺς ἀποσφάζεται. μετὰ δὲ αὐτὸν καθ' ἡμέραν ἀνῃροῦντο πολλοί, καὶ τῶν συμφορῶν ὁ φόβος ἦν χαλεπώτερος, ἑκάστου καθάπερ ἐν πολέμῳ καθ' ὥραν τὸν θάνατον προσδεχομένου. προεσκοποῦντο δὲ πόρρωθεν τοὺς διαφόρους, καὶ οὐδὲ τοῖς φίλοις προσιοῦσιν ἔτι πίστις ἦν. ἐν μέσαις δὲ ταῖς ὑπονοίαις καὶ ταῖς φυλακαῖς ἀνῃροῦντο. [t] τοσοῦτον τῶν ἐπιβουλευόντων τὸ [v] τάχος ἦν, καὶ τοῦ λαθεῖν ἡ τέχνη.

3. Regione autem *ita* purgata aliud subortum est grassatorum genus, qui Sicarii vocabantur, interdiu homines media in urbe trucidantes: præcipue vero diebus festis plebi immixti, & sicas sub vestibus occultantes, istis inimicos suos percutiebant. Cumque *vulnerati protinus* concidissent, illi qui cædem fecerant cum adstantibus indignari se simulabant. Qua re fiebat, ut credulitate hominum, nihil de iis sinistri suspicantium, diu tecti latuerint. Ac primum quidem Jonathas pontifex ab illis interficitur: deinde vero complures alii quotidie perempti erant, adeo ut timor ipsa calamitate acerbior esset; dum singuli tanquam in acie positi quovis momento mortem sibi imminere crederent. Inimicos autem eminus prospiciebant, & ne amicis quidem propius accedentibus amplius fidebant: sed in mediis suspicionibus atque custodiis occidebantur. Tanta erat insidiantium velocitas & latendi ars.

Sicarii eorumque audacia. Antt. l. 20. c. 7. §. 5. 6. 10. & c. 8. §. 3.

Jonathas pontifex à Sicariis peremptus.

δʹ. [x] Συνέστη δὲ πρὸς τούτοις στῖφος ἕτερον πονηρῶν, χειρὶ μὲν καθαρώτερον, ταῖς γνώμαις δὲ ἀσεβέστερον, ὅπερ οὐδὲν ἧττον τῶν σφαγέων τὴν εὐδαιμονίαν τῆς πόλεως ἐλυμήνατο. πλάνοι γὰρ ἄνθρωποι καὶ ἀπατεῶνες, προσχήματι θειασμοῦ, νεωτερισμοὺς καὶ μεταβολὰς πραγματευόμενοι, [y] δαιμονᾶν τὸ πλῆθος ἀνέπειθον, καὶ προῆγον εἰς τὴν ἐρημίαν, [z] ὡς ἐκεῖ τοῦ [a] Θεοῦ δείξαντος αὐτοῖς σημεῖα ἐλευθερίας. ἐπὶ τούτοις ὁ Φῆλιξ, ἐδόκει γὰρ ἀποστάσεως εἶναι καταβολή, πέμψας ἱππεῖς [b] καὶ πεζοὺς ὁπλίτας, πολὺ πλῆθος διέφθειρε.

4. Cæterum præter hos alia nefariorum turma conflata est, quibus manus erant *a cæde* puriores, sed sceleratiora consilia; quique non minus quam sicarii civitatis felicitatem perditum ibant. nam homines, seductores & fallaciis pleni, specie divini afflatus, novis rebus & mutationibus studentes, vulgo ut insanirent persuadebant, & proliciebant in solitudinem; ac si illic Deus ostensurus esset eis signa libertatis. Contra istos (inde enim videtur oritura esse insurrectio) milites, tam pedites quam equites, misit Felix, magnumque eorum numerum interficit.

Seductores & impostores per Judæam Antt. l. 20. c. 7. §. 6.

εʹ. Μείζονι δὲ [c] ταύτης πληγῇ Ἰουδαίους ἐκάκωσεν [d] Αἰγύπτιος ψευδοπροφήτης. παραγενόμενος γὰρ εἰς τὴν χώραν, [e] ἄνθρωπος γόης, καὶ προφήτου πίστιν ἐπιθεὶς [f] ἑαυτῷ, περὶ [g] τρισμυρίους μὲν ἀθροίζει τῶν ἠπατημένων. [h] περιαγαγὼν δὲ αὐτοὺς ἐκ τῆς ἐρημίας εἰς τὸ Ἐλαιῶν καλούμενον ὄρος, ἐκεῖθεν οἷός τε ἦν εἰς Ἱεροσόλυμα παρελθεῖν βιάζεσθαι, [i] καὶ κρατήσας τῆς τε Ῥωμαϊκῆς φρουρᾶς καὶ τοῦ δήμου τυραννεῖν, χρώμενος τοῖς συνεισπεσοῦσι δορυφόροις. φθάνει δ' αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν Φῆλιξ [k] ὑπαντιάσας μετὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ὁπλιτῶν, καὶ πᾶς ὁ δῆμος [l] συνεφήψατο τῆς ἀμύνης. ὥστε συμβολῆς γενομένης, τὸν μὲν Αἰγύπτιον φυγεῖν μετ' ὀλίγων, διαφθαρῆναι

Ille vero cum reliquis tacite per triginta stadia progreditur. Mane autem Judæi, cum locum ubi morati sunt desertum vidissent, in quadringentos, qui eos deceperant, irruebant; & illos quidem ocyus jaculis confecerunt, dein autem Cestium persequebantur. Ille vero & noctis partem non exiguam jam ante occupaverat, dieque properantius iter urgebat: adeo ut milites metu perculsi helepoles & catapultas & alia multa instrumenta relinquerent, quibus tunc captis Judæi postea contra illos qui ea dimisissent usi sunt. Romanos autem persequendo Antipatridem usque processerunt. deinde cum eos assequi non potuissent, inter revertendum & machinas capiebant & mortuos spoliabant, prædamque relictam colligebant: & pæana canentes ad metropolim regrediebantur, de suis quidem paucis admodum amissis, Romanorum autem & auxiliarium quinque millibus peditum ac trecentis, equitibusque trecentis & octoginta interemptis. Et ista quidem gesta erant die octavo mensis Dii, anno decimo secundo Neronis imperii.

Machinæ, quas fugientes Romani abjiciunt, captæ à Judæis; quibus usi sunt adversus Titum.

οἴονται τὴν δύναμιν κατὰ χώραν μένειν. αὐτὸς δὲ, τοὺς λοιποὺς ἀναλαβὼν, ἡσυχῆ τριάκοντα πρόεισι σταδίους. [k] ἕωθεν δὲ Ἰουδαῖοι, καταδόντες ἔρημον [l] τὴν ἔπαυλιν αὐτῶν, ἐπὶ τοὺς ἐξαπατήσαντας τετρακοσίους ἔδραμον. κἀκείνους μὲν ταχέως κατηκόντισαν, ἐδίωκον δὲ τὸν Κέστιον. ὁ δὲ [m] τῆς νυκτὸς οὐκ ὀλίγον προειλήφει, καὶ [n] συντονώτερον [o] ἤλαυνεν μεθ' ἡμέραν, ὥστε τοὺς στρατιώτας, ὑπ' ἐκπλήξεως καὶ δέους, τάς τε [p] ἑλεπόλεις καὶ τοὺς ὀξυβελεῖς καὶ τὰ [q] πολλὰ τῶν ἄλλων ὀργάνων καταλιπεῖν, ἃ τότε Ἰουδαῖοι λαβόντες αὖθις ἐχρήσαντο κατὰ τῶν ἀφέντων. προῆλθον δὲ τοὺς Ῥωμαίους διώκοντες μέχρις Ἀντιπατρίδος. ἔπειτα ὡς οὐ κατελάμβανον, ὑποστρέφοντες [r] τάς τε μηχανὰς ἦρον, καὶ τοὺς νεκροὺς ἐσύλων, τήν τε ἀπολειφθεῖσαν λείαν συνῆγον, καὶ μετὰ παιάνων εἰς τὴν μητρόπολιν ἐπαλινδρόμουν, αὐτοὶ μὲν ὀλίγους ἀποβεβλημένοι παντάπασι, τῶν δὲ Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων [s] πεζοὺς μὲν [t] πεντακισχιλίους καὶ τριακοσίους ἀνῃρηκότες, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους καὶ ὀγδοήκοντα. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη [v] Δίου μηνὸς ὀγδόῃ, δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Νέρωνος [x] ἡγεμονίας.

XXV.

CAP. XX.

Cestius legatos mittit ad Neronem. Damasceni Judæos secum habitantes interficiunt. Hierosolymitæ à Cestio persequendo revertuntur in urbem; cumque res ejus ordinassent, multos creant duces, inque his hunc ipsum scriptorem. Nonnulla de Josephi administratione.

At post calamitatem à Cestio acceptam nobilium Judæorum multi, quasi in eo esset navis ut mergeretur, è civitate *veluti* natando egressi sunt. Costobarus itaque & Saulus fratres, una cum Philippo Jacimi filio, (iste enim Agrippæ regis exercitûs præfectus erat) ex urbe fuga dilapsi ad Cestium se contulerunt. Quemadmodum vero Antipas, qui cum eis in aula regia obsessus illinc profugere noluit, à seditiosis fuerit interemptus, posthac declarabimus. Cestius autem Saulum cæterosque, ex ipsorum petitione, in Achajam ad Neronem misit, & propriam necessitatem *ei* indicaturos, bellique inchoati culpam in Florum translaturos. faciendo enim ut illi succenseretur, fore speravit ut aliquid de suo tolleret periculo.

Nobiliores Judæi ad Cestium se conferunt.

Missi à Cestio ad Neronem legati.

2. Eo etiam tempore Damasceni, clade Romanorum audita, studiose id egerunt ut Judæos apud se degentes occiderent. & quemadmodum

Damasceni Judæorum decem millia una hora jugulant.

ΚΕΦ. κ'.

Κέστιος πρὸς Νέρωνα πρέσβεις ἀναπέμπει. Δαμασκηνοὶ τοὺς παρ' ἑαυτοῖς Ἰουδαίους ἀναιροῦσιν. Ἱεροσολυμῖται, διώξαντες τὸν Κέστιον, εἰς τὴν πόλιν ὑποστρέφουσιν καὶ τὰ κατ' αὐτὴν παρασκευαζόμενοι στρατηγοὺς ἀποδεικνῦσι πολλοὺς, καὶ αὐτὸν τὸν συγγραφέα. τινὰ περὶ Ἰωσήπου διοικήσεως.

Μετὰ δὲ τὴν Κεστίου συμφορὰν, [y] πολλοὶ τῶν ἐπιφανῶν Ἰουδαίων, ὥσπερ [z] βαπτιζομένης νεὼς, ἀπενήχοντο τῆς πόλεως. [a] Κοστόβαρος οὖν καὶ Σαῦλος ἀδελφοὶ, σὺν Φιλίππῳ τῷ Ἰακίμου, στρατοπεδάρχης δὲ ἦν οὗτος Ἀγρίππα τοῦ βασιλέως, διαδράντες ἐκ τῆς πόλεως, ᾤχοντο πρὸς Κέστιον. ὁ δὲ, σὺν τούτοις κατὰ τὴν βασιλικὴν αὐλὴν [b] πολιορκηθεὶς, Ἀντίπας, ὑπεριδὼν τὴν φυγὴν, αὖθις, ὡς ὑπὸ τῶν στασιαστῶν διεφθάρη, δηλώσομεν. Κέστιος δὲ τοὺς περὶ Σαῦλον [c] ἀξιώσαντας [d] ἀνέπεμψεν εἰς Ἀχαΐαν πρὸς Νέρωνα, τήν τε αὐτῶν [e] δηλώσοντας ἀνάγκην, καὶ τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου τρέψοντας εἰς Φλῶρον. [f] τῇ γὰρ ἐπ' ἐκεῖνον ὀργῇ κουφίσειν καὶ τοὺς ἑαυτοῦ κινδύνους ἤλπισεν.

β'. Κἀν τούτῳ Δαμασκηνοὶ, τὴν τῶν Ῥωμαίων φθορὰν πυθόμενοι, τοὺς παρ' ἑαυτοῖς Ἰουδαίους ἀνελεῖν ἐσπούδασαν. καὶ [g] καθὸ μὲν εἶχον αὐτοὺς ἐν τῷ γυμνα-

---

k Ἕωθεν δὲ Ἰουδαῖοι,] Ἕωθεν δὲ οἱ Ἰουδαῖοι *Big.*

l Τὴν ἔπαυλιν αὐτῶν,] Τὴν αὐλὴν *Big.*

m Τῆς νυκτὸς] Ita *Big.* & *Ruf.* τῆς τε νυκτὸς in *cæteris.*

n Συντονώτερον] Conf. sup. lib. 1. c. 14. §. 1. Spanh.

o Ἤλαυνεν μεθ'] Ἔφευγεν *Big. Voss. Bod. Rost. Lips.* & *Ruf.* Huds. Ἔφευγε μεθ' ἡμ. *MS. Lips.* Spanh.

p Ἑλεπόλεις] Μηχαναὶ ἑλεπόλεις καλούμεναι *Dionys. Hal.* Machinas obsidionales *Helepoles* vocat *Vegetius.* Huds. Ἑλέπολις Æschylus Agamem. v. 899. ἑλέπολις machina, qua Demetrius Rhodum oppugnavit. vid. Athen. l. 5. p. 260. E. Conf. lib. 5. c. 6. §. 5. Spanh.

q Πολλὰ τῶν ἄλλων ὀργάνων] Ita *Big.* λοιπὰ in *cæteris. Rost.* quoque delet ἄλλων.

r Τάς τε μηχανὰς] De Machinis seu ἀφετηρίοις ablatis à Judæis vid. infr. lib. 5. c. 6, §. 3. & lib. 6. c. 1. §. 3. Spanh.

s Πεζοὺς μὲν] Ita *Big. Coislin. Voss. Rhed. Bod.* & *Ruf.* πεζοὺς μὲν τετρακισχιλίους ἀνῃρ. in *Editis.* πεζοὺς πεντακισχιλίους ἀνῃρηκότες, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους. ταῦτα, &c. legisse videtur *Pseudo-Hegesipp.*

t Πεντακισχιλίους καὶ τριακοσίους] *Gen.* τετρακισχιλίους *MS. Lips.* πεντακισχιλίους καὶ τριακοσίους & *Rufinus.* Spanh.

v Δίου μηνὸς ὀγδόῃ,] Id est, *Novembris* VIII, anno *Neronis* annus à XIII die præcedentis *Octobris* inceperat. *Usserius* ad *A. M.* 4070.

x Ἡγεμονίας.] Conf. sup. c. 12. §. 8. Spanh.

y Πολλοὶ] Inter quos forte Christiani. Videsis *Eusebium* in *Eccl. Hist.* l. 3. c. 5.

z Βαπτιζομένης νεὼς,] Βαπτιζομένη ναῦς. navis mergenda. Rel.

a Κοστόβαρος οὖν] Κοστόβαρος γοῦν καὶ ὁ Σαῦλος *Big.* Hîc loci & alibi *Custobarus* passim habet *Pseudo-Hegesipp*, ac si in Græcis legisset Κουστόβαρος.

b Πολιορκηθεὶς,] Πολιορκισθεὶς *Bod.* & *Rost.*

c Ἀξιώσαντας] Vocem ἀξιώσαντας non agnoscit *Vet. Interpr.* ἀξιώσας habet *Voss.* & *Coislin* ἀξιώσαντας φυγὴν καὶ τὰς αἰτίας τοῦ π. *Bod.* vocibus aliquot omissis, unde mutilatur locus.

d Ἀνέπεμψεν εἰς Ἀχαΐαν] Omnia hæc desunt in *Rost.*

e Δηλώσοντας ἀνάγκην,] Ita *Big. Coislin Lugd. Bat. Gall.* & *Ruf.* δηλώσαντας φυγὴν in *Editis Aliisque.*

f Τῇ γὰρ ἐπ' ἐκεῖνον ὀργῇ] Τὴν γὰρ ἐπ' ἐκεῖνον ὀργὴν *Big.* & *Voss.*

g Καθὸ] *Rost.* Καθὰ.

h Edi-

γυμνασίῳ πάλαι συνηθροισμένους διὰ τῆς ὑποψίας, τοῦτο πραγματευσάμενοι, ῥᾷστην τὴν ἐπιχείρησιν ἐδόκουν. [h] ἐδεδοίκεσαν δὲ τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ἁπάσας πλὴν ὀλίγων ὑπηγμένας [i] τῇ Ἰουδαϊκῇ θρησκείᾳ. διὸ μέγιστος αὐτοῖς ἀγὼν ἐγένετο λαθεῖν ἐκείνας. τοὺς δὲ Ἰουδαίους, ὡς ἂν ἐν στενῷ χωρίῳ, [k] τὸν ἀριθμὸν ὄντας [l] μυρίους καὶ πάντας ἀνόπλους, ἐπελθόντες, ὑπὸ μίαν ὥραν ἀδεῶς [m] ἔσφαξαν.

γʹ. Οἱ δὲ διώξαντες τὸν Κέστιον, ὡς ὑπέστρεψαν εἰς [n] Ἱεροσόλυμα, τοὺς μὲν βίᾳ τοὺς ἔτι Ῥωμαΐζοντων, τοὺς δὲ πειθοῖ προσήγοντο, καὶ συναθροισθέντες εἰς τὸ ἱερὸν, στρατηγοὺς [o] ἀπέδειξαν τοῦ πολέμου πλείονας. ᾑρέθη δὲ [p] Ἰώσηπος υἱὸς Γωρίωνος, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς Ἄνανος, τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν ἁπάντων αὐτοκράτορες, καὶ μάλιστα τὰ τείχη τῆς πόλεως ἀνεγείρειν. τὸν γὰρ τοῦ [q] Σίμωνος υἱὸν Ἐλεάζαρον, καίπερ [r] ὑπ' ἑαυτῷ πεποιημένον τὴν Ῥωμαίων λείαν, καὶ τὰ ἁρπαγέντα Κεστίου χρήματα, πρὸς οἷς πολλὰ τῶν δημοσίων θησαυρῶν, ὅμως οὐκ ἐπέστησαν ταῖς χρείαις, αὐτόν τε τυραννικὸν ὁρῶντες, καὶ τοὺς [s] ὑπ' αὐτῷ ζηλωτὰς δορυφόρων ἔθεσι χρωμένους. κατ' ὀλίγον γε μὴν, ἥ τε χρεία τῶν χρημάτων, καὶ γοητεύων [t] Ἐλεάζαρος, ἐκπεριῆλθε τὸν δῆμον, ὥστε αὐτῷ πειθαρχεῖν περὶ τῶν ὅλων.

δʹ. Εἰς δὲ τὴν Ἰδουμαίαν ἑτέρους [v] ἐπέλεξαν στρατηγοὺς, [x] Ἰησοῦν τε τὸν υἱὸν [y] Σαπφία τῶν ἀρχιερέων ἕνα, καὶ Ἐλεάζαρον ἀρχιερέως υἱὸν [z] Ἀνανίου. τῷ δὲ ἄρχοντι τότε τῆς Ἰδουμαίας [a] Νίγερι. γένος δὲ ἦν ἐκ τῆς περὶ Ἰορδάνην Περαίας, διὸ καὶ Περαΐτης [b] ἐπεκαλεῖτο. προσέταξαν ὑποτάσσεσθαι τότε τοῖς στρατηγοῖς. ἠμέλουν δὲ οὐδὲ τῆς ἄλλης χώρας, ἀλλ' εἰς μὲν [c] Ἱεριχοῦντα Ἰώσηπος ὁ Σίμωνος, εἰς δὲ τὴν Περαίαν Μανασσῆς, Θαμνᾶ δὲ τοπαρχίας Ἰωάννης ὁ Ἐσσαῖος στρατηγήσων ἐπέμφθη. προσεκεκλήρωτο δὲ αὐτῷ Λύδδα, καὶ Ἰόππη, καὶ [d] Ἀμμαοῦς. τῆς δὲ [e] Γοφνιτικῆς καὶ [f] Ἀκραβατηνῆς, ὁ Ἀνανίου Ἰωάννης ἡγεμὼν [g] ἀποδείκνυται, καὶ τῆς [h] Γαλιλαίας ἑκατέρας Ἰώσηπος Ματθίου. προσώριστο δὲ τῇ τούτου στρατηγίᾳ καὶ [i] Γάμαλα, τῶν [k] ταύτῃ πόλεων ὀχυρωτάτη.

εʹ. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων στρατηγῶν ἕκαστος, ὡς εἶχε προθυμίας [l] ἢ συνέσεως, διῴκει τὰ πεπιστευμένα. [m] Ἰώσηπος δὲ, εἰς τὴν Γαλιλαίαν [n] ἐλθὼν, πρῶτον ἐφρόντισε τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας τῶν [o] ἐπιχωρίων, εἰδὼς ὅτι ταύτῃ πλεῖστα κατορθώσει, κἂν τἄλλα διαμαρτάνῃ. συνιδὼν δὲ ὅτι τοὺς μὲν δυνατοὺς οἰκειώσεται μεταδιδοὺς τῆς ἐξουσίας αὐτοῖς, τὸ δὲ πᾶν πλῆθος, εἰ δι' ἐγχωρίων καὶ συνήθων τὰ πολλὰ προστάσσοι, τῶν μὲν γηραιῶν ἑβδομήκοντα τοὺς σωφρονεστάτους ἐπιλέξας

ipſos quidem in gymnaſio olim congregatos habebant propter ſuſpicionem, hoc *iterum* effecto haud fore rem aggreſſu difficilem exiſtimabant: veriti autem ſunt uxores ſuas, ad unam fere omnes religioni Judaicæ addictas. Quare maximæ illis curæ erat, ut eas laterent *inſidiæ*. Judæos autem, numero ad decem millia, quippe ut in anguſto loco, omneſque inermes aggreſſi, una hora nullo negotio jugularunt.

3. Qui vero Ceſtium *fugientem* perſequuti ſunt, poſtquam Hieroſolyma eſſent reverſi, Romanorum adhuc ſtudioſos partim vi, partim blanditiis ſibi adjungebant: & in templum congregati plures belli duces crearunt. Electus autem eſt Joſephus Gorionis filius, ut & pontifex Ananus, qui ſummæ rerum omnium in urbe præeſſent, maximeque civitatis muros denuo erigerent. Filium namque Simonis Eleazarum, quamvis prædam ex Romanis partam & pecunias Ceſtio ereptas, prætereaque multa ex publicis theſauris in poteſtate ſua habuerit, tamen negotiis ſummis eum proficere noluerunt, utpote quod & ipſum tyrannidem affectantem viderent, ejuſque ſectatores ei obſequentes ſatellitum more ſe gerere. Cæterum brevi pecuniæ indigentia, & præſtigiis ſuis Eleazarus ita populum circumvenit, * ut ei in univerſum parerent.

Judæi Hieroſolyma reverſi urbis præfectos creant.

Eleazarus quo pacto magnam poteſtatem adeptus eſt.

4. Alios autem in Idumæam *mittendos* elegerunt duces, Jeſum Sapphiæ filium unum è pontificibus, & Eleazarum Ananiæ pontificis filium. Nigro autem, qui tunc Idumæam regebat, (è regione trans Jordanem oriundo, unde Peraïtes cognominabatur) præceperunt, ut tunc *illis* ducibus obtemperaret. Aliarum autem regionum haud negligentes erant, ſed in Hierichuntem Joſephus filius Simonis, & in Peræam Manaſſes, in Thamnæ vero toparchiam miſſus eſt Joannes Eſſæus qui eam adminiſtraret. Huic etiam additæ ſunt Lydda & Joppe & Ammaus. Gophniticæ autem & Acrabatenæ *toparchiæ* Joannes Ananiæ filius præficitur, & utrique Galilææ Joſephus Matthiæ filius: hujuſque præfecturæ attributa eſt etiam Gamala, civitatum illac munitiſſima.

In Idumæam belli duces dimittuntur, & in alias provincias.

Joſephus in Galilæam amandatur.

5. Et aliorum quidem præſidum, pro ea qua erat voluntate & prudentia, quiſque res ſibi creditas adminiſtrabat. At Joſepho, cum in Galilæam veniſſet, primum curæ fuit indigenarum ſibi conciliare benevolentiam, ut qui probe norit ſe hac via in pleriſque ſucceſſurum, licet aliæ res minus feliciter caderent. Cum autem ſecum reputaſſet, quod potentiſſimos quidem amicos habiturus ſit, ſi eos participes poteſtatis faceret; omnem vero multitudinem, ſi pleraque per indigenas & conſuetos

Indigenas ſibi conciliare ſtudet.

h Ἐδεδοίκεσαν δὲ] Ἐδεδοίκεισαν *Big.* & *Voſſ.* ἐδεδοίεσαν *Bod.*

i Τῇ Ἰουδαϊκῇ θρησκείᾳ.] Mulieres Damaſcenæ infectæ religione Judaica. Mulieres captare, in N. T. notatur. Rel.

k Τὸν ἀριθμὸν] 10000 Judæi Damaſci occiſi una hora. Infra 18000 Judæi a Damaſcenis occiſi leguntur lib. 7. de Bell. 28, Rel.

l Μυρίους] Μυρίους καὶ πεντακοσίους, καὶ πάντας ſolus *Big.*

m Ἔσφαξαν.] Ἀπέσφαξαν *Big.*

n Ἱεροσόλυμα,] Articulus τὰ (quem *alii* agnoſcunt) abeſt a *Lugd. Bat.* & paſſim prætermittitur a Joſepho. Hav.

o Ἀπέδειξαν—πλείονας.] Ἀπεδείκνυσαν *Big. Voſſ.* & *Bod.*

p Ἰώσηπος υἱός Γωρίωνος,] Ἰώσηπός τε υἱὸς Γ. *Big.* Hinc commentus eſt neſcio quis Verporum titulum ſtulti operis, *Hiſtoria Joſephi ben Gorion.* Miſere compilavit iſte, quicunque fuerit, *Joſephi* noſtri *de Bello* libros. Bern. Joſephus, filius Gorionis, dux. Fuit hic a noſtro Joſepho diſtinctus, qui Matthiæ erat filius, de quo mox. Ergo male Judæi hunc Joſephum ben Gorion nuncupant. Rel.

q Σίμωνος υἱὸν Ἐλεάζαρον,] De hoc Eleazaro, Simonis, filio. infr. lib. 4. c. 4. §. 1. Spanh.

r Ὑφ' ἑαυτῷ πεποιημένον] Ὑφ' ἑαυτῶν *Big.*

s Ὑφ' αὐτῷ] Ita cum *Cod. Big.* ὑφ' ἑαυτῷ in *cæteris.*

t Ἐλεάζαρος,] De eo vid. infr. l. 5. c. 1. §. 1. & c. 6. §. 1. Spanh.

v Ἐπέλεξαν στρατηγοὺς,] Ἐπελέξαντο *Big.* & *Voſſ.*

x Ἰησοῦν τε τὸν υἱὸν] Confer vitam Joſephi. §. 12.

y Σαπφία] Antea Σαπφᾶ. (Σαφᾶ *Roſt.*) Vide *de Vita.* §. 27.

z Ἀνανίου.] Ita lego cum quibuſdam *Rufini* codd. In aliis *Eleazarum pontificis filium*, & apud *Pſeudo-Hegeſippum* habemus *Eleazarum ſacerdotis filium.* Νέου in *Editis Aliiſque.* νέον *Bod.* Vide p. 1091. v. 2.

a Νίγερι.] Νίγερ ὁ Περαΐτης infr. lib. 3. c. 7. §. 1. Spanh.

b Ἐπεκαλεῖτο.] Ἐκαλεῖτο *Big.* & *Bod.*

c Ἱεριχοῦντα] *Lugd. Bat.* Ἱεριχοῦν.

d Ἀμμαοῦς.] *Al.* Ἐμμαοῦς. Verum Ἀμμαοῦς & Ἐμμαοῦς idem eſt. Vide Cl. *Relandum* in *Palæſtina S.* p. 428, 429.

e Γοφνιτικῆς] Conf. ſup. lib. 1. c. 1. §. 5. Spanh.

f Ἀκραβατηνῆς,] *Al.* Ἀκραβατινῆς. Huds. Conf. *Antt.* lib. 12. c. 8. §. 1. Spanh.

g Ἀποδείκνυται,] *Roſt.* Ἀναδείκνυται.

h Γαλιλαίας ἑκατέρας] Confer vitam Joſephi. §. 8.

i Γάμαλα,] Conf. *Antt.* lib. 13. c. 15. §. 3. Spanh.

k Ταύτῃ] Sic *Big.* & *Voſſ.* ταύτης in *cæteris.*

l Ἢ συνέσεως,] *Lugd. Bat.* Καὶ συνέσεως.

m Ἰώσηπος—Γαλιλαίαν] De Joſepho Galilææ Præfecto in ejus Vita §. 7. πέμπουσιν ἐμὲ καὶ δύο ἄλλους τῶν ἱερέων, &c. & mox: πέπομφεν ἡμᾶς, πείσοντας ὑμᾶς, &c. & poſt: περὶ τριακοστὸν γοῦν ἔτος ὑπάρχων, &c. unde liquet æquam fuiſſe iiſdem cum Joſepho in Galilæa poteſtatem. Spanh.

n Ἐλθὼν] Ita *Big. Voſſ.* & *Ruf.* ἀνελθὼν in *Editis Aliiſque.* κατελθὼν legiſſe videtur *Pſeudo-Hegeſipp.*

o Ἐπιχωρίων,] Ἐγχωρίων *Big.*

* Ut rerum omnium ſumma ejus arbitrio committeretur, *Pſeudo Hegeſipp.*

p Τῆς

De senioribus LXX graviorum causarum & VII minorum litium judices constituit. Loca opportuna muro cingit.

suetos fieri præciperet, de senioribus quidem *istius* gentis LXX prudentissimis delectis eos cum potestate omni Galilææ præfecit, septem vero per singulas civitates minorum litium judices constituit: nam graviora negotia causasque capitales ad se & LXX viros remitti jussit.

6. Disposito autem per civitates jure quo inter se se uterentur, quemadmodum ab externa vi tuti essent insuper curabat: cognitoque Romanos in Galilæam facturos esse irruptionem, loca opportuna muro cingebat, Iotapata, & Bersabee, & Selamin, nec non Capherecho, & Japha, & Sigo, & montem cui nomen est Itabyrio, & Tarichæas, & Tiberiada: prætereaque speluncas ad lacum Gennesar, in Galilæa quæ inferior dicitur, munivit; in Galilæa etiam superiori petram quæ Achabarorum appellatur, & Seph, & Jamnith, & Meroth. in Gaulanitide vero Seleuciam & Soganen & Gamalam mœnibus firmavit.

Josephus Galilæos armis instruit.

Solis autem Sephoritis permisit, ut murum sibimet ipsis fabricarent, quod eos & pecunia abundare videret, & sponte sua ad bellum properare. Similiter & Gischala Joannes Levi filius suo suorumque opere muro cingi curavit, prout jusserat Josephus. Cæteris autem munimentis omnibus ipse *Josephus* interérat, jubendo simul atque opem ferendo. Quin & exercitum ad centum millia tyronum & amplius è Galilæa conscripsit, quos omnes, armis veteribus undique collectis ipsos instruens, armavit.

Galilæos ad bellum & militarem disciplinam erudit.

7. Deinde cum secum reputasset Romanorum virtutem factam esse invictam, maxime quod dicto audientes essent *milites*, & armis sese exercerent, disciplinam quidem militarem necessitate coactus insuper habebat: parendi autem facilitatem videns ducum multitudini acceptam deberi, Romanorum magis ex more dividebat exercitum, pluresque constituebat ordinum principes. Milites insuper varie distribuebat, & istos quidem decurionibus subjiciebat & centurionibus, deinde tribunis, prætereaque ducibus qui agminibus plenioribus præerant. Docebat etiam quo modo signum alii aliis traderent, & tubis classicum canerent atque receptui, & cornuum conflictus & circumductiones; & quemadmodum oporteret superiores laborantibus succur-

ἐκ τοῦ ἔθνους, κατέστησεν ἄρχοντας ὅλης [p] τῆς Γαλιλαίας, ἑπτὰ δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει δικαστὰς τῶν εὐτελεστέρων διαφορῶν. τὰ γὰρ [q] μείζω πράγματα καὶ τὰς φονικὰς δίκας ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἀναπέμπειν ἐκέλευσε καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα.

ς΄. Καταστησάμενος δὲ τὰ πρὸς ἀλλήλους νόμιμα τοῖς κατὰ πόλιν, ἐπὶ τὴν ἔξωθεν αὐτῶν ἀσφάλειαν ἐχώρει. καὶ γινώσκων Ῥωμαίους [r] προσβαλοῦντας εἰς τὴν Γαλιλαίαν, τἀπιτήδεια τῶν χωρίων ἐτείχιζεν, [s] Ἰωτάπατα, καὶ [t] Βηρσαβεὲ, καὶ [v] Σελαμὶν, ἔτι δὲ [x] Καφαρεκχὼ, καὶ [y] Ἰαφὰ, καὶ [z] Σιγὼ, τό, τε Ἰταβύριον καλούμενον ὄρος, καὶ Ταριχαίας, καὶ Τιβεριάδα· πρὸς δὲ τούτοις, τὰ περὶ [a] Γεννησὰρ τὴν λίμνην σπήλαια, κατὰ τὴν κάτω καλουμένην Γαλιλαίαν [b] ἀνετειχίσατο, [c] τῆς τε [d] ἄνω Γαλιλαίας τήν τε προσαγορευομένην [e] Ἀχαβάρων πέτραν, καὶ [f] Σὲφ, καὶ [g] Ἰαμνὶθ, καὶ [h] Μηρώθ. [i] κατὰ δὲ τὴν [k] Γαυλανίτιν, Σελεύκειάν τε καὶ [l] Σωγάνην, καὶ [m] Γάμαλαν ὠχύρωσεν. μόνοις δὲ [n] Σεπφωρίταις [o] ἀφῆκε [p] καθ᾽ ἑαυτοὺς τεῖχος ἀναδείμασθαι, χρημάτων τε εὐπόρους ὁρῶν ὄντας, καὶ προθύμους ἐπὶ τὸν πόλεμον δίχα προστάγματος. [q] ὁμοίως γε καὶ [r] Γίσχαλα Ἰωάννης ὁ [s] Λευΐου υἱὸς καθ᾽ ἑαυτὸν ἐτείχιζεν, Ἰωσήπου κελεύσαντος. τοῖς δὲ ἄλλοις ἐρύμασιν αὐτὸς [t] ἅπασι συμπονῶν ἅμα καὶ προστάσσων παρῆν. κατέλεξε δὲ καὶ δύναμιν ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὑπὲρ δέκα μυριάδας [v] νέων ἀνδρῶν, οὓς πάντας, [x] ἐκ τῶν συλλεγομένων παλαιῶν ὅπλων [y] αὐτοὺς ἐγκατασκευαζόμενος, ὥπλιζεν.

ζ΄. Ἔπειτα συνιδὼν [z] ἄτλητον τὴν Ῥωμαίων ἰσχὺν γεγενημένην, εὐπειθείᾳ μάλιστα καὶ μελέτῃ τῶν ὅπλων, τὴν μὲν διδασκαλίαν ἀπέγνω τῇ χρείᾳ [a] διωκομένην. τὸ δὲ εὐπειθὲς ὁρῶν [b] περιγινόμενον ἐκ τοῦ πλήθους τῶν ἡγεμόνων, Ῥωμαϊκώτερον ἔτεμνε τὴν στρατιὰν, καὶ [c] πλείους καθίστατο [d] ταξιάρχους. στρατιωτῶν δὲ ἀπεδείκνυε διαφορὰς, καὶ τούτους μὲν ὑπέτασσε [e] δεκαδάρχαις, καὶ ἑκατοντάρχαις, ἔπειτα χιλιάρχοις, καὶ ἐπὶ τούτοις [f] ἡγεμόσι ταγμάτων [g] ἁδροτέρων ἀφηγουμένοις. ἐδίδασκέ τε σημείων παραδόσεις, καὶ [h] σαλπίγγων προσκλήσεις τε καὶ ἀνακλήσεις, προσβολάς τε κεράτων καὶ περιαγωγὰς, καὶ πῶς δεῖ πρὸς μὲν τὸ κάμνον ἐπιστρέφειν ἐκ τοῦ περιόντος,

p Τῆς Γαλιλαίας] Illud τῆς è *Codd. Big.* & *Voss.*

q Μείζω πράγματα] Simulachrum quoddam τῆς μεγάλης βουλῆς hîc animadvertere est in *Josepho*, qui, præfectus Galilææ 70. viros legit, *ad res graviores*, &c.

r Προσβαλοῦντας] Ita *Rhed.* & *Gall.* προσεμβαλοῦντας *Big.* προβαλοῦντας in *Editis Aliisque.*

s Ἰωτάπατα,] Ἰοτάπατα μετὰ κ. *Big.*

t Βηρσαβεὲ,] In margine *Bod. Big.* Βηρσαββεέ. Alias varie scribitur apud *Josephum*, Βηρσοβε, Βηρσαβη, & Βηρσοῦβαι. Videsis *Relandum* in *Palæstina S.* p. 620. & p. 624. Huds. Conf. de Vita. §. 37. Spanh.

v Σελαμὶν,] Sic *Bod.* & *Voss.* quo modo etiam edidimus *de Vita* §. 37. Σηλαμὶν *Gall.* Σαλαμὶν in *Editis Aliisque.* in aliquot *Rufini* libris *Seloim*, in aliis *Salamin.*

x Καφαρεκχὼ,] Ita prout de Vita. §. 37. vel Καφερεκχὼ, & convenienter *Rufini Codd. aliquot*, in quibus *Caphereco.* καὶ Περεκχὼ hîc loci in *Editis.* Καμφερέκχω *Big.* καὶ Παρεκχὼ *Rhed.* Vide *Annott.* ad de Vita. §. 37.

y Ἰαφὰ,] Conf. de Vita. §. 45. Spanh.

z Σιγὼ] Σιγὼφ *Big. Voss. Rost. Bod.* & *Ruf.* Σιγὼβ.

a Γεννησὰρ τὴν λίμνην] Γεννησάρετ *Big. Rost.* & *Bod.* Huds. Γεννησαρῖτις λιμνὴ *Antt.* lib. 5. c. 1. §. 22. τὴν μέχρι Γεννησαρίτιδος & lib. 18. cap. 2. §. 1. & 3. & ἀλλαχ. lib. 3. cap. 9. §. 7. Spanh.

b Ἀνετειχίσατο,] Ἐτειχίσατο *Big.* ἀνετειχίσαντο *Bod.*

c Τῆς δὲ] Τῆς δὲ *Big.* & *Ruf.*

d Ἄνω Γαλιλαίας] Conf. de Vita Josephi. §. 8. Spanh.

e Ἀχαβάρων] Χαβάρων *Big.* Ἀχαβαρῶν *Voss.* Huds. Confer de Vita. §37. Spanh.

f Σὲφ,] Σεὴφ *Big.*

g Ἰαμνὶθ,] Ἰαμνεὶν *Big.* Ἰάμνειαν *Voss.* Ἰαμνὶθ de Vita. §. 37.

h Μηρὼθ.] Ita prout supra de Vita. §. 37. Μηρὼ hîc loci in *Editis Aliisque.*

i Κατὰ] Confer de Vita §. 37. Spanh.

k Γαυλανίτιν,] Ita cum *Cod. Big.* quo forsan modo & *Ruf.* qui vertit, *in Gaulanitide vero*, &c. Γαυλανιτικὴν in *reliquis.*

l Σωγάνην,] Ita prout & supra *de Vita.* §. 37. Σωγαναίων *Big.* Σοάνην *Bod.* Huds. Conf. de Vita. §. 37. Spanh.

m Γάμαλαν] Vide Cl. *Relandum* in *Palæstina S.* pag. 748. Huds. Γάμαλα τὸ φρούριον *Antt.* lib. 13. cap. 15. §. 3. Spanh.

n Σεπφωρίταις] Σεμφωρίται *Bod.* & *Rost.*

o Ἀφῆκε] Ἐφῆκε *Big.*

p Καθ᾽ ἑαυτοὺς τεῖχος] Καθ᾽ αὐτοὺς *Rhed.*

q Ὁμοίως γε] *Lugd. Bat.* Ὁμοίως δὲ.

r Γίσχαλα Ἰωάννης] Conf. de Vita. §. 38. τὰ περὶ Γίσχαλα δὲ εἶχεν τὸν τρόπον τοῦτον. Ἰωάννης ὁ τοῦ Ληοῦ, &c. & infr. lib. 4. c. 3. §. 13. vid. mox. infr. c. 21. §. 1. & lib. 4. c. 7. §. 1. Spanh.

s Λευΐου] Ληείου *Big.* (Σολίου *Lugd. Bat.*) Ληοῦ *Gall.* Λευΐ de Vita. §. 38.

t Ἅπασι συμπονῶν] Abest a *Rost.*

v Νέων ἀνδρῶν,] Vocem νέων non agnoscit *Rufinus*, qui vertit, *quin & exercitum ex Galilæa supra centum millia virorum comparavit*, &c.

x Ἐκ—ὅπλων] Ita *Bod.* & *Rhed.* ἔκτε τῶν in *cæteris.*

y Αὐτοὺς ἐγκατασκευαζόμενος,] Illud αὐτοὺς è *Codd. Voss.* Erat cum νέα inserendum esse putarem. καὶ post ὅπλων *Lugd. Bat.*

z Ἄτλητον—ἰσχὺν] *Al.* τὴν Ῥωμ. ἰσχὺν ἀνήτλητον γεγ.

a Διωκομένην.] Διδασκομένην *Voss.*

b Περιγινόμενον] Περιγενόμενον *Big.*

c Πλείους καθίστατο] Πλείστους *Big.*

d Ταξιάρχους.] *Al.* ut *Lugd. Bat.* ταξιάρχας, & mox ἀπεδείκνυε.

e Δεκαδάρχαις,] Confer quæ notavimus ad vitam Josephi. §. 24. Spanh. Δεκάρχαις *Rost.*

f Ἡγεμόσι ταγμάτων] Ἡγεμόνας τ. ἀ. ἀφηγουμένους *Big.* quo forsan modo *Rufinus*, qui vertit, *& insuper his ipsi rectores majorum rerum administratores dedit.*

g Ἁδροτέρων ἀφηγουμένοις.] Ἀνδροτέρων *Bod.*

h Σαλπίγγων] Ita *Big.* & *Ruf.* σάλπιγκος in *Editis Aliisque.*

i Συνα-

τ῀; ἐν δὲ τῷ πονοῦντι [i] συναμύνειν. ὅσα τε εἰς [k] παράστημα ψυχῆς, [l] καὶ σώματος καρτερίαν, [m] συνεχῶς ἀφηγεῖτο. μάλιστα δὲ αὐτοὺς ἤσκει πρὸς τὸν πόλεμον, παρ' ἕκαστα τὴν Ῥωμαίων εὐταξίαν [n] διηγούμενος, καὶ ὡς πολεμήσουσι πρὸς ἄνδρας, οἳ δι' ἀλκὴν σώματος καὶ ψυχῆς παράστημα πάσης ὀλίγου δεῖν τῆς οἰκουμένης κρατοῦσιν. ἔφη δὲ πεῖραν αὐτὴν [o] λαβεῖν τῆς κατὰ τὸν πόλεμον [p] εὐταξίας, καὶ πρὸ παρατάξεως, εἰ τῶν συνήθων ἀδικημάτων ἀπόσχοιντο, [q] κλοπῆς τε καὶ λῃστείας καὶ ἁρπαγῆς, τοῦ τε ἐξαπατᾶν τὸ ὁμόφυλον, [r] τότε κέρδος οἰκεῖον ἡγεῖσθαι τὴν βλάβην τῶν συνηθεστάτων. διοικεῖσθαι γὰρ κάλλιστα τοὺς [s] πολέμους, παρ' οἷς ἂν ἀγαθὸν τὸ συνειδὸς ἔχωσιν [t] οἱ στρατευόμενοι. τοὺς δὲ οἴκοθεν φαύλους, οὐ μόνον τοῖς ἐπιοῦσιν ἐχθροῖς, ἀλλὰ καὶ τῷ Θεῷ χρῆσθαι πολεμίῳ.

η'. Πολλὰ τοιαῦτα παραινῶν διετέλει. καὶ τὸ [v] μὲν ἕτοιμον εἰς παράταξιν αὐτῷ συγκεκρότητο, πεζῶν μὲν [x] ἓξ μυριάδες, ἱππεῖς δὲ διακόσιοι καὶ πεντήκοντα· χωρὶς δὲ τούτων, οἷς ἐπεποίθει μάλιστα, μισθοφόροι περὶ τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους. ἐπιλέκτους δὲ περὶ αὐτὸν εἶχεν ἑξακοσίους φύλακας τοῦ σώματος. ἔτρεφον δὲ πλὴν τῶν μισθοφόρων τὴν ἄλλην στρατιὰν αἱ πόλεις ῥᾳδίως. τῶν γὰρ καταλεγέντων ἑκάστη, τοὺς ἡμίσεις ἐπὶ τὴν στρατιὰν ἐκπέμπουσα, τοὺς ἐπὶ συμπορισμὸν αὐτοῖς τῶν ἐπιτηδείων κατεῖχεν. ὥστε τοὺς μὲν εἰς ὅπλα, τοὺς δὲ εἰς ἐργασίαν διῃρῆσθαι, καὶ τοῖς τὰ σῖτα πέμπουσιν ἀντιχορηγεῖσθαι παρὰ τῶν ὁπλιτῶν τὴν ἀσφάλειαν.

rere, & cum defatigatis partiri pericula; quæque animis audaciam ingenerarent, & corpora facerent labores tolerare, frequenter inculcabat. Maxime autem eos ad bellica munera exercebat, in singulis Romanorum * modestiam eis commemorans; & quod cum viris essent præliaturi, qui corporis viribus animique fortitudine totum fere terrarum orbem in suam potestatem redegerant. His addidit, quo pacto belli tempore suis essent pariturи præceptis, periculum se facturum etiam antequam in aciem veniant, si consuetis injuriis, furtisque & latrociniis & rapinis abstineant, & à popularibus suis fraudandis, & ab ea cogitatione, sibi in lucro ponendum esse quod maxime familiaribus in damnum cedit. † Illa enim bella optime administrari, in quibus milites sibi bene conscii sunt: qui vero domi improbe se gerunt, non solum eos qui contra ipsos veniunt pro adversariis habere, sed & Deum pro hoste.

8. Multis hujusmodi admonitionibus uti non cessabat. Et jam quidem quantum prælio parandum esset conflatum erat, peditum quidem millia sexaginta, equites vero ducenti & quinquaginta; ac præter hos, quibus maxime fidebat, mercenarii ad quatuor millia & quingentos. circa se etiam in corporis custodiam habebat sexcentos *viros* electos. Exceptis autem mercenariis facile cæteri milites à civitatibus alebantur. nam singulæ earum quas enarravimus, cum mediam sui multitudinem mitterent in militiam, reliquos ad necessaria sibi acquirenda detinebant: adeo ut una quidem pars armis destinaretur, altera vero operibus faciundis, & rem frumentariam suppeditantibus vicissim securitatem præstarent armati. *Singulæ Galilææ civitates mediam sui multitudinem in militiam mittunt, reliquos ad comparandum eis victum tenent.*

ΚΕΦ. κα'.

Περὶ Ἰωάννου ἀπὸ Γισχάλων. ταῖς αὐτοῦ ἐπιβουλαῖς ἀντιμηχανᾶται Ἰώσηπος, καὶ πόλεις τινὰς ἐν ἀποστάσει οὔσας ἀπολαμβάνει.

Διοικοῦντι δὲ οὕτω τῷ Ἰωσήπῳ τὰ κατὰ τὴν Γαλιλαίαν παρανίσταταί τις ἐπίβουλος, ἀνὴρ ἀπὸ Γισχάλων, [y] υἱὸς [z] Ληουΐ, Ἰωάννης ὄνομα· πανουργότατος μὲν καὶ δολιώτατος τῶν ἐπισήμων, [a] ἐν δὲ τοῖς πονηρεύμασιν [b] ἁπάντων. πένης δὲ τὰ πρῶτα, καὶ μέχρι πολλοῦ κώλυμα [c] ἔχων τῆς κακίας τὴν ἀπορίαν, ἕτοιμος μὲν [d] ψεύσασθαι, δεινὸς δὲ ἐπιθεῖναι πίστιν τοῖς ἐψευσμένοις, ἀρετὴν ἡγούμενος τὴν ἀπάτην, καὶ ταύτῃ κατὰ τῶν φιλτάτων χρώμενος, ὑποκριτὴς φιλανθρωπίας, καὶ δι' ἐλπίδα κέρδους φονικώτατος, ἀεὶ μὲν ἐπιθυμήσας μεγάλων, τρέφων δὲ τὰς ἐλπίδας ἐκ τῶν

CAP. XXI. XXVI.

De Joanne Giscaleno. contra ejus insidias alias struit Josephus; & urbes nonnullas, quæ ab ipso defecerant, recipit.

Josepho autem hoc modo Galilææ res administranti insurgit quidam insidiator, vir Gischalis oriundus, Levi filius, nomine Joannes; callidissimus quidem & dolosissimus nobilium, in nequitia vero omnium. Ab initio cum paupertate conflictatus est, ejusque malitiæ diu impedimento erat egestas, promptus quidem & exercitatus ad mentiendum, ad fidem vero mendacio faciendam acer, fraudem in virtutum numero habens, eaque adversus amicissimos uti solitus, humanitatis simulator, & spe lucri cædis maxime appetens, magna quidem semper affectans, spem vero ex sordidis malefi- *Joannes Levi filius; qui Josepho perniciem machinabatur, qui vir fuerit.*

---

i Συναμύνειν.] Συμπαθεῖν Big. Bod. Red. & Voss. HUDS. Συμπαθεῖν MS. Lips. SPANH.

k Παράστημα] Παράστασιν Big. HUDS. Conf. supr. c. 18. §. 4. & lib. 1. c. 2. §. 4. SPANH.

l Καὶ σώματος καρτερίαν,] Ita Bod. & Ruf. ἢ in *cæteris*.

m Συνεχῶς ἀφηγεῖτο.] Συνετέλει σώματος, ἀφηγεῖτο Big. & Voss. (certe Lugd. Bat. συνετέλει) nec aliter forsan Ruf. qui vertit, *quæque ad fortitudinem animi corporisque tolerantiam pertinerent, instituebat.*

n Διηγούμενος,] Ἀφηγούμενος Bod. & Rost.

o Λαβεῖν—πόλεμον] Λήψεσθαι Big.

p Εὐταξίας,] Πειθαρχίας Big. & Gall. quod forsan haberi potest pro interpretamento vocis εὐταξίας. In Cod. Gall. πειθαρχίας καὶ εὐταξίας, ἅμα δὲ καὶ πρὸ π.

q Κλοπῆς τε καὶ λῃστείας] Ita cum Cod. Big. τε deest *reliquis*.

r Τότε κέρδος] Καὶ μὴ κέρδος HUDS. τό τε κέρδος Big. apparet L. Bat. Cod. in quo τῷ exstat, eandem voluisse lectionem, quam ex Big. (Nam in Coislin. abest) restituimus, convenientiorem utique ea, quam Huds. cum Vulg. secutus fuerat καὶ μὴ κέρδος, &c. HAV.

s Πολέμους] Πολεμίους in plerisque ut & Rost. MSS.

t Οἱ στρατευόμενοι.] Πάντες οἱ στρατ. Big.

v Μὲν—παράταξιν] Abest μὲν a Gen. pro εἰς vero Rost. mavult πρός.

x Ἓξ μυριάδες,] In Rufini versione, *septuaginta peditum millia habebat & trecentos quadraginta equites.* ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα καὶ τριακόσιοι Big.

y Υἱός] Conf. de hoc Joanne lib. 4. c. 2. §. 1. 3. & 13. vid. supra c. 20. §. 6. paulo aliter de Vita §. 27. Ἰωάννης ὁ τοῦ Ληουΐ τῶν πολιτῶν τινας ὁρῶν, &c. SPANH.

z Λευΐου,] Lugd. Bat. Ληΐου.

a Ἐν δὲ τοῖς πονηρεύμασιν] Ἐν τοῖς δὲ τοῖς Big.

b Ἁπάντων.] Est qui vocem post ἁπάντων deesse existimat: ipse δολιώτατος subintelligo.

c Ἔχων—ἀπορίαν,] Σχὼν Big.

d Ψεύδεσθαι,] Ψεύσασθαι Big.

* Al. *disciplinam, ordinis conservationem.*

† Plurimum valere in bello bonam conscientiam, eo quod amplius de divino consilio præsumeret qui se nulli affinem crimini recognosceret, *Pseudo-Hegesipp.*

leficiis arripiens alensque. Latro enim erat singularis ac solitarius, deinde & quosdam inveniebat, qui se ei in audacia comites adjungerent; primo quidem pauculos, indies vero plures in latrociniis proficiens. Ei autem curæ erat neminem adsciscere * qui facile capi potuit: sed qui & corporis habitudine, & animi firmitate, bellorumque peritia præstarent, hos eligebat. Virorum itaque manum numero ad quater mille collegit paravitque, quorum maxima pars ex Tyriorum regione ejusque vicis ad eum confugerant: eorum ope Galilæam omnem depopulabatur, multosque belli exspectatione suspensos irritabat.

Joannis astutia ad pecuniam colligendam.

Confer de Vita §. 13.

2. Jam vero illi imperare desideranti, & majorum appetenti, pecuniæ inopia obstabat. cum autem videret Josephum sua valde delectari industria, persuadet ei primum ut patriæ mœnia instauranda suæ mandaret fidei; qua in re multum lucri fecit ex locupletibus. deinde, commento callidissimo excogitato, quo cautum esset ut oleo, quod non à gentilibus suis elaboratum esset, uti prohiberentur omnes apud Syriam Judæi, oleum ipsis ad confinia mittendi privilegium *à Josepho* deposcit: nummoque Tyrio, qui quatuor drachmas Atticas valet, quatuor *olei* amphoras coëmens, eodem pretio amphoræ dimidium vendebat. Cumque Galilæa olei esset ferax, & tunc maxime illo abundaret, in ea loca ubi erat penuria, dum solus multumque mitteret, immensam pecuniæ vim sibi parabat; qua mox in eum usus est, qui hoc sibi quæstum faciendi beneficium dederat. ratusque, si Josephum everteret, fore ut ipse Galilææ imperaret, jussit latrones quibus præerat acriori studio rapinis operam dare, ut, multis res novas per regionem molientibus, aut insidiis rectorem ad auxiliandum procurrentem alicubi perimeret; aut, si latrones insuper haberet, ea de re apud indigenas eum accusaret. deinde altius res repetendo eum calumniabatur, quasi quicquid agendum esset Josephus Romanis prodere cogitaret: & hujusmodi multa ad potestatem ejus evertendam machinabatur.

Joannes pecuniam in ejus damnum vertit cujus beneficio eam acceperit.

3. Eo tempore juvenes quidam è vico Dabarittis, in Magno campo vigilias agentes, insidias struunt Ptolemæo Agrippæ & Berenices procuratori, & omnem quam secum ducebat supellectilem diripiebant, scilicet vestes pretiosas non paucas, plurimaque pocula argentea, & aureos sexcentos. Cum autem non potuissent prædam rapto quæsitam in occulto deponere, omnia Tarichæas ad Josephum comportarunt. Ille vero, cum reprehendisset illorum violentiam regiis illatam, quæcunque afferebantur reponenda curabat apud Æneam Tarichæatarum potentissimum, eo animo ut dominis ista opportune remitteret. id quod eum in maximum periculum adducebat. Nam qui ista diripuerant,

Dabaritteni Agrippæ & Berenices procuratorem spoliant. Confer de Vita §. 25.

ταπεινῶν κακουργημάτων. λῃστὴς γὰρ ἦν [e] μονότροπος, ἔπειτα καὶ συνοδίαν εὗρε τῆς τόλμης, τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγην, προκόπτων δὲ ἀεὶ πλείονα. φροντὶς δὲ ἦν αὐτῷ μηδένα προσλαμβάνειν εὐάλωτον, ἀλλὰ τοὺς εὐεξίᾳ σώματος, καὶ ψυχῆς [f] παραστήματι, καὶ πολέμων ἐμπειρίᾳ διαφέροντας ἐξελέγετο. [g] μέχρι γοῦν τετρακοσίων ἀνδρῶν στῖφος συνεκρότησεν· οἱ τὸ πλέον ἐκ τῆς Τυρίων χώρας, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κωμῶν φυγάδες ἦσαν, δι' ὧν ἐλῄζετο πᾶσαν τὴν Γαλιλαίαν, καὶ μετεώρους ὄντας ἐπὶ τῷ μέλλοντι πολέμῳ τοὺς πολλοὺς [h] ἐσπάρασσεν.

β'. Ἤδη δὲ αὐτὸν [i] στρατηγιῶντα, καὶ μειζόνων ἐφιέμενον, ἔνδεια χρημάτων κατεῖχεν. ἐπεὶ δὲ τὸν Ἰώσηπον ὁρῶν αὐτοῦ [k] σφόδρα χαίροντα τῷ δραστηρίῳ, πείθει μὲν πρῶτον αὐτῷ πιστεῦσαι τὸ τεῖχος ἀνοικοδομῆσαι τῆς πατρίδος, ἐν ᾧ πολλὰ παρὰ τῶν [l] πλουσίων [m] ἐκέρδησεν· ἔπειτα συνθεὶς σκηνὴν πανουργοτάτην, ὡς ἄρα φυλάττοιντο πάντες οἱ κατὰ τὴν Συρίαν Ἰουδαῖοι [n] ἐλαίῳ χρῆσθαι, μὴ δι' ὁμοφύλων [o] ἐγκεχειρισμένῳ, πέμπειν αὐτοῖς ἐπὶ τὴν μεθορίαν ἐξῃτήσατο. [p] συνωνούμενος δὲ τοῦ Τυρίου νομίσματος, ὃ τέσσαρας Ἀττικὰς δύναται, τέσσαρας ἀμφορεῖς, τῆς αὐτῆς ἐπίπρασκε τιμῆς ἡμιαμφόριον. οὔσης δὲ τῆς Γαλιλαίας ἐλαιοφόρου, μάλιστα καὶ τότε εὐφορηκυίας, εἰς σπανίζοντας πέμπων πολὺ καὶ μόνος, ἄπειρόν τι πλῆθος συνήγαγε χρημάτων, οἷς εὐθέως ἐχρῆτο κατὰ τοῦ τὴν [q] ἐργασίαν παρασχόντος. καὶ ὑπολαβὼν εἰ [r] καταλύσειε τὸν Ἰώσηπον αὐτὸς [s] ἡγήσεσθαι τῆς Γαλιλαίας, τοῖς μὲν [t] ὑφ' αὐτὸν λῃσταῖς προσέταξεν εὐτονώτερον ἐγχειρεῖν ταῖς ἁρπαγαῖς, ὅπως πολλῶν [v] νεωτεριζόντων κατὰ τὴν χώραν, ἢ διαχρήσαιτό που τὸν στρατηγὸν [x] ἐκβοηθοῦντα λοχήσας, ἢ περιορῶντα τοὺς λῃστὰς [y] διαβάλοι πρὸς τοὺς ἐπιχωρίους. ἔπειτα διεφήμιζε πόρρωθεν, ὡς ἄρα προδιδῴη Ῥωμαίοις τὰ πράγματα Ἰώσηπος· καὶ πολλὰ τοιαῦτα πρὸς κατάλυσιν τἀνδρὸς ἐπραγματεύετο.

γ'. Καθ' ὃν καιρὸν ἀπὸ [z] Δαβαρίττων κώμης νεανίσκοι τινὲς τῶν ἐν τῷ Μεγάλῳ πεδίῳ καθεζομένων φυλάκων, ἐνεδρεύοντες Πτολεμαῖον τὸν Ἀγρίππα καὶ Βερνίκης ἐπίτροπον, ἀφείλοντο πᾶσαν [a] ὅσην [b] ἦγεν ἀποσκευήν, ἐν ᾗ πολυτελεῖς ἐσθῆτες οὐκ ὀλίγαι, καὶ πλῆθος ἐκπωμάτων ἀργυρῶν, χρυσοί τε ἦσαν [c] ἑξακόσιοι. μὴ δυνάμενοι δὲ [d] διαθέσθαι κρύφα τὴν ἁρπαγήν, πάντα πρὸς Ἰώσηπον εἰς [e] Ταριχαίας ἐκόμισαν. ὁ δὲ μεμψάμενος αὐτῶν τὸ πρὸς τοὺς βασιλικοὺς βίαιον, τίθησι τὰ κομισθέντα παρὰ τῷ δυνατωτάτῳ τῶν Ταριχαιατῶν [f] Αἰνέᾳ, πέμψαι κατὰ καιρὸν τοῖς δεσπόταις προαιρούμενος. ὃ δὴ μέγιστον αὐτῷ

e Μονότροπος,] Plutarch. in Pelopida p. 279. C. Μονοτρόπως infr. lib. 5. c. 10. §. 4. SPANH.

f Παραστήματι,] Conf. supr. lib. 1. c. 2. §. 4. & lib. 2. c. 18. §. 4. SPANH.

g Μέχρι—ἀνδρῶν] Μέχρι καὶ τ. *Big.*

h Εσπάρασσεν.] Εσπάραξεν *Bod.* eadem voce usus est *de Bello* lib. 1. c. 19. §. 2. eamque *Suidas* (voce ἐσπάρασσε) interpretatur ἠρέθιζε. Vide etiam *Suidam* voce μετέωρος.

i Στρατηγιῶντα,] Στρατηγιᾷν, ἐπιθυμεῖν τῆς στρατηγίας. στρατηγιῶντα, στρατηγίας ὀρεγόμενος. *Suid.* v. στρατηγιᾷν quem videsis. HUDS. Στρατηγίαν pro στρατήγημα adhibet Julian. Imp. Orat. II. p. 57. D. SPANH.

k Σφόδρα] Abest a *Rost.*

l Πλουσίων] *Rost.* Πλησίων.

m Εκέρδησεν.] Εκέρδανεν *Big.*

n Ελαίῳ χρῆσθαι,] Confer *Vitam Josephi* §. 13. & *Antt.* lib. 12. c. 3. §. 1. SPANH.

o Εγκεχειρισμένῳ,] *Rost.* Εγκεχειρισμένων.

p Συνωνούμενος—νομίσματος,] Hunc etiam locum affert *Suidas*, v. ἀμφορεαφόρους.

q Εργασίαν] Ενεργασίαν *Voss.* in margine.

r Καταλύσειε] Confer quæ notavimus ad Vitam Josephi. §. 16.

s Ηγήσεσθαι] Ita refinxi ex *Lugd. Bat.* in aliis ἡγήσασθαι. HAV.

t Υφ'—προσέταξεν] Υφ' ἑαυτὸν *Big.* ἀμφ' αὐτὸν *Voss.*

v Νεωτεριζόντων—χώραν,] Νεωτεριζομένων *Big.* & *Gall.* atque ita forsan *Ruf.* qui vertit, *quo multis rebus novis per eas regiones excitatis.*

x Εκβοηθοῦντα] Abest a *Rost.*

y Διαβάλοι] *Lugd. Bat.* Διαβάλλοι.

z Δαβαρίττων κώμης] Videtur idem esse ac Δαραβίττα. in *Græcis* plerisque Δαβαριττῶν, vel Δαμαριττῶν, unde *Damaritarum vicus* in *libris Rufini*, ex similitudine literarum β. & μ. in *Codd. Græcis.* HUDS. Vide me ad Vitam Josephi. §. 26. Conf. *de Vita* §. 16. seq. & §. … εἰς Δαράβιττα κώμην ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς Γαλιλαίας κειμένην ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ. SPANH.

a Οσην] *Rost.* Οσοι εἶχεν.

b Ηγεν] Εἶχεν *Bod.*

c Εξακόσιοι.] Πεντακόσιοι *de Vita* §. 26.

d Διαθέσθαι κρύφα] Διελέσθαι *Big.* & *Voss.*

e Ταριχαίας] *Al.* Ταριχέας. HUDS. Confer quæ notavi ad Josephi vitam. §. 26. & §. 16. SPANH.

f Αἰνέᾳ,] Αννναίῳ *Big.* Ανναίῳ *Voss.* Ανανναίῳ *Gall.*

* Ignavum, *Ruf.*

αὐτῷ κίνδυνον ἐπήγαγεν. οἱ γὰρ ἁρπάσαντες, ἅμα μὲν ἐπὶ τῷ μηδεμιᾶς τυχεῖν μερίδος ἐκ τῶν [g] κεκομισμένων ἀγανακτοῦντες, ἅμα δὲ καὶ προσκεψάμενοι τοῦ Ιωσήπου τὴν διάνοιαν, ὅτι μέλλοι τοῖς βασιλεῦσι τὸν πόνον [h] αὐτῶν χαρίζεσθαι, νύκτωρ εἰς τὰς κώμας αὐτῶν διέδραμον, καὶ πᾶσιν ἐπεδείκνυντο τὸν Ιώσηπον ὡς προδότην. ἐνέπλησαν δὲ καὶ τὰς πλησίον πόλεις ταραχῆς, ὥστε ὑπὸ τὴν ἕω δέκα μυριάδας ὁπλιτῶν ἐπ' αὐτὸν συνδραμεῖν. καὶ τὸ μὲν πλῆθος, ἐν τῷ κατὰ [i] Ταριχαίας ἱπποδρόμῳ συνηθροισμένον, πολλὰ πρὸς ὀργὴν ἀνεβόα. καὶ [k] οἱ μὲν καταλύειν, οἱ δὲ καίειν [l] τὸν προδότην [m] ἐκεκράγεσαν. παρώξυνε δὲ τοὺς πολλοὺς Ιωάννης, καὶ σὺν αὐτῷ [n] Ιησοῦς τὶς υἱὸς [o] Σαπφία, τότε ἄρχων τῆς Τιβεριάδος. οἱ μὲν οὖν φίλοι καὶ σωματοφύλακες τοῦ Ιωσήπου, καταπλαγέντες τὴν ὁρμὴν τοῦ πλήθους, ἔφυγον [p] πλὴν τεσσάρων πάντες. αὐτὸς δὲ κοιμώμενος ἤδη προσφερομένου τοῦ πυρὸς διανίσταται, καὶ, παραινούντων φεύγειν τῶν τεσσάρων οἳ παρέμειναν, οὔτε πρὸς τὴν [q] καθ' αὐτὸν ἐρημίαν, οὔτε πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἐφεστώτων καταπλαγεὶς, προπηδᾷ, [r] περιῤῥηξάμενος μὲν τὴν ἐσθῆτα, [s] καταμησάμενος δὲ τῆς κεφαλῆς κόνιν, ἀποστρέψας δὲ ὀπίσω τὰς χεῖρας [t] καὶ τὸ ἴδιον ξίφος ἐπιδήσας τῷ τένοντι. [v] πρὸς ἃ τῶν μὲν οἰκείως ἐχόντων, καὶ μάλιστα [x] Ταριχαιατῶν οἶκτος ἦν. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς χώρας, καὶ τῶν πλησίον ὅσοις ἐδόκει [y] φορτικὸς, ἐβλασφήμουν, προφέρειν τε τὰ κοινὰ χρήματα θᾶττον ἐκέλευον, καὶ τὰς προδοτικὰς συνθήκας ἐξομολογεῖσθαι. [z] προσειλήφεσαν γὰρ ἐκ τοῦ σχήματος οὐδὲν αὐτὸν [a] ἀρνήσεσθαι τῶν ὑπονοηθέντων, ἀλλὰ ἐπὶ συγγνώμης [b] πορισμῷ, πάντα πεποιηκέναι τὰ πρὸς τὸν ἔλεον. τῷ δὲ ἦν ἡ ταπείνωσις [c] προκατασκευὴ [d] στρατηγήματος. καὶ τεχνιτεύων τοὺς ἀγανακτοῦντας [e] καθ' αὐτοῦ κατ' ἀλλήλων στασιάσαι ἐφ' οἷς ὠργίζοντο, [f] πάντα ὁμολογήσειν ὑπισχνεῖτο. εἶτα δοθὲν αὐτῷ λέγειν, [g] „ ἐγὼ ταῦτα, „ ἔφη, τὰ χρήματα οὔτε ἀναπέμπειν Αγρίππᾳ προῃρούμην, οὔτε κερδαίνειν αὐτός. μὴ γὰρ [h] ἡγησαίμην „ ποτὲ [i] φίλον τὸν ὑμῖν διάφορον, ἢ κέρδος τὸ φέρον „ τῷ κοινῷ βλάβην. ὁρῶν δὲ, ὦ [k] Ταριχαιᾶται, μάλιστα τὴν ὑμετέραν πόλιν ἀσφαλείας δεομένην, καὶ πρὸς „ [l] τὴν κατασκευὴν τείχους χρήζουσαν ἀργυρίου, δεδοικὼς „ δὲ [m] τὸν Τιβερίων δῆμον, καὶ τὰς ἄλλας πόλεις ἐφεδρευούσας τοῖς ἡρπασμένοις, κατασχεῖν ἡσυχῇ τὰ χρήματα προειλόμην, ἵνα ὑμῖν [n] περιβάλωμαι τεῖχος. „ εἰ δὲ μὴ δοκεῖ [o] προφέρω τὰ κεκομισμένα, καὶ παρέχω διαρπάζειν. [p] εἰ δὲ καλῶς ὑμῖν ἐβουλευσάμην, [q] κολάζετε τὸν εὐεργέτην.

δ΄. Επὶ τούτοις οἱ Ταριχαιᾶται μὲν αὐτὸν ἀνευφή-

ægre ferentes se nullam partem capturos esse eorum quæ attulerant, & Josephi propositum perspectum habentes, quod ex eorum labore gratificaturus esset regibus, in vicos quisque suos nocte discurrebant, & palam omnibus prædicabant Josephum pro proditore habendum esse. Quin & urbes vicinas tumultu repleverunt, adeo ut centum armatorum millia prima luce adversus eum concurrerint. Et multitudo quidem, in circo apud Tarichæas congregata, multa iracunde admodum clamabant; & alii quidem proditorem deponendum esse, alii vero concremandum vociferabant. plerosque autem incitabat Joannes, & cum eo Jesus Sapphiæ filius, eo tempore summus Tiberiadis magistratus. Et Josephi quidem amici & satellites, *tantæ* multitudinis incursu perterriti, fuga salutem quærebant, omnes præter quatuor. Ille vero è somno, cum jam ignis admoveretur, experrectus surgit, & hortantibus eum quatuor qui remanserunt ut fugeret, neque solitudine sua neque illorum qui contra se venerunt multitudine exterritus, repente prosiluit, veste dilacerata & capite pulvere consperso, aversisque post tergum manibus, & gladio suo cervici alligato. Quibus ejus quidem familiares maximeque Tarichæatæ ad misericordiam adducti sunt. rustica vero plebs, & finitimorum isti, quibus molestior videbatur, ei maledicebant, & pecunias publicas ocyus proferre jubebant, & proditionis pacta indicare. nam ex habitu ejus opinabantur, quod nihil eorum de quibus suspectus erat negatum iret, fecissetque omnia, impetrandæ veniæ causa, quæ misericordiam moverent. Huic autem ista humilitas viam ad stratagema præmuniebat: atque id callide agens, ut contra ipsum indignantes super his unde irascerentur inter se diffidere faceret, pollicebatur. Deinde facta ei dicendi potestate, „ ego, inquit, has pecunias neque Agrippæ „ mittere, neque quæstui eas habere cogitabam. „ nunquam enim eum amicum duxi qui vobis „ sit inimicus, aut lucro deputavi quod reipu„ blicæ in damnum cedat. Sed cum animadver„ terem, ô Tarichæatæ, civitatem vestram maxi„ me omnium munitionis egere, & ad mœnia „ exstruenda pecuniæ inopia laborare, veritusque „ essem ne populus Tiberiensis & aliæ civitates „ raptis *pecuniis* insidiarentur, mecum consti„ tui clam pecuniam detinere, ut vobis circun„ darem muros. Si *vobis* hoc displiceat, quæ „ fuerint allata profero, & diripienda exhibeo. „ Sin autem vobis haud male consului, de bene„ factore pœnas exigitis.

4. Ob hæc Tarichæatæ quidem de eo bona omnia

Magna hominum vis Josepho insurgit.

Ejus amici & satellites, præter quatuor, omnes diffugiunt.

Josephi oratio ad seditiosos Judæos.

Paululum verbis ejus mitigantur.

g Κεκομισμένων] *Rost.* Κεκοσμένων.
h Αὐτῶν] *Rost.* Αὐτοῖς.
i Ταριχαίας ἱπποδρόμῳ] Eadem de Vita. §.17. SPANH.
k Οἱ μὲν καταλύειν,] Antea erat καὶ καταλεύειν. Verum cum οἱ δὲ mox sequatur, οἱ μὲν hîc loci reposui, atque καταλεύειν mutavi cum *Cod. Busb.* in καταλύειν, utrisque favente *Rufino*, qui vertit, *partim deponi partim concremari vociferans proditorem.*
l Τὸν προδότην] Confer vitam Josephi §.26. SPANH.
m Εκεκράγεσαν.] Ita *Gall.* ἐκεκράγεισαν in *Editis.*
n Ιησοῦς τις υἱὸς] Conf. de Vita. §.12. SPANH.
o Σαπφία,] Ita *Big. Busb.* & *Voss.* Σαπφᾷ in *Editis.* (Σαμφία *Rost.*) Σαμφία *Bod.* Vide ad de Vita §. 27.
p Πλὴν τεσσάρων] Solum Simonem secum permansisse ait in Vita sua §.27.
q Καθ' αὐτὸν ἐρημίαν,] Καθ' ἑαυτὸν *Big.*
r Περιῤῥηξάμενος μὲν τὴν ἐσθῆτα,] Περιῤῥήξας *Suidæ* in voce καταμησάμενος. HUDS. Nigram sumsisse vestem dicit ibidem. SPANH. Conf. de Vita §.27. Nigra induti veste. SPANH.
s Καταμησάμενος] Ita *Big.* & *Suidas* in voce. antea erat καταπασάμενος. Sed locus *Josephi* supr. c. 15. §. 4. καταμησάμενος legendum esse suadet. HUDS. Conf. supr. c. 12. §. 5. SPANH.
t Καὶ τὸ ἴδιον] Καὶ τὸ ξίφος ἀπαρτησάμενος ἐκ τοῦ αὐχένος de Vita §.28.
v Πρὸς—ἐχόντων,] Πρὸς ταῦτα *Big.*
x Ταριχαιατῶν] Τῶν Ταρ. *Voss.* & *Busb.*
y Φορτικὸς,] *Lugd. Bat.* Φορικὸν.
z Προσειλήφεσαν] Ita cum *MSS.* (*Lugd. Bat.* & *Rost.*) & *Suida* in voce. προειλήφησαν in *Editis.*
a Αρνήσεσθαι] Αρνήσασθαι *Suid.*
b Πορισμῷ,] Πορισμὸν *Bod.*
c Προκατασκευὴ] Προπαρασκευὴ *Big.*
d Στρατηγήματος] Supr. lib. 1. c. 25. §. 3. τὸ μὲν οὖν Αρχελάου στρατήγημα, δι' οὗ τὸν γαμβρὸν, &c. SPANH.
e Καθ' αὐτοῦ] Καθ' αὐτοῦ *Big.*
f Εγω ταῦτα,] Vide de Vita §.29. σιγῆς οὖν παρὰ πάντων γενομένης, ἄνδρες εἶπον, ὁμόφυλοι, &c. SPANH.
g Πάντα ὁμολογήσειν] *Lugd. Bat.* Πάντες ὡς ὁμολογήσων.
h Ηγησάμην] *Rost.* Ηγησαίμην.
i Φίλον—διάφορον,] Ita *Big.* & *Ruf.* ἢ φίλον in *cæteris.*
k Ταριχαιᾶται,] Conf. de Vita §.32. Εἰ δὲ τοῖς Ταριχεάταις, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῖς, &c. SPANH.
l Τὴν κατασκευὴν] Articulum delet *Lugd. Bat.*
m Τῶν Τιβεριέων δῆμον,] Τὸν Τιβ. *Big.* & *Voss.*
n Περιβάλωμαι τεῖχος.] Περιβάλλομαι *Big.*
o Προφέρω τὰ κεκομισμένα,] Προσφέρω *Big.* & *Bod.*
p Εἰ—ἐβουλευσάμην,] Ita lego, favente *Rufino*, qui vertit, *sin recte consului.* antea erat εἰ δὴ μὴ καλῶς. Si quis malit εἰ δὴ μὴ κακῶς, per me licet.
q Κολάζετε τὸν εὐεργέτην.] Legi potest cum interrogatione.

r Ησαν

omnia dicebant: Tiberienses vero cum aliis eum vituperabant, minasque intentabant. utrique autem relicto Josepho inter se dissidebant. Atque ille, istis jam fretus qui eadem ac ipse sentirent, erant autem Tarichææ ad XL millia, cum omni multitudine liberius colloquebatur. multumque in eorum temeritatem invectus, „ ex præsenti quidem pecunia Tarichæas se munitum ire, dicebat, paratumque esse aliis etiam civitatibus securitatem præstare. non enim pecuniam desideraturos esse, si secum adversus eos consentiant à quibus suppeditanda est, & non in ipsum exacerbentur qui eam suppeditari facit.

Josephi stratagema quo se inimicorum è manibus eripuit.

5. Itaque tum quidem alia multitudo, quæ decepta fuerat, recedebat, quamvis irata & offensa: duo vero armatorum millia adversus eum properabant; &, cum ille semet in tectum jam ante recepisset, cum minis foribus adstabant. Iterum autem Josephus in hos quoque altera fraude utitur. Cum enim in tectum superius ascendisset, & dextra tumultum eorum sedasset, „ se nescire, ajebat, „ quid sit quod ab ipso consequi velint; nihil „ enim se ob dissonum *eorum* clamorem exaudire „ posse. omnia vero quæ imperaverint facturum „ esse, si quos placide secum acturos ad ipsum intromitti velint". His auditis, *illico* nobiliores cum magistratibus ad eum ingressi sunt. Ille vero, cum eos in abditissima domus traxisset, & aulæ ostia operuisset, *tamdiu eos* verberavit donec viscera omnium nudaret. Interim autem circumstabat multitudo, existimans suos longiore disceptatione teneri. At ille, foribus subito patefactis, cruentos eos dimisit. id quod malum minitantibus tantum incussit terrorem, ut projectis armis aufugerent.

Confer de Vita §. 30.

Joannes alias Josepho parat insidias. Confer de Vita §. 16. 17.

6. Ex istis Joannis aucta est invidia, aliasque Josepho parabat insidias: morboque simulato per literas Josephum obsecravit, ut ei permitteret calidis aquis in Tiberiade ad valetudinem ejus curandam uti. Atque ille, ut qui nondum insidiatorem suspicaretur, ad præfectos civitatis scribit, ut & hospitium & necessaria Joanni præberent. Quibus *ille* potitus, biduo post id cujus causa venerat peragebat: & aliis quidem fraude circumventis, aliis vero pecunia corruptis, Josephum deserere persuasit. atque Silas, cui mandata erat à Josepho urbis custodia, ubi ista cognovit, statim ad eum literas mittit de insidiis. Josephus autem, quam primum literas acceperat, nocte iter maturavit & mane admodum Tiberiadem pervenit. Et cætera quidem multitudo ei obviam veniebat. Joannes autem, quamvis eum contra se venturum esse suspicaretur, tamen, per quendam è familiaribus ad eum missum, languorem ex morbo simulavit, & quod lecto affixus esset, *ideo* obsequio *se* defuisse dicebat. Tiberiensibus autem à Josepho in stadium congregatis, ubi aggrediebatur ad eos alloquendum de literis, missis armatis *Joannes* jussit eum interfici.

Joannes Tiberiensibus, ut Josephum deserant, persuadet.

Joannes missis arma-

μεν. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Τιβεριάδος σὺν τοῖς ἄλλοις ἐκάκιζον, καὶ διηπείλουν. καταλιπόντες δὲ ἑκάτεροι τὸν Ἰώσηπον, ἀλλήλοις διεφέροντο. κἀκεῖνος θαῤῥῶν ἤδη τοῖς ᾠκειωμένοις, [r] ἦσαν δὲ εἰς τετρακισμυρίους Ταριχαιάται, παντὶ τῷ πλήθει παῤῥησιαστικώτερον ὡμίλει. καὶ πολλὰ τὴν προπέτειαν αὐτῶν κατονειδίσας, „ ἐκ μὲν τῶν παρόντων Ταριχαίας, ἔφη, [s] τειχίσειν, ἀσφαλίσασθαι δὲ ὅμως καὶ τὰς ἄλλας πόλεις. „ οὐ γὰρ ἀπορήσειν χρημάτων, ἐὰν [t] ὁμονοῶσιν ἐφ' οὓς „ δεῖ πορίζειν, καὶ μὴ παροξύνωνται κατὰ τοῦ πορίζοντος.

έ. Ενθα δὴ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος τῶν ἠπατημένων [v] ἀπανεχώρει [x] καίτοι διωργισμένον. δισχίλιοι δὲ ἐπ' αὐτὸν [y] ὥρμησαν ἔνοπλοι, καὶ [z] φθάσαντος εἰς τὸ [a] δωμάτιον παρελθεῖν ἀπειλοῦντες ἐφεστήκεσαν. ἐπὶ τούτοις πάλιν Ἰώσηπος ἀπάτῃ δευτέρᾳ χρῆται. ἀναβὰς γὰρ ἐπὶ τὸ τέγος, καὶ τῇ δεξιᾷ καταστείλας τὸν θόρυβον αὐτῶν, „ ἀγνοεῖν, ἔφη, τίνων ἀξιοῦσι τυχεῖν. οὐ γὰρ κατακούειν διὰ τὴν τῆς βοῆς σύγχυσιν. ὅσα „ δ' ἂν κελεύσωσι πάντα ποιήσειν, εἰ τοὺς διαλεξομένους ἡσυχῇ πέμψειαν εἴσω πρὸς αὐτόν." [b] ταῦτα ἀκούσαντες οἱ γνώριμοι σὺν τοῖς ἄρχουσιν εἰσῄεσαν. ὁ δὲ, σύρας αὐτοὺς εἰς τὸ μυχαίτατον τῆς οἰκίας, καὶ [c] τὴν αὔλειον [d] ἐπικλείσας, ἐμαστίγωσεν, μέχρι πάντων τὰ σπλάγχνα γυμνῶσαι. περιειστήκει δὲ τέως τὸ πλῆθος, δικαιολογεῖσθαι μακρότερα τοὺς εἰσελθόντας οἰόμενον. ὁ δὲ, τὰς θύρας ἐξαπίνης ἀνοίξας, ᾑμαγμένους ἐξαφῆκε τοὺς ἄνδρας, καὶ τοσαύτην τοῖς ἀπειλοῦσιν [e] ἐνειργάσατο κατάπληξιν, ὥστε ῥίψαντας τὰ ὅπλα φεύγειν.

ϛ'. Πρὸς ταῦτα Ἰωάννης [f] ἐπετείνετο [g] τὸν φθόνον, καὶ δευτέραν ἤρτυεν ἐπιβουλὴν κατὰ τοῦ Ιωσήπου. σκηψάμενος δὲ νόσον, ἱκέτευε δι' ἐπιστολῆς τὸν Ἰώσηπον, ἐπιτρέψαι πρὸς θεραπείαν αὐτῷ [h] χρήσασθαι τοῖς ἐν Τιβεριάδι θερμοῖς ὕδασιν. ὁ δὲ, οὔπω γὰρ [i] ὑπώπτευε τὸν ἐπίβουλον, γράφει τοῖς κατὰ τὴν πόλιν [k] ἐπάρχοις, ξενίαν τε καὶ τἀπιτήδεια Ἰωάννῃ παρασχεῖν. ὧν ἀπολαύσας, μετὰ δύο ἡμέρας [l] ἐφ' ὃ παρῆν διεπράττετο. καὶ τοὺς μὲν ἀπάταις, τοὺς δὲ χρήμασι διαφθείρων, [m] ἀνέπειθεν ἀποστῆναι Ιωσήπου. [n] καὶ γνοὺς ταῦτα Σίλας, ὁ φυλάσσειν τὴν πόλιν ὑπὸ Ιωσήπου [o] καθεστάμενος, γράφει τὰ [p] κατὰ τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ κατὰ τάχος. ὁ δὲ Ἰώσηπος, ὡς ἔλαβε τὴν ἐπιστολὴν, νυκτὸς ὁδεύσας συντόνως, ἑωθινὸς παρῆν [q] ἐπὶ τὴν Τιβεριάδα. καὶ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος αὐτῷ ὑπήντα. [r] Ἰωάννης δὲ, καίτοι τὴν παρουσίαν [s] ὑποπτεύων ἐπ' αὐτὸν, ὅμως πέμψας [t] τινὰ τῶν γνωρίμων, ὑπεκρίνατο τὴν ἀσθένειαν, καὶ κλινήρης ὢν ὑστερῆσαι τῆς θεραπείας ἔλεγεν. ὡς δὲ εἰς τὸ στάδιον τοὺς Τιβεριεῖς ἀθροίσας [v] Ἰώσηπος ἐπειρᾶτο διαλέγεσθαι περὶ τῶν ἐπεσταλμένων, ὑποπέμψας ὁπλίτας προσέταξεν αὐτὸν

r Ησαν—τετρακισμυρίους] Ita Big. ἦσαν δὲ οἱ Ταριχαιάται ὡς τετρακισμύριοι in Editis. ὡς τετρακισμύριοι οἱ Ταριχαιάται Gall.

s Τειχίσειν,] Ita cum tribus MSS. τειχίζειν in *cæteris*, Editisque.

t Ομονοῶσιν—πορίζειν,] Ομονοήσωσιν Busb.

v Απανεχώρει] Ανεχώρει Big.

x Καί τοι διωργισμένον.] Ita Big. & Ruf. καὶ τὸ in *cæteris*.

y Ωρμησαν] Rost. Ορμήσαντες.

z Φθάσαντος] Sic Big. Coccejus & Gall. φθάσαντες in aliis.

a Δωμάτιον] Ita Lugd. Bat. & Coccejus, pro Vulg. δομάτιον. HAV.

b Ταῦτα ἀκούσαντες] Aliter rem gestam narrat in *Vita sua* §. 30.

c Τὴν αὔλειον] Sc. θύραν. τὴν αὐλὴν Gall.

d Επικλείσας,] Αποκλείσας Big.

e Ενειργάσατο κατάπληξιν,] Εἰργάσατο Big.

f Επετείνετο] Επέτεινε Big.

g Τὸν φθόνον,] Rost. Τὸν φόνον.

h Χρήσασθαι—ὕδασιν.] Confer vitam Josephi §. 16. SPANH.

i Υπώπτευε] Rost. Επόπτευε.

k Επάρχοις,] Ita Busb. ὑπάρχοις in aliis.

l Εφ'—διεπράττετο.] Εφ' ὃ Big.

m Ανέπειθεν—Ιωσήπου.] Ανέπεισεν Big.

n Καὶ—Σίλας,] Gratiam Silæ huic conservationis suæ habet quoque in Vita sua §. 17. SPANH.

o Καθεστάμενος,] Ita Big. & Voss. καθιστάμενος in *cæteris*.

p Κατὰ τὴν ἐπιβουλὴν] Περὶ τῆς ἐπιβουλῆς Big.

q Επὶ] Πρὸς Big. Rost. & Voss.

r Ιωάννης δὲ,] Confer *vitam* Josephi §. 17. ubi tamen dicit Joannem quoque obviam sibi processisse. SPANH. Vide quæ ibidem notavimus. HAV.

35. Cæterum quotquot vigilum primi captam civitatem sentientes fugere prius occupaverant, cum in turrim quandam septentrionalem ascendissent aliquandiu quidem restiterunt; hostium autem multitudine circumfusi, sero dextras * dederunt, & instantibus jugulum alacri animo obtulerunt. Potuissent autem Romani de obsidionis fine incruento gloriari, nisi unus, dum caperetur urbs, centurio cecidisset, Antonius, insidiis peremptus. Nam quidam ex illis qui in speluncas confugerant (erant enim magno numero) rogabat Antonium ut dextram sibi admoveret, & in spem salutis & in auxilium ad ascendendum. ille vero manum incaute porrigebat, alterque ipsum prævenit, & hasta sub inguine utpote inferior eum perculit, statimque interfecit.

Antonius centurio fraude peremptus.

In Jotapatenos sine

36. Et illo quidem die quotquot comparue-

καθάπτεται μάλιστα κεκοπωμένων ἑωθινὸς ὕπνος, καταδαρθάνειν ἔφασκε τοὺς φύλακας, συνεβούλευέ τε [v] καί αὐτὴν τὴν ὥραν ἐπελθεῖν. τῷ δὲ ἦν [x] μὲν δι᾽ ὑπονοίας ὁ αὐτόμολος, τό, τε πρὸς ἀλλήλους πιστὸν εἰδότι τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὴν πρὸς τὰς κολάσεις ὑπεροψίαν· ἐπειδὴ καὶ πρότερον ληφθείς τις τῶν ἀπὸ τῆς Ἰωταπάτης, πρὸς πᾶσαν αἰκίαν βασάνων ἀντέσχε, καὶ, μηδὲν διὰ πυρὸς ἐξερευνῶσι τοῖς πολεμίοις περὶ τῶν ἔνδον εἰπών, ἀνεσταυρώθη τοῦ θανάτου καταμειδιῶν. τάγε μὴν εἰκότα πιστὸν ἐποίει τὸν προδότην, καὶ [y] τάχα μὲν ἀληθεύειν ἐκεῖνον, μηδὲν δὲ αὐτὸς ἐξ ἐνέδρας πείσεσθαι μέγα προσδοκῶν, τὸν μὲν φυλάσσειν ἐκέλευσεν, ἐπὶ δὲ τὴν κατάληψιν τῆς πόλεως [z] παρεσκεύαζε τὴν στρατιάν.

λδ΄. Κατὰ δὲ τὴν μηνυθεῖσαν ὥραν ᾔεσαν ἡσυχῇ πρὸς τὸ τεῖχος. καὶ πρῶτος ἐπιβαίνει Τίτος σὺν ἑνὶ τῶν χιλιάρχων [a] Δομιτίῳ Σαβίνῳ, τῶν ἀπὸ τοῦ πέμπτου καὶ δεκάτου τάγματος [b] ὀλίγους ἄγων. ἀποσφάξαντες δὲ τοὺς φύλακας, εἰσίασιν εἰς τὴν πόλιν ἡσυχῇ, μεθ᾽ οὓς Σέξτος τις [c] Κερεάλιος χιλίαρχος καὶ Πλάκιδος τοὺς ὑπὸ σφίσι τεταγμένους εἰσῆγον. κατειλημμένης δὲ τῆς ἄκρας, καὶ τῶν πολεμίων ἐν μέσῃ τῇ πόλει στρεφομένων, ἤδη δὲ καὶ ἡμέρας οὔσης, ὅμως οὔπω τῆς ἁλώσεως τοῖς κρατουμένοις αἴσθησις ἦν· καμάτῳ τε γὰρ οἱ πολλοὶ καὶ ὕπνῳ [d] διελέλυντο, καὶ τῶν διανισταμένων ὁμίχλη τὰς ὄψεις [e] ἀπήμβλυνε πολλή, κατὰ τύχην τότε τῇ πόλει περιχυθεῖσα. μέχρι πάσης τῆς στρατιᾶς εἰσπεσούσης, πρὸς μόνην τὴν τῶν κακῶν αἴσθησιν ἐξανέστησαν, καὶ τὴν ἅλωσιν ἐπίστευον ἀναιρούμενοι. Ῥωμαίους δέ, [f] κατὰ μνήμην ὧν [g] περὶ τὴν πολιορκίαν ἔπαθον, οὔτε [h] φειδὼ εἰσῄει τινός, οὔτε ἔλεος, ἀλλ᾽ εἰς τὸ κάταντες ἀπὸ τῆς ἄκρας τὸν λεὼν συνωθοῦντες ἐφόνευον· ἔνθα καὶ τοὺς ἔτι μάχεσθαι δυναμένους ἡ δυσχωρία τὴν ἄμυναν [i] ἀφείλετο. θλιβόμενοι γὰρ ἐν τοῖς στενωποῖς, καὶ κατὰ τοῦ πρανοῦς ὑπολισθαίνοντες, [k] ῥέοντι [l] κατ᾽ ἄκρας ἐκαλύπτοντο τῷ πολέμῳ. τοῦτο πολλούς, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἰώσηπον ἐπιλέκτων, ἐπ᾽ αὐτοχειρίαν παρώξυνε. κατιδόντες γὰρ ὡς οὐδένα τῶν Ῥωμαίων ἀνελεῖν δύνανται, [m] τόγε μὴ πεσεῖν αὐτοὶ ὑπὸ Ῥωμαίων προέλαβον, καὶ συναθροισθέντες ἐπὶ τὰ καταλήγοντα τῆς πόλεως σφᾶς αὐτοὺς ἀνεῖλον.

λε΄. Ὅσοι γε μὴν ὑπὸ πρώτην τῆς [n] καταλήψεως αἴσθησιν τῶν φυλάκων διαφυγεῖν ἔφθασαν, ἀναβάντες εἴς τινα τῶν προσαρκτίων πύργων μέχρι μέν τινος ἀπημύναντο· περισχεθέντες δὲ τῷ πλήθει τῶν πολεμίων ὀψὲ παρῆσαν τὰς δεξιάς, καὶ τοῖς ἐφεστῶσι τὴν σφαγὴν [o] εὔθυμοι παρέσχον. ἀναίμακτον [p] δ᾽ ἂν ἦν αὐχῆσαι [q] Ῥωμαίοις τὸ τέλος τῆς πολιορκίας, εἰ μὴ κατὰ τὴν ἅλωσιν εἷς ἔπεσεν ἑκατοντάρχης, ὃς ἦν Ἀντώνιος. θνήσκει δὲ ἐξ ἐνέδρας. τῶν γὰρ εἰς τὰ σπήλαια τις συμπεφευγότων. [r] πολὺ δὲ οὗτοι πλῆθος ἦσαν. [s] ἱκέτευε τὸν Ἀντώνιον ὀρέξαι δεξιὰν αὐτῷ, πίστιν τε σωτηρίας καὶ βοήθειαν πρὸς ἄνοδον. ὁ δὲ ἀφυλάκτως ὤρεγε τὴν χεῖρα, καὶ φθάσας αὐτὸν ἐκεῖνος, νύττει κάτωθεν [t] ὑπὸ τὸν βουβῶνα δόρατι, καὶ παραχρῆμα διεργάζεται.

λϛ΄. Κατ᾽ ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν, τὸ [v] φανερὸν πλῆ-

v Καί αὐτὴν τὴν ὥραν ἐπελθεῖν.] Κατὰ ταύτην Big.
x Μεν δι᾽ ὑπονοίας] Illud μὲν deest Big.
y Τάχα μὲν ἀληθεύειν] Τάχα μὲν μὴ ἀληθεύειν Voss. & Rost.
z Παρεσκεύαζε την στρατιάν.] Εὐτρέπιζε Big.
a Δομιτίῳ Σαβίνῳ,] Al. Δομετίῳ.
b Ολιγους ἄγων.] Ita Big. antea erat τινὰς ὀλίγους.
c Κερεάλιος] Καλουάριος χιλιάρχης Big. Κερέλλιος Vat.
d Διελέλυντο,] Ita Big. λέλυντο in Editis Aliisque.
e Απήμβλυνε] ἐτέμβλυνε Rost.
f Κατὰ μνήμην] Sic Big. κατά τε in cæteris.
g Περὶ την πολιορκίαν ἔπαθον,] Εα τῆς πολιορκίας Big.
h Φειδὼ εἰσῄει τινός,] Al. φειδὼς & mox λέων.
i Αφείλετο.] Ita Big. & Bod. ἀφείλοντο in cæteris.

k Ρέοντι] ῥᾶον τι Rost.
l Κατ᾽ ἄκρας] κατάκρας Rost.
m Τόγε μὴ πεσεῖν] Τὸ πεσεῖν Big. Illud μὴ ex Lugd. Bat. additur. HAV.
n Καταλήψεως] καταλύσεως Rost.
o Εὔθυμοι παρέσχον.] ἕτοιμοι παρεῖσχον Rost.
p Δ᾽ ἂν ἦν] ἐν ᾗ ἦν L. B.
q Ῥωμαίοις τὸ τέλος] Ita Big. Ῥωμαίους in cæteris.
r Πολὺ δὲ οὗτοι πλῆθος] Πολλοὶ Big
s Ικέτευε τὸν Αντώνιον] Ικετεύει Big.
t Υπὸ τὸν βουβῶνα δόρατι,] Επὶ τὸν β. Big.
v Φανερὸν] Φαινόμενον Voss.
* Al. laxarunt, remiserunt.

πλῆθος ἀνεῖλον Ῥωμαῖοι. ταῖς δὲ ἐπιούσαις ἀνερευνώμενοι τὰς [x] καταδύσεις, τοὺς ἐν τοῖς ὑπονόμοις καὶ τοῖς σπηλαίοις [y] ἐπεξῄεσαν, καὶ διὰ πάσης ἐχώρουν ἡλικίας, πλὴν νηπίων καὶ γυναικῶν. καὶ τὰ μὲν αἰχμάλωτα χίλια πρὸς τοῖς διακοσίοις συνήχθη. νεκροὶ δὲ, [z] κατά τε τὴν [a] ἅλωσιν, καὶ κατὰ τὰς [b] πρότερον μάχας, συνηριθμήθησαν [c] τετρακισμύριοι. Οὐεσπασιανὸς δὲ τήν τε πόλιν κατασκάψαι κελεύει, καὶ τὰ φρούρια πάντα προσεμπίπρησιν αὐτῆς. Ἰωτάπατα μὲν οὖν οὕτως ἑάλω, τρισκαιδεκάτῳ τῆς Νέρωνος ἡγεμονίας ἔτει, Πανέμου νουμηνίᾳ.

runt peremere Romani. Sequentibus autem diebus latibula scrutantes, omnes in cuniculis & speluncis inventos adorti sunt, & in universos cujuscunque ætatis sævitum est, præter infantes & feminas. Et in captivitatem quidem deducendi ad mille & ducentos collecti erant: mortui vero, in urbis excidio & pugnis superioribus, simul omnes ad quadraginta millia numerati erant. Vespasianus autem & urbem ipsam exscindi jubet, & præterea castella ejus omnia incendit. Et ita quidem capta sunt Jotapata, anno imperii Neronis decimo tertio, * primo Panemi mensis die.

Discrimine sævitum est.

Jotapata Vespasiani jussu excisa.

ΚΕΦ. ζ'.

Ὡς Ἰώσηπος, ὑπὸ γυναικὸς μηνυθεὶς, ἑαυτὸν Ῥωμαίοις ἐβουλήθη παραδοῦναι. καὶ ὁποῖα πρὸς τοὺς σφετέρους αὐτὸν κωλύοντας διεξῄει, καὶ πρὸς Οὐεσπασιανὸν ἀχθεὶς εἶπε, καὶ ὅπως ἐκεῖνος αὐτῷ ἐχρήσατο.

CAP. VIII. XIV.

Quomodo Josephus, à muliere proditus, sese Romanis tradere voluit. & quænam ad suos ipsum inhibentes disseruit, quæque ad Vespasianum ductus verba faciebat, & quomodo ab ipso tractatus est.

Ῥωμαῖοι δὲ τὸν Ἰώσηπον ἀναζητοῦντες, κατά τε ὀργὴν σφετέραν, καὶ σφόδρα τοῦ στρατηγοῦ φιλοτιμουμένου· μεγίστη γὰρ ἦν μοῖρα τοῦ πολέμου ληφθείς· τούς τε νεκροὺς διηρεύνων, καὶ τοὺς ἀποκρύφους τῆς πόλεως μυχούς. ὁ δὲ ἄρτι τῆς πόλεως ἁλισκομένης, δαιμονίῳ τινὶ συνεργίᾳ χρησάμενος, μέσον μὲν [d] ἑαυτὸν [e] ἐκκλέπτει τῶν πολεμίων, καθάλλεται δὲ εἴς τινα βαθὺν λάκκον, ᾧ πλατὺ σπήλαιον διέζευκτο κατὰ πλευρὰν, τοῖς ἄνωθεν ἀόρατον· ἔνθα τεσσαράκοντα μὲν τῶν ἐπισήμων ἄνδρας καταλαμβάνει λανθάνοντας, παρασκευὴν δ' [f] ἐπιτηδείων οὐκ ὀλίγαις ἡμέραις διαρκεῖν δυναμένην. μεθ' ἡμέραν μὲν οὖν [g] ὑπεστέλλετο τῶν πολεμίων πάντα διειληφότων, νυκτὸς δ' ἀνιὼν ἐζήτει δρασμοῦ διάδυσιν, καὶ τὰς φυλακὰς κατεσκέπτετο. φρουρουμένων δὲ [h] πανταχόθεν [i] πάντων δι' αὐτὸν, [k] ὡς λαθεῖν οὐκ ἦν, αὖθις εἰς τὸ σπήλαιον κατῄει. δύο μὲν οὖν [l] ἡμέρας διαλανθάνει· τῇ δὲ τρίτῃ γυναικὸς ἁλούσης [m] τῶν ἅμα αὐτοῖς μηνύεται. καὶ Οὐεσπασιανὸς αὐτίκα μετὰ σπουδῆς [n] πέμπει δύο χιλιάρχους Παυλῖνον καὶ [o] Γαλλικανὸν, δεξιάς τε Ἰωσήπῳ δοῦναι κελεύσας, [p] προτρεψομένους ἀνελθεῖν.

Romani autem cum Josephum investigarent, & ex sua in eum ira, & valde hoc volente imperatore († is enim captus maxima pars belli foret) mortuos perscrutati sunt itemque abditos civitatis recessus. Ille autem, cum jam capta esset urbs, divino quodam auxilio fretus, per medios quidem hostes se subducit, & in puteum quendam profundum saltu descendit, ‡ cujus à latere specus amplum disjunctum erat, quod eorum qui supra erant effugit intuitum: ubi quadraginta viros insignes latitantes offendit, rerumque necessariarum apparatum, qui diebus non paucis sufficeret. Et interdiu quidem se occultabat, quod hostes *loca* omnia occupaverant: noctu vero ascendens fuga dilabi quærebat & vigilias explorabat. Cum autem omnia ipsius causa undique custodirentur, ut *vigiles* latere non posset, in speluncam iterum descendebat. & biduum quidem *ibi* delitescit: tertia vero die, capta *quadam* muliere, quæ cum ipsis fuerat, *illius* indicio proditus est. Tum Vespasianus è vestigio mittit duos tribunos, Paulinum & Gallicanum, jussos dextras dare Josepho, hortarique cum ad ascensum.

Josephus in specu delitescit.

A muliere proditur, atque ad eum tribunos duos mittit Vespasianus.

β'. Ἀφικόμενοι δὲ παρεκάλουν οὗτοι τὸν ἄνδρα, καὶ πίστεις περὶ σωτηρίας ἐδίδοσαν. οὐ μὴν ἔπειθον. ἐκ γὰρ ὧν εἰκὸς ἦν [q] τὸν τοσαῦτα δράσαντα παθεῖν, οὐκ ἐκ τοῦ φύσει τῶν παρακαλούντων ἡμέρου, τὰς ὑποψίας συνέλεγεν. ἐδεδίει τε ὡς ἐπὶ τιμωρίαν [r] προκαλουμένους, ἕως Οὐεσπασιανὸς τρίτον [s] ἔτι πέμπει χιλίαρχον Νικάνορα, γνώριμον τῷ Ἰωσήπῳ καὶ συνήθη πάλαι. παρελθὼν δ' οὗτος, τό, τε φύσει Ῥωμαίων χρηστὸν, πρὸς οὓς ἂν ἅπαξ ἕλωσι, διεξῄει· καὶ ὡς δι' ἀρετὴν αὐτὸς θαυμάζοιτο μᾶλλον ἢ μισοῖτο πρὸς τῶν ἡγεμόνων, σπουδάζειν τε τὸν στρατηγὸν οὐκ ἐπὶ τιμωρίᾳ [t] ἀγαγεῖν αὐτὸν, ἐνεῖναι γὰρ ταύτην,

2. Cum autem ad eum venirent, illi virum hortabantur & suadebant, ipsumque salvum fore fidem ei dederunt: non tamen persuadebant. Nam ex iis quæ ipsum passurum esse verisimile erat, qui tanta commiserat, non *autem* ex innata rogantium mansuetudine, suspiciones colligebat; &, ne ad pœnam forsan evocaretur, veritus est: donec Vespasianus tertium quoque tribunum mittit, Nicanorem, Josepho notum, eique olim familiarem. Atque is, cum ad eum se contulisset, narravit ei quam mite esset Romanorum ingenium in eos quos semel debellassent; quodque ipse propter fortitudinem magis admirationi esset quam odio ducibus; operamque dare imperatorem, non ut ad supplicium duce-

Postea & alterum, Josepho notum, Nicanorem.

x Καταδύσεις,] καταδύσεις, οἱ λάθριοι τόποι καὶ βαρεῖς Hesych. SPANH.
y Ἐπεξῄεσαν,] διεξῄεσαν Rost.
z Κατά τε] κατά δὲ Rost.
a Ἅλωσιν,] ἅλωσιν μυρίον Rost.
b Πρότερον μάχας,] Προτέρας Voss. & Bod.
c Τετρακισμύριοι.] τετρακισχίλιοι Rost.
d Ἑαυτὸν] Ita Big. & Gall. αὐτῶν Bod. αὐτὸν in Editis Aliisque.
e Ἐκκλέπτει] ἐκκλείπει Rost.
f Ἐπιτηδείων] Δὲ τῶν ἐπιτ. Voss.
g Ὑπεστέλλετο] Ὑπέστελλεν ἑαυτὸν Big.
h Πανταχόθεν] Πάντοθεν Big. & Rost.
i Πάντων δι' αὐτὸν,] Ita Big & Ruf. pro πάντων in cæteris τῶν πύργων.
k Ὡς λαθεῖν οὐκ ἦν,] Ὡς δὲ λαθεῖν Voss. & Bod.
l Ἡμέρας διαλανθάνει.] Ἡμέραις Big.
m Τῶν ἅμα αὐτοῖς μηνύεται.] Illud τῶν è Codd. Big. & Voss. atque ita legisse videtur Rufinus, quem in versione secutus sum.
n Πέμπει] Abest a Rost.
o Γαλλικανὸν,] Γαλλικανὸν Bod. Rost. & Gall.
p Προτρεψομένους ἀνελθεῖν.] Προτρεψαμένους Big. προτρεχόμενοι Rost.
q Τὸν τοσαῦτα δράσαντα] Illud τὸν non agnoscit Big.
r Προκαλουμένους,] Προσκαλουμένους Bod.
s Ἔτι πέμπει] Ἐπιπέμπει Big.
t Ἀγαγεῖν αὐτὸν,] Ita Big. & Ruf. ἀναγαγεῖν In Editis Aliisque.
* Sc. Kalendis Juliis.
† *Vel*, eo enim capto haud multum belli superesset.
‡ Cui amplum specus adjunctum erat à latere, *Ruf.*

duceretur, quod etiam sine deditione ei liceret exigere, sed potius quod virum strenuum conservare vellet. Addebat etiam, quod nec Vespasianus quasi ad insidias struendas amicum mittebat, ut rem optimam pessimæ, perfidiæ *scilicet* amicitiam, prætexeret; neque ipse ad amicum decipiendum assensus est ut veniret.

Josepho hæsitanti in memoriam veniunt somnia divinitus immissa.

3. Cum autem ad ea, quæ dixerat Nicanor, hæsitare etiam cœperat Josephus, milites quidem irati properabant ad ignem speluncæ injiciendum: verum eos cohibebat dux, id modis omnibus agens ut Josephum vivum caperet. At cum vehementer instaret Nicanor, & hostilis multitudinis minas intelligeret Josephus, animum illius subit somniorum memoria quæ nocte somniaverat; quibus ei Deus & futuras Judæorum calamitates præsignificabat, quæque regibus Romanorum essent eventura. Quin & in somniis interpretandis de iis bene conjiciebat quæ Deus ambigue innuerat: porroque sacrorum librorum vaticinia non ignorabat, utpote & ipse sacerdos, ortusque parentibus qui sacerdotes fuerant.

Ejus ad Deum preces occultæ.

Is tunc illa hora, quasi divino afflatu, horrendas recentium somniorum imagines mente complexus, preces clam Deo offert, hujusmodi verbis: „ Quandoquidem etiam Judæorum gentem deprimere tibi visum sit qui eam creasti, fortuna vero omnis ad Romanos migrarit, meamque elegeris animam ad futura prædicenda, non invitus quidem manus do Romanis, & vivere non recuso; testor autem, quod non proditor, sed tuus minister ad eos transeo.

Quibus peractis Nicanori consentit.

4. Cum ista dixisset, Nicanori consentiebat.

Jotapatenorum in Josephum impetus, & eorundem ad eum allocutio.

Et Judæi, qui una eo confugerant, ubi intellexerunt Josephum hortantibus cedere, universi eum circumstantes clamabant, „ est sane cur plurimum ingemiscerent leges patriæ, ab ipso sancitæ Deo, qui Judæis indidit animas mortis contemptrices. Præ vitæ amore, ô Josephe, sustines lucem aspicere, servus *factus*? quam cito tui oblitus es? quam multos pro libertate mori persuasisti? Profecto haud veram præ te ferebas fortitudinem, falsamque *tibi arrogabas* etiam prudentiam, si quidem salutem apud eos speras, cum quibus *fortiter* adeo dimicasti, aut, si res certa sit *salus;* ab illis servari cupias. Sed quamvis te Romanorum fortuna tui oblivione perfuderit; nos tamen oportet patriæ *nostræ* gloriæ consulere. Et dextram tibi & gladium commodabimus. Tu vero, si quidem sponte moriare, dux Judæorum; sin vero invitus, proditor morieris". Simul ac ista dicerent, gladios ei intentarunt, ipsosque illum interfecturos minitabantur si Romanis se dederet.

5. Josephus autem, veritus ne in ipsum impe-

[v] καὶ μὴ παρὰ προϊόντος λαβεῖν, ἀλλὰ σῶσαι προαιρούμενον ἄνδρα γενναῖον. προσετίθει δὲ, ὡς οὔτ' ἂν Οὐεσπασιανὸς ἐνεδρεύων φίλον ἔπεμπεν, ἵνα τῷ κακίστῳ πράγματι [x] προστήσηται τὸ κάλλιστον, [y] ἀπιστίας φιλίαν, οὔτ' ἂν αὐτὸς [z] ἀπατήσων ἄνδρα φίλον, ὑπήκουσεν ἐλθεῖν.

γ΄. [a] Ἐνδοιάζοντος [b] δὲ τοῦ Ἰωσήπου καὶ πρὸς τὸν Νικάνορα, τὸ μὲν στρατιωτικὸν ὑπ' ὀργῆς ἐκκαίειν τὸ σπήλαιον ὥρμητο· κατεῖχε δὲ αὐτοὺς ὁ πολέμαρχος, ζωγρῆσαι τὸν ἄνδρα φιλοτιμούμενος. ὡς δὲ ὅ, τε Νικάνωρ προσέκειτο [c] λιπαρῶς, καὶ τὰς ἀπειλὰς [d] τοῦ πολεμίου πλήθους ὁ Ἰώσηπος ἔμαθεν, ἀνάμνησις [e] αὐτῷ τῶν διὰ νυκτὸς ὀνείρων εἰσέρχεται, δι' ὧν ὁ Θεὸς [f] τάς τε μελλούσας συμφορὰς [g] αὐτῷ προεσήμαινεν [h] Ἰουδαίων, καὶ τὰ περὶ τοὺς Ῥωμαίων βασιλεῖς ἐσόμενα. [i] ἦν δὲ καὶ περὶ κρίσεις ὀνείρων ἱκανὸς [k] συμβάλλειν τὰ ἀμφιβόλως ὑπὸ τοῦ θείου λεγόμενα. τῶν γεμὴν ἱερῶν βίβλων οὐκ ἠγνόει τὰς προφητείας, ὡς ἂν αὐτός τε ὢν ἱερεὺς καὶ ἱερέων. [l] ἔκγονος. ὅς, ἐπὶ τῆς τότε ὥρας ἔνθους γενόμενος, καὶ τὰ φρικώδη τῶν προσφάτων ὀνείρων σπάσας φαντάσματα, προσφέρει τῷ Θεῷ λεληθυῖαν εὐχήν. „ καὶ ἐπειδὴ „ τὸ Ἰουδαῖον, ἔφη, φῦλον [m] ὀκλάσαι δοκεῖ σοι τῷ „ κτίσαντι, μετέβη δὲ πρὸς Ῥωμαίους ἡ τύχη πᾶσα, „ καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐπελέξω τὰ μέλλοντα εἰπεῖν, „ δίδωμι μὲν Ῥωμαίοις τὰς χεῖρας ἑκὼν [n] καὶ ζῶ, „ μαρτύρομαι δὲ ὡς οὐ προδότης ἀλλὰ σὸς [o] ἄπειμι „ διάκονος.

δ΄. Ταῦτα εἰπὼν, [p] ἐνεδίδου τῷ Νικάνορι, καὶ τῶν Ἰουδαίων οἱ συγκαταφυγόντες, ὡς τὸν Ἰώσηπον συνίεσαν εἴκοντα τοῖς παρακαλοῦσιν, ἀθρόοι περιστάντες, ἦ „ μεγάλα γε ἂν [q] στενάξειαν, ἐβόων, οἱ πάτριοι „ νόμοι, [r] οὓς κατεψήφισε Θεὸς, [s] ὁ Ἰουδαίοις κτίσας „ ψυχὰς [t] θανάτου καταφρονούσας. Φιλοζωεῖς, Ἰώση- „ πε, καὶ φῶς ὑπομένεις ὁρᾷν [v] δοῦλος; ὡς ταχέως „ ἐπελάθου σαυτοῦ; [x] πόσους ὑπὲρ ἐλευθερίας ἀποθνήσ- „ κειν ἔπεισας; ψευδῆ μὲν ἄρα δόξαν ἀνδρείας, „ ψευδῆ δὲ καὶ συνέσεως εἶχες, εἴγε σωτηρίαν [y] μὲν „ ἐλπίζεις παρ' οἷς οὕτως ἐπολέμησας, σώζεσθαι δὲ „ ὑπ' ἐκείνων, κἂν ᾖ βέβαιον, θέλεις. ἀλλ' εἰ καὶ „ σοὶ λήθην τινὰ [z] σαυτοῦ κατέχεεν ἡ Ῥωμαίων τύχη, „ προνοητέον ἡμῖν τοῦ [a] πατρῴου κλέους. χρήσομέν σοι δε- „ ξιὰν καὶ ξίφος. [b] σὺ δὲ ἂν μὲν ἑκὼν [c] θνήσκεις, „ Ἰουδαίων στρατηγὸς, [d] ἐὰν δὲ ἄκων, προδότης, „ [e] τεθνήξῃ." ταῦθ' ἅμα λέγοντες [f] ἐπανετείναντο τὰ ξίφη, καὶ διηπείλουν ἀναιρήσειν αὐτὸν, εἰ τοῖς Ῥωμαίοις ἐνδιδῴη.

έ. Δείσας δὲ τὴν ἔφοδον ὁ Ἰώσηπος, καὶ προδοσίαν εἶναι

v Καὶ μὴ παρὰ προϊόντος] Καὶ μὴ παρὰ προσιόντος Big. καὶ μὴ προϊόντος Bod. ἢ μὴ παρὰ &c. Rost.
x Προστήσηται τὸ κάλλιστον,] Ita Big. προστῆσαι Voss. προστήσαιτο Bod. προστήσεται in Editis Aliisque.
y Ἀπιστίας φιλίαν,] Ἀπιστίαν φιλίας Vat. & Voss.
z Ἀπατήσων ἄνδρα φίλον,] Ἀπατήσων ἂν ἰδίᾳ φίλον Vat.
a Ἐνδοιάζοντος] Conf. Antt. lib. 19. c. 1. §. 15. SPANH.
b Δὲ τοῦ Ἰωσήπου] Illud δὲ non agnoscit Big.
c Λιπαρῶς,] Ita Voss & Vat. λιπαρῶν in aliis.
d Τοῦ πολεμίου] Ita Big. & Ruf. τοῦ πολέμου πληθύσας in Editis Aliisque.
e Αὐτῷ τῶν διὰ νυκτὸς] Αὐτὸν Big. quod usitatius.
f Τάς τε μελλούσας συμφορὰς] Ita Big. & Ruf. τὰς μελλούσας in Editis Aliisque.
g Αὐτῷ προεσήμαινεν] Αὐτῷ non agnoscit Voss.
h Ἰουδαίων,] Τῶν Ἰουδαίων Bod.
i Ἦν δὲ καὶ—ὀνείρων ἱκανὸς] Conf. infr. §. 5. SPANH. Ἦν δὲ καὶ Bot. Vat. & Voss.
k Συμβάλλειν—θείου λεγόμενα] Συμβαλεῖν Big. & Bod.
l Ἔκγονος.] Ἔγγονος, ὢν Big. ἔκγονος ἐπὶ τῆς Vat.
m Ὀκλάσαι δοκεῖ] Κλάσαι L. B. Κολάσαι Big. non ita tamen Ruf. qui vertit, *& quia Judæorum labefactari tibi rem creator placuit.*
n Καὶ ζῶ,] Καὶ ζῶν Big.
o Ἄπειμι διάκονος.] Εἶμι Big.
p Ἐνεδίδου τῷ Νικάνορι,] Ἐνεδίδου Vat.
q Στενάξειαν,] Ita in MS. στενάξειεν in Editis.
r Οὓς κατεψήφισε Θεὸς,] Ita cum Cod. Big. καὶ κατηφῆσαι θεὸς in Editis Aliisque. In Rufini versione. *ubi sunt quæ Judæis annuit, quibus mortem contemnentes animas indidit?*
s Ὁ] Abest a L. B.
t Θανάτου καταφρονούσας.] Θάνατον Bod.
v Δοῦλος,] Ita cum Cod. Big. contra quam Ruf. qui certe δοῦλον, legebat, prout in Editis Aliisque exstat.
x Πόσους] Gen. τόπους.
y Μὲν ἐλπίζεις] Μὲν ἔχειν ἐλπίζεις Big.
z Σαυτοῦ] Abest in Rost.
a Πατρῴου κλέους.] Πατρίου κλέους Big. & Ruf. πατρῴου νόμου in Editis Aliisque.
b Σὺ δὲ ἂν μὲν] οὐδὲ ἂν μὲν Rost.
c Θνήσκεις,] Θνήσκῃ Big. & mox ἂν δὲ ἄκων.
d Ἐὰν δὲ ἄκων,] ἂν δὲ L. B.
e Τεθνήξῃ.] γε θνήσκεις L. B.
f Ἐπανετείναντο τὰ ξίφη,] Ἐπέτεινον τὰ ξίφη Big.

g Φιλο

εἶναι ἡγεμὼν τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων, εἰ προαποθάνοι τῆς διαγγελίας, ἤρχετο πρὸς αὐτοὺς [g] φιλοσοφεῖν ἐπὶ τῆς ἀνάγκης. „Τί γὰρ τοσοῦτον, ἔφη, σφῶν [h] αὐτῶν ἑταῖροι φονῶμεν; ἢ τί τὰ φίλτατα διαστασιάζομεν, σῶμα καὶ ψυχήν; ἠλλάχθαι τὶς ἐμὲ [i] φήσει; ἀλλ' οἴδασι Ῥωμαῖοι τοῦτό γε. [k] καλὸν ἐν πολέμῳ θνήσκειν, ἀλλὰ πολέμου νόμῳ, τουτέστιν ὑπὸ τῶν κρατούντων. εἰ μὲν οὖν τὸν Ῥωμαίων ἀποστρέφομαι σίδηρον, ἄξιός εἰμι ἀληθῶς τοὐμοῦ ξίφους καὶ χειρὸς τῆς ἐμῆς. εἰ δ' ἐκείνους εἰσέρχεται φειδὼ [l] πολεμίου, πόσῳ δικαιότερον ἂν ἡμᾶς ἡμῶν αὐτῶν εἰσέλθοι. καὶ γὰρ ἠλίθιον ταῦτα δρᾷν σφᾶς αὐτοὺς, περὶ ὧν πρὸς ἐκείνους διϊστάμεθα. καλὸν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀποθνήσκειν, φημὶ κἀγὼ, μαχομένους μέντοι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀφαιρουμένων αὐτήν. νῦν δὲ οὔτε εἰς μάχην [m] ἀντιάζουσιν ἡμῖν, οὔτε ἀναιροῦσιν ἡμᾶς. δειλὸς δὲ ὁμοίως, ὅτε μὴ βουλόμενος θνήσκειν [n] ὅτ' ἂν δέῃ, καὶ [o] ὁ βουλόμενος ὅτ' ἂν μὴ δέῃ. τί δὲ καὶ δεδοικότες πρὸς Ῥωμαίους οὐκ ἄνιμεν; ἆρα οὐχὶ θάνατον; εἶτα [p] ὃν δεδοίκαμεν ἐκ τῶν ἐχθρῶν ὑποπτευόμενον, ἑαυτοῖς [q] βέβαιον [r] ἐπιτιμήσομεν; ἀλλὰ δουλείαν ἐρεῖ τίς. πάνυ γοῦν νῦν ἐσμὲν ἐλεύθεροι. γενναῖον [s] δὲ ἀνελεῖν ἑαυτὸν φήσει τις. οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ ἀγεννέστατον, ὡς ἔγωγε καὶ κυβερνήτην ἡγοῦμαι δειλότατον, ὅς τις, χειμῶνα δεδοικὼς, πρὸ τῆς θυέλλης ἐβάπτισεν ἑκὼν τὸ σκάφος. ἀλλὰ μὴν ἡ αὐτοχειρία καὶ τῆς κοινῆς ἁπάντων ζώων φύσεως ἀλλότριον, καὶ πρὸς τὸν κτίσαντα Θεὸν ἡμᾶς ἐστιν ἀσέβεια. τῶν μέν γε ζώων οὐθέν ἐστιν, ὃ θνήσκει μετὰ [t] προνοίας, ἢ δι' αὑτοῦ. φύσεως γὰρ νόμος ἰσχυρὸς ἐν ἅπασι, τὸ ζῆν ἐθέλειν· διὰ τοῦτο καὶ τοὺς φανερῶς ἀφαιρουμένους ἡμᾶς τούτου, πολεμίους ἡγούμεθα, [v] καὶ τοὺς ἐξ ἐνέδρας τιμωρούμεθα. τὸν δὲ Θεὸν οὐκ οἴεσθε ἀγανακτεῖν, ὅτ' ἂν ἄνθρωπος αὐτοῦ τὸ δῶρον [x] ὑβρίζῃ; καὶ γὰρ εἰλήφαμεν παρ' ἐκείνου τὸ εἶναι, καὶ τὸ μηκέτι εἶναι πάλιν ἐκείνῳ [y] δίδομεν. τὰ μέν γε σώματα θνητὰ πᾶσι, καὶ ἐξ φθαρτῆς ὕλης [z] δημιουργεῖται. ψυχὴ δὲ ἀθάνατος ἀεὶ, καὶ Θεοῦ μοῖρα τοῖς σώμασιν ἐνοικίζεται. εἶτα [a] ἂν μὲν ἀφανίσῃ τὶς [b] ἀνθρώπου παρακαταθήκην, ἢ διαθῆται κακῶς, πονηρὸς εἶναι δοκεῖ καὶ ἄπιστος. εἰ δὲ τὶς τοῦ σφετέρου σώματος [c] ἐκβάλῃ τὴν [d] παρακαταθήκην τοῦ Θεοῦ, λεληθέναι δοκεῖ τὸν ἀδικούμενον; καὶ κολάζειν μὲν τοὺς ἀποδράντας οἰκέτας δίκαιον νενόμισται, κἂν πονηροὺς καταλίπωσι δεσπότας. αὐτοὶ δὲ κάλλιστον δεσπότην ἀποδιδράσκοντες τὸν Θεὸν, οὐ δοκοῦμεν ἀσεβεῖν; ἆρα οὐκ ἴστε, ὅτι τῶν μὲν ἐξιόντων τοῦ βίου κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον, καὶ τὸ ληφθὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ χρέος ἐκτινόντων, ὅταν ὁ δοὺς κομίσασθαι θέλῃ, κλέος μὲν αἰώνιον, οἶκοι δὲ καὶ γενεαὶ βέβαιοι, καθαραὶ δὲ [e] καὶ ἐπήκοοι μένουσιν αἱ ψυχαὶ, χῶρον οὐρανοῦ

tum facerent, seque Dei mandatorum proditorem fore existimans, si mortem obiret priusquam omnia illis denunciaret, ei necesse erat ut inciperet apud illos *ad hunc modum* philosophari. „Quorsum enim, ô socii, propriæ cædis adeo avidi sumus? aut cur res *omnium* amicissimas, corpus & animam, inter se dissidere facimus? Me *forsan* mutatum esse quispiam dicet. verum & hoc etiam probe norunt Romani. Pulchrum in bello mori, sed lege belli, id est, victorum manu. Et quidem si Romanorum ferrum deprecor, profecto dignus sum qui meo gladio meaque manu caderem. Sin illorum animos subeat hostibus parcere, quanto justius nobis in mentem veniret nobismet ipsis parcere? Etenim dementiæ est ea in nosmet admittere, quorum *vitandorum* gratia ab illis dissentimus. Honestum esse pro libertate mori, & ipse fateor; pugnando tamen, & illorum manibus qui eam ereptum eunt. nunc autem neque contra nos veniunt in aciem, neque nos interficiunt. Itidemque timidus est *habendus*, & qui mori recusat quando oportet, & qui *id ipsum* vult cum minime oportet. Immo vero, cujus rei metu prohibemur ab ascensu ad Romanos? Annon mortis? Nunc demum quam ex suspicione ab hostibus metuimus, eam certam ipsi nobismet irrogabimus? Verum ad servitutem evitandam dicet aliquis. quasi nunc quidem ipsi valde liberi essemus. Atenim magni animi est, dicet aliquis, mortem sibi consciscere. Minime vero, sed pusilli & ignavissimi, ut & ego illum gubernatorem timidissimum puto, qui metu tempestatis ante procellam sponte demerserit navigium. Quid? quod sui ipsius occisio tum à communi omnium animantium natura aliena est, tum summa impietas in Deum qui nos creavit. Nullum quippe animal est, quod ex industria vel sponte sua moritur. naturæ enim lex qua docemur velle vivere, in omnibus plurimum valet: idcirco & qui nobis vitam palam ademptum eunt, pro hostibus habemus; & qui nobis insidiantur pœna persequimur. Nonne Deum id indigne ferre arbitramini, cum homo quod ab eo donatur plane despiciat? nam & ab illo accepimus ut essemus; rursumque ut esse desinamus, fas est illi concedamus. Corpora quidem cunctis mortalia sunt, & ex caduca materia facta & formata: anima vero in omne ævum duratura est, & corporibus inest auræ divinæ particula. accedit quod, si quis hominis depositum profuderit aut male tractaverit, improbus esse videtur & perfidiosus: sin vero Dei depositum è corpore ejecerit, num eum se latuisse putabit, quem injuria affecit? Immo servis quidem fugitivis pœnam infligere justum creditur, etiamsi nequam dominos reliquerint: ipsi vero Deum fugientes, dominum optimum, nonne impie facere videmur? An nescitis morientium juxta naturæ legem, & qui Deo debitum exsolvunt repetenti quod dederat, laudem esse æternam, * domum, sobolemque firmam, puras autem & dicto audientes animas manere, „lo-

Josephi oratio ad eos qui minas ipsi intentarunt.

g Φιλοσοφεῖν ἐπὶ τῆς ἀνάγκης.] Conf. supr. §. 3. SPANH.
h Αὐτῶν ἑταῖροι φονῶμεν;] Abest a *Rost.*
i Φήσει;] Ita *Ruf.* φησὶν in *cæteris.*
k Καλὸν ἐν πολέμῳ θνήσκειν.] In *Cod. Big.* καὶ καλόν.
l Πολεμίου,] Ita *Voss.* (in quo seu *L. B.* φειδὼς πολεμίου) & *Ruf.* πολεμίου πολὺ δικ. πολέμου in *Editis Aliisque.*
m Ἀντιάζουσιν ἡμῖν,] Ita *MSS.* ἀντιβιάζουσιν in *Editis.*
n Ὅτ' ἂν δέῃ.] ἢ ὅταν μὴ *Rost.*
o Ὁ βουλόμενος ὅτ' ἂν μὴ δέῃ.] Absunt a *Rost.*
p Ὃν δεδοίκαμεν] Ita *Big* & *Ruf.* οἷον in *Editis Aliisque.*
q Βέβαιον] Iterum cum *Big.* & *Ruf.* βίαιον in *cæteris.*
r Ἐπιτιμήσομεν;] ὑποτιμήσομεν *L. B.*
s Δὲ ἀνελεῖν ἑαυτὸν] Ita *Bod.* & *Ruf.* γὰρ in *reliquis.*
t Προνοίας, ἢ δι' αὑτοῦ.] Προθυμίας *Big.*

v Καὶ τοὺς ἐξ ἐνέδρας τιμωρούμεθα.] Sic in *MSS.* καὶ τὴν ἐξ ἐνέδρας τιμωροῦμεν in *Editis.*
x Ὑβρίζῃ;] Ὑβρίζει *Big.*
y Δίδομεν.] Διδοαμεν *Big.*
z Δημιουργεῖται.] Δεδημιούργηται *Big.*
a Ἂν μὲν ἀφανίσῃ] Ἐὰν *Big.*
b Ἀνθρώπου] Abest a *Rost.*
c Ἐκβάλῃ τὴν] Ita *Voss.* ἐκβάλλει in *cæteris.*
d Παρακαταθήκην] Hac de voce videtis *L. Capellum* in *Spicilegio* ad 2 *Tim.* 1. 12.
e Καὶ ἐπήκοοι] Illud καὶ addidi è *Codd. Big. Voss.* & *Vat.* HUDS. ἐπήκοος κυρίως ὁ τῶν εὐχῶν εὐμενῶς ἀκούων. *Moschopulus* in scholiis ad Hesiod. pag. 15. Col. 2. HAV.
* *Sc.* in cœlo.

f Αὐτο-

„ locum in cœlo habituras sanctissimum, unde rursum per sæculorum lapsus ad corpora munda inhabitanda mittentur. quorum vero manus in seipsos insanierunt, horum quidem animas orcus tenebricosior suscipiet: paterque illorum Deus culpam eorum, qui in alterutram partem injuriosi fuerint, in liberos persequetur. Hinc Deo invisum est *hoc scelus*, & à sapientissimo legislatore pœna ei statuitur. quippe apud nos quidem sancitum est, ut qui seipsos occiderint ad solis occasum insepulti abjiciantur, quanquam & hostes sepelire fas arbitremur: apud alios vero ejusmodi mortuis etiam dextras, quibus contra se usi sunt, amputari jusserunt *leges*; quemadmodum corpus ab anima, ita & manum à corpore disjungi debere existimantes. Pulchrum igitur, ô socii, justa sentire, neque humanis casibus & calamitatibus addere impietatem in *Deum* creatorem nostrum. Si salvi esse volumus, *jam* nosmet servemus (nam & nobis haud dedecori est salutem illis acceptam referre, quibus virtutem tot *præclaris* facinoribus demonstratam dedimus) sin mori placeat, ab his occidi pulchrum est, à quibus *victi* sumus & capti. * Ego vero hostium ordini non me adscribi patiar, ut ipse mei proditor fiam. nam ita multo stolidior essem, quam qui ad hostes ultro profugiunt: siquidem illi hoc faciunt suæ salutis ergo, ipse vero interitûs, idque mei. Romanorum tamen insidias quam maxime expeto: nam si post fidem datam me interfecerint, lætus admodum moriar, mendacii perfidiam *ab illis* reportans, solatium victoriâ majus.

Josephus in magno vitæ periculo.

6. Et Josephus quidem hujusmodi multa dicebat, ut *socios* à cæde propria dehortaretur. Illi vero, aures ex desperatione obstructas habentes, ut qui jamdudum semet morti devoverant, in eum exasperantur; & alii aliunde cum gladiis accurrentes, & ignaviam ei exprobrabant, & quisque palam in eo erat ut eum è vestigio interficerent. Ille autem, cum alium nominatim vocaret, alium severo ducis aspectu intueretur, alium dextra prehenderet, alium precibus exoraret, variaque animi affectione (ut in *tali* necessitate) distractus, ferrum omnium à cæde *sua* divertebat, non secus ac feræ circumclusæ, ad eum semper qui se ei admoveret, ora vultusque convertens. Illorum autem, qui ducem in extrema miseria & ærumna adhuc revererentur, debilitabantur dextræ, gladiique de manibus elabebantur, multique cum ensibus ipsum peterent injussi eos dimittebant.

Callidum ejus consilium de sortibus adhibendis.

7. Illi autem in angustiis non deerat solertia ad excogitandum: sed Dei curæ se committens salutis discrimen adit. „ Et quoniam mori decretum est, inquit, agite, cædes mutuas in sortem conjiciamus, &, *cui* sors obtigerit, manu illum excipientis occumbat, † atque ita fortuna faciet ut omnes mortem obeant, neque sua quisquam dextra se jugulet. injustum est enim, cæteris interemptis, quenquam, si pœnituerit, salvum esse ". Cum ista dixisset, dignus visus est cui fides habe-

„ λαχοῦσαι τὸν ἁγιώτατον, ἔνθεν ἐκ περιτροπῆς αἰώνων ἁγνοῖς πάλιν [f] ἀντενοικίζονται σώμασιν. ὅσοις δὲ καθ᾽ ἑαυτῶν ἐμάνησαν αἱ χεῖρες, τούτων μὲν ᾅδης δέχεται τὰς ψυχὰς σκοτιώτερος, ὁ δὲ τούτων πατὴρ Θεὸς εἰς ἐκγόνους τιμωρεῖται [g] τοὺς θάτερον ὑβριστάς. διὰ τοῦτο μεμίσηται παρὰ τῷ Θεῷ τοῦτο, καὶ παρὰ τῷ σοφωτάτῳ κολάζεται νομεθέτῃ. τοὺς γοῦν ἀνελόντας ἑαυτοὺς, παρὰ μὲν ἡμῖν, μέχρις ἡλίου δύσεως ἀτάφους [h] ἐκρίπτειν ἔκριναν, καίτοι καὶ πολεμίους θάπτειν θεμιτὸν ἡγούμενοι· παρ᾽ ἑτέροις δὲ, καὶ τὰς δεξιὰς [i] τοιούτων τῶν νεκρῶν ἀποκόπτειν ἐκέλευσαν, αἷς ἐστρατεύσαντο καθ᾽ ἑαυτῶν, ἡγούμενοι, καθάπερ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἀλλότριον, οὕτω καὶ τὴν χεῖρα τοῦ σώματος. καλὸν οὖν, ἑταῖροι, δίκαια φρονεῖν, καὶ μὴ ταῖς ἀνθρωπίναις συμφοραῖς [k] προσθεῖναι τὴν εἰς τὸν κτίσαντα ἡμᾶς δυσσέβειαν. εἰ σώζεσθαι δοκεῖ, [l] σωζώμεθα. καὶ γὰρ οὐκ ἄδοξος ἡ σωτηρία, παρ᾽ οἷς διὰ τοσούτων ἔργων ἐπεδειξάμεθα τὰς ἀρετάς. εἰ τεθνάναι, καλὸν ὑπὸ τῶν ἑλόντων. οὐ μεταβήσομαι δ᾽ ἐγὼ εἰς τὴν τῶν πολεμίων τάξιν, ἵνα ἐμαυτοῦ προδότης γένομαι. καὶ γὰρ ἂν εἴην πολὺ τῶν αὐτομολούντων [m] πρὸς τοὺς πολεμίους ἠλιθιώτερος· εἴγε ἐκεῖνοι μὲν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦτο πράττουσιν, ἐγὼ δ᾽ ἐπ᾽ ἀπωλείᾳ, καὶ γε τῇ ἐμαυτοῦ. τὴν μέντοι Ῥωμαίων ἐνέδραν [n] ἐπεύχομαι· μετὰ γὰρ δεξιὰν ἀναιρούμενος ὑπ᾽ αὐτῶν, [o] εὐθύμως τεθνήξομαι, τὴν τῶν ψευσαμένων ἀπιστίαν νίκης μεῖζον ἀποφέρων παραμύθιον.

ϛ΄. Ὁ μὲν Ἰώσηπος πολλὰ τοιαῦτα πρὸς ἀποτροπὴν τῆς αὐτοχειρίας ἔλεγεν. οἱ δὲ, πεφραγμένας ἀπογνώσει τὰς ἀκοὰς ἔχοντες, ὡς ἂν πάλαι καθοσιώσαντες ἑαυτοὺς τῷ θανάτῳ, [p] παροξύνονται πρὸς αὐτόν· καὶ [q] προστρέχων ἄλλος ἄλλοθεν ξιφήρης, ἐκάκιζόν τε εἰς ἀνανδρίαν, καὶ ὡς ἕκαστος αὐτίκα [r] καταπλήξων, δῆλος ἦν. ὁ δὲ τὸν μὲν ὀνομαστὶ καλῶν, τῷ δὲ στρατηγικώτερον ἐμβλέπων, οὗ δὲ δρασσόμενος [s] τὴν δεξιὰν, ὃν δὲ δεήσει δυσωπῶν, καὶ ποικίλοις διαιρούμενος πάθεσιν, ἐπὶ τῆς ἀνάγκης εἶργεν ἀπὸ τῆς σφαγῆς πάντων τὸν σίδηρον, ὥσπερ τὰ [t] κατακυκλωθέντα τῶν θηρίων, ἀεὶ πρὸς τὸν καθαπτόμενον [v] ἀντιστρεφόμενος. τῶν δὲ καὶ παρὰ τὰς ἐσχάτας συμφορὰς ἔτι τὸν στρατηγὸν αἰδουμένων, παρελύοντο μὲν αἱ δεξιαὶ, [x] περιωλίσθαινε δὲ τὰ ξίφη, καὶ πολλοὶ τὰς ῥομφαίας ἐπιφέροντες αὐτομάτως [y] παρείθησαν.

ζ΄. Ὁ δὲ ἐν ταῖς ἀμηχανίαις, οὐκ ἠπόρησεν ἐπινοίας, ἀλλὰ πιστεύων τῷ κηδεμόνι Θεῷ τὴν σωτηρίαν παραβάλλεται. „ καὶ ἐπειδὴ δέδοκται τὸ θνήσκειν, ἔφη, φέρε κλήρῳ τὰς ἀλλήλων σφαγὰς ἐπιτρέψωμεν, ὁ λαχὼν δὲ ὑπὸ τοῦ μετ᾽ αὐτὸν πιπτέτω, καὶ διοδεύσει πάντων οὕτως ἡ τύχη, μηδὲ ἐπὶ τῆς ἰδίας κείσθω δεξιᾶς ἕκαστος. ἄδικον γὰρ οἰχομένων τῶν ἄλλων τινὰ μετανοήσαντα σωθῆναι ". πιστὸς ἔδοξε ταῦτα εἰπὼν, καὶ συνεκληροῦτο

ροῦτο

f Ἀντενοικίζονται σώμασιν.] In hoc verbo & sequentibus *præsens* pro *futuro*.

g Τοὺς θάτερον ὑβριστάς.] Josephum scripsisse puto τοὺς πατέρων ὑβριστάς. i. e. *patres illos, qui injuriosi in se fuerint, persequetur etiam in liberis Deus.* HAV.

h Ἐκρίπτειν ἔκριναν,] Sic *Big.* & *Ruf.* κρύπτειν in *Editis Aliisque.*

i Τοιούτων τῶν νεκρῶν] Iterum cum *Big. L. B.* & *Ruf.* τούτων in *cæteris.*

k Προσθεῖναι] Ita *Big. Bod.* & *Voss.* προσθῆναι in *reliquis.*

l Σωζώμεθα.] Σόμεθα *Big.* & *Bod.*

m Πρὸς τοὺς πολεμίους] Illa πρὸς τοὺς πολεμίους desunt *Bod.* & *Rost.*

n Ἐπεύχομαι.] Εὔχομαι *Big.* in ora *Codicis* ἀποδέχομαι, ἀγαπῶ.

o Εὐθύμως τεθνήξομαι,] Εὔθυμοι *Big.*

p Παροξύνονται πρὸς αὐτόν] Παρωξύνοντο *Big.* & *Lugd. Bat.*

q Προστρέχων ἄλλος] Προτρέχων *Big.*

r Καταπλήξων,] Πλήξων *Big. L. B. Rost.* & *Bod.*

s Τὴν δεξιὰν,] Τῆς δεξιᾶς *Big. Rost.* & *Voss.*

t Κατακυκλωθέντα τῶν θηρίων,] Κυκλωθέντα *Big.*

v Ἀντιστρεφόμενος.] Ἐπιστρεφόμενος *Bod.* & *Rost.*

x Περιωλίσθαινε δὲ τὰ ξίφη,] Περιαλίσθανε *Big.* & *Vat.*

y Παρείθησαν.] Παρῆσαν *Big.*

* Non migrabo ego in hostium locum, *Ruf.* non transibo in numerum hostium ut ipse meus percussor sim, *Pseudo-Hegesipp.*

† Hac de re agitur in Appendice ad Cl. *Wingati Arithmeticam. Edit. Lond.*

z Mτ

ρεῖτο πείσας· ἑτοίμην δὲ ὁ λαχὼν τῷ [z] μετ' αὐτὸν παρεῖχε τὴν σφαγὴν, ὡς αὐτίκα [a] τεθνηξομένου καὶ τοῦ στρατηγοῦ. ζωῆς γὰρ ἡδίω τὸν μετὰ τοῦ Ἰωσήπου θάνατον ἡγοῦντο. καταλείπεται δὲ οὗτος, εἴτε [b] ὑπὸ τύχης χρὴ λέγειν, εἴτε ὑπὸ Θεοῦ προνοίας, [c] σὺν ἑτέρῳ· καὶ σπουδάζων μήτε ὑπὸ τοῦ κλήρου καταδικασθῆναι, μήτε εἰ τελευταῖος [d] λίποιτο μιᾶναι τὴν δεξιὰν ὁμοφύλῳ φόνῳ, πείθει κἀκεῖνον ἐπὶ πίστει ζῆν.

η'. Ὁ μὲν οὖν [e] οὕτω τόν τε Ῥωμαίων καὶ τὸν οἰκείων διαφυγὼν πόλεμον, ἐπὶ Οὐεσπασιανὸν ἤγετο διὰ τοῦ Νικάνορος. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πάντες ἐπὶ θέαν [f] αὐτοῦ συνέτρεχον, καὶ τοῦ πλήθους συνθλιβομένου [g] περὶ τοῦ στρατηγοῦ θόρυβος ἦν ποικίλος. τῶν μὲν γεγηθότων ἐπὶ τῷ ληφθέντι, τῶν δὲ ἀπειλούντων, τῶν δὲ ἐγγύθεν ἰδεῖν βιαζομένων. καὶ οἱ μὲν πόρρωθεν κολάζειν ἐβόων τὸν πολέμιον. τῶν δὲ πλησίον ἀνάμνησις αὐτοῦ τῶν ἔργων εἰσῄει, καὶ πρὸς τὴν μεταβολὴν θάμβος. τῶν τε ἡγεμόνων οὐδεὶς ἦν, ὃς, εἰ καὶ πρότερον ὠργίζετο, τότε πρὸς τὴν ὄψιν οὐκ ἐνέδωκεν αὐτοῦ. μάλιστα δὲ τὸν Τίτον ἐξ ἀρετῆς τό, τε καρτερικὸν ἐν ταῖς συμφοραῖς ᾕρει τοῦ Ἰωσήπου, καὶ πρὸς τὴν ἡλικίαν ἔλεος. [h] ἀναμιμνησκομένῳ τε τὸν οὐ πάλαι μαχόμενον, καὶ τὸν ἐν χερσὶν ἐχθρῶν [i] ἄρτι κείμενον ὁρῶντι παρῆν τε νοεῖν, [k] ὅσον δύναται τύχη, καὶ ὡς ὀξεῖα μὲν πολέμου ῥοπὴ, τῶν δὲ ἀνθρωπίνων οὐδὲν βέβαιον. παρὸ καὶ τότε συνδιέθηκε μὲν πλείστους ἑαυτῷ, [l] καὶ πρὸς οἶκτον τοῦ Ἰωσήπου. πλείστη δὲ αὐτῷ καὶ παρὰ τῷ πατρὶ μοῖρα σωτηρίας ἐγένετο. ὁ μέν τοι Οὐεσπασιανὸς φρουρεῖν αὐτὸν [m] μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας προσέτασσεν, ὡς [n] ἀναπέμψων αὐτίκα Νέρωνι.

θ'. [o] Τοῦτο ἀκούσας ὁ Ἰώσηπος, μόνῳ τι διαλεχθῆναι θέλειν ἔλεγεν αὐτῷ. μεταστησαμένου δὲ ἐκείνου, πλὴν τοῦ παιδὸς Τίτου καὶ δυεῖν φίλων, τοὺς ἄλλους ἅπαντας, „ σὺ μὲν, εἶπεν, Οὐεσπασιανὲ, „ νομίζεις αἰχμάλωτον [p] αὐτὸν μόνον εἰληφέναι τὸν „ Ἰώσηπον. ἐγὼ δὲ ἄγγελος ἥκω σοι μειζόνων. „ [q] μὴ γὰρ ὑπὸ Θεοῦ προπεμπόμενος ᾔδειν τὸν Ἰουδαίων νόμον, καὶ πῶς στρατηγοῖς ἀποθνήσκειν πρέ„ πει; Νέρωνί με πέμπεις; [r] τί γάρ; οἱ μετὰ „ Νέρωνα μέχρι σοῦ διάδοχοι [s] μένουσι; [t] σὺ „ Καῖσαρ, Οὐεσπασιανὲ, καὶ αὐτοκράτωρ σὺ καὶ παῖς „ ὁ σὸς οὗτος. δέσμει δέ με νῦν ἀσφαλέστερον, καὶ „ τήρει σαυτῷ. [v] δεσπότης μὲν γὰρ οὐ μόνον ἐμοῦ „ σὺ Καῖσαρ, ἀλλὰ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης καὶ παν„ τὸς [x] ἀνθρώπων γένους. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τιμωρίαν „ δέομαι φρουρᾶς μείζονος, εἰ καταχεδιάζω καὶ „ Θεοῦ “. ταῦτα εἰπόντος, παραχρῆμα μὲν

retur; & postquam persuasisset, una cum illis semet sorti commisit. Cui autem sors primo obvenit, is jugulum proximo libenter præbebat, quasi duce etiam mox perituro. nam mortem cum Josepho oppetere vita dulcius esse videbatur. Ille vero cum altero (sive forte fortuna dicendum, sive Dei providentia) relictus est: operamque dans ut neque à sorte condemnaretur, neque si ultimus superesset dextram macularet popularis *sui* cæde, illi etiam fide data persuadet vitam non prodigere.

Josephi socii per sortes pereunt, ipso cum altero superstite.

8. Atque ita quidem ille, cum bellum à Romanis & à suis evasisset, ad Vespasianum per Nicanorem ducebatur. Omnes autem Romani ad illum intuendum confluebant; cumque multitudo circa ducem se premeret, varius ortus est tumultus: his exsultantibus quod captus esset, aliis minitantibus, nonnullisque ut propius eum viderent *alios* urgentibus. Et qui longius quidem aberant, hostem ad supplicium ducendum clamabant: qui vero in propinquo erant facta ejus *egregia* in memoriam revocabant, ejusque ad mutationem attoniti hærebant: & à ducibus nemo erat, cui, licet ante ei irasceretur, ad aspectum ejus ira non defervesceret. maxime autem omnium Titus *sua* ex indole & patientia Josephi in calamitatibus & ætatis ejus misericordia capiebatur: qualisque jampridem fuerat in prœliis reminiscenti, & qualis nunc sit in hostium manibus positus intuenti subiit cogitare, & quanta erat fortunæ vis, quamque velox belli inclinatio, & quanta rerum humanarum instabilitas. unde & tunc multi quidem eandem cum ipso affectionem induebant, & ad Josephi miserationem pertrahebantur: ipseque apud patrem plurimum valebat ad Josephi salutem. Vespasianus tamen præcipiebat ut magna cum cautione custodiretur, ac si statim ad Neronem eum missurus esset.

Josephus ad Vespasianum adducitur.

Titi erga Josephum clementia.

9. Cum istud intellexisset Josephus, significabat se cum eo solo paucis colloqui velle. Summotisque ab illo omnibus aliis præter Titum & duos amicos, infit *Josephus*: „ Tu quidem, Vespasia„ ne, putas Josephum duntaxat ipsum captivum „ cepisse: at ego rerum majorum venio tibi nun„ cius. Nisi enim à Deo ad te missus essem, Ju„ dæorum consuetudinem novissem, & quemad„ modum duces exercituum mori deceret. Ad „ Neronem me mittis? Quid enim? num qui „ Neroni usque ad te successuri sunt *tam diu* „ manebunt? Tu Cæsar eris, Vespasiane, & „ imperator tu & filius iste tuus. Vincito au„ tem me aliquanto arctius & tibimet adserva„ to. nam tu quidem non mei solius dominus „ *eris*, verum etiam terræ marisque & omnis ge„ neris humani. Ego vero in supplicium arctio„ re dignus sum custodia, si quid temere etiam „ in Deum mentitus fuero. “ Cum ista dixisset, Vespa-

Josephus Vespasianum alloquitur.

z Μετ' αὐτὸν] Μεθ' ἑαυτὸν *Big.*
a Τεθνηξομένου] Θνηξομένου *Big.*
b Ὑπὸ τύχης] ἀπὸ τύχης *Rost.*
c Σὺν ἑτέρῳ·] Σὺν ἑταίρῳ *Big.*
d Λίποιτο μιᾶναι] Λείποιτο *Big.* & *Busb.*
e Οὕτω τόν τε Ῥωμαίων] οὕτω τὸν Ῥωμ. *L. B.*
f Αὐτοῦ συνέτρεχον,] Illud αὐτοῦ non agnoscunt aliquot *MSS.* ut & *L. B.* & *Rost.*
g Περὶ τοῦ στρατηγοῦ] Ita *Big.* περὶ τῷ στρατηγῷ in *Editis Aliisque.*
h Ἀναμιμνησκομένῳ τε] Ἀναμιμνησκόμενον & mox ὁρῶντα *Big.* & *Voss.*
i Ἄρτι κείμενον] Ἀντικείμενοι *Vat. Rhed. Lugd. Bat.* & *Big.*
k Ὅσον] ὅσα *L. B.*
l Καὶ πρὸς οἶκτον——καὶ παρὰ] Desunt in *Rost.*
m Μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας] Μετὰ πάσης τῆς ἀσφαλείας προσέταττεν *Big.*
n Ἀναπέμψων] Ἀναπέμπων *Vat.*
o Τοῦτο ἀκούσας] Ita cum *Big.* & *Ruf.* τούτων *L. B.* ταῦτα in *reliquis.*
p Αὐτὸν μόνον] αὐτόμαλον *Gen.* αὐτὸν μόνον *MS. Lips.* & *Rufin.* Spanh. Sic *Vat. Lugd. Bat. Bod. Lips. Busb.* & *Rhed.* αὐτόμαλον *Bas.* αὐτόμολον *Gen.* αὐτὸ μόνον *Big.* & forsan *Ruf.* qui vertit, *tantum hoc putas, Josephum te habere captivum.*
q Μὴ γὰρ ὑπὸ Θεοῦ] Ita *Big.* μὴ γὰρ ὑπὸ Θεοῦ οὐκ ᾔδειν in *Editis Aliisque.* Paulo aliter legisse videtur *Ruf.* qui vertit, *Ego autem majorum ad te nuncius venio, præmissus à Deo: alioquin Judæorum legem sciebam, & quemadmodum duces exercituum mori deceret.* Aliter etiam *Suidas* in voce Ἰώσηπος locum proferens ad hunc modum; ἐγὼ δὲ ἄγγελος ἥκω σοὶ μεγάλων. μὴ γὰρ οὐχ ὑπὸ Θεοῦ προπεμπόμενος εἶδον τὸν Ἰουδαίων μόρον. Νέρωνι μ. π.
r Τί γάρ;] τί δὲ *Gen.* τί γάρ; *MS. Lips.* Spanh. Ita *Big. Busb. Rhed. Vat. Lips. Voss. Bod.* & *Suid.* τί δὲ in *Editis.*
s Μένουσι;] Juxta *Suidam* legendum μένουσι. Sed forsan & hîc loci *præsens* pro *futuro*, quod Atticis familiare est.
t Σὺ Καῖσαρ,—αὐτοκράτωρ] Propter quod vaticinium, è vinculis postea liberatus Josephus infr. lib. 4. c. 10. §. 7. de eodem Josephi Vaticinio Sueton. in Vesp. c. V. Spanh.
v Δεσπότης] Ita *Big.* & *Ruf.* δεσπότης δὲ οὐ μόνον *Bas.* & *Gen.* cum *aliis.* δεσπότης γὰρ οὐ *Bod. L. B.* & *Vat.*
x Ἀνθρώπων] ἀνθρωπίνου *L. B.*

Vespasianus inductus ad fidem habendam Josephi vaticinio.

Vespasianus statim quidem ei fidem non habebat, & Josephum suspicabatur astute hæc sui in salutem comminisci. Paulatim vero ad credendum inductus erat, cum Deus jam ipsum excitaret ad cogitandum de imperio, sceptrumque ad eum deventurum esse diversis signis præmonstraret. Sed & in aliis veracem esse Josephum deprehendebat. Altero namque amicorum, qui secretis intererant, „ se „ mirari, dicente, quid causæ erat, cur neque Jo- „ tapatenis de excidio, neque sibi de captivitate „ quidquam antea vaticinatus esset, si ista non vana „ sint illius commenta, qui iram in se casuram de- „ pulsum eat. " *Ad hæc* Josephus, „ Jotapatenis, „ ajebat, se prædixisse, excidium eos post septi- „ mum & quadragesimum diem mansurum esse, „ foreque ut ipse à Romanis vivus caperetur. "

Josephus in honore apud Vespasianum & Titum.

Cum de istis à captivis clam inquisivisset Vespasianus, veraque *esse* comperisset, etiam illis quæ de se dixerat fidem habere cœpit. Et Josepho quidem neque custodiam neque vincula remittebat. verum vestimentis eum donabat aliisque pretiosis muneribus, & benevolentia eum prosequi & complecti perseverabat, Tito plerumque ad ejus honorem aliquid conferente.

Οὐεσπασιανὸς ἀπιστεῖν ἐδόκει, καὶ τὸν Ἰώσηπον ὑπελάμβανε ταῦτα περὶ σωτηρίας πανουργεῖν. κατὰ μικρὸν δὲ εἰς πίστιν [y] ὑπήγετο, τοῦ Θεοῦ [z] διεγείροντος αὐτὸν εἰς τὴν ἡγεμονίαν ἤδη, καὶ τὰ σκῆπτρα δι' ἑτέρων σημείων [a] προδεικνύντος. ἀτρεκῆ δὲ καὶ τὸν Ἰώσηπον ἐν [b] ἄλλοις κατελάμβανε. τῶν γὰρ τοῖς ἀπορρήτοις [c] παρατυχόντων φίλων [d] ὁ ἕτερος, „ θαυμάζειν, ἔφη, πῶς οὔτε τοῖς ἐπὶ „ τὴν Ἰωταπάτων περὶ ἁλώσεως, [e] οὔτε αὐτῷ προ- „ μαντεύσαιτο περὶ αἰχμαλωσίας, εἰ μὴ ταῦτα „ [f] λῆρος εἴη [g] διακρουσομένου τὰς ἐπ' αὐτὸν ὀρ- „ γάς. " Ἰώσηπος δὲ, „ καὶ τοῖς Ἰωταπατηνοῖς „ ὅτι μετὰ τεσσαρακοστὴν [h] ἑβδόμην ἡμέραν ἁλώσονται „ προειπεῖν, ἔφη, καὶ ὅτι πρὸς Ῥωμαίων αὐτὸς „ ζωγρηθήσεται. " ταῦτα παρὰ τῶν αἰχμαλώτων κατ' ἰδίαν ὁ Οὐεσπασιανὸς ἐκπυθόμενος, εὕρισκεν ἀληθῆ, καὶ πιστεύειν περὶ τῶν κατ' αὐτὸν [i] ἤρχετο. φρουρᾶς μὲν οὖν καὶ δεσμῶν οὐκ [k] ἀνίει τὸν Ἰώσηπον, ἐδωρεῖτο δὲ [l] ἐσθῆτι καὶ τοῖς ἄλλοις κειμηλίοις, [m] φιλοφρονούμενός τε καὶ περιέπων διετέλει, τὰ πολλὰ Τίτου τῇ τιμῇ συνεργοῦντος.

CAP. IX.

Quomodo capta erat Joppe, & dedita Tiberias.

QUarto autem die Panemi mensis Vespasianus in Ptolemaïdem reversus est, atque inde Cæsaream maritimam pervenit, & urbem Judææ maximam, & majori ex parte à Græcis inhabitatam. Unde exercitum pariter ac imperatorem cum magno plausu & hilaritate excipiebant indigenæ, etiam ex sua quidem in Romanos benevolentia, magis autem ex suo in eversos odio.

Josephus ad supplicium petitur renitente Vespasiano.

Unde & multi simul contra Josephum inclamantes, de eo supplicium sumendum esse postulabant. Vespasianus autem ab ista quidem petitione, ut quæ ab inconsulta facta esset multitudine, se liberavit, nihil respondendo. Legionum autem duas quidem Cæsareæ, *illic* hyematuras, constituit, quod civitatem huic rei opportunam esse videret: decimam vero & quintam in Scythopoli, ne totius onere exercitus attereretur Cæsarea. Erat autem & illa hyeme aprica, quantum æstate præ fervore æstuosa, utpote in planitie sita & maritima.

XV. *Joppe seditiosorum refugium.*

2. Interea cum non exigua collecta esset multitudo, ex iis qui vel seditione ab hostibus defecerant, vel ex civitatibus eversis effugerant, Joppen, quam antea diruerat Cestius, instauratum cunt sibimet in refugium: &, quia illis impedimento erat regio vastata, in mare migrare decreverunt. cumque naves piraticas quam plurimas fabricassent, qua

ΚΕΦ. η'.

Ὡς ἑάλω Ἰόππη, καὶ ἐνεδόθη Τιβεριάς.

ΤΕτάρτῃ δὲ Πανέμου μηνὸς, ἀναζεύξας εἰς τὴν Πτολεμαΐδα, [n] κἀκεῖθεν εἰς τὴν παράλιον ἀφικνεῖται Καισάρειαν, μεγίστην [o] τῆς τε Ἰουδαίας πόλιν, καὶ τὸ [p] πλέον ὑφ' Ἑλλήνων [q] ἐποικουμένην. ἐδέχοντο δὲ καὶ τὴν στρατιὰν καὶ τὸν στρατηγὸν μετὰ πάσης [r] εὐφημίας καὶ φιλοφροσύνης οἱ ἐπιχώριοι, καὶ κατ' εὔνοιαν μὲν τὴν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, τὸ δὲ πλέον ἔχθει τῶν [s] κατεστραμμένων. διὸ καὶ τὸν Ἰώσηπον ἀθρόοι καταβοῶντες ἠξίουν κολάζειν. Οὐεσπασιανὸς δὲ, τὴν μὲν περὶ τούτου δέησιν, ὡς ὑπ' ἀκρίτου γινομένην πλήθους [t] ἐξέλυσεν ἡσυχίᾳ. τῶν δὲ ταγμάτων τὰ μὲν δύο χειμερίσοντα ἐκάθισεν ἐπὶ τῆς Καισαρείας, ἐπιτηδείαν ὁρῶν τὴν πόλιν· [v] τὸ δέκατον δὲ καὶ πέμπτον [x] εἰς Σκυθόπολιν, ὡς μὴ θλίβοι παντὶ [y] τῷ στρατῷ τὴν Καισάρειαν. ἀλεεινὴ δὲ ἦν κἀκείνη χειμῶνος ὥρᾳ, καθόσον [z] ἦν πνιγώδης θέρους ὑπὸ [a] καύματος, [b] πεδιὰς οὖσα καὶ παράλιος.

β'. Ἐν δὲ τούτῳ συναθροισθέντες οἵτε κατὰ στάσιν ἐκπίπτοντες τῶν πολεμίων, καὶ οἱ διαφυγόντες ἐκ τῶν κατεστραμμένων, πλῆθος οὐκ ὀλίγον, [c] ἀνακτίζουσιν Ἰόππην ὁρμητήριον σφίσιν, ἐρημωθεῖσαν ὑπὸ Κεστίου πρότερον· καὶ τῆς χώρας ἐκπεπολεμωμένης ἀνειργόμενοι, μεταβαίνειν ἔγνωσαν εἰς τὴν θάλασσαν. πηξάμενοί τε πει-

ρατικὰ

y Ὑπήγετο,] Ἐπήγετε Bod.
z Διεγείροντος αὐτὸν] Διεγείροντος Big. & Vat.
a Προδεικνύντος.] Προδεικνύοντος Big.
b Ἄλλοις] αὐτοῖς Gen.
c Παρατυχόντων] περιτυχόντων L. B.
d Ὁ ἕτερος,] Articulum ὁ non agnoscunt Big. & Bod.
e Οὔτε αὐτῷ προμαντεύσαιτο] Οὐδὲ αὐτῷ προμαντεύσαιτο Big.
f Λῆρος] κλῆρος Rost.
g Διακρουσομένου] Διακρουσόμενος Big. Lugd. Bat. & Bod.
h Ἑβδόμην ἡμέραν] Est qui πρώτην malit. τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ ἑβδόμην Rost.
i Ἤρχετο.] Ita Big. Bod. Vat. Lugd. Bat. & Ruf. ἤρτο in Editis Aliisque.
k Ἀνίει τὸν Ἰώσηπον,] Ἀνήει Big.
l Ἐσθῆτι] Ita Big. Lugd. Bat. & Suid. ἐσθῆτα in cæteris.
m Φιλοφρονούμενός τε] Sic Big. Vat. Voss. & Ruf. φιλοφρονούμενος καὶ π. in reliquis.

n Κἀκεῖθεν] Ἐκεῖθεν Bod.
o Τῆς] Abest a L. B.
p Πλέον ὑφ' Ἑλλήνων] Πλεῖστον Big.
q Ἐποικουμένην.] Οἰκουμένην Big.
r Εὐφημίας καὶ φιλοφροσύνης] Ita Big. Ruf. & Pseudo-Hegesipp. φιλοτιμίας in Editis Aliisque.
s Κατεστραμμένων.] Κατεστρατευμένων Bod. & Rost.
t Ἐξέλυσεν ἡσυχίᾳ.] Ita Big. & Ruf. ἐξέλυεν in cæteris.
v Τὸ δέκατον δὲ καὶ πέμπτον] Conf. supr. c. 4. §. 2. SPANH.
x Εἰς Σκυθόπολιν,] εἰς τὴν Θείπολιν Rost.
y Τῷ στρατῷ] Delet Rost.
z Ἦν πνιγώδης θέρους] Illud ἦν deest Big.
a Καύματος,] Καυμάτων Big.
b Πεδιὰς οὖσα καὶ παράλιος.] Conf. supr. lib. 1. c. §. 5. SPANH.
c Ἀνακτίζουσιν Ἰόππην — Κεστίου πρότερον·] Conf. supr. lib. 2. c. 18. §. 10. SPANH.

ῥαλικὰ σκάφη πλεῖστα, [d] τόν τε Συρίας καὶ Φοινίκης καὶ τὸν ἐπ' [e] Αἴγυπτον [f] πόρον ἐλῄστευον, ἄπλωτά τε πᾶσιν ἐποίουν τὰ τῆδε πελάγη. Οὐεσπασιανὸς δὲ ὡς ἔγνω τὴν [g] σύνταξιν αὐτῶν, πέμπει πεζούς τε καὶ ἱππεῖς ἐπὶ τὴν Ἰόππην, οἳ νύκτωρ [h] ὡς ἀφύλακτον εἰσέρχονται τὴν πόλιν. οἱ δὲ ἐν αὐτῇ προῄσθοντο μὲν τὴν εἰσβολὴν, καὶ καταδείσαντες, τοῦ μὲν εἴργειν τοὺς Ῥωμαίους ἀπετρέποντο. συμφυγόντες δὲ εἰς τὰς ναῦς, ἐξωτέρω βέλους [i] διενυκτέρευσαν.

γ'. Ἀλιμένου δὲ οὔσης φύσει τῆς Ἰόππης· αἰγιαλῷ γὰρ ἐπιλήγει τραχεῖ, καὶ τὸ μὲν ἄλλο πᾶν ὀρθίῳ, βραχὺ δὲ συννεύοντι κατὰ τὰς κεραίας [k] ἑκάτερθεν, αἱ δέ εἰσι κρημνοὶ βαθεῖς καὶ προύχουσαι σπιλάδες εἰς τὸ πέλαγος, ἔνθα καὶ τῶν Ἀνδρομέδας δεσμῶν ἔτι δεικνύμενοι τύποι πιστοῦνται τὴν ἀρχαιότητα τοῦ μύθου, τύπτων δὲ τὸν αἰγιαλὸν [l] ἀντίος βορέας, καὶ πρὸς ταῖς δεχομέναις πέτραις ὑψηλὸν [m] ἀνακόπτων τὸ κῦμα, σφαλερώτερον ἐρημίας τὸν ὅρμον ἀπεργάζεται. κατὰ τοῦτον σαλεύουσι τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰόππης ὑπὸ τὴν ἕω πνεῦμα βίαιον ἐπιπίπτει· μελαμβόρειον ὑπὸ τῶν ταύτῃ πλωϊζομένων καλεῖται. καὶ τὰς μὲν πρὸς ἀλλήλαις τῶν νεῶν αὐτόθι [n] συνήραξε· τὰς δὲ [o] πρὸς ταῖς πέτραις. πολλὰς δὲ πρὸς ἀντίον κῦμα [p] βιαζομένας εἰς τὸ πέλαγος· τόν τε γὰρ αἰγιαλὸν ὄντα πετρώδη, καὶ τοὺς [q] ἐπ' αὐτοῦ πολεμίους ἐδεδοίκεσαν. [r] μετέωρος ὑπεραρθεὶς ὁ κλύδων ἐβάπτισεν. ἦν δὲ οὔτε φυγῆς που τόπος, οὔτε μένουσι σωτηρία, βίᾳ μὲν ἀνέμου τῆς θαλάσσης ἐξωθουμένοις, Ῥωμαίων δὲ [s] τῆς πόλεως. καὶ πολλὴ μὲν οἰμωγὴ συῤῥηγνυμένων ἐγίνετο τῶν σκαφῶν, πολὺς δὲ ἀγνυμένων ὁ ψόφος. καὶ τοῦ πλήθους οἱ μὲν ὑπὸ τῶν κυμάτων καλυπτόμενοι διεφθείροντο, πολλοὶ δὲ τοῖς ναυαγίοις ἐμπλεκόμενοι. τινὲς δὲ ὡς κουφότερῳ τῆς θάλασσαν ἔφθανον τῷ σιδήρῳ σφᾶς αὐτοὺς ἀναιροῦντες. τὸ γε μὴν πλεῖστον ὑπὸ τῶν κυμάτων ἐκφερόμενον περιεξαίνετο ταῖς ἀποῤῥῶξιν, ὡς αἱμαχθῆναι μὲν ἐπὶ πλεῖστον τὸ πέλαγος, πληρωθῆναι δὲ νεκρῶν τὴν παραλίαν. καὶ γὰρ τοὺς ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν ἐκφερομένους ἐφεστῶτες οἱ Ῥωμαῖοι διέφθειρον. [t] ἦν δὲ ἀριθμὸς τῶν ἐκβρασθέντων σωμάτων [v] τετρακισχίλιοι πρὸς τοῖς [x] διακοσίοις. Ῥωμαῖοι δὲ λαβόντες ἀμαχητὶ τὴν πόλιν κατασκάπτουσιν.

δ'. Ἰόππη μὲν οὕτως ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ δεύτερον ὑπὸ Ῥωμαίοις ἑάλω. Οὐεσπασιανὸς δὲ, ὡς μὴ πάλιν οἱ πειραταὶ [y] συναλισθεῖεν εἰς αὐτὴν, στρατόπεδόν τε ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως ἐγείρει, καὶ τὸ ἱππικὸν ἐν αὐτῷ καταλείπει μετὰ πεζῶν ὀλίγων, ἵνα οὗτοι μὲν κατὰ χώραν μένοντες φρουρῶσι τὸ στρατόπεδον, οἱ δὲ ἱππεῖς [z] προνομεύωσι τὴν πέριξ, καὶ τὰς περιοίκους κώμας τε καὶ πολίχνας [a] ἐξαίρωσι τῆς Ἰόππης. οἱ μὲν οὖν κατὰ τὰ προσταχθέντα τὴν χώραν κατατρέχοντες, καθ' ἡμέραν ἔτεμνόν τε καὶ ἠρήμουν ἅπασαν.

ε'. Ὡς δὲ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα τὸ κατὰ τὴν Ἰωταπάτην πάθος [b] ἠγγέλη, τὸ μὲν πρῶτον ἠπίστουν

in Phœnicen & Syriam & Ægyptum transitur latrocinia exercebant, & omnibus ad oras istas invium faciebant pelagus. Vespasianus autem cognito quod constituerant, equites pariter ac pedites in Joppen mittit, qui noctu in urbem utpote non custoditam ingrediuntur. Qui vero in ea erant impressionem quidem faciendam jam ante sentiebant, & metu perculsi Romanos arcere detrectabant; in naves autem confugientes, cum extra teli jactum essent, *in illis* pernoctarunt.

Vespasianus exercitum Joppen mittit.

3. Cum vero Joppe natura esset importuosa (nam in littus asperum cæteraque arduum desinit, ac summis utrinque cornibus leviter inflexum, * in quibus profundæ rupes & saxa ingentia quæ mari prominent, ubi & adhuc ostensa Andromedæ vinculorum vestigia fidem faciunt antiquitati fabulæ, † adversus autem aquilo feriens littora, & cautibus objectis tumidos illidens fluctus, stationem mari aperto periculosiorem efficit) eo in salo fluctuantibus Joppenis sub diluculum vehemens flatus ingruit, quem illac navigantes Melamboream vocant. & alias quidem naves inter se, alias vero collisit in scopulos; multas autem, cum adversus æstum omni vi tenderent in altum, (nam & littus saxosum & hostes ei circumfusos metuebant) ventus, in sublime attollens fluctus, demersit: & neque fugæ usquam locus erat, neque manentibus spes salutis, cum ventorum vis eos mari pelleret, & Romani civitate *prohiberent*. Et multi quidem ejulatus erant cum colliderentur naves, multus vero fragor cum frangerentur: & Joppenorum alii fluctibus obruti perierunt, aliique quam plurimi naufragiis implicati. Nonnulli autem ferro se interficientes, quasi id satius esset, mare præveniebant: cæterum plerique undis delati in petras abruptas discerpti erant, adeo ut mare *cæsorum* sanguine redundaret, oraque maritima cadaveribus repleretur. Quin etiam ad littus appulsos stantes in eo Romani trucidabant. atque ejectorum corpora numero erant ad quatuor millia & ducenta. Romani vero sine prælio urbem ceperunt & funditus diruerunt.

Joppes descriptio.

Joppeni naufragium patiuntur.

Joppe iterum eversa.

4. Atque ita quidem Joppe brevi tempore bis à Romanis excisa est. Vespasianus autem, ne rursus eò piratæ confluerent, & castra in arce excitat, & equitatum illic cum paucis peditibus reliquit; ita ut illi eo in loco manentes castra custodirent, equitesque finitimam regionem *depopularentur*, & villas Joppe vicinas cum urbeculis è medio tollerent. Et illi quidem imperata facientes regionem percursarunt, eamque omnem quotidie diripiebant & vastabant.

Præsidium ibi collocat Vespasianus.

5. Ubi autem ea quæ Jotapatis acciderant famâ perlata essent Hierosolyma, primo quidem multi,

Fl. Josephus peremptus dicitur

9. Hanc illorum audaciam non tulit populus; sed omnes quasi ad tyrannidis eversionem incitati erant. Etenim ex iis qui præstare videbantur, Gorion Josephi filius & Simeon Gamalielis, tam seorsim singulos circumeuntes, quam simul universos in concionibus hortabantur, quo tandem aliquando libertatis perditores ultum irent, locumque sanctum ab hominibus sceleratis purgarent. atque pontificum spectatissimi, Gamalæ quidem filius Jesus, Anani vero Ananus, populo multis segnitiem exprobrantes in coetibus, *eos* in Zelotas excitabant. ita enim ipsi se vocabant, quasi ob bonarum rerum studium, ‡ non vero operum flagitiosissima sibi imitanda proposuissent & superassent.

Primores populi hortantur multitudinem ut facinorosos adorirentur.

Zelotæ quinam dicti.

10. Itaque in concionem populo congregato, & cunctis quidem indignantibus, quod loca sancta vide-

Populus in concionem convocatur.

o Ἄνανος,] Conf. de Vita §. 38. SPANH.

p Αὐτῶν δοκιμάζοντες] Ἑαυτῶν *Big.* unde αὑτῶν pro αὐτῶν reposui.

q Αὑτῶν] Eo modo *Vat.* αὐτῶν in *cæteris.*

r Καθισταμένοις.] Καθισταμένων *Gall.* & *Paris.*

s Ἀρχιερατικῶν] Ἱερατικῶν *Bod.* & *Par. Lips. Vat. Rost.* & *Ruf.*

t Φυλὴν,] Φυλῶν *Big.* & forsan *Ruf.* qui vertit, *una sacratarum tribuum accita* &c. contra quam *Pseudo-Hegesipp.* qui habet *de sacerdotalibus tribubus* &c.

v Ἐνιαχεὶμ καλεῖται,] Ita juxta *Rufini* & *Pseudo-Hegesippi* codices meliores. Ἐνιαχεὶν *Big.* Ἐνιακὶν & Ἐνιακὴν *Par.* Ἐνιαχεὶμ in *Editis Aliisque.* Verum Cl. *Lowthius.* (cum *Basnagio* in *Hist. Jud.* l. 1. c. 5.) malit ἢ Ἰακὶμ vel Ἰακείμ. Confer. 1 *Chron.* c. 24. v. 12. & 17. & vide *Seldenum* de *Success. Pontif.* l. 1. c. II. HUDS. lege Ἐλιακεὶμ id est Jakem. 1 Chron. 24. ubi *Codd.* quidam Ἐλιακεὶμ habet. REL.

x Διαδείξας αὐτῶν] Διαδειξόμενος *Voss.* & *Vat.* Διαδεξόμενος & Διαδεξάμενος *Par.*

y Φαννίας] Φαννὶ *MS. Lips.* Φανίτης *Rost.* Φάνι τις *Big. Voss. Bod. Ruf.* & *Pseudo-Hegesipp.* Φαννί τις *Lips. Par.* & *Vat.*

z Ἀφθας,] Ἀφθᾶς *Big.* Ἀφθίας *Lugd. Bat.* & *Rost.*

a Ἀνάξιος ἀρχιερεὺς,] Οὐ μόνον οὐκ ἐξ ἀρχιερέων *Big. Lips. Voss. Rost. Par. Vat. Ruf* & *Pseudo-Hegesipp.*

b Ἱερὰν,] Τὴν ἱερὰν *Vat. Lugd. Bat. Par. Busb.* & *Rhed.*

c Παιζόμενον] πεπαιζόμενον *Rost.*

d Ἐπῄει,] ἐποίει *Rost.* & *Par.*

e Οἱ προύχειν δοκοῦντες] Οἱ προύχειν αὐτῶν δοκοῦντες *Big.*

f Γωρίων τε υἱὸς Ἰωσήπου,] Γορρίων *Big.*

g Ὁ Γαμαλιήλου Συμεὼν,] Gorion filius Josephi. Simeon ben Gamaliel hic præses erat Synedrii & in excidio urbis periit, testibus Judæis. REL.

h Παρεκρότουν] Παρεκροτοῦντο ἔντε ταῖς *Big.*

i Καθᾶραι] καθῆραι *L. B.*

k Γαμαλᾶ μὲν] Jesus filius Gamalæ Judæi inter Pontifices recensent Josuam ben Gamlæ, יהושע בן גמלא sed eum ante excidium diu faciunt Pontificem. An tam diu hic vixit? vel an ætatem ejus ἀχρονολόγως constituerunt Hebræi? REL.

l Υἱὸς] Illud υἱὸς è *Codd. Big. Rost. Par.* & *Voss.* Γαμαλᾶ μὲν υἱὸς Ἰησοῦ *Vat.* & *Ruf.*

m Ἰησοῦς,] Conf. de Vita §. 38. & infr. c. 9. §. 11. & lib. 6. c. 2. §. 2. SPANH.

n Ἐπήγειρον τοῖς ζηλωταῖς.] Ita *Big.* ἐπήγειραν in *Editis Aliisque.*

o Αὐτοὺς ἐκάλεσαν,] Ἑαυτοὺς *Big.* αὑτοὺς *Busb.* & *Rhed.*

p Οὐχὶ ζηλώσαντες τὰ κάκιστα] Sic *Big.* οὐ in *cæteris.*

q Καὶ ὑπερβαλόμενοι.] Ita *Big.* & *Lugd. Bat.* καὶ ὑπερβαλλόμενοι in *Editis* & *plerisque MSS.* in nonnullis καλέσαντας & ὑπερβαλλομένους.

* Ananus, Conf. de Vita §. 38. SPANH.

† Subitus *Ruf.* Docetur in tempore, quid eum facere oporteret, *Pseudo-Hegesipp.*

‡ *Al.* & non potius imitantes pessima opera, & in hoc studio omnem modum excedentes.

viderent à *nefariis* occupata, omniaque rapinarum & cædium plena, nondum vero ad injurias ulciscendas properantibus, propterea quod Zelotas oppugnatu difficiles esse (id quod *verum* erat) suspicabantur, cum in medio constitisset Ananus, & in templum sæpenumero respectasset, oculosque lachrymis opplesset, „ Equidem mihi, inquit, satius esset mori, quam Dei domicilium videre piaculis tantis obrutum oppletumque: atque inaccessa & sancta loca sceleratorum pedibus referta. Veruntamen veste sacerdotali amictus, & nominum venerabilium honoratissimum ferens, vivo, vitæ etiam cupidus, nec pro senectute quidem mea mortem obiens gloriosam. Itaque si solus sim, velutique in solitudine, animam meam pro Deo solam profundam. Quorsum enim viverem in medio populi, calamitates suas minime sentientis; & apud quos nemo est qui malis præsentibus occurrat? siquidem spoliati injuriam toleratis, ac verberati tacetis, neque palam quisquam ingemiscit. O acerbam dominationem! Quid de tyrannis querar? Nunquid non à vobis incrementum ceperunt, & à vestra malorum patientia? nunquid non, insuper eos habentes qui primi *sceleratorum* manus conflarunt, cum adhuc pauci essent, silentio vestro numerum eorum auxistis; atque dum illi armarentur quiescentes, in vosmetipsos arma vertistis, cum primos illorum impetus comprimi oporteret, quando cognatos conviciis appetebant? Vos autem, de rebus parum soliciti, sceleratos ad rapinas faciendas incitastis; domibusque vastatis, illarum nullam rationem habuistis. Quapropter domini ipsi diripiebantur, cumque per mediam civitatem traherentur, nemo eis auxilio erat. Quin & illi vinculis eos cruciarunt, quos vos prodidistis. mitto dicere quot fuerint & quales, sed à nemine accusatos, indemnatos. Vinctis nemo opem tulit. consequens erat, ut eosdem occisos aspiceremus. hoc etiam vidimus, velut ex armento bestiarum optimo quoque semper ad sacrificium ducto, neque mutivit quisquam neque dextram movit. Patiemini igitur, patiemini, sancta conculcari videntes? cumque omnes ex facinoribus audacibus gradus nefariis istis hominibus subjeceritis, non ægre feretis eorum eminentiam? nunc enim profecto ad majora procederent, si quid locis sanctis majus evertendum haberent. Et civitatis quidem locus munitissimus occupatur (nunc enim templum appellari fas est?) ut arx quædam sive præsidium. Tanta igitur contra vos tyrannide munita, & inimicis supra verticem positis, ut videtis, quid vobiscum cogitatis, & quænam animi sententiis fovendis adhibetis? An Romanos exspectatis, ut locis nostrûm sanctis opitulentur? Itane quidem se habent civitatis res, eoque ventum est calamitatis, ut nostri miserturi sint etiam hostes? Non exsurgetis, ô *hominum* miserrimi, & vobismet ad plagas conversis, id quod & feras facere videre est,

Anani concio.

καὶ πάντων ἀγανακτούντων μὲν ἐπὶ τῇ καταλήψει τῶν ἁγίων, ταῖς τε ἁρπαγαῖς, καὶ τοῖς [r] πεφονευμένοις, [s] οὔπω δὲ πρὸς τὴν ἄμυναν ὡρμημένων, [t] τῷ δυσεπιχειρήτους, ὅπερ ἦν, τοὺς ζηλωτὰς ὑπολαμβάνειν, καταστὰς ἐν μέσοις [v] ὁ Ἄνανος, καὶ πολλάκις εἰς τὸν ναὸν ἀπιδὼν, ἐμπλήσας τε τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων, „ ἦ καλόν γε, εἶπεν, ἦν ἐμοὶ τεθνάναι, πρὶν ἐπιδεῖν τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ τοσούτοις ἄγεσι καταγέμοντα, καὶ τὰς [x] ἀβάτους καὶ ἁγίας χώρας ποσὶ μιαιφόνων στενοχωρουμένας. ἀλλὰ περικείμενος [y] τὴν ἀρχιερατικὴν ἐσθῆτα, καὶ τὸ τιμιώτατον [z] καλούμενος τῶν σεβασμίων ὀνομάτων, ζῶ καὶ φιλοψυχῶ, [a] μηκέτι ὑπὲρ τοὐμοῦ γήρως ὑπομένων εὐκλεῆ θάνατον. εἰ δὲ δὴ μόνος εἰμὶ, καὶ καθάπερ ἐν ἐρημίᾳ, τὴν ἐμαυτοῦ ψυχὴν ἐπιδώσω μόνην ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ. τί γὰρ καὶ δεῖ ζῆν ἐν δήμῳ συμφορῶν ἀναισθητοῦντι, καὶ παρ' οἷς ἀπόλωλεν ἡ τῶν ἐν χερὶ παθῶν ἀντίληψις. ἁρπαζόμενοι γοῦν ἀνέχεσθε, καὶ τυπτόμενοι σιωπᾶτε, καὶ τοῖς φονευομένοις οὐδὲ ἐπιστένει τις ἀναφανδόν. ὢ τῆς πικρᾶς τυραννίδος. [b] τί μέμφομαι τοὺς τυράννους; μὴ γὰρ οὐκ ἐτράφησαν ὑφ' ὑμῶν, καὶ τῆς ὑμετέρας ἀνεξικακίας; μὴ γὰρ οὐχ ὑμεῖς περιϊδόντες τοὺς πρώτους συνισταμένους, ἔτι δὲ ἦσαν ὀλίγοι, πλείους ἐποιήσατε τῇ σιωπῇ, καὶ καθοπλιζομένων ἠρεμοῦντες καθ' ἑαυτῶν [c] ἐπεστρέψατε τὰ ὅπλα· δέον τὰς πρώτας αὐτῶν ἐπικόπτειν [d] ὁρμὰς, ὅτε λοιδορίαις καθήπτοντο τῶν συγγενῶν; ὑμεῖς δὲ ἀμελήσαντες [e] ἐφ' ἁρπαγὰς παρωξύνατε τοὺς ἀλιτηρίους· καὶ πορθουμένων οἴκων, λόγος ἦν οὐδείς. τοιγαροῦν αὐτοὺς ἥρπαζον τοὺς δεσπότας, καὶ συρομένοις διὰ μέσης τῆς πόλεως οὐδεὶς ἐπήμυνεν. οἱ δὲ καὶ δεσμοῖς ᾐκίσαντο τοὺς ὑφ' ὑμῶν προδοθέντας. ἐῶ λέγειν πόσους καὶ [f] ποδαποὺς, ἀλλὰ [g] ἀκαταιτιάτους, ἀκρίτους. οὐδεὶς ἐβοήθησε τοῖς δεδεμένοις. ἀκόλουθον ἦν ἐπιδεῖν τοὺς αὐτοὺς φονευομένους. ἐπείδομεν καὶ τοῦτο, καθάπερ ἐξ ἀγέλης ζώων ἀλόγων ἑλκομένου τοῦ κρατίστου [h] ὄντος ἀεὶ θύματος, οὐδὲ φωνήν τις ἀφῆκεν, οὐχ ὅπως ἐκίνησε τὴν δεξιάν. φέρετε [i] δὴ τοίνυν φέρετε πατούμενα βλέποντες τὰ ἅγια; [k] καὶ πάντας ὑποθέντες αὐτοῖς τοῖς ἀνοσίοις τοὺς τῶν τολμημάτων βαθμοὺς, μὴ βαρύνεσθε τὴν ὑπεροχήν; καὶ γὰρ νῦν πάντως ἂν ἐπὶ μεῖζον προὔκοψαν, εἴ τι τῶν ἁγίων καταλῦσαι μεῖζον εἶχον. κεκράτηται μὲν οὖν τὸ ὀχυρώτατον τῆς πόλεως, [l] λεγέσθω γὰρ νῦν τὸ ἱερὸν, [m] ὡς ἄκρα τις ἢ φρούριον. ἔχοντες δ' ἐπιτετειχισμένην τυραννίδα τοσαύτην, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ὑπὲρ κορυφὴν βλέποντες, [n] τί βουλεύεσθε, καὶ τίσι τὰς γνώμας προθάλπετε; Ῥωμαίους ἄρα [o] περιμένετε, ἵν' ἡμῶν βοηθήσωσι τοῖς ἁγίοις; ἔχει μὲν οὕτω τὰ πράγματα τῇ πόλει, καὶ πρὸς τοσοῦτον ἥκομεν συμφορῶν, ἵνα ἡμᾶς ἐλεήσωσι καὶ πολέμιοι; οὐκ ἐξαναστήσεσθε, ὦ τλημονέστατοι, καὶ πρὸς τὰς πληγὰς ἐπιστραφέντες, ὃ

„ καὶ

r Πεφονευμένοις,] Φονευομένους Big.
s Οὔπω δὲ πρὸς] Οὐδέπω δὲ Big.
t Τῷ δυσεπιχειρήτους,] τῷ δυσεπιχειρήτων Rost. τῷ δυσεπιχειρήτῳ Par.
v Ὁ Ἄνανος,] Illud ὁ è *Cod. Big.* qui mox quod δακρύων sequitur ἦ non agnoscit.
x Ἀβάτους καὶ ἁγίας χώρας] ἄβατα loca sacra & religiosa, βατὰ autem contra de locis βεβήλοις. Vid. *Schol. Sophocl. Oed. Col.* p. 487. & quæ noto ad *Æschyl. Prometh.* v. 2. SPANH.
y Τὴν ἀρχιερατικὴν ἐσθῆτα,] At unde illi hæc vestis? Phannias erat à Zelotis creatus Pont. M. an hic vestes ἀρχιερατικὰς non habuit? REL. Idem dicit mox infra cap. 4. §. 2. in morte Anani & Jesu, οἱ δὲ πρὸ ὀλίγου τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα περικείμενοι &c. HAV.
z Καλούμενος] Καλούμενον Big. Par. & Vat.
a Μηκέτι ὑπὲρ—εὐκλεῆ θάνατον.] Ita Big. Vat. Lugd. Bat. Par. & Ruf. μηκέτι ὑ. τ. γ. ὑπομένειν εὐκλεᾶ in Editis Aliisque.
b Τί μέμφομαι] Τί δὲ μέμφομαι Big. & Vat.
c Ἐπεστρέψατε] ἐπετρέψατε & ὑπεστρέψατε Paris.
d Ὁρμὰς,] Πείρας Big.
e Ἐφ' ἁρπαγὰς] Ἐφ' ἁρπαγαῖς Big. Par. & Vat.
f Ποδαποὺς,] Ποταποὺς Big.
g Ἀκαταιτιάτους,] Conf sup. lib. I. c. 24. §. 8. SPANH.
h Ὄντος ἀεὶ θύματος,] Illud ὄντος non agnoscit Busb.
i Δὴ τοίνυν] Particula δὴ abest *Busb.*
k Καὶ πάντας ὑποθέντες αὐτοῖς τοῖς ἀνοσίοις] Ita lego cum Cod. Big. καὶ πάντες ὑποθέντες (αὐτοὶ L. B.) αὐτοὺς in *Editis Aliisque.*
l Λεγέσθω γὰρ νῦν] Cum interrogatione legendum censeo. τί δὲ Par.
m Ὡς ἄκρα] Templum ἄκρα. ita Tacitus Hist. l. v. *Ipsæ porticus quibus templum ambiebatur, egregium propugnaculum.* REL.
n Τί βουλεύεσθε,] Ita *Lugd. Bat.* alii βούλεσθε. HAV.
o Περιμένετε,] Ita *Vat.* & *Par.* περιμενεῖτε in *cæteris.*

p Ἐς

,, κἀπὶ τῶν θηρίων ἐστὶν ἰδεῖν, τοὺς τύπτοντας ἀμυνεῖσθε;
,, οὐκ ἀναμνησθήσεσθε τῶν ἰδίων ἕκαστος συμφορῶν, οὐδὲ,
,, ἃ πεπόνθατε πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενοι, τὰς ψυχὰς
,, [p] ἐπ' αὐτοὺς θήξετε πρὸς τὴν ἄμυναν; ἀπόλωλεν ἄρα
,, παρ' ὑμῖν τὸ τιμιώτατον τῶν παθῶν, καὶ φυσικώτα-
,, τον, ἐλευθερίας ἐπιθυμία. φιλόδουλοι δὲ καὶ φιλο-
,, δέσποτοι γεγόναμεν, ὥσπερ ἐκ προγόνων τὸ ὑπο-
,, τάσσεσθαι παραλαβόντες. ἀλλ' ἐκεῖνοί γε πολλοὺς
,, καὶ μεγάλους ὑπὲρ τῆς αὐτονομίας πολέμους διήνεγκαν,
,, καὶ οὔτε τῆς Αἰγυπτίων, οὔτε τῆς Μήδων δυναστείας ἡττή-
,, θησαν, ὑπὲρ τοῦ μὴ ποιεῖν τὸ κελευόμενον. καὶ τί δεῖ
,, τὰ τῶν προγόνων λέγειν; ἀλλ' ὁ νῦν πρὸς Ῥωμαίους
,, πόλεμος, ἐῶ διελέγχειν πότερον λυσιτελὴς ὢν καὶ
,, σύμφορος ἢ τοὐναντίον, τίνα δ' οὖν ἔχει πρόφασιν;
,, οὐ τὴν ἐλευθερίαν; εἶτα τοὺς τῆς οἰκουμένης δεσπότας
,, μὴ φέροντες, τῶν ὁμοφύλων τυράννων ἀνεξόμεθα; καί-
,, τοι τὸ μὲν τοῖς ἔξωθεν ὑπακούειν, [q] ἐνέγκαι τὶς ἂν
,, εἰς τὴν ἅπαξ [r] ἡττηθεῖσαν τύχην· τὸ δὲ τοῖς [s] οἰκείοις
,, εἴκειν πονηροῖς, ἀγεννῶν ἐστι καὶ προαιρουμένων. ἐπειδὴ
,, δὲ ἅπαξ ἐμνήσθην Ῥωμαίων, οὐκ ἀποκρύψομαι
,, πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, ὃ μεταξὺ τῶν λόγων ἐμπεσὸν
,, ἐπέστρεψε τὴν διάνοιαν, ὅτι κἂν ἁλῶμεν ὑπ' ἐκεί-
,, νοις, [t] ἀπίη δὲ ἡ πεῖρα τοῦ λόγου, χαλεπώτερον οὐδὲν
,, παθεῖν ἔχομεν, ὧν ἡμᾶς διατεθείκασιν οὗτοι. πῶς
,, δ' οὐ δακρύων ἄξιον, ἐκείνων μὲν [v] ἐν τῷ ἱερῷ καὶ
,, ἀναθήματα βλέπειν, τῶν δὲ ὁμοφύλων τὰ σκῦλα
,, σεσυληκότων καὶ [x] ἀνελόντων τὴν τῆς μητροπόλεως εὐ-
,, γένειαν, καὶ πεφονευμένους ἄνδρας, ὧν ἀπέσχοντο ἂν
,, κἀκεῖνοι κρατήσαντες. καὶ Ῥωμαίους μὲν μηδέποτε
,, ὑπερβῆναι τὸν ὅρον τῶν βεβήλων, μηδὲ παραβῆναί τι
,, τῶν ἱερῶν ἐθῶν, πεφρικέναι δὲ πόῤῥωθεν [y] ὁρῶντας τοὺς
,, τῶν ἁγίων περιβόλους· γεννηθέντας δέ τινας ἐν τῇδε
,, τῇ χώρᾳ, καὶ τραφέντας ὑπὸ τοῖς ἡμετέροις ἔθεσι,
,, καὶ Ἰουδαίους καλουμένους, ἐμπεριπατεῖν μέσοις τοῖς
,, ἁγίοις, θερμὰς ἔτι τὰς χεῖρας ἐξ ὁμοφύλων ἔχοντας
,, φόνων. εἶτα τίς δέδοικε τὸν ἔξωθεν πόλεμον, καὶ τοὺς
,, ἐν συγκρίσει πολλῷ τῶν οἰκείων ἡμῖν μετριωτέρους;
,, [z] καὶ γὰρ ἂν εἰ ἐτοίμους δεῖ τοῖς πράγμασι τὰς κλή-
,, σεις ἐφαρμόζειν, τάχα ἂν εὕροι τὶς Ῥωμαίους μὲν
,, [a] ἡμῖν βεβαιωτὰς τῶν νόμων, πολεμίους δὲ τοὺς ἔνδον.
,, ἀλλ' ὅτι μὲν ἐξώλεις οἱ ἐπίβουλοι τῆς ἐλευθερίας, καὶ
,, πρὸς ἃ δεδράκασιν οὐκ ἂν τις [b] ἐπινοήσειε δίκην
,, ἀξίαν κατ' αὐτῶν, οἶμαι πάντας [c] ἥκειν πεπεισμέ-
,, νους οἴκοθεν, καὶ πρὸ τῶν ἐμῶν λόγων [d] παρωξύνθαι
,, τοῖς ἔργοις ἐπ' αὐτοὺς ἃ πεπόνθατε. καταπλήσσον-
,, ται δὲ ἴσως οἱ πολλοὶ τό, τε πλῆθος αὐτῶν, καὶ
,, τὴν τόλμαν, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐκ τοῦ τόπου πλεονεξίαν.
,, ταῦτα δὲ ὥσπερ συνέστη διὰ τὴν ὑμετέραν ἀμέλειαν,
,, καὶ νῦν αὐξηθήσεται πλέον ὑπερτιθεμένων. καὶ γὰρ τὸ
,, πλῆθος αὐτοῖς ἐπιτρέφεται καθ' ἡμέραν, παντὸς
,, πονηροῦ πρὸς τοὺς ὁμοίους αὐτομολοῦντος, καὶ τὴν τόλ-
,, μαν ἐξάπτει μέχρι νῦν μηδὲν ἐμπόδιον· τῷ τε τόπῳ,
,, καθύπερθεν ὄντες, χρήσαιντο καὶ μετὰ παρασκευῆς,
,, ἂν ἡμεῖς χρόνον δῶμεν. πιστεύσατε δὲ ὡς, ἐὰν
,, [e] προσβαίνωμεν ἐπ' αὐτοῖς, ἔσονται τῇ συνειδήσει

,, percutientes ulciscemini? Non suas quisque in
,, memoriam revocabit calamitates, &, ante oculos
,, positis quæ pertulerit, ad ultionem animos acuet?
,, Periit apud vos quod affectuum omnium cha-
,, rissimum, quod maxime à natura est, libertatis
,, desiderium. Quin & facti sumus servorum domi-
,, norumque amantes, quasi à majoribus subjici
,, didicerimus. Atqui illi multa & magna pro liber-
,, tate sua obierunt bella, & neque Ægyptiorum
,, neque Medorum potentiæ cesserunt, dummodo
,, ne facerent quæ juberentur. Et quid opus est
,, de proavis dicere? Verum bellum, quod nunc
,, cum Romanis gerimus (mitto dijudicare, utrum
,, in rem nostram & commodum sit, an contra)
,, quid palam habet causæ? nonne libertatem? Quid
,, ergo, qui dominis totius terrarum orbis servire
,, ægre ferimus, populares tyrannos tolerabimus?
,, Quanquam extraneis quidem obtemperare, est
,, ut quis fortunæ aliquando victæ acceptum refe-
,, rat: suis vero iisque improbis cedere, ignavos ar-
,, guit & serviendi cupidos. At quoniam Romano-
,, rum semel meminerim, silentio non dissimulabo,
,, quod mihi inter loquendum in mentem venerit,
,, eamque ad illos converterit; quòd etiamsi ab his
,, capti fuerimus, (absit autem dicti experimentum)
,, nihil nobis patiendum restat iis acerbius, quibus
,, nos isti affecerunt. Quomodo autem non sit la-
,, chrymabile, illorum quidem in templo etiam do-
,, naria cernere, gentilium vero prædas spoliantium
,, & diripientium metropolim nobilissimam, cædes-
,, que virorum quibus & illi victoriam adepti pe-
,, percissent. Et Romanos quidem nunquam trans-
,, gredi ausos esse limitem profanorum, aut sacrarum
,, quidquam consuetudinum violare, locorum au-
,, tem sanctorum ambitum, *quamvis* procul aspe-
,, ctum, perhorrescere: nonnullos vero quos tulit
,, hæc regio, nostrisque in moribus educatos, Ju-
,, dæosque vocatos, in medio locorum sanctorum
,, deambulare, cum adhuc manus popularium cæde
,, calidas haberent. An vero quis bellum externum
,, metuat, hostesque præ nostratibus multo nobis
,, æquiores? nam si & rebus aptanda sint propria
,, vocabula, fortasse comperietur, Romanos qui-
,, dem leges nobis conservasse, hostes vero esse
,, quos muris inclusos habemus. Verum hos insi-
,, diatores libertatis exitio deberi, neque facinorum
,, eorum dignam excogitari posse condemnatio-
,, nem, puto *vos* omnes persuasum habuisse cum
,, domo veniretis; rebusque quas pertulistis, etiam
,, antequam verbum facerem, in eos fuisse commo-
,, tos. Plerique autem fortasse multitudinem eo-
,, rum & audaciam reformidant, & præterea quod
,, loco superiores sint. Sed hæc ut vestra negli-
,, gentia conflata sunt, nunc etiam in majus aucta
,, erunt, si cunctabimur. nam & numerus illorum
,, quotidie crescit, nequissimo quoque ad sui si-
,, miles profugiente; & inde accenditur audacia,
,, quod nihil adhuc eis obstiterit: locoque, ut-
,, pote superiores, adhibebunt armorum appara-
,, tus, si tempus differamus. Mihi credite, si
,, adversus eos ascendamus, erunt *factorum* con-
,, scientia humiliores; & loci celsioris beneficium
,, cogi-

p Ἐπ' αὐτοὺς θήξετε] Sic *Big.* ἀπ' αὐτῶν in *Editis Aliisque.*
q Ἐνέγκαι] Ἀνενέγκαι] *Voss. Par.* & *Bod.*
r Ἡττηθεῖσαν τύχην] Ἡττήσασαν, *quæ semel ipsos vicerit*, Vat. ἡττήσεσαν L. B. In *Rufini* versione, *ad fortunam semel id referunt, cujus injuria victi sunt*, ac si legisset, ἀνέγκαι τὶς ἂν ἅπαξ εἰς τὴν ἡττ.
s Οἰκείοις] ἰδίοις *Rost.*
t Ἀπίη δὲ ἡ πεῖρα] Ἀπείη *Big.* & *Coccejus.* ἀπῄει L. B.
v Ἐν τῷ ἱερῷ καὶ ἀναθήματα βλέπειν,] Quæ in Æde Sacra; nam ἱερὸν erat nomen generale, & complectebatur utrumque, & ναὸν & ἱερὸν, & Ædem Sacram & atria, atque circa eam conclavia. Rel.
x Ἀνελόντων τὴν τῆς μητροπόλεως εὐγένειαν,] Illa & ἀνελόντων; non agnoscunt *Big.* & *Ruf.*
y Ὁρῶντας τοὺς τῶν ἁγίων] Ἐφορῶντας *Big.*
z Καὶ γὰρ ἂν] Καὶ γὰρ δεῖ τοῖς πρ. *Big.*
a Ἡμῖν βεβαιωτὰς] ἡμῖν ὁμοίως βεβ. L. B. & *Rost.*
b Ἐπινοήσειε δίκην] Ita *Big. Par.* & *Vat.* ἐπινοήσει in *Editis Aliisque.*
c Ἥκειν πεπεισμένους] Sic *Gall.* & *Lugd. Bat.* & *Par.* εἴκειν in *cæteris.*
d Παρωξύνθαι] παροξύνεσθαι *Rost.* & *Par.*
e Προσβαίνωμεν] Προβαίνωμεν, & mox ἐπ' αὐτοὺς in aliquot *MS.* utrum horum mavis sequere.

f Γυναι

„ cogitatione in nihilum recidet. Forsan & numen contumeliose habitum ipsorum in eos retorquebit missilia, suisque telis peribunt impii. Tantummodo ab illis conspiciamur, & dejecti erunt. Pulchrum autem, etiam si quid periculi adsit, ante sacras januas mori; animamque, etsi non pro liberis & conjugibus, pro Deo tamen locisque sanctis profundere. Ipse vobis adero tam manu quam consilio; neque quidquam desiderabitis quod à me vestram in securitatem excogitari potest, neque me corpori meo parcere videbitis.

Ananus populusque Zelotas aggredi gestiunt.

11. Istis contra Zelotas populum hortabatur Ananus, non ignorans quidem eos jam expugnari vix posse, & quod multitudine valerent & juvenum robore, animique fortitudine, maxime vero quod commissorum conscientia incitarentur; ut qui non sperarint sibi unquam concessum iri veniam illorum quæ perpetraverant. Veruntamen quidvis potius perpeti maluit, quam pati rerum statum ita confundi & perturbari. Populus autem clamabat, ut in eos ducerentur, contra quos ipsos excitabat: & unusquisque se ostendebat ad pericula adeunda paratissimum.

Aeris inter eos commissa est pugna.

12. Sed dum Ananus delectum haberet, & pugnæ idoneos ordinaret instrueretque in prælium, Zelotæ, cognito quod aggrediebantur, (aderant enim qui omnia sibi nunciarent quæ populus agitabat) *magnopere* irritati erant, & è templo prosilientes, modo per cuneos modo simul universi, nemini obvio parcebant. Cito autem & Ananus populum congregabat, multitudine quidem superiorem, armis vero, * & quod in agmina non conflati essent, Zelotis inferiorem. Alacritas vero in utraque quod deerat parte supplebat. nam & cives iram armis validiorem conceperant; & qui de templo exierant, audaciam, omni multitudine superiorem. Quippe illi quidem habitare se in civitate minime posse arbitrabantur, nisi ex ea excisi essent latrones: Zelotæ vero, nisi vicissent, nullum non subituros esse supplicium. Configebant autem inter se sub affectuum ductu & imperio, primo quidem in civitate & præ templo se invicem lapidibus impetentes, jaculisque eminus missis. Si vero aliqua pars terga vertisset, victores gladiis rem gerebant. Et magna utrinque facta est cædes, multique vulnerati erant. Et saucios quidem è civibus in domos perferebant propinqui: Zelotarum vero siquis ictus esset, in templum ascendebat, sacram humum cruore persundens: adeo ut vere quis dixerit, *loca* sancta non alium quam illorum sanguinem polluisse. Et latrones quidem, quoties facto excursu prælium committerent, semper superiores erant. Civium autem vulgo ira incenso & in majus semper crescente, increpabant eos qui cederent; quique à tergo urgebant, viam fugientibus non aperiendo, universos quidem suos in hostes convertunt: cumque illi vim sistere non amplius potuissent, & paulatim in templum se reciperent, irrumpit unà cum suis Ananus. Quo factum ut eos, qui ambitum exteriorem amiserant, invaderet metus, cumque in interiorem confugissent, statim januas occludunt. Verum Anano in portas quidem sacras impressionem facere non placebat, quamvis & hostes desuper tela jace-

Zelotæ suorum cruore templum polluunt.

Ananus in exteriorem templi ambitum irrumpit.

„ ταπεινότεροι, καὶ τὸ πλεονέκτημα τοῦ ὕψους ὁ λογισμὸς ἀπλεῖ. τάχα τὸ θεῖον ὑβρισμένον ἀναςρέψει καὶ αὐτῶν τὰ βαλλόμενα, καὶ τοῖς σφετέροις διαφθαρήσονται βέλεσιν οἱ δυσσεβεῖς. μόνον ὀφθῶμεν αὐτοῖς καὶ καταλέλυνται. καλὸν δὲ, κἂν προσῇ τις κίνδυνος, ἀποθνήσκειν πρὸς τοῖς ἱεροῖς πυλῶσι, καὶ τὴν ψυχὴν, εἰ καὶ μὴ πρὸ παίδων ἢ [f] γυναικῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων προέσθαι. προςήσομαι δ' ἐγὼ γνώμῃ τε καὶ χειρὶ, καὶ οὔτε ἐπίνοιά τις ὑμῖν λείψει πρὸς ἀσφάλειαν ἐξ ἡμῶν, οὔτε τοῦ σώματος ὄψεσθε φειδόμενον.

ια'. Τούτοις ὁ Ανανος [g] παρεκρότει τὸ πλῆθος ἐπὶ τοὺς ζηλωτὰς, οὐκ ἀγνοῶν μὲν ὡς εἶεν ἤδη δυσκατάλυτοι, πλήθει τε καὶ νεότητι καὶ [h] παραςήματι ψυχῆς, τὸ πλέον δὲ συνειδήσει τῶν εἰργασμένων. οὐ γὰρ ἐνδώσειν αὐτοὺς [i] εἰς ἔσχατον συγγνώμην ἐφ' οἷς ἔδρασαν [k] ἐλπίσαντας. ὅμως δὲ πᾶν ὅ, τι οὖν παθεῖν [l] προῄρητο μᾶλλον, ἢ περιϊδεῖν ἐν [m] τοιαύτῃ τὰ πράγματα συγχύσει. τὸ δὲ πλῆθος ἄγειν αὐτοὺς ἐβόα, καθ' ὧν παρεκάλει· καὶ προκινδυνεύειν ἕκαςος ἦν ἑτοιμότατος.

ιβ'. Εν ὅσῳ δὲ ὁ Ανανος κατέλεγέ τε καὶ συνέτασσε τοὺς ἐπιτηδείους πρὸς μάχην, οἱ ζηλωταὶ [n] πυθόμενοι τὴν ἐπιχείρησιν· παρῆσαν γὰρ οἱ ἀγγέλλοντες αὐτοῖς πάντα τὰ παρὰ τοῦ δήμου· παροξύνονται, κἀκ τοῦ ἱεροῦ προπηδῶντες, ἀθρόοι τε καὶ κατὰ λόχους, οὐδενὸς ἐφείδοντο τῶν προςυγχανόντων. ἀθροίζεται δ' ὑπ' Ανάνου ταχέως τὸ δημοτικὸν, πλήθει μὲν ὑπερέχον, ὅπλοις δὲ καὶ τῷ μὴ συγκεκροτῆσθαι, λειπόμενον τῶν ζηλωτῶν. τὸ πρόθυμον δὲ παρ' ἑκατέροις ἀνεπλήρου τὰ λείποντα. τῶν μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀνειληφότων ὀργὴν, ἰσχυροτέραν τῶν ὅπλων· τῶν δ' ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τόλμαν, παντὸς πλήθους ὑπερέχουσαν. καὶ οἱ μὲν, ἀοίκητον ὑπολαμβάνοντες [o] ἑαυτοῖς τὴν πόλιν, εἰ μὴ τοὺς λῃςὰς ἐκκόψειαν αὐτῆς· οἱ ζηλωταὶ δὲ, εἰ μὴ κρατοῖεν, οὐκ ἔςιν ἧς τινὸς ὑςερήσειν τιμωρίας. συνεῤῥήγνυντο δὲ ςρατηγούμενοι τοῖς πάθεσι, τὸ μὲν πρῶτον κατὰ τὴν πόλιν καὶ πρὸ τοῦ ἱεροῦ λίθοις βάλλοντες ἀλλήλους, καὶ πόῤῥωθεν διακοντιζόμενοι. κατὰ δὲ τὰς τροπὰς οἱ κρατοῦντες ἐχρῶντο τοῖς ξίφεσι. καὶ πολὺς ἦν ἑκατέρων φόνος, τραυματίαι δὲ ἐγένοντο συχνοί· καὶ τοὺς μὲν ἀπὸ τοῦ δήμου διεκόμιζον εἰς τὰς οἰκίας οἱ προσήκοντες· ὁ δὲ βληθεὶς τῶν ζηλωτῶν εἰς τὸ ἱερὸν ἀνῄει, καθαιμάσσων τὸ θεῖον ἔδαφος· καὶ μόνον ἄν τις εἴποι τὸ [p] ἐκείνων αἷμα μιᾶναι τὰ ἅγια. κατὰ μὲν οὖν τὰς συμβολὰς ἐκτρέχοντες ἀεὶ περιῆσαν οἱ λῃςρικοί. τεθυμωμένοι δὲ οἱ δημοτικοὶ, καὶ πλείους ἀεὶ γινόμενοι, κακίζοντες τοὺς ἐνδιδόντας, καὶ μὴ διδόντες τοῖς τρεπομένοις ἀναχώρησιν οἱ κατόπιν βιαζόμενοι, πᾶν μὲν ἐπιςρέφουσι τὸ σφέτερον εἰς τοὺς [q] ἐναντίους, κἀκείνων μηκέτι ἀντεχόντων τῇ βίᾳ, κατὰ μικρὸν δὲ ἀναχωρούντων εἰς τὸ ἱερὸν, συνεισπίπτουσιν οἱ περὶ τὸν Ανανον. τοῖς δὲ κατάπληξις ἐμπίπτει ςερουμένοις τοῦ πρώτου περιβόλου, καὶ καταφυγόντες εἰς τὸ ἐνδότερον ταχέως ἀποκλείουσι τὰς πύλας. τῷ δὲ Ανάνῳ [r] προσβάλλειν μὲν οὐκ ἐδόκει τοῖς ἱεροῖς πυλῶσιν, ἄλλως τε κἀκείνων βαλλόντων ἄνωθεν

f Γυναικῶν,] καὶ γυναικῶν *Rost.*

g Παρεκρότει τὸ πλῆθος] Ita *Big.* & *Ruf.* παρεκρότει in *cæteris.*

h Παραςήματι ψυχῆς,] Conf. supr. lib. 2. c. 18. §. 5. & infra l. 6. c. 1. §. 2. SPANH.

i Εἰς ἔσχατον συγγνώμην] Eo modo *Voss.* εἰς ἐσχάτην in *Editis Aliisque.*

k Ελπίσαντας.] Ελπίσαντες *Big.* & *L. B.*

l Προῄρητο μᾶλλον,] Ita *Vat.* & *L. B.* προηρεῖτο in *cæteris.*

m Τοιαύτῃ τὰ πράγματα] Τοσαύτῃ *Big.*

n Πυθόμενοι] *Al.* πυνθανόμενοι. uti & *L. B.* & *Rost.* & *Par.*

o Εαυτοῖς] αὐτοῖς *L. B.* & *Par.*

p Εκείνων αἷμα μιᾶναι] Ita *Big.* & *quidam Par.* ἐκεῖνον in *cæteris.* ἐκείνου *Par.*

q Εναντίους,] ὑπεναντίους *Rost.* & *L. B.*

r Προσβάλλειν] Ita *Vat. Par.* & *Ruf.* προσβαλεῖν in *reliquis.*

* *Vel*, quod minus compositum & instructum erat eorum agmen.

ἄνωθεν· ἀθέμιτον δ' ἡγεῖτο, κἂν κρατήσῃ, μὴ [s] προηγνευκὼς [t] εἰσάγειν τὸ πλῆθος. διακληρώσας δ' ἐκ πάντων εἰς ἑξακισχιλίους ὁπλίτας, καθίστησιν ἐπὶ ταῖς στοαῖς φρουρούς, [v] διεδέχοντο δ' ἄλλοι [x] τούτους, καὶ παντὶ μὲν ἦν ἀνάγκη παρεῖναι πρὸς τὴν φυλακὴν ἐκ περιόδου· πολλοὶ δὲ τῶν ἐν ἀξιώμασιν [y] ἀφεθέντες ὑπὸ τῶν ἄρχειν δοκούντων, μισθούμενοι πενιχροτέρους ἀνθ' [z] ἑαυτῶν ἐπὶ τὴν φρουρὰν ἔπεμπον.

ιγ'. [a] Γίνεται δὲ τούτοις πᾶσιν ὀλέθρου παραίτιος [b] Ἰωάννης, ὃν ἔφαμεν ἀπὸ Γισχάλων διαδρᾶναι, δολιώτατος ἀνήρ, καὶ δεινὸν ἔρωτα τυραννίδος ἐν τῇ ψυχῇ [c] περιφέρων, ὃς πόρρωθεν ἐπεβούλευε [d] τοῖς πράγμασι. καὶ δὴ τότε, τὰ τοῦ δήμου φρονεῖν ὑποκρινόμενος, συμπεριῄει μὲν τῷ Ἀνάνῳ, [e] βουλευομένῳ μὲν σὺν τοῖς δυνατοῖς [f] καθ' ἡμέραν, καὶ νύκτωρ [g] ἐπιόντι τὰς φυλακάς· διήγγελλε δὲ τὰ ἀπόρρητα τοῖς ζηλωταῖς, καὶ πᾶν σκέμμα τοῦ δήμου, πρὶν [h] καλῶς βουλεῦσαι, παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ἐγινώσκετο δι' αὐτοῦ. μηχανώμενος δὲ τὸ μὴ δι' ὑποψίας ἐλθεῖν, ἀμέτροις ἐχρῆτο ταῖς θεραπείαις, εἴς τε τὸν Ἄνανον, καὶ τοὺς τοῦ δήμου προεστῶτας. ἐχώρει δ' εἰς τοὐναντίον αὐτῷ τὸ φιλότιμον. διὰ γὰρ τὰς ἀλόγους κολακείας μᾶλλον ὑπωπτεύετο, καὶ τὸ πανταχοῦ παρεῖναι μὴ καλούμενον ἔμφασιν προδοσίας τῶν ἀπορρήτων παρεῖχε. συνεώρων μὲν γὰρ αἰσθανομένους [i] ἅπαντα τοὺς ἐχθροὺς τῶν παρ' αὐτοῖς βουλευμάτων, πιθανώτερος δ' οὐδεὶς ἦν Ἰωάννου πρὸς [k] ὑποψίας τοῦ διαγγέλλειν. ἀποσκευάσασθαι μὲν οὖν αὐτὸν οὐκ ἦν ῥᾴδιον, [l] ὄντα δυνατὸν ἐκ πονηρίας, καὶ ἄλλως οὐ τῶν ἀσήμων, [m] ὑπεζωσμένον τε πολλοὺς τῶν συνεδρευόντων τοῖς [n] ὅλοις. ἐδόκει δὲ αὐτὸν ὅρκοις πιστώσασθαι πρὸς εὔνοιαν. ὤμνυε δ' ὁ Ἰωάννης ἑτοίμως, εὐνοήσειν τε τῷ δήμῳ, καὶ μήτε βουλήν τινα μήτε πρᾶξιν προδώσειν τοῖς ἐχθροῖς, [o] συγκαταλύσειν δὲ τοὺς [p] ἐπιθεμένους καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄνανον πιστεύσαντες τοῖς ὅρκοις, ἤδη χωρὶς ὑπονοίας [q] εἰς τὰς συμβουλίας αὐτὸν παρελάμβανον· καὶ δὴ καὶ πρεσβευτὴν εἰσπέμπουσι πρὸς τοὺς ζηλωτὰς περὶ [r] διαλύσεων. ἦν γὰρ αὐτοῖς σπουδὴ, τὸ παρ' αὐτοῖς μὴ μιᾶναι [s] ἱερόν, μὴ δέ τινα τῶν ὁμοφύλων ἐν αὐτῷ πεσεῖν.

ιδ'. Ὁ δέ, ὥσπερ τοῖς ζηλωταῖς ὑπὲρ εὐνοίας ὀμόσας, καὶ οὐ κατ' αὐτῶν, παρελθὼν εἴσω, καὶ καταστὰς εἰς μέσους, „πολλάκις μέν, ἔφη, κινδυνεῦσαι δι' αὐτούς, ἵνα μηδὲν ἀγνοήσωσι τῶν ἀπορρήτων, „ὅσα κατ' αὐτῶν οἱ περὶ τὸν Ἄνανον ἐβουλεύσαντο. „νῦν δὲ τὸν μέγιστον [t] ἀναρριπτεῖν κίνδυνον σὺν πᾶσιν αὐτοῖς, εἰ μή τις προσγένοιτο βοήθεια δαιμόνιος. οὐ γὰρ ἔτι μέλλειν Ἄνανον, ἀλλὰ πείσαντα μὲν τὸν δῆμον πεπομφέναι πρέσβεις πρὸς „Οὐεσπασιανόν, ἵνα ἐλθὼν [v] κατὰ τάχος παρα-

rent : sed nefas esse existimabat, etiamsi vicisset, non lustratum prius populum introducere. Cum autem ex universis sorte delegisset sex fere armatorum millia, eos in porticibus collocat ut custodiam agerent, aliique eos excipiebant, & necesse erat omnibus quidem in orbem excubiis adesse : multi vero ex primoribus *populi*, dimissi ab iis qui in imperio esse videbantur, pauperiores mercede conductos mittebant, qui vice illorum fungerentur in vigiliis.

Anani milites in porticibus custodias agunt.

13. Istis autem omnibus exitio erat Joannes, quem è Gischalis profugisse diximus, vir summæ astutiæ, animumque gerens dominationis valde cupidum, qui jam olim reipublicæ insidiabatur. Adeoque tunc, eadem quæ populus sentire se simulans, cum Anano quidem ultro citroque commeabat, interdiu cum proceribus *de agendis* consultanti, & nocte vigilias circumeunti : Zelotis vero secreta *omnia* enunciabat ; atque illa de quibus populus deliberabat, priusquam bene consulta essent, per ipsum cognita erant inimicis. Cum autem id ageret, ut in suspicionem non veniret, immodicis obsequiis Ananum & populi principes demereri enixus est. Hoc vero placendi studium ei in contrarium cedebat. nam ex absurdis adulationibus magis suspectus erat, idque ipsum, quod non accitus ubique adesset, indicio erat arcana ab illo prodita esse. Etenim animadvertebant inimicos universa quæ consulta ab ipsis essent intelligere, verisimileque erat in neminem potius quam in Joannem cadere posse proditionis suspicionem. Et ipsum quidem submovere haud facile erat, ut qui malitia plurimum valeret, ac præterea multorum non ignobilium, qui in consilium de summa rerum adhibebantur, patrocinio succinctus esset. Visum est igitur ab eo benevolentiæ fidem jurejurando exigere. Jurare autem non dubitabat Joannes, se & populi studiosum fore, & nihil ab eo consultum factumve inimicis proditurum, & tam manu quam consilio una eversurum esse eos qui arma sumpserant. Itaque Ananus & qui ab eo stabant, fide jurisjurando habita, jam nihil suspicantes suis eum consiliis interesse patiebantur : immo & ipsum ad Zelotas legatum mittunt de sedandis discordiis. nam curæ illis erat ne fanum * suum pollueretur, neve quisquam in eo caderet Judæorum.

Joannes, civium proditor.

Legatus ad Zelotas missus.

14. Ille vero, quasi Zelotis ex sua benevolentia juravisset, & non contra eos, cum ad illos ingressus esset & in medio constitisset, „ sæpe quidem se illorum causa periculum adiisse, dicebat, ne quid secretorum ignorarent, quæ contra ipsos consilio agitarentur ab Anano sociisque. Nunc autem maximum cum ipsis omnibus subiturum esse discrimen, nisi divinum quoddam præsto fuerit auxilium. non amplius enim morari Ananum, sed, cum populo quidem id persuasisset, misisse legatos ad Vespasianum, ut ad capiendam civitatem quamprimum venire „ pro-

Zelotas contra Ananum civesque irritat.

Quænam Zelotis diceret Joannes.

s Προηγνευκὼς] Sic *Big.* & *Par.* προηγνευκὸς in *cæteris.*
t Εἰσάγειν] εἰσαγαγεῖν *Rost.*
v Διεδέχοντο δ' ἄλλοι] Διεδέχοντο τούτους, καὶ παρῆσαν πρὸς τ. φ. ἐκ περιόδου ἄλλοι. πολλοὶ δὲ τ. *Big.*
x Τούτους, —πολλοὶ δὲ] αὐτοὺς *L. B.* & *Rost.*
y Αφεθέντες] Εφεθέντες *Big.* ἀφέντες *Rost.*
z Εαυτῶν] Ita cum *Cod. Big.* αὐτῶν in *reliquis.*
a Γίνεται δὲ τούτοις πᾶσιν ὀλέθρου παραίτιος] Conf. supr. lib. 2. c. 20. §. 6. Spanh.
b Ιωάννης, —διαδρᾶναι,] Articulum ὁ addit *Big.*
c Περιφέρων,] φέρων *Rost.*
d Τοῖς πράγμασι.] Illud τοῖς è *MSS.*
e Βουλευομένῳ] Βουλευομένῳ τε μὲν *Voss.*
f Καθ' ἡμέραν,] Ita *Big.* καθ' ἡμέραν in *Editis Aliisque.*
g Επιόντι τὰς φυλακάς.] Περιιόντι *Big.*
h Καλῶς βουλεῦσαι,] Καλῶς non agnoscit *Big.*
i Απαντα] Ita restitui ex *Paris.* antea erat ἅπαντας & *universos* vertebatur. Hav.

k Υποψίας τοῦ διαγγέλλειν.] Υποψίαν *Big. Paris.*
l Οντα δυνατὸν] Οὔτε δυνατὸν *Vat. Bod. Rost. Paris.* deëst ὄντα in *al. Par.* & *Ruf.*
m Υπεζωσμένον τε πολλοὺς] Ita *Big. Paris.* & *Voss.* ὑπεζωσμένοι in *Editis Aliisque.*
n Ολοις.] Οπλοις *Big.*
o Συγκαταλύσειν δὲ τοὺς] Ita *Big. Voss. Bod. Vat. Paris.* & *Ruf.* συγκαταλύσει *Rost.* συγκαταλύειν in *cæteris.*
p Επιθεμένους] ἐπιτιθεμένους *L. B.*
q Εἰς τὰς συμβουλίας αὐτὸν] Εἰς συμβουλίας *Vat.* εἰς συμβουλίαν *Paris.*
r Διαλύσεων.] Διαλύσεως *Big.* & *Voss.*
s Ιερὸν,] Τὸ ἱερὸν *Big.* & *Vat.* & *Paris.*
t Αναρριπτεῖν κίνδυνον] *Al.* ἀναρρίπτειν.
v Κατὰ τάχος] διὰ τάχος *Rost.*

* Culpa sua, *Ruf.*

[illegible]

„ properaret. quin & lustrationem contra eos indixisse in diem sequentem, ut, vel religionem simulando ingressi aut etiam per vim, cum iis manus consererent. se autem non videre quamdiu aut obsidionem sustinebunt, aut cum tot tantisque prælio congredientur. Ipsum autem, adjiciebat, Dei providentia quasi legatum missum esse ad lites componendas: hoc enim præ se ferre Ananum, ut inermes eos adoriretur. itaque oportere, si vitæ rationem haberent, aut obsidentibus supplicare, aut foris auxilium sibi quærere. Illos autem, qui veniæ spe si victi fuerint sibimet adulantur, facinorum quæ ausi sunt haud meminisse, aut existimare simul ac maleficos commissorum pœnituerit, *gravia* passos oportere statim cum illis in gratiam redire. Sed injuriarum quidem auctores, etiamsi pœnitentiam agerent, sæpe invisos esse: læsosque, si potestatem nacti fuerint, ira magis excandescere. Quin & illis semper imminere *ajebat* cæsorum amicos cognatosque, & tantam populi multitudinem ex legum judiciorumque dissolutione valde irritatam: in qua si qui fuerint, miseratione commoti, fiet ut majori cedant irascentium turbæ.

„ λάβῃ τὴν πόλιν. [x] ἁγνείαν δὲ παρηγγελκέναι κατ᾽ αὐτῶν [y] εἰς τὴν ἑξῆς ἡμέραν, ἵνα, ἢ κατὰ θρησκείαν εἰσελθόντες ἢ καὶ βιασάμενοι, συμμίξωσιν αὐτοῖς. οὐχ ὁρᾶν δὲ μέχρι τίνος ἢ τὴν φρουρὰν οἴσουσιν, ἢ παρατάξονται πρὸς τοσούτους. προσετίθει δὲ ὡς αὐτὸς εἰσπεμφθείη, κατὰ Θεοῦ πρόνοιαν, ὡς πρεσβευτὴς ὑπὲρ [z] διαλύσεων· τὸν γὰρ Ἄνανον ταύτας αὐτοῖς προτείνειν, ὅπως [a] ἀνόπλοις ἐπέλθῃ. δεῖν οὖν ἢ τοῦ λόγου τοῦ ζῆν τοὺς φρουροῦντας [b] ἱκετεύειν, ἢ πορίζεσθαί τινα παρὰ τῶν ἔξωθεν ἐπικουρίαν. τοὺς δὲ, θαλπομένους ἐλπίδι συγγνώμης εἰ [c] κρατηθεῖεν, ἐπιλελῆσθαι τῶν ἰδίων τολμημάτων, ἢ νομίζειν ἅμα τῷ μετανοεῖν τοὺς δεδρακότας εὐθέως ὀφείλειν διηλλάχθαι καὶ τοὺς παθόντας. [d] ἀλλὰ τῶν μὲν ἀδικησάντων διὰ μίσους πολλάκις γίνεσθαι καὶ τὴν μεταμέλειαν· [e] τοῖς ἀδικηθεῖσι δὲ τὰς ὀργὰς ἐπ᾽ ἐξουσίας χαλεπωτέρας. ἐφεδρεύειν δὲ ἀεὶ [f] ἐκείνοις φίλους καὶ συγγενεῖς τῶν ἀπολωλότων, καὶ δῆμον τοσοῦτον ὑπὲρ καταλύσεως νόμων καὶ δικαστηρίων τεθυμωμένον· ὅπου κἂν ᾖ τι μέρος [g] ἐλεοῦν ὑπὸ πλείονος ἂν αὐτὸ τοῦ διαγανακτοῦντος ἀφανισθῆναι.

CAP. IV.

Idumæi à Zelotis accersiti statim veniunt Hierosolyma, atque exclusi pernoctant extra urbem. ad quos verba facit Jesus pontifex, eique respondet Simon Idumæus.

ΚΕΦ. δʹ.

Ἰδουμαῖοι ὑπὸ ζηλωτῶν κληθέντες εὐθὺς ἔρχονται εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἀποκλεισθέντες ἔξω τῆς πόλεως αὐλίζουσι. πρὸς οὓς ἀρχιερεὺς Ἰησοῦς δημογορεῖ, καὶ Σίμων Ἰδουμαῖος αὐτῷ ἀποκρίνεται.

Zelotarum primoribus placuit Idumæos in auxilium vocare.

TAlia quidem vafre comminiscens terrorem universis incutiebat. & quodnam foret externum auxilium, plane quidem & aperte dicere non audebat; Idumæos autem *non obscure* innuebat. Verum ut primores Zelotarum privatim etiam commoveret, traducebat Ananum ut crudelem, eumque illis præcipue minas intentare dicebat.
VI. Erant autem Eleazarus Simonis filius, qui etiam inter illos plurimum valere videbatur & ad excogitanda quæ opus erant & ad eadem exsequenda, itemque Zacharias Phaleci filius, utrique à sacerdotibus oriundi. Hi, cum, præter ea quæ universis, etiam mala sibi intentata audivissent, quodque Anani factio potentiæ sibi comparandæ causa Romanos accerseret (nam & hoc Joannes improbe finxerat) diu quidem quid agerent dubitabant, in tantas temporis angustias compulsi. quippe populum quidem brevi in eo fore ut ipsos aggrederentur, auxiliorumque accitorum spem sibi præcisam esse insidiarum celeritate. omnia enim ipsos *forsan* prius passuros esse, quam auxiliarium quisquam ista rescisceret. Veruntamen, ut Idumæi advocarentur, optimum visum est. Cumque brevem scripsissent epistolam, „ quod circumvento populo Ananus vellet Romanis metropolin prodere, ipsi autem facta pro libertate defectione in templo obsiderentur, &

ΤΟιαῦτα μὲν ἐποίκιλλεν ἀθρόως δεδιττόμενος· καὶ τὴν ἔξωθεν βοήθειαν ἀναφανδὸν μὲν οὐκ ἐθάρρει λέγειν, ᾐνίσσετο δὲ τοὺς Ἰδουμαίους. ἵνα δὲ καὶ τοὺς ἡγεμόνας τῶν ζηλωτῶν ἰδίᾳ παροξύνῃ, τὸν Ἄνανον εἴς τε ὠμότητα διέβαλλε, καὶ ἀπειλεῖν ἐκείνοις ἐξαιρέτως ἔλεγεν. ἦσαν δὲ [h] Ἐλεάζαρος [i] υἱὸς [k] Σίμωνος, ὃς δὴ καὶ πιθανώτατος ἐδόκει τῶν ἐν αὐτοῖς νοῆσαί τε τὰ δέοντα καὶ τὰ νοηθέντα πρᾶξαι, Ζαχαρίας τε υἱὸς [l] Φαλέκου, [m] γένος ἐκ τῶν ἱερέων [n] ἑκάτεροι. οὗτοι πρὸς ταῖς κοιναῖς τὰς ἰδίας [o] καθ᾽ αὐτῶν ἀπειλὰς ἀκούσαντες, ἔτι δ᾽ ὡς οἱ περὶ τὸν Ἄνανον δυναστείαν [p] ἑαυτοῖς περιποιούμενοι Ῥωμαίους ἐπικαλοῖντο, καὶ γὰρ τοῦτο Ἰωάννης προσεψεύσατο, μέχρι πολλοῦ μὲν ἠπόρουν, [q] τὸ τί χρὴ πράττειν εἰς ὀξὺν οὕτω καιρὸν συνεωσμένους. παρεσκευάσθαι μὲν γὰρ τὸν δῆμον ἐπιχειρεῖν αὐτοῖς, οὐκ εἰς μακρὰν, αὐτῶν δὲ τὸ σύντονον τῆς ἐπιβουλῆς ὑποτετμῆσθαι τὰς ἔξωθεν ἐπικουρίας. πάντα γὰρ ἂν φθῆναι παθεῖν, πρὶν καὶ πυθέσθαι τινὰ τῶν συμμάχων. ἔδοξε δ᾽ ὅμως ἐπικαλεῖσθαι τοὺς Ἰδουμαίους. καὶ γράψαντες ἐπιστολὴν σύντομον, „ ὡς Ἄνανος [r] μὲν προδιδοίη „ Ῥωμαίοις τὴν μητρόπολιν ἐξαπατήσας τὸν δῆμον, αὐ„ τοὶ δ᾽ ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀποστάντες ἐν τῷ ἱερῷ „ φρου-

x Ἁγνείαν δὲ παρεγγελκέναι] Ἁγνεία indicta fuit, ut populus se lavaret. REL.
y Εἰς τὴν] φυλάττειν εἰς τὴν L. B.
z Διαλύσεων] Sic *Big.* pro διαλύσεως.
a Ἀνόπλοις ἐπέλθῃ.] Ἀνυποπτοτέροις προσέλθῃ *Big.* ἀνοπλοτέροις *Bod.* in *Rufini* versione; *quo nihil suspicantes eos subito aggrederetur.*
b Ἱκετεύειν,] Ἱκετεύσειν *Big.*
c Κρατηθεῖεν,] Παρακρατηθεῖεν *Big.*
d Ἀλλὰ τῶν] ἀλλὰ μὴν (quasi μὴν vellet) τῶν &c. L. B.
e Τοῖς ἀδικηθεῖσι] Τοῖς δὲ ἀδικηθεῖσι *Voss.*
f Ἐκείνοις] Ita *Gen.* cum plerisque *MSS.* ἐκεῖνον *Big.* ἐκείνων *Voss.* & *Rost.*
g Ἐλεοῦν ὑπὸ πλείονος] Ita *Big.* & *Voss* ἐλέους in *Editis Aliisque.*

h Ἐλεάζαρος] Conf. supr. lib. 2. c. 20. §. 3, SPANH.
i Υἱὸς] Μὲν ante υἱὸς delevi auctoritate *Codd. Big.* & *Ruf.*
k Σίμωνος,] Γίωνος *Big.*
l Φαλέκου,] Ἀμφικάλλει *Lips.* L. B. & *Vat.* Ἀμφικάλλου in suo codice habuisse videtur *Ruf.*
m Γένος ἐκ τῶν ἱερέων] Ita *Big. Paris.* & *Vat.* mallem tamen τὸ γένος. antea erat γένους.
n Ἑκάτεροι.] Ἑκάτερος *Big.*
o Καθ᾽ αὐτῶν ἀπειλὰς] Καθ᾽ ἑαυτῶν *Big.*
p Ἑαυτοῖς περιποιούμενοι] Αὑτοῖς *Big.*
q Τὸ τί χρὴ] τὸ non agnoscit *Rost.*
r Μὲν προδιδοίη] Illud μὲν adjectum esse volui è *Codd. Big.* & *Rost.* & *Paris.*

„ φρουροῖντο, [s] ὀλίγος δ' ἔτι χρόνος αὐτοῖς [t] βραβεύει τὴν σωτηρίαν. εἰ δὲ μὴ βοηθήσουσιν ἐκεῖνοι κατὰ τάχος, αὐτοὶ μὲν ὑπ' Ανάνῳ τε καὶ τοῖς ἐχθροῖς, „ ἡ πόλις δ' ὑπὸ Ρωμαίοις φθάσει γενομένη, " τὰ δὲ πολλὰ τοῖς ἀγγέλοις ἐνετέλλοντο πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῶν Ιδουμαίων διαλέγεσθαι. προεβλήθησαν δ' ἐπὶ τὴν ἀγγελίαν δύο τῶν δραστηρίων ἀνδρῶν, εἰπεῖν τε ἱκανοὶ καὶ πεῖσαι περὶ πραγμάτων, τὸ δὲ τούτων χρησιμώτερον, ὠκύτητι ποδῶν διαφέροντες. [v] τοὺς μὲν γὰρ Ιδουμαίους αὐτόθεν ᾔδεισαν πεισθησομένους, ἅτε θορυβῶδες καὶ ἄτακτον ἔθνος, ἀεί τε μετέωρον πρὸς τὰ κινήματα, καὶ μεταβολαῖς χαῖρον, πρὸς ὀλίγην δὲ κολακείαν τῶν δεομένων τὰ ὅπλα κινοῦν, καὶ καθάπερ [x] εἰς ἑορτὴν εἰς τὰς παρατάξεις ἐπειγόμενον. ἔδει δὲ τάχους εἰς τὴν ἀγγελίαν, εἰς ὃ μηδὲν ἐλλείποντες προθυμίας οἱ πεμφθέντες, ἐκαλεῖτο δ' αὐτῶν Ανανίας ἑκάτερος, καὶ δὴ πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῶν Ιδουμαίων παρῆσαν.

β'. Οἱ δὲ, πρὸς τὴν ἐπιστολὴν καὶ τὰ ῥηθέντα παρὰ τῶν ἀφιγμένων ἐκπλαγέντες, ὥσπερ ἐμμανεῖς περιέθεόν τε τὸ ἔθνος, καὶ διεκήρυσσον τὴν [y] στρατείαν. ἤθροιστο δ' ἡ πληθὺς τάχιον τοῦ παραγγέλματος, καὶ πάντες ὡς ἐπ' ἐλευθερίᾳ τῆς μητροπόλεως ἥρπαζον τὰ ὅπλα. [z] συνταχθέντες δ' εἰς δύο μυριάδας, παραγίνονται πρὸς τὰ Ιεροσόλυμα, χρώμενοι τέσσαρσιν ἡγεμόσιν, Ιωάννῃ τε καὶ [a] Ιακώβῳ παισὶ Σωσᾶ, πρὸς δὲ τούτοις ἦν Σίμων υἱὸς [b] Καθλᾶ, καὶ Φινέας [c] Κλουσώθου.

γ'. Τὸν δὲ Ανανον ἡ μὲν ἔξοδος τῶν ἀγγέλων, ὥσπερ καὶ τοὺς [d] φύλακας, ἔλαθεν. [e] ἡ δ' ἔφοδος τῶν Ιδουμαίων οὐκ ἔτι. προγνοὺς γὰρ [f] ἀποκλείει τὰς πύλας αὐτοῖς, καὶ διὰ φυλακῆς εἶχε τὰ τείχη. καθάπαν γε μὴν αὐτοὺς ἐκπολεμεῖν οὐκ ἔδοξεν· ἀλλὰ λόγοις πείθειν πρὸ τῶν ὅπλων. στὰς οὖν ἐπὶ τὸν ἀντικρὺς αὐτῶν πύργον, ὁ μετὰ [g] Ανανον γεραίτατος τῶν ἀρχιερέων Ιησοῦς, „ πολλῶν, ἔφη, καὶ [h] ποικίλων τὴν πόλιν „ κατεσχηκότων θορύβων, ἐν οὐδενὶ θαυμάσαι τὴν τύχην „ οὕτως, ὡς τὸ συμπράττειν τοῖς πονηροῖς καὶ τὰ „ παράδοξα. παρεῖναι [i] γὰρ ὑμᾶς, ἀνθρώποις ἐξωλεστάτοις μετὰ τοσαύτης προθυμίας [k] ἐπαμυνοῦντας καθ' „ ἡμῶν, μεθ' ὅσης εἰκὸς ἦν ἐλθεῖν, οὐδὲ τῆς μητροπόλεως „ καλούσης ἐπὶ [l] τοὺς βαρβάρους. καὶ εἰ μὲν ἑώρων τὴν σύνταξιν ὑμῶν ἐξ ὁμοίων τοῖς καλέσασιν ἀνδρῶν, οὐκ „ ἂν ἄλογον τὴν ὁρμὴν ὑπελάμβανον· οὐδὲν γὰρ οὕτως συνίστησι τὰς εὐνοίας, ὡς τρόπων συγγένεια. νῦν δὲ, „ εἰ μέν τις αὐτοὺς ἐξετάζοι καθ' ἕνα, μυρίων ἕκαστος „ εὑρεθήσεται θανάτων ἄξιος. τὰ γὰρ [m] ἀθύρματα καὶ καθάρματα τῆς χώρας ὅλης κατασωτευσάμενα τὰς ἰδίας „ οὐσίας, καὶ προγυμνάσαντα τὴν ἀπόνοιαν ἐν ταῖς πέριξ κώμαις τε καὶ πόλεσι, τελευταῖα λεληθότως „ παρεισερρύησαν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν λησταὶ, δι' „ ὑπερβολὴν ἀσεβημάτων, μιαίνοντες [n] καὶ τὸ [o] ἀβέβηλον ἔδαφος, οὓς ὁρᾶν ἔστι νῦν ἀδεεῖς ἐμμεθυσκομένους τοῖς ἁγίοις, καὶ τὰ σκῦλα τῶν πεφονευμένων

„ non liceret nisi ad breve adhuc tempus sibimet „ salutem promittere: ac nisi illi mature auxilio „ venirent, ipsos quidem Ananus atque inimici, „ civitatem vero Romani in suam redigent potestatem"; multa etiam nunciis mandabant, quæ loquerentur ad principes Idumæorum. Propositi autem erant qui nuncii mitterentur duo viri impigri, qui de rebus agendis dicendo valebant accommodate ad persuadendum, &, quod magis in rem illorum erat, pedum velocitate præstabant. Nam Idumæos sine mora parituros esse probe noverant, utpote gentem tumultuosam & ordinis impatientem, ad motus intentam semper & mutationibus gaudentem, ad modicam vero eorum qui supplicant adulationem arma moventem, & ad prælia quasi ad festum properantem. Opus autem erat celeritate ad nuncium perferendum: quam ad rem nihil alacritatis deerat missis, (uterque autem Ananias vocabatur) adeoque brevi se sistebant Idumæorum principibus.

2. Illi vero epistola verbisque eorum qui venerant attoniti, furiosorum more gentem percursabant, & militiam denunciabant. Congregata autem est multitudo citius quam *illis* præceptum erat, omnesque quasi pro libertate metropoleos arma corripiebant, ordinatoque exercitu ad duo millia *virorum*, adveniunt Hierosolyma cum ducibus quatuor, Joanne & Jacobo Sosæ filiis, ac præterea Simone Cathlæ & Phinea Clusothi *filiis*.

3. Nunciorum autem profectio Ananum quidem itemque vigiles ejus latebat; haud vero *similiter* Idumæorum adventus. Hoc enim ante cognito, portas eis claudit, & muris custodes adhibebat. Cæterum nequaquam ei visum est cum illis dimicare, sed verbis persuadere potius quam armis rem gerere. Jesus igitur, post Ananum pontificum natu maximus, cum in turri illis adversa constitisset, „ nihil se adeo mirari, inquit, quam quod, urbe „ tot tantisque tumultibus agitata, ita fors tulerit, „ ut improbis ex inopinato subveniretur. quippe „ vos perditissimis hominibus contra nos subsidium „ laturos adesse, idque tanta alacritate, quantum „ adhiberi haud par erat, ne quidem si contra Barbaros vos accivisset metropolis. Et si quidem „ viderem exercitum vestrum similem esse horum „ hominum qui vos advocarunt, hunc impetum „ non vesanum existimarem. nihil enim æque „ benevolentiam conciliat ac morum cognatio. „ Nunc vero illi quidem, si quis eorum singulos „ exploraverit, mille mortibus digni reperientur: „ quippe ludibria & purgamenta omnis regionis, luxu absumptis patrimoniis suis, factoque „ audaciæ suæ temerariæ in vicis & civitatibus „ circumcirca experimento, tandem in urbem sacram clam se infuderunt; latrones, qui scelerum immanitate solum non profanum polluerunt, quos nunc videre est impune inter sacra „ sese inebriantes, & in ventres insatiabiles per- „ empto-

s Ὀλίγος δ' ἔτι χρόνος] Ὀλίγος τε ἔτι *Big.*

t Βραβεύει] βραβεύοι *Paris.*

v Τοὺς μὲν γὰρ Ιδουμαίους—ἄτακτον ἔθνος,] Conf. infr. lib. 7. c. 8. §. 1. SPANH.

x Εἰς ἑορτὴν] Πρὸς ἑορτὴν *Big.*

y Στρατείαν.] Ita *Big. L. B.* & *Ruf.* στρατιὰν in *Editis Aliisque.*

z Συνταχθέντες—τὰ Ιεροσόλυμα,] Absunt a *Rost.* verum alieno paulo post loco inseruntur.

a Ιακώβῳ παισὶ Σωσᾶ,] Conf. infr. c. 9. §. 6. & lib. 6. c. 1. §. 8. SPANH.

b Καθλᾶ,] Φαμαίου *Big.* Φαβίου *Bod.* Θαβίου *L. B.*

c Κλουσώθου.] Κλαυσὼθ *Big.* Κλουσὼθ *Vat. Par.* & *L. B.*

d Φύλακας,] Φρουροὺς *Big.*

e Η δ' ἔφοδος] ἡ δ' φόβος *Rost.* sequiturque quod modo erat omissum.

f Αποκλείει] ἀποκλείεται *L. B.*

g Ανανον γεραίτατος τῶν ἀρχιερέων Ιησοῦς,] Conf. de Vita §. 38. & infr. c. 9. §. 11. SPANH.

h Ποικίλων τὴν πόλιν] Ποικίλων τὴν κατεσχηκότων τὴν πόλιν θορύβων *Big.*

i Γὰρ ὑμᾶς,] Ita *Big. Voss. Rost.* & *Ruf.* γοῦν in *Editis Aliisque.*

k Επαμυνοῦντας] Ita *Paris. Big.* & *Ruf.* ἐπαμύνοντας in *Editis Aliisque.*

l Τοὺς] Abest a *L. B.*

m Αθύρματα καὶ καθάρματα] Ita *Rhed. Paris. Busb.* & *Ruf.* antea erat θύματα. pro quo λύματα legendum esse conjicit Cl. *Lowthius.*

n Καὶ τὸ] Illud καὶ non agnoscit *Big.* καὶ τὸ deëst in quodam *Paris.*

o Αβέβηλον ἔδαφος,] Sic cum plerisque *MSS.* ut & *L. B. Rost.* & *Edit. Gen.* ἅγιον *Bas.*

„ emptorum spolia insumentes. Vestram autem multitudinem, & armorum apparatum cernere est qualem esse deceret, si publico vos consilio metropolis vocaret, in auxilium contra alienigenas. Quid igitur hoc esse quis dixerit, nisi fortunæ injuriam; cum videat gentem universam sceleratorum colluvioni opitulantem? Jamdudum quidem dubitavi, quidnam fuerit quod vos tam cito commoverit? haud enim temere pro latronibus & adversus cognatum populum arma sumere voluistis. At quoniam de Romanis & proditione nonnihil audivimus (istis enim nonnulli vestrûm nunc obstrepunt, & metropoleos liberandæ ergo se adesse clamant) sceleratos istos magis ob hoc mendacii commentum mirati sumus, quam ob alia quæ ausi sunt. Nam viros natura libertatis amantes, adeoque cum externis hostibus pugnare paratissimos, non alia de causa contra nos efferare potuerant, quam libertatis tantopere expetitæ proditionem fingendo. Sed vos sane oportet considerare, quinam sint qui calumnias adhibent, & contra quos; fidemque veritatis ex rerum communium intuitu, non ex fictis sermonibus colligere. Etenim quam ob causam nos Romanis nosmet nunc dedimus, cum ab initio licuerit, aut ab illis non defecisse aut post defectionem cito cum illis redire in gratiam, priusquam circa nos omnia vastarentur? namque jam, ne volentibus quidem nobis *res* componere facile, cum & Romanos superbos fecerit Galilæa sub jugum missa, & in ignominiam cedat morte graviorem, illos officiis demereri cum jam in propinquo sint. Et ego quidem, quod ad me attinet, pacem morti præferrem; semel autem bello appetitus, manibusque consertis, mortem gloriosam mallem quàm captivi vitam agere. Verum utrum nos, populi principes, ajunt, clam misisse *aliquos* ad Romanos, aut etiam totum populum communi suffragio? si quidem nos, nominatim proferant amicos quos miserimus, qui servi fuerint proditionis ministri? num quis in itinere deprehensus est? rediens captus est? literas nacti sunt? Quò modo autem tantam quidem civium multitudinem lateremus, quibuscum omni hora versamur? Paucis vero, atque his inclusis, qui de templo ne in civitatem quidem prodire possent, quo pacto sunt cognita quæ occulta extra civitatem fierent? An vero nunc resciita sunt, quando oportet facinorum supplicia luere? At tantisper dum nihil esset quod vererentur, nemo nostrûm in proditionis suspicionem veniebat. Sin vero in populum culpam conjiciant, *dicendum* eos palam ea de re deliberasse, & ne unum quidem abfuisse concilio, adeoque fama manifestior quolibet indicio celerius ad vos pervenisset. Quid vero? nonne & legatos mittere oportebat ad pactiones sanciendas? Et quis designatus fuerit, dicant. Sed hæ quidem male pereuntium, causationes sunt. Quinetiam si civitatem proditum iri in fatis esset, id quoque ipsos solos qui nos criminantur ausuros esse, quo-

„ καταναλίσκοντας εἰς τὰς ἀπλήστους γαστέρας. τὸ δὲ ὑμέτερον πλῆθος, καὶ τὸν κόσμον τῶν ὅπλων ὁρᾶν ἐστιν οἷος ἔπρεπε, [p] καλούσης τῆς μητροπόλεως κοινῷ βουλευτηρίῳ συμμάχους κατ' ἀλλοφύλων. τί ἂν οὖν εἴποι τοῦτό τις ἢ τύχης ἐπήρειαν, [q] ὅταν λογάσι πονηροῖς αὔτανδρον ἔθνος ὁρᾷ συνασπίζον αὐτοῖς; μέχρι πολλοῦ μὲν ἀπορῶ, [r] τί δή ποτε καὶ τὸ κινῆσαν ὑμᾶς οὕτω ταχέως ἐγένετο; μὴ γὰρ ἂν δίχα μεγάλης αἰτίας ἀναλαβεῖν τὰς πανοπλίας ὑπὲρ λῃστῶν, καὶ κατὰ δήμου συγγενοῦς. ἐπεὶ δὲ ἠκούσαμεν Ῥωμαίους καὶ προδοσίαν. ταῦτα γὰρ ὑμῶν ἐθορύβουν τινὲς ἀρτίως, καὶ τῆς μητροπόλεως ἐπ' ἐλευθερώσει παρεῖναι· πλέον τῶν ἄλλων τολμημάτων [s] ἐθαυμάσαμεν τοὺς ἀλιτηρίους, τῆς περὶ τὸ ψεῦδος ἐπινοίας. ἄνδρας γὰρ φύσει φιλελευθέρους, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα τοῖς [t] ἔξωθεν πολεμίοις μάχεσθαι παρεσκευασμένους, οὐκ ἐνῆν ἄλλως ἐξαγριῶσαι καθ' ἡμῶν, ἢ λογοποιήσαντας προδοσίαν τῆς ποθουμένης ἐλευθερίας. ἀλλ' ὑμᾶς γε χρὴ σκέπτεσθαι τούς τε διαβάλλοντας, καὶ καθ' ὧν, συνάγειν τε τὴν ἀλήθειαν, οὐκ ἐκ τῶν ἐπιπλάστων λόγων, ἀλλ' ἐκ τῶν κοινῶν πραγμάτων. τί γὰρ δὴ καὶ παθόντες ἂν ἡμεῖς, Ῥωμαίοις [v] προσπωλοῖμεν ἑαυτοὺς νῦν, παρὸν ἢ μηδὲ ἀποστῆναι τὸ πρῶτον, ἢ προσχωρῆσαι ταχέως ἀποστάντας, ὄντων ἔτι τῶν πέριξ ἀπορθήτων; νῦν μὲν γὰρ οὐδὲ βουλομένοις διαλύσασθαι ῥᾴδιον, ὅτε Ῥωμαίους μὲν ὑπερόπτας πεποίηκεν ὑποχείριος ἡ Γαλιλαία, φέρει δ' αἰσχύνην ἡμῖν θανάτου χαλεπωτέραν, τὸ θεραπεύειν αὐτοὺς ὄντας ἤδη πλησίον. [x] καὶ ἔγωγε κατ' ἐμαυτὸν μὲν ἂν εἰρήνην προτιμήσαιμι θανάτου· πολεμούμενος δ' ἅπαξ καὶ συμβαλὼν, θάνατον εὐκλεᾶ τοῦ ζῆν αἰχμάλωτος. πότερον δέ φασιν [y] ἡμᾶς, τοὺς τοῦ δήμου προεστῶτας, πέμψαι κρύφα πρὸς Ῥωμαίους, ἢ [z] καὶ τὸν δῆμον κοινῇ ψηφισάμενον; εἰ μὲν ἡμᾶς, εἰπάτωσαν τοὺς πεμφθέντας φίλους, τοὺς διακονήσαντας τὴν προδοσίαν οἰκέτας. ἐφωράθη τις ἀπιών; ἀνακομιζόμενος ἑάλω; γραμμάτων γεγόνασιν ἐγκρατεῖς; πῶς δὲ τοὺς μὲν τοσούτους πολίτας ἐλάθομεν, οἷς κατὰ πᾶσαν ὥραν συναναστρεφόμεθα; τοῖς δὲ ὀλίγοις καὶ φρουρουμένοις, καὶ μηδὲ εἰς τὴν πόλιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ προελθεῖν δυναμένοις, ἐγνώσθη τὰ κατὰ τὴν χώραν λαθραίως ἐνεργούμενα; νῦν δ' ἔγνωσαν ὅτι δεῖ δοῦναι δίκας τῶν τετολμημένων; [a] ἕως δ' ἦσαν ἀδεεῖς αὐτοὶ, προδότης ἡμῶν οὐδεὶς ὑπωπτεύετο. εἰ δὲ ἐπὶ τὸν δῆμον ἀναφέρουσι τὴν αἰτίαν, ἐν φανερῷ δήπουθεν ἐβουλεύσαντο, [b] οὐδ' εἷς ἀπεστάτει τῆς ἐκκλησίας, ὥστε τάχιον ἂν τῆς μηνύσεως ἔσπευσεν ἡ φήμη πρὸς ὑμᾶς [c] φανερωτέρα. [d] τί δαὶ, οὐχὶ καὶ πρέσβεις ἔδει πέμπειν [e] ψηφισαμένους τὰς διαλύσεις; καὶ τίς ὁ χειροτονηθεὶς, εἰπάτωσαν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν [f] δυσθανατούντων, καὶ πλησίον οὔσας τὰς τιμωρίας διακρουομένων σκῆψίς ἐστιν. εἰ γὰρ δὴ καὶ προδοθῆναι τὴν πόλιν εἵμαρται, μόνους ἂν τολμῆσαι καὶ τοῦτο τοὺς διαβάλλοντας, ὧν τοῖς

„ [g] τολ-

p Καλούσης] καλούσης ὑμᾶς *L. B.* καλ. μὲν τῆς μητρ. *Paris.*

q Ὅταν λογάσι] Ita lego & distinguo cum *Big. Vat. Voss. Busb. Rhed.* & *Ruf.* antea erat, ὅπου γὰρ λογάσι π. α. ἔ. ὁρῶ σ. αὐτοῖς, μέχρι π.

r Τί δή ποτε] Τί δήποτε τὸ κινῆσαν ὑμᾶς καὶ οὕτω τ. *Busb.* & *Rhed.*

s Ἐθαυμάσαμεν] Ita *Big.* & *Ruf.* ἐθαύμασέ τις in *Editis Aliisque.*

t Ἔξωθεν πολεμίοις μάχεσθαι] Sic *MSS. L. B.* quoque & *Rost.* & *Paris.* ἔξω *Bas.* & *Gen.*

tum ad fontem Siloam flectens, & inde rursus in orientem deflectens versus piscinam Solomonis, & usque ad locum quendam pertinens qui Ophlas dicitur, Orientali templi porticui conjunctus erat. Secundus autem *murus* initium quidem ducebat à porta quam Gennath vocabant, quæque primi muri erat *porta*, solumque septentrionalem tractum ambiens ad Antoniam usque pertingebat. Tertio autem muro initium dabat turris Hippica, unde versus Borealem tractum sese extendens ad turrim usque Psephinam, deinde protendens sese ex adverso monumenti Helenæ, quæ Adiabenorum regina erat & Izatæ regis mater, & per speluncas regias in longum ductus flectebatur quidem in angulari turri prope monumentum Fullonis dictum: antiquo autem muro conjunctus desinebat in vallem Cedronem ut appellatur. Hoc *muro* eam civitatis partem, quæ antiquæ accreverat, circumdedit rex Agrippa, cum antea esset omnis nuda. Multitudine enim exuberans *civitas* paulatim extra mœnia *antiqua* serpebat; cumque templi septentrionalia colli proxima domibus complerentur, non parum processum est extra veteres colles, ita ut quartus ædificiis occuparetur collis, cui nomen Bezetha, ex adverso quidem Antoniæ, inde vero abscissus fossa profunda, (nam de industria ducta erat fossa) ne Antoniæ fundamenta, si colli cohærerent, accessu facilia essent aut minus edita. quo factum ut fossæ profunditas plurimum altitudinis turribus adjiceret. pars autem illa civitatis quæ veteri accesserat voce patria Bezetha appellata est, quæ, si Græce eam interpretemur, Cœnopolis dici posset. Cum ergo qui illic habitarent tegumento *muri* opus haberent, * regis præsentis pater, eique cognominis, Agrippa, murum quidem jam memoratum inchoat; veritus autem Claudium Cæsarem, ne constructionis magnitudinem in novarum rerum studii & seditionis suspicionem traheret, jactis tantummodo fundamentis destitit ab opere. etenim inexpugnabilis exstitisset civitas, si murum, uti cœperat, perfecisset. Saxa enim, quibus construebatur, erant cubitos quidem xx longa, decem vero lata, ut nec ferro facile suffodi possent, nec machinis loco dimoveri: *hisque* factus est murus ipse in latitudinem decem cubitorum, ac in majorem, ut verisimile est, altitudinem surrexisset, si magnificentia illius qui eum inchoaverat non inhibita fuisset. Postea vero *idem murus*, utpote studiose à Judæis excitatus, ad xx cubitos attollitur; & minas quidem binis cubitis, propugnacula vero trinis habebat: adeo ut tota altitudo ad xxv cubitos assurgeret.

νότον [t] ὑπὲρ τὴν Σιλωὰμ ἐπιστρέφον πηγὴν, ἔνθεν [v] τε πάλιν ἐκκλῖνον πρὸς ἀνατολὴν ἐπὶ τὴν [x] Σολομῶνος κολυμβήθραν, καὶ διῆκον μέχρι χώρου τινὸς, ὃν καλοῦσιν [y] Ὀφλὰν, τῇ πρὸς ἀνατολὴν στοᾷ τοῦ ἱεροῦ [z] συνῆπται. τὸ δὲ δεύτερον τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ πύλης εἶχεν, ἣν [a] Γεννὰθ ἐκάλουν, τοῦ πρώτου τείχους οὖσαν, κυκλούμενον δὲ τὸ προσάρκτιον κλίμα μόνον ἀνῄει μέχρι τῆς Ἀντωνίας. τῷ τρίτῳ δὲ ἦν ἀρχὴ ὁ Ἱππικὸς πύργος, ὅθεν μέχρι τοῦ βορείου κλίματος κατατεῖνον ἐπὶ [b] τὸν Ψήφινον πύργον, ἔπειτα καθῆκον ἀντικρὺ τῶν Ἑλένης μνημείων· Ἀδιαβηνὴ βασιλὶς ἦν αὕτη, [c] Ἰζάτου βασιλέως [d] μήτηρ· καὶ διὰ σπηλαίων βασιλικῶν μηκυνόμενον ἐκάμπτετο μὲν γωνιαίῳ πύργῳ κατὰ τὸ [e] τοῦ Γναφέως προσαγορευόμενον μνῆμα· τῷ δὲ ἀρχαίῳ περιβόλῳ συνάπτον εἰς τὴν Κεδρῶνα καλουμένην φάραγγα κατέληγεν. τοῦτο τῇ [f] προσκτισθείσῃ πόλει περιέθηκεν Ἀγρίππας, ἥπερ ἦν πᾶσα γυμνή. πλήθει γὰρ ὑπερχεομένη, κατὰ μικρὸν ἐξεῖρπε τῶν περιβόλων, καὶ τοῦ ἱεροῦ τὰ προσάρκτια πρὸς τῷ λόφῳ συμπολίζοντες, ἐπ' οὐκ ὀλίγον προῆλθον, [g] καὶ τέταρτον περιοικηθῆναι λόφον, ὃς καλεῖται [h] Βεζεθὰ, κείμενος μὲν ἀντικρὺ τῆς Ἀντωνίας, [i] ἀποτεμνόμενος δὲ ὀρύγματι βαθεῖ· διεταφρεύθη γὰρ ἐπίτηδες, ὡς μὴ τῷ λόφῳ συνάπτοντες οἱ θεμέλιοι τῆς Ἀντωνίας, εὐπρόσιτοί τε εἶεν, καὶ ἧττον ὑψηλοί. διὸ δὴ καὶ πλεῖστον ὕψος τοῖς πύργοις προσεδίδου τὸ βάθος τῆς τάφρου· ἐπιχωρίως δὲ ἐκλήθη [k] Βεζεθὰ τὸ νεόκτιστον μέρος, ὃ μεθερμηνευόμενον Ἑλλάδι γλώσσῃ καινὴ λέγοιτ' ἂν πόλις. δεομένων οὖν τῶν [l] ταύτῃ σκέπης, ὁ πατὴρ τοῦ νῦν βασιλέως, καὶ ὁμώνυμος Ἀγρίππας, ἄρχεται μὲν οὗ [m] προείπομεν τείχους· δείσας δὲ Κλαύδιον Καίσαρα, μὴ τὸ μέγεθος τῆς κατασκευῆς ἐπὶ νεωτερισμῷ πραγμάτων ὑπονοήσῃ καὶ στάσεως, παύεται θεμελίους μόνον βαλόμενος· καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἦν ἁλώσιμος ἡ πόλις, εἰ [n] προὔκοπτε τὸ τεῖχος ὡς ἤρξατο. λίθοις μέν γε [o] εἰκοσιπήχεσι τὸ μῆκος, τὸ εὖρος δεκαπήχεσι [p] συνηρμόζετο, μήθ' ὑπορυγῆναι σιδήρῳ ῥᾳδίως, [q] μήθ' ὑπ' ὀργάνοις διασεισθῆναι [r] δυναμένοις· δέκα πήχεις αὐτὸ τὸ τεῖχος ἐπλατύνετο, καὶ τὸ ὕψος [s] πλεῖον μὲν ἂν ὡς εἰκὸς ἔσχε, μὴ διακωλυθείσης τῆς τοῦ καταρξαμένου φιλοτιμίας. αὖθις δὲ, καίτοι μετὰ σπουδῆς ἐγειρόμενον ὑπὸ Ἰουδαίων, [t] εἰς εἴκοσι πήχεις ἀνέστη· καὶ διπήχεις μὲν τὰς ἐπάλξεις, τριπήχεις δὲ τοὺς [v] προμαχῶνας εἶχεν, ὡς τὸ πᾶν ὕψος [x] εἰς εἰκοσιπέντε πήχεις ἀνατετάσθαι.

Turrium altitudo. 3. Murum autem supereminebant turres, xx. quidem cubitis in latitudinem, xx. etiam in altitudinem, quadratæ & solidæ sicut & ipse murus. quin & junctura & pulchritudine lapidum nihil

γ'. Τοῦ δὲ τείχους ὑπερεῖχον οἱ πύργοι πήχεις εἴκοσι μὲν εἰς εὖρος, εἴκοσι δὲ εἰς ὕψος, τετράγωνοί τε καὶ πλήρεις ὥσπερ αὐτὸ τὸ τεῖχος ὄντες. ἥγε μὴν ἁρμονία καὶ τὸ κάλλος τῶν λίθων οὐδὲν ἀπέδει

t Ὑπὲρ τὴν Σιλωὰμ] ἐπὶ τὴν Σιλοὰν *Rost.*
v Τε πάλιν] τοὶ πάλιν *L. B.*
x Σολομῶνος κολυμβήθραν,] Confer. supr. cap. 3. §. 2. SPANH.
y Ὀφλὰν,] Ita legisse videtur *Ruf.* Ἀφλὰμ *Big.* Ὀφλᾶς in *Editis Aliisque.* Conf. supr. lib. 2. c. 17. §. 9. SPANH.
z Συνῆπται.] *Al.* συνῆπτε & συνῆπτοι.
a Γεννὰθ] Γεναθὴν *Big.* Γενναθὶν *Gall.*
b Τὸν Ψήφινον πύργον,] Conf. supr. c. 2. §. 2. SPANH.
c Ἰζάτου βασιλέως] Ἰζα τοῦ βασ. *Vat.*
d Μήτηρ.] Ita ex *Rufini* exemplaribus quibusdam & *Josepho* in *Antiquitatum* l. 20. c. 2. antea erat in *Græcis* omnibus θυγάτηρ.
e Τοῦ] Abest a *L. B.*
f Προσκτισθείσῃ] προσοικισθείσῃ *L. B.*
g Καὶ τέταρτον] Aut ὥστε legendum, aut καὶ pro ὥστε accipiendum.
h Βεζεθὰ,] Βεζεθανὰ *Big.* & *Voss.* Ζεβεθανὰ *Ruf.* Conf. supr. lib. 2. c. 15. §. 5. SPANH.
i Ἀποτεμνόμενος δὲ ὀρύγματι βαθεῖ.—τῆς Ἀντωνίας,] Hæc omnia desunt in *Rost.*
k Βεζεθὰ τὸ νεόκτιστον μέρος, —ἂν πόλις.] Conf. supr. lib. 2. c. 15. §. 5. SPANH.
l Ταύτῃ σκέπης,] Ἐν αὐτῇ *Big.*
m Προείπομεν τείχους·] Προείπαμεν *Big.*
n Προὔκοπτε τὸ τεῖχος] Προέκοπτε *Big.*
o Εἰκοσιπήχεσι τὸ μῆκος,] Ita *Big.* εἰκοσαπήχεσι in *Editis Aliisque.*
p Συνηρμόζετο,] Ἡρμόζετο *Voss.* & *Rost.*
q Μήθ' ὑπ' ὀργάνοις] Μήτ' ὀργάνῳ *Big.*
r Δυναμένοις·] Δυνάμενον δέκα πήχεσιν *Big.* δυνάμενον δέκα δὲ πήχεις *Voss.*
s Πλεῖον μὲν] Πλέον *Big.*
t Εἰς εἴκοσι πήχεις ἀνέστη] Ὡς *Big.*
v Προσμαχῶνας] *Hesychius* προμαχεὼν, πύργος leg. προμαχὼν Conf. infr. §. 3. SPANH.
x Εἰς εἰκοσιπέντε πήχεις ἀνατετάσθαι.] Illud εἰς non agnoscit *Big.*

* *Id est,* Agrippa rex Agrippæ junioris pater.

g Τὸ

δὲ ναοῦ. μετὰ δὲ [y] τὸ ναστὸν ὕψος τῶν πύργων, ὅπερ ἦν εἰκοσίπηχυ, πολυτελεῖς ἦσαν οἶκοι, καὶ καθύπερθεν ὑπερῷα, δεξαμεναί τε πρὸς τὰς τῶν ὑετῶν [z] ὑποδοχὰς [a] ἐκεῖ πλεῖσται, καὶ πλατεῖαι καθ' ἕκαστον ἄνοδοι. τοιούτους μὲν [b] οὖν πύργους τὸ τρίτον τεῖχος εἶχεν ἐνενήκοντα· τὰ δὲ μεσοπύργια τούτων, ἀνὰ πήχεις [c] διακοσίους. τὸ [d] δὲ μέσον εἰς τεσσαρεσκαίδεκα πύργους, τὸ δὲ ἀρχαῖον εἰς ἑξήκοντα μεμέριστο. [e] τῆς πόλεως δὲ ὁ πᾶς κύκλος σταδίων ἦν τριάκοντα τριῶν. θαυμασίου δὲ ὄντος ὅλου τοῦ τρίτου τείχους, θαυμασιώτερος ἀνεῖχε κατὰ γωνίαν [f] βόρειός τε καὶ πρὸς δύσιν ὁ [g] Ψήφινος πύργος, καθ' ὃν ἐστρατοπεδεύσατο Τίτος. [h] ἐπὶ γὰρ ἑβδομήκοντα πήχεις ὑψηλὸς ὢν, Ἀραβίαν τε ἀνίσχοντος ἡλίου παρεῖχεν ἀφορᾶν, καὶ μέχρι θαλάττης τὰ τῆς Ἑβραίων κληρουχίας ἔσχατα. [i] ὀκτάγωνος δὲ ἦν. τούτου δὲ ἄντικρυς ὁ Ἱππικὸς, καὶ παρ' αὐτὸν δύο [k] κατεσκευάσθησαν ὑπὸ Ἡρώδου [l] τοῦ βασιλέως ἐν τῷ ἀρχαίῳ τείχει μέγεθός τε καὶ κάλλος ἦσαν καὶ ὀχυρότητα τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην διάφοροι. πρὸς γὰρ τῷ φύσει μεγαλοψύχῳ, καὶ τῇ περὶ τὴν πόλιν φιλοτιμίᾳ, τὴν ὑπεροχὴν τῶν ἔργων ὁ βασιλεὺς πάθεσιν [m] οἰκείοις ἐχαρίζετο, καὶ [n] τρισὶ τοῖς ἡδίστοις προσώποις ἀφ' ὧν [o] ὠνόμασε τοὺς πύργους, ἀδελφῷ καὶ φίλῳ καὶ γυναικὶ, τὴν μνήμην [p] ἀνέθηκε· τὴν μὲν, ὡς [q] προειρήκαμεν, [r] κτείνας δι' ἔρωτα, τοὺς δὲ ἀποβαλὼν ἐν πολέμῳ γενναίως ἀγωνισαμένους. ὁ μὲν οὖν Ἱππικὸς, ἀπὸ τοῦ φίλου προσαγορευθεὶς, τετράγωνος μὲν ἦν, εὖρος δὲ καὶ μῆκος εἴκοσι καὶ πέντε πηχῶν [s] ἑκατέρου καὶ ὕψος τριάκοντα, οὐδαμοῦ διάκενος. ὑπὲρ δὲ τὸ [t] πλῆρες, [v] καὶ ταῖς πέτραις [x] συνηνωμένον, εἰς ἐκδοχὴν [y] τῶν ὄμβρων, [z] εἰκοσίπηχυς λάκκος ἦν τὸ βάθος. ἐπάνω δὲ τούτου δίστεγος [a] οἶκος ἦν, εἴκοσι καὶ πέντε πηχῶν τὸ ὕψος, εἰς [b] ποικίλα τε [c] διῃρημένος, ὑπὲρ ὃν τύρσεις μὲν διπήχεις, [d] προμαχῶνες δὲ περιβέβληντο τριπήχεις· ὡς τὸ πᾶν ὕψος εἰς ὀγδοήκοντα πήχεις συναριθμεῖσθαι. ὁ δὲ δεύτερος πύργος, ὃν ὠνόμασεν ἀπὸ τἀδελφοῦ Φασάηλον, τὸ μὲν πλάτος καὶ τὸ μῆκος [e] ἴσον εἶχε, τεσσαράκοντα πηχῶν ἕκαστον, ἐπὶ τεσσαράκοντα [f] δ' ἦν τὸ ναστὸν αὐτοῦ ὕψος. [g] ἐπάνω δ' αὐτοῦ περιῄει στοὰ [h] δεκαπήχης τὸ ὕψος, θωρακίοις τε καὶ [i] προβόλοις σκεπομένη. [k] μέσην δ' ὑπερῳκοδόμητο τὴν στοὰν πύργος ἕτερος, εἴς τε οἴκους πολυτελεῖς, καὶ δὴ καὶ βαλανεῖον διῃρημένος, ὡς μηδὲν ἐνδέοι τῷ πύργῳ βασίλειον δοκεῖν. τὰ δὲ ἄκρα τοῖς προμαχῶσι καὶ ταῖς τύρσεσι μᾶλλον ἤπερ ὁ πρὸ αὐτοῦ κεκόσμητο. [l] πηχῶν δὴ τὸ πᾶν ὕψος, ὡς ἐνε-

cedebant templo. Supra vero solidam *illam* turrium altitudinem ad XX. cubitos, magnifici erant œci, iisque superimposita cœnacula, & cisternæ ad aquas pluviales illic recipiendas plurimæ, & lati ad singula gradus quibus ascendebatur. Atque turres quidem ejusmodi tertius iste murus XC. habebat; earum autem intervalla erant CC. cubitorum. medius vero murus in XIV. turres, & antiquus in LX. divisus erat. Urbis autem circuitus universus erat *Urbis circuitus.* stadiorum XXXIII. At cum totus esset admirabilis tertius ille murus, admirabilior tamen adhuc erat Psephina turris, quæ in angulo ad septentrionem & *Turris Psephina.* occidentem sito surgebat, adversus quam Titus castra posuerat. Cum enim LXX. cubitos alta esset, inde conspici poterat Arabia sole oriente, ultimique ad mare usque terræ Judæorum fines. Erat autem octangularis *ea turris.* Atqui ex adverso illius erat Hippicos *dicta turris*, & juxta eam duæ *aliæ*, ab Herode rege in veteri muro ædificatæ: quæ magnitudine & pulchritudine & firmitate universis, quæ toto orbe erant, præstabant. nam præterquam quod *rex* natura esset magno & excelso animo, & magnificentiæ studeret in urbe ornanda, in operum præcellentia animi sui affectibus gratificabatur; tribusque personis charissimis à quibus turres appellavit, fratri scilicet & amico & conjugi, in memoriam consecravit: huic quidem, ut jam ante diximus, amoris causa ab ipso peremptæ, illis vero bello amissis cum fortiter strenueque dimicassent. Atque Hippica sane, ab amico denominata, *Turris Hippica.* quadrangularis quidem erat, (cujus singula latera latitudine & longitudine XXV. cubitos patebant, altitudine vero erant *cubitorum* XXX.) nusquam inanis. Supra autem *hanc* soliditatem, saxisque adunatam compaginem, imbribus excipiendis puteus erat XX. cubitos altus. Super eum vero domus erat * gemino tabulato XXV. cubitos alta, & in varia *membra* divisa. cui impositæ erant minæ quidem ad duos, propugnacula vero ad tres cubitos assurgentia, ita ut tota altitudo ad LXXX. cubitos numeraretur. Secunda vero turris, quam de fratris nomine Phasaëlum nominavit, æque tam in longitudinem quam *Turris Phasaëlus.* in latitudinem XL. cubitos patebat, totidemque in altitudinem, tota solida. Hanc autem ambibat porticus X. cubitos alta, loricis & propugnaculis septa. in medio vero porticûs super ædificata erat alia turris in œcos etiam magnificos cum balneo divisa, ut nihil turri deesset quo minus regia videretur. in fastigio autem minis & propugnaculis, præ altero quem memoravimus, ornata erat: adeoque tota ejus altitudo ad XC. cubitos usque attollebatur;

y Τὸ ναστὸν ὕψος τῶν πύργων,] De Athleta στρυφνὸν ναστὸν Philo Qu. om. prob. lib. p. 869. B. hic infr. lib. 6. c. 9. §. 1. ναστὸν αὐτῶν ὕψος scil. πύργων SPANH.

z Ὑποδοχὰς] Ἀποδοχὰς *Voss.* & *Rost.*

a Ἐκεῖ πλεῖσται,] Ἑλικιωδεῖς τε aut simile quid legisse videtur *Ruf.* qui vertit, *& tortuosi latique singularum ascensus.*

b Οὖν πύργους] Illud οὖν deest *Big.*

c Διακοσίους.] Διακοσίας *Big.*

d Δὲ μέσον] Ita *Voss.* & *Ruf.* τὸ δ' αὖ μέσον in *cæteris.*

e Τῆς πόλεως δὲ] Τῆς πόλεως ὁ κ. *Big.*

f Βόρειός τε] Βορείου *Big.* ὁ βόρειός τε *Voss.*

g Ψήφινος] Conf. supr. c. 2. §. 2. SPANH.

h Ἐπὶ γὰρ ἑβδομήκοντα πήχεις] Ἐπεὶ γὰρ ἑβδ. *Big.*

i Ὀκτάγωνος δὲ ἦν.] Ὀκταγώνιος *Big.*

k Κατεσκευάσθησαν] Κατασκευασμένοι ὑφ' Ἡρ. *Big.* κατασκευάσθησαν μὲν ὑφ'. *Voss.*

l Τοῦ βασιλέως] Articulum non agnoscit *Big.*

m Οἰκείοις ἐχαρίζετο,] Οἰκείοις καὶ ἰδίοις *Big.* Verum non dubito quin ἰδίοις olim margini appositum in textum irrepserit.

n Τρισὶ τοῖς ἡδίστοις προσώποις ἀφ' ὧν] Conf. supr. lib. 2. c. 17. §. 8. & lib. 7. c. 1. §. 1. SPANH.

o Ὠνόμασε] Ἐπωνόμασε *Big.*

p Ἀνέθηκε] Ἀνατιθεὶς *Big.* quo modo forsan & *Ruf.*

q Προειρήκαμεν.] Εἰρήκαμεν *Voss.* & *Rost.*

r Κτείνας δι' ἔρωτα,] Καὶ κλείνας *Big.*

s Ἑκατέρου καὶ ὕψος] Ita *Big. Lugd. Bat.* & *Vat.* antea erat καὶ ἕκαστος ὕψος τριάκοντας.

t Πλῆρες,] Πληρέστατον *Big.*

v Καὶ ταῖς πέτραις] Absunt a *L. B.* & *Rost.*

x Συνηνωμένον,] Ita *Vat.* συνηνωμένοις in *Editis.* συνηνωμένος & συνηνωμένων in quibusdam *MSS.*

y Τῶν ὄμβρων,] Illud τῶν è *MSS.*

z Εἰκοσίπηχυς] Ita rescripsi. εἰκοσάπυχυς hîc loci in *Editis* & *MSS.*

a Οἶκος ἦν, εἴκοσι καὶ πέντε] οἶκος ἦν, ὅσον εἴκοσι *L. B.* τεῖχος. ἦν οὖν εἰκ. *Rost.*

b Ποικίλα τε] ποικ. μὲν *Rost.* posteriorem vocem plane delet *L. B.*

c Διῃρημένος, ὑπὲρ ὃν] διῃρημένος ὑπερῷα. *Rost.* quod quidem me judice vel per ὑπὲρ ὃν fuit absorptum, atque interseri debet; vel in illud fuit mutatum. HAV.

d Προμαχῶνες] Conf. supr. §. 2. SPANH.

e Ἴσον] ἴσα *L. B.*

f Δ' ἦν τὸ ναστὸν αὐτοῦ ὕψος.] Αὐτοῦ τὸ ναστὸν ἦν *Big.*

g Ἐπάνω δ' αὐτοῦ] Ἐπάνωθεν δὲ τούτου *Big.*

h Δεκαπήχης] δεκάπηχυς *L. B.*

i Προβόλοις] περιβόλοις *Rost.*

k Μέσην δ' ὑπερῳκοδόμητο] Μέσῃ δ' ὑπερῳκοδόμητο τῇ στοᾷ πύργος τε ἕτερος. *Big.*

l Πηχῶν δὴ] πηχῶν δὲ *L. B.*

* *Al.* duplici tecto.

lebatur; & specie quidem turri in Pharo *insula* quæ Alexandriam navigantibus ignem procul ostendit, similis erat, sed ambitu multo major. Cæterum tunc Simoni factum erat tyrannidis domicilium. Tertia autem turris Mariamne *dicta* (ita enim vocabatur regina) usque ad xx. quidem cubitos solida erat, xx. vero cubitos lata pariterque alta. Diversoria autem cæteris magnificentiora & ornatiora sustinebat: rege quippe ipsum id decere arbitrante, ut turri de uxoris nomine appellatæ plus ornatûs adhiberetur, quam illis quæ à viris nomen traxerunt: sicut illæ hac munitiores erant, cui femina nomen dederat. Hujus tota altitudo erat LV. cubitorum.

Turis Mariamne.

Artificium quo turres illæ exstructæ erant.

4. Cum autem tantæ essent magnitudinis tres illæ turres, ex loci situ multo majores esse videbantur: nam & ipse antiquus murus, cui erant inædificatæ, in excelso colle exstructus fuerat; & magis quam *ipse* collis eminebat ad xxx. cubitos, supra quem *verticem* turres illæ positæ multum sublimitatis inde assumebant. Mirabilis autem etiam lapidum erat magnitudo. non enim ex vulgaribus lapidibus, saxisve quæ homines ferre possent, constructæ erant: verum ex secto marmore candido, singulis quidem *saxis* xx. cubitos longis, decem vero latis, & quinque altis. Tam apte autem inter se conjuncta erant, ut singulæ turres singula saxa viderentur à naturâ facta, ac deinde manibus artificum in faciem angulosque efformata. atque ita nusquam compaginis junctura deprehendi potuit. His autem, in septentrionali muri parti positis, intus conjuncta erat regia, omni narratione *pene* superior: ut quæ operis aut apparatus cujuscunque magnificentia superari non potuerit. sed tota quidem muro xxx. cubitos alto cincta erat, & in circuitu turribus ornatissimis æquali distantia positis distincta, maximisque cœnaculis, quæ c. virorum lectos caperent, *instructa*: in quibus inenarrabilis erat lapidum varietas. nam quicquid *illorum* ubique rarum magna copia collectum erat. Tecta etiam & laquearia ob trabium longitudinem & ornamentorum magnificentiam miranda *erant*. Cubiculorum item ingens multitudo, & figurarum circa illa multiplex varietas; atque omnia supellectile pretiosissima, vasisque, quorum pleraque aurea & argentea erant, *instructa*. Peristylia vero multa, alia post alia in circulum, singula variis columnis *ornata*. Quæ vero illorum *spatia* sub dio erant, viriditate ubique gaudebant: & variæ quidem sylvæ *erant*, inque iis prolixa ambulacra, & circa ea profundi euripi, cisternæque passim signis æreis abundantes, per quæ aqua effundebatur, & circa latices multæ cicurum columbarum turres. Sed enim regia, qualis fuerit, pro dignitate exponi nequit, & memoriæ cruciatus adhibetur, si quis referret, quantas res consumpserit flamma latrocinalis. nec enim ista omnia à Romanis incensa erant, sed ab insidiatoribus intestinis, ut jam ante diximus, sub defectionis initium. Atque primum quidem in Antoniam invasit ignis;

Regia incensa a latronibus.

ήκοντα, καὶ τὸ μὲν σχῆμα παρεῴκει τῷ κατὰ τὴν Φάρον ἐκπυρσεύοντι τοῖς [m] ἐπ' Ἀλεξανδρείας πλέουσι, τῇ περιοχῇ δὲ πολὺ μεῖζον ἦν. τηνικαῦτα γε μὴν τυραννεῖον ἀπεδείχθη τοῦ Σίμωνος. ὁ δὲ τρίτος πύργος ἡ Μαριάμμη, τοῦτο γὰρ ἡ βασιλὶς ἐκαλεῖτο, μέχρι μὲν εἴκοσι πηχῶν ναστὸς ἦν, εἴκοσι δὲ πήχεις εὖρος διέβαινε καὶ μῆκος ἴσον. πολυτελεστέραν δὲ καὶ ποικιλωτέραν τῶν ἄλλων τὴν οἴκησιν εἶχεν ἐπάνω· τοῦ βασιλέως οἰκεῖον ὑπολαβόντος, τὸν ἀπὸ γυναικὸς ὀνομασθέντα κεκοσμῆσθαι πλέον, ἢ τοὺς ἀπ' ἀνδρῶν, ὥσπερ ἐκείνους τῆς γυναικὸς ὀχυρωτέρους. τούτου τὸ πᾶν ὕψος πεντήκοντα [n] καὶ πέντε πηχῶν ἦν.

δ'. Τηλικοῦτοι δὲ ὄντες οἱ τρεῖς τὸ μέγεθος, πολὺ μείζονες ἐφαίνοντο διὰ τὸν τόπον· αὐτό τε γὰρ τὸ ἀρχαῖον τεῖχος, ἐν ᾧ ἦσαν, [o] ἐφ' ὑψηλῷ λόφῳ δεδόμητο, καὶ τοῦ λόφου καθάπερ κορυφή τις ὑψηλοτέρα προανεῖχεν εἰς τριάκοντα πήχεις, ὑπὲρ ἣν οἱ πύργοι κείμενοι πολὺ δή τι τοῦ μετεώρου προσελάμβανον. θαυμάσιον δὲ καὶ τῶν λίθων ἦν τὸ μέγεθος. οὐ γὰρ ἐξ εἰκαίας χερμάδος, οὐδὲ φορητῶν ἀνθρώποις πετρῶν συνειστήκεσαν, λευκὴ δὲ μάρμαρος ἐτμήθη· καὶ τὸ μὲν μῆκος [p] ἑκάστης πηχῶν [q] ἦν εἴκοσι, [r] δέκα δὲ εὖρος, καὶ βάθος πέντε. συνήνωντο δ' ἐπ' ἀλλήλοις, ὡς δοκεῖν ἕκαστον πύργον μίαν εἶναι πέτραν ἀναπεφυκυῖαν, [s] ἔπειτα δὲ περιεξέσθαι χερσὶ τεχνιτῶν εἰς σχῆμα καὶ γωνίας. οὕτως οὐδαμόθεν ἡ συνάφεια τῆς ἁρμονίας διεφαίνετο. κειμένοις δὲ πρὸς ἄρκτον αὐτοῖς ἔνδοθεν ἡ τοῦ βασιλέως αὐλὴ προσέζευκτο, παντὸς λόγου κρείσσων. οὔτε γὰρ πολυτελείας, οὔτε κατασκευῆς τινὸς [t] ἔλιπεν [v] ὑπερβολή. ἀλλὰ τετείχιστο μὲν [x] ἅπασα τριάκοντα πήχεις τὸ ὕψος, κύκλῳ κατ' ἴσον διάστημα [y] κεκοσμημένοις δὲ πύργοις διείληπτο, ἀνδρῶσί τε μεγίστοις, καὶ εἰς [z] ξενῶνας [a] ἑκατοντατρικλίνους· ἐν οἷς ἀδιήγητος μὲν ἡ ποικιλία τῶν λίθων ἦν. συνῆκτο γὰρ πολὺς ὁ πανταχοῦ σπάνιος. θαυμασταὶ δ' ὀροφαί, μήκει τε δοκῶν καὶ λαμπρότητι [b] προκοσμημάτων. οἴκων δὲ πλῆθος, καὶ [c] διαφοραὶ σχημάτων περὶ τούτους μυρίαι· πᾶσι γε μὴν ἀποσκευαὶ πλήρεις, [d] καὶ τὰ πλείω τῶν ἐν ἑκάστοις κειμένων ἐξ ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ. [e] περίστοα δὲ δι' ἀλλήλων ἐν κύκλῳ πολλά, καὶ στῦλοι πρὸς ἑκάστῳ διάφοροι. τά γε μὴν τούτων ὕπαιθρα πανταχοῦ χλοερά. καὶ ποικίλαι μὲν ὗλαι, μακροὶ δὲ δι' αὐτῶν περίπατοι, καὶ περὶ τούτους εὔριποι βαθεῖς [f] δεξαμεναί τε [g] πολλαχοῦ χαλκουργημάτων περίπλεοι, δι' ὧν τὸ ὕδωρ ἐξεχεῖτο, καὶ πολλοὶ περὶ τὰ νάματα [h] πύργοι πελειάδων ἡμέρων. ἀλλὰ γὰρ οὔθ' ἑρμηνεῦσαι δυνατὸν ἀξίως τὰ βασίλεια, καὶ φέρει βάσανον ἡ μνήμη, τὰς τοῦ λῃστρικοῦ πυρὸς δαπάνας ἀναφέρουσα. οὐ γὰρ ταῦτα Ῥωμαῖοι κατέφλεξαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἔνδον [i] ἐπιβούλων, ὡς προειρήκαμεν, ἐν ἀρχῇ τῆς [k] ἀποστάσεως. καὶ ἀπὸ μὲν τῆς Ἀντωνίας ἤρξατο τὸ πῦρ, μετέβη δ' ἐπὶ τὰ βασί-

m Ἐπ' Ἀλεξανδρείας] ἀπ' Αλ. *Rost.*
n Καὶ πέντε πηχῶν ἦν.] Ἐννέα *Big.*
o Ἐφ' ὑψηλῷ λόφῳ δεδόμητο,] Ἐν ὑψηλῷ λ. *Big.*
p Ἑκάστης πηχῶν] Ἑκάστη *Big.*
q Ἦν εἴκοσι,] Illud ἦν non agnoscit *Big.*
r Δέκα δὲ εὖρος,] Εὖρος δὲ δέκα *Big.*
s Ἔπειτα δὲ περιεξέσθαι] Ἐπὶ τὰ δὲ περιξ ἔχεσθαι *Big.*
t Ἔλιπεν] ἔλειπεν L. B.
v Ὑπερβολή.] Ita cum *Cod. Big.* ὑπερβολὴν in *Editis Aliisque.*
x Ἅπασα τριάκοντα] Πᾶσα *Big.*
y Κεκοσμημένοις δὲ πύργοις] Sic *Big.* κεκοσμημένοις δὲ πύργος in *Editis Aliisque.*
z Ξενῶνας] Ξενεῶνας *Big.*
a Ἑκατοντατρικλίνους] Ita cum *Cod. Big.* ἑκατονταχλίνους in *cæteris.*
b Προκοσμημάτων.] προκομημάτων *Rost.*
c Διαφοραὶ σχημάτων] Διαφορὰ σχ. π. τ. μυρία· πᾶσαι *Big.*
d Καὶ τὰ πλείω] Κατὰ πλείω *Big.*
e Περίστοα] περιστόων, περιστύλων *Hesych.* περίστοα infr. c. 5. §. 8. Spanh.
f Δεξάμεναί τε] Auctoritate *Cod. Big.* καὶ ante δεξάμεναί τε delevi.
g Πολλαχοῦ χαλκουργημάτων] Πανταχοῦ *Big.*
h Πύργοι πελειάδων ἡμέρων.] Crediderim quum hæ turres Herodem habuerint auctorem, has columbas esse quas הרדסיות Herodianas vocant Schabbath. XXIV. 3. Talmudici etiam dicunt has esse cicures factas. Ita & hic Josephus ἡμέρας vocat Rel.
i Ἐπιβούλων,] Post vocem hanc addit κατεφλέχθησαν *Lugd. Bat.*
k Ἀποστάσεως.] Κατεφλέχθησαν post ἀποστάσεως addit *Big.*

l Εἰς'

βασίλεια, καὶ τῶν τριῶν πύργων τὰς στέγας ἐπενεμήθη.

inde autem transiit in regiam, triumque turrium tecta depastus est.

ΚΕΦ. έ.

Ἔκφρασις ἱεροῦ.

ΤΟ δὲ ἱερὸν ἵδρυτο μὲν, ὥσπερ ἔφην, ἐπὶ λόφου καρτεροῦ· κατ' ἀρχὰς δὲ μόλις ἐξήρκει τὸ ἀνωτάτω χθαμαλὸν αὐτοῦ τῷ τε ναῷ καὶ τῷ βωμῷ. τὰ γὰρ πέριξ ἀπόκρημνος ἦν καὶ καταντης. τοῦ δὲ βασιλέως Σολομῶνος, ὃς δὴ καὶ τὸν ναὸν ἔκτισε, τὸ κατ' ἀνατολὰς μέρος ἐκτειχίσαντος, [l] εἶτ' ἐτέθη μία στοὰ τῷ χώματι· καὶ κατά γε τὰ λοιπὰ μέρη γυμνὸς ὁ ναὸς ἦν. τοῖς δ' ἑξῆς αἰῶσιν, ἀεί τε τοῦ λαοῦ προσχωννύντος, ἀνισούμενος ὁ λόφος ηὐρύνετο. διακόψαντες δὲ καὶ τὸ προσάρκτιον τεῖχος, τοσοῦτον [m] προσέλαβον ὅσον ὕστερον ἐπεῖχεν ὁ τοῦ παντὸς ἱεροῦ περίβολος. [n] τειχίσαντες δὲ ἐκ ῥίζης τριχῆ κύκλῳ τὸν λόφον, καὶ μεῖζον ἐλπίδος ἐκπονήσαντες ἔργον· εἰς ὃ μακροὶ μὲν ἐξανηλώθησαν αἰῶνες αὐτοῖς, καὶ [o] οἱ ἱεροὶ δὲ θησαυροὶ πάντες, οὓς [p] ἀνεπίμπλασαν οἱ παρὰ τῆς οἰκουμένης δασμοὶ πεμπόμενοι τῷ Θεῷ· τούς τε ἄνω περιβόλους, καὶ τὸ κάτω ἱερὸν ἀμφεδείμαντο. [q] τούτου τὸ ταπεινότατον, ἀπὸ τριακοσίων ἀνετειχίσαντο πηχῶν, κατὰ δέ τινας τόπους [r] ἐκ πλείονος· οὐ μέντοι πᾶν τὸ βάθος ἐφαίνετο τῶν θεμελίων· ἐπὶ πολὺ γὰρ ἔχωσαν τὰς φάραγγας, ἀνισοῦν βουλόμενοι τοὺς στενωποὺς τοῦ ἄστεως. πέτραι δὲ τεσσαρακοντάπηχεις τὸ μέγεθος ἦσαν τοῦ δομήματος· ἥ τε γὰρ δαψίλεια τῶν χρημάτων, καὶ ἡ τοῦ λαοῦ φιλοτιμία, λόγου μείζονας ἐποιεῖτο τὰς [s] ἐπιβολὰς, καὶ τὸ μηδὲ ἐλπισθὲν ἕξειν πέρας, ἐπιμονῇ καὶ χρόνοις ἦν ἀνύσιμον.

β'. Ἦν δὲ ἄξια τῶν τοιούτων θεμελίων καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἔργα. διπλαῖ μὲν γὰρ αἱ στοαὶ πᾶσαι, κίονες δ' αὐταῖς εἰκοσιπέντε πηχῶν τὸ ὕψος [t] ὑφεστήκεσαν, μονόλιθοι λευκοτάτης μαρμάρου, [v] κεδρίνοις δὲ φατνώμασιν [x] ὠρόφωντο. τούτων ἡ μὲν φυσικὴ πολυτέλεια, καὶ τὸ εὔξεστον, καὶ τὸ ἁρμόνιον, παρεῖχε θεωρίαν ἀξιόλογον· οὐδενὶ δὲ ἔξωθεν, οὔτε ζωγραφίας, οὔτε γλυφίδος ἔργῳ προσηγλάϊστο. [y] καὶ πλατεῖαι μὲν ἦσαν ἐπὶ τριάκοντα πήχεις· ὁ δὲ πᾶς κύκλος αὐτῶν εἰς ἓξ σταδίους συνεμετρεῖτο, περιλαμβανομένης καὶ τῆς Ἀντωνίας. [z] τὸ δὲ ὕπαιθρον ἅπαν πεποίκιλτο [a] παντοδαπῶν λίθων κατεστρωμένον. διὰ τούτου προϊόντων ἐπὶ τὸ δεύτερον ἱερὸν, [b] δρύφακτος περιβέβλητο λίθινος, [c] τρίπηχυς μὲν ὕψος, πάνυ δὲ χαριέντως διειργασμένος. ἐν αὐτῷ [d] δ' εἱστήκεσαν ἐξ ἴσου διαστήματος

CAP. V.

Descriptio templi.

FAnum autem, ut *superius* dixi, supra arduum quidem collis jugum conditum erat: cumque ædificari cœptum esset, vix templo & aræ sufficiebat planities in illius vertice: nam undique præceps erat atque declivis. Cum autem rex Solomon, idem qui templum exstruxit, partem ejus * ad orientem muro cinxisset, tum terræ illic aggestæ porticus una imposita erat: & ex aliis partibus nudum manebat templum. Progressu autem temporis, cum semper aliquid aggeris populus accumularet, coæquatus collis latior effectus est. Quin & muro ad septentrionem perrupto, tantum assumpsere *spatii*, quantum postea totius fani ambitus includebat. Cum autem a fundamentis triplici muro collem circumdedissent, & in opere magis quam sperandum erat elaborassent, (in quo longa sæcula consumpta erant, omnesque thesauri sacri, quos ex toto orbe missa Deo tributa repleverant) tam superiorem ambitum quam templum interius ædificarunt. Cujus quod humillimum erat ad trecentos cubitos excitarunt, in quibusdam vero locis ad plures. Non tamen omnis fundamentorum altitudo apparebat: nam magna ex parte valles terra aggesta repletæ erant, ut urbis angiportis eas adæquarent. Saxis vero in exstructione usi sunt quadragenorum cubitorum magnitudinis. nam & pecuniæ abundantia & populi liberalitas plus quam dici potest structuram procedere faciebat: & quod absolvi posse ne sperabatur quidem, perseverantia & temporis diuturnitate perfectum erat.

Templi descriptio. Confer Antiquitatum l. 3. c. 6. & l. 8. c. 3.

Saxorum magnitudo.

2. Tantis autem fundamentis digna erant opera illis imposita. Nam porticus quidem omnes duplices erant, eas vero sustinuerunt columnæ quinis & vicenis cubitis altæ, singulis è saxis marmore candidissimo: & cedrinis laquearibus tectæ erant. Illa utpote naturâ magnifica & bene polita, apteque & congruenter juncta spectaculum præbebant splendidum & memorabile; nulloque aut pictoris aut sculptoris opere extrinsecus ornatum. Et latæ quidem erant ad XXX. cubitos: omnis autem earum ambitus una cum Antonia sex stadiorum mensuram comprehendebat. At totum sub dio spatium variatum erat & omnigenis lapidibus stratum. Cum vero per hoc secundum ad templum iretur, septum lapideum circumjectum erat trium quidem cubitorum altitudine, admodum vero affabre factum. Illic autem paribus intervallis dispositæ erant

Porticus quales, & portæ. Conf. L. Capellum in Hist. Jud. Compend. p. 156, 157.

l Εἶτ' ἐτέθη μία στοὰ] Ita Big. & Ruf. ἐπετέθη στοὰ in Editis Aliisque. sed μία στοὰ quoque habet Lugd. Bat. & Rost.

m Προσέλαβον] προσελάμβανον L. B.

n Τειχίσαντες δὲ ἐκ ῥίζης——τὸν λόφον,] Illa ἐκ ῥίζης adduntur nunc ex MSS. L. B. & Rost. ideoque in versione interpolata sunt. Ita inf. ubi *Antoniæ* munimenta describit cap. v. §. 8. πρῶτον μὲν ἐκ ῥίζης ἡ πέτρα &c. HAV.

o οἱ ἱεροὶ δὲ θησαυροὶ πάντες,] Conf. Antt. lib. 14. c. 7. §. 2. SPANH.

p Ἀνεπίμπλασαν——πεμπόμενοι τῷ Θεῷ.] Ἐνεπίμπλασαν Big.

q Τούτου τὸ ταπεινότατον,] Τοῦτο τὸ ταπεινότερον Big.

r Ἐκ πλείονος.] Καὶ πλείονος Big.

s Ἐπιβολὰς,] τῆς ἐπιβολῆς ἐσφάλη infr. lib. 6. c. 1. §. 6. SPANH.

t Ὑφεστήκεσαν,] Ita cum Cod. Big. ἐφεστήκεσαν in Editis Aliisque.

v Κεδρίνοις δὲ φατνώμασιν] Κεδρίνοις τε Big. uti & mox οὐδενὶ τ' ἔξωθεν.

x Ὠρόφωντο.] Ὠρόφωντο Big.

y Καὶ πλατεῖαι μὲν ἦσαν] Καὶ πλ. μὲν καὶ ἐπὶ τρ. Big.

z Τὸ δὲ ὕπαιθρον] Καὶ τὸ ὑπ. Big.

a Παντοδαπῶν λίθων] Est qui παντοδαποῖς λίθοις malit. Verum nil mutandum, sed ἀπὸ aut ὑπὸ subintelligendum.

b Δρύφακτος] סורג Talmudicis. REL.

c Τρίπηχυς μὲν ὕψος,] *Misna* decem solummodo agnoscit palmos. Verum si hîc tres ordines lapidum statuamus, quibus quartus deinde addatur è lignis constans, nulla erit pugna: adeoque pro τρίπηχυς substituamus τρίστεγος, ut hoc septum tria veluti tecta habuisse dicatur, duo è secundo & tertio ordine lapidum, tertium vero è lignis; vel legamus τρίστοιχοι, ut tres solummodo ordines lapidum veluti parietes agnoscamus, interius lignis vestitos. *Conf. l. Empereur* de *Mensuris templi* cap. 2. §. 3. p. 42. Confer *L. Capelli* Spicilegium ad *Ephes.* c. 2. v. 14.

d Δ' εἱστήκεσαν] Διεστήκεσαν Big.

* Ab oriente, *Ruf.*

erant columnæ, *ingressuros* de lege munditiæ præmonentes, aliæ Græcis aliæ Latinis literis, nemini licere alienigenæ in locum sanctum intrare. Sanctum enim vocabatur templum secundum. & quatuordecim quidem gradibus eò ascendebatur à primo: illius vero area quadrata erat & proprio muro circumdata. cujus exterior celsitudo, quamvis XL. cubitis surgeret, tamen gradibus tegebatur, interior autem XXV. cubitorum erat. nam cum in altiori loco gradibus ædificaretur, non tota pars interior cernebatur, colle utpote obtecta. Post XIV. autem gradus spatium usque ad murum erat decem cubitorum, totumque erat planum. Hinc rursum aliæ quinque graduum scalæ ad portas ducebant, quæ à septentrione quidem ac meridie octo erant, quaternæ utrinque, duæ vero ex oriente necessario. nam cum hic proprius locus, religionis causa, mulieribus muro discerneretur, altera quoque porta opus esse videbatur: hæc autem ex adverso prioris secta erat. atque ex aliis regionibus una *porta* meridiana & una septentrionalis, quibus ad mulierum atrium introibatur: per alias enim mulieribus non licebat ingredi; sed neque per suam ultra proprium sibi dicatum septum. Cæterum patebat locus *iste* non solum feminis Judæam habitantibus, sed & extra eam popularibus religionis causa venientibus. occidua vero pars nullam portam habebat, sed perpetuo exstructus ibi erat murus. Porticus autem * post portas à muro aversæ intro ante gazophylacia, columnis ingentibus & pulcherrimis sustinebantur. erant autem simplices, & præter magnitudinem nulla in re ab inferioris septi porticibus differebant.

Mulierum locus.

Portarum ornamenta.

3. Portarum autem novem quidem auro & argento undique tectæ erant, una cum postibus & superliminari: una vero † extra templum ex ære Corinthio, quæ multum argento inclusas & inauratas dignitate superabat. Et binæ quidem fores in singulis janues erant, & unaquæque XXX. cubitis alta & XV. lata erat. atqui post introitum introrsum dilatatæ exhedras utrinque habebant XXX. cubitos longas & latas, turris in modum exstructas, altas vero XL. cubitos & amplius. singulas autem binæ columnæ duodenûm cubitorum ambitu sustinebant. Et aliarum quidem *portarum*

στήματος ἑστῆλαι, [e] τὸν τῆς ἁγνείας προσημαίνουσαι νόμον, αἱ μὲν Ἑλληνικοῖς, αἱ δὲ Ῥωμαϊκοῖς γράμμασι, μὴ δεῖν ἀλλόφυλον [f] ἐντὸς τοῦ ἁγίου παριέναι. τὸ γὰρ δεύτερον ἱερὸν, [g] ἅγιον ἐκαλεῖτο. καὶ τεσσαρεσκαίδεκα μὲν βαθμοῖς ἦν ἀναβατὸν ἀπὸ τοῦ πρώτου, τετράγωνον δὲ ἄνω καὶ τείχει περιπεφραγμένον ἰδίῳ. τούτου τὸ μὲν ἔξωθεν ὕψος, καίπερ τεσσαράκοντα πηχῶν ὑπάρχον, ὑπὸ τῶν βαθμῶν ἐκαλύπτετο, τὸ δὲ ἔνδον εἴκοσι καὶ πέντε πηχῶν ἦν. πρὸς γὰρ ὑψηλοτέρῳ [h] δεδομημένου βαθμοῖς, οὐκέτι ἦν ἅπαν εἴσω καταφανὲς καλυπτόμενον ὑπὸ τοῦ λόφου. μετὰ δὲ τοὺς δεκατέσσαρας βαθμοὺς, τὸ μέχρι τοῦ τείχους διάστημα πηχῶν ἦν δέκα, [i] πᾶν ἰσόπεδον. ἔνθεν ἄλλοι πάλιν πεντέβαθμοι κλίμακες ἀνῆγον ἐπὶ τὰς πύλας, αἳ ἀπὸ μὲν ἄρκτου καὶ μεσημβρίας ὀκτὼ, [k] καθ' ἑκάτερον τέσσαρες, δύο δ' ἦσαν ἐξ ἀνατολῆς [l] κατ' ἀνάγκην. διατετειχισμένου γὰρ κατὰ τοῦτο τὸ κλίμα ταῖς γυναιξὶν ἰδίου πρὸς θρησκείαν χώρου, ἔδει δευτέραν εἶναι πύλην· τέτμητο δ' αὕτη τῆς πρώτης ἄντικρυς. κἀκ τῶν ἄλλων κλιμάτων, μία μεσημβρινὴ πύλη, καὶ μία βόρειος, δι' ἧς εἰς [m] τὴν γυναικωνῖτιν εἰσῆγον· κατὰ γὰρ τὰς ἄλλας, οὐκ ἐξῆν παρελθεῖν γυναιξὶν, ἀλλ' οὐδὲ [n] κατὰ τὴν σφετέραν ὑπερβῆναι τὸ διατείχισμα. ἀνεῖτο γε μὴν [o] ταῖς τε ἐπιχωρίοις καὶ ταῖς ἔξωθεν ὁμοφύλοις ἐν ἴσῳ πρὸς θρησκείαν ὁ χῶρος. τὸ δὲ πρὸς δύσιν μέρος οὐκ εἶχε πύλην, ἀλλὰ διηνεκὲς ἐδεδόμητο ταύτῃ τὸ τεῖχος. αἱ στοαὶ δὲ μεταξὺ τῶν πυλῶν ἀπὸ τοῦ τείχους, ἔνδον ἐστραμμέναι [p] πρὸ τῶν [q] γαζοφυλακίων, σφόδρα μὲν καλοῖς καὶ μεγάλοις ἀνείχοντο κίοσιν. ἦσαν δ' ἁπλαῖ, [r] καὶ πλὴν τοῦ μεγέθους τῶν κάτω κατ' οὐδὲν ἀπελείποντο.

γ'. Τῶν δὲ πυλῶν [s] αἱ μὲν ἐννέα, χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ κεκαλυμμέναι πανταχόθεν ἦσαν, [t] ὁμοίως τε παραστάδες καὶ τὰ ὑπέρθυρα· μία δ' ἡ ἔξωθεν [v] τοῦ νεὼ Κορινθίου χαλκοῦ, πολὺ τῇ τιμῇ τὰς καταργύρους καὶ περιχρύσους ὑπεράγουσα. καὶ δύο μὲν ἑκάστου πυλῶνος θύραι, [x] τριάκοντα δὲ πηχῶν τὸ ὕψος ἑκάστης, καὶ τὸ πλάτος ἦν πεντεκαίδεκα. μετὰ μέντοι τὰς εἰσόδους ἐνδοτέρω πλατυνόμενοι παρ' ἑκάτερον τριάκοντα πηχῶν ἐξέδρας εἶχον εὖρός τε καὶ μῆκος πυργοειδεῖς, [y] ὑψηλαὶ δ' ὑπὲρ τεσσαράκοντα πήχεις. δύο δ' ἀνεῖχον ἑκα-

e Τὸν τῆς ἁγνείας] ἁγνείας vocat lib. 1. de bell. in prologo quibus cavetur, ne puri & impuri in quibusdam gradibus ultra *terminum* constitutum in locis sacris tendant. REL.

f Ἐντὸς τοῦ ἁγίου παριέναι.] Sc. in *interius septum.* Pariterque in interiori septo alia fuit isti similis lorica, qua populus à templi ingressu & atrio sacerdotum discludebatur.

g Ἅγιον ἐκαλεῖτο.] Erit ergo illud quod Atrio magno, sc. Atrio Israelitarum & Sacerdotum continetur: & omne quod intra portam Nicanoris est, קדש *Sanctum* dicetur opposite ad atrium mulierum, חיל & montem Templi, quæ omnia חול *profani* nomine nuncupantur a Judæis. Nam nomen מקדש voce ἅγιον a Josepho indicari non potest, quia מקדש latius patet quam τὸ ἔνδον ἱερόν. REL.


h Δεδομημένου βαθμοῖς,] Ita *Big.* & *Vat.* δεδομημένον τοῖς βαθμοῖς in *Editis Aliisque.*

i Πᾶν ἰσόπεδον.] πᾶν τὸ ἰσόπ. *L. B.*

k Καθ' ἑκάτερον τέσσαρες,] Καθ' ἕτερον *Big.*

l Κατ' ἀνάγκην.] Δι' ἀνάγκης *Big.*

m Τὴν γυναικωνῖτιν] עזות הושים Cocc.



porta τῆς πρώτης ἀντικρυς. ἀνατολὴ REL.

n Κατὰ τὴν σφετέραν] Κατὰ τὴν ἐφ' ἑτέραν *Big.*

o Ταῖς τε ἐπιχωρίοις] Ita *Big.* τοῖς τε ἐπιχ. καὶ τοῖς in *Editis Aliisque.*

p Πρὸ τῶν] Πρὸς τὴν γαζ. *Big.* Vide Commentarios *Const. l'Empereur* in *Cod. Middoth* p. 48. & 49. quem in loci versione sequuti sumus. Paulo autem aliter *Basnagius* in hunc modum, *porticus procurrentes inter portas, à muro interius protensæ ante Gazophylacia, pulchris & grandibus sustentabantur columnis.*

q Γαζοφυλακίων,] לשכות REL.

r Καὶ πλὴν τοῦ μεγέθους] Ita *Big.* & *Ruf.* καὶ ἄνδ &c. *L. B.* ἀπλέτου in *cæteris.*

s Αἱ μὲν ἐννέα,] Ὁμοίως δ' αἵτε *Big.*

t Ὁμοίως τε παραστάδες] Αἱ μὲν ἔνιαι *Ruf.* ὁμοίως αἵτε π. *Rost.*

v Τοῦ νεὼ Κορινθίου χαλκοῦ,] Conf. Ant. Jud. lib. VIII. c. 5. §. 2. SPANH.

x Τριάκοντα δὲ πηχῶν] Τριάκοντα τριῶν τὸ ὕψος ἑκάστης *Big.*

y Ὑψηλαὶ] Forte ὑψηλὰς Cocc.

* Post portas à muro aversæ] Ita vertend. non *infra portas.* Vide Appar. ad B. Polyglott. p. 31.

† Extra templum] Maluissem Interpres vocem ἱερὸν per Templum, Ναὸν per ædem sacram reddidisset, vitandi ambigui causa. Erat enim hæc porta extra Ναόν. recte. In Templo tamen. Est enim porta Nicanoris, quam æream vocat. Nota est historia quam narrant Talmudici de valvis ejus à Nicanore ex Ægypto transvectis. REL.

z Περι-

ἑκάστην κίονες, δώδεκα πηχῶν τὴν [z] περιοχὴν ἔχοντες. καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἴσον ἦν τὸ μέγεθος. ἡ δὲ ὑπὲρ τὴν Κορινθίαν ἀπὸ τῆς γυναικωνίτιδος ἐξ ἀνατολῆς ἀνοιγομένη τῆς τοῦ ναοῦ πύλης ἀντικρὺ, πολὺ μείζων· πεντήκοντα γὰρ πηχῶν οὖσα [a] τὴν ἀνάστασιν, τεσσαράκοντα πήχεις τὰς θύρας εἶχε, καὶ τὸν κόσμον πολυτελέστερον, [b] ἐπὶ δαψιλὲς πάχος ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ. [c] τοῦτο δὲ ταῖς ἐννέα πύλαις ἐπέχεεν [d] ὁ [e] Τιβερίου πατὴρ Ἀλέξανδρος. βαθμοὶ δὲ δεκαπέντε πρὸς τὴν μείζονα πύλην ἀπὸ τοῦ τῶν γυναικῶν διατειχίσματος [f] ἀνῆγον· [g] τῶν γὰρ κατὰ τὰς ἄλλας πέντε βαθμῶν ἦσαν βραχύτεροι.

δʹ. Αὐτὸς δ' ὁ ναὸς, κατὰ μέσον κείμενος, τὸ ἅγιον ἱερὸν, δώδεκα βαθμοῖς ἦν ἀναβατός. καὶ τὸ μὲν κατὰ πρόσωπον ὕψος τε καὶ εὖρος ἴσον, ἀνὰ πήχεις [h] ἑκατόν. κατόπιν δὲ τεσσαράκοντα [i] πήχεσι στενότερος· ἔμπροσθεν γὰρ ὥσπερ ὦμοι παρ' ἑκάτερον εἰκοσιπήχεις διέβαινον. ἡ πρώτη δὲ αὐτοῦ πύλη, πηχῶν ἑβδομήκοντα τὸ ὕψος οὖσα, καὶ εὖρος εἴκοσι καὶ πέντε, θύρας οὐκ εἶχε· τοῦ γὰρ οὐρανοῦ τὸ ἀφανὲς, καὶ [k] ἀδιάκλειστον ἐνέφαινε· κεχρύσωτο δὲ τὰ μέτωπα [l] πάντα, καὶ δι' αὐτῆς ὅ, τε πρῶτος οἶκος [m] ἔσωθεν ἅπας κατεφαίνετο, μέγιστος ὢν, καὶ τὰ περὶ τὴν εἴσω πύλην πάντα λαμπόμενα χρυσῷ τοῖς ὁρῶσιν [n] ὑπέπιπτεν. τοῦ δὲ ναοῦ ὄντος εἴσω διστέγου, μόνος ὁ πρῶτος οἶκος [o] προὔκειτο, καὶ διηνεκὲς εἰς τὸ ὕψος, ἀνατεινόμενος μὲν ἐπὶ ἐνενήκοντα πήχεις, μηκυνόμενος δὲ ἐπὶ πεντήκοντα, καὶ [p] διαβαίνων ἐπὶ εἴκοσιν. ἡ δὲ διὰ τοῦ οἴκου πύλη κεχρύσωτο μὲν, ὡς ἔφην, πᾶσα, [q] καὶ ὅλος περὶ αὐτὴν τεῖχος. [r] εἶχε δὲ καὶ τὰς [s] χρυσᾶς [t] ὑπὲρ αὐτῆς ἀμπέλους, ἀφ' ὧν βότρυες ἀνδρομήκεις κατεκρέμαντο. [v] ὄντος δὲ ἤδη τοῦ ναοῦ διστέγου, ταπεινοτέρα [x] τῆς ἔξωθεν ὄψεως ἡ ἔνδον ἦν, καὶ θύρας εἶχε χρυσᾶς πεντηκονταπέντε πηχῶν τὸ ὕψος, εὖρος δ' ἑκκαίδεκα. πρὸ δὲ τούτων ἰσομήκες καταπέτασμα, πέπλος ἦν Βαβυλώνιος, ποικιλτὸς ἐξ ὑακίνθου, καὶ βύσσου, κόκκου τε καὶ πορφύρας, [y] θαυμαστῶς μὲν εἰργασμένος, οὐκ ἀθεώρητον δὲ τῆς ὕλης τὴν κρᾶσιν ἔχων, ἀλλ' ὥσπερ εἰκόνα τῶν ὅλων. ἐδόκει γὰρ αἰνίττεσθαι τῇ κόκκῳ μὲν τὸ πῦρ, τῇ βύσσῳ δὲ τὴν γῆν, τῇ δὲ ὑακίνθῳ τὸν ἀέρα, καὶ τῇ πορφύρᾳ τὴν θάλασσαν· τῶν μὲν ἐκ τῆς χρόας ὁμοιουμένων, τῆς δὲ βύσσου καὶ τῆς πορφύρας διὰ τὴν γένεσιν, ἐπειδὴ τὴν μὲν ἀναδίδωσιν ἡ γῆ, τὴν δὲ ἡ θάλασσα. [z] κατεγέγραπτο δὲ ὁ πέπλος πᾶσαν τὴν οὐράνιον θεωρίαν, πλὴν [a] τῶν ζωδίων.

εʹ. Παριόντας δ' εἴσω τὸ ἐπίπεδον τοῦ ναοῦ μέ-

par magnitudo erat. Quæ vero ſupra Corinthiam ab oriente ex parte atrii feminarum rectà in templi portam reſpiciebat *reliquis erat* multo major: alta enim erat cubitos L, lata vero XL, cum foribus paris magnitudinis, quæ magnificentiore cultu & ornatu decoratæ erant, craſſioribus ſcilicet auri & argenti laminis veſtitæ. Illud vero quicquid erat auri & argenti, novem iſtis portis infundi curaverat pater Tiberii Alexander. Gradus autem XV. à muro, qui mulieres ſegregabat, ad majorem portam ducebant: illis enim quinque gradibus qui ad alias portas ferebant erant breviores.

4. Ipſum vero templum, in medio poſitum, *id eſt* ſacroſanctum, XII. gradibus aſcendebatur. Τὸ ἅγιον. Et à fronte quidem ejus altitudo & latitudo par, centum *nempe* cubitorum. pone vero XL. cubitis erat anguſtius: nam à fronte duo veluti humeri utrinque XX. cubitos ultra templi latera producebantur. Prima autem ejus porta, LXX. cubitis alta atque lata XXV, fores non habebat (cœlum enim undique conſpicuum & ubique patens ſignificabat) omniſque ejus frons erat inaurata, perque eam prima ædes intus tota apparebat quæ maxima erat; quæque circa interiorem *templi* portam erant, tota auro coruſcantia, aſpicientibus occurrebant. Cum autem interior ejus pars contignatione interſepta eſſet, ſola prima domus patebat, & perpetuam in altitudinem ſurgebat ad XC. quidem cubitos; * in longitudine vero L. erat, & XX. in tranſverſum. † at interior in propylæo porta inaurata erat, ut dixi, tota, totuſque circum eam paries. Deſuper autem habebat aureas vites, Vites aureæ unde botri ſtatura humana dependebant. Verum quia ædes mediam coaxationem habebat, interior erat exteriori humilior; foreſque aureas habebat LV. cubitorum altitudine, latitudine vero XVI. Foribus autem oppanſum aulæum pari longitudine peplum erat Babylonium, variatum ex hyacintho & byſſo & cocco & purpura, opere quidem mirabili contextum, contemplatione vero non indignam materiæ permixtionem habens, ſed omnium rerum veluti imaginem exhibens. nam cocco quidem ignis ſignificari videbatur, byſſo vero terra, hyacintho autem aër, ac purpura mare: illis quidem, propter colorum ſimilitudinem, byſſo autem & purpura, ex origine ſua; quoniam byſſum quidem terra, mare autem purpuram gignit. eratque in peplo deſcripta omnis cœli ratio, exceptis ‡ ſignis.

5. Introgredientes autem * pars templi inferior Templi pars inferior.

z Περιοχὴν ἔχοντες.] Ita cum *Big. Voſſ.* & *Ruf.* qui vertit *craſſitudine.* προοπὴν in *Editis Aliiſque.*

a Τὴν ἀνάστασιν,] τὴν ἀνάτασιν *L. B.*

b Ἐπὶ δαψιλὲς πάχος ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ.] De eadem porta agetur infr. lib. 6. c. 4. §. 2.

c Τοῦτο] τοῦτον *L. B.* τούτων *Roſt.*

d Ὁ Τιβ. &c.] Conf. ſupr. lib. 2. c. 15. §. 1. SPANH.

e Τιβερίου πατὴρ Ἀλέξανδρος.] Vide *Uſſerium* ad A. M. 4039. p. 623.

f Ἀνῆγον] ἀνοῖγον *Gen.*

g Τῶν γὰρ κατὰ τὰς ἄλλας] Vide *Conſt. l'Empereur* de *Menſuris templi*, p. 54.

h Ἑκατόν.] Idem Talmudici tradunt. REL.

i Πήχεσι στενότερος] Πήχεις.

k Καὶ ἀδιάκλειστον ἐνέφαινε·] Καὶ τὸ ἀδιάκλειστον *Big.*

l Πάντα,] Illud πάντα non agnoſcit *Big.*

m Ἔσωθεν ἅπας κατεφαίνετο,] Ἔξωθεν *Big.* & *Ruf.* Vide *Conſt. l'Empereur* de *Menſuris Templi*, p. 127.

n Ὑπέπιπτεν.] Ita *Big.* ὑπέπιπτε *L. B.* ὑπέπιπτον in *Editis Aliiſque.*

o Προὔκειτο,] Προσέκειτο *Big.*

p Διαβαίνων] Sic *Big.* διαβαῖνον in *cæteris.*

q Καὶ ὅλος περὶ αὐτὴν τεῖχος.] Καὶ ὁ λίθινος ὁ π. καὶ ὁ π. α. τεῖχος *L. B.*

r Εἶχε δὲ καὶ τὰς] Vide *Conſt. l'Empereur* de *Meſuris Templi*, p. 132, 133.

s Χρυσᾶς] Vitis aurea גפן של זהב Judæis in Talmudi. REL.

t Ὑπὲρ αὐτῆς ἀμπέλους,] Ὑπὲρ ἑαυτῆς *Big.*

v Ὄντος δὲ ἤδη τοῦ ναοῦ διστέγου,] Vide *Conſt. l'Empereur* de *Menſuris Templi* p. 135.

x Τῆς ἔξωθεν ὄψεως ἡ ἔνδον ἦν,] Ita neceſſario auxi ex MSS. *Lugd. Bat.* & *Roſt.* verba enim ὄψεως ἡ ἔνδον in vulgatis non exſtant. Teſtatur vero Joſephus ſup. cap. 1. §. 5. paratam Agrippæ regis opera & munificentia lignorum ibidem in promtu fuiſſe materiam, ut tectum ubique æquale redderetur; verum interruptum opus ſeu conatum repentina obſidione. HAV.

y Θαυμαστῶς] ἀξιαγνώστως *L. B.* & *Roſt.*

z Κατεγέγραπτο δὲ — θεωρίαν, πλὴν] Conf. Antt. lib. 3. c. 6. §. 2. πολλῶν αὐτῷ συνανθούντων καὶ ποικίλων ὁπότα &c. SPANH.

a Τῶν ζωδίων.] Illud τῶν è *MSS.*

* In longitudine vero L. erat, & XX. in tranſverſum.] Metitur Sanctum cum Porticu, cujus altitudo interior videtur fuiſſe XC. cubitorum Cocc.

† At interior in—inaurata erat,] Incipit forte hic deſcribere portam Sancti Sanctorum, tectam interius velo, quæ enim fores Sanctum claudebant (contra Appion. lib. II. §. 9. int.) fuerunt altæ VII. cubitos, latæ XX. quæ quomodo conciliari queant non video; niſi aliæ fuerint fores, de quibus hic, aliæ, de quibus ibi agitur Cocc.

‡ *Sc.* Signorum Zodiaci figuris.

* *Al.* Solum templi excipiebat. Confer inf. §. 5. in fine.

rior excipiebat. * Jam vero ejus altitudo quidem erat cubitorum LX, & longitudo totidem, latitudo autem cubitorum XX. † At rursus divisi erant hi cubiti LX. ‡ Et prima quidem pars, ad XL. cubitos

Tria opera mirabilia.

* abscissa, in se habebat tria opera maxime mirabilia & omnium hominum sermone celebrata, lychnuchum, & mensam, & thuribulum. Et septem quidem lucernæ *septem* planetas significabant: tot enim ab ipso ortæ sunt lychnucho. Duodecim vero panes in mensa positi circulum Zodiacum & annum *designabant*. Thuribulum autem per tredecim odores, quibus replebatur ex mari & terra inhabitabili habitataque, indicabant omnia Dei esse Deique in usum.

Sanctum sanctorum.

Intima vero *templi* pars viginti quidem cubitorum erat: discernebatur autem similiter velo ab exteriore. Nihil prorsus in illo *penetrali* erat positum, inaccessum vero erat, & inviolabile, & quod à nemine videri poterat, sanctique sanctum vocabatur. Circa autem latera inferioris templi multæ erant domunculæ mutuo perviæ cum triplici tecto, inque eas è templi porta utrinque patebat ingressus. Superior autem pars istas domunculas non habebat, quo magis erat angusta; altior autem ad XL. cubitos magis angusta quam inferior. Colligitur enim ea ratione, cum sexaginta ejus quæ in † solo, universa altitudo centum cubitorum.

Exterior templi facies.

6. Exterior autem ejus facies nihil habuit quod animus & oculi non mirarentur. laminis enim gravissimis aureis undiquaque obtecta erat; ita ut primum ad solis exortum igni simillimum ejacularetur splendorem, & oculos eorum, qui eam intueri necesse haberent, quasi radiis solaribus inde averteret. Porro hospitibus advenientibus è longinquo monti niveo similis videbatur: nam ubi deaurata non erat, candidissimo marmore constabat. atque in fastigio aureis verubus horrebat, idque acutissimis, ne ab insidentibus avibus inquinaretur. Saxorum autem, quibus exstructum erat templum, quædam erant XLV. cubitos longa, alta V, & lata VI.

Ara descriptio.

Ara vero pro templo XV. cubitos alta erat, longa vero pariterque lata †† ad L. cubitos. Quadrata autem collocata erat, angulos habens instar cornuum prominentes, & à meridie ascensus in eam leniter acclivis resupinabatur. Sine ferro autem constructa erat, neque unquam ferrum eam tetigerat. Cæterum templum & aram cingebat lorica quædam ex saxo pulchro aspectuque grato ad cubitum *unum* quasi assurgens, quæ populum à sacerdotibus segregabat. Et gonorrhæa quidem laborantes

ρος ἐξεδέχετο. τούτου τοίνυν τὸ μὲν ὕψος ἑξήκοντα πηχῶν, καὶ τὸ μῆκος ἴσον, εἴκοσι δὲ πηχῶν τὸ πλάτος ἦν. τὸ δὲ ἑξηκοντάπηχυ πάλιν διῄρητο. καὶ τὸ μὲν πρῶτον μέρος, ἀποτετμημένον ἐπὶ τεσσαράκοντα πήχεις, [b] εἶχεν ἐν αὐτῷ [c] τρία θαυμασιώτατα καὶ περιβόητα πᾶσιν ἀνθρώποις ἔργα, λυχνίαν, τράπεζαν, θυμιατήριον. ἐνέφαινον δὲ οἱ μὲν ἑπτὰ λύχνοι τοὺς πλανήτας· τοσοῦτοι γὰρ ἀπ' αὐτῆς διῄρηντο τῆς λυχνίας. οἱ δὲ ἐπὶ τῆς τραπέζης ἄρτοι δώδεκα, τόν τε ζωδιακὸν κύκλον, καὶ τὸν ἐνιαυτόν. τὸ [d] θυμιατήριον δὲ, διὰ τῶν τρισκαίδεκα θυμιαμάτων, οἷς ἐκ θαλάσσης ἀνεπίμπλατο, [e] τῆς τ' ἀοικήτου καὶ οἰκουμένης ἐσήμαινεν, ὅτι τοῦ Θεοῦ πάντα καὶ τῷ Θεῷ. τὸ δ' ἐνδοτάτω μέρος, εἴκοσι μὲν ἦν πηχῶν· διείργετο δ' ὁμοίως καταπετάσματι [f] πρὸς τὸ ἔξωθεν. ἔκειτο δ' οὐδὲν ὅλως ἐν αὐτῷ, [h] ἄβατον δὲ καὶ ἄχραντον καὶ ἀθέατον ἦν πᾶσιν, ἁγίου δὲ ἅγιον ἐκαλεῖτο. περὶ δὲ τὰ πλευρὰ τοῦ κάτω ναοῦ, δι' ἀλλήλων ἦσαν οἶκοι τρίστεγοι πολλοὶ, καὶ παρ' ἑκάτερον εἰς αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πύλης εἴσοδοι. [h] τὸ δὲ ὑπερῷον μέρος, τούτους μὲν οὐκ ἔτ' εἶχε τοὺς οἴκους, παρόσον [i] ἦν καὶ στενότερον, [k] ὑψηλότερον δ' ἐπὶ τεσσαράκοντα πήχεις, καὶ λιτότερον τοῦ κάτω. [l] συνάγεται γὰρ οὕτω πρὸς ἑξήκοντα τοῖς τοῦ ἐπιπέδου πηχῶν ἑκατὸν τὸ πᾶν ὕψος.

ϛ'. Τὸ δ' ἔξωθεν αὐτοῦ πρόσωπον, οὐδὲν οὔτε εἰς ψυχῆς, οὔτε εἰς ὀμμάτων ἔκπληξιν ἀπέλιπε· πλαξὶ γὰρ χρυσοῦ στιβαραῖς [m] κεκαλυμμένος πάντοθεν, ὑπὸ τὰς πρώτας ἀνατολὰς, πυρωδεστάτην [n] ἀπέπαλλεν αὐγὴν, καὶ τῶν βιαζομένων ἰδεῖν τὰς ὄψεις ὥσπερ ἡλιακαῖς ἀκτῖσιν ἀπέστρεφε. τοῖς γε μὴν εἰσαφικνουμένοις ξένοις, πόρρωθεν ὅμοιος ὄρει χιόνος πλήρει κατεφαίνετο· καὶ γὰρ καθὰ μὴ κεχρύσωτο λευκότατος ἦν. κατὰ κορυφὴν δὲ χρυσέους ὀβελοὺς ἀνεῖχε τεθηγμένους, ὡς μή τινι προσκαθεζομένῳ μολύνοιτο τῶν ὀρνέων. τῶν δὲ ἐν αὐτῷ λίθων ἔνιοι μῆκος πέντε καὶ τεσσαράκοντα πηχῶν ἦσαν, [o] ὕψος πέντε, εὖρος δὲ ἕξ. [p] πρὸ αὐτοῦ δ' ὁ βωμὸς πεντεκαίδεκα μὲν ὕψος ἦν πηχῶν, εὖρος δὲ καὶ μῆκος ἐκτείνων ἶσον, ἀνὰ πεντήκοντα πήχεις. τετράγωνος [q] δ' ἵδρυτο, κερατοειδεῖς προανέχων γωνίας, καὶ ἀπὸ μεσημβρίας ἐπ' αὐτὸν ἄνοδος ἠρέμα προσάντης ὑπτίαστο. [r] κατεσκευάσθη δ' ἄνευ σιδήρου, καὶ οὐδέποτε [s] ἔψαυεν αὐτοῦ σίδηρος. περιέστεφε δὲ τόν τε ναὸν καὶ τὸν βωμὸν εὔλιθόν τι [t] καὶ χαρίεν γείσιον, ὅσον πηχυαῖον ὕψος, ὃ διεῖργεν ἐξωτέρω τὸν δῆμον ἀπὸ τῶν ἱερέων. [v] [x] γονοῤῥοίοις μὲν

b Εἶχεν ἐν αὐτῷ] Εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τρία τὰ θαυμ. *Big.*

c Τρία θαυμασιώτατα—τοὺς πλανήτας.] Conf. Antt. lib. 3. c. 6. §. 7. ποικίλματος αὐτὴν συγκειμένην εἰς ὅσας τοὺς πλανήτας &c. SPANH.

d Θυμιατήριον] Abest a *Rost.*

e Τῆς τ' ἀοικήτου] Καὶ τῆς *Big.* & *Voss.*

f Πρὸς] εἰς *Rost.*

g Ἄβατον δὲ καὶ—ἅγιον ἐκαλεῖτο.] Conf. Antt. lib. 3. c. 6. §. 4. τὸ δ' ἄβατον τὸ ἐντὸς τῶν τεσσάρων &c. SPANH.

h Τὸ δὲ ὑπερῷον μέρος,] Vide *Const. l'Empereur* de *Mensuris Templi*, p. 152.

i Ἦν καὶ στενότερον,] Illud ἦν omittit *Voss.*

k Ὑψηλότερον] Ὑψηλὸν *Big.*

l Συνάγεται γὰρ] συνάγεται δὲ *L. B.* & *Rost.*

m Κεκαλυμμένος πάντοθεν,] Κεκαλυμμένον *Voss.* & mox ὅμοιον.

n Ἀπέπαλλεν αὐγὴν,] Ἀπέλαμπεν *Big.*

o Ὕψος πέντε,] Ὑψός τε πέντε, εὖρος ἓξ *Big.* ὕψος πήχων πέντε, εὖρος ἓξ *L. B. Rost.* retinet *vulg.* sed βάθος habet pro ὕψος.

p Πρὸ αὐτοῦ δ' ὁ βωμὸς] Ara ante Templum, ita etiam apud Gentiles, unde βωμοὺς προνάους dixit *Æschylus* Suppl. v. 502. SPANH.

q Δ' ἵδρυτο,] Illud δ' abest a *L. B.*

r Κατεσκευάσθη δ' ἄνευ σιδήρου, καὶ οὐδέποτε] De eadem Ara Hierosolymitana è lapidibus non sectis infr. adv. Apion. lib. 1. §. 22. SPANH.

s Ἔψαυεν αὐτοῦ σίδηρος.] Ita *Big.* & *Voss.* & *Rost.* ἔψαυσεν in *Editis Alisque.*

t Καὶ χαρίεν γείσιον,] Illud καὶ non agnoscit *Big.* & mox καὶ inserit inter ὅσον & πηχυαῖον.

v Γονοῤῥοίοις μὲν δὴ καὶ] Hic enarrat ἑπτὰ ἁγνείας de quibus egit in Proëm. l. 1. de B. 1. §. 10. nam hoc ordine promisit se de iis acturum; inter altaris descriptionem & vestium pontificalium decem sanctitates Talmudici enarrant: hic 7.

1. Urbs gonorrœis & leprosis interdicta 2. menstruatis.
2. Mulieres puras a spatio ultra septum eas disterminans a viris.
3. Viri non per omnia ἡγνευκότες ab atrio interiori arcebantur.
4. Viri puri a spatio sacerdotum arcebantur.
5. Ab altari & templo arcebantur sacerdotes vitiati, bysso non velati & ebrii.
6. His adde gentes ad septum suum tantum licuisse progredi.
7. Et Pontif. Max. in S. S. ingressum REL.

* Jam vero ejus—autem cubitorum XX.] Metitur Sanctum & Sanctum Sanctorum. Cocc.

† At rursus divisi erant hi cubiti LX.] Nempe a Porticu. Cocc.

‡ Et prima quidem pars,] Nempe Sanctum. Cocc.

* Abscissa,] A Sancto Sanctorum. Cocc.

† *Id est*, inferioris partis. *Rufinus* vertit, *Colligitur enim centum cubitorum celsitudo universa, cum in solo XL. cubitos habuerit.* Vide *L. Capellum* in *Hist. Jud. Compend.* p. 160.

†† Cubitis quadragenis, *Ruf.* Est qui πόδας pro πήχεις in *Græcis* rescribendum censet.

x Γονοῤῥόοις] Talmudici in Kelim. 1. 8. leprosis quidem interdictam

μὲν δὴ καὶ λεπροῖς ἡ πόλις ὅλη [y] διείργετο, γυναικῶν δὲ [z] ἐμμήνοις [a] ἀπεκέκλειστο, παρελθεῖν δὲ ταύταις οὐδὲ καθαραῖς ἐξῆν ὃν [b] προείπομεν ὅρον. ἀνδρῶν δ' οἱ μὴ κατὰ πᾶν ἡγνευκότες εἴργοντο τῆς ἔνδον αὐλῆς, καὶ τῶν ἱερέων πάλιν οἱ μὴ καθαρεύοντες εἴργοντο.

ſerint, aut non ſine armis Deo permiſſa poteſtate impetraverint. Domi quippe manentes, victoria ab illis ſtabat, prout judici videbatur: pugnatumque euntes ſemper de ſpe deciderunt. Partim quidem, cum, rege Babyloniorum hanc urbem obſidente, Sedechias rex noſter, contra Hieremiæ vaticinationem cum eo congreſſus, & ipſe captus eſt, & civitatem templumque vidit exſcindi: quanquam ille rex quanto veſtris ducibus, ejuſque populus vobis erat *æquior & moderatior*. Siquidem Hieremiam, vociferantem, Deo quidem inviſos eſſe propter delicta in eum commiſſa, captum autem iri niſi traderent civitatem, neque rex neque populus interfecit. Sed vos (ut intus geſta prætermittam, non enim digne poſſum iniquitates veſtras exponere, mihi, qui vobis ſalutem ſuadeam, maledicitis, teliſque me petitis, irritati quod vos veſtrorum peccatorum commonefaciam, nec ea dici ferre poteſtis quæ re ipſa quotidie facitis. Partim vero cum (Antiocho, cognomine Epiphane, qui multis contumeliis numen affecerat, obſidione *gravi* urbem urgente) majores noſtri armati progreſſi, ipſi quidem in pugna *fœde* perempti ſunt; inſuper vero & urbs ab hoſtibus direpta eſt, & ſacrarium per triennium & ſex menſes deſolatum. Et quorſum cætera memorem? Quis vero Romanos contra *Judæorum* gentem ad militiam excitavit? nonne indigenarum impietas? Unde ſervire cœpimus? nonne à ſeditione majorum, quando Ariſtobuli & Hyrcani furor atque inter ſe contentio Pompejum in urbem induxit, & libertate indignos Romanis ſubjecit Deus. Hinc tres menſes obſeſſi ſeſe tradiderunt, cum nihil tale quale vos in ſanctum legeſque deliquerant, & majoribus ad bellum ſubſidiis utebantur. Antigoni autem filii Ariſtobuli exitum neſcimus: quo regnum obtinente Deus iterum captivitate perſequebatur populum delinquentem? Et Herodes quidem Antipatri filius Soſium & Soſius Romanum adduxit exercitum: & circundati per ſex menſes obſidebantur, tandemque pro peccatis dato ſupplicio capti ſunt & ab hoſtibus direpta eſt civitas. Ita nunquam genti conceſſum eſt, ut armis rem *feliciter* gererent. Verum oppugnatio ſine dubio poſt ſe trahit excidium. Oportet ergo, ut opinor, ſacri loci poſſeſſores Deo permittere de omnibus judicium, manuſque tunc humanas contemnere, quando ipſi ſuperno judici *à ſe ſtare* perſuaſerint. Vos autem quid ex iis quæ legis conditor comprobavit feciſtis, quidve illorum quæ reprobavit prætermiſiſtis? Quantum autem illos qui cito excidium paſſi ſunt impietate ſuperaſtis? non occulta quidem dedignati eſtis peccata, furta ſcilicet inſidiaſque & adulteria; ſed rapinarum & cædium certamen inſtituitis, novaſque maleficiorum vias excogitatis. Sanctum vero templum factum eſt omnium receptaculum, & indigenarum manibus inquinatus eſt locus ſacer, quem Romani è longinquo adorabant, multa per legem noſtram de ſuis moribus derogantes. Atque poſt hæc eum, in quem impii fuiſtis, auxiliatorem exſpectatis? Eſto ſane,

vos

h Ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς—Ἱερεμίου προφητείας,] Omnia hæc abſunt a *Roſt.*

i Αὐτός τε ἑάλω,] Αὐτός θ' ἑάλω *Big.*

k Ὑπ' αὐτῷ] ὑπ' αὐτὸν *L. B.*

l Ἀπεχθάνοιντο μὲν] Ἀπέχθοιντο *Big. Roſt. Voſſ.* & *Vat.*

m Τἄργα δρᾶτε καθ' ἡμέραν.] Τὰ ἔργα *Big.*

n Κληθέντος] Ἐπικληθέντος *Big.*

o Ἐξυβρικότος,] Ἐξυβρικότες *Big.*

p Καὶ τὸ ἄστυ] Illud καὶ abeſt à *Big. Vat.* & *Voſſ.*

q Δ' ἔτη τρία καὶ μῆνας ἓξ] Δὲ καὶ &c. *Big.*

r Ἡ πρὸς ἀλλήλους] Illud ἡ è *Cod. Big.*

s Ὑπέταξεν ὁ Θεὸς] Ὑπέταξεν τὴν πόλιν ὁ Θεὸς τοὺς ἀναξίους ἐλευθερίας *Big.*

t Γοῦν μησὶ πολιορκηθέντες] Γὰρ pro γοῦν in *Cod. Big.* & mox γοῦν pro γὰρ in v. 15. infr. poſt δεῖ.

v Οὔτε ἁμαρτόντες εἰς] Οὔτε ἁμαρτάντες *Big.*

x Χωρίον ἅγιον] Χῶρον ἱερὸν *Big.*

y Ὅτε αὐτοὶ πείθωσι] Ὅτ' ἂν *Big.*

z Παραλέλειπται;] Ὑπολέλειπται *Big.*

a Τὸ ἱερὸν γέγονε,] Τὸ ἅγιον ἱερὸν *Big.*

b Ἐμφυλίοις] Ὁμοφύλοις *Big.*

c Παραλύοντες εἰς τὸν ἡμέτερον νόμον.] Εἰς τὸν ἡμέτερον νόμον παραλύοντες *Big.* παραλύοντες καὶ νόμον *L. B.* & *Roſt.*

d Ἡμῶν

vos dignos esse supplices, purisque manibus adjutorem vestrum obsecrare, qualibus rex noster *Deo* supplicavit adversus Assyrium, cum magnum illum exercitum Deus una nocte prostravit. Similia vero Assyriis Romani perpetrant, ut etiam vos similem ultionem speretis? Nonne ille quidem ab rege nostro accepta pecunia ut vastitati parceret civitatis, neglecto jurejurando ad incendium templi descendit? Romani vero solenne poscunt tributum, quod parentes nostri eorum parentibus pendebant. Et si hoc impetraverint, non illis in animo est vastare civitatem, neque sancta omnino tangere. Concedunt autem vobis præter cætera familias liberas, & possessiones quosque suas tenere, sacrasque leges salvas manere patiuntur. Insania est profecto sperare Deum talem circa justos fore, qualis injustis apparuit: præsertim qui statim ulcisci noverit cum oportet. Quo factum ut ab Assyriis prima nocte, qua castra civitati admoverant, pœnas repetiverit. adeo ut si & nostram progeniem libertate aut Romanos pœna dignos judicaret, confestim in eos sicut in Assyrios invasisset, cum genti manus intulit Pompejus, cum post illum Sosius ascendit, cum Vespasianus Galilæam vastavit: denique nunc cum Titus civitati appropinquavit. Sed neque Magnus quidem neque Sosius quicquam passi sunt, & civitatem victoria ceperunt, Vespasianus autem ex bello quod nobiscum gessit etiam imperium adeptus est. Quin & Tito quidem fontes nunc uberiores profluunt, qui prius vobis aruerant. quippe ante ejus adventum scitis & Siloam & omnes extra civitatem fontes adeo defecisse, ut per amphoras aqua emeretur. nunc autem ita hostibus nostris crescunt, ut non modo ipsis & jumentis ipsorum, sed & hortis *irrigandis* sufficiant. Cæterum hujus prodigii & ante periculum factum est in excidio civitatis, quando prædictus Babylonius expeditione suscepta & urbem in potestatem suam redegit & templum incendit; quamvis ut opinor nihil tunc illi tam impie fecerint, quantum vos *hodie commisistis*. adeo ut Deum quidem loca sancta reliquisse putaverim, hisque nunc adesse quibuscum bellum geritis. At bonus quidem vir domum flagitiosam fugiet & domesticos oderit: Deum vero jam vestri esse cumque vobis sceleratis manere arbitramini, qui omnia etiam *tenebrarum* occulta cernit, quæque silentio teguntur audit? Quid autem apud vos tacetur, quidve celatur, quidve non & inimicis patefactum est? ex sceleribus enim vestris triumphos agitis, inque dies singulos quis pejor sit contenditis, nequitiam pro virtute ad spectandum proponentes. Veruntamen adhuc reliqua est ad salutem via, si velitis; & Deus facile cum illis in gratiam redibit qui *peccata* confitentur & resipiscunt. O ferrei, arma projicite, pudeat vos patriæ jam dirutæ. convertite oculos, & aspicite ejus quam proditis pulchritudinem, quale oppidum, quale templum, quam multarum gentium munera. Quis primus illis admovet flammas? Quis ista

ἐστὲ δίκαιοι ἱκέται, καὶ χερσὶν καθαραῖς τὸν βοηθὸν ὑμῶν παρακαλεῖτε. τοιαύταις ὁ βασιλεὺς [d] ἡμῶν ἱκέτευσεν ἐπὶ τὸν Ἀσσύριον, ὅτε τὸν μέγαν ἐκεῖνον στρατὸν μιᾷ νυκτὶ κατέστρωσεν ὁ Θεός. ὅμοια δὲ τῷ Ἀσσυρίῳ Ῥωμαῖοι δρῶσιν, ἵνα καὶ ἄμυναν ὑμεῖς ὁμοίαν ἐλπίσητε; οὐχ ὁ μὲν, χρήματα παρὰ τοῦ βασιλέως ὑμῶν λαβὼν ἐφ᾽ ᾧ μὴ πορθήσῃ τὴν πόλιν, κατέβη παρὰ τοὺς ὅρκους ἐμπρῆσαι τὸν ναόν; Ῥωμαῖοι δὲ τὸν συνήθη δασμὸν αἰτοῦσιν, ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν τοῖς ἐκείνων πατράσι παρέσχον. καὶ τούτου τυχόντες, οὔτε πορθοῦσι τὴν πόλιν, οὔτε ψαύουσι τῶν ἁγίων. διδόασι δ᾽ [e] ὑμῖν τἆλλα γενεάς τε ἐλευθέρας, καὶ κτήσεις τὰς ἑαυτῶν νέμεσθαι, καὶ τοὺς ἱεροὺς νόμους σώζουσι. μανία δὴ τὸν Θεὸν προσδοκᾶν ἐπὶ δικαίοις, οἷος ἐπ᾽ ἀδίκοις ἐφάνη· καὶ παραχρῆμα δ᾽ ἀμύνειν οἶδεν ὅταν δέῃ. τοὺς γοῦν Ἀσσυρίους κατὰ νύκτα τὴν πρώτην [f] παραστρατοπεδευσαμένους [g] ἔκλασεν. ὥστε εἰ καὶ τὴν ἡμετέραν γενεὰν ἐλευθερίας, ἢ Ῥωμαίους κολάσεως ἀξίους ἔκρινε, κἂν παραχρῆμα καθάπερ τοῖς Ἀσσυρίοις ἐνέσκηψεν, ὅτε τοῦ ἔθνους ἥπτετο Πομπήϊος, ὅτε μετ᾽ αὐτὸν ἀνῄει [h] Σόσιος, ὅτε Οὐεσπασιανὸς ἐπόρθει τὴν Γαλιλαίαν· τὰ τελευταῖα νῦν, ὅτε ἤγγιζε Τίτος τῇ πόλει. καί τοι Μάγνος μὲν, καὶ Σόσιος [i] πρὸς τὸ μηδὲν παθεῖν, καὶ ἀνὰ κράτος ἔλαβον τὴν πόλιν, Οὐεσπασιανὸς δ᾽ ἐκ τοῦ πρὸς ἡμᾶς πολέμου καὶ βασιλείας ἤρξατο. Τίτῳ μὲν γὰρ καὶ πηγαὶ πλουσιώτεραι ῥέουσιν, αἱ ξηρανθεῖσαι πρότερον ὑμῖν. πρὸ γοῦν τῆς αὐτοῦ παρουσίας, τήν τε Σιλωὰμ [k] ἐπιλιποῦσαν ἴστε, καὶ τὰς [l] ἔξω τοῦ ἄστεος ἁπάσας, ὥστε πρὸς [m] ἀμφορεῖς ὠνεῖσθαι τὸ ὕδωρ. τὸ δὲ νῦν οὕτω [n] πληθύουσι τοῖς πολεμίοις ὑμῶν, ὡς μὴ μόνον αὐτοῖς καὶ κτήνεσιν, ἀλλὰ καὶ κήποις [o] διαρκεῖν. τόγε μὴν τέρας τοῦτο [p] πεπείρασθε καὶ πρότερον ἐφ᾽ ἁλώσει τῆς πόλεως γεγενημένον, ὅτε ὁ προειρημένος Βαβυλώνιος ἐπεστράτευσεν, ὃς τήν τε πόλιν ἑλὼν ἐνέπρησε καὶ τὸν ναὸν, οὐδὲν οἶμαι τῶν τότε ἠσεβηκότων τηλικοῦτον ἡλίκα ὑμεῖς. ὥς τε ἔγωγε [q] πεφευγέναι μὲν ἐκ τῶν ἁγίων οἶμαι [r] τὸν Θεὸν, ἑστάναι δὲ παρ᾽ οἷς πολεμεῖτε νῦν. ἀλλ᾽ ἀνὴρ μὲν [s] ἀγαθὸς οἰκίαν ἀσελγῆ φεύξεται, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ στυγήσει. τὸν δὲ Θεὸν ἔτι πείθεσθε τοῖς ὑμετέροις κακοῖς παραμένειν, ὃς τά τε κρυπτὰ πάντα ἐφορᾷ, καὶ τῶν σιγωμένων ἀκούει; τί δὲ σιγᾶται παρ᾽ ὑμῖν, ἢ τί κρύπτεται, τί δ᾽ οὐχὶ καὶ τοῖς ἐχθροῖς φανερὸν γέγονε; πομπεύετε γὰρ παρανομοῦντες, καὶ καθ᾽ ἡμέραν ἐρίζετε, τίς [t] χείρων γένηται, τῆς ἀδικίας ὥσπερ ἀρετῆς ἐπίδειξιν ποιούμενοι. [v] καταλείπεται δὲ ὅμως ἔτι σωτηρίας ὁδὸς ἐὰν θέλητε, καὶ τὸ θεῖον εὐδιάλλακτον ἐξομολογουμένοις καὶ μετανοοῦσιν. ὦ σιδήρειοι, ῥίψατε τὰς πανοπλίας, λάβετε ἤδη κατερειπομένης [x] αἰδῶ πατρίδος, ἐπιστράφητε, [y] καὶ θεάσασθε τὸ κάλλος ἧς προδίδοτε. οἷον ἄστυ, [z] οἷον ἱερὸν, ὅσων ἐθνῶν δῶρα. ἐπὶ ταῦτα τίς ὁδηγεῖ φλόγας; ταῦτα τίς μηκέτι

d Ἡμῶν ἱκέτευσεν] Ὑμῶν *Big.* & *Voss.* & mox infr. post βασιλεὺς ἡμῶν.
e Ὑμῖν] ἡμῖν *L. B.*
f Παραστρατοπεδευσαμένους] Καταστρατοπεδευσαμένους *Big.*
g Ἔκλασεν.] Ita *Big.* & *Ruf.* ἐκόλασεν in *Editis Aliisque.*
h Σόσιος,] *Al.* Σόσσιος. Vide Antt. lib. 14. c. 15. §. 9.
i Πρὸς τὸ] Πρὸς τῷ μ. *Big.*
k Ἐπιλιποῦσαν ἴστε,] Ἐπιλείπουσαν *Big.*
l Ἔξω τοῦ ἄστεος ἁπάσας,] Ita *Big.* & *Ruf.* πρὸ in *cæteris.*
m Ἀμφορεῖς ὠνεῖσθαι τὸ ὕδωρ.] Ἀμφοτέραις *Big.* nec aliter *Ruf.* qui vertit, *& ad utrumque aqua mercaretur.*
n Πληθύουσι] πληθύνουσι *L. B.*
o Διαρκεῖν.] Inde liquet Fontem Siloam extra urbem fuisse. Rel.

p Πεπείρασθε] Πεπείρασθαι in *Edit. Gen.*
q Πεφευγέναι μὲν ἐκ τῶν ἁγίων οἶμαι] Gentilium etiam opinio: Deos captâ urbe excedere. Vid. *Æschyl. S. Theb.* v. 223. θεοὺς τοὺς τῆς ἁλούσης πόλεως ἐκλείπειν λόγος. Spanh. Videtur Templum, ut domum Dei, considerare. Rel.
r Τὸν Θεὸν, — πολεμεῖτε νῦν.] Ita *Big.* & *Ruf.* τὸ θεῖον in *Editis Aliisque.*
s Ἀγαθὸς οἰκίαν] Ἀγαθὸς καὶ οἰκίαν *Big.*
t Χείρων γένηται,] Χείρω *Big.* & *Vat.*
v Καταλείπεται δὲ — σωτηρίας ὁδὸς] Καταλείπεται ἔτι ὁμοίως σωτηρίας ἐλπὶς *Big.*
x Αἰδῶ πατρίδος,] Αἰδῶ τῆς πατρίδος *Big.*
y Καὶ θεάσασθε] Καὶ ἴδετε *Big.*
z Οἷον ἱερὸν,] Καὶ οἷον *Big.*

a Ἀτεγκτεῖ

„ κέτι εἶναι θέλει; καὶ τί σώζεσθαι τούτων ἀξιώτερον; [a] ἄτεγκτοι καὶ λίθων ἀπαθέστεροι. καὶ εἰ μὴ ταῦτα γνησίοις ὄμμασι βλέπετε, γενεὰς γοῦν ὑμετέρας οἰκτείρατε, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν [b] ἑκάστῳ γενέσθω τέκνα, καὶ γυνὴ, καὶ γονεῖς, οὓς ἀναλώσει κατὰ μικρὸν ἢ λιμὸς, ἢ πόλεμος. οἶδα ὅτι μοι συγκινδυνεύει μήτηρ, καὶ γυνὴ, καὶ γένος οὐκ ἄσημον, καὶ πάλαι λαμπρὸς οἶκος, καὶ τάχα δοκῶ διὰ ταῦτα συμβουλεύειν. ἀποκτείνατε αὐτοὺς, λάβετε μισθὸν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας τοὐμὸν αἷμα· κἀγὼ θνήσκειν ἕτοιμος, εἰ μετ' ἐμὲ σωφρονεῖν μέλλετε.

„ jam non esse desiderat? Et quid hisce magis servari mereatur? O duri & lapidibus stupidiores. Et si hæc non veris luminibus cernitis, saltem familiarum vestrarum misereminі, & in conspectu cujusque sistantur filii & conjuges & parentes, quos brevi aut bellum aut fames absumet. probe novi quod unà cum cæteris periclitabitur mihi mater, & conjux, & familia non ignobilis, domusque olim inclyta. Et fortasse idcirco existimer hujusmodi consilium dare. Interficite illos, accipite mercedem salutis vestræ sanguinem meum. Et ipse mori paratus *sum*, si me mortuo prudentiores estis futuri.

ΚΕΦ. ί.

Ὡς πολλοὶ τοῦ δήμου αὐτομολεῖν ὥρμησαν· οἷά τε λιμῷ καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ χαλεποῖς οἱ μένοντες ἀνήκεστα ἔπασχον.

Τοιαῦτα τοῦ Ἰωσήπου μετὰ δακρύων ἐμβοῶντος, οἱ στασιασταὶ μὲν οὔτε [c] ἐνέδοσαν, οὔτε ἀσφαλῆ τὴν μεταβολὴν [d] ἔκρινον· ὁ δὲ δῆμος ἐκινήθη πρὸς αὐτομολίαν. καὶ οἱ μὲν τὰς κτήσεις [e] ἐλαχίστου πωλοῦντες, οἱ δὲ τὰ πολυτελέστερα τῶν κειμηλίων, τοὺς μὲν χρυσοῦς, ὡς μὴ φωραθεῖεν ὑπὸ τῶν λῃστῶν, κατέπινον, ἔπειτα πρὸς τοὺς Ῥωμαίους διαδιδράσκοντες, [f] ὁπότε κατενέγκαιεν, εὐπόρουν πρὸς ἃ δέοιντο. διηφίει γὰρ τοὺς πολλοὺς ὁ Τίτος εἰς τὴν χώραν, ὅπου [g] βούλοιτο ἕκαστος· καὶ τοῦτο αὐτοὺς μᾶλλον [h] πρὸς αὐτομολίαν παρεκάλει, τῶν μὲν εἴσω κακῶν στερησομένους, μὴ [i] δουλεύσοντας δὲ Ῥωμαίοις. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰωάννην καὶ τὸν Σίμωνα παρεφύλαττον τὰς τούτων ἐξόδους πλέον ἢ τὰς Ῥωμαίων εἰσόδους, [k] καὶ σκιὰν τις ὑπονοίας παρασχὼν μόνον εὐθέως ἀπεσφάττετο.

β'. [l] Τοῖς γε μὴν εὐπόροις καὶ τὸ μένειν [m] πρὸς ἀπώλειαν ἴσον ἦν. προφάσει γὰρ αὐτομολίας [n] ἀνῃρεῖτό τις διὰ τὴν οὐσίαν. τῷ λιμῷ δὲ [o] ἡ ἀπόνοια τῶν στασιαστῶν συνήκμαζεν, καὶ [p] καθ' ἡμέραν ἀμφότερα προσεξεκαίετο τὰ δεινά. φανερὸς [q] μὲν γὰρ οὐδαμοῦ σῖτος ἦν, ἐπεισπηδῶντες δὲ, διηρεύνων τὰς οἰκίας· ἔπειθ' εὑρόντες μὲν, ὡς ἀρνησαμένους [r] ᾐκίζοντο· μὴ εὑρόντες δὲ, ὡς ἐπιμελέστερον κρύψαντας, ἐβασάνιζον. τεκμήριον δὲ τοῦ τε ἔχειν καὶ μὴ, τὰ σώματα τῶν ἀθλίων. ὧν οἱ μὲν ἔτι συνεστῶτες εὐπορεῖν τροφῆς ἐδόκουν. οἱ τηκόμενοι δὲ ἤδη, παρωδεύοντο. καὶ κτείνειν ἄλογον ἐδόκει [s] τοὺς ὑπ' ἐνδείας τεθνηξομένους αὐτίκα. πολλοὶ δὲ λάθρα τὰς κτήσεις ἑνὸς [t] ἀντηλλάξαντο μέτρου, πυρῶν μὲν [v] εἰ πλουσιώτεροι τυγχάνοιεν ὄντες, οἱ δὲ πενέστεροι κριθῆς. ἔπειτα κατακλείοντες ἑαυτοὺς εἰς τὰ [x] μυχαίτατα τῶν οἰκιῶν, τινὲς μὲν ὑπ' ἄκρας ἐνδείας ἀνέρ-

CAP. X.

Quomodo multi è plebe ad transfugiendum incitati erant: quæque passi sunt qui manebant ex fame & malis inde gravissimis.

Talia cum lachrymis vociferante Josepho, seditiosi quidem neque animos flexerunt, neque tutam *sibi* mutationem fore judicarunt; populus vero ad transfugium commotus est. Et alii quidem possessiones suas minimo vendentes, alii vero res suas pretiosiores, aureos, ne latrones eos deprehenderent, degluticbant. cum vero ad Romanos elapsi fuissent, exonerato ventre satis habebant ad ea quibus opus erat. Titus enim plerosque per regionem, quò quisque vellet, dimittebat: idque magis eos ad transfugium incitabat, quòd & intestinis malis carebant, nec Romanis servituri essent. Qui vero cum Joanne & Simone erant, horum exitus magis quam Romanorum ingressus cavebant: & qui vel umbram tantùm suspicionis dedisset, statim jugulabatur.

In eo erat populus ut ad Romanos transfugerent.

Crudelitas tyrannorum in transfugii suspectos.

2. Cæterum ditioribus quidem manere perinde exitiosum erat: nam propter divitias necabantur, quasi transfugere ad hostes voluissent. Simul autem cum fame crescebat furor seditiosorum: & utrumque malum magis ac magis quotidie ingravescebat. Et palam quidem nullum ullibi frumentum erat, sed irruentes scrutabantur domos: dein si quidem *aliquid* reperissent, eos *qui in ædibus erant*, tanquam se habere negassent, crudeliter verberabant; si vero nihil invenissent, quasi diligentius occultassent, tormentis excruciabant. Porro an cibos haberent necne, indicio erant corpora miserorum. quorum qui adhuc firma erant valetudine eos alimentorum copia abundare censebant: qui vero jam contabescerent, eos missos faciebant. quippe à ratione alienum videbatur, homines jam jamque præ inedia morituros interficere. Multi vero clam facultates suas uno frumenti quidem, si divites essent, sin pauperes, hordei modio permutabant. Deinde in intimos ædium recessus sese abdentes nonnulli quidem famis ultima

Fames in urbe.

a Ατεγκτοι καὶ λίθων ἀπαθέστεροι.] Ατεγκτοί γε *Big.*
b Εκάστῳ] Εκάστῳ ἔσω *Big. Rost.* & *Voss.*
c Ενέδοσαν,] ἐνέδοσαν. *Thucydid.* p. 461. C. ἐμαλακίσθησαν *Schol.* SPANH.
d Εκρινον] Εκριναν *Big.*
e Ελαχίστου] δι' ἐλαχίστου *L. B.*
f Οπότε κατενέγκαιεν,] Sic γαστρὸς ἀνάγκαις dixit *Æschyl. Agam.* v. 735. SPANH.
g Βούλοιτο ἕκαστος] Βούλοιτο *Big.*
h Πρὸς αὐτομολίαν παρεκάλει,] Πρὸς τὸ αὐτομολεῖν *Big.* & *Rost.* πρὸς αὐτομολεῖν *Vat.* & *Gall.*
i Δουλεύσοντας] Δουλεύοντας *Big.* & *Ruf.*
k Καὶ σκιὰν τις ὑπονοίας] Καὶ ὁ σκιὰν *Big.* quod si verum, mallem τῆς ὑπονοίας.
l Τοῖς γε μὴν εὐπόροις καὶ τὸ μένειν] Adducuntur hæc ab *Eusebio*, & tanquam è libro V. Histor. *lib. III. H. Eccl. cap. VI.*
m Πρὸς ἀπώλειαν ἴσον ἦν.] Πρὸς ἀπωλείας *Euseb.* & *Niceph.* in *Eccl. Hist.* l. 3. c. 6.
n Ανῃρεῖτό τις διὰ τὴν οὐσίαν.] Ανῄρητο *Big.*
o Η ἀπόνοια] Ita *Big.* & *Euseb.* ἡ deerat *reliquis.* ἡ ἀπόν. *Euseb.*
p Καθ' ἡμέραν] καθημέραν *Euseb.*
q Μὲν γὰρ οὐδαμοῦ] Μὲν γε *Big.* & *Euseb.* μέν γε SPANH.
r Ηκίζοντο,] Ηκιζον *Niceph.* & *Zonar.*
s Τοὺς ὑπ' ἐνδείας τεθνηξομένους] Ita cum *Eusebii* & *Nicephori* libris, (imo & *Lugd. Bat.*) τοῖς ὑπ' ἐνδείας τεθνηξομένοις perperam in *Josephi* libris.
t Αντηλλάξαντο μέτρου,] Αντικατηλλάξαντο *Euseb.* & *Big.*
v Εἰ πλουσιώτεροι] Ita lego cum *Euseb.* & *Cod. Big.* (suffragante itidem *Lugd. Bat.*) antea erat οἱ, prout in *Nicephoro.* nec aliter legisse videtur *Ruf.*
x Μυχαίτατα] Conf. lib. VII. Antiq. Jud. c. 9. §. 8. SPANH.

y Εφίλκον-

ultima necessitate adacti fruges nondum molitas comedebant: alii vero panem conficiebant, prout necessitas metusque suadebat. Et mensa quidem nullibi apponebatur, sed crudos adhuc cibos ex igne ad sese attrahebant & diripiebant.

Famis atrocitas.

3. Miserabilis porro erat alimonia, & dignum lachrymis spectaculum: cum valentiores quidem plus *justo* haberent, infirmiores vero vicem suam dolerent. Omnes quidem animi affectus longe superat fames, nullum vero æque evertit ac verecundiam. nam quicquid alias dignum est reverentia, in fame contemnitur. Siquidem uxores viris, & filii parentibus, &, quod *omnium* maxime miserabile erat, matres infantibus cibum ex ipso ore rapiebant: & marcescentibus inter manus *liberis* carissimis vitales *lactis* guttas adimere non pigebat. Hujusmodi autem cibos dum caperent, latere tamen non poterant. ubique scilicet seditiosi prædæ istorum ac rapinis imminebant. nam ubicunque clausam domum conspicerent, eos qui intus essent cibum sumere hoc indicio suspicabantur: statimque effractis foribus irruebant, & prope ex ipsis faucibus expressa ciborum frusta revocabant. Vapulabant senes qui escam mordicus tenebant: & capillis rotabantur mulieres, occultantes ea quæ in manibus erant. Nulla canorum, nulla infantiæ miseratio erat: sed raptos in sublime parvulos, cum ipsis quibus penduli inhærebant buccellis, solo allidebant. Si qui vero incursum eorum prævenissent, idque quod ipsi rapturi erant deglutire occupassent, eos inhumanius tractabant quasi injuriam ab iis accepissent. Porro dira tormentorum genera excogitabant ad pervestigandum alimentum, miseris pudendorum quidem meatus nervis obturantes, podicem vero præacutis sudibus transfigentes. Utque panem unum se habere quis fateretur, aut pugillum farinæ occultum indicaret, ea perferebant quæ vel ipso auditu horrorem incutiebant. Interim tortores ipsi penuria minime laborabant: minus enim crudele visum fuisset, si necessitate adacti talia perpetrassent. Sed id agebant, ut audaciam suam hujusmodi exercitatione confirmarent, & commeatum sibi in multos dies compararent. At si qui noctu usque ad stationes Romanorum erepserant, agrestium olerum & herbarum colligendarum causa; occurrentes iis, qui se jam hostium manus effugisse credebant, quicquid attulerant diripiebant: multumque supplicantibus, & per tremendum Dei nomen obsecrantibus, ut partem eorum, quæ cum vitæ periculo attulerant, sibi concederent, nihil prorsus impertierunt. gratandumque erat, si spoliati non etiam necarentur.

Præter famem alia acerba patiuntur obsessi.

Honorati ac divites ad tyrannos perducti.

4. Ejusmodi quidem mala humiliores à satellitibus patiebantur: ad tyrannos vero honoratiores & divites perducti erant. quorum alii insidiarum falso accusati occidebantur, alii quasi vellent Romanis prodere civitatem. Præsentissimum autem erat, indice aliquo uti subornato qui diceret, illis decretum esse transfugium. Si quem vero Simon expilasset, is ad Joannem remittebatur, & quem Joannes expilasset eum Simon excipie-

Conspiratio inter Simonem & Joannem.

γαςον τὸν σῖτον ἤσθιον, οἱ δὲ ἔπεσσον ὡς ἥτε ἀνάγκη καὶ τὸ δέος παρήνει. καὶ τράπεζα μὲν ἐδαμοῦ παρετίθετο. τοῦ δὲ πυρὸς [y] ἐφέλκοντες, ἔτ᾽ ὠμὰ τὰ σιτία διήρπαζον.

γʹ. Ἐλεεινὴ δ᾽ ἦν ἡ τροφὴ, καὶ δακρύων ἄξιος ἡ θέα· τῶν μὲν δυνατωτέρων, πλεονεκτούντων, τῶν δὲ ἀσθενῶν, ὀδυρομένων. πάντων μὲν δὴ παθῶν ὑπερίσταται λιμὸς, οὐδὲν δ᾽ οὕτως ἀπόλλυσιν ὡς [z] αἰδῶ. τὸ γὰρ ἄλλως ἐντροπῆς ἄξιον, ἐν τούτῳ καταφρονεῖται. γυναῖκες γοῦν ἀνδρῶν, καὶ παῖδες πατέρων, καὶ τὸ οἰκτρότατον μητέρες νηπίων ἐξήρπαζον ἐξ αὐτῶν τῶν στομάτων τὰς τροφάς· καὶ τῶν φιλτάτων ἐν χερσὶ μαραινομένων, οὐκ ἦν φειδὼ τοὺς τοῦ ζῆν ἀφελέσθαι σταλαγμούς. τοιαῦτα δ᾽ ἐσθίοντες, ὅμως οὐ διελάνθανον. πανταχοῦ δ᾽ [a] οὖν ἐφίσταντο [b] οἱ στασιασταὶ καὶ τούτων ταῖς ἁρπαγαῖς. ὁπότε γὰρ κατίδοιεν ἀποκεκλεισμένην οἰκίαν, σημεῖον ἦν τοῦτο, τοὺς ἔνδον προσφέρεσθαι [c] τροφῆς· εὐθέως δ᾽ [d] ἐξαράξαντες τὰς θύρας εἰσεπήδων, καὶ μόνον οὐκ ἐκ τῶν φαρύγγων ἀναθλίβοντες, [e] τὰς ἀκόλους ἀνέφερον. ἐτύπτοντο δὲ γέροντες ἀντεχόμενοι τῶν σιτίων, καὶ [f] κόμας ἐσπαράττοντο γυναῖκες συγκαλύπτουσαι τὰ ἐν χερσίν. οὐδέ τις ἦν [g] οἶκτος πολιᾶς ἢ νηπίων, ἀλλὰ συνεπαίροντες τὰ [h] παιδία τῶν ψωμῶν ἐκκρεμάμενα, κατέσειον εἰς ἔδαφος. τοῖς δὲ φθάσασι τὴν εἰσδρομὴν αὐτῶν, καὶ [i] προκαταπιοῦσι τὸ ἁρπαγησόμενον, ὡς ἀδικηθέντες ἦσαν ὠμότεροι. [k] δεινὰς δὲ βασάνων ὁδοὺς ἐπενόουν πρὸς ἔρευναν τροφῆς, ὀρόβοις μὲν ἐμφράττοντες τοῖς ἀθλίοις τοὺς τῶν αἰδοίων πόρους, ῥάβδοις δ᾽ ὀξείαις ἀναπείροντες τὰς ἕδρας. τὰ φρικτὰ δὲ καὶ ἀκοαῖς ἔπασχέ τις εἰς ἐξομολόγησιν ἑνὸς ἄρτου, καὶ ἵνα μηνύσῃ δράκα μίαν [l] κεκρυμμένων ἀλφίτων. οἱ βασανισταὶ δ᾽ οὐκ ἐπείνων, [m] καὶ γὰρ ἧττον ἂν ὠμὸν ἦν τὸ μετ᾽ ἀνάγκης. γυμνάζοντες δὲ τὴν ἀπόνοιαν, καὶ [n] προπαρασκευάζοντες αὐτοῖς [o] εἰς τὰς ἑξῆς ἡμέρας ἐφόδια. τοῖς δ᾽ ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων φρουρὰν νύκτωρ ἐξερπύσασιν ἐπὶ λαχάνων συλλογὴν ἀγρίων καὶ πόας, ὑπαντῶντες, ὅτε ἤδη διαπεφευγέναι τοὺς πολεμίους ἐδόκουν, ἀφήρπαζον τὰ κομισθέντα· καὶ πολλάκις ἱκετευόντων, καὶ τὸ [p] φρικτὸν ἐπικαλουμένων [q] ὄνομα τοῦ Θεοῦ, μεταδοῦναί τι μέρος αὐτοῖς ὧν κινδυνεύσαντες ἤνεγκαν, οὐδ᾽ ὁτιοῦν μετέδοσαν. ἀγαπητόν δ᾽ ἦν [r] τὸ μὴ καὶ προσαπολέσθαι [s] σεσυλημένον.

δʹ. Οἱ μὲν δὴ ταπεινότεροι ταιαῦτα πρὸς τῶν δορυφόρων ἔπασχον· οἱ δὲ ἐν ἀξιώματι καὶ πλούτῳ, πρὸς τοὺς τυράννους ἀνήγοντο. τούτων οἱ μὲν ἐπιβουλὰς ψευδεῖς [t] ἐγκαλούμενοι διεφθείροντο, οἱ δὲ ὡς προδιδοῖεν Ῥωμαίοις τὴν πόλιν. τὸ δὲ ἑτοιμότατον ἦν, μηνυτὴς [v] τὶ ὑποβλητὸς, ὡς αὐτομολεῖν διεγνωκότων. ὁ δὲ ὑπὸ Σίμωνος γυμνωθεὶς πρὸς Ἰωάννην ἀνεπέμπετο, [x] καὶ τῶν ὑπὸ Ἰωάννου σεσυλημένων ὁ Σίμων μεταλάμ-

y Ἐφέλκοντες,] Ὑφέλκοντες *Niceph.* ἀφέλκοντες *Euseb.* ἐφέλκοντες præfert *Valesius* in notis.

z Αἰδῶ.] Ita lego cum *Cod. Vossii*, *Euseb.* & *Niceph.* antea erat αἰδώς. quo servato, ὡς ante αἰδὼς tollendum censet vir Ill. *Ez. Spanhemius* in notis ad *Callimachum*, p. 78. Videsis *L. Bosium* in *Animadvers.* ad *Josephum*, p. 100.

a Οὖν ἐφίσταντο] Ita cum *Euseb.* οὖν abest è *Josephi* libris.

b Οἱ στασιασταὶ] Illa οἱ στασιασταὶ non agnoscunt *Big. Rost.* & *Voss.* nec legisse videtur *Ruf.*

c Τροφῆς·] Τροφὴν *Big.* & *Niceph.*

d Ἐξαράξαντες] Εἰσαράξαντες *Euseb.* ἐξαρράξαντες *Niceph.* ῥήξαντες *Big.*

e Τὰς ἀκόλους] Τοὺς ἀκόλους *Niceph.* τοὺς ἀκόλ. *Eus.* SPANH.

f Κόμας ἐσπαράττοντο] Κόμης *Big. Voss.* & *Euseb.* κομίσειν *Vat.*

g Οἶκτος πολιᾶς ἢ νηπίων,] Οἶκτος ἢ πολιᾶς οὐ νηπίων *Big.*

h Παιδία] Νηπία *Euseb.*

i Προκαταπιοῦσι] καταπίουσι *Rost.*

k Δεινὰς] Δεινῶν *Big.*

l Κεκρυμμένων ἀλφίτων.] Κεκρυμμένην *Big.* & SPANH.

m Καὶ γὰρ ἧττον] Καὶ γὰρ ἂν ἧττον ὠμὸν *Euseb.* καὶ γὰρ ἧττον ἄνομον *Niceph.*

n Προπαρασκευάζοντες] Προπαρασκευάζοντες ἑαυτοῖς *Big.*

o Εἰς τὰς ἑξῆς ἡμέρας ἐφόδια.] Εἰς τὰς ἓξ ἡμέρας *Big.* & *Ruf.*

p Φρικτὸν] Φρικτότατον *Euseb.*

q Ὄνομα τοῦ Θεοῦ] ὄνομα Dei יהוה notum adhuc. REL.

r Τὸ μὴ καὶ προσαπολέσθαι] Τὸ καὶ μὴ πρ. *Big.*

s Σεσυλημένον.] Σεσυλημένους *Niceph.*

t Ἐγκαλούμενοι διεφθείροντο,] Ita lego cum *Cod. Big.* & *Ruf.* ἐπικαλούμενοι in *Editis Aliisque.*

v Τὶς ὑποβλητὸς,] Illud τὶς non agnoscit *Big.*

x Καὶ τῶν] Καὶ τὸν ὑπὸ Ἰωάννου σεσυλωμένον *Big.*

ταλάμβανεν· [y] ἀντιπρούπινον δ' ἀλλήλοις τὸ αἷμα τῶν δημοτῶν, καὶ [z] τὰ πτώματα τῶν ἀθλίων διεμερίζοντο. καὶ τοῦ μὲν κρατεῖν, στάσις ἦν ἐν ἀμφοτέροις· τῶν δὲ ἀσεβημάτων ὁμόνοια. καὶ γὰρ ὁ μὴ [a] μεταδοὺς ἐκ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν θατέρῳ [b] μονοτρόπως ἐδόκει πονηρός· καὶ ὁ μὴ μεταλαβὼν, ὡς ἀγαθοῦ τινὸς ἤλγει τὸν νοσφισμὸν τῆς ὠμότητος.

έ. Καθέκαστον μὲν οὖν ἐπεξιέναι τὴν παρανομίαν αὐτῶν, ἀδύνατον. συνελόντα δ' εἰπεῖν, μήτε πόλιν ἄλλην τοιαῦτα πεπονθέναι, [c] μήτε γενεὰν ἐξ αἰῶνος γεγονέναι κακίας γονιμωτέραν. οἵγε τελευταῖον, καὶ τὸ γένος ἐφαύλιζον τῶν Ἑβραίων, ὡς ἧττον ἀσεβεῖς δοκοῖεν πρὸς ἀλλοτρίους. ἐξωμολογήσαντο δ' ὅπερ ἦσαν εἶναι δοῦλοι, [d] σύγκλυδες, καὶ νόθα τοῦ ἔθνους φθάρματα. [e] τὴν μέν γε πόλιν ἀνέτρεψαν [f] αὐτοί· Ῥωμαίους δὲ ἄκοντας ἐνάγκασαν ἐπιγραφῆναι σκυθρωπῷ κατορθώματι, καὶ μόνον οὐχ εἵλκυσαν ἐπὶ τὸν ναὸν βραδύνον τὸ πῦρ. ἀμέλει καιόμενον ἐν τῆς ἄνω πόλεως ἀφορῶντες, οὔτε ἤλγησαν, οὔτε ἐδάκρυσαν. ἀλλὰ ταῦτα τὰ πάθη παρὰ [g] Ῥωμαίοις εὑρέθη. καὶ ταῦτα μὲν κατὰ χώραν ὕστερον μετὰ ἀποδείξεως τῶν πραγμάτων ἐροῦμεν.

bat: sibique invicem propinabant sanguinem popularium, miserorumque cadavera partiebantur. Et dominandi quidem causa inter utrosque erat dissensio, scelerum vero concordia. nam qui ex alienis malis partem alteri, sibi totum vendicans, non dedisset, modo singulari nequam videbatur: & qui non accepisset, dolebat, non secus ac si boni aliquid desiderasset, sibi abfuisse crudelitatis partem.

5. Et sigillatim quidem iniquitates eorum commemorare, *factu* impossibile *est*: illud autem breviter dici potest, neque aliam urbem talia perpessam esse, neque hominum genus *aliud* ab omni ævo sceleratius exstitisse. Postremo etiam genti Judæorum maledicebant, ut minus impii viderentur in alienos. Confessi autem sunt, id quod *revera* erant, se & servos esse, & convenas, gentisque *suæ* fœtus spurios & per abortum editos. Civitatem quidem ipsi everterunt: Romanos autem invitos coëgerunt sibimet adscribere tristem adeo victoriam, ignemque tardius in templum venientem propemodum traxêre. Profecto * cum ex superiore civitate illud ardere viderent, neque doluêre, neque illachrymavere: sed Romanis ista accidisse compertum est. Et alio quidem in loco ista dicemus, cum ad res narrandas describendasque ventum erit.

Josephi de populo Judaico judicium.

Feritas eorum qui summam rerum obtinebant in urbe.

Κ Ε Φ. ιά.

Ὡς Ἰουδαῖοι πρὸ τοῦ τείχους ἀνεσταυροῦντο. περὶ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς. ὡς τὰ τῶν Ῥωμαίων χώματα καταβάλλουσιν Ἰουδαῖοι.

Τίτῳ δὲ τὰ μὲν χώματα προὔκοπτε, καίτοι πολλὰ κακουμένων ἀπὸ τοῦ τείχους τῶν στρατιωτῶν. πέμψας δ' αὐτὸς μοῖραν τῶν ἱππέων ἐκέλευσε τοὺς κατὰ τὰς φάραγγας ἐπὶ [h] συγκομιδῇ τροφῆς ἐξιόντας ἐνεδρεύειν. ἦσαν δέ τινες μὲν καὶ τῶν μαχίμων, οὐκ ἔτι διαρκούμενοι ταῖς ἁρπαγαῖς, τὸ δὲ πλέον ἐκ τοῦ δήμου πένητες, οὓς αὐτομολεῖν ἀπέτρεπε τὸ περὶ τῶν οἰκείων δέος. οὔτε γὰρ λήσεσθαι τοὺς στασιαστὰς ἤλπιζον μετὰ γυναικῶν καὶ [i] παιδίων διαδιδράσκοντες, καὶ καταλιπεῖν ταῦτα τοῖς λῃσταῖς οὐχ ὑπέμενον ὑπὲρ αὐτῶν σφαγησόμενα. [k] τολμηροὺς δὲ πρὸς τὰς ἐξόδους ὁ λιμὸς ἐποίει· καὶ κατελείπετο [l] λανθάνοντας εἰς τοὺς πολεμίους ἁλίσκεσθαι. λαμβανόμενοι δὲ κατ' ἀνάγκην ἠμύνοντο [m] δέει τῆς κολάσεως, καὶ μετὰ μάχην ἱκετεύειν ἄωρον ἐδόκει. [n] μαστιγούμενοι δὴ καὶ προβασανιζόμενοι τοῦ θανάτου πᾶσαν αἰκίαν, [o] ἀνεσταυροῦντο τοῦ τείχους ἀντικρύ. Τίτῳ μὲν οὖν οἰκτρὸν τὸ πάθος κατεφαίνετο, πεντακοσίων ἑκάστης ἡμέρας, [p] ἔστι δ' ὅτε καὶ πλειόνων ἁλισκομένων. οὔτε δὲ τοὺς βίᾳ ληφθέντας ἀφεῖναι ἀσφαλὲς, καὶ φυλάττειν τοσούτους φρουρὰν τῶν [q] φυλαξάντων ἑώρα· [r] τό γε μὴν πλέον οὐκ ἐκώλυε, [s] τάχα δ' ἂν ἐνδοῦναι πρὸς τὴν ὄψιν ἐλπίσας αὐτοὺς, εἰ μὴ παρα-

C A P. XI.

XII.

Quomodo Judæi pro mœnibus in cruces tollebantur. de Antiocho Epiphane. qualiter Romanorum aggeres dejiciunt Judæi.

Interea Tito quidem aggeres promovebantur, quamvis milites de muris valde affligerentur. Ipse vero, parte equitatus missa, jussit per valles ad cibum comportandum exeuntibus insidias tendi. Erant autem in his nonnulli quidem ex bellicosis rapinis haud contenti; majore vero ex parte pauperes plebeji, quos metus de necessariis suis à transfugio deterrebat. neque enim fore sperabant ut clam seditiosos cum conjugibus ac liberis diffugerent; eosque latronibus relinquere, vice sua jugulandos, non sustinebant. Audaciores autem faciebat ad exeundum fames: † restabatque ut occulto egressi versus hostes ab iis caperentur. deprehensi autem ex necessitate repugnabant metu supplicii: & post pugnam supplicare intempestivum videbatur. itaque verberati & ante mortem modis omnibus excruciati, pro mœnibus suffigebantur crucibus. Et Tito quidem miseranda videbatur ea calamitas; cum *Judæi* in dies singulos quingenti, nonnunquam etiam plures caperentur. Sed neque vi captos dimittere tutum erat, tantamque adservare multitudinem custodum videbat esse custodiam; maxime vero eos *crucifigi* non prohibebat, ut qui sperarit ipsos ad conspectum *illorum* forsan deditionem facere, quasi similia passu-

Judæi quamplurimi in conspectu obsessorum crucibus affixi.

y Ἀντιπρούπινον] Ἀντεπροέπινον Big.
z Πτώματα] Ita in omnibus *MSS.* nec aliter legebat *Ruf.* κτήματα in *Editis Aliisque.*
a Μεταδοὺς] μεταδιδοὺς L. B.
b Μονοτρόπως] Μονότροπος Big. & *Voss.* Conf. supr. lib. 2. c. 21. §. 1. SPANH.
c Μήτε γενεὰν] Μήτε γένος ἕτερον *Zonar.*
d Σύγκλυδες, — φθάρματα.] Σύγκλυδες κοινοτομοῦσι θανάτους τοῦ ἔθνους φθάρματα *Vat.* & *Rost.* Conf. supr. c. 1. §. 5. SPANH.
e Τὴν μέν γε πόλιν] Forsan, τήν γε μὴν π.
f Αὐτοί] Οἱ αὐτοὶ Big.
g Ῥωμαίους εὑρέθη.] Ῥωμαίοις ηὑρέθη Big. & L. B.
h Συγκομιδῇ] Συγκομιδὴν Big.
i Παιδίων διαδιδράσκοντες,] Παίδων Big.
k Τολμηροὺς δὲ] Τολμηροτέρους juxta *Ruf.*

l Λανθάνοντας] μὴ λανθ. L. B.
m Δέει τῆς κολάσεως,] Illa δέει τῆς κολάσεως adjecta esse volui è *Cod. Big.* & *Ruf.*
n Μαστιγούμενοι δὴ] Μαστιγούμενοι τε Big.
o Ἀνεσταυροῦντο] *Rost.* ἐσταυροῦντο. frustra; confer Ep. Pauli ad Hebr. 6: 6. ubi male per *rursus crucifigere vertunt.* HAV.
p Ἔστι δ' ὅτε καὶ πλειόνων ἁλισκομένων.] Ἔστι δὲ καὶ ὅτε πλ. Big.
q Φυλαξάντων] φυλαξόντων L. B.
r Τό γε μὴν πλέον] Τότε μὴν πλ. Big.
s Τάχα δ' ἂν ἐνδοῦναι] Ταχεῖαν ἐνδοῦναι Big. τάχα γ' ἂν ἐνδ. L. B. τάχιον ἐνδοῦναι legebat *Ruf.*

* Cum hi ardere superiorem civitatem vidissent, *Ruf.*
† Restabatque jam latitantes egredi & ab hostibus capi, *Ruf.*

t Ἄλλου

passuros nisi se dederent. Milites autem ex ira aut odio *cruci* affigebant captos, modis quidem diversis ludibrii causa: & propter multitudinem, spatium crucibus deerat, & corporibus cruces.

Quale judicium de crucifixis ferebant seditiosi.

2. Tantum vero aberat ut seditiosi ad calamitatem istam animos mutarent, * ut contrarium plane ad reliquam multitudinem simularint. Transfugarum enim necessariis ad muros pertractis, † illisque è popularibus qui ad *Romanorum* fidem *fugere* properarint, qualia paterentur ii qui ad Romanos confugerent ostenderunt; & qui comprehensi tenebantur non captivos esse, sed supplices, dicebant. Hoc multos transfugere cupientium, donec verum cognosceretur, intra muros continebat. nonnulli autem statim discurrerunt quasi ad verum supplicium; mortem ab hostibus illatam, si cum fame conferatur, requiem esse ducentes. Cumque multis captivorum manus amputari jussisset, ut transfugæ minime viderentur, crederenturque propter calamitatem, eos ad Joannem & Simonem remisit, „ saltem nunc *à vecordia* desinerent admonens, neve ipsum ad urbis „ excidium compellerent, animisque tandem mutatis lucrarentur & propriam vitam, & patriam tantam, & templum ‡ quocum nullum „ aliud contendi potest." Simul autem aggeres circumeundo operarios urgebat, veluti factis verba non multo post sequutus. Ad hæc in muris stantes & ipsi Cæsari & patri ejus maledicebant, „ mortemque se contemnere clamabant, „ (eam quippe servituti recte præferri) & mala „ quæ poterunt Romanis illaturos esse dum spirant, illisque non curæ esse patriam, *brevi*, ut „ ipse dicit, perituris, mundumque Deo esse „ templum hoc præstantius. Cæterum hoc ipsum „ ab eo servatum iri qui illud incoleret, quem „ & ipsos auxiliatorem habentes minas omnes deridere facta desiderantes: rerum enim eventum „ à Deo esse." Quæ hujusmodi erant conviciis admista vociferabantur.

Titi ad Joannem & Simonem admonitio.

Antiochus Epiphanes Commagenus.

3. Interea autem & Antiochus Epiphanes aderat, aliosque multos milites secum habens & circa ipsum catervam quæ Macedonum appellabatur; omnes ejusdem ætatis, proceros, & ex ephebis paulum modo egressos, Macedonum more armatos & in re militari exercitos, unde etiam nomen habebant, qui tamen plerique famam gentis æquare non poterant. Omnium enim regum qui Romanis parebant felicissimum Commagenum fieri contigit, prius quam fortuna mutaretur. Ostendit autem & ille in senecta ætate, neminem ante obitum beatum dici oportere. Cæterum filius ejus, qui eo adhuc vigente tunc forte aderat, se mirari ajebat, quidnam esset cur Romani muros adire cunctarentur. erat enim bellator ipse, naturaque factus ad audendum, tantusque

δοῖεν ὅμοια πεισομένους. προσήλουν δ' οἱ στρατιῶται δι' ὀργὴν καὶ μῖσος τοὺς ἁλόντας, [t] ἄλλον ἄλλῳ σχήματι πρὸς χλεύην, καὶ διὰ τὸ πλῆθος χώρα τε [v] ἐνελείπετο τοῖς σταυροῖς, [x] καὶ σταυροὶ τοῖς σώμασιν.

β'. Οἱ στασιασταὶ δὲ τοσοῦτον [y] ἀπεδέησαν τοῦ μεταβαλέσθαι πρὸς τὸ πάθος, ὥστε καὶ τοὐναντίον [z] αὐτοῖς σοφίσασθαι πρὸς τὸ λοιπὸν πλῆθος. σύροντες γὰρ τοὺς τῶν αὐτομόλων οἰκείους ἐπὶ τὸ τεῖχος, καὶ τῶν δημοτῶν τοὺς ἐπὶ πίστιν ὡρμημένους, οἷα πάσχουσιν οἱ Ῥωμαίοις προσφεύγοντες ἐπεδείκνυσαν, καὶ τοὺς κεκρατημένους ἱκέτας ἔλεγον οὐκ αἰχμαλώτους. τοῦτο πολλοὺς τῶν αὐτομολεῖν ὡρμημένων, μέχρι τἀληθὲς ἐγνώσθη, κατέσχεν εἴσω. [a] ἔνιοι δὲ καὶ παραχρῆμα διέδρασαν, ὡς ἐπὶ [b] βέβαιον τιμωρίαν, ἀνάπαυσιν ἡγούμενοι τὸν ἐκ τῶν πολεμίων θάνατον ἐν λιμοῦ συγκρίσει. πολλοὺς δὲ καὶ χειροκοπῆσαι κελεύσας Τίτος τῶν ἑαλωκότων, ὡς μὴ δοκοῖεν αὐτόμολοι καὶ πιστεύοιντο διὰ τὴν συμφορὰν, εἰσέπεμψε πρὸς τὸν [c] Ἰωάννην καὶ τὸν Σίμωνα, „ νῦν „ γε ἤδη παύσασθαι παραινῶν, καὶ μὴ πρὸς ἀναί„ρεσιν τῆς πόλεως [d] αὐτὸν βιάζεσθαι, κερδῆσαι δ' ἐκ „ τῆς ἐν ὑστάτοις μεταμελείας τάς τε αὐτῶν ψυ„χὰς, καὶ τηλικαύτην πατρίδα, καὶ ναὸν [e] ἀκοινώνη„τον ἄλλοις." περιϊὼν δὲ τὰ χώματα τοὺς ἐργαζομένους ἅμα κατήπειγεν, ὡς [f] οὐκ εἰς μακρὰν ἀκολουθήσειν ἔργοις [g] τῷ λόγῳ. πρὸς ταῦτα αὐτόν τε ἐβλασφήμουν ἀπὸ τοῦ τείχους Καίσαρα, καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ, „ καὶ τοῦ μὲν θανάτου καταφρονεῖν ἐβόων. [h] ᾑρῆσθαι „ γὰρ αὐτὸν πρὸ δουλείας καλῶς· [i] ἐργάσασθαι δ' ὅσα „ ἂν δύνωνται κακὰ Ῥωμαίους ἕως ἐμπνέωσι, πατρί„δος δ' οὐ [k] μέλειν τοῖς ὡς αὐτός φησιν [l] ἀπολου„μένοις, [m] καὶ ναοῦ [n] ἀμείνω τούτου τῷ Θεῷ τὸν κόσμον „ εἶναι. σωθήσεσθαι γε μὴν καὶ τοῦτον ὑπὸ τοῦ κατοικοῦντος, „ ὃν καὶ αὐτοὶ σύμμαχον ἔχοντες πᾶσαν χλευάζειν „ ἀπειλὴν ὑστεροῦσαν ἔργων· τὸ γὰρ τέλος εἶναι τοῦ Θεοῦ." τοιαῦτα ταῖς λοιδορίαις ἀναμίσγοντες [o] ἐκεκράγεσαν.

γ'. Ἐν δὲ τούτῳ, καὶ ὁ [p] Ἐπιφανὴς Ἀντίοχος παρῆν, ἄλλους τε ὁπλίτας συχνοὺς ἔχων, καὶ περὶ αὐτὸν στῖφος Μακεδόνων καλούμενον, [q] ἥλικας πάντας, ὑψηλοὺς, ὀλίγον ὑπὲρ [r] ἀντίπαιδας, τὸν Μακεδονικὸν τρόπον ὡπλισμένους [s] τε καὶ πεπαιδευμένους, ὅθεν καὶ τὴν ἐπίκλησιν εἶχον, ὑστεροῦντες οἱ πολλοὶ τοῦ γένους. εὐδαιμονῆσαι γὰρ μάλιστα τῶν ὑπὸ [t] Ῥωμαίοις βασιλέων τὸν Κομμαγηνὸν συνέβη πρὶν γεύσασθαι μεταβολῆς. ἀπέφηνε δὲ κἀκεῖνος ἐπὶ γήρως, ὡς οὐδένα χρὴ λέγειν πρὸ θανάτου μακάριον. ἀλλ' ὅγε παῖς ἀκμάζοντος αὐτοῦ τηνικαῦτα παρὼν θαυμάζειν ἔφασκε, τί δήποτε Ῥωμαῖοι κατοκνοῖεν προσιέναι τῷ τείχει. πολεμιστὴς δέ τις αὐτὸς ἦν, καὶ φύσει [v] παράβολος, [x] κατά

t Ἄλλον ἄλλῳ σχήματι] Illud ἄλλον abest à *Cod. Big.*

v Ἐνελείπετο τοῖς σταυροῖς,] Ἐνέλειπε *Big.*

x Καὶ σταυροὶ τοῖς σώμασιν.] Justo Dei judicio, ut qui Christum cruci adfixerant. Rel.

y Ἀπεδέησαν] Ἐπεδέησαν *Big.*

z Αὐτοῖς] Αὐτοὶ *Big.* & *Lugd. Bat.* αὐτοὺς malit Cl. *Lowthius.*

a Ἔνιοι δὲ] Εἰσὶ δ' οἳ καὶ π. *Big.*

b Βέβαιον τιμωρίαν,] Βεβαίαν *Big.*

c Ἰωάννην καὶ τὸν Σίμωνα,] Ita cum *Big.* & *Ruf.* antea erat Σίμωνα καὶ τὸν Ἰωάννην.

d Αὐτὸν βιάζεσθαι,] Αὐτοὶ *Bod.*

e Ἀκοινώνητον ἄλλοις.] Quod erat aliis (nempe Ethnicis) insociabile. Spanh.

f Οὐκ εἰς μακρὰν] Οὐκέτι εἰς μακρὰν ἀκολουθήσειν *Big.*

g Τῷ λόγῳ.] Est qui malit τὸν λόγον aut τοὺς λόγους.

h Ἡιρῆσθαι γὰρ αὐτὸν] Ἡρεῖσθαι *Big.* προῃρεῖσθαι *L. B.* προῃρῆσθαι *Coccejus* legit.

i Ἐργάσασθαι] ἐργάσεσθαι *L. B.*

k Μέλειν τοῖς ὡς αὐτός φησιν] Ita scribendum censui. μέλλειν in *libris.* præterquam in *L. B.* ubi μέλειν quoque.

l Ἀπολουμένοις,] Ita in *Cod. Vat. Rost. L. B. aliisque* ἀπολλυμένοις in *Editis.*

m Καὶ ναοῦ] Καὶ ναοῦ πυρπολουμένου in *quibusdam MSS.* καὶ ναοῦ ἀπολουμένου *L. B.* & *Rost.*

n Ἀμείνω] Τὸν ἀμείνω *Big.*

o Ἐκεκράγεσαν.] Ἐκράγεισαν *Big.*

p Ἐπιφανὴς Ἀντίοχος] In lib. V. *Pseudo-Hegesippi* dicitur *Antiochi Commageni filius.* Conf. supr. lib. 2. c. 18. §. 9. Spanh.

q Ἥλικας πάντας,] Ita lego ex *MSS.* (ut & *L. B.* & *Rost.*) & *Suida.* antea erat ἡλικίᾳ.

r Ἀντίπαιδας,] ἀντίπαιδα Sophocl. in Exc. H. Gr. p. 125. Plutarch. Æmil. p. 267. A. Spanh.

s Τε καὶ πεπαιδευμένους,] Desunt *Rost.*

t Ῥωμαίοις] Ῥωμαίους *Big.* & *L. B.*

v Παράβολος,] Conf. Antt. lib. 14. c. 14. §. 1. & alias lib. 1. c. 19. §. 5. ἦσαν καὶ αὐτοὶ παράβολοι· & lib. 4. c. 1. §. 9. Spanh.

* *Est qui malit in hunc sensum*, ut res cito illorum astutia in contrarium plane quoad reliquam multitudinem cesserit.

† Et si qui erant popularium proniores ad pacem, *Ruf.*

‡ *Al.* cui nullum par erat aut simile. in *Rufini* versione; *cujus participem non habebant.*

x Κατὰ

[x] καλά τε τὴν ἀλκὴν τοσοῦτος [y] ὡς ὀλίγῳ τὴν τόλμαν διαμαρτάνειν. μειδιάσαντος δὲ τοῦ Τίτου, καὶ κοινὸς ὁ πόνος εἰπόντος, ὡς εἶχεν ὥρμησεν ὁ Ἀντίοχος μετὰ τῶν Μακεδόνων πρὸς τὸ τεῖχος. αὐτὸς μὲν οὖν διά τε ἰσχὺν, καὶ κατ' ἐμπειρίαν, ἐφυλάττετο τὰ τῶν Ἰουδαίων βέλη, τοξεύων εἰς αὐτούς. τὰ μειράκια δ' αὐτῷ συνετρίβη πάντα, πλὴν ὀλίγων. διὰ γὰρ αἰδῶ τῆς ὑποσχέσεως προσεφιλονείκει μαχόμενα, καὶ τέλος ἀνεχώρουν τραυματίαι πολλοὶ, συννοοῦντες ὅτι καὶ τοῖς ἀληθῶς Μακεδόσιν, εἰ μέλλοιεν κρατεῖν, [z] δέοι τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης.

δ'. Τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ἀρξαμένοις [a] δωδεκάτῳ μηνὸς Ἀρτεμισίου, συνετελέσθη τὰ χώματα μόλις ἐνάτῃ καὶ εἰκάδι, ταῖς [b] δεκαεπτὰ συνεχῶς πονουμένων ἡμέραις. μέγιστα γὰρ ἐχώσθη τὰ τέσσαρα, καὶ θάτερον μὲν [c] τὸ ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν ὑπὸ τοῦ πέμπτου τάγματος ἐβλήθη [d] κατὰ μέσον τῆς [e] Στρουθίου καλουμένης κολυμβήθρας· τὸ δὲ ἕτερον ὑπὸ τοῦ δωδεκάτου διεστῶτος [f] ὅσον εἰς πήχεις εἴκοσι. τῷ δεκάτῳ δὲ τάγματι, διέχοντι πολὺ τούτων, κατὰ βόρειον κλίμα τὸ ἔργον ἦν καὶ κολυμβήθραν Ἀμύγδαλον προσαγορευομένην. τούτου δὲ τὸ [g] πεντεκαιδέκατον ἀπὸ τριάκοντα πηχῶν [h] ἔχον κατὰ τὸ τοῦ ἀρχιερέως [i] μνημεῖον. προσαγομένων δ' ἤδη τῶν ὀργάνων, ὁ μὲν Ἰωάννης ἔνδοθεν ὑπορύξας τὸ κατὰ τὴν Ἀντωνίαν μέχρι τῶν χωμάτων [k] διάστημα, καὶ διαλαβὼν σταυροῖς τοὺς ὑπονόμους ἀνακρήμνησι τὰ ἔργα. πίσσῃ δὲ καὶ ἀσφάλτῳ διακεχρισμένην ὕλην εἰσκομίσας ἐνίησι πῦρ, καὶ τῶν σταυρῶν ὑποκαέντων ἥ τε διῶρυξ ἐνέδωκεν ἀθρόα, καὶ μετὰ μεγίστου ψόφου κατεσείσθη τὰ χώματα εἰς αὐτήν. τὸ μὲν οὖν πρῶτον μετὰ τοῦ κονιορτοῦ καπνὸς [l] ἐγείρετο βαθὺς, πνιγομένου τῷ [m] πταίσματι τοῦ πυρός· [n] τῆς δὲ θλιβούσης ὕλης διαβιβρωσκομένης ἤδη φανερὰ φλὸξ [o] ἐρρήγνυτο. καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἔκπληξις μὲν πρὸς τὸ αἰφνίδιον, ἀθυμία δὲ πρὸς τὴν ἐπίνοιαν ἐμπίπτει. καὶ κρατήσειν οἰομένοις ἤδη τὸ συμβὰν καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἔψυξε τὴν ἐλπίδα· τὸ δὲ ἀμύνειν ἀχρεῖον ἐδόκει πρὸς τὸ πῦρ, καὶ εἰ σβεσθείη, [p] τῶν χωμάτων καταποθέντων.

ε'. Μετὰ δὲ ἡμέρας δύο, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτίθενται χώμασιν οἱ περὶ τὸν Σίμωνα. καὶ γὰρ δὴ προσαγαγόντες ταύτῃ τὰς ἑλεπόλεις οἱ Ῥωμαῖοι, διέσειον ἤδη τὸ τεῖχος. Τεφθαῖος δέ τις ἀπὸ [q] Γαρσὶς πόλεως τῆς Γαλιλαίας, καὶ Μεγάσσαρος τῶν βασιλικῶν Μαριάμμης θεράπων, [r] μεθ' ὧν Ἀδιαβηνός τις υἱὸς Ναβαταίου, τοὔνομα κληθεὶς ἀπὸ τῆς τύχης [s] Χαγείρας, ὅπερ σημαίνει χωλὸς, ἁρπάσαντες λαμπάδας, [t] προσεπήδησαν ἐπὶ τὰς μηχανάς. τούτων τῶν ἀνδρῶν, οὔτε τολμηρότεροι κατὰ τόνδε τὸν πόλεμον ἐκ τῆς πόλεως ἐφάνησαν, οὔτε φοβερώτεροι. καθάπερ γὰρ εἰς φίλους ἐκτρέχοντες οὐ πολεμίων στῖφος, οὔτε ἔδεισαν, οὔτε ἐμέλ-

viribus ut non multum peccaret audacia. Cum vero Titus ad hoc subrisisset, * laboremque communem esse dixisset, ita ut erat se cum Macedonibus proripuit Antiochus, & in muros impetum fecit. Et ipse quidem pro viribus suis ac peritia cavebat tela Judæorum, dum illos jaculis peteret: fere autem omnes ejus adolescentes attriti erant. promissa enim *magnifica* reveriti certatim pugnâ perseverabant, & ad extremum multi saucii recesserunt, secum cogitantes, veris Macedonibus, si vellent vincere, opus esse fortuna Alexandri.

Facinus ejus mirabile.

4. Cum autem Romani duodecimo mensis Artemisii die aggeres inchoassent, vix eos vigesimo nono perfecerunt, diebus septemdecim operi sine intermissione impensis. Quatuor enim maximi surrexerant, & alter quidem *ab illis* ad Antoniam à quinta legione jactus erat † contra mediam piscinam quæ Struthia vocatur: alius vero à duodecima legione inde circiter xx. cubitos distante. At decima legio, quæ ab his longe aberat, in operibus ad regionem orientalem occupata erat, & ad piscinam quæ Amygdalon appellatur: inde vero quasi ad triginta cubitos legio decima quinta ad *Joannis* pontificis monumentum. Jam vero machinis admotis, Joannes quidem, eo spatio quod inter Antoniam & aggeres interjacet suffosso, & cuniculis sudibus suffultis ‡ opera suspendit. Cum vero materiam importasset pice ac bitumine illitam, ignem immittit, & sudibus succensis fossa repente subsedit, cumque magno sonitu in eam prolapsi sunt aggeres. ac primo quidem cum pulvere fumus ex alto excitatus est, igne ruina suffocato: peresa vero materia qua premebatur, flamma tum manifesta erumpebat. Et Romani repentino quidem casu obstupefacti erant, atque animos despondere cœperunt ex facti solertia. cumque se victoriam reportaturos esse jam crederent, hoc ipsum quod accidit spem eorum in posterum refrixit: frustraque videbantur in igne exstinguendo laborare, cum illo exstincto absorptos viderent aggeres.

Romani aggeres XVII diebus perficiunt.

Joannem viam ad aggeres destruendos commentus est.

5. Biduo autem post alios etiam aggeres Simon cum suis aggreditur. illa enim parte Romani productis helepolibus murum concutere cœperant. Tephthæus autem quidam ex Garsi ortus civitate Galilææ, & Megassarus ex regiis famulis Mariamnes, cum quibus Adiabenus quidam filius Nabatæi, ex fortuna cognominatus Chagiras, quæ vox claudum denotat, raptis facibus in machinas prosiluerunt. His viris neque audaciores quiquam eo bello ex urbe in hostem processerunt, neque magis terribiles. nam veluti ad amicos non in agmen hostium excurrerent, non trepidarunt, neque cunctati

Judæorum conatus ad perdendas machinas.

x Καλά τε τὴν ἀλκὴν] Ita *Big.* & *Voss.* καλάγε in *Editis Aliisque.*

y Ὡς ὀλίγῳ] Ὡς ὀλιγωλάτης τόλμας διαλανθάνειν *Big.*

z Δέοι] δεῖ *L. B.*

a Δωδεκάτῳ μηνὸς Ἀρτεμισίου,] Δωδεκάτῃ ἡμέρα μηνὸς Ἀρτεμισίου *Big.*

b Δεκαεπτὰ] Ita *Big.* δεχεπτὰ in *Editis Aliisque.*

c Τὸ ἐπὶ] Artic. τὸ non est in *L. B.*

d Κατὰ μέσον τῆς] Κατὰ τὸ μέσον τῆς Στρουθίου *Big.* τῆς τοῦ θείου καλουμένης *Vat. Rost.* & *Voss.*

e Στρουθίου καλουμένης κολυμβήθρας·] Conf. supr. c. 3. §. 2. Spanh.

f Ὅσον εἰς πήχεις εἴκοσι] Ὅσον ἐπὶ πήχεις *Big.*

g Πεντεκαιδέκατον] Πεμπτὸν καὶ δεκ. *Big.*

h Ἔχον] ἐχώννυ *L. B.* διέχον *Rost.*

i Μνημεῖον.] Nempe Ἰωάννου Ἀρχιερέως, de quo loco supra c. 6. §. 2. & 6. ut & c. 7. §. 3. Spanh.

k Διάστημα,] Illud διάστημα adjectum esse volui è *Zonara.*

l Ἠγείρετο βαθὺς,] Ita *Vat.* ἐγείρετο in *Editis Aliisque.*

m Πταίσματι τοῦ πυρός.] Πτώματι *Big.* & *L. B.*

n Τῆς δὲ θλιβούσης] τῆς δὲ βλιβούσης *Rost.*

o Ἐρρήγνυτο.] Ἐγένετο *Big.*

p Τῶν χωμάτων καταποθέντων.] Τῶν χωμάτων *Vat.*

q Γαρσὶς πόλεως τῆς Γαλιλαίας,[Γαρὶς *Big.* Γαρσῆς *Voss.*

r Μεθ' ὧν Ἀδιαβηνός] Ita *Big.* & *Voss.* μεθ' ὃν in *Editis Aliisque.*

s Χαγείρας, ὅπερ σημαίνει χωλὸς,] Ita lego ex Hebraïco חגיר vel חגירא. cui Græcam terminationem apposuit *Josephus.* antea erat καὶ Ἀγείρας in *Editis Aliisque*, & καὶ Ἀγήρας in *Cod. Big.* Huds. חגירא *Claudus.* Hinc Suidas. Ἀγείρας, χωλός. Quod male sollicitarunt interpretes Suidæ, ac si pro χωλὸς legi deberet ὀχλαγωγὸς aut simile quid. Rel. Nempe in Chald Paraphr. V. T. & apud Talmudicos חֲגִירָא *Claudus.* Spanh.

t Προσεπήδησαν] προεπήδησαν *L. B.*

* Commune est opus, *Pseudo-Hegesipp.*

† Per mediam piscinam quam Struthiam vocabant, *Pseudo-Hegesipp.*

‡ *Al.* aggeres pensiles reddidit.

ctati sunt, neque abſceſſerunt, ſed per medios hoſtes proruentes machinas ſuccenderunt. impetiti autem miſſilibus, & gladiis ab omni parte repulſi, non prius è periculo ſemet ſubduxerunt, quam ignis inſtrumenta corriperet. Sublata vero jam flamma, concurſus quidem factus eſt Romanorum è caſtris, ut machinis ſubveniretur. Judæi vero ex muro prohibebant, & cum iis qui exſtinctum ibant manus conſerebant, propriis corporibus nullo modo parcentes. Et Romani quidem arietes igni ſubtrahebant, cum eorum tegmina cremarentur: Judæi vero etiam per flammas eos retinere certabant, & quamvis fervens nacti eſſent ferrum arietes non dimittebant. Ab his autem in aggeres tranſibat ignis, & auxilium ferentes præveniebat. Cumque res ita erat, Romani quidem flammis circundati, & de operibus ſervandis deſperantes, in caſtra diſcedebant. Judæi vero magis inſtabant, ſemper numero gliſcentes, quod ad eos in auxilium accurrerent qui in urbe erant, fretique victoria effuſo impetu ferebantur: & uſque ad munimenta caſtrorum progreſſi cum cuſtodibus ad conflictum veniebant. Eſt enim ſtatio pro caſtris per vices ſuccedentium armatorum, & acerba in eos ſanctio Romanorum, morte plectendum eſſe qui loco qualibet de cauſa cederet. Hi, ſupplicio capitali glorioſa morte prælata, ſubſtant; & ad horum neceſſitatem multi fugientium cum pudore converſi ſunt. cumque ſcorpiones per murum diſpoſuiſſent, multitudinem à civitate advenientem repellebant; nihil in corporum ſecuritatem cuſtodiamve providentem. nam quoſcunque obvios haberent cum his congrediebantur Judæi, & in ſpicula incaute irruentes ipſis corporibus inimicos feriebant. neque hi tam illis quæ faciebant quam quæ audebant ſuperiores erant: & Romani plus audaciæ, quam quod male tractarentur, cedebant.

Titus militibus ignaviam exprobrat.

6. Jam vero Titus aderat ab Antonia, quò ſeorſum iverat, ut loca exploraret aliis aggeribus: multumque increpatis militibus, quod cum hoſtium muros obtinuiſſent in ſuis periclitarentur, & velut ex carcere contra ſe dimiſſis Judæis obſeſſorum paterentur ipſi fortunam, ipſe cum lectis militibus hoſtes à latere circumvenit. Illi autem cum in ora ferirentur, etiam in Titum converſi pugna perſeverabant.

Pugna atris.

mixta vero acie, pulvis quidem oculos, clamor vero aures occupabat, *neque alius conjicere poterat quiſnam ei amicus eſſet aut inimicus. Cum autem Judæi non tantum viribus adhuc perſiſterent quantum ſalutis deſperatione, Romanos etiam fortiores reddidit gloriæ reverentia & armorum & Cæſaris ante eos periculum adeuntis. Itaque putaverim eos ad extremum nimia ferocitate animorum vel totam multitudinem Judæorum fuiſſe rapturos, niſi præventa aciei inclinatione in civitatem ſe recepiſſent. Labefactatis autem aggeribus Romani triſtes erant & anxii, qui longi laboris opus una horula perdiderant: & multi quidem machinis, quibus uſi ſunt, jam captum iri civitatem deſperabant.

λησαν, οὔτε ἀπέστησαν, ἀλλὰ διὰ μέσων [v] ἐκθοροῦντες τῶν ἐχθρῶν ὑφῆψαν τὰς μηχανάς. βαλλόμενοι δὲ, καὶ τοῖς ξίφεσιν ἀνωθούμενοι πάντοθεν, οὐ πρότερον ἐκ τοῦ κινδύνου μετεκινήθησαν, ἢ [x] δράξασθαι τῶν ὀργάνων τὸ πῦρ. αἰρομένης δ' ἤδη τῆς φλογὸς, Ρωμαῖοι μὲν ἀπὸ τῶν στρατοπέδων συνθέοντες ἐβοήθουν· Ιουδαῖοι δὲ ἐκ τοῦ τείχους ἐκώλυον, καὶ τοῖς σβεννύειν πειρωμένοις συνεπλέκοντο, κατὰ μηδὲν τῶν ἰδίων φειδόμενοι σωμάτων. [y] καὶ οἱ μὲν εἷλκον ἐκ τοῦ πυρὸς τὰς ἑλεπόλεις, τῶν ὑπὲρ αὐτὰς γέῤῥων φλεγομένων· οἱ δὲ Ιουδαῖοι, καὶ διὰ τῆς φλογὸς ἀντελαμβάνοντο, καὶ τοῦ σιδήρου ζέοντος δρασσόμενοι τοὺς κριοὺς οὐ μεθίεσαν. διέβαινε δ' ἀπὸ τούτων ἐπὶ τὰ χώματα τὸ πῦρ, καὶ τοὺς ἀμύνοντας [z] προελάμβανεν. ἐν τούτῳ δ' οἱ μὲν Ρωμαῖοι κυκλούμενοι τῇ φλογὶ, καὶ τὴν σωτηρίαν τῶν ἔργων ἀπογνόντες, ἀνεχώρουν ἐπὶ τὰ στρατόπεδα. Ιουδαῖοι δὲ προσέκειντο πλείους ἀεὶ γινόμενοι, τῶν ἔνδοθεν προσβοηθούντων, καὶ τῷ κρατεῖν τεθαῤῥηκότες [a] ἀταμιεύτοις ἐχρῶντο ταῖς ὁρμαῖς· [b] προσελθόντες δὲ μέχρι τῶν ἐρυμάτων, ἤδη συνεπλέκοντο τοῖς φρουροῖς. τάξις [c] δ' ἐστὶν ἐκ διαδοχῆς ἱσταμένη πρὸ τοῦ στρατοπέδου [d] μετὰ τῶν ὅπλων, καὶ δεινὸς ἐπ' αὐτῇ Ρωμαίων νόμος, τὸν ὑποχωρήσαντα καθ' ἣν δήποτ' οὖν αἰτίαν θνήσκειν. οὗτοι, τοῦ μετὰ κολάσεως τὸν μετ' ἀρετῆς θάνατον προκρίναντες, ἵστανται. καὶ πρὸς τὴν τούτων ἀνάγκην πολλοὶ τῶν τραπέντων ἐπεστράφησαν αἰδούμενοι. διαθέντες δὲ καὶ τοὺς ὀξυβελεῖς ἐπὶ τοῦ τείχους εἶργον τὸ προσγινόμενον πλῆθος ἐκ τῆς πόλεως, οὐδὲν εἰς ἀσφάλειαν ἢ φυλακὴν τῶν σωμάτων [e] προνοουμένους. συνεπλέκοντο γὰρ οἱ Ιουδαῖοι τοῖς προστυχοῦσι, καὶ ταῖς [f] αἰχμαῖς ἀφυλάκτως ἐμπίπτοντες, αὐτοῖς [g] τοῖς σώμασι τοὺς ἐχθροὺς ἔπαιον. [h] οὔτε γὰρ ἔργοις αὐτοὶ πλέον, ἢ τῷ θαῤῥεῖν περιῆσαν· καὶ Ρωμαῖοι τῇ τόλμῃ πλέον εἶκον, ἢ τῷ κακοῦσθαι.

ιβ'. Ὅπως συμπεσόντες ἀλλήλοις, πολλῶν ἑκατέρωθεν πεσόντων διελύθησαν, μηδενὸς βεβαίως νικήσαντος.

ιγ'. Ὅπως

[a] Ἀχαριστότατα] Ita ex conjectura. ἀχρηστότατα in *Edit. Basil.* & *duobus MSS.*

vocant, atque ipse cum eis sermonem habuit maxime admirandum.

35. *Quod Titus, cum tyranni nihil moderati præ se ferrent, vehementer iratus edixerit per præconem, ne jam fidem dextramque sibi dari sperarent: quo facto imperavit militibus igne omnia vastare.*

36. *De regis consanguineis ad Cæsarem perfugientibus, utque eos Romam mittendos curavit.*

37. *Quomodo seditiosi ad domum regiam profecti Romanos inde pepulerunt, & reliquam multitudinem popularium qui eo confugerant occiderunt, & duos milites Romanos vivos ceperunt.*

38. *Quomodo Romani, latronibus rursus in fugam versis, quod reliquum erat urbis incenderunt.*

39. *Quomodo tyranni cuniculis freti & innixi ad extremum usque belligerabant.*

40. *Quod Cæsar iterum superiorem urbem aggeribus occupat: cumque è seditiosis nonnulli de urbe tradenda deliberant, eos re explorata prævenit Simon & pœnis afficit.*

41. *De sacerdote ad Cæsarem profugiente, & res multas pretiosas ei tradente.*

42. *Quomodo aggeribus perfectis Romani machinas adducebant, & latronibus inexspectato fugientibus & cuniculos subeuntibus totam urbem nacti sunt Romani.*

43. *Quod Cæsar urbem introgressus eamque ob firmitatem multum miratus, cætera quidem omnia deleri jussit, tres vero turres solas in suæ virtutis & fortitudinis monumentum intactas reliquit.*

44. *Quomodo Cæsar, postquam latrones & seditiosos à se invicem delatos interfici jusserat, reliquos, partim in triumphum reservavit, partim provinciis donavit, aliosque ad Ægyptiorum opera relegavit, pluresque vendidit.*

45. *De tota multitudine eorum qui bello capti erant & perierunt.*

46. *De iis qui in cuniculos confugerunt.*

47. *Quod urbs quinquies prius capta, tunc iterum vastata erat.*

λέσαντο, ὁ δὲ αὐτοῖς διαλαλιᾷ θαυμασιωτάτῃ ὡμίλησεν.

λε΄. Ὅτι μηδὲν μέτριον φρονούντων τῶν τυράννων, ἀγανακτήσας Τίτος ἐκήρυξε μὴ ἐλπίζειν αὐτοὺς ἔτι δεξιᾶς τυχεῖν· ὅθεν τὴν στρατιὰν ἐκέλευσε τὰ λοιπὰ καταφλέξαι.

λϛ΄. Περὶ τῶν προσφυγόντων Καίσαρι βασιλικῶν συγγενῶν, ὅπως τε αὐτοὺς εἰς Ῥώμην ἀπέστειλεν.

λζ΄. Ὡς ὁρμήσαντες οἱ στασιασταὶ, τοὺς ἐν τῇ βασιλικῇ οἰκίᾳ Ῥωμαίους διώξαντες, τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν καταφυγόντων τοῦ δήμου πᾶν ἐφόνευσαν, δύο τῶν Ῥωμαίων ζωγρήσαντες.

λη΄. Ὅπως πάλιν Ῥωμαῖοι, τοὺς λῃστὰς τρεψάμενοι, τὰ ὑπόλοιπα τῆς πόλεως κατέφλεξαν.

λθ΄. Ὅπως οἱ τύραννοι τοῖς ὑπονόμοις θαῤῥοῦντες, μέχρι παντὸς τοῦ πολέμου προσέμενον.

μ΄. Ὡς πάλιν ὁ Καῖσαρ τὴν ἄνω πόλιν χώμασι διαλαμβάνει, καθ᾿ ὃν καιρὸν βουλευομένων τινῶν στασιαστῶν περὶ παραδόσεως, φθάνει μαθὼν ὁ Σίμων, οὓς καὶ ἐκόλασεν.

μα΄. Περὶ τοῦ ἱερέως τοῦ προσφυγόντος Καίσαρι, καὶ κειμήλια πολλὰ παραδόντος.

μβ΄. Ὡς, συντελουμένων τῶν χωμάτων, Ῥωμαῖοι, τὰς μηχανὰς προσάγοντες, τῶν λῃστῶν παραλόγως ἀποδράντων, κἀν τοῖς ὑπονόμοις ὑποδύντων, ἐγκρατεῖς τῆς ὅλης πόλεως ἐγεγόνεισαν.

μγ΄ Ὡς παρελθὼν εἴσω Καῖσαρ, καὶ πολλὰ τῆς ὀχυρότητος τὴν πόλιν θαυμάσας, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀφανίσαι προσέταξε, μόνους δὲ τοὺς τρεῖς πύργους, εἰς μνήμην τῆς ἑαυτοῦ ἀρετῆς τε καὶ ἀνδρείας, εἴασεν.

μδ΄. Ὅπως Καῖσαρ τοὺς λῃστρικοὺς καὶ στασιώδεις, ὑπ᾿ ἀλλήλων ἐνδεικνυμένους, ἀναιρεθῆναι προστάξας, τοὺς λοιποὺς, οὓς μὲν εἰς τὸν θρίαμβον ἐτήρησεν, οὓς δὲ ταῖς ἐπαρχίαις ἐδωρήσατο, ἄλλους δ᾿ εἰς τὰ κατ᾿ Αἴγυπτον ἔργα, τοὺς δὲ πλείους διέπρασε.

με΄. Περὶ ὅλου τοῦ πλήθους τῶν ὑπὸ πόλεμον ἑαλωκότων τε καὶ διαφθαρέντων.

μϛ΄. Περὶ τῶν εἰς τοὺς ὑπονόμους καταφυγόντων.

μζ΄. Ὅτι πεντάκις πρότερον ἁλούσης τῆς πόλεως τοῦτο δεύτερον ἠρημώθη.

φ Λ

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ,
Η
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ
ΛΟΓΟΣ ϛʹ.

FLAVII JOSEPHI
DE BELLO JUDAICO,
SIVE
JUDAICÆ HISTORIÆ DE EXCIDIO,
LIBER VI.

ΚΕΦ. αʹ.

Οτι Ἰουδαίων πάθη ἐπὶ τὸ χεῖρον προὔκοπτε· καὶ ὡς τῇ Ἀντωνίᾳ προσβάλλουσιν οἱ Ῥωμαῖοι.

ΤΑ μὲν οὖν τῶν Ἱεροσολύμων πάθη προὔκοπτε καθ' ἡμέραν ἐπὶ τὸ χεῖρον, [a] τῶν στασιαστῶν μᾶλλον παροξυνομένων [b] ἐν ταῖς συμφοραῖς, καὶ τοῦ λιμοῦ μετὰ τὸν δῆμον ἤδη κἀκείνους νεμομένου. τό γε μὴν πλῆθος τῶν σεσωρευμένων ἀνὰ τὴν πόλιν πτωμάτων ὄψει τε φρικῶδες ἦν, καὶ λοιμώδη προσέβαλλεν ὀσμὴν, [c] πρός τε τὰς ἐκδρομὰς ἐμπόδιον τοῖς μαχομένοις. ὥσπερ γὰρ διὰ παρατάξεως φόνῳ μυρίῳ [d] γεγυμνασμένους, χωροῦντας ἔδει τὰ σώματα πατεῖν, [e] οἱ δὲ ἐπιβαίνοντες οὔτε ἔφριττον, οὔτε ἠλέουν, οὔτε [f] κληδόνα κακὴν σφῶν αὐτῶν ὑπελάμβανον τὴν εἰς τοὺς κατοιχομένους ὕβριν· πεφυρμένοι δ' ὁμοφύλῳ φόνῳ τὰς δεξιὰς, ἐπὶ τὸν πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους πόλεμον ἐξέθεον, ὀνειδίζοντες, ἔμοιγε δοκεῖ, τὸ θεῖον εἰς βραδυτῆτα τῆς [g] ἐπ' αὐτοῖς κολάσεως. οὐ γὰρ ἐλπίδι νίκης ὁ πόλεμος, ἤδη δὲ ἀπογνώσει σωτηρίας ἐθρασύνετο. Ῥωμαῖοι δὲ, καίτοι πολλὰ περὶ τὴν τῆς ὕλης συγκομιδὴν ταλαιπωρούμενοι, τὰ χώματα διήγειραν μιᾷ καὶ εἴκοσι ἡμέραις, κείραντες ὡς προείρηται τὴν περὶ τὸ ἄστυ χώραν, ἐπ' ἐνενήκοντα σταδίους ἐν κύκλῳ πᾶσαν. [h] ἦν

CAP. I.

Quod Judæorum calamitates magis ingravescebant: utque in Antoniam impressionem faciunt Romani.

AT enim Hierosolymorum calamitates quotidie ingravescebant, cum & seditiosi magis irritarentur adversis inclusi, & fames in populum grassata jam & ipsos depasceretur. Quin & multitudo congestorum in civitate cadaverum & visu horrenda erat, odoremque pestiferum emittebat, qui pugnantium excursibus impedimento erat. Nam incedentes, veluti per aciem plurima cæde exercitati; conculcare corpora necesse habebant; quique super eis graderentur neque horrebant neque miserabantur, neque malum omen sibi ducebant contumeliam in mortuos: gentili autem cæde dextras pollutas habentes, ad bellum cum alienigenis excurrebant, tanquam exprobrantes Deo (ut mihi videtur) supplicii sui tarditatem. non enim spe victoriæ, sed desperatione salutis jam ferociter gerebatur bellum. Romani autem, quamvis in aggreganda materia valde laborarent, aggeres tamen intra dies XXI. excitarunt, attonsa, ut jam ante dictum est, omni in orbem circa civitatem regione ad XC. stadia. Erat autem

Cumuli mortuorum in urbe.

Aggeres brevi à Romanis excitati.

a Τῶν τε στασιαστῶν] Ita *Big.* & *Ruf.* τῶν στασιαστῶν in *ceteris.*
b Ἐν ταῖς συμφοραῖς,] Illud ἐν non agnoscit *Ruf.*
c Πρός τε τὰς] Πρὸς δὲ *Big.*
d Γεγυμνασμένους,] Γεγυμνασμένης *Gall.* & *Lugd. Bat.*
e Οἱ δὲ ἐπιβαίνοντες] Οἱ δ' ἐπιβάντες *Big.*

f Κληδόνα κακὴν] Conf. infr. c. 5. §. 3. SPANH.
g Ἐπ' αὐτοῖς κολάσεως.] Ἐπ' αὐτοὺς *Big.*
h Ἦν δὲ ἐλεεινὴ καὶ τῆς γῆς ἡ θέα.] Ita *Big. Lugd. Bat.* & *Vat.* antea erat, ἦν δὲ πᾶσα ἐλεεινὴ καὶ γῆς ἡ θέα.

ἡ Ὁλο-

autem miserabilis etiam terræ facies: nam quæ antea arboribus & hortis ornata fuerant *loca*, ea tunc undique deserta sylvis accisis cernebantur. nec ullus qui antea Judæam viderat alienigena, & suburbana pulcherrima civitatis, cum ejus solitudinem tunc cerneret, lachrymas continere poterat, & mutationem non gemere, quæ & quanta fuerit, quippe omnia pulchritudinis vestigia deleverat bellum: nec si quis subito advenisset qui locum prius noverat, eum cognosceret, sed præsens quæreret civitatem.

Mutata facies urbis.

Romani à Judæis terrentur.

2. Aggerum autem opus finitum Romanis pariter ac Judæis in causa erat ut timere inciperent. namque hi, nisi eos quoque exurerent, captum iri civitatem putabant: Romani vero, eam haud unquam se capturos esse, si & isti destruerentur. materia quippe eos defecerat, & labore quidem militibus attrita erant corpora, crebris vero adversis casibus animis deficiebant. Porro eveniebat ut ex civitatis calamitatibus Romani magis animos despondereut, quam qui in ea erant. nam propter istiusmodi clades pugnatores nihilo segniores habebant, ipsis interim fracta spe & debilitata, cum aggeres insidiis, machinæ soliditati muri, pugnaque manibus conserta audaciæ confligentium cederent. Maximè vero, cum & seditione & fame & bello superiorem animi fortitudinem Judæos habere comperirent, virorum quidem insuperabiles esse impetus, animos vero in calamitatibus terrore invictos gerere arbitrabantur. quid enim non sustineant prosperis in rebus, qui malis ad virtutem incitarentur? Et illi quidem propterea validiores aggeribus adhibebant custodias.

Judæi cum facibus aggerem aggrediuntur.

3. Joannes autem ejusque socii, apud Antoniam simul & futuris, si disjiceretur murus, prospiciebant; &, antequam arietes admoverentur, impetum faciebant in opera. Non tamen illis successit conatus. Sed cum facibus progressi, priusquam aggeribus appropinquarent, spe sua frustrati reverterunt. Nam primum ne concordare quidem videbatur eorum consilium, paulatim, & per intervalla, & cunctanter, non sine metu exsilientium, atque, ut summatim dicam, non Judæorum more. Simul enim illis deerant quæ gentis propria, audacia, impetus, conjunctusque omnium cursus, & sine offensione revertere. Languidiores verò progressi, quam solebant, etiam Romanos acie solito validiori stantes inveniebant: qui corporibus quidem atque armis ita undique aggeres sepserunt, ut nusquam igni aditum relinquerent; animo vero quisque eatenus confirmato erat, ut prius moreretur quam loco cederet. nam præterquam quod omnis spes illis præcideretur, si etiam ista opera forent exusta, magno sibi pudori esse ducebant milites, si per omnia cederet aut calliditati virtus, aut arma temeritati, aut peritia multitudini, aut Romani Judæis. Simul autem & machinæ obsidionales pro illis faciebant, missilia ad eos usque conjicientes qui è *muro* prosiliebant, & cum quis cecidisset subsequuturo moram injiciebat, periculumque ultra

Audacia & impetus Judæorum decrescit.

δὲ ἐλεεινὴ καὶ τῆς γῆς ἡ θέα. τὰ γὰρ πάλαι δένδρεσι καὶ παραδείσοις κεκοσμημένα τότε πανταχόθεν ἠρήμωτο καὶ περιεκέκοπτο τὴν ὕλην. οὐδεὶς τε τὴν πάλαι Ἰουδαίαν καὶ τὰ περικαλλῆ προάστεια τῆς πόλεως ἑωρακὼς ἀλλόφυλος, ἔπειτα τὴν τότε βλέπων ἐρημίαν, οὐκ [i] ὠλοφύρατο, καὶ κατεστέναξε τὴν μεταβολὴν παρ' ὅσον γένοιτο. πάντα γὰρ ἐλυμήνατο τὰ σημεῖα τοῦ κάλλους ὁ πόλεμος, καὶ οὐκ ἄν τις ἐξαπίνης ἐπιστὰς τῶν [k] προεγνωκότων ἐγνώρισε τὸν τόπον, ἀλλὰ παρὼν ἐζήτει τὴν πόλιν.

β'. Ῥωμαίοις δὲ καὶ Ἰουδαίοις τὸ τέλος τῶν χωμάτων [l] ἴσην ἐνεποίει δέους ἀρχήν. οἱ μὲν γὰρ, εἰ μὴ καὶ ταῦτα καύσειαν, ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν προσεδόκων· Ῥωμαῖοι δὲ, οὐκ ἂν ἔτι αἱρήσειν, κἀκείνων διαφθαρέντων. ὕλης γάρ τε ἦν ἀπορία, καὶ τῶν μὲν πόνων ἤδη τὸ σῶμα, τῶν δ' ἐπαλλήλων πταισμάτων αἱ ψυχαὶ τοῖς στρατιώταις ἐλείποντο. τάς γε μὴν κατὰ τὴν πόλιν συμφορὰς, Ῥωμαίοις πλέον εἶναι συνέβαινε πρὸς ἀθυμίας, ἢ τοῖς ἐν αὐτῇ. παρὰ γὰρ τὰ τηλικαῦτα πάθη τοῖς μαχομένοις οὐδὲν ἐχρῶντο μαλακωτέροις, ἀλλ' ἔθραυοντο πάντοτε τὰς ἐλπίδας, τῶν μὲν χωμάτων ταῖς ἐπιβουλαῖς, τῶν δὲ ὀργάνων στερρότητι τοῦ τείχους, τῆς δὲ κατὰ χεῖρα μάχης ταῖς τῶν συμπλεκομένων τολμαῖς πλεονεκτούμενοι. τὸ δὲ μέγιστον, στάσεώς τε, καὶ λιμοῦ [m] καὶ πολέμου, καὶ τοσούτων κακῶν εὑρίσκοντες ἐπάνω τὸ [n] παράστημα τῆς ψυχῆς Ἰουδαίους ἔχοντας, ὑπελάμβανόν τε τῶν ἀνδρῶν ἀμάχους μὲν τὰς ὁρμὰς, ἀνάλωτον δὲ τὴν ἐπὶ συμφοραῖς εὐθυμίαν εἶναι. τί γὰρ ἂν μὴ ὑποστῆναι δεξιᾷ τύχῃ χρωμένους, τοὺς ὑπὸ κακῶν πρὸς ἀλκὴν τρεπομένους; οἱ μὲν οὖν ἐρρωμενεστέρας διὰ ταῦτα τῶν χωμάτων ἐποιοῦντο τὰς φυλακάς.

γ'. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰωάννην, κατὰ τὴν Ἀντωνίαν ἅμα καὶ πρὸς τὸ μέλλον, εἰ καταρριφθείη τὸ τεῖχος, ἠσφαλίζοντο· καὶ, πρὶν ἐπιστῆναι τοὺς κριοὺς, ἐπέθεντο τοῖς ἔργοις. οὐ μὴν ἐκράτησάν γε τῆς ἐπιχειρήσεως. [o] ἀλλὰ προελθόντες μετὰ λαμπάδων, πρὶν ἐγγίσαι τοῖς χώμασι, ψυχρότεροι τῆς ἐλπίδος ὑπέστρεψαν. πρῶτον μὲν γὰρ, οὐδὲ ὁμονοεῖν ἡ σκέψις αὐτῶν ἐδόκει, κατὰ μέρος ἐκπηδώντων, κἀκ διαλειμμάτων, καὶ μεμελλημένως μετὰ δέους, καθόλου τ' εἰπεῖν, οὐκ Ἰουδαϊκῶς. τὰ γὰρ ἴδια τοῦ [p] ἔθνους [q] ὑστέρητο ἅμα, ἡ [r] τόλμα, καὶ ὁρμὴ, καὶ δρόμος ὁμοῦ πάντων, [s] καὶ τὸ μηδὲ [t] πταίοντας ἀναστρέφειν. ἀτονώτεροι δὲ ἑαυτῶν προελθόντες, καὶ τοὺς Ῥωμαίους εὗρον ἐρρωμενέστερον τοῦ συνήθους παρατεταγμένους. τοῖς μέν γε σώμασι καὶ ταῖς πανοπλίαις οὕτως ἐφράξαντο τὰ χώματα πάντοθεν, ὡς τῷ πυρὶ μηδαμόθεν καταλιπεῖν [v] παράδυσιν. τὴν δὲ ψυχὴν [x] ἐτόνωσαν ἕκαστος, μὴ μετακινηθῆναι τῆς [y] τάξεως πρὸ θανάτου. [z] πρὸς γὰρ τὸ πάσας αὐτῶν ὑποκόπτεσθαι τὰς ἐλπίδας, εἰ κἀκεῖνα καταφλεγείη τὰ ἔργα, δεινὴ τοὺς στρατιώτας εἶχεν αἰδὼς, εἰ πάντα [a] κρατήσειαν, πανουργία μὲν ἀρετῆς, ἀπόνοια δὲ ὅπλων, πλῆθος δὲ ἐμπειρίας, Ἰουδαῖοι δὲ Ῥωμαίων. ἅμα δέ τι καὶ τὰ [b] ἀφετήρια συνήργει τῶν προπηδώντων ἐφικνούμενα, καὶ πεσών τις [c] τῷ μεθ' ἑαυτὸν ἐμπόδιον ἦν, ὅ, τε κίνδυνος [d] τοῦ πρόσω

χωρεῖν

i Ὠλοφύρατο,] Ὠλοφύρετο *Big.*
k Προεγνωκότων] Τῶν εὖ προεγνωκότων *Big.*
l Ἴσην ἐνεποίει δέους ἀρχήν.] Ἴσην μὲν ἐποίει *Big.*
m Καὶ πολέμου,] Abest a *L. B.*
n Παράστημα τῆς ψυχῆς,] Conf. supr. lib. 2. c. 18. §. 5. & lib. 4. c. 3. §. 11. SPANH.
o Ἀλλὰ προελθόντες] Ἀλλὰ καὶ προσελθόντες *Big.* & *L. B.*
p Ἔθνους] ἔθους *Gen.* ἔθνους *Rufin.* SPANH. ἔθους quoque ediderat HUDS. sed ex versione apparet ἔθνους voluisse, quod *Rost.* quoque comprobat HAV.
q Ὑστέρητο ἅμα,] Ὑστερεῖτο *Big.*
r Τόλμα,] Τόλμη καὶ ἡ ὁρμὴ *Big.*
s Καὶ τὸ μηδὲ] Et neque post cladem deceptam recedentes. SPANH.
t Πταίοντας ἀναστρέφειν.] Παίοντας *Big.*
v Παράδυσιν] Παρείδυσιν *Big.* Conf. supr. lib. 3. c. 7. §. 9. SPANH.
x Ἐτόνωσαν] Ἐτόνωσεν *Big.* Conf. supr. lib. 3. c. 1. §. 10. SPANH.
y Τάξεως πρὸ θανάτου.] Παραλάξεως *Big.*
z Πρὸς γὰρ τὸ πάσας] Πρὸς γὰρ τῷ & mox κόπτεσθαι *Big.*
a Κρατήσειαν,] Κρατήσειεν *Big.*
b Ἀφετήρια] Conf. supr. lib. 2. c. 19. §. 9. SPANH.
c Τῷ μεθ' ἑαυτὸν] Τῶν μεθ' ἑαυτὸν *Big.*
d Τοῦ πρόσω χωρεῖν] Ita ex conjectura. antea erat τοῦ μὴ πρόσω χωρεῖν in *Editis* & *MSS.*

e Νυμ-

χωρεῖν ἐποίει μαλακωτέρους. τῶν δ' ἐνδοτέρω βέλους ὑποδραμόντων, οἱ μὲν πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τὴν εὐταξίαν καὶ τὸ πύκνωμα τῶν πολεμίων καταπλαγέντες, οἱ δὲ νυττόμενοι τοῖς ξυστοῖς ἐπαλινδρόμουν· καὶ τέλος, ἀλλήλους κακίζοντες εἰς δειλίαν, ἀνεχώρουν ἄπρακτοι. [e] νουμηνίᾳ Πανέμου μηνὸς ἡ ἐπιχείρησις ἦν. ἀναχωρησάντων δὲ [f] τῶν Ἰουδαίων, προσῆγον οἱ Ῥωμαῖοι τὰς ἑλεπόλεις, βαλλόμενοι πέτραις τε ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας, καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ, καὶ παντὶ τῷ χορηγουμένῳ Ἰουδαίοις ὑπὸ τῆς ἀνάγκης βέλει. καίπερ γὰρ πολὺ τῷ τείχει πεποιθότες, καὶ τῶν ὀργάνων καταφρονοῦντες, ὅμως ἐκώλυον τοὺς Ῥωμαίους προσάγειν. οἱ δὲ τὴν σπουδὴν τῶν Ἰουδαίων τοῦ μὴ πληγῆναι τὴν Ἀντωνίαν ὑπολαμβάνοντες γίνεσθαι δι' ἀσθένειαν τοῦ τείχους, καὶ σαθροὺς ἐλπίσαντες εἶναι τοὺς θεμελίους, ἀντεφιλονείκουν. [g] οὐ μὴν ὑπήκουε τὸ τυπτόμενον· ἀλλ' οἱ μὲν συνεχῶς βαλλόμενοι, καὶ πρὸς μηδένα τῶν καθύπερθεν κινδύνων ἐνδιδόντες, ἐνεργοὺς παρεῖχον τὰς [h] ἑλεπόλεις. ὡς δ' ἦσαν ἐλάττους, καὶ περιεθραύοντο ταῖς πέτραις, ἕτεροι τοὺς θυρεοὺς ὀροφώσαντες ὑπὲρ τῶν σωμάτων, χερσὶ καὶ μοχλοῖς ὑπώρυττον τοὺς θεμελίους, καὶ τέσσαράς γε λίθους προσκαρτερήσαντες ἐξέσεισαν. ἀνέπαυσε δὲ νὺξ ἑκατέρους, καὶ ἐν ταύτῃ τὸ τεῖχος ὑπὸ τῶν κριῶν σεσαλευμένον, [i] καθ' ὃ τοῖς προτέροις ἐπιβουλεύων χώμασιν ὁ Ἰωάννης ὑπώρυξεν, ἐνδούσης [k] τῆς [l] διώρυχος, ἐξαπίνης [m] κατερείπεται.

δ'. Τούτου συμβάντος παραδόξως, ἑκατέροις [n] διετέθη τὰ φρονήματα. Ἰουδαίους μὲν γὰρ, οὓς ἀθυμεῖν εἰκὸς ἦν τῷ παρ' ἐλπίδα γενέσθαι τὸ πτῶμα, καὶ μὴ προησφαλίσθαι πρὸς αὐτὸ, θαῤῥεῖν ὡς μενούσης συνέβαινε τῆς Ἀντωνίας· Ῥωμαίων δέ γε τὴν παρ' ἐλπίδα χαρὰν ἐπὶ τῷ καταῤῥιφθέντι ταχέως ἔσβεσεν ὄψις ἑτέρου τείχους, ὅπερ ἔνδοθεν οἱ περὶ τὸν Ἰωάννην ἀντῳκοδομήκεσαν. εὐμαρεστέρα μέν γε τῆς πρότερον ἡ προσβολὴ κατεφαίνετο. τότε γὰρ ἀναβῆναι διὰ τῶν καταῤῥιφθέντων ῥᾷον ἐδόκει, καὶ τὸ τεῖχος ἀσθενέστερόν τε πολλῷ τῆς Ἀντωνίας, καὶ ταχέως τῷ πρόσκαιρον εἶναι [o] λύειν ὑπελάμβανον. οὐ μὴν ἐτόλμα τις ἀναβῆναι· πρόῦπτος γὰρ τοῖς ἀρξαμένοις ἦν ἀπώλεια.

ε'. Νομίζων δ' ὁ Τίτος ἐγείρεσθαι μάλιστα τὰς τῶν πολεμούντων προθυμίας ἐλπίδι καὶ λόγῳ, τάς τε προτροπὰς καὶ τὰς ὑποσχέσεις πολλάκις μὲν λήθην [p] ἐργάζεσθαι τῶν κινδύνων, ἔστι δ' ὅτε καὶ θανάτου καταφρόνησιν, συναγαγὼν ἐπὶ ταυτὸ τοὺς ἀλκίμους, ἐπειρᾶτο τῶν ἀνδρῶν, „ ὦ συστρατιῶται, λέγων, τὸ μὲν [q] παρακελεύειν ἐπὶ τὰ μὴ φέροντα κίνδυνον, αὐτόθεν τοῖς „ παρακελευομένοις ἀκλεὲς, ἀμέλει δὲ καὶ τῷ παρα- „ κελεύοντι φέρει κατάγνωσιν ἀνανδρίας. δεῖ δ' οἶμαι „ προτροπῆς εἰς μόνα τὰ σφαλερὰ τῶν πραγμάτων, „ ὡς ἐκεῖνά γε καθ' αὐτοὺς πράττειν ἄξιον. ὥστε ἔγω- „ γε τὸ μὲν ὑπάρχειν χαλεπὴν τὴν ἐπὶ τὸ τεῖχος „ ἄνοδον, αὐτὸς ὑμῖν προτίθημι· τὸ δ' ὅτι μάλιστα „ προσήκει μάχεσθαι τοῖς δυσκόλοις τοὺς ἀρετῆς ἐφιε- „ μένους, καὶ ὅτι καλὸν ἐν εὐκλείᾳ τελευτὴ, καὶ ὡς οὐκ „ ἄκαρπον ἔσται τοῖς καταρξαμένοις τὸ γενναῖον, διέ- „ ξειμι. πρῶτον μὲν οὖν [r] ὑμῖν γενέσθω προτροπὴ, τὸ

progrediendi remissiores efficiebat. Qui vero intra teli jactum se proripuerant, alii, priusquam ad manus ventum esset, disciplina hostium & densitate perterriti, alii spiculis vulnerati retrocedebant: tandemque, alius alium timiditatis arguens, re infecta revertebantur. *Judæi se ipsos timiditatis arguunt.* Primo mensis Panemi die cœpta est oppugnatio. Judæis autem inde digressis, Romani helepoles admovêre, quamvis ab Antonia saxis peterentur & igni & ferro, telisque omnigenis quæ Judæis suppeditaret necessitas. *Romani oppugnant Antoniam.* Nam licet mœnibus multum confiderent Judæi, machinasque comtemnerent, tamen eas applicare prohibebant Romanos. Illi autem Judæorum studium ne læderetur Antonia ex murorum infirmitate esse arbitrantes, ratique eam fragilibus niti fundamentis, ex adverso *modis omnibus* contendebant. Nec tamen quod feriebatur ictibus cedebat: sed ipsi quidem crebris in se missilibus jactis, cum nulli periculo desuper venienti succumberent, eo perducebant helepoles ut agendi vim haberent. At cum inferiores essent, ac lapidibus comminuerentur, alii scutis super corpora concameratis fundamenta manibus & vectibus suffodiebant, atque saxa quatuor obstinato labore amoliti sunt. Nox autem prælium utrinque diremit: atque in ea, murus arietibus quassatus, qua Joannes, cum prioribus aggeribus insidiaretur, eum suffoderat, subsidente cuniculo, repente corruit. *Muri pars subito corruit.*

4. Cum hoc præter opinionem accidisset, utrique *diverse* animis affecti erant. *Romani & Judæi qualiter ex eo affecti.* Nam Judæi quidem, quos anxios & dejectos esse verisimile erat, quod præter exspectationem inciderit ruina, & adversus eam nihil præcaverant, tanquam acciderat manente Antonia, confidebant: Romanorum vero inopinatam lætitiam è prostrato *conceptam* cito restinxit muri alterius conspectus, quem post illum Joannes cum suis ædificaverat. Veruntamen priori facilior oppugnatu apparebat. Tunc enim & ascensum per ruinas promptiorem videri, & Antonia multo infirmiorem esse murum, quodque temporarius esset cito destrui posse existimabant. Nemo tamen eum audebat ascendere, quod primo tentantibus præsentissimum impenderet exitium.

5. Titus vero spe atque oratione putans alacritatem pugnantium quam maxime excitari, & adhortationes atque promissa facere ut sæpe in oblivionem veniant periculorum, atque mors ipsa interdum contemnatur, fortissimis in concionem congregatis experiebatur eos, dicens, „ Hortari *Titus suos hortatur.* „ quidem ad ea, commilitones, quæ sine peri- „ culo geri possunt, subinde & ipsis qui rogan- „ tur inglorium est, ipsumque certe qui rogat „ ignaviæ arguit. Non opus esse puto exhortatio- „ ne, nisi cum res periculosæ sint; quas scilicet „ per se quemque gerere dignum est. Quare ego „ partim quidem difficilem vobis in murum esse „ ascensum ipse profiteor; partim vero quod deceat „ gloriæ cupidos, cum difficilibus congredi, quod- „ que pulchrum sit cum gloria mori, nec infru- „ ctuosum erit primum audere forte facinus, per- „ sequor. Et primum quidem vos illud hortetur, „ quod

e Νουμηνίᾳ Πανέμου μηνὸς] Conf. supr. lib. 5. c. 13. §. 7. SPANH.

f Τῶν Ἰουδαίων,] Illud τῶν non agnoscit *Big.*

g Οὐ μὴν ὑπήκουε τὸ τυπτόμενον.] Sic supr. lib. 5. c. 6. §. 5. SPANH.

h Ἑλεπόλεις.] Conf. supr. lib. 2. c. 18. §. 9. & lib. 5. c. 6. §. 4. SPANH.

i Καθ'] καὶ καθ' *L. B.*

k Τῆς] Sic *Big. Lugd. Bat. Vat.* & *Ruf.* antea erat ἐνδούσης καὶ διώρυχος.

l Διώρυχος,] Conf. de Vita §. 31. & infr. cap. 7. §. 3. SPANH.

m Κατερείπεται.] Ita *Big.* & *Zonar.* κατέῤῥιπται in *Editis Aliisque.*

n Διετέθη τὰ φρονήματα.] Eo modo *Big. Vat.* & *Ruf.* διηγέρθη in *Editis Aliisque.*

o Λύειν ὑπελάμβανον.] Λύσιν *Big.*

p Ἐργάζεσθαι τῶν κινδύνων,] Ἐνεργάζεσθαι *Big.*

q Παρακελεύειν] Παρακαλεῖν *Big.* & mox παρακαλουμένους, & παρακαλοῦντι.

r Ὑμῖν γενέσθω προτροπὴ,] Ὑμῶν in aliquot *Codd. MSS.*

„ quod nonnullos fortasse deterreat, Judæorum patientia & in adversis rebus constantia. etenim Romanos meosque milites, quibus in pace quidem bella discere, in bello vero vincere consuetum est, à Judæis manu vel animo superari, turpe est, idque in fine victoriæ, cumque à Deo adjuti simus. nostra enim infortunia Judæorum desperationi accepta debentur: illorum autem clades vestris virtutibus, quibus auxiliatur Deus, crescunt. Etenim seditio, fames, obsidio, murorumque sine machinis casus, quid sit aliud quam in illos ira Dei, nostrumque adjumentum? Igitur non solum deterioribus inferiores videri, sed etiam divinum auxilium prodere, vobis non convenit. Quo pacto autem non turpe videatur, Judæos quidem, quibus non magno pudori est vinci qui servire didicerint, ne in posterum id patiantur, mortem contemnere, atque in nos medios frequenter excurrere, * non victoriæ spe, sed ad levem virtutis ostentationem: nos autem totius pene terræ marisque victores, quibus etiam non vincere probro habetur, otiosos sedentes, ne semel quidem in hostem aliquid audaciter expertos, famem ac fortunam illis adversam cum ejusmodi armis operiri, idque cum parvo discrimine totum possitis efficere? Itaque in Antoniam si ascenderimus habebimus civitatem. nam etsi pugnandum sit adversum intus positos, quod non arbitror, attamen verticibus ac respirationi hostium insidere victoriam nobis integram spondet *& promittit*. Equidem prætermissa nunc eorum laude qui in bello moriuntur, illorumque immortalitate qui Martio furore cadunt, est ut illis, qui non adeo fortiter animati sunt, ex morbo pacis tempore mortem imprecer, quorum anima cum corpore sepulchro damnatur. Quis enim virorum fortium nescit, animas in acie quidem ferro corporibus solutas purissimo ætheris elemento inter astra collocari; easque manes bonos ac propitios heroas posteris illorum conspiciendas dare; quas vero morbus corporis tabesque consumpserit, maculæ licet labisque puras, sub terras ire in tenebras & in profundam demergi oblivionem, eundemque memoriæ statui terminum qui sit & vitæ & corporis. Quod si fati necessitate mors hominibus decreta est, ad eam autem omni morbo levius est ferri ministerium, cui non videatur ignavum negare id in commodum aliorum, quod ut fato debitum reddituri sumus? Et hæc quidem, quasi servari nequeant qui hoc ipsum aggredientur, prosequutus sum. Est autem iis qui virilem animum gerunt evadendi via etiam è maximis periculis. Nam primum quidem quod dejectum est facile ascenditur: deinde totum quod ædificatum est facile dissolvi potest. Vosque plures, sumpta audacia ad rem aggrediendam, alii aliis incitamento estote & auxilio, vestraque animi fortitudo brevi animos hostium franget. & fortasse vobis res

„ τινὰς ἴσως [s] ἀποτρέπον, ἡ Ἰουδαίων μακροθυμία, καὶ τὸ καρτερικὸν ἐν οἷς κακοπαθοῦσιν. αἰσχρὸν γὰρ Ῥωμαίους τε ὄντας καὶ στρατιώτας ἐμοὺς, καὶ διδακτὸν μὲν ἐν εἰρήνῃ τὸ πολεμεῖν, ἔθιμον δ᾽ ἐν πολέμῳ τὸ κρατεῖν ἔχοντας, ἡττᾶσθαι κατὰ χεῖρα Ἰουδαίων ἢ κατὰ ψυχὴν, καὶ ταῦτα πρὸς τέλει τῆς νίκης καὶ συνεργουμένους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. τὰ [t] μὲν γὰρ ἐμέτερα πταίσματα τῆς Ἰουδαίων ἐστὶν ἀπονοίας· τὰ δ᾽ ἐκείνων πάθη ταῖς τε [v] ὑμετέραις ἀρεταῖς καὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ συνεργίαις αὔξεται. στάσις γὰρ καὶ λιμὸς, καὶ πολιορκία, καὶ δίχα μηχανημάτων πίπτοντα τείχη, τί ἂν ἄλλ᾽ ἢ Θεοῦ [x] μὲν εἴη μῆνις ἐκείνοις, βοήθεια δ᾽ ἡμετέρα; τὸ τοίνυν μὴ μόνον ἐλαττοῦσθαι χειρόνων; ἀλλὰ καὶ τὴν θείαν συμμαχίαν προδιδόναι, πρὸς ὑμῶν οὐκ ἂν εἴη. πῶς δ᾽ οὐκ αἰσχρὸν, Ἰουδαίους μὲν οἷς [y] πολλὴν αἰσχύνην οὐ φέρει τὸ λείπεσθαι μαθοῦσι δουλεύειν, ὑπὲρ τοῦ μηκέτι τοῦτο πάσχειν θανάτου καταφρονεῖν, καὶ πολλάκις εἰς μέσους ἡμᾶς ἐκτρέχειν, οὐκ ἐλπίδι τοῦ κρατήσειν, [z] ἀλλὰ διὰ ψιλὴν ἐπίδειξιν ἀνδρείας· ἡμᾶς δὲ τοὺς γῆς ὀλίγου δεῖν [a] ἁπάσης καὶ θαλάσσης κρατοῦντας, οἷς καὶ τὸ μὴ νικᾶν ὄνειδος, μηδὲ ἅπαξ εἰς τοὺς πολεμίους παραβάλλεσθαι, [b] περιμένειν δὲ τὸν λιμὸν κατ᾽ αὐτῶν καὶ τὴν τύχην ἀργοὺς καθεζομένους μετὰ τοιούτων ὅπλων, καὶ ταῦτα [c] δι᾽ ὀλίγου τοῦ παραβόλου τὸ πᾶν κατορθῶσαι δυναμένους; ἀναβάντες γοῦν ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν, ἔχομεν τὴν πόλιν. καὶ γὰρ ἂν γίνηταί τις ἔτι πρὸς τοὺς ἔνδον ὅπερ οὐκ οἴομαι, μάχη, τό γε κατὰ [d] κορυφὴν εἶναι, καὶ ταῖς ἀναπνοαῖς ἐπικαθῆσθαι τῶν πολεμίων, ταχέως τὴν ὁλοσχερῆ νίκην ἐγγυᾶται. καὶ ἔγωγε, τὸ μὲν ὑμνεῖν ἄρτι τὴν [e] ἐν πολέμῳ τελευτὴν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς [f] ἀρειμανίοις πεσοῦσιν ἀθανασίαν παραλείπω, ἐπαρασαίμην δ᾽ ἂν τοῖς ἄλλως ἔχουσι τὸν κατ᾽ εἰρήνην ἐκ νόσου θάνατον, οἷς μετὰ τοῦ σώματος καὶ ἡ ψυχὴ τάφῳ κατακρίνεται. [g] τίς γὰρ οὐκ οἶδε [h] τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὅτι τὰς μὲν ἐν παρατάξει [i] ψυχὰς, σιδήρῳ τῶν σαρκῶν ἀπολυθείσας, τὸ καθαρώτατον στοιχεῖον αἰθὴρ ξενοδοχῶν ἄστροις ἐγκαθιδρύει· δαίμονες δ᾽ ἀγαθοὶ, καὶ ἥρωες εὐμενεῖς, ἰδίοις ἐκγόνοις ἐμφανίζονται. τὰς δ᾽ ἐν νοσοῦσι τοῖς σώμασι συντακείσας, κἂν τὰ μάλιστα κηλίδων ἢ μιασμάτων ὦσι καθαραὶ, νὺξ ὑπόγειος ἀφανίζει, καὶ λήθη βαθεία δέχεται, [k] λαμβάνουσά τε ἅμα τοῦτε βίου καὶ τῶν σωμάτων ἔτι δὲ τῆς μνήμης περιγραφήν. εἰ δὲ κέκλωσται μὲν ἀνθρώποις ἀναγκαία τελευτὴ, [l] κουφότερος δ᾽ εἰς αὐτὴν νόσου πάσης σίδηρος ὑπηρέτης, πῶς οὐκ ἀγεννὲς μὴ διδόναι ταῖς χρείαις, ὃ τῷ χρεὼν ἀποδώσομεν; καὶ ταῦτα μὲν, ὡς οὐ δυναμένων σωθῆναι τῶν ἐπιχειρησόντων, διεξῆλθον. ἔνεστι δὲ σώζεσθαι τοῖς ἀνδριζομένοις, καὶ ἐκ τῶν σφαλερωτάτων. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ καταρριφθὲν εὐεπίβατον· ἔπειτα πᾶν τὸ οἰκοδομηθὲν εὐδιάλυτον. ὑμεῖς τε πλείους, θαρσήσαντες ἐπὶ τὴν πρᾶξιν, ἀλλήλοις προτροπὴ καὶ βοήθεια γίνεσθε, καὶ τοῖς πολεμίοις τὸ ὑμέτερον παράστημα ταχέως κλάσει τὰ φρονήματα. καὶ τάχα ἂν ὑμῖν

„ ἀναί-

s Απολρέπον,] ἀποτρέπει *Rost.* mox ἡ Abest a *L. B.*

t Μὲν γὰρ ἡμέτερα πταίσματα] Illud μὲν è *Cod. Big.*

v Υμετέραις ἀρεταῖς] Ita *Big. Voss.* & *Ruf.* ἡμ. in *aliis.*

x Μὲν εἴη μῆνις ἐκείνοις,] Ita *Big. Vat.* & *Ruf.* μένει μῆνις in *Editis Aliisque.*

y Πολλὴν αἰσχύνην] Οὐ πολλὴν αἰσχύνην φέρει *Big.*

z Ἀλλὰ] Abest a *Rost.*

a Ἁπάσης καὶ θαλάσσης] Πάσης καὶ θαλάττης *Big.*

b Περιμένειν] Τὸ περιμένειν *Big.*

c Δι᾽ ὀλίγου τοῦ παραβόλου] δι᾽ ὀλίγου παραβόλου *L. B.* δι᾽ ὀλίγου περιβόλου *Rost.*

d Κορυφὴν] Nam & ex Antonia uti ex altiori loco descendebatur ad Templum: ita alibi καλιόντων εἰς τὸ ἱερὸν ex Antonia. Rel.

e Ἐν πολέμῳ τελευτὴν,] Ἐν τῷ πολέμῳ *Big.*

f Ἀρειμανίοις] Conf. supr. lib. 2. c. 16. §. 4. Spanh.

g Τίς γὰρ οὐκ οἶδε] ἐγὼ οὐκ οἶδα. Rel.

h Τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν,] Illa τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν possunt referri ad sequentia.

i Ψυχὰς,] Ita & Ammianus de Alanis lib. 31. *Judicatur ibi beatus qui in prælio profuderit animam.* Vide & Valer. Max. 11. 6. *Cimbri & Celtiberi in acie exultabant tanquam gloriose & feliciter vita excessuri.* Rel.

k Λαμβάνουσά τε ἅμα] Ita *Big.* & *Vat.* antea erat λαμβάνουσας.

l Κουφότερος] Sic *Big.* κουφότερον in *Editis Aliisque.*

* Non ad spem victoriæ, sed ad indicium fortitudinis & ostentationem gloriæ, *Pseudo-Hegesipp.*

m Θέα

„ ἀναίμακτον τὸ κατόρθωμα γένοιτο, μόνον καταρξαμένοις. ἀναβαίνοντας μὲν γὰρ κωλύειν πειράσονται κατὰ τὸ εἰκὸς, λαθόντας δὲ καὶ βιασαμένους ἅπαξ, οὐκ ἂν ὑποσταῖεν ἔτι κἂν ὀλίγοι [m] φθάσητε. τὸν δὲ καταρξάμενον, αἰσχυνοίμην ἂν, εἰ μὴ [n] ποιήσαιμι ζηλωτὸν ἐν ταῖς [o] ἐπικαρπίαις· καὶ ὁ μὲν ζῶν ἄρξει τῶν νῦν ὁμοίων, [p] μακάρια δ' ἀκολουθήσει καὶ τοῖς πεσοῦσι τὰ ἀριστεῖα.

„ fine sanguine successerit, si eam tantum cœperitis. Nam ascendentes quidem ab illis prohiberi verisimile est: si vero clam vel etiam per vim aliquid semel egeritis, non erit ut vos sustineant, si pauci id facere occupaveritis. Me autem profecto pudeat, nisi qui primus murum conscenderit invidendum remunerationibus fecero: & qui vixerit quidem iis imperabit, qui nunc ipsi æquales habentur; beatissima vero etiam eos sequentur præmia, qui ciciderint.

ϛʹ. Τοιαῦτα τοῦ Τίτου [q] διεξιόντος, τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος ἔδεισε τοῦ κινδύνου τὸ μέγεθος· τῶν δ' ἐν ταῖς σπείραις στρατευομένων Σαβῖνος τοὔνομα, γένος ἀπὸ Συρίας, ἀνὴρ καὶ κατὰ χεῖρα καὶ κατὰ ψυχὴν ἄριστος ἐφάνη, καί τοι προϊδὼν ἄν τις αὐτὸν ἀπό γε τῆς σωματικῆς ἕξεως οὐ δίκαιον εἶναι στρατιώτην ἔδοξε. μέλας μὲν γὰρ ἦν τὴν χρόαν, ἰσχνὸς, [r] τὴν σάρκα πεπιλημένος, ἀλλ' ἐνῴκει τις ἡρωϊκὴ ψυχὴ λεπτῷ σώματι, καὶ πολὺ τῆς ἰδίας ἀλκῆς [s] στενοτέρῳ. πρῶτος γοῦν ἀναστὰς, „ ἐπιδίδωμι „ [t] σοὶ Καῖσαρ, ἔφη, προθύμως ἐμαυτὸν, πρῶτος „ ἀναβαίνω [v] τὸ τεῖχος· καὶ εὔχομαι μὲν μου τῇ τε „ ἰσχύϊ καὶ τῇ γνώμῃ τὴν σὴν ἀκολουθῆσαι τύχην. εἰ δὲ „ νεμεσηθείην [x] τῆς ἐπιβολῆς, ἴσθι με, μὴ [y] πταίσαντα „ παρ' ἐλπίδας, ἀλλ' ὑπὲρ σοῦ κρίσει τὸν θάνατον ᾑρη- „ μένον.“ ταῦτα εἰπὼν καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ τὸν θυρεὸν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς προανατείνας, τῇ δεξιᾷ δὲ τὸ ξίφος σπασάμενος, ἐχώρει πρὸς τὸ τεῖχος, μάλιστα περὶ ὥραν τῆς ἡμέρας ἕκτην. εἵποντο δ' αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων ἕνδεκα μόνοι ζηλωταὶ τῆς ἀνδρείας γενόμενοι. προῆγε δὲ πολὺ πάντας ὁ ἀνὴρ ὁρμῇ τινι δαιμονίῳ χρώμενος. οἱ φρουροὶ δ' ἀπὸ τοῦ τείχους κατηκόντιζόν τε αὐτοὺς, καὶ βέλεσι [z] πάντοθεν ἀπείροις ἔβαλλον, καὶ πέτρας ἐξαισίους κατεκύλιον, αἳ [a] ἐκ τῶν μὲν ἕνδεκα παρέσυραν ἐνίους. ὁ δὲ Σαβῖνος ἀπαντῶν τοῖς ἀφιεμένοις, καὶ καταχωννύμενος ὑπὸ τῶν βελῶν, οὐ πρότερον ἐπέσχε τὴν ὁρμὴν ἢ γενέσθαι ἐπ' ἄκρῳ, καὶ τρέψασθαι τοὺς πολεμίους. καταπλαγέντες γὰρ αὐτοῦ τήν τε δύναμιν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς, ἅμα δὲ καὶ πλείους ἀναβεβηκέναι δόξαντες ἐτράπησαν. ἔνθα δὴ καταμέμψαιτ' ἄν τις ὡς φθονερὰν ἐπὶ ταῖς ἀρεταῖς τὴν τύχην, καὶ κωλύουσαν ἀεὶ τὰ παράδοξα τῶν κατορθωμάτων. ὁ γοῦν ἀνὴρ οὗτος ὅτε ἐκράτησε [b] τῆς ἐπιβολῆς ἐσφάλη, καὶ πταίσας [c] πρός τινα πέτραν, [d] πρηνὴς [e] ἐπ' αὐτῆς μετὰ μεγίστου ψόφου κατέπεσεν. ἐπιστραφέντες δ' οἱ Ἰουδαῖοι καὶ κατιδόντες μόνον τε αὐτὸν καὶ πεπτωκότα, πάντοθεν ἔβαλλον. ὁ δ' [f] εἰς γόνυ διαναστὰς, καὶ προκαλυψάμενος τὸν θυρεὸν, τὸ μὲν πρῶτον [g] ἠμύνατο, καὶ πολλοὺς τῶν πλησιασάντων ἔτρωσεν. αὖθις δ' [h] ἀπὸ πλήθους τραυμάτων παρῆκε τὴν δεξιὰν, καὶ τέλος, πρὶν ἀποδοῦναι τὴν ψυχὴν, κατεχώσθη τοῖς βέλεσιν· ἀνὴρ ἄξιος μὲν ἀμείνονι [i] χρήσασθαι δι' ἀνδρείαν τύχῃ, πεσὼν δὲ τῆς [k] ἐπιβολῆς ἀναλόγως. τῶν δ' ἄλλων τρεῖς μὲν τοὺς ἤδη πρὸς τοῖς ἄκροις ὄντας συντρίψαντες ἀπέκτειναν τοῖς λίθοις· οἱ δ' ὀκτὼ τραυματίαι κατασυρέντες, ἀνεκομίσθησαν εἰς τὸ στρατόπεδον. ταῦτα μὲν οὖν τρίτῃ Πανέμου μηνὸς ἐπράχθη.

6. Talia cum diceret Titus, cætera quidem multitudo periculi magnitudinem pertimuit: eorum vero unus qui in cohortibus militarent, Sabinus nomine, Syrus natione, vir & animo & manu fortissimus apparuit, etiamsi qui illum intuitus virtutem habitu corporis mensus fuisset, eum ne justum quidem militem esse credidisset. etenim colore niger erat, corpore gracilis & pilosus, sed in tenui corpore & viribus ejus angustiore heroica quædam virtus habitabat. Cum primus itaque surrexisset, „ dedo me, inquit, tibi alacri animo, Cæ- „ sar, & ante omnes in murum ascendo: atque „ opto quidem ut vires ac voluntatem meam se- „ quatur fortuna tua. * quod si quis indignans fa- „ cinus audax mihi inviderit, scito me non præter „ spem, si res aliter cesserit, sed quòd sic decre- „ verim, pro te moriturum.” His dictis, & scuto lævâ capiti prætenso, strictoque dexterâ gladio, hora quidem diei sexta murum petebat. Eumque ex aliis sequebantur, qui soli ejus virtutem æmulati sunt, viri undecim. Ille autem omnes multo antecedebat, impulsu quodam divino incitatus. At vigiles è muro jaculis eos petebant, & tela undique innumera jaciebant, insuper & saxa ingentia devolvebant, quibus aliquot ex undecim dejecti sunt. Sabinus autem missilibus occurrens, telisque *pene* obrutus, non prius destitit ab impetu, quam in summum murum evasisset & hostes fugasset. nam Judæi, tam viribus illius attoniti quam animi fortitudine, simulque plures ascendisse rati, in fugam versi sunt. Unde est quod fortuna *non immerito* incusetur, ut quæ virtutibus invideat, semperque præclaris obstet facinoribus. Siquidem hic vir, † cum quod aggressus est superasset, lapsus est, saxoque cuidam impactus maximo cum sonitu *armorum* pronus in eum decidit. Quo factum est, ut Judæi conversi, ubi solum & jacentem vidêre, undique eum peterent. Ille autem genu nixus & scuto protectus, primo quidem semet defendit, multosque ad ipsum accedentes sauciavit; postea vero vulnerum multitudine dextram laxavit, & ad extremum, priusquam animam redderet, telis est obrutus: vir sane pro fortitudine dignus meliori fortuna, haud secus tamen ac pro cœpti facinoris difficultate cecidit. E cæteris autem tres quidem qui jam ad summum evaserant, lapidibus obtritos occiderunt, octo vero saucii detracti & in castra relati sunt. Et hæc quidem tertio die mensis Panemi gesta sunt.

Sabinus vir fortissimus.

Cum XI. aliis murum aggreditur.

Cum tribus sociis periit.

7. Bi-

m Φθάσητε.] Ita ex *MSS.* φθάσηται in *Editis.*
n Ποιήσαιμι ζηλωτὸν] Ποιησαίμην *Big.*
o Επικαρπίαις] Conf. supr. lib. 1. c. 16. §. 3. Spanh.
p Μακάρια δ' ἀκολουθήσει] Μακαριστὰ *Big. Voss. Rost.* & *Bod.*
q Διεξιόντος,] Διεξελθόντος *Big.*
r Την σάρκα πεπιλημένος,] Philo Qu. Prob. Liber. p. 869. A. ὑπὸ πυκνότητος σαρκῶν πεπιλημένον, de robusto & carnoso Athleta. Unde corruptus videtur hic Josephi locus, nisi de carnoso nimium, seu carnis mole nimia laborante sumatur. Spanh.
s Στενοτέρῳ.] γενναιοτέρα *L. B.*
t Σοὶ Καῖσαρ,] Illud σοὶ è *MSS.* & *Ruf.*
v Τὸ τεῖχος] Τοῦ τείχους *Big.*
x Τῆς ἐπιβολῆς,] In ora *Cod. Big.* τοῦ ἐγχειρήματος.
y Πταίσαντα παρ' ἐλπίδας,] Πταίοντα *Voss.*
z Πάντοθεν] πανταχόθεν *Rost.*

a Ex] Abest a *L. B.*
b Τῆς ἐπιβολῆς ἐσφάλη,] Conf. supr. lib. 5. c. 5. §. 1. Spanh.
c Πρός τινα πέτραν,] Πρός τινι πέτρᾳ *Zonar.*
d Πρηνὴς] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 32. §. 1. Spanh.
e Επ' αὐτῆς μετὰ μεγίστου ψόφου κατέπεσεν.] Επ' αὐτὴν *Big. Voss.* & *Bod.* ἐν αὐτῇ *Zonar.*
f Εἰς γόνυ διαναστὰς,] Εἰς τὸ γόνυ *Big.*
g Ημύνατο,] Ημύνετο *Big.* & *Zonar.*
h Απὸ πλήθους τραυμάτων] Υπὸ πλήθους *Big.*
i Χρῆσθαι δι' ἀνδρείαν τύχῃ,] Χρήσασθαι *Big.*
k Επιβολῆς] Conf. supr. lib. 5. c. 5. §. 1. Spanh.
* Quod si cœpto casus inviderit, *Ruf.* Si destitueretur secundis, nihil præter spem sibi accidere, qui judicio proprio delegisset pro Cæsare mori; *Pseudo-Hegesipp.*
† Cum quod aggressus est superasset, lapsus est,] Ubi superavit, ab aggressione decidit. Spanh.

II. *Viginti è custodibus aggrediuntur Antoniam.*

7. Biduo autem post viginti de numero custodum, per aggeres excubantium, congregati, signiferum quidem legionis quintæ, & duos quosdam ex ala equitum, atque unum tubicinem ad se vocant. hora autem noctis nona tacite per ruinas ad Antoniam progrediuntur: occisisque primis custodibus qui obdormierant, murum occupant, & buccina signum dari jusserunt. quo cæteri quidem vigiles subito exsuscitantur, fugiuntque priusquam numerum eorum qui ascenderunt discernere potuerant. Nam & timor & turba faciebant ut magna hostium multitudo ascendisse crederetur. Cæsar autem signo audito exercitum propere armari jubet, & cum ducibus primus, lectorum manu comitatus, ascendit. Cum autem Judæi ad templum confugerent, ipsi quoque per cuniculum, quem Joannes subter aggeres Romanorum excavarat, irruebant. discretique ab utroque agmine seditiosi, tam Joannis quam Simonis, arcebant eos summa vi atque alacritate repugnantes. Siquidem excidii finem putabant *locum* sanctum penetrasse Romanos, quod & illi pro victoriæ principio *habebant*. Ad ipsum autem aditum acris committitur pugna, his quidem templum vi occupare nitentibus, Judæis vero Antoniam versus eos repellentibus. Et sagittæ quidem & hastæ utrisque inutiles erant, strictis autem gladiis congrediebantur, & in ipso conflictu discerni non poterat ex qua parte quisque pugnaret, permixtis quidem viris & propter angustias permutatis, incerto vero clamore propter ejus magnitudinem ad aures accidente. Quin & multa utrinque cædes erat, & cadentium cadavera simul & arma conculcantes frangebant pugnatores. Semper autem ad utram partem vergens prælium gravius esset, se invicem adhortabantur superantes, cedentesque ejulatus edebant; & neque fugæ locus erat neque persecutioni, sed incerto modo nunc inclinarent, nunc se reflecterent, acie mixta confusaque. Qui vero inter primos steterant necesse habebant ut *alios* interficerent aut *ipsi* morerentur, quod refugere non daretur: nam & posteriores utriusque partis suos in frontem urgebant, nullumque dimicantibus spatium intermedium relinquebant. Cum autem Judæorum animi Romanorum peritiam vincerent, jamque omnino tota acies inclinaret, à nona enim hora noctis ad septimam diei usque pugnabant, hi quidem simul omnes, etiam excidii periculum

Antonia capitur.

pro incitamento ad virtutem habentes, Romani vero parte exercitus, (nondum enim ascenderant legiones illisque spes pugnantium nitebantur) tunc satis esse videbatur in præsens Antoniam occupare.

III. *Juliani aristia.*

8. Julianus vero quidam centurio ex Bithynia, vir non ignobilis, quem in illo bello & ipse cognovi, & armorum peritia & corporis viribus & animi fortitudine omnium præstantissimus, ubi Romanos jam cedere & male semet defendere conspexit, (nam Tito apud Antoniam adstabat) prosiliebat, & Judæos, cum victores essent, solus in fugam vertit *persequiturque* ad interioris templi angulum. Fugiebat autem universa multitudo, neque

ζ'. Μετὰ δὲ ἡμέρας δύο τῶν προκοιτούντων τινὲς ἐπὶ τοῖς χώμασι φυλάκων εἴκοσι συνελθόντες, προσκαλοῦνται μὲν τὸν τοῦ πέμπτου τάγματος σημαιοφόρον, καὶ δύο τινὰς τῶν ἐν ταῖς ἴλαις ἱππέων, καὶ σαλπιγκτὴν ἕνα. κατὰ δ' ὥραν τῆς νυκτὸς ἐννάτην, [l] προβαίνουσι μὲν ἡσυχῇ διὰ τῶν ἐρειπίων ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν· ἀποσφάξαντες δὲ τοὺς πρώτους τῶν φρουρῶν [m] κοιμωμένους, κρατοῦσι τοῦ τείχους, καὶ τῷ σαλπιγκτῇ [n] σημαίνειν ἐκέλευσαν. πρὸς ὃ τῶν μὲν ἄλλων φυλάκων [o] ἐξανάστασις τε αἰφνίδιος ἦν καὶ φυγὴ, πρίν τινα τὸ πλῆθος [p] ἐπιδεῖν τῶν ἐπιβεβηκότων. ὅ, τε γὰρ φόβος καὶ ἡ σάλπιγξ φαντασίαν αὐτοῖς [q] τοῦ πλήθους ἀναβεβηκέναι πολεμίων παρεῖχε. Καῖσαρ δὲ, τοῦ σημείου κατακούσας, ἐξοπλίζει τήν τε δύναμιν [r] διὰ τάχους, καὶ μετὰ τῶν ἡγεμόνων πρῶτος [s] ἀναβαίνει τοὺς ἐπιλέκτους ἔχων. [t] καταφυγόντων δ' Ἰουδαίων εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ αὐτοὶ διὰ τῆς [v] διώρυχος εἰσέπιπτον, ἣν ὁ Ἰωάννης [x] ὑπὸ τὰ χώματα τῶν Ῥωμαίων ὑπώρυξε. καὶ [y] διαστάντες ἀπ' ἀμφοτέρων οἱ στασιασταὶ τῶν ταγμάτων, οὗ τε Ἰωάννου καὶ οὗ Σίμωνος, εἶργον αὐτοὺς, οὐδεμίαν οὔτε ἰσχύος οὔτε προθυμίας ἐλλείποντες ὑπερβολήν. πέρας γὰρ ἁλώσεως ὑπελάμβανον, τὸ Ῥωμαίους παρελθεῖν εἰς τὸ ἅγιον· ὃ δὴ κἀκεῖνοι, τοῦ κρατεῖν ἀρχήν. συῤῥήγνυται δὲ περὶ τὰς εἰσόδους μάχη καρτερὰ, τῶν μὲν καταλαβέσθαι καὶ τὸ ἱερὸν εἰσβιαζομένων, τῶν δὲ Ἰουδαίων ἐξωθούντων αὐτοὺς ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν. καὶ τὰ βέλη μὲν ἦν ἀμφοτέροις ἄχρηστα, καὶ τὰ δόρατα. σπασάμενοι δὲ τὰ ξίφη συνεπλέκοντο, καὶ περὶ τὴν συμβολὴν ἄκριτον ἦν ὁποτέρωθεν ἕκαστοι μάχοιντο. πεφυρμένων μὲν τῶν ἀνδρῶν καὶ περὶ τὴν στενοχωρίαν διηλλαγμένων, τῆς δὲ [z] βοῆς ἀσημάντου προσπιπτούσης διὰ τὸ μέγεθος. φόνος τε ἦν ἑκατέρωθεν πολὺς, καὶ τῶν πεσόντων τάτε σώματα καὶ τὰς πανοπλίας [a] πατοῦντες ἔθραυον οἱ μαχόμενοι. ἀεὶ δ' ἐφ' ὁπότερον βρίσειε [b] ῥέπων ὁ πόλεμος, παρακέλευσις μὲν ἦν τῶν πλεονεκτούντων, οἰμωγαὶ δὲ τῶν τρεπομένων. οὔτε δ' αἱ φυγαὶ τόπον εἶχον, οὔθ' αἱ διώξεις, ἀλλ' [c] ἀνώμαλοι ῥοπαὶ καὶ [d] μετακλίσεις μεμιγμένης ἐγίνοντο τῆς παρατάξεως. τοῖς δ' ἔμπροσθεν γινομένοις ἢ τοῦ κτείνειν ἢ τοῦ θνήσκειν ἀνάγκη παρῆν, οὐκ οὔσης ἀναφυγῆς. οἱ γὰρ κατὰ νώτου, πρόσω βιαζόμενοι τοὺς σφετέρους παρ' ἀμφοῖν, οὐδὲ τῇ μάχῃ μεσαίχμιον κατέλιπον. πλεονεκτούντων δὲ τῶν Ἰουδαίων τοῖς θυμοῖς τὴν Ῥωμαίων ἐμπειρίαν, καὶ κλινομένης [e] καθάπαν ἤδη τῆς παρατάξεως, ἀπὸ γὰρ ἐννάτης νυκτὸς ὥρας εἰς ἑβδόμην τῆς ἡμέρας ἐπολέμουν, οἱ μὲν ἀθρόοι, καὶ τὸν τῆς ἁλώσεως κίνδυνον ἔχοντες ἀνδρείας ἐφόδιον, Ῥωμαῖοι δὲ μέρει τῆς δυνάμεως, οὔπω γὰρ [f] ἐπαναβεβήκει τὰ τάγματα, κἀκείνοις ἐπανεῖχον οἱ μαχόμενοι, [g] τότε κρατεῖν τῆς Ἀντωνίας [h] ἀποχρῆν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐδόκει.

η'. Ἰουλιανὸς δέ τις ἑκατοντάρχης τῶν ἀπὸ τῆς Βιθυνίας, οὐκ ἄσημος ὢν ἀνὴρ, ὃν ἐγὼ κατ' ἐκεῖνον ἱστόρησα τὸν πόλεμον, ὅπλων τε ἐμπειρίᾳ, καὶ ἀλκῇ σώματος, καὶ ψυχῆς παραστήματι πάντων ἄριστος, ὁρῶν τοὺς Ῥωμαίους ἐνδιδόντας ἤδη καὶ κακῶς ἀμυνομένους· παρειστήκει δὲ Τίτῳ κατὰ τὴν Ἀντωνίαν· προπηδᾷ, καὶ νικῶντας ἤδη τοὺς Ἰουδαίους τρέπεται μόνος μέχρι τῆς τοῦ ἐνδοτέρω ἱεροῦ γωνίας. ἔφυγε δὲ τὸ πλῆθος ἄθρουν, οὔτε τὴν ἰσχὺν, οὔτε τὴν τόλ-

l Προβαίνουσι μὲν ἡσυχῇ] Προσβαίνουσι Big. Voss. & Bod.
m Κοιμωμένους,] κειμένοις Rost.
n Σημαίνειν] σημαίνειν &c. σαλπίζειν· Hesychius. SPANH.
o Ἐξανάστασις τε] Ita Big. ἐξανάστησις αἰφν. in cæteris.
p Ἐπιδεῖν τῶν ἐπιβεβηκότων.] Ἰδεῖν Big.
q Τοῦ πλήθους] τὸ πλῆθος L. B.
r Διὰ τάχους,] Κατὰ τάχος Big.
s Ἀναβαίνει τοὺς ἐπιλέκτους ἔχων.] ἐπιβαίνει τοὺς ἐπιλ. ἐχ. L. B. ἐπιβαίνει ἔχων ἐπ. deleto τοὺς Rost.
t Καταφυγόντων δ' Ἰουδαίων] Καταπεφευγότων Big.
v Διώρυχος] Conf. de Vita §. 31. SPANH.
x Ὑπὸ τὰ χώματα] Ἐπὶ τὰ χώματα Big. Lugd. Bat. Vat. & Bod.
y Διαστάντες ἀπ' ἀμφοτέρων] Διαστάντες ἐπ' ἀμφοτέρων Vat. Διαναστάντες ὑπ' ἀμφοτέρων Big. Διαναστάντες ἀπ' ἀμφ. Rost.
z Βοῆς ἀσημάντου] Ita in quibusdam MSS. βίας in Editis Aliisque.
a Πατοῦντες ἔθραυον] Συμπατοῦντες Big.
b Ῥέπων ὁ πόλεμος,] Ita lego cum Lamb. Bos. in Animadversionibus ad Scriptores quosdam Græcos, p. 103. antea erat ῥέων, quod & agnovit Rufinus, qui vertit fluctuans.
c Ἀνώμαλοι ῥοπαὶ] Ἀγχώμαλοι Big.
d Μετακλίσεις μεμιγμένης] Ita cum Cod. Big. μετακλίσεις in cæteris.
e Καθάπαν ἤδη] Καθάπαξ Big. & Vat.
f Ἐπαναβεβήκει] Ἀναβεβήκει Vat.
g Τότε κρατεῖν] τό, γε κρατεῖν L. B.
h Ἀποχρῆν] Forte ἀποχρῆναι Cocc.

i Iu-

τὴν τόλμαν ἀνθρωπίνου [i] ὑπολαμβάνοντες. ὁ δὲ, διὰ μέσων τῶν σκεδαννυμένων ἄλλοτε ἄλλη [k] διάττων, ἐφόνευε τοὺς καταλαμβανομένους· καὶ τῆς ὄψεως ἐκείνης οὐδὲν οὔτε τῷ Καίσαρι θαυμασιώτερον, οὔτε τοῖς ἄλλοις παρέστη φρικωδέστερον. ἐδιώκετο δ᾽ ἄρα καὶ αὐτὸς [l] ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, ἣν ἀμήχανον διαφυγεῖν θνητὸν ὄντα. [m] τὰ γὰρ ὑποδήματα [n] πεπαρμένα πυκνοῖς καὶ ὀξέσιν ἥλοις ἔχων, ὥσπερ τῶν ἄλλων στρατιωτῶν ἕκαστος, καὶ κατὰ [o] λιθοστρώτου τρέχων [p] ὑπολισθαίνει. πεσὼν δ᾽ ὕπτιος, μετὰ μεγίστου τῆς πανοπλίας ἤχου, τοὺς [q] φεύγοντας ἐπιστρέφει. καὶ τῶν μὲν ἀπὸ τῆς Αντωνίας Ῥωμαίων ἤρθη βοὴ, [r] περὶ τἀνδρὶ δεισάντων· οἱ δὲ Ιουδαῖοι περιστάντες [s] αὐτὸν ἀθρόοι, τοῖς τε ξυστοῖς, καὶ ταῖς ῥομφαίαις [t] πάντοθεν ἔπαιον. ὁ δὲ πολὺν μὲν τῷ θυρεῷ σίδηρον ἐξεδέχετο, πολλάκις δ᾽ ἀναστῆναι πειράσας, ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν τυπτόντων ἀνετράπη, [v] καὶ κείμενος δ᾽ ὅμως ἔνυττε τῷ ξίφει πολλούς. οὐδὲ γὰρ ἀνῃρέθη ταχέως, τῷ τε κράνει καὶ τῷ θώρακι πεφραγμένος [x] πάντα τὰ καίρια πρὸς σφαγὴν, καὶ τὸν αὐχένα συνέλκων, μέχρι κοπτομένων αὐτῷ τῶν ἄλλων μελῶν, καὶ μηδενὸς προσαμῦναι τολμῶντος, ἐνέδωκε. δεινὸν δὲ πάθος εἰσῄει [y] Καίσαρα ἀνδρὸς οὕτως ἐναρέτου, καὶ ἐν ὄψει τοσούτων φονευομένου. καὶ αὐτὸν μὲν ὁ τόπος διέκλειε [z] τοῦ βοηθεῖν [a] ἐθέλοντα, τοὺς δυναμένους δὲ κατάπληξις. Ιουλιανὸς μὲν οὖν πολλὰ [b] δυσθανατήσας, καὶ τῶν [c] κτεινάντων ὀλίγους [d] ἀπλῆγας καταλιπὼν, μόλις ἀποσφάττεται, μέγιστον οὐ παρὰ Ῥωμαίοις καὶ Καίσαρι μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς πολεμίοις κλέος καταλιπών. Ιουδαῖοι δὲ, καὶ τὸν νεκρὸν ἁρπασάμενοι, πάλιν τοὺς Ῥωμαίους τρέπονται, καὶ κατακλείουσιν εἰς τὴν Αντωνίαν. ἠγωνίσαντο δ᾽ ἐξ αὐτῶν ἐπισήμως κατὰ ταύτην τὴν μάχην, Αλεξᾶς μέν τις καὶ Γυφθαῖος τοῦ Ιωάννου τάγματος· ἐκ δὲ τῶν περὶ Σίμωνα, Μαλαχίας τε, καὶ ὁ τοῦ [e] Μέρτωνος Ιούδας, καὶ [f] Σωσᾶ υἱὸς [g] Ιάκωβος τῶν Ιδουμαίων ἡγεμὼν, τῶν δὲ ζηλωτῶν ἀδελφοὶ δύο, [h] παῖδες Ιαείρου Σίμων τε καὶ Ιούδης.

vim ejus neque audaciam hominis esse opinantes. At ille per medios ruens, quos alios aliò disjecerat, ipsos quos prehendit interficiebat: illoque spectaculo nihil aut Cæsari magis admirabile visum est, aut aliis magis horribile. Verum & ipsum profecto fata persequebantur, quæ utpote mortalis vitare non potuit. Nam calceis crebros clavos & acutos, ut & cæteri milites, infixos habens, & in solo lapidibus strato currens prolabitur: cumque resupinus caderet, magnoque cum armorum sonitu, fugientes in se convertit. Et Romanorum quidem clamor ex Antonia sublatus est, saluti ejus metuentium: Judæi vero multi simul hastis & gladiis *eum* undique feriebant. Ille autem multam quidem ferri vim scuto excipiebat; sæpe vero conatus semet erigere, percutientium multitudine prosternebatur: at jacens tamen multos gladio vulnerabat. nec enim cito peremptus est, galea & thorace per omnia tectus ubi plagam lethalem acciperet, contractaque cervice, donec concisis aliis ejus membris, & nemine ei succurrere audente, morti succubuit. Ingentem autem dolorem capiebat Cæsar ex viro tantæ fortitudinis etiam in conspectu tot virorum occiso: & locus ipsum quidem discludebat, auxilium ferre cupientem; alios autem, cum possent, metus *impediebat*. Et Julianus quidem diu cum morte luctatus, * relictisque paucis interfectorum suorum quos non percusserat, ægre perimitur; magna sui gloria non apud Romanos tantum & Cæsarem, verum apud hostes quoque relicta. Judæi vero etiam rapto mortui cadavere Romanos iterum in fugam vertunt & in Antoniam concludunt. Insigniter autem in eo prælio decertarunt, Alexas quidam & Gyphthæus ex agmine Joannis; ex parte vero Simonis Malachias & Mertonis filius Judas, & Sosæ filius Jacobus dux Idumæorum, Zelotarum vero fratres duo, Jairi filii, Simon & Judas.

Caligæ clavis suffixæ.

Juliani cædes.

ΚΕΦ. β᾽.

Οπως Τίτος, καταστκάψαι προστάξας τὴν Αντωνίαν, τὸν Ιώσηπον προὐτρέψατο τοῖς Ιουδαίοις αὖθις παραινέσαι.

[i] ΤΙΤΟΣ δὲ τοῖς μὲν σὺν αὐτῷ στρατιώταις κατασκάπτειν προσέταξε τοὺς θεμελίους τῆς Αντωνίας, καὶ τῇ δυνάμει πάσῃ ῥᾳδίαν τὴν ἄνοδον εὐτρεπίζειν. αὐτὸς δὲ τὸν Ιώσηπον παραστησάμενος· ἐπέπυστο γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνης τῆς ἡμέρας, Πανέμου δ᾽ ἦν ἑπτακαιδεκάτη, τὸν [k] ἐνδελεχισμὸν καλούμενον, [l] ἀνδρῶν ἀπορίᾳ διαλελοιπέναι τῷ Θεῷ, καὶ τὸν δῆμον ἐπὶ τούτῳ δεινῶς

CAP. II.

Quomodo Titus, cum Antoniam dirui jussisset, Josephum incitavit ut Judæos iterum verbis hortaretur.

Titus autem militibus qui cum eo quidem erant, imperavit, ut Antoniæ fundamenta diruerent, facilemque ascensum toti exercitui dare curarent: ipse vero, cum Josephum ad se vocasset (nam audiverat eo die, qui erat mensis Panemi decimus septimus, juge sacrificium, ut vocabatur, virorum penuria Deo defuisse, idque populum

Titus Antoniæ fundamenta everti jubet.

i Ὑπολαμβάνοντες.] ὑπολαβόντες *Rost.*
k Διάττων,] Sic διάττεσθαι *Gen.* infr. c. 5. §. 1. SPANH.
l Ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, —θνητὸν ὄντα.] Conf. Antt. lib. 8. c. 15. §. 6. SPANH.
m Τὰ γὰρ ὑποδήματα] Videsis *Balduinum* de Calceis Antiquis c. 13. & *Nigronum* de Caliga c. 4.
n Πεπαρμένα πυκνοῖς καὶ ὀξέσιν ἥλοις ἔχων,] Vocem πεπαρμένα non agnoscit *Big.*
o Λιθοστρώτου] Solum montis templi הר הבית REL.
p Ὑπολισθαίνει.] Ὑπολισθάνει *Big. Lugd. Bat. & Vat.* κατολισθαίνει *Zonar.*
q Φεύγοντας ἐπιστρέφει.] Καταφεύγοντας *Voss.*
r Περὶ τἀνδρὶ δεισάντων.] Περὶ τοῦ ἀνδρὸς *Big.*
s Αὐτὸν ἀθρόοι,] Αὐτῷ *Big.*
t Πάντοθεν ἔπαιον.] Πανταχόθεν *Voss. Rost. & Bod.*
v Καὶ κείμενος δ᾽ ὅμως] Κἀκεῖνος *Vat. Voss. & Bod.*
x Πάντα τὰ καίρια] Τὰ καίρια πάντα *Big.*
y Καίσαρα ἀνδρὸς] Καίσαρι *Big.*
z Τοῦ βοηθεῖν] τὴν βοηθεῖν *Rost.*
a Ἐθέλοντα,] Θέλοντα *Big. Rost. Voss. Vat. & Bod.*
b Δυσθανατήσας,] Conf. supr. lib. 4. c. 1. §. 4. SPANH.
c Κτεινάντων ὀλίγους] Κτεινόντων *Big.*
d Ἀπλῆγας] Conf. supr. lib. 2. c. 14. §. 1. SPANH.
e Μέρτωνος Ιούδας,] Μελίτωνος *Big.*
f Σωσᾶ υἱὸς] Conf. supr. lib. 3. c. 4. §. 2. SPANH.
g Ιάκωβος] Ιακώβου *L. B.*
h Παῖδες Ιαείρου Σίμων] δύω παῖδες, Αρσίμων &c. *Rost.*
i Τίτος] Καῖσαρ *L. B. & Rost.*
k Ενδελεχισμὸν καλούμενον,] Conf. supr. lib. 1. c. 1. §. 1. SPANH. Ita vocat sacrificium juge, sive quotidianum, תמיד Talmudicis, ex agno constans uno, qui mane, altero qui vesperi offerebatur. REL.
l Ανδρῶν ἀπορίᾳ] ἀμνῶν alii legunt pro ἀνδρῶν. Sed omnino ἀνδρῶν defectum fuisse liquet ex sequentibus, quod Titus ipse Judæos (sacerdotes nempe) quos eligeret obtulerit ut sacra iterum fierent. REL.

* Cum non paucos interfectorum suorum saucios reliquisset, *Ruf.*

Joannem ad prælium provocat.

κθ΄. Ἐν τούτοις πάλιν οὐ συνίησιν ἀπιθάνως ψευδόμενος. οἱ γὰρ λεπροὶ καὶ τὸ μετ᾽ αὐτῶν πλῆθος, εἰ καὶ πρότερον ὠργίζοντο τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῖς τὰ περὶ αὐτοὺς πεποιηκόσι, κατά τε τὴν τοῦ μάντεως προαγόρευσιν, ἀλλ᾽ ὅτε τῶν λιθοτομιῶν ἐξῆλθον, καὶ πόλιν παρ᾽ αὐτοῦ καὶ χώραν ἔλαβον, [x] πάντως ἂν ἐγεγόνεισαν πρᾳότεροι πρὸς αὐτόν. εἰ δὲ δὴ κἀκεῖνον ἐμίσουν, ἰδίᾳ μὲν ἂν [y] αὐτῷ ἐπεβούλευον, οὐκ ἂν δὲ πρὸς ἅπαντας ἤραντο πόλεμον, δηλονότι πλείστας ἔχοντες συγγενείας, τοσοῦτοι γε τὸ πλῆθος ὄντες. ὅμως δὲ καὶ τοῖς ἀνθρώποις πολεμεῖν διεγνωκότες, οὐκ ἂν εἰς τοὺς αὐτῶν θεοὺς πολεμεῖν ἐτόλμησαν, οὐδ᾽ ὑπεναντιωτάτους ἔθεντο νόμους τοῖς πατρίοις αὐτῶν καὶ οἷς ἐνετράφησαν. δεῖ δ᾽ ἡμᾶς τῷ Μανέθωνι χάριν ἔχειν, ὅτι ταύτης τῆς παρανομίας οὐχὶ τοὺς ἐξ Ἱεροσολύμων ἐλθόντας ἀρχηγοὺς γενέσθαι φησὶν, ἀλλ᾽ αὐτοὺς ἐκείνους ὄντας Αἰγυπτίους, καὶ τούτων μάλιστα τοὺς ἱερέας ἐπινοῆσαί τε ταῦτα καὶ ὁρκομοτῆσαι τὸ πλῆθος. ἐκεῖνο [z] μέντοι πῶς οὐκ ἄλογον; τῶν μὲν οἰκείων αὐτοῖς καὶ τῶν φίλων συναποστῆσαι οὐδένα, μηδὲ τοῦ πολέμου τὸν κίνδυνον συνάρασθαι· πέμψαι δὲ τοὺς μιαροὺς εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τὴν παρ᾽ ἐκείνων ἐπάγεσθαι συμμαχίαν. ποίας αὐτοῖς φιλίας, ἢ τίνος αὐτοῖς οἰκειότητος προϋπηργμένης; τοὐναντίον γὰρ ἦσαν πολέμιοι, καὶ τοῖς ἔθεσι πλεῖστον διέφερον. ὁ δέ φησιν εὐθὺς ὑπακοῦσαι τοῖς ὑπισχνουμένοις, ὅτι τὴν Αἴγυπτον καθέξουσιν, ὥσπερ αὐτῶν οὐ σφόδρα τῆς χώρας ἐμπείρως ἐχόντων, ἧς βιασθέντες ἐκπεπτώκασιν. εἰ μὲν οὖν ἀπόρως ἢ κακῶς ἔπραττον, ἴσως ἂν καὶ [a] παρεβάλλοντο. πόλιν δὲ κατοικοῦντες εὐδαίμονα, καὶ χώραν πολλὴν κρείττω τῆς Αἰγύπτου καρπούμενοι, διατί ποτ᾽ ἂν ἐχθροῖς μὲν πάλαι, τὰ δὲ σώματα λελωβημένοις, οὓς μηδὲ τῶν οἰκείων οὐδεὶς

„ divino afficiebantur, sed omnia mactarent atque „ consumerent, & nemini nisi ejusdem conjurationis connubio jungerentur; fideque jurejurando data eos divinxisse ad perseverandum in istis legibus; cumque Avarin munivisset, regi bellum intulisse.” Deinde adjicit, „ quod Hierosolyma misit, incolas obsecrans ut sese illis adjungerent, promittensque se illis daturum esse Avarin, avitam scilicet Hierosolymis exire volentibus patriam. unde facto impetu posse illos Ægyptum omnem in suam potestatem redigere.” Mox subjungit, „ illos quidem eò venisse cum ducentis armatorum millibus, regem vero Ægyptiorum Amenophin, ut qui putaret cum Deo non pugnandum esse, statim in Æthiopiam se fuga recepisse, & Apim cum aliis sacris animalibus apud sacerdotes deposuisse, ea servare jussos.” Dein, „ Hierosolymitas, postquam venissent, urbes evertisse & templa concremasse & equites peremisse, *refert*, & omnino nulla iniquitate aut crudelitate abstinuisse. Qui vero reip. formam & leges eis posuit, erat, inquit, genere Heliopolites, nomine Osarsiph, ab Osiri Heliopolitano Deo denominatus; qui cum nomen sibi mutasset Moysen se appellavit. Amenophin vero dicit anno tertiodecimo (tantum enim temporis quo regno pelleretur ei fatis decretum erat) ex Æthiopia profectum cum magnis copiis, congressumque cum Pastoribus & pollutis, & prælio eos superasse & multos interfecisse, ad fines usque Syriæ *eos* persequutum.

29. In his iterum non intellexit sine verisimilitudine se mentiri. Leprosi namque & multitudo quæ cum illis erat, licet prius irascerentur regi, illisque qui eos male adeo tractarunt, etiam juxta prædictionem vatis: tamen cum latomiis exiissent, & urbem ab ipso & provinciam accepissent, omnes in eum *proculdubio* mitiores evasissent. Quod si & ipsum odio habuissent, seorsum ei insidiari potuissent, & non omnibus bellum inferre; cum scilicet totidem numero plurimas illic cognationes habere possent. Proinde etiam si contra homines pugnare decreverint; non erat ut auderent contra Deos illorum pugnare, & leges patriis eorum & quibus educti erat *& assueti* contrarias ferre. Oportet itaque nos Manethoni gratias agere, quod hujus iniquitatis principes exstitisse dicat, non eos qui Hierosolymis egressi sunt, sed illos ipsos utpote Ægyptios, & ex illis maxime sacerdotes & ista excogitasse & multitudinem ad jurandum adegisse. Illud autem quomodo rationi non absonum? Familiarium quidem & amicorum nemo à rep. defecit, neque periculorum belli particeps factus est: sed misere pollutos Hierosolyma, ut inde auxilia adducerent. quanam amicitia aut familiaritate intercedente? nam è contra hostes erant, & moribus plurimum differebant. Illi vero, *ut* dicit, sine mora eis obsequuti sunt, pollicitationibus *scilicet* inducti, quod Ægyptum occupaturi essent; quasi ipsi non admodum ejus regionis gnari, ex qua per vim pulsi fuerant. qui si tum miseram aut egenam vitam egissent, forsan periculum adiissent. Cum autem urbem habitarent beatam, & regione *satis* ampla Ægypto meliori fruerentur, quid tandem erat, cur ob veteres hostes, eosque corporibus morbidos, quos nemo è suis libenter susti-

Manetho nulla nititur verisimilitudine.

p Συνάπτεσθαι] συνεμβάπτεσθαι *Hafn.*
q Αὐτοῖς] αὐτοὺς *Hafn.*
r Αὐτοὺς] αὐτῆς *Hafn.*
s Ὀσαρσὶφ,] Ἀρσὴφ *Hafn.*
t Ὀσίρεως·] Perperam Ὀρίσεως in *Ed. Gen.*
v Χρόνον εἶναι] Sic *MSS.* antea erat χρόνῳ.

x Πάντως ἂν ἐγεγόνεισαν] Πάντες in aliquot *MSS.*
y Αὐτῷ] ἄνω ἀνθρώπῳ habet *Hafn.*
z Μέντοι] μὲν *Hafn.*
a Παρεβάλλοντο.] Hinc *Parabolanus.* Vide *Huetium* in *Demonst. Evangelica*, Prop. III. §. 20. Conf. Antt. lib. 2. c. 6. §. 8. Spanh.

b Ὑπο-

ſuſtinet, illis ut opem ferant diſcrimen adituri eſſent: neque enim futuram regis fugam præſciebant. nam ipſe è contra dixit, „ filium Amenophios cum trecentis millibus ad Peluſium occurriſſe:" id quod omnino cognitum erat univerſis qui advenerant. Mutationem vero propoſiti & fugam ejus unde conjectare poterant? Deinde, „ occupatis horreis Ægypti, multa mala „ feciſſe ait exercitum Hieroſolymitanum." atque hæc eis exprobrat, quaſi non hoſtes eis induxiſſet, aut quaſi hæc ſint aliunde accito militi objicienda, cum eadem ante adventum eorum feciſſent, facturoſque ſe juraſſent qui genere erant Ægyptii. Quinetiam, „ aliquanto poſt Amenophin, *ait*, hoſtes aggreſſum prælio ſuperaſſe, fuſoſque ac fugatos Syriam uſque perſequutum eſſe." Adeo ſcilicet Ægyptus eſt omnibus undecunque eam invadentibus captu facilis; & qui tunc ea jure belli potiebantur, cum ſcirent Amenophin vivere, neque aditus ex Æthiopia communiverant, cum ad hoc bene parati inſtructique eſſent; neque de aliis copiis comparandis cogitaverant. „ Ille vero etiam Syriam uſque „ trucidans eos (*ut* ait) perſequutus eſt per arenoſa & inaquoſa loca." Scilicet cum haud facile eſſet exercitui etiam abſque pugna ea pertranſire.

30. Jam quidem juxta Manethonem, neque ex Ægypto genus noſtrum oriundum, neque inde aliqui admixti ſunt. Leproſorum enim & morbidorum multos quidem in lapidicinis periiſſe veriſimile eſt, qui longo tempore illic fuerint & duriter tractati; multos vero in pugnis quas poſtea iniverunt, plurimoſque in poſtrema & in fuga.

Vana de Moyſe finxit Manetho.

31. Reliquum mihi ut de Moyſe illi contradicam. Hunc virum mirandum quidem Ægyptii & divinum exiſtimant: volunt autem eum ſibimet vindicare cum obtrectatione incredibili; dicentes Heliopoliten eſſe, unum è ſacerdotibus iſtius loci, ob lepram cum aliis pulſum. Oſtenditur autem ex hiſtoriis eum LXVIII. annis priorem exſtitiſſe, & patres noſtros ex Ægypto in regionem quam nunc tenemus eduxiſſe. Quod vero nulla ejuſmodi calamitas in corpus ejus inciderit, manifeſtum eſt ex iis quæ ab ipſo dicebantur. Lepra contracta vetuit aut in urbe aut in vico habitare, ſed ſolos ambulare voluit, & quidem conſciſſis veſtibus. Et qui eos tetigerit, aut eodem uſus fuerit tecto, eum cenſet impurum. Præterea ſi ſanetur morbus, & corpus ad ſuam naturam redeat, imperat purificationes quaſdam per ablutiones in fontanis aquis & per abraſiones omnium pilorum: multiſque & multiplicibus ſacris peractis tum demum eis permittit redire ad ſacram urbem. Quanquam è contra par erat, ut qui talem calamitatem expertus eſſet, provida quadam cura & humanitate uteretur erga eos, quibus accideret malo ejuſmodi conflictari. Non ſolum autem de leproſis ad hunc modum leges tulit, ſed ne minima quidem corporis parte mutilatos ad ſacrorum curam admiſit. Verum etſi quis ſacris admotus in talem calamitatem incideret, honore eum privari juſſit. Quomodo igitur veriſimile eſt illum has adverſus ſemetipſum

[b] ὑπομένει, τούτοις ἔμελλον παρακινδυνεύσειν βοηθοῦντες· οὐ γὰρ δή γε τὸν γενησόμενον προῄδεσαν δρασμὸν τοῦ βασιλέως. τοὐναντίον γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν, „ ὡς ὁ „ παῖς τοῦ Ἀμενώφιος τριάκοντα μυριάδας ἔχων, „ εἰς Πηλούσιον ὑπηντίαζεν." καὶ τοῦτο μὲν ᾔδεισαν πάντως οἱ παραγινόμενοι, τὴν δὲ μετάνοιαν αὐτοῦ καὶ τὴν φυγὴν πόθεν εἰκάζειν ἔμελλον; „ [c] τὰ σιτία κρατή„σαντας, φησὶ, τὰ Αἰγύπτου πολλὰ καὶ δεινὰ δρᾷν „ τοὺς ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπιστρατεύσαντας." καὶ περὶ τούτων ὀνειδίζει, καθάπερ οὐ πολεμίους αὐτοῖς ἐπαγαγὼν, ἢ δέον τοῖς ἔξωθεν ἐπικληθεῖσιν ἐγκαλεῖν, ὁπότε ταῦτα πρὸ τῆς ἐκείνων ἀφίξεως ἔπραττον, καὶ πράξειν ὠμωμόκεσαν, [d] οἱ τὸ γένος Αἰγύπτιοι. ἀλλὰ καὶ „ χρόνοις ὕστερον Ἀμένωφις ἐπελθὼν ἐνίκησε μάχῃ, „ καὶ κτείνων τοὺς πολεμίους μέχρι τῆς Συρίας ἤλασεν." οὕτω γὰρ παντάπασίν ἐστιν ἡ Αἴγυπτος τοῖς ὁποθενδηποτοῦν ἐπιοῦσιν εὐάλωτος· καὶ οἱ τότε πολέμῳ κρατοῦντες αὐτὴν, ζῆν πυνθανόμενοι τὸν Ἀμένωφιν, οὔτε τὰς ἐκ τῆς Αἰθιοπίας ἐμβολὰς ὠχύρωσαν, πολλὴν εἰς τοῦτο παρασκευὴν ἔχοντες, οὔτε τὴν ἄλλην ἡτοίμασαν δύναμιν. „ ὁ δὲ καὶ μέχρι τῆς Συρίας ἀναι„ρῶν, φησὶν, αὐτοὺς ἠκολούθησε διὰ τῆς ψάμμου „ τῆς ἀνύδρου." [e] δηλονότι οὐ ῥᾴδιον ὂν ἀμαχεὶ στρατοπέδῳ διελθεῖν.

λ΄. Κατὰ μὲν οὖν τὸν Μανεθῶνα, οὔτε ἐκ τῆς Αἰγύπτου τὸ γένος ἡμῶν ἐστιν, οὔτε τῶν ἐκεῖθέν τινες ἀνεμίχθησαν. τῶν γὰρ λεπρῶν καὶ νοσούντων πολλοὺς μὲν εἰκὸς ἐν ταῖς λιθοτομίαις ἀποθανεῖν, πολὺν χρόνον ἐκεῖ γενομένους καὶ κακοπαθοῦντας· πολλοὺς δ᾽ ἐν ταῖς μετὰ ταῦτα μάχαις, πλείστους δ᾽ ἐν τῇ τελευταίᾳ καὶ τῇ φυγῇ.

λα΄. Λοιπόν μοι πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν περὶ Μωϋσέως. τοῦτον δὲ τὸν ἄνδρα θαυμαστὸν μὲν Αἰγύπτιοι καὶ θεῖον νομίζουσι· βούλονται δὲ προσποιεῖν αὐτοῖς μετὰ βλασφημίας ἀπιθάνου, λέγοντες Ἡλιουπολίτην εἶναι τῶν ἐκεῖθεν ἱερέων ἕνα, διὰ τὴν λέπραν συνεξεληλασμένον. δείκνυται δ᾽ ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς, ὀκτωκαίδεκα σὺν τοῖς πεντακοσίοις πρότερον ἔτεσι γεγονὼς, καὶ τοὺς ἡμετέρους ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς Αἰγύπτου πατέρας εἰς τὴν χώραν τὴν νῦν οἰκουμένην ὑφ᾽ ἡμῶν. ὅτι δὲ οὐδὲ συμφορᾷ τινι τοιαύτῃ περὶ τὸ σῶμα κεχρημένος ἦν, ἐκ τῶν λεγομένων ὑπ᾽ αὐτοῦ δῆλόν ἐστι. τοῖς γὰρ λεπρῶσιν ἀπείρηκε, μήτε μένειν ἐν πόλει, μήτ᾽ ἐν κώμῃ κατοικεῖν, ἀλλὰ μόνους περιπατεῖν κατεσχισμένους τὰ ἱμάτια. καὶ τὸν ἀψάμενον αὐτῶν ἢ [f] ὁμώροφον γενόμενον, οὐ καθαρὸν ἡγεῖται. καὶ μὴν κἂν θεραπευθῇ τὸ νόσημα, καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἀπολάβῃ, προείρηκέ τινας ἁγνείας, καθαρμοὺς πηγαίων ὑδάτων λουτροῖς, καὶ [g] ξυρήσεις πάσης τριχὸς, [h] πολλάς τε κελεύει καὶ παντοίας ἐπιτελέσαντα θυσίας τότε παρελθεῖν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν. [i] καίτοι τοὐναντίον εἰκὸς ἦν προνοίᾳ τινὶ καὶ φιλανθρωπίᾳ χρήσασθαι, τὸν ἐν τῇ συμφορᾷ ταύτῃ γεγονότα, πρὸς τοὺς [k] ὁμοίως αὐτῷ δυστυχήσαντας. οὐ μόνον δὲ περὶ τῶν λεπρῶν οὕτως ἐνομοθέτησεν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς καὶ τὸ βραχύτατόν τι τοῦ σώματος ἠκρωτηριασμένοις ἱερᾶσθαι συγκεχώρηκεν. ἀλλ᾽ εἰ καὶ μεταξύ [l] τις ἱερώμενος τοιαύτῃ χρήσαιτο συμφορᾷ, τὴν τιμὴν αὐτὸν ἀφείλετο. πῶς οὖν εἰκὸς ἐκεῖνον ταῦτα νομοθετεῖν καθ᾽

[m] ἑαυ-

b Ὑπομένει,] Ὑπέμενε in *Cod. Hafn.*

c Τὰ σιτία κρατήσαντας,] Ἐπεῖτα κρατήσαντας in margine *impreſſi exemplaris* Viri docti manu notati.

d Οἱ] ὅτι *Hafn.*

e Δηλονότι οὐ ῥᾴδιον—διελθεῖν.] Δηλονότι οὐ ῥᾴδιον οὐδὲ ἀμαχεὶ στρατοπέδῳ διελθεῖν *Hafn.*

f Ὁμώροφον] Dicitur & ὁμωρόφιος (quomodo & in *Hafn.* exſtat,) pro eodem. Ὁμόροφος de eo, qui ſub eodem tecto cum homicidis aut proditoribus habitat apud Demoſthen. de Corona p. 353. & Mid. p. 402. SPANH.

g Ξυρήσεις] Sic è *MSS.* ξυρίσεις in *Editis*. magis emphaticè καὶ ξυρήσεις πάσης τῆς τριχός.

h Πολλάς] πολλὰ *Hafn.*

i Καίτοι τοὐναντίον] Similia habet in *Originibus*, l.6. c. 5. p. 8. καὶ τοὐναντ. *Hafn.*

k Ὁμοίως] ὁμοίους *Hafn.*

l Τις ἱερώμενος] τισιν ἐῤῥωμένος *Hafn.*

m Ἑαυ-

[m] ἑαυτοῦ, εἰς ὄνειδός τε καὶ βλάβην νόμους συντιθεμένους; ἀλλὰ μὴν καὶ τοὔνομα λίαν ἀπιθάνως μετατέθεικεν. „ Οσαρσὶφ γὰρ, φησὶν, ἐκαλεῖτο.” τοῦτο μὲν οὖν εἰς τὴν μετάθεσιν οὐκ ἐναρμόζει. τὸ δ᾽ ἀληθὲς ὄνομα δηλοῖ τὸν ἐκ τοῦ ὕδατος σωθέντα Μωϋσῆν· τὸ γὰρ ὕδωρ οἱ Αἰγύπτιοι Μῶϋ καλοῦσιν. ἱκανῶς οὖν γεγονέναι νομίζω καὶ δῆλον, [n] ὅτι Μανεθὼς, ἕως μὲν ἠκολούθει ταῖς ἀρχαίαις [o] ἀναγραφαῖς, οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διημάρτανεν· [p] ἐπὶ δὲ τοὺς ἀδεσπότους μύθους τραπόμενος, ἢ συνέθηκεν αὐτοὺς ἀπιθάνως, ἤ τισι τῶν πρὸς ἀπέχθειαν εἰρηκότων ἐπίστευσεν.

λβʹ. Μετὰ τοῦτον ἐξετάσαι βούλομαι Χαιρήμονα. καὶ γὰρ οὗτος Αἰγυπτιακὴν φάσκων ἱστορίαν συγγράφειν, καὶ προσθεὶς ταὐτὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως, ὅπερ ὁ Μανεθὼς, Ἀμένωφιν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ῥαμέσσην, φησὶν, ὅτι „ κατὰ „ τοὺς ὕπνους ἡ Ἶσις ἐφάνη τῷ Ἀμενώφει, μεμφομένη „ αὐτὸν, ὅτι τὸ ἱερὸν αὐτῆς ἐν τῷ πολέμῳ κατέσκα„ πται. [q] Φριτιφάντην δὲ ἱερογραμματέα φάναι, ἐὰν τῶν „ τοὺς μολυσμοὺς ἐχόντων ἀνδρῶν καθάρῃ τὴν Αἴγυπτον, „ παύσασθαι τῆς [r] πτοίας αὐτόν. ἐπιλέξαντα δὲ τῶν ἐπι„ σινῶν μυριάδας εἰκοσιπέντε ἐκβαλεῖν. ἡγεῖσθαι δ᾽ αὐ„ τῶν γραμματέας Μωϋσῆν τε καὶ Ἰώσηπον, καὶ τοῦτον „ ἱερογραμματέα· Αἰγύπτια δὲ αὐτοῖς ὀνόματα εἶναι, „ τῷ μὲν Μωϋσῇ Τισιθὲν, τῷ δὲ Ἰωσήπῳ Πετεσήφ. τού„ τους δ᾽ εἰς Πηλούσιον ἐλθεῖν καὶ ἐπιτυχεῖν μυριάσι τρια„ κονταοκτὼ καταλελειμμέναις ὑπὸ τοῦ Ἀμενώφιος, ἃς „ οὐ θέλειν εἰς τὴν Αἴγυπτον διακομίζειν. [s] οἷς φιλίαν „ συνθεμένους ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον στρατεῦσαι. τὸν δὲ Ἀμέ„ νωφιν οὐχ ὑπομείναντα τὴν ἔφοδον αὐτῶν, εἰς Αἰθιο„ πίαν φυγεῖν καταλιπόντα τὴν γυναῖκα ἔγκυον· ἣν „ [t] κρυπτομένην ἔν τισι σπηλαίοις τεκεῖν παῖδα, ὄνομα „ [v] Μεσσήνην, ὃν ἀνδρωθέντα ἐκδιῶξαι τοὺς Ἰουδαίους εἰς „ τὴν Συρίαν, ὄντας περὶ εἴκοσι μυριάδας, καὶ τὸν πατέ„ ρα Ἀμένωφιν ἐκ τῆς Αἰθιοπίας [x] καταδέξασθαι.

λγʹ. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Χαιρήμων. οἶμαι δ᾽ αὐτόθεν φανερὰν εἶναι ἐκ τῶν εἰρημένων [y] τὴν ἀμφοῖν ψευδολογίαν. ἀληθείας μὲν γάρ τινος ὑποκειμένης, ἀδύνατον ἦν διαφωνεῖν ἐπὶ τοσοῦτον. οἱ δὲ τὰ ψευδῆ συντιθέντες, οὐχ ἑτέροις σύμφωνα γράφουσιν, ἀλλ᾽ αὐτοῖς τὰ δόξαντα πλάττουσιν. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐπιθυμίαν τοῦ βασιλέως ἵνα τοὺς Θεοὺς ἴδῃ, φησὶν ἀρχὴν γενέσθαι τῆς τῶν μιαρῶν ἐκβολῆς· ὁ δὲ Χαιρήμων ἴδιον ὡς τῆς Ἴσιδος ἐνύπνιον συντέθεικεν. κἀκεῖνος μὲν Ἀμένωφιν εἶναι λέγει, τὸν προειπόντα τῷ βασιλεῖ τὸν καθαρμόν· οὗτος δὲ Φριτιφάντην. ὁ δὲ δὴ τοῦ πλήθους ἀριθμὸς καὶ σφόδρα σύνεγγυς, ὀκτὼ μὲν μυριάδας ἐκείνου λέγοντος, [z] τούτου δὲ πέντε πρὸς ταῖς εἴκοσιν. ἔτι τοίνυν ὁ μὲν Μανεθὼς πρότερον εἰς τὰς λιθοτομίας τοὺς μιαροὺς ἐκβαλὼν, εἶτα αὐτοῖς τὴν Αὔαριν δοὺς ἐγκατοικεῖν, καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἄλλους Αἰγυπτίους [a] ἐκπολεμώσας, τότε φησὶν ἐπικαλέσασθαι τὴν παρὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν αὐτοὺς ἐπικουρίαν. ὁ δὲ Χαιρήμων ἀπαλλαττομένους ἐκ τῆς Αἰγύπτου, περὶ Πηλούσιον εὑρεῖν ὀκτὼ καὶ τριάκοντα μυριάδας ἀνθρώπων, καταλελειμμένας ὑπὸ τοῦ Ἀμενώφιος, καὶ μετ᾽ ἐκείνων πάλιν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐμβαλεῖν, φυγεῖν δὲ τὸν Ἀμένωφιν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν. τὸ δὲ δὴ γενναιότατον οὐδὲ τίνες ἢ πόθεν ἦσαν αἱ τοσαῦται τοῦ στρατοῦ μυριάδες εἴρηκεν, εἴτε Αἰγύπτιοι τὸ γένος, εἴτ᾽ ἔξωθεν ἥκοντες. ἀλλ᾽ οὐδὲ τὴν αἰτίαν διεσάφησε, δι᾽ ἣν αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀγαγεῖν [b] οὐκ ἠθέληκεν, ὁ περὶ τῶν λεπρῶν τὸ τῆς Ἴσιδος ἐνύπνιον συμπλά-

cum opprobrio & damno leges tulisse? Quin & nomen quidem ei valde incredibiliter mutatum. „ Osarsiph enim (inquit) vocabatur.” Et hoc quidem mutationi parum congruum. Verum autem nomen significat ex aqua servatum Moysen: nam aquam Moy vocant Ægyptii. Satis igitur declaratum esse existimo, quod Manetho, quatenus veterum scripta sequitur, non multum à veritate aberraverit: ubi vero ad fabulas ab incerto auctore se vertit, aut parum verisimiliter eas confinxit, aut iis qui ex odio in gentem eas narraverant fidem habuit.

Charemonis locus ex Ægyptiaca historia.

32. Post hunc volo in Chæremonem inquirere. Hic enim Ægyptiacam se scribere historiam professus, addensque idem nomen regis quod Manethon, Amenophin, & filium ejus Ramessen, ait, „ Isidem in somnis Amenophi apparuisse, „ de eo querentem, quod templum illius per bel„ lum dirutum esset. Phritiphantem vero sacrum „ scribam dixisse, si de pollutis hominibus Ægy„ ptum purgare vellet, fore ut liberetur à noctur„ nis terroribus. Atque ita morbidorum millia „ CCL. collegisse & è finibus ejecisse. Duces „ vero eorum fuisse scribas Moysen & Josephum, „ atque hunc sacrorum scribam *fuisse*: Ægyptia „ vero eis nomina esse, Moysi quidem Tisithen, „ Josepho vero Peteseph. Hos Pelusium venisse, „ ibique offendisse CCCLXXX. millia ab Ameno„ phi relicta, quæ is in Ægyptum transferre no„ luerat. Cum his icto fœdere contra Ægyptum „ expeditionem factam. Amenophin autem, im„ petum illorum non sustinentem, in Ægyptum „ fugisse, relicta uxore gravida: quam, in spe„ luncas quasdam abditam, puerum enixam „ esse, nomine Messenen, eumque adultum ex„ pulisse Judæos in Syriam, numero circiter du„ centa millia; & patrem Amenophin ex Æthio„ pia recepisse.

Pugna inter Manethonem & Chæremonem de fuga Judæorum ex Ægypto.

33. Et hæc quidem Chæremon. Reor autem ex his ipsis quæ dicta sunt amborum manifestam fore mentiendi voluntatem. Si quid enim veritatis subesset, fieri non potuit ut in tantum discreparent. at qui mendacia componunt, non quæ cum aliis consentiunt ista scribunt, sed quod ipsis visum est confingunt. Et ille quidem regiam cupiditatem videndi Deos ait causam exstitisse ejiciendi impuros: Chæremon autem suum de Iside somnium finxit. Et ille quidem Amenophin esse dicit, qui regem præmonuit de lustratione facienda: hic vero Phritiphantem. in multitudinis autem numero sane non multum discordant, illo octoginta millia referente, hoc ducenta quinquaginta. Præterea Manetho quidem primum in lapicidinas ejici pollutos, deinde ad Avarim habitandam traduci: ac reliqua Ægypto bello vexata, tum demum ab illis accita esse dicit Hierosolymitanorum auxilia. Chæremon autem Ægypto discedentes circa Pelusium invenisse trecenta & octoginta millia hominum ab Amenophi relicta, & cum illis rursus Ægyptum invasisse, Amenophin vero in Æthiopiam se recepisse. Quod vero est omnium lepidissimum, ne illud quidem, quinam & unde erant tot militum myriades dixit, neque Ægyptiine fuerint genere, an aliunde advenientes. Sed neque causam indicavit, cur eos rex in Ægyptum ducere noluerit, qui de leprosis & Iside somnium confinxit.

m Εαυτοῦ,] ἑαυτῶν *Hafn.*
n Οτι] δ᾽ ὅτι *Hafn.*
o Αναγραφαῖς,] Ἱστορίαις in *Cod. Eliensi.*
p Επι] ἐπεὶ *Hafn.*
q Φριτιφάντην] Φριτοβάτην vel Φριτοβάντην in aliquot *MSS.* & hic & inf.
r Πτοίας αὐτόν.] Πτόας in *Cod. Hafn.* & *Eliensi.*
s Οἷς] εἰς *Hafn.*
t Κρυπτομένην] κρυβομένην *Hafn.*
v Μεσσήνην,] Ῥαμέσσην in *Cod. Eliens.*
x Καταδέξασθαι.] In Marg. *Hafn.* adscrib. leg. esse ἀναδέξασθαι.
y Τὴν ἀμφοῖν] τοῖν ἀμφοῖν *Hafn.*
z Τούτου δὲ] Τοῦ δὲ in *MS.*
a Εκπολεμώσας,] Εκπολεμῆσαι in *MS.*
b Οὐκ ἠθέληκεν,] Οὐκ ἠθέλησεν in *MS.*

finxit. Moysi vero & Josephum, quasi eodem tempore simul expulsum, Chæremon adjunxit, & quidem quatuor ætatibus ante Moysen defunctum, quorum sunt anni centum fere & septuaginta. Quin & Ramesses Amenophios filius, secundum Manethonem quidem, adolescens bellum administrat cum patre, & cum eodem exsulat, fuga elapsus in Æthiopiam. Hic autem finxit eum post patris obitum in spelunca quadam natum, & postea in prælio victoriam reportantem, & Judæos in Syriam abigentem, numero circiter CC. millia. O facilitatem *hominis!* neque enim prius, quinam erant illa CCCLXXX. millia, dixit, neque quomodo CLXXX. millia perierint; in aciéne ceciderint, an ad Ramessen transfugerint. quod vero maxime mirandum, ne cognoscere quidem ex eo licet, quosnam vocet Judæos, vel utris eorum det hanc appellationem; illisne CCL. millibus leprosorum, an his CCCLXXX. millibus, quæ circa Pelusium erant. Sed stultum fortasse esset eos pluribus redarguere, qui à semetipsis redarguti sunt. Si ab aliis, hoc utique ferendum esset.

σας. τῷ δὲ Μωϋσεῖ καὶ τὸν Ἰώσηπον ὁ Χαιρήμων, ὡς ἐν ταὐτῷ χρόνῳ συνεξεληλασμένον, προστέθεικεν, τὸν πρὸ Μωϋσέως πρεσβύτερον τέσσαρσι γενεαῖς τετελευτηκότα, ὧν ἐστὶν ἔτη σχεδὸν ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατόν. ἀλλὰ μὴν ὁ Ραμέσσης ὁ τοῦ Ἀμενώφιος υἱὸς, κατὰ μὲν τὸν Μανεθῶνα, νεανίας συμπολεμεῖ τῷ πατρὶ, καὶ συνεκπίπτει, φυγὼν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν. οὗτος δὲ πεποίηκεν αὐτὸν μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν, ἐν σπηλαίῳ τινὶ γεγενημένον, καὶ μετὰ ταῦτα νικῶντα μάχῃ, καὶ τοὺς Ἰουδαίους εἰς Συρίαν ἐξελαύνοντα, τὸν ἀριθμὸν ὄντας περὶ μυριάδας εἴκοσιν. ὢ τῆς εὐχερείας. οὔτε γὰρ πρότερον οἵτινες ἦσαν αἱ τριάκοντα καὶ ὀκτὼ μυριάδες εἶπεν· οὔτε πῶς αἱ [c] τεσσαράκοντα καὶ τρεῖς διεφθάρησαν. πότερον ἐν τῇ μάχῃ [d] κατέπεσον, ἢ πρὸς τὸν Ραμέσσην [e] μετεβάλλοντο. τὸ δὲ δὴ θαυμασιώτατον, οὐδὲ τίνας καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους δυνατόν ἐστι παρ' αὐτοῦ μαθεῖν, ἢ ποτέροις αὐτῶν τίθεται ταύτην τὴν προσηγορίαν· ταῖς εἰκοσιπέντε μυριάσι τῶν λεπρῶν, ἢ ταῖς ὀκτὼ καὶ τριάκοντα ταῖς περὶ τὸ Πηλούσιον. ἀλλὰ γὰρ εὐηθὲς ἴσως ἂν εἴη διὰ πλειόνων ἐλέγχειν τοὺς ὑφ' ἑαυτῶν ἐληλεγμένους. τὸ γὰρ ὑπ' ἄλλων ἦν μετριώτερον.

Lysimachus dissentit ab utroque.

34. His autem addam Lysimachum, idem quidem habentem cum prædictis mendacii argumentum, illorum vero incredibilitatem figmentorum enormitate superantem. unde constat eum ex magno *in nos* odio *sua* confinxisse. dicit enim, „ sub Bocchori rege Ægyptiorum, populum Judæorum, quod essent lepra, scabie, & aliis quibusdam morbis infecti, ad templa confugisse, & victum mendicasse. multis autem hominibus morbo correptis, sterilitatem in Ægypto accidisse. Bocchorim vero, Ægyptiorum regem, ad Ammonem scitatum oracula de sterilitate misisse: responsumque à Deo, repurganda esse templa ab hominibus impuris & impiis, ejiciendo eos è templis in loca deserta, cæterum scabiosos ac leprosos mergendos, tanquam sole ut isti viverent ægre ferente; & templa expianda, atque ita fore ut terra fructum ferat. Bocchorim autem accepto oraculo, accersitisque sacerdotibus & sacrificiis, jussisse, ut impuri collecti militibus traderentur, deportandi in desertum; utque leprosi plumbeis laminis involuti in pelagus dejicerentur. Submersis autem leprosis ac impetiginosis, reliquos congregatos in loca deserta expositos esse ut perirent. Eos autem habito concilio de seipsis consultasse: & nocte superveniente, accensis ignibus ac lucernis custodias agitasse; sequentique nocte jejunasse ut Deos saluti suæ propitios haberent. Insequenti vero luce, à Moyse quodam ipsis consilium datum, ut irent intrepidi una via, usque dum ad loca culta perveniretur: tum præcepisse, ne cui hominum in posterum benevoli essent, neque optima suggererent sed deteriora; utque Deorum templa & altaria, prout in ea inciderent, everterent. Cum autem alii ista comprobassent, & facere decrevissent, iter factum esse per desertum, & post multa incommoda tandem ad loca culta perventum: dein & hominibus injuriose tractatis, & fanis compilatis ac incensis,

λδʹ. Ἐπεισάξω δὲ τούτοις Λυσίμαχον, εἰληφότα μὲν τὴν αὐτὴν τοῖς προειρημένοις ὑπόθεσιν [f] τοῦ ψεύσματος, ὑπερπεπαικότα δὲ τὴν ἐκείνων ἀπιθανότητα τοῖς πλάσμασι. [g] δι' ὃ καὶ δῆλός ἐστι συντεθεικὼς κατὰ πολλὴν ἀπέχθειαν. λέγει γάρ. „ ἐπὶ Βοκχόρεως τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως, τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων λεπροὺς ὄντας καὶ ψωροὺς, καὶ ἄλλα νοσήματά τινα ἔχοντας, εἰς τὰ ἱερὰ καταφεύγοντας μεταιτεῖν τροφήν. παμπόλλων δὲ ἀνθρώπων νοσηλείᾳ περιπεσόντων, ἀκαρπίαν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ γενέσθαι. Βόκχοριν δὲ, τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα, [h] εἰς Ἄμμωνα πέμψαι περὶ τῆς ἀκαρπίας τοὺς μαντευσομένους· τὸν θεὸν δὲ [i] εἰπεῖν, τὰ ἱερὰ καθᾶραι ἀπ' ἀνθρώπων ἀνάγνων καὶ δυσσεβῶν, [k] ἐκβαλόντα αὐτοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν εἰς τόπους ἐρήμους, τοὺς δὲ ψωροὺς καὶ λεπροὺς βυθίσαι, ὡς τοῦ ἡλίου ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τῇ τούτων ζωῇ, καὶ τὰ ἱερὰ ἁγνίσαι, καὶ οὕτω τὴν γῆν καρποφορήσειν. τὸν δὲ Βόκχοριν τοὺς χρησμοὺς λαβόντα, τούς τε ἱερεῖς καὶ [l] ἐπιβωμίτας προσκαλεσάμενον, κελεῦσαι ἐπιλογὴν ποιησαμένους τῶν ἀκαθάρτων, τοῖς στρατιώταις τούτους παραδοῦναι κατάξειν αὐτοὺς εἰς τὴν ἔρημον· τοὺς δὲ λεπροὺς εἰς μολυβδίνους χάρτας ἐνδήσαντας, ἵνα καθῶσιν εἰς τὸ πέλαγος. βυθισθέντων δὲ τῶν λεπρῶν καὶ ψωρῶν, τοὺς ἄλλους συναθροισθέντας εἰς τόπους ἐρήμους ἐκτεθῆναι ἐπ' ἀπωλείᾳ· συναχθέντας δὲ βουλεύσασθαι περὶ αὐτῶν, νυκτὸς δ' ἐπιγενομένης, πῦρ καὶ λύχνους καύσαντας φυλάττειν ἑαυτοὺς, τήν τ' ἐπιοῦσαν νύκτα νηστεύσαντας ἱλάσκεσθαι τοὺς θεοὺς, περὶ τοῦ σῶσαι αὐτούς. τῇ δ' ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ Μωϋσῆν τινα συμβουλεῦσαι αὐτοῖς, παραβαλλομένους μίαν ὁδὸν τέμνειν, [m] ἄχρις ἂν ἔλθωσιν εἰς τόπους οἰκουμένους, παρακελεύσασθαί τε αὐτοῖς, μήτε ἀνθρώπων τινὶ εὐνοήσειν, μήτε ἄριστα συμβουλεύσειν, ἀλλὰ τὰ χείρονα· θεῶν τε ναοὺς καὶ βωμοὺς, οἷς ἂν περιτύχωσιν, ἀνατρέπειν. συναινεσάντων δὲ τῶν ἄλλων, τὰ δοχθέντα ποιοῦντας διὰ τῆς ἐρήμου πορεύεσθαι, ἱκανῶς δὲ ὀχληθέντας ἐλθεῖν εἰς τὴν οἰκουμένην χώραν, καὶ τούς τε ἀνθρώπους ὑβρίζοντας, καὶ τὰ ἱερὰ συλῶντας καὶ ἐμπρήσαντας,

„ ἐλθεῖν

c Τεσσαράκοντα καὶ τρεῖς διεφθάρησαν] Εἴκοσι καὶ τρεῖς in *MSS. Big.* & *Haf.* In *Vet. Interpr.* habemus, *neque quomodo* CLXXX. *millia perierint.*

d Κατέπεσον,] καλέπεσαν *Hafn.*

e Μετεβάλλοντο.] Μετεβαλόντο in *MSS.*

f Τοῦ ψεύσματος,] Post hæc iterum *Hafn.* ψεύσματος περὶ τῶν λεπρῶν καὶ λελωβημένων. quod apparet Glossatoris esse.

g Δι' ὃ καὶ δῆλός ἐστι συντεθεικὼς] καὶ δῆλος σύνθετ. reliquis avulsis *Hafn.*

h Εἰς Ἄμμωνα] Εἰς Ἄμμωνος in *MSS.* & hîc loci & infra, §. seq. 35. initiò.

i Εἰπεῖν,] Ἐρεῖν in *MSS.*

k Ἐκβαλόντα αὐτοὺς] *Al.* ἐκβάλλοντα.

l Ἐπιβωμίτας] πῦρ ἐπιβώμιον *Euripid. Electr. v.* 715. & ἐπιβώμια ῥέζειν *Theocrit. Idyll.* VI. v. 26. SPANH. ἐπιβωνίτας *Hafn.*

m Ἄχρις ἂν ἔλθωσιν] Ἄρχι ἂν ὅτου ἔλθωσιν in *Cod. Big.* & *Hafn.*

n Ἱερο-

„ ἐλθεῖν εἰς τὴν νῦν Ἰουδαίαν προσαγορευομένην, κτίσαντας
„ δὲ πόλιν ἐνταῦθα κατοικεῖν. τὸ δὲ ἄστυ τοῦτο [n] Ἱερόσυ-
„ λα ἀπὸ τῆς ἐκείνων διαθέσεως [o] ὠνομάσθαι. ὕστερον δ'
„ αὐτοὺς ἐπικρατήσαντας, χρόνῳ διαλλάξαι τὴν ὀνομα-
„ σίαν [p] πρὸς τὸ μὴ ὀνειδίζεσθαι, καὶ τήν τε πόλιν Ἱερο-
„ σόλυμα, καὶ αὐτοὺς Ἱεροσολύμους προσαγορεύεσθαι.

λε΄. Οὗτος δὲ [q] οὐ τὸν αὐτὸν ἐκείνοις εὗρεν εἰπεῖν βασιλέα, καινότερον δ' ὄνομα συντέθεικεν, καὶ παρεὶς ἐνύπνιον καὶ προφήτην Αἰγύπτιον, εἰς [r] Ἄμμωνα ἀπελήλυθε περὶ τῶν ψωρῶν καὶ λεπρῶν χρησμὸν οἴσων. φησὶ γὰρ εἰς τὰ ἱερὰ συλλέγεσθαι πλῆθος Ἰουδαίων. [s] ἆρά γε [t] τούτοις τοῖς λεπροῖς ὄνομα θέμενος, [v] ἢ μόνων τῶν Ἰουδαίων τοῖς νοσήμασι περιπεσόντων; λέγει γὰρ ὁ λαὸς τῶν Ἰουδαίων. ὁποῖος; ἔπηλυς, ἢ τὸ γένος ἐγχώριος; διατί τοίνυν Αἰγυπτίους αὐτοὺς ὄντας Ἰουδαίους καλεῖς; εἰ δὲ ξένοι, διατί πόθεν οὐ λέγεις; πῶς δὲ, τοῦ βασιλέως πολλοὺς μὲν αὐτῶν βυθίσαντος εἰς τὴν θάλασσαν, τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς ἐρήμους τόπους ἐκβαλόντος, τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ὑπελείφθησαν; ἢ τίνα τρόπον διεξῆλθον μὲν τὴν ἔρημον, ἐκράτησαν δὲ τῆς χώρας ἧς νῦν κατοικοῦμεν, ἔκτισαν δὲ καὶ πόλιν, καὶ νεὼν ᾠκοδομήσαντο πᾶσι περιβόητον; ἐχρῆν δὲ καὶ περὶ τοῦ νομοθέτου μὴ μόνον εἰπεῖν τοὔνομα, δηλῶσαι δὲ καὶ τὸ γένος ὅς τις ἦν καὶ τίνων. διατί δὲ τοιούτους ἂν αὐτοῖς ἐπεχείρησε τιθέναι νόμους περὶ θεῶν, καὶ τῆς πρὸς ἀνθρώπους ἀδικίας κατὰ τὴν πορείαν. εἴτε γὰρ Αἰγύπτιοι τὸ γένος ἦσαν, οὐκ ἂν ἐκ τῶν πατρίων ἐθῶν οὕτω ῥᾳδίως μετεβάλλοντο. εἴτ' ἀλλαχόθεν ἦσαν, πάντως τινὲς ὑπῆρχον αὐτοῖς νόμοι, διὰ μακρῆς συνηθείας πεφυλαγμένοι. εἰ μὲν οὖν περὶ τῶν ἐξελασάντων αὐτοὺς ὤμοσαν μηδέ ποτε εὐνοήσειν, λόγον εἶχεν εἰκότα, πᾶσι δὲ πόλεμον ἀνθρώποις ἀκήρυκτον ἄρασθαι τούτους, εἴπερ ἔπραττον ὡς αὐτὸς λέγει κακῶς, παρὰ πάντων βοηθείας δεομένους, ἄνοιαν οὐκ ἐκείνων, ἀλλὰ τοῦ ψευδομένου πάνυ πολλὴν παρίστησιν. ὅς γε καὶ τοὔνομα θέσθαι τῇ πόλει ἀπὸ τῆς [x] ἱεροσολίας αὐτοὺς ἐτόλμησεν εἰπεῖν, τοῦτο δὲ μετὰ ταῦτα παρατρέψαι. δῆλον γὰρ ὅτι τοῖς μὲν ὕστερον γενομένοις αἰσχύνην τοὔνομα καὶ μῖσος ἔφερεν· αὐτοὶ δ' οἱ κτίζοντες τὴν πόλιν, κοσμήσειν αὐτοὺς ὑπελάμβανον οὕτως ὀνομάσαντες. ὁ δὲ γενναῖος ὑπὸ πολλῆς τοῦ λοιδορεῖν ἀκρασίας οὐ συνῆκεν, ὅτι ἱεροσυλεῖν οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν φωνὴν Ἰουδαῖοι τοῖς Ἕλλησιν ὀνομάζομεν. τί οὖν [y] ἔτι πλείω τις λέγοι πρὸς τὸν ψευδόμενον οὕτως ἀναισχύντως; ἀλλ' ἐπειδὴ σύμμετρον ἤδη τὸ βιβλίον εἴληφε μέγεθος, ἑτέραν ποιησάμενος ἀρχὴν, τὰ λοιπὰ τῶν εἰς τὸ προκείμενον πειράσομαι προσαποδοῦναι.

„ venisse in locum qui nunc Judæa dicitur,
„ conditaque civitate illic habitare. istam autem
„ urbem ἱερόσυλα ab ipsorum * dispositione no-
„ minatam esse: postea autem auctos viribus
„ nomen mutasse ut probro non afficerentur, &
„ urbem Hierosolyma, & seipsos Hierosolymos
„ vocasse.

Facetus error de Hierosolymis.

35. Hic non eundem cum illis invenit regem quem memoraret, sed recentius nomen confinxit; & omisso somnio & vate Ægyptio ad Ammonem abiit de impetiginosis ac leprosis responsum relaturus. Dicit enim ad templa collectam multitudinem Judæorum. incertum leprosisne nomen imponens, an quod solos Judæos morbus occuparit? ait enim, populus Judæorum. qualis? advena an indigena? Cur igitur eos, cum sint Ægyptii, Judæos vocas? Quod si hospites sint, cur undenam sunt non dicis? Quomodo autem, cum rex tam multos ex his in mare demersisset, & reliquos in loca deserta ejecisset, tanta multitudo superfuit? aut quo pacto desertum pertransierunt, & regionem occuparunt quam nunc tenemus, & urbem insuper condiderunt, & templum exstruxerant apud omnes celebre? Oportebat autem non solum legislatorem nominasse, sed & genus ejus indicasse, quisnam erat, & ex quibus ortus; & quamobrem eis inter eundum tales voluerit ferre leges de Diis, deque iis quæ hominibus cederent in injuriam. Sive enim Ægyptii erant genere, non tam facile patrios mores abdicassent: sive aliunde erant, omnino aliquas habebant leges ad quas longa consuetudine instituti erant. At enim si quidem jurassent, nunquam se illis qui eos expulerant fore benevolos, non immerito factum fuisset; illos vero bellum acerrimum adversus omnes homines suscepisse, cum essent (ut ipse ait) miseri, & omnium opis egeni, magnam plane non illorum, sed qui ista finxerit, stultitiam ostendisset; qui scilicet affirmare ausus est, nomen impositum civitati à templorum spoliatione, & hoc postea fuisse mutatum. Manifestum enim posteris quidem tale nomen probrosum fuisse & odiosum; ipsi vero qui fundarunt urbem, sibi ornamento fore existimarunt ejusmodi nomen. Hic autem vir bonus præ immoderata convitiandi intemperantia non intellexit, quod sacrorum direptio non eadem voce Græcis & Judæis exprimitur. Quid ergo amplius quilibet diceret contra mendacium impudenter adeo confictum? Sed quoniam justam ad magnitudinem excrevit libellus, alio facto principio, reliqua, quæ ad id quod proposui spectant, faciam sedulo ut adjiciantur.

n Ἱερόσυλα] Ἱεροσόλυμα in *MSS.*
o Ὠνομάσθαι.] Ὠνόμασται in *MSS.*
p Πρὸς τὸ μὴ ὀνειδίζεσθαι,] Ita lego cum *Vet. Interpr.* antea erat πρὸς τὸ ὀνειδίζεσθαι.
q Οὐ τὸν] οὐ δὲ τὸν *Hafn.*
r Ἄμμωνα] Ἄμμωνος *Hafn.*
s Ἆρα γε] Absunt ab *Hafn.*

t Τούτοις τοῖς λεπροῖς ὄνομα θέμενος,] Illud τούτοις ex *MSS.*
v Ἢ μόνων τῶν Ἰουδαίων] Μόνον in *MSS.*
x Ἱεροσολίας] Vide *Nicephorum Callistum* in *Eccl. Hist.* l. IV. c. 33. sub finem.
y Ἔτι] Ἐπὶ *Hafn.*

* *Viz.* quod ἱερὰ σεσυλήκασι.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ,

ΠΕΡΙ

ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ,

[a] ΚΑΤΑ ΑΠΙΩΝΟΣ

[b] ΛΟΓΟΣ Β'.

FLAVII JOSEPHI,

DE

ANTIQUITATE JUDÆORUM,

CONTRA APIONEM

LIBER II.

SUPERIORI quidem libro, mi chariſſime Epaphrodite, & gentis noſtræ antiquitatem demonſtravi, veritatem ex Phœnicum & Chaldæorum & Ægyptiorum ſcriptis confirmando, multis etiam Græcorum hiſtoricis in teſtes adductis, & calumnias Manethonis & Chæremonis & aliorum quorundam refutavi. Nunc vero ad reliquos, qui aliquid contra nos ſcripſerunt, refellendos arguendoſque aggrediar: quanquam ſubit mihi dubitare, an Apioni Grammatico refutando operam impenderem. Nam eorum quæ ab ipſo ſcripta ſunt, nonnulla quidem ſimilia ſunt dictis aliorum, quæ vero de ſuo adjecit valde frigida ſunt; & in plerisque ſcurrilitatem prodit, ſeque (ſi vere *& libere loquendum*) plane indoctum eſſe oſtendit; ac ſi compoſita eſſent ab homine pravis moribus, quique omni vita ſua ſe pro circulatore geſſit. Quoniam vero multi hominum præ ſtultitia iſtiuſmodi potius orationibus capiuntur, quam iis quæ cura quadam *& diligentia* literis ſunt mandatæ, & contumeliis quidem gaudent, aliorum vero laudes moleſte ferunt, neceſſarium eſſe duxi ne hunc quidem ſine examine præterire, qui nos palam tanquam in judicio accuſavit. Etenim illud quoque hominum pleriſque inſitum video, ut valde delectentur, cum is, qui alteri orſus eſt maledicere, ſua ob vitia redarguitur. Ejus quidem certe orationem nec legere facile eſt, neque plane intelligere quid dicere velit:

Apion qualis homo.

ΔΙΑ μὲν οὖν τοῦ προτέρου βιβλίου, τιμιώτατέ μοι Ἐπαφρόδιτε, περί τε τῆς ἀρχαιότητος ἡμῶν ἐπέδειξα τοῖς Φοινίκων καὶ Χαλδαίων καὶ Αἰγυπτίων γράμμασι πιστωσάμενος τὴν ἀλήθειαν, καὶ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς παρασχόμενος μάρτυρας· τήν τε ἀντίρρησιν ἐποιησάμην πρὸς Μανεθῶνα καὶ Χαιρήμονα καί τινας ἑτέρους. ἄρξομαι δὲ νῦν τοὺς ὑπολειπομένους τῶν γεγραφότων τὶ καθ' ἡμῶν ἐλέγχειν· [c] καίτοι περὶ τῆς πρὸς Ἀπίωνα τὸν γραμματικὸν [d] ἀντιρρήσεως ἐπῆλθέ μοι διαπορεῖν, εἰ χρὴ σπουδάσαι. τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων τοῖς ὑπ' ἄλλων εἰρημένοις ὅμοια, τὰ δὲ λίαν ψυχρῶς προστέθεικεν, τὰ πλεῖστα δὲ βωμολοχίαν ἔχει, καὶ πολλὴν, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἀπαιδευσίαν· ὡς ἂν ὑπ' ἀνθρώπου συγκείμενα καὶ φαύλου τὸν τρόπον, καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον [e] ὀχλαγωγοῦ γεγονότος. ἐπεὶ δ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων [f] διὰ τὴν ἄνοιαν ὑπὸ τῶν τοιούτων ἁλίσκονται λόγων μᾶλλον, ἢ τῶν μετά τινος σπουδῆς γεγραμμένων, καὶ χαίρουσι μὲν ταῖς λοιδορίαις, ἄχθονται δὲ τοῖς ἐπαίνοις, ἀναγκαῖον ἡγησάμην εἶναι, μηδὲ τοῦτον ἀνεξέταστον καταλιπεῖν, κατηγορίαν ἡμῶν ἄντικρυς ὡς ἐν δίκῃ γεγραφότα. καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνο τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις ὁρῶ παρακολουθοῦν, τὸ λίαν ἐφήδεσθαι, ὅταν τις ἀρξάμενος βλασφημεῖν ἕτερον, αὐτὸς ἐλέγχηται περὶ τῶν αὐτῷ προσόντων κακῶν. ἔστι μὲν οὖν οὐ ῥᾴδιον αὐτοῦ διελθεῖν τὸν λόγον, οὐδὲ σαφῶς γνῶναι τί λέγειν βούλεται.

σχεδὸν

a ΚΑΤΑ ΑΠΙΩΝΟΣ] Hoc in libro *Apioni* præcipue reſpondet *Joſephus*, nam prior liber aliis Judaïcæ gentis obtrectatoribus ab eo eſt oppoſitus. *Uſſerius.*

b ΛΟΓΟΣ Β'.] Ἀντιρρητικὸς λόγος δεύτερος in aliquot *MSS.* ut & *Hafn.*

c Καίτοι] Καὶ τοῖς περὶ τ. . . . . ἀντιρρήσεως τετολμημένης in *MSS.*

d Ἀντιρρήσεως] additur τετολμημένης in *Hafn.*

e Ὀχλαγωγοῦ] Cont. infr. §. 12. Spanh.

f Διὰ τὴν ἄνοιαν] Διὰ τὴν αὐτῶν (αὐτὴν *Hafn.*) ἄνοιαν *MSS.*

g Πᾶ

σχεδὸν δ᾽ ὡς ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ ψευσμάτων συγχύσει, τὰ μὲν εἰς τὴν ὁμοίαν ἰδέαν πίπτει τοῖς προεξητασμένοις, περὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου τῶν ἡμετέρων προγόνων μεταναστάσεως· τὰ δ᾽ ἐστὶ κατηγορία τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων Ἰουδαίων. τρίτον δ᾽ ἐπὶ τούτοις μέμικται, περὶ τῆς ἁγιστείας τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων νομίμων κατηγορίας.

β᾽. Ὅτι μὲν οὖν οὔτε Αἰγύπτιοι τὸ γένος ἦσαν ἡμῶν οἱ πατέρες, οὔτε διὰ λύμην σωμάτων, ἢ τοιαύτας ἄλλας συμφοράς τινας ἐκεῖθεν ἐξηλάθησαν, οὐ μόνον μετρίως, ἀλλὰ καὶ πέρα τοῦ συμμέτρου προαποδεδεῖχθαι νομίζω. περὶ ὧν δὲ προστίθησιν ὁ Ἀπίων ἐπιμνησθήσομαι συντόμως. φησὶ γὰρ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν τάδε. „ Μωϋσῆς, ὡς ἤκουσα παρὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν Αἰγυπτίων, ἦν Ἡλιουπολίτης· ὃς, πατρίοις ἔθεσι κατηγγυημένος, αἰθρίους προσευχὰς ἀνῆγεν εἰς οἵους εἶχεν ἡ πόλις περιβόλους. πρὸς ἀφηλιώτην δὲ [g] πᾶσαν ἀπέστρεφεν. ὧδε γὰρ καὶ Ἡλίου κεῖται πόλις. ἀντὶ δὲ ὀβελῶν ἔστησε κίονας, ὑφ᾽ οἷς ἦν ἐκτύπωμα [h] σκάφης, σκιὰ δ᾽ ἀπ᾽ ἄκρων ἐπ᾽ αὐτὴν διακειμένη, ὡς ὃν ἐν αἰθέρι, τοῦτον ἀεὶ τὸν δρόμον Ἡλίῳ συμπεριπολεῖ." τοιαύτη μέν τις ἡ θαυμαστὴ τοῦ γραμματικοῦ φράσις. τὸ δὲ ψεῦσμα λόγων οὐ δεόμενον, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἔργων περιφανές. οὔτε γὰρ αὐτὸς Μωϋσῆς ὅτε τὴν πρώτην σκηνὴν τῷ Θεῷ κατεσκεύασεν, οὐθὲν ἐκτύπωμα τοιοῦτον [i] εἰς αὐτὴν ἐνέθηκεν, οὔτε ποιεῖν τοῖς ἔπειτα προσέταξεν· ὅ, τε μετὰ ταῦτα κατασκευάσας τὸν ναὸν τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις Σολομὼν πάσης ἀπέσχετο τοιαύτης περιεργίας, οἵαν συμπέπλεκεν Ἀπίων. „ ἀκοῦσαι δέ, φησί, „ τῶν πρεσβυτέρων, ὅτι Μωϋσῆς ὁ Ἡλιουπολίτης, [k] δηλονότι νεώτερος μὲν ὢν αὐτός, ἐκείνοις δὲ πιστεύσας, τοῖς διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπισταμένοις αὐτὸν καὶ συγγενομένοις." καὶ περὶ μὲν Ὁμήρου τοῦ ποιητοῦ, γραμματικὸς ὢν αὐτός, οὐκ ἂν ἔχοι τίς αὐτοῦ πατρίς ἐστι διαβεβαιωσάμενος εἰπεῖν, οὐδὲ περὶ Πυθαγόρου μόνον οὐκ ἐχθὲς καὶ πρώην γεγονότος· περὶ δὲ Μωϋσέως τοσούτῳ πλήθει προάγοντος ἐκείνους ἐτῶν, οὕτως ἀποφαίνεται ῥᾳδίως πιστεύων ἀκοῇ πρεσβυτέρων, ὡς δῆλός ἐστι καταψευσάμενος. τὰ δὲ δὴ [l] τῶν χρόνων, ἐν οἷς φησι τὸν Μωϋσῆν ἐξαγαγεῖν τοὺς λεπρῶντας καὶ τυφλοὺς καὶ τὰς βάσεις πεπηρωμένους, σφόδρα δὴ τοῖς [m] πρὸ αὐτοῦ συμπεφώνηκεν ὡς οἶμαι ὁ γραμματικὸς ὁ [n] ἀκριβέστατος. [o] Μανεθὼς μὲν γὰρ κατὰ τὴν Τεθμώσιος βασιλείαν ἀπαλλαγῆναί φησιν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἰουδαίους, πρὸ ἐτῶν τριακοσίων ἐνενηκοντατριῶν τῆς εἰς Ἄργος Δαναοῦ φυγῆς· Λυσίμαχος δὲ κατὰ Βόκχωριν τὸν βασιλέα, τουτέστι πρὸ ἐτῶν χιλίων ἑπτακοσίων. Μόλων δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς ὡς αὐτοῖς ἔδοξεν. ὁ δέ γε πάντων πιστότατος Ἀπίων ὡρίσατο τὴν ἔξοδον ἀκριβῶς, [p] κατὰ τὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα, καὶ ταύτης ἔτος εἶναι πρῶτον, ἐν ᾧ φησι Καρχηδόνα Φοίνικες ἔκτισαν. τοῦτο δὲ πάντως προσέθηκε τὸ Καρχηδόνα, τεκμήριον οἰόμενος αὐτῷ γενέσθαι τῆς ἀληθείας ἐναργέστατον· οὐ συνῆκε δὲ καθ᾽ ἑαυτοῦ τὸν ἔλεγχον ἐπισπώμενος. εἰ γὰρ περὶ τῆς [q] ἀποικίας πιστεύειν δεῖ ταῖς Φοινίκων ἀναγραφαῖς, ἐν ἐκείναις Εἴρωμος ὁ βασιλεὺς γέγραπται πρεσβύτερος τῆς Καρχηδόνος κτίσεως, [r] ἔτεσι πλείοσι πρὸς τοῖς πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, [s] περὶ οὗ τὰς πίστεις

fere autem quasi valde perturbatus & ex mendaciis confusus, passim quidem in similia incidit iis, quæ supra ad examen vocavimus de majorum nostrorum ex Ægypto migratione; partim vero accusationem instituit Judæorum Alexandriam habitantium. tertium autem istis admiscetur de sacris templi nostri ceremoniis, & aliis ritibus quos criminatur.

Summa libri Apionis contra Judæos.

2. Sane quod nec genere Ægyptii fuerint patres nostri, neque ob labem corporis aut alias quasdam ejusmodi calamitates inde pulsi fuerint, non mediocriter solum, sed pene ultra modum, superius à me demonstratum existimo: quæ vero istis adjungit Apion breviter memorabo. Ista enim in tertio rerum Ægyptiacarum dicit: „ Moyses, ut accepi à grandioribus natu Ægyptiis, Heliopolitanus erat; qui, patriis institutis obligatus, subdiales precationes ad septa qualia urbs habebat, reduxit. Totam autem *civitatem* ad subsolanum *inter precandum* convertebat. ita enim Heliopolis sita est. Pro gnomonibus autem columnas statuit, quibus scaphæ forma subjecta erat; ab harum vero summitatibus umbra in eam incidebat; ita ut eundem cursum quem sol in æthere absolveret." Atque hujuscemodi est admiranda illa hujus Grammatici phrasis. Mendacium autem verbis argui non desiderat, sed ex operibus Moysis abunde constat. Neque enim cum primum tabernaculum Deo construeret Moyses, aut ipse ullam talem formam ei indidit, aut posteros facere præcepit: neque Solomon, qui postea templum construxit Hierosolymis, se *ea in re* ita curiosum exhibuit, qualiter confinxit Apion. „ Accepisse autem dicit à senioribus, „ Moysen fuisse Heliopolitanum:" scilicet ipse quidem junior, illis vero fidem habens, qui per ætatem illum noverant, & cum eo versati fuerant. Cum de Homero quidem poëta, ipse, licet Grammaticus, non posset quænam ejus sit patria certo affirmare; neque de Pythagora tantum non heri nudiusve tertius nato: de Moyse vero tam multis annis illos præcedente tam facile decernit, credens iis quæ à senioribus acceperat. unde manifeste illum mentiri apparet. Quod ad temporum vero rationem, quibus Moysen ait eduxisse leprosos & cæcos & claudos, belle antecessoribus suis (uti puto) concinit Grammaticus *ille* accuratissimus. Nam Manetho quidem Judæos dicit regnante Tethmosi ex Ægypto discessisse, annis CCCXCIII. antequam exsilium apud Argos egerit Danaus: Lysimachus vero tempore Bocchoris regis, hoc est ante annos MDCC. Molon autem & alii quidam, ut cuique visum est. At vero Apion cæteris fide dignior exacte illum exitum definivit VII. Olympiade, ejusque anno primo, in quo, ut ait, Pœni Carthaginem condiderunt. Carthaginis autem mentionem adjecit, ratus id veritatis argumentum fore evidentissimum: nec animadvertit à semetipso adductum quo coargueretur. Si enim de hac colonia, monumentis Phœnicum credendum est, in illis Hiromus rex traditur antiquior Carthaginis conditu annis plus quam CL. de quo supe-

Apionis confutatio.

[g] Πᾶσαν] πάσας *Hafn.*
[h] Σκάφης,] Ita lego cum *Huetio* in *Demonstr. Evang.* prop. IV. §. 14. antea erat σκάφη, σκιὰ δ᾽ ἀνδρὸς, & mox ὡς ὅτι ἐν αἰθ.
[i] Εἰς αὐτὴν ἐνέθηκεν,] Ita *MSS.* εἰς αὐτὸν in *Editis.*
[k] Δηλονότι] δῆλον ὅτι *Hafn.*
[l] Τῶν χρόνων,] τὸν χρόνον *Hafn.*
[m] Πρὸ αὐτοῦ] Sic *MSS.* παρ᾽ αὐτοῦ in *Editis.*
[n] Ἀκριβέστατος.] Ita in *MS. Eliensi.* ἀκριβὴς in *cæteris.*
[o] Μανεθὼς μὲν—βασιλείαν. &c.] Conf. supr. lib. I. §. 26. SPANH.
[p] Κατὰ τὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα,—τὸ Καρχηδόνα,] Conf. supr. lib. I. §. 18. SPANH.
[q] Ἀποικίας] ἀπιστείας *Hafn.*
[r] Ἔτεσι πλείοσι πρὸς τοῖς πεντήκοντα] Supra in libro superiori dicitur; ἔτεσι πέντε πρὸς τοῖς π.
[s] Περὶ οὗ τὰς πίστεις—ἀναγραφῶν,] Conf. supr. lib. I. §. 18. SPANH.

Pergit Apionem confutare. superius ex Phœnicum commentariis confirmatum dedi, quod Solomoni, cum templum Hierosolymitanum exstruxisset, amicus fuerit Hiromus, & multa ad templi fabricam contulerit. ipse vero Solomon templum ædificavit post Judæorum discessum ex Ægypto annis DCXII. Porro numerum pulsorum eundem quem Lysimachus commentus (ait enim eorum fuisse millia CX.) miram quandam & credibilem reddit causam, cur Sabbatum nominari dicit *diem septimam.* „Exacto enim „inquit) sex dierum itinere, inguinum ulceribus „affecti sunt, & hac de causa septima die quieverunt, incolumes constituti in regione, quæ nunc „Judæa vocatur: & appellaverunt eam diem Sabbatum, servata Ægyptiorum voce; nam inguinis „dolorem Ægyptii vocant Sabbatosin." Annon igitur vel deridenda hæc nugacitas, vel contra odio habenda talis in scribendo impudentia. Apparet enim quod omnes inguinibus laboraverint, hominum millia centum & decem. Atqui si erant cæci & claudi & omne genus morbis vexati, quales *eos* fuisse ait Apion, ne unius quidem diei iter progredi valuissent. Sin autem poterant per magnam solitudinem proficisci, prætereaque sibi obsistentes vincere ad unum omnes pugnando, nequaquam universi post sextam diem inguinum morbo correpti fuissent. Neque enim à natura tale quippiam venire iter agentibus necesse est. Sed plurimarum myriadum exercitus definita semper itinera peragunt. neque temere ita accidisse verisimile videtur. hoc enim omnium absurdissimum est. At vero mirificus *hic* Apion „sex quidem „diebus eos pervenisse in Judæam jam ante dixit: „rursus autem Moysen conscenso monte Ægyptum inter & Arabiam medio, qui Sinæus appellatur, quadraginta diebus delituisse dicit, „indeque descendentem Judæis leges dedisse." quanquam fieri non potest, eosdem & quadraginta dies in deserto ac inaquoso loco manere, & quod in medio spatium est id totum sex diebus pertransire. Grammatica autem translatio de appellatione Sabbati multam præ se fert impudentiam vel certe magnam imperitiam. *De vocibus Sabbatum & Sabbo.* nam Sabbo & Sabbatum plurimum inter se differunt. quippe Sabbatum ex Judæorum dialecto est cessatio ab omni opere: Sabbo vero, ut ille affirmat, apud Ægyptios inguinum dolorem significat.

3. Hujuscemodi quidem nonnulla de Moyse & Judæorum ex Ægypto discessu nuper excogitavit Ægyptius Apion, præter alios ista commentus. Et quid mirum, si de nostris mentitur patribus, dicens eos genere Ægyptios esse. Ipse enim è contra de seipso mentiebatur: & natus in Oasi Ægypti, & Ægyptiorum omnium (ut sic dixerim) primus, veram quidem patriam & genus suum ejuravit. Alexandrinum autem se mentitus. generis sui pravitatem agnoscit. Merito igitur quos odit & conviciis insectatur, eos Ægyptios appellat. Nisi enim pessimos esse existimaret Ægyptios, genus suum haud ipse negasset. quandoquidem qui se patriæ celebritate efferunt, honorificum quidem ducunt ab ea cognominari, eos vero redarguunt qui præter jus eam sibi vendicant. Erga nos autem alterutro modo affecti sunt Ægyptii.

ἀνωτέρω παρέχων ἐκ τῶν Φοινίκων ἀναγραφῶν, [t] καὶ ὅτι Σολομῶντι, τῷ τὸν ναὸν οἰκοδομησαμένῳ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, φίλος ἦν Εἴρωμος, καὶ πολλὰ συνεβάλλετο πρὸς τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευήν. αὐτὸς δὲ ὁ Σολομῶν ᾠκοδόμησε τὸν ναὸν, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἰουδαίους, [v] δώδεκα καὶ ἑξακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον. τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν ἐλαθέντων [x] τὸν αὐτὸν Λυσιμάχῳ σχεδιάσας, ἕνδεκα γὰρ αὐτοὺς εἶναί φησι μυριάδας, θαυμαστήν τινα καὶ πιθανὴν ἀποδίδωσιν αἰτίαν, ἀφ' ἧς φησι τὸ σάββατον ὠνομάσθαι. „ὁδεύσαντες γὰρ, φησὶν, ἐξ ἡμερῶν ὁδὸν „βουβῶνας ἔσχον, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τῇ ἑβδόμῃ „ἡμέρᾳ ἀνεπαύσαντο σωθέντες εἰς τὴν χώραν τὴν νῦν „Ἰουδαίαν λεγομένην, καὶ ἐκάλεσαν τὴν ἡμέραν σάββατον, σώζοντες τὴν Αἰγυπτίων γλῶτταν. τὸ γὰρ βουβῶνος ἄλγος καλοῦσιν Αἰγύπτιοι [y] Σαββάτωσιν. οὐκ ἂν οὖν τις [z] ἢ καταγελάσειε τῆς φλυαρίας, ἢ τοὐναντίον μισήσειε τὴν ἐν τῷ τοιαῦτα γράφειν ἀναίδειαν. δῆλον γὰρ ὅτι πάντες ἐβουβώνιασαν ἕνδεκα μυριάδες ἀνθρώπων. ἀλλ' εἰ μὲν ἦσαν ἐκεῖνοι τυφλοὶ καὶ χωλοὶ καὶ πάντα τρόπον νοσοῦντες, ὁποίους αὐτοὺς εἶναι φησὶν Ἀπίων, οὐδ' ἂν μιᾶς ἡμέρας προελθεῖν ὁδὸν ἠδυνήθησαν. εἰ δ' οἷοι βαδίζειν διὰ πολλῆς ἐρημίας, καὶ προσέτι νικᾶν τοὺς αὐτοῖς [a] ἀνθισταμένους μαχόμενοι πάντες, οὐκ ἂν ἀθρόοι μετὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν ἐβουβώνιασαν. οὔτε γὰρ φύσει πως γίνεται τοιοῦτον [b] τοῖς βαδίζουσιν ἐξ ἀνάγκης. ἀλλὰ πολλαὶ μυριάδες στρατοπέδων [c] τὸ σύμμετρον ἀεὶ βαδίζουσιν. οὔτε κατ' αὐτόματον εἰκὸς οὕτω συμβῆναι. πάντων γὰρ ἀλογώτατον. ὁ δὲ θαυμαστὸς Ἀπίων, „διὰ μὲν ἓξ ἡμερῶν αὐτοὺς ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν προείρηκεν, πάλιν δὲ τὸν Μωϋσῆν εἰς τὸ μεταξὺ „τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἀραβίας ὄρος, ὃ καλεῖται Σίναιον, „ἀναβάντα φησὶν [d] ἡμέραις τεσσαράκοντα κρυφθῆναι, „κἀκεῖθεν καταβάντα, δοῦναι τοῖς Ἰουδαίοις τοὺς νόμους. καίτοι πῶς οἷόν τε τοὺς αὐτοὺς καὶ τεσσαράκοντα μένειν ἡμέρας ἐν ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ τόπῳ, καὶ τὴν μεταξὺ πᾶσαν ἐν ἡμέραις ἓξ διελθεῖν. ἡ δὲ περὶ τὴν ὀνομασίαν τοῦ σαββάτου γραμματικὴ μετάθεσις ἀναίδειαν ἔχει πολλὴν ἢ δεινὴν ἀμαθίαν. τὸ γὰρ [e] σαββὼ καὶ σάββατον πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ σάββατον κατὰ τὴν [f] Ἰουδαίαν διάλεκτον ἀνάπαυσίς ἐστιν ἀπὸ παντὸς ἔργου, τὸ δὲ σαββὼ, καθάπερ ἐκεῖνός φησι, δηλοῖ παρ' Αἰγυπτίοις τὸ βουβῶνος ἄλγος.

γʹ. Τοιαῦτα μέν τινα περὶ Μωϋσέως καὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου γενομένης τοῖς Ἰουδαίοις ἀπαλλαγῆς, ὁ Αἰγύπτιος Ἀπίων ἐκαινοποίησε, παρὰ τοὺς ἄλλους ἐπινοήσας. καὶ τί γε δεῖ θαυμάζειν, εἰ περὶ τῶν ἡμετέρων ψεύδεται προγόνων, λέγων αὐτοὺς εἶναι τὸ γένος Αἰγυπτίους. αὐτὸς γὰρ περὶ αὑτοῦ τοὐναντίον ἐψεύδετο. καὶ γεγενημένος [g] ἐν Ὀάσει τῆς Αἰγύπτου, πάντων Αἰγυπτίων πρῶτος ὢν ὡς ἂν εἴποι τις, τὴν μὲν ἀληθῆ πατρίδα καὶ τὸ γένος ἐξωμόσατο. Ἀλεξανδρεὺς δὲ εἶναι καταψευδόμενος, ὁμολογεῖ τὴν μοχθηρίαν τοῦ γένους. εἰκότως οὖν οὓς μισεῖ καὶ βούλεται λοιδορεῖν, τούτους Αἰγυπτίους καλεῖ. εἰ μὴ γὰρ φαυλοτάτους εἶναι ἐνόμιζεν Αἰγυπτίους, οὐκ ἂν τοῦ γένους αὐτὸς ἔφυγεν. ὡς [h] οἵγε μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι, σεμνύνονται μὲν ἀπὸ τούτων αὐτοὶ χρηματίζοντες, τοὺς [i] ἀδίκως δ' αὐτῶν ἀντιποιουμένους ἐλέγχουσι. πρὸς ἡμᾶς δὲ δυοῖν θάτερον Αἰγύπτιοι πεπόν-

t Καὶ ὅτι Σολομῶντι,] Illud & adjectum esse volui.

v Δώδεκα καὶ ἑξακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον.] In *Antiquitatum* l. VIII. c. 3. tantum 592. annos computat.

x Τὸν αὐτὸν Λυσιμάχῳ σχεδιάσας,] Αὐτῷ Λυσ. in *MS. Eliensi.*

y Σαββάτωσιν.] Mox Σαββὼ de eodem. SPANH.

z Ἢ καταγελάσειε τῆς φλυαρίας,] Οὐ καταγ. in *eodem MS.*

a Ἀνθισταμένους] Ἀνισταμένους *Big.*

b Τοῖς βαδίζουσιν] Ὑπὸ τοῖς in *Codice Eliensi.*

c Τὸ σύμμετρον] Τὸ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας στρατ. in *MSS.* ut & *Hafn.*

d Ἡμέραις τεσσαράκοντα κρυφθῆναι,] Ἡμέρας *Big.*

e Σαββὼ] Conf. mox supr. SPANH.

f Ἰουδαίαν διάλεκτον] Ἰουδαίων *Big.*

g Ἐν Ὀάσει τῆς Αἰγύπτου] Apion in Oasi urbe Ægypti natus; mox infr. §. 4. ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς Αἰγύπτου SPANH.

h Οἵγε μεγαλοφρονοῦντες] Ὡς οἶμαι μεγ. in *Cod. Eliensi.*

i Ἀδίκως] Ἀδίκους *Big.* & *Hafn.*

k Τὸ

πόνθασιν. ἢ γὰρ ὡς ἐπισεμνυνόμενοι προσποιοῦνται τὴν συγγένειαν, ἢ κοινωνοὺς ἡμᾶς ἐπισπῶνται τῆς αὐτῶν κακοδοξίας. ὁ δὲ γενναῖος Ἀπίων δοκεῖ μὲν τὴν βλασφημίαν τὴν καθ' ἡμῶν ὥσπερ τινὰ μισθὸν ἐθελῆσαι παρασχεῖν Ἀλεξανδρεῦσι τῆς δοθείσης αὐτῷ πολιτείας· καὶ τὴν ἀπέχθειαν αὐτῶν ἐπιστάμενος [k] τὴν πρὸς τοὺς συνοικοῦντας αὐτοῖς ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας Ἰουδαίους, [l] προὐτέθετο μὲν ἐκείνοις λοιδορεῖσθαι, [m] συμπεριλαμβάνει δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ἐν ἀμφοτέροις ἀναισχύντως ψευδόμενος.

δʹ. Τίνα τοίνυν ἐστὶ τὰ δεινὰ καὶ σχέτλια τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων Ἰουδαίων, ἃ κατηγόρηκεν αὐτῶν, ἴδωμεν. „ ἐλθόντες, φησὶν, ἀπὸ Συρίας ᾤκησαν πρὸς „ ἀλίμενον θάλασσαν, γειτνιάσαντες ταῖς τῶν κυμάτων „ ἐκβολαῖς." οὐκ οὖν ὁ τόπος εἰ λοιδορίαν ἔχει, τὴν οὐ πατρίδα μὲν, λεγομένην δὲ αὐτοῦ, τὴν Ἀλεξάνδρειαν λοιδορεῖ. ἐκείνης γὰρ καὶ τὸ παράλιον ἐστὶ μέρος ὡς πάντες ὁμολογοῦσιν εἰς κατοίκησιν τὸ κάλλιστον. Ἰουδαῖοι δ' εἰ μὲν βιασάμενοι κατέσχον, ὡς μηδ' ὕστερον ἐκπεσεῖν, ἀνδρείας τεκμήριόν ἐστ' αὐτοῖς. εἰς κατοίκησιν δὲ αὐτοῖς ἔδωκε τόπον Ἀλέξανδρος. [n] καὶ ἴσης παρὰ τοῖς Μακεδόσι τιμῆς ἐπέτυχον. οὐκ οἶδα δὲ τί ποτ' ἂν ἔλεγεν Ἀπίων, εἰ πρὸς τῇ Νεκροπόλει κατῴκουν, [o] καὶ μὴ πρὸς τοῖς βασιλείοις ἦσαν ἱδρυμένοι, καὶ μέχρι νῦν αὐτῶν ἡ φυλὴ τὴν προσηγορίαν [p] εἶχε Μακεδόνες. εἰ μὲν οὖν ἀναγνοὺς τὰς ἐπιστολὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, καὶ τὰς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, καὶ τῶν μετ' ἐκεῖνον τῆς Αἰγύπτου βασιλέων ἐντυχὼν τοῖς γράμμασι, καὶ τὴν στήλην τὴν ἑστῶσαν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τὰ δικαιώματα περιέχουσαν, ἃ Καῖσαρ ὁ μέγας τοῖς Ἰουδαίοις ἔδωκεν· εἰ μὲν οὖν ταῦτα, φημὶ, γινώσκων, τἀναντία γράφειν [q] ἐτόλμησε, πονηρὸς ἦν· εἰ δὲ μηδὲν ἠπίστατο τούτων, ἀπαίδευτος. τὸ δὲ δὴ θαυμάζειν πῶς Ἰουδαῖοι ὄντες Ἀλεξανδρεῖς ἐκλήθησαν, τῆς ὁμοίας ἀπαιδευσίας. πάντες γὰρ οἱ εἰς ἀποικίαν τινὰ κατακληθέντες, κἂν πλεῖστον ἀλλήλων τοῖς γένεσι διαφέρωσιν, ἀπὸ τῶν οἰκιστῶν τὴν προσηγορίαν λαμβάνουσι. καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄλλων λέγειν. αὐτῶν γὰρ ἡμῶν οἱ τὴν Ἀντιόχειαν κατοικοῦντες, Ἀντιοχεῖς ὀνομάζονται· τὴν γὰρ πολιτείαν αὐτοῖς ἔδωκεν ὁ κτίστης Σέλευκος. ὁμοίως οἱ ἐν Ἐφέσῳ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην Ἰωνίαν, τοῖς αὐθιγενέσι πολίταις ὁμωνυμοῦσι· τοῦτο παρασχόντων αὐτοῖς τῶν διαδόχων. ἡ δὲ Ῥωμαίων φιλανθρωπία [r] πᾶσιν μικροῦ δεῖν τῆς αὐτῶν προσηγορίας [s] μεταδέδωκεν· οὐ μόνον ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ μεγάλοις ἔθνεσιν ὅλοις. Ἴβηρες γοῦν οἱ πάλαι, καὶ Τυῤῥηνοὶ, καὶ Σαβῖνοι, Ῥωμαῖοι καλοῦνται. εἰ δὲ [t] τοῦτον ἀφαιρεῖται τὸν τρόπον τῆς πολιτείας Ἀπίων, παυσάσθω λέγων αὑτὸν Ἀλεξανδρέα. γεννηθεὶς γὰρ, ὡς προεῖπον, [v] ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς Αἰγύπτου, πῶς ἂν Ἀλεξανδρεὺς εἴη, τῆς κατὰ δόσιν πολιτείας ὡς αὐτὸς ἐφ' ἡμῶν ἠξίωκεν ἀναιρουμένης. καί τοι [x] μόνοις Αἰγυπτίοις οἱ κύριοι νῦν Ῥωμαῖοι τῆς οἰκουμένης μεταλαμβάνειν ἡστινοσοῦν πολιτείας ἀπειρήκασιν. ὁ δ' οὕτως ἐστὶ γενναῖος, ὡς μετέχειν ἀξιῶν αὐτὸς, ὧν τυχεῖν ἐκωλύετο, συκοφαντεῖν ἐπεχείρησε τοὺς δικαίως λαβόντας. οὐ γὰρ ἀπορίᾳ γε τῶν οἰκησόντων τὴν μετὰ σπουδῆς ὑπ' αὐτοῦ πόλιν κτιζομένην, Ἀλέξανδρος τῶν ἡμετέρων τινὰς ἐκεῖ συνήθροισεν. ἀλλὰ πάντας δοκιμάζων ἐπιμελῶς ἀρετῆς καὶ πίστεως, τοῦτο τοῖς ἡμετέροις τὸ γέρας ἔδωκεν. „ ἐτίμα γὰρ ἡ-

aut enim quasi sese efferentes cognationem simulant, aut nos in infamiæ suæ societatem adsciscunt. At præclarus iste Apion videtur contumeliosam nostrûm insectationem quasi mercedem voluisse reddere Alexandrinis pro data sibi civitate: cognitoque illis cum Judæis una secum Alexandriam habitantibus intercessisse inimicitiam, proposuit quidem illis convicium facere, alios vero universos simul comprehendit, de utrisque impudenter mentiens.

4. Videamus igitur quænam illa gravia & non ferenda, de quibus Judæos Alexandriam habitantes accusat. „ E Syria, inquit, profecti sedes „ fixerunt ad importuosum mare, in vicinia alli„ sionis fluctuum." Ergo si locus opprobrium habet, non quidem patriæ suæ, sed *tamen* quam patriam dicit, Alexandriæ conviciatur. illius enim & ora maritima pars est, ut omnes fatentur, ad inhabitandum optima. Sin autem per vim eam Judæi occupaverint, ita ut ne post quidem ejicerentur, fortitudinis eorum argumentum est. Verum Alexander eis locum ad habitandum dedit, & par cum Macedonibus jus consequuti sunt. Nescio autem quid dicturus fuerit Apion, si circa Necropolim habitassent, ac non circa regiam sedes posuissent, & hodieque eorum tribus appellaretur Macedones. Sane si legisset epistolas Alexandri regis, & Ptolemæi Lagi, ac in successorum illius Ægypti regum rescripta incidisset, & columnam stantem Alexandriæ, & jura continentem quæ Cæsar magnus Judæis concessit: hæc, inquam, si certe quidem sciens contraria scribere ausus est, improbus erat: sin vero nihil horum novit, indoctus. Illud autem quod se mirari dicit, quomodo cum Judæi essent Alexandrini vocarentur, similis inscientiæ est. Omnes enim in coloniam aliquam evocati, etsi plurimum invicem genere differant; à conditoribus appellationem accipiunt. Et quid opus est de aliis dicere? Nostrorum enim ipsorum qui Antiochiam inhabitabant, Antiocheni nominantur. jus enim civium eis dedit conditor Seleucus. Similiter qui in Epheso *sunt* & in reliqua Jonia eandem cum civibus inde natis appellationem sortiuntur: illis hoc præstantibus *regni* successoribus. Romanorum autem clementia omnibus fere de suo nomine appellari concessit, non solum viris *singulis*, sed & maximis gentibus in universum. Hispani scilicet antiqui & Tyrrheni & Sabini vocantur Romani. Si vero hunc modum *communionis* civitatis tollit Apion, desinat semetipsum Alexandrinum dicere. Natus enim, ut antea dixi, in intima Ægypto, quomodo erit Alexandrinus, jure civitatis, quod ipse de nobis prædicat, sublato? cum solis Ægyptiis orbis nunc Romani domini participare cujuslibet civitatis interdixerint. Ille vero adeo generosus est, ut, cum vellet *jure* obtinere quæ impetrare prohibetur, conatus fuerit eos calumniari qui ista justissime assequuti sunt. Non enim Alexander propter inopiam habitatorum civitatis, quam studiose ædificabat, nostrorum aliquos illic congregavit. Sed, omnes probitatis ergo & fidei probe perspectos & exploratos habens, hoc præmium nostris tribuit. „ nostram enim gentem

Jura & privilegia Judæis concessa ab Alexandro M. Aliisque.

Judæorum fidelitas.

k Τὴν πρὸς τοὺς συνοικοῦντας] Τοὺς πρὸς τοὺς Big.
l Προὐτέθετο] Προὐτίθεται Big. προὐτέθειται Hafn.
m Συμπεριλαμβάνει] Συμπεριλαμβάνειν Big.
n Καὶ ἴσης] Vide lib. 2. *de Bello Jud.* c. 18. §. 7. paul. post pr.
o Καὶ μὴ πρὸς τοῖς βασιλείοις] Καὶ μὴν πρὸς τοῖς βασιλικοῖς Big. & Hafn.
p Εἶχε Μακεδόνες.] Ita in *Cod. Big.* antea erat εἶχον.
q Ἐτόλμησε,] Ἐτόλμα Big.
r Πᾶσιν μικροῦ] Πᾶσιν οὐ μικροῦ δεῖν Big. & Hafn.
s Μεταδέδωκεν.] Antea μεταδιδώκασιν οὐ μ.
t Τοῦτον] τοῦτον Hafn.
v Ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς Αἰγύπτου,] Confer supr. §. 3. SPANH.
x Μόνοις Αἰγυπτίοις—ἀπειρήκασιν.] Vide *Plin. Jun.* Lib. X. Epist. XII. & *Isidor. Pelusiot.* lib. I. Epist. 489. p. 123. A. HUDS. & SPANH.

„ tem honorabat, ut etiam de nobis dicit Hecatæus, quod propter probitatem atque fidem, „ quam ei præbuere Judæi, regionem Samaritidem, ab omni tributo liberam, ab iis insuper „ teneri voluerit." Similiter quoque sensit post

Ptolemaus Lagi. Alexandrum Ptolemæus Lagi de Judæis Alexandriam habitantibus. etenim castra Ægyptiaca eis commisit, arbitratus illis nec fidem defuturam nec fortitudinem ad ea conservanda: cumque firmum in Cyrene imperium tenere vellet, & in aliis Libyæ civitatibus, illic misit partem Judæorum habitandi causa.

Ptolemaus Philadelphus. Post hunc autem Ptolemæus, qui Philadelphus est appellatus, non solum si qui fuere captivi apud eum nostrorum omnibus libertatem, sed & pecunias sæpius dedit: & (quod maximum est) leges nostras cognoscendi desiderio tenebatur, legendique sacrarum scripturarum libros. rogatum igitur misit sibi delegari viros qui ei interpretarentur legem; utque volumina pulchre exscriberentur

Versio S. Scripturarum. *hujusce rei* curam mandavit non quibuscunque viris: sed Demetrium Phalereum & Andream & Aristeam, Demetrium quidem sui ævi omnium doctrina eminentissimum, illos vero custodiam corporis sibi creditam habentes, huic curæ præfecit; non utique leges & patriam nostram philosophiam discere concupiverat, si his utentes despectui habuerit, & non potius miratus fuerit.

5. Apion autem pene omnes deinceps Macedonum majorum ejus reges ignoravit, nobis familiarissimos & amicissimos.

Ptolemaus Euergetes. Nam & tertius Ptolemæus, dictus Euergetes, tota Syria vi & armis occupata, non Diis Ægyptiacis sacra fecit ut pro victoria gratias ageret; sed, cum Hierosolyma venisset, multas hostias, sicut nostri moris est, Deo immolavit, & donaria victoriâ digna dedicavit.

Ptolemaus Philometor. Ptolemæus autem Philometor & uxor ejus Cleopatra omne regnum commisere Judæis, factique sunt totius militiæ duces Onias & Dositheus Judæi: quorum in nomine cavillatur Apion, cum debuisset facta eorum potius mirari & non conviciari, sed gratias illis habere quod servarint Alexandriam, cujus civis videri vult & haberi. Cum enim bellum inferrent reginæ Cleopatræ, & male pereundi discrimen adirent, isti fecerunt ut pax iniretur & mala intestina cessarent. Sed „ postea, inquit, Onias ad urbem deduxit parvum exercitum, cum illic præsens esset Thermus Romanorum legatus." id quod bene re-

Ptolemaus Physcon. cteque admodum factum dicerem. Ptolemæus enim cognomine Physcon, mortuo suo fratre Ptolemæo Philometore, egressus est de Cyrene, eo animo ut Cleopatram è regno ejiceret, & filios regis, ut ipse regnum injuste sibimet applicaret;

De Onia ejusque fide. propter hæc ergo Onias adversus eum bellum pro Cleopatra suscepit: & fidem quam habuit circa reges, nequaquam in necessitate deseruit. Testis autem Deus justitiæ ejus manifestus apparuit. Nam [p] Physcon Ptolemæus, cum adversum exercitum quidem Oniæ pugnare præsumeret, omnes vero Judæos in civitate positos cum filiis & uxoribus capiens nudos atque vinctos elephantis

„ μῶν τὸ ἔθνος, [y] ὥς καί φησιν Ἑκαταῖος περὶ ἡμῶν, „ ὅτι [z] διὰ τὴν ἐπιείκειαν καὶ πίστιν, ἣν αὐτῷ παρέσχον „ Ἰουδαῖοι, τὴν Σαμαρεῖτιν χώραν προσέθηκεν ἔχειν αὐ„ τοῖς ἀφορολόγητον. ὅμοια δὲ Ἀλεξάνδρου καὶ Πτολε„ μαῖος ὁ Λάγου περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων „ ἐφρόνησε." καὶ γὰρ τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον [a] αὐτοῖς [b] ἐνεχείρισε φρούρια, πιστῶς ἅμα καὶ γενναίως φυλάξειν ὑπολαμβάνων· καὶ Κυρήνης ἐγκρατῶς ἄρχειν βουλόμενος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ πόλεων, [c] εἰς αὐτὰς μέρος Ἰουδαίων ἔπεμψε κατοικῆσον. ὁ δὲ μετ᾽ αὐτὸν Πτολεμαῖος, ὁ Φιλάδελφος ἐπικληθεὶς, οὐ μόνον εἴ τινες ἦσαν αἰχμάλωτοι παρ᾽ αὐτῷ τῶν ἡμετέρων, πάντας ἀπέδωκεν, ἀλλὰ καὶ χρήματα πολλάκις ἐδωρήσατο. καὶ τὸ μέγιστον, ἐπιθυμητὴς [d] ἐγένετο τοῦ γνῶναι τοὺς ἡμετέρους νόμους, καὶ ταῖς τῶν ἱερῶν γραφῶν βίβλοις ἐντυχεῖν. [e] ἔπεμψε γοῦν ἀξιῶν ἄνδρας ἀποσταλῆναι, [f] τοὺς ἑρμηνεύσοντας αὐτῷ τὸν νόμον, καὶ τοῦ γραφῆναι ταῦτα καλῶς τὴν ἐπιμέλειαν ἐπέταξεν οὐ τοῖς τυχοῦσιν· [g] ἀλλὰ Δημήτριον τὸν Φαληρέα, καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Ἀριστέα, τὸν μὲν παιδείᾳ τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν [h] διαφέροντα Δημήτριον, τοὺς δὲ τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ φυλακὴν ἐγκεχειρισμένους, ἐπὶ τῆς ἐπιμελείας ταύτης ἔταξεν, οὐκ ἂν δήπου τοὺς νόμους καὶ [i] τὴν πάτριον ἡμῶν φιλοσοφίαν ἐπιθυμήσας ἐκμαθεῖν, εἰ τῶν χρωμένων αὐτοῖς ἀνδρῶν κατεφρόνει, καὶ μὴ λίαν ἐθαύμαζεν.

έ. Ἀπίωνα δὲ σχεδὸν ἐφ᾽ ἑξῆς πάντες ἔλαθον οἱ τῶν προγόνων αὐτοῦ Μακεδόνων βασιλεῖς, οἰκειότατα πρὸς ἡμᾶς διατεθέντες. καὶ γὰρ τρίτος Πτολεμαῖος, ὁ λεγόμενος Εὐεργέτης, κατασχὼν ὅλην Συρίαν κατὰ κράτος, οὐ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θεοῖς χαριστήρια τῆς νίκης [k] ἔθυσεν· ἀλλὰ παραγενόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα, πολλὰς ὡς ἡμῖν νόμιμόν ἐστιν ἐπετέλεσε θυσίας τῷ Θεῷ. καὶ ἀνέθηκεν ἀναθήματα τῆς νίκης [l] ἄξια. ὁ δὲ Φιλομήτωρ Πτολεμαῖος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Κλεοπάτρα, τὴν βασιλείαν ὅλην τὴν ἑαυτῶν Ἰουδαίοις ἐπίστευσαν. καὶ στρατηγοὶ πάσης τῆς δυνάμεως ἦσαν, Ὀνίας καὶ [m] Δοσίθεος Ἰουδαῖοι. ὧν Ἀπίων σκώπτει τὰ ὀνόματα· δέον τὰ ἔργα θαυμάζειν καὶ μὴ λοιδορεῖν, ἀλλὰ χάριν αὐτοῖς ἔχειν ὅτι [n] διεσώσαντο τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἧς ὡς πολίτης ἀντιποιεῖται. πολεμούντων γὰρ αὐτῶν τῇ βασιλίσσῃ Κλεοπάτρᾳ, καὶ κινδυνευόντων ἀπολέσθαι κακῶς, οὗτοι συμβάσεις ἐποίησαν, καὶ τῶν ἐμφυλίων κακῶν ἀπήλλαξαν. ἀλλὰ „ μετὰ „ ταῦτα, φησὶν, Ὀνίας ἐπὶ τὴν πόλιν ἤγαγε στρατὸν „ ὀλίγον ὄντος ἐκεῖ Θέρμου τοῦ παρὰ Ῥωμαίων πρεσ„ βευτοῦ καὶ παρόντος." ὀρθῶς δὲ ποιῶν φαίην ἂν καὶ μάλα δικαίως. ὁ γὰρ Φύσκων ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος, ἀποθανόντος αὐτῷ τοῦ ἀδελφοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος, ἀπὸ Κυρήνης ἐξῆλθε Κλεοπάτραν ἐκβαλεῖν βουλόμενος τῆς βασιλείας, [o]

sub-

y Ὡς καί φησιν Ἑκαταῖος περὶ ἡμῶν,] Conf. Antt. l. 22. c. 2. §. 3. Spanh.

z Διὰ τὴν ἐπιείκιαν—Ἰουδαῖοι,] Conf. supr. lib. 1. §. 22. Spanh.

a Αὐτοῖς] Conf. Antt. l. 12. c. 1. §. 1. Spanh.

b Ἐνεχείρισε φρούρια,] Vide in *Antiquitatum* l. 12. c. 1. §. 1. paul. post med. pag. 585.

c Εἰς αὐτὰς] εἰς αὐτὰ *Hafn.*

d Ἐγένετο τοῦ γνῶναι τοὺς—ἐντυχεῖν.] Conf. Præf. Antt. §. 3. Spanh.

e Ἔπεμψε γοῦν ἀξιῶν ἄνδρας ἀποσταλῆναι,] Conf. Antt. lib. 12. c. 2. §. 1. Spanh.

f Τοὺς ἑρμηνεύσοντας αὐτῷ—τοῖς τυχοῦσιν.] Vide Originum, l. 1. Procem. pag. 2. lib. 1. c. 1. §. 3. pr. & l. 12. c. 2. §. 1. med. pag. 585. seq. & item §. 10. pag. 593.

g Ἀλλὰ Δημήτριον τὸν Φαληρέα, —καθ᾽ ἑαυτὸν] Conf. Antt. lib. 12. c. 2. §. XI. Præf. Antt. §. 3. Spanh.

h Διαφέροντα Δημήτριον,] Διαφερόντων *Big.*

i Τὴν πάτριον ἡμῶν φιλοσοφίαν] Πάτριος φιλοσοφία de Legibus ac Institutis Mosaïcis. Spanh.

k Ἔθυσεν·] ἔθησεν *Hafn.*

l Ἄξια.] Ἀξίως *Big.*

m Δοσίθεος] Δωσίθεος *Big.*

n Διεσώσαντο τὴν Ἀλεξάνδρειαν,] Διέσωσαν *Big.*

o Lacuna in Græco Josephi contextu. Spanh.

p Physcon Ptolemæus,] Pro *Philopatore* male *Physconem* nominat *Josephi Interpres.*

q Unde

subjecisset, ut ab eis conculcati deficerent, & ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium quæ præparaverat evenêre. Elephanti enim relinquentes sibi appositos Judæos, impetu facto super amicos ejus, multos ex ipsis interemêre. Et post hæc Ptolemæus quidem aspectum terribilem contemplatus est, prohibentem se ut illis noceret hominibus. Concubina vero sua charissima, quam alii quidem Ithacam, alii vero Hirenen denominant, supplicante ne tantam impietatem perageret, ei concessit, & ex his, quæ jam egerat vel acturus erat, pœnitentiam egit. [q] Unde recte hanc diem Judæi Alexandriæ constituti, eo quod aperte à Deo salutem promeruêre, celebrare noscuntur. Apion autem omnium calumniator, etiam propter bellum adversus Physconem gestum, Judæos accusare præsumpsit, cum eos laudare debuerit. Is autem etiam ultimæ Cleopatræ reginæ Alexandrinorum meminit, veluti nobis improperans, quoniam circa nos fuit ingrata: & non potius illam redarguere studuit, cui nihil omnino injustitiæ & malorum operum defuit, vel circa generis necessarios, vel circa maritos suos, qui etiam dilexerint eam, vel in communi contra Romanos omnes, & benefactores suos imperatores, quæ etiam sororem Arsinoen occidit in templo, nihil sibi nocentem. Peremit autem & fratrem insidiis: paternosque deos, & sepulchra progenitorum depopulata est. Percipiensque regnum à primo Cæsare, ejus filio & successori rebellare præsumpsit: Antoniumque corrumpens amatoriis rebus & patriæ inimicum fecit, & infidelem circa suos amicos instituit, alios quidem genere regali spolians, alios autem demens ad mala gerenda compellens. Sed quid oportet amplius [r] dicere, cum illum ipsum in navali certamine relinquens, id est maritum & parentem communium filiorum, tradere cum exercitu principatum, & se sequi coëgit? Novissime vero Alexandria à Cæsare capta, ad hoc usque perducta est, ut saltem hinc sperare se judicaret, si posset ipse manu sua Judæos perimere: eo quod circa omnes crudelis & infidelis exstaret. Putasne gloriandum nobis non esse, si quemadmodum dicit Apion, famis tempore Judæis triticum non est mensa? Sed illa quidem pœnam subiit competentem. Nos autem maximo Cæsare utimur teste auxilii atque fidei quam circa eum contra Ægyptios gessimus: necnon & senatu ejusque consultis, & epistolis Cæsaris Augusti, quibus nostra merita comprobantur. Has literas Apionem oportebat inspicere, & secundum genera examinare testimonia sub Alexandro facta, & omnibus Ptolemæis, & quæ à senatu constituta sunt, necnon & maximis Romanis imperatoribus. Si vero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penuriæ frumentorum, non accusatio Judæorum. Quid enim sentiant omnes imperatores de Judæis in Alexandria commorantibus, palam est. nam administratio tritici nihilo [s] magis ab eis, quam ab aliis Alexandrinis translata est. Maximam vero eis fidem olim à regibus datam conservare voluerunt, id est, fluminis custodiam, totiusque custodiæ, nequaquam his rebus indignos esse judicantes.

Cleopatra ultima Alexandrinorum regina.

Judæi fidem eis olim à regibus datam conservant.

6. Sed super hoc: quomodo ergo, inquit, si sunt cives, eosdem deos, quos Alexandrini non colunt? Cui respondeo. Quomodo etiam, cum vos sitis Ægyptii, inter alterutros prælio magno & sine fœdere de religione contenditis? [t] aut

q Unde recte—Alexandriæ constituti,] Conf. Antt. lib. 15. c. 2. §. 2. SPANH.

r Dicere,] Ita in *MS.* prius *dici.*

s Magis] In *MS*, minus.

[u] aut certe propterea non vos omnes dicimus Ægyptios, & neque communiter homines, quoniam bestias adversantes naturæ [nostræ] colitis, multa diligentia nutrientes? cum genus utique nostrorum unum atque idem esse videatur. Si autem in vobis Ægyptiis tantæ differentiæ opinionum sunt, quid miraris super his, qui aliunde in Alexandriam advenerunt, si legibus à principio [v] constitutis, circa talia permansêre? Is autem seditionis [x] causas nobis apponit: [y] qui si cum veritate ob hoc accusat Judæos in Alexandria constitutos, cur omnes non culpare possit, eo quòd noscamur habere concordiam? Porro etiam seditionis autores, quilibet inveniet Apionis similes Alexandrinorum fuisse cives. Donec enim Græci fuêre & Macedones hanc [z] civitatem habentes, nullam seditionem adversus nos gessêre, sed antiquis cessêre solennitatibus. Cum vero multitudo Ægyptiorum crevisset inter eos, propter confusiones temporum, etiam hoc opus semper est additum. Nostrum vero genus permansit purum. Ipsi igitur molestiæ hujus fuêre principium, nequaquam populo Macedonicam habente constantiam, neque prudentiam Græcam, sed cunctis scilicet utentibus malis moribus Ægyptiorum, & antiquas inimicitias adversum nos exercentibus. E diverso namque factum est quod nobis improperare præsumunt. nam cum plurimi eorum non opportune jus ejus civitatis obtineant, peregrinos [a] vocantes eos, qui hoc privilegium ad omnes impetrasse noscuntur. Nam Ægyptiis neque regum quisquam videtur jus civitatis fuisse largitus: neque nunc quilibet imperatorum. Nos autem Alexander quidem introduxit, reges autem auxêre, Romani vero semper custodire dignati sunt. Itaque derogare nobis Apion voluit, quia imperatorum non statuamus imagines, tanquam illis hoc ignorantibus, aut defensione Apionis indigentibus: cum potius debuerit admirari magnanimitatem modestiamque Romanorum, quoniam subjectos non cogunt patria jura transcendere: sed suscipiunt honores, sicut dare offerentes pium atque legitimum est. Non enim honoribus gratiam habent, qui ex necessitate & violentia conferuntur. Græcis itaque & aliis quibusdam, bonum esse creditur imagines instituere. Denique & patrum & uxorum filiorumque figuras depingentes exsultant, quidam vero etiam nihil sibi competentium sumunt imagines. alii vero & servos diligentes, hoc faciunt. Quid ergo mirum est, si etiam principibus ac dominis hunc honorem præbere videantur? Porro autem Legislator, non quasi prophetans Romanorum potentiam non honorandam, sed tanquam causam neque Deo neque hominibus utilem despiciens, & quoniam totius animati, multo magis Dei inanimati, probatur hoc inferius, interdixit imagines fabricare. aliis autem honoribus post Deum colendos non prohibuit viros bonos, quibus nos & imperatores & pop. Rom. dignitatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua sacrificia: & non solum quotidianis diebus ex impensa communi omnium Judæorum talia celebramus: verum cum nullas alias hostias ex communi, neque pro filiis peragamus, solis imperatoribus hunc honorem præcipuum pariter exhibemus, quem hominum nulli persolvimus. Hæc itaque communiter satisfactio posita sit adversus Apionem pro his, quæ de Alexandria dicta sunt.

Seditionis Alexandriæ causa.

Depulsio mendacii Apionis, Judæos seditionis Alexandriæ causam exstitisse.

u Aut] In *MS.* an.
v Constitutis,] In *MS.* constituti.
x Causas] Ita *MS.* causa in *Editis.*
y Qui si cum veritate—constitutos,] Conf. Antt. lib. 15. c. 2. §. 2. SPANH.
z Civitatem] Civilitatem in *MS.*
a Vocantes] Sic *MS.* vocant in *Editis.*

7. Admiror autem etiam eos, qui ei hujusmodi fomitem præbuêre, id est, Posidonium & [b] Apollonium Molonis: quoniam accusant quidem nos, quare nos eosdem deos cum aliis non colimus. mentientes autem pariter, & de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impie agere: cum sit valde turpissimum liberis, qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Apion præsumpsit edicere, „ asini caput collocasse Judæos, & id colere, ac dignum facere tanta religione: & hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antiochus Epiphanes & exspoliasset templum, & illud caput invenisset ex auro compositum multis pecuniis dignum. " Ad hoc igitur primum quidem respondeo, quoniam Ægyptius, vel si aliquid tale apud nos fuisset, nequaquam debuerat increpare, cum non sit deterior asinus furonibus & hircis & aliis, qui sunt apud eos Dii. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatus de incredibili suo mendacio. Legibus namque semper utimur iisdem: in quibus sine fine consistimus. Et cum varii casus nostram civitatem, sicut etiam aliorum vexaverint, & [c] Theos, ac Pompejus Magnus, ac Licinius Crassus, & ad novissimum Titus Cæsar, bello vincentes obtinuerint templum, nihil hujusmodi illic invenêre: sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia vero Antiochus neque justam fecit templi deprædationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, cum non esset hostis, & socios insuper nos suos & amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic invenit. Multi & digni conscriptores super hoc quoque testantur; Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, & [d] Castor chronographus, & Apollodorus: qui omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum transgressum fœdera Judæorum, & spoliasse templum auro argentoque plenum. Hæc igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, & impudentiam canis, qui apud ipsos assolet coli. neque enim extrinsecus alia ratiocinatione mentitus est. Nos itaque asinis neque honorem neque potestatem aliquam damus, sicut Ægyptii crocodilis & aspidibus: quando eos, qui ab istis mordentur, & à crocodilis rapiuntur, felices & Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibimet imposita sustinentes. [e] Etsi ad areas accedentes comedant, aut proposita non adimpleant, multas valde plagas accipiunt, quippe operibus & ad agriculturam rebus necessariis ministrantes. Sed aut omnium rudissimus fuit Apion ad componendum verba fallacia, aut certe ex rebus initia sumens, hæc implere non valuit, quando nulla potest contra nos blasphemia provenire.

Respondetur Posidonio & Apollonio.

Et Apioni de Asini capite.

Historicos alios appellat Josephus.

8. Alteram vero fabulam, derogatione nostra plenam de Græcis apposuit: de quo dicere sat erit, quoniam qui de pietate loqui præsumunt, oportet eos non ignorare minus esse immundum per templa transire, quam sacerdotibus scelesta verba confingere. Isti vero magis studêre defendere sacrilegum regem, quam justa & veracia de nostris & de templo conscribere. Volentes enim Antiocho gratificari & perfidiam ac sacrilegium ejus [f] tegere, quo circa gentem nostram est usus propter egestatem pecuniarum, detrahentes nobis etiam

Fabula de Græco in templum incluso.

b Apollonium Molonis:] Μόλων apud *Josephum* libro superiori. Si vero pro eodem accipit *Apollonium Molonis*, qui Μαλακὸς dictus est, cum *Molone* perperam confundit, quos esse distinguendos docet *Strabo* l. XIV.

c Theos,] Sc. *Antiochus* Θεὸς Ἐπιφανής.

d Castor] Conf. supr. lib. 1. §. 22. SPANH.

e Etsi ad areas accedentes] *Al.* Et licet ad arcas acc. HUDS. Leg. forte, *Et, si ad aras* &c. i. e. si velint rapere inde aliquid ex frugum primitiis &c. Tantum abest, inquit, ut aras illis ponamus, & divino honore eos dignemur. HAV.

f Tegere,] *Al.* tegere.

etiam quæ in futuris essent, mentiti sunt. Propheta vero aliorum factus est Apion, & dixit „ Antiochum in templo invenisse lectum & hominem in eo jacentem, & appositam ei mensulam maritimis terrenisque volatilium dapibus plenam, & quod obstupuisset his homo. Illum vero mox adorasse regis ingressum, tanquam [g] maximam sibi opem præbituri: ac procidentem ad ejus genua, extensa dextera poposcisse libertatem; & jubente rege ut consideret, & diceret quis esset, vel cur ibidem habitaret, vel quæ esset causa ciborum ejus, tunc hominem cum gemitu & lacrymis lamentabiliter suam narrasse necessitatem. Ait, inquit, esse se Græcum: & dum peragraret provinciam parandi victus causa, correptum se subito ab alienigenis hominibus, atque deductum ad templum, & inclusum illic, & à nullo conspici, sed cuncta dapium apparatione saginari. Et primum quidem hæc sibi inopinabilia beneficia visa attulisse lætitiam; deinde suspicionem, postea stuporem: postremum consulentem à ministris ad se accedentibus audisse legem ineffabilem Judæorum, pro qua nutriebatur: & hoc illos facere singulis annis quodam tempore constituto. Et comprehendere quidem Græcum peregrinum, eumque annuo tempore saginare, & deductum ad quandam sylvam occidere quidem eum hominem, ejusque corpus sacrificare secundum suas solennitates, & gustare ex ejus visceribus, & jusjurandum facere in immolatione Græci, ut inimicitias contra Græcos haberent: & tunc in quandam foveam reliqua hominis pereuntis abjicere.” Deinde refert eum dixisse, paucos jam dies debitos sibimet superesse; atque rogasse, ut reveritus Græcorum deos, & superans in suo sanguine insidias Judæorum, de malis eum circumstantibus deliberaret.” Hujusmodi ergo fabula non tantum omni tragœdia plenissima est, sed etiam crudeli impudentia redundat. Non tamen à sacrilegio privat Antiochum, sicut arbitrati sunt, qui hæc ad illius gratiam conscripsêre. Non enim præsumpsit aliquid tale, ut ad templum accederet: sed sic invenit non sperans. Fuit ergo voluntatibus iniquis impius, & nihilominus sine Deo, quicquid jussit mendacii superfluitas, quam ex ipsa re cognoscere valde facillimum est. Non enim circa solos Græcos discordia legum esse dignoscitur, sed maxime adversus Ægyptios & plurimos alios. Cujus enim regionis homines non contigit aliquando apud nos peregrinari? ut adversus solos Græcos renovata conjuratione per effusionem sanguinis ageremus: vel quomodo possibile, ut ad has hostias omnes Judæi colligerentur, & tantis millibus ad gustandum viscera illa sufficerent, sicut ait Apion? vel cur inventum hominem quicunque fuit (non enim suo nomine conscripsit) aut quomodo eum in suam patriam rex non cum pompa deduxit? dum posset hoc faciens, ipse quidem putari pius, & Græcorum amator eximius, assumere vero contra Judæorum odium auxilia magna cunctorum. Sed hæc relinquo: insensatos enim, non verbis, sed operibus decet arguere.

Templi ac porticuum descriptio.

Sciunt igitur omnes, qui vidêre constructionem templi nostri, qualis fuerit, & intransgressibilem ejus purificationis integritatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, & harum singulæ propriam secundum legem habuêre custodiam. In exteriorem itaque ingredi licentia fuit omnibus etiam alienis: mulieres tantummodo menstruatæ transire prohibebantur. In secundam vero porticum cun-

g Maximam sibi opem præbituri:] *Al.* maximum ei solatium pr.

τὴν πορείαν
„ ποιούμενον. τοὺς μὲν Ἰουδαίους ὑπὸ τοῦ παραδόξου τῆς θέας
„ καταπεπληγμένους, πόῤῥω μὲν ὄντας ἡσυχίαν ἄγειν·
„ τὸν δὲ Ζάβιδον ἐπὶ πολλῆς ἡσυχίας εἰς τὸν ναὸν παρ-
„ ελθεῖν, καὶ τὴν χρυσῆν ἀποσῦραι τοῦ [a] κάνθωνος κεφα-
„ λὴν, οὕτω γὰρ ἀστειζόμενος γέγραφεν, καὶ πάλιν εἰς
„ [b] Δῶραν κατὰ τάχος ἀπελθεῖν." ἆρ' οὖν καὶ ἡμεῖς ἂν εἴποιμεν, ὅτι τὸν κάνθωνα τουτέστιν ἑαυτὸν Ἀπίων ἐπιφορτίζει, καὶ ποιεῖ τῆς μωρολογίας ἅμα καὶ τῶν ψευσμάτων κατάγομον. καὶ γὰρ τόπους οὐκ ὄντας γράφει, καὶ πόλεις

cti Judæi ingrediebantur, eorumque conjuges cum essent ab omni pollutione mundæ. In tertiam, masculi Judæorum mundi existentes atque purificati. In quartam autem sacerdotes, stolis induti sacerdotalibus. In adytum vero soli principes sacerdotum, propria stola circumamicti. Tanta vero est circa omnia providentia pietatis, ut secundum quasdam horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Mane * etiam aperto templo oportebat facientes traditas hostias interiore: & meridie rursus, dum clauderetur templum. Denique ne vas quidem aliquod portari licet in templum, sed erant in eo solummodo posita, altare, mensa, thuribulum, candelabrum, quæ omnia in lege conscripta sunt. Etenim nihil amplius neque mysteriorum aliquorum ineffabilium agitur, neque intus ulla epulatio administratur. Hæc enim quæ prædicta sunt, habent totius populi testimonium manifestum, rationemque gestorum. Licet enim sint tribus quatuor sacerdotum, & harum tribuum singulæ habeant hominum plus quam quinque millia, fit tamen observatio particulariter per dies certos: & his transactis, alii succedentes ad sacrificia veniunt: & congregati in templum † mediante die à præcedentibus claves templi, & ad numerum vasa omnia percipiunt, nulla re quæ ad cibum aut potum attineat in templum delata. Talia namque etiam ad altaria offerre prohibitum est, præter illa quæ ad sacrificia præparantur.

De sacerdotibus Judæorum.

8. Quid ergo Apionem dicimus, nisi, nihil horum examinantem, verba ‡ incredula protulisse? Sed turpe est, historiæ veram notitiam si proferre grammaticus non possit. Et sciens templi nostri pietatem, hanc quidem prætermisit. Hominis autem Græci comprehensionem finxit, pabulum ineffabile, & ciborum opulentissimam claritatem: & †† pravos ingredientes, ubi nec nobilissimos Judæorum licet intrare, nisi fuerint sacerdotes. Hæc ergo pessima est impietas, atque mendacium spontaneum, ad eorum seductionem, qui noluerunt discutere veritatem. Per ea siquidem mala ineffabilia, quæ prædicta sunt, nobis detrahere tentavêre.

9. Rursumque tanquam piissimus deridet, adjiciens fabulæ inania facta. Ait enim illum retulisse, „ dum bellum Judæi contra Idumæos ha-
„ berent longo quodam tempore, ex aliqua civi-
„ tate Idumæorum, qui in ea Apollinem colebat
„ venisse ad Judæos, cujus hominis nomen dici-
„ tur Zabidus, deinde eis promisisse traditurum
„ se eis Apollinem Deum Dorensium: venturum-
„ que illum ad nostrum templum, si omnes ascen-
„ derent, & adducerent omnem multitudinem
„ Judæorum. Zabidum vero fecisse quoddam
„ machinamentum ligneum, & circumposuisse
„ sibi, & in eo tres ordines finxisse lucernarum,
„ & ita ambulasse, ut procul stantibus appareret,
„ quasi stella per terram iter agens. Judæos qui-
„ dem, inexspectata visione obstupefactos, cum
„ procul quidem abessent, quiescere: Zabidum
„ vero multa quiete ad templum venisse, & aureum
„ detraxisse cantherii caput (ita enim scripsit, fa-
„ cetus videri volens) & rursus Doram velociter se
„ contulisse." Igitur & nos dicere possumus, quod asinum, hoc est semetipsum, gravat Apion, facitque stultitia simul & mendaciis oneratum. nam & loca ponit, quæ nusquam terrarum exstant, & civitates

De Zabido Idumæo.

a Κάνθωνος] Ita hîc loci & mox infra rescripsi pro ἀκανθῶνος. De origine fabulæ vide *Baron.* Tom. 1. p. 306. *Fullerum* in l. 2. *Miscell.* p. 322. *Bochartum* in *Hieroz.* l. 2. c. 18. & *T. Fabrum* in *Epistolis.* 1. HUDS. *Gen.* ἀκανθῶνος, vel κανθῶνος, quomodo Asinus dicitur apud *Aristoph. Vesp.* p. 441. & *Lycophr.* p. 129. SPANH.

b Δῶραν] Conf. mox infra. SPANH.

* Etiam] *Al.* etenim.
† Mediante] *Fors.* meridiante.
‡ Incredula] *Fors.* incredibilia.
†† Pravos] Ita ex *MS.* antea erat *pervios ingr.*

tes earum ignarus transfert. Nam Idumæa quidem regioni nostræ confinis est, posita juxta Gazam, & nulla in ea est urbs Dora: in Phœnicia vero juxta montem Carmelum civitas Dora appellatur, quæ nihil commune habet cum Apionis nugis. quatuor enim dierum itinere distat à Judæa. Cur itaque nos præterea accusat, quod non habeamus communes cum aliis Deos, si sic facile credidere patres nostri ad se venturum Apollinem, & cum stellis super terram eum ambulantem intueri putaverunt? Scilicet enim manifestum quod lucernam nunquam prius conspexerunt, qui tot & tanta lucernarum accensionis festa celebrarunt. Sed nec aliquis ei per regionem ambulanti è tot myriadibus obviam ivit: quin & muros sine custodibus invenit bello conflato. Cætera prætereo.

Januæ templi. Januæ autem templi altitudine quidem erant * cubitorum VII, latitudine vero XX, omnes etiam deauratæ, & fere ex auro solido. Has singulis diebus claudebant viri non minus quam viginti, easque apertas relinquere nefas erat. Facile igitur illas lucernifer iste aperuit, aut si aperuisse creditur etiam cantherii, id quod putabatur, caput habens. Utrum igitur cum hoc capite ad nos reversus est, aut illud cum sumpsisset Apion *in templum* introduxit, ut Antiochus inveniret, quo alteram Apioni fabulam narrandi occasionem suppeditaret.

Mendacii de juramento depulsio. 10. Mentitur autem & de juramento nostro, „ quod *scilicet* juremus per Deum, & cœli & terræ „ & maris creatorem, nemini fauturos alienigenæ, „ præcipue si Græci fuerint." Oportebat autem mentientem plane dicere, nemini fauturos alienigenæ, præcipue si fuerint Ægyptii. Ita enim primis ejus figmentis congruissent ista de juramento, si à cognatis Ægyptiis patres nostri non propter improbitatem sed ob calamitates expulsi fuissent. A Græcis autem magis locis quam studiis disjuncti sumus, ita ut nullæ inter nos & illos inimicitiæ intercedant aut obtrectationes. Veruntamen è contra multos eorum ad nostras leges accessisse contigit: & nonnulli quidem istis institutis adhæserunt, alii vero, in illis perseverare non ferentes, iterum recesserunt. Et hoc jusjurandum nunquam se quisquam audisse meminit apud nos habitum; sed solus Apion (ut videtur) audivit: is enim ille erat qui id confinxit.

Obviam it alteri calumniæ de servitute Judæorum. 11. Vehementer igitur in Apione admiranda est eximia prudentia, etiam ob hoc quod mox dicetur. „ Nam indicio esse, affirmat, quod „ neque legibus justis utamur, neque Deum „ convenienter ejus naturæ colamus, eo quod „ non imperemus, sed diversis potius gentibus „ serviamus, & in ipsa civitate calamitates quasdam „ perferamus, utique cum ipsi ex urbe primaria à multis retro sæculis imperare & non Romanis „ servire consueverint: † quanquam & nemo „ fere non expertus est horum egregiam magnanimitatem." Nullus etenim aliorum est qui non

οὐκ εἰδὼς μετατίθησιν. ἡ μὲν γὰρ Ἰδουμαία τῆς ἡμετέρας χώρας ἐστὶν ὅμορος, κατὰ Γάζαν κειμένη, καὶ Δῶρα ταύτης ἐστὶν οὐδεμία πόλις· τῆς μέντοι Φοινίκης παρὰ τὸ Καρμήλιον ὄρος [c] Δῶρα πόλις ὀνομάζεται, μηδὲν ἐπικοινωνοῦσα τοῖς Ἀπίωνος φλυαρήμασι. τεσσάρων γὰρ ἡμερῶν ὁδὸν τῆς [d] Ἰουδαίας ἀφέστηκεν. τί δ' ἡμῶν ἔτι κατηγορεῖ τὸ μὴ κοινοὺς ἔχειν τοῖς ἄλλοις θεοὺς, εἰ ῥᾳδίως οὕτως ἐπείσθησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἥξειν τὸν Ἀπόλλωνα πρὸς αὐτοὺς, καὶ μετὰ τῶν ἄστρων ἐπὶ τῆς γῆς ᾠήθησαν ὁρᾷν αὐτὸν περιπατοῦντα; λύχνον γὰρ οὐδέπω δῆλον ὅτι πρόσθεν ἑωράκασιν, οἱ τὰς τοσαύτας καὶ τηλικαύτας [e] λυχνοκαΐας ἐπιτελοῦντες. ἀλλ' οὐδέ τις αὐτῷ βαδίζοντι κατὰ τὴν χώραν τῶν τοσούτων μυριάδων ὑπήντησεν· ἔρημα δὲ καὶ τὰ τείχη φυλάκων εὗρε πολέμου συνεστηκότος. ἐῶ τἆλλα. τοῦ ναοῦ δ' αἱ θύραι τὸ μὲν ὕψος ἦσαν ἑπτὰ πηχῶν, εἴκοσι δὲ τὸ πλάτος. κατάχρυσοι δὲ πᾶσαι καὶ μικροῦ δεῖν σφυρήλατοι. [f] ταύτας ἔκλειον οὐκ ἐλάττους ὄντες ἄνδρες [g] διακόσιοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τὸ καταλιπεῖν ἠνοιγμένας ἦν ἀθέμιτον, ῥᾳδίως οὖν αὐτὰς ὁ λυχνοφόρος ἐκεῖνος ἠνέωξεν [h] ἂν ἀνοίξειν οἰόμενος, καὶ τὴν τοῦ κάνθωνος ὡς ᾤετο κεφαλὴν ἔχων. πότερον οὖν αὐτὴν πάλιν ὡς ἡμᾶς ἀνέστρεψεν, ἢ λαβὼν Ἀπίων αὐτὴν εἰσεκόμισεν, ἵν' Ἀντίοχος εὕρῃ πρὸς δευτέραν Ἀπίωνι μυθολογίαν.

ι'. [i] Καταψεύδεται δὲ καὶ ὅρκον ἡμῶν, „ ὡς ὀμνυόντων τὸν „ Θεὸν, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θά- „ λασσαν, μηδενὶ εὐνοήσειν ἀλλοφύλῳ, μάλιστα δὲ Ἕλλησιν." ἔδει δὲ καταψευδόμενον ἅπαξ εἰπεῖν, μηδενὶ εὐνοήσειν ἀλλοφύλῳ, μάλιστα δ' Αἰγυπτίοις. οὕτω γὰρ ἂν τοῖς ἐξ ἀρχῆς αὐτοῦ πλάσμασιν ἥρμοττε τὰ περὶ τὸν ὅρκον, εἴπερ ἦσαν ὑπὸ Αἰγυπτίων τῶν συγγενῶν οἱ πατέρες ἡμῶν, οὐχὶ διὰ πονηρίαν, ἀλλ' ἐπὶ συμφοραῖς ἐξεληλαμένοι. τῶν Ἑλλήνων δὲ πλέον τοῖς τόποις ἢ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἀφεστήκαμεν, ὥστε μηδεμίαν ἡμῖν εἶναι πρὸς αὐτοὺς ἔχθραν μηδὲ ζηλοτυπίαν. τοὐναντίον μέντοι πολλοὶ παρ' αὐτῶν εἰς τοὺς ἡμετέρους νόμους συνέβησαν εἰσελθεῖν, καὶ τινὲς μὲν [k] ἔμειναν, εἰσὶ δ' οἳ, τὴν καρτερίαν οὐχ ὑπομείναντες, πάλιν ἀπέστησαν. καὶ τοῦτον οὐδεὶς πώποτε τὸν ὅρκον εἶπεν ἀκοῦσαι παρ' ἡμῖν [l] ὠμοσμένον, ἀλλὰ [m] μόνος Ἀπίων ὡς ἔοικεν ἤκουσεν· αὐτὸς γὰρ ὁ συνθεὶς αὐτὸν ἦν.

ια'. Σφόδρα τοίνυν τῆς πολλῆς [n] συνέσεως, καὶ ἐπὶ τῷ μέλλοντι ῥηθήσεσθαι θαυμάζειν ἄξιόν ἐστιν Ἀπίωνα. „ τεκμήριον γὰρ εἶναι, φησὶ, τοῦ μήτε νόμοις ἡμᾶς χρῆ- „ σθαι δικαίοις, μήτε τὸν Θεὸν εὐσεβεῖν ὡς προσῆκε, [o] τὸ „ μὴ ἄρχειν, δουλεύειν δὲ μᾶλλον ἔθνεσι καὶ ἄλλοτε ἄλ- „ λοις, καὶ τὸ κεχρῆσθαι συμφοραῖς τισι περὶ τὴν πόλιν, „ [p] αὐτῶν δηλονότι πόλεως ἡγεμονικωτάτης ἐκ τῶν „ ἄνωθεν ἄρχειν, ἀλλὰ μὴ Ῥωμαίοις δουλεύειν συνηθισ- „ μένων· καί τοι τούτων ἄν τις ἀπόσχοιτο τοιαύτης με- „ γαλοψυχίας." τῶν μὲν γὰρ ἄλλων οὐκ ἔστιν ὅς τις ἀνθρώ-

c Δῶρα πόλις ὀνομάζεται,] *Dora*, quatuor dierum spatio ab Idumæa dissita. vid. ἀρχ. lib. 13. c. 6. §. 4. & ἁλωσ. l. 1. c. 2. §. 2. SPANH.

d Ἰουδαίας ἀφέστηκεν.] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* antea Ἰδουμαίας.

e Λυχνοκαΐας] Conf. Antt. l. 12. c. 7. §. 7. SPANH.

f Ταύτας ἔκλειον οὐκ ἐλάττους ὄντες ἄνδρες] Confer. de Porta Orientali Templi ænea supr. ἁλωσ. l. 6. c. 5. §. 3. SPANH.

g Διακόσιοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν,] Legendum certe εἴκοσι. Vide lib. 7. *de Bello*, cap. 5. §. 3. paul. ant. med. ut & *Villalpandum* in *Ezechielem*, l. 3. fol. 576.

h Ἂν ἀνοίξειν οἰόμενος,] Ἠνέωξεν ἢ κἂν ἀνοίξειν οἰόμενος malit Cl. *Lowthius*. Verbum ἠνέωξεν omittunt *Codd. MSS.*

i Καταψεύδεται δὲ καὶ ὅρκον ἡμῶν,] Καταψεύσασθαί τινα in *MSS.*

k Ἔμειναν,] Ἐνέμειναν in *MSS.*

l Ὠμοσμένον,] Ὀμωσμένον *Big.*

m Μόνος] μόνον *Hafn.*

n Συνέσεως,] Συνθέσεως in *MSS.*

o Τὸ μὴ ἄρχειν,] Illa τὸ μὴ ἄρχειν omittunt aliquot *MSS.* (ut & *Hafn.*) & *Vet. Interpr.*

p Αὐτῶν δηλονότι πόλεως—συνηθισμένων] Αὐτοὶ δῆλον ὅτι πόλεως ἡγεμονικωτάτης Ῥωμαίοις ἐκ τῶν ἄνωθεν ἄρχειν, ἀλλὰ μὴ δουλεύειν συνηθισμένων in *Codd. Big.* & *Hafn.* Quomodo legerit. *Vet. Interpr.* aliis conjiciendum relinquo ex hisce verbis: *Cum utique principalis civitas Romanorum sit, cujus cives soli ab initio regnare atque non servire consueverunt.*

* Cubitorum VII.] *Gelen.* VII. Discrepant hæc cum altitudine & latitudine forium lib. de Bello VI. cap. v. §. 4. ubi dicuntur altæ fuisse cub. LXX. & latæ cub. XXV. ut videtur auctori *Antt. Jud.* Sed nodi hujus solutionem vide in meo examine Architecturæ Villalpandicæ p. 681. Cocc.

† Quis etenim horum magnanimitati valeat obsistere? Nullus etenim aliorum potest dicere sermonem quem Apion loquutus est; quando paucis contigit in principatu continue præsidere, & non rursus aliis facta mutatione servire &c. in *Vet. Interpr.*

ἀνθρώπων οὐχ [q] ἱκανῶς καθ' αὐτοῦ φαίη τοῦτον ὑπ' Ἀπίωνος λελέχθαι τὸν λόγον. ὀλίγοις μὲν γὰρ ὑπῆρξεν ἐφ' ἡγεμονίας διὰ καιροπλίας γενέσθαι, καὶ τούτους αἱ μεταβολαὶ πάλιν ἄλλοις δουλεύειν ὑπέζευξαν. τὸ πλεῖστον δὲ φῦλον ἄλλων ὑπακήκοεν πολλάκις. Αἰγύπτιοι δ' ἄρα μόνοι διὰ τὸ καταφυγεῖν, ὥς [r] φασιν, εἰς τὴν χώραν αὐτῶν τοὺς θεοὺς, καὶ σωθῆναι μεταβαλόντας εἰς μορφὰς θηρίων, ἐξαίρετον γέρας εὕροντο τὸ μηδενὶ [s] δουλεύειν τῶν τῆς Ἀσίας ἢ τῆς Εὐρώπης κρατησάντων· οἱ μίαν ἡμέραν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐλευθερίας οὐ τυχόντες [t] φαίνονται), [v] ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τῶν οἰκοδεσποτῶν. ὃν τινα μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐχρήσαντο Πέρσαι τρόπον, οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις πορθοῦντες τὰς πόλεις, ἱερὰ κατασκάπτοντες, τοὺς παρ' αὐτῶν νομιζομένους θεοὺς κατασφάζοντες, οὐκ ἂν ὀνειδίσαιμι. μιμεῖσθαι γὰρ οὐ προσῆκε [x] τὴν Ἀπίωνος ἀπαιδευσίαν, ὃς οὔτε τὰς Ἀθηναίων τύχας, οὔτε τὰς Λακεδαιμονίων ἐνενόησεν, ὧν τοὺς μὲν [y] ἀνδρειοτάτους, τοὺς δὲ εὐσεβεστάτους τῶν Ἑλλήνων ἅπαντες λέγουσιν. ἐῶ βασιλέας τοὺς ἐπ' εὐσεβείᾳ διαβοηθέντας, ὧν ἕνα Κροῖσον, οἵαις [z] ἐχρήσατο συμφοραῖς βίου. ἐῶ τὴν καταπρησθεῖσαν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν, τὸν ἐν Ἐφέσῳ ναὸν, τὸν ἐν Δελφοῖς, ἄλλους μυρίους, καὶ οὐδεὶς ὠνείδισε ταῦτα τοῖς παθοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς δράσασι. καινὸς δὲ κατήγορος ἡμῶν Ἀπίων εὑρέθη, τῶν ἰδίων αὐτοῦ περὶ τὴν Αἴγυπτον κακῶν ἐκλαθόμενος. ἀλλὰ Σέσωστρις αὐτὸν ὁ μυθευόμενος Αἰγύπτου βασιλεὺς ἐτύφλωσεν. ἡμεῖς δὲ τοὺς ἡμετέρους οὐκ ἂν εἴποιμεν βασιλέας, Δαυίδην καὶ Σολομῶνα, πολλὰ [a] χειρωσαμένους ἔθνη. τούτους μὲν οὖν παραλίπωμεν. τὰ δὲ γνώριμα πᾶσιν Ἀπίων ἠγνόηκεν. ὅτι Περσῶν καὶ [b] μετ' ἐκείνους ἡγουμένων τῆς Ἀσίας Μακεδόνων, Αἰγύπτιοι μὲν ἐδούλευον ἀνδραπόδων οὐδὲν διαφέροντες. ἡμεῖς δὲ ὄντες ἐλεύθεροι προσέτι καὶ τῶν πέριξ πόλεων ἤρχομεν, ἔτη σχεδὸν εἴκοσι που καὶ ἑκατὸν, μέχρι Μάγνου Πομπηΐου. καὶ πάντων ἐκπολεμηθέντων πρὸς Ῥωμαίων τῶν πανταχοῦ βασιλέων, μόνοι διὰ πίστιν οἱ παρ' ἡμῖν σύμμαχοι καὶ φίλοι διεφυλάχθησαν.

ιβ'. „ Ἀλλὰ θαυμαστοὺς ἄνδρας οὐ παρεσχήκαμεν, „ οἷον τεχνῶν τινων εὑρετὰς, ἢ σοφίᾳ διαφέροντας. καὶ καταριθμεῖ Σωκράτην, καὶ Ζήνωνα, καὶ Κλεάνθην, καὶ τοιούτους τινάς. εἶτα τὸ θαυμασιώτατον τῶν εἰρημένων αὐτὸς ἑαυτὸν προστίθησι, καὶ μακαρίζει τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὅτι τοιοῦτον ἔχει πολίτην. ἔδει γὰρ αὐτῷ μάρτυρος ἑαυτοῦ. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἅπασιν [c] ὀχλαγωγὸς ἐδόκει πονηρὸς εἶναι, καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ διεφθαρμένος· ὥστε εἰκότως ἐλεῆσαι τὶς ἂν τὴν Ἀλεξάνδρειαν, εἴπερ ἐπὶ τούτῳ μέγα ἐφρόνει. περὶ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ἀνδρῶν γεγονότων, οὐδενὸς ἧττον ἐπαίνου τυγχάνειν ἀξίων, ἴσασιν οἱ ταῖς ἡμετέραις ἀρχαιολογίαις ἐντυγχάνοντες.

ιγ'. Τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ἐν τῇ κατηγορίᾳ γεγραμμένων, ἄξιον ἦν ἴσως ἀναπολόγητα καταλιπεῖν, ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων ᾖ ὁ κατήγορος. ἐγκαλεῖ γὰρ ὅτι ζῶα θύομεν, καὶ χοίρους οὐκ ἐσθίομεν, καὶ τὴν τῶν αἰδοίων χλευάζει περιτομήν. τὸ μὲν οὖν περὶ τῆς τῶν [d] ἡμέρων ζώων ἀναιρέ-

affirmet, istiusmodi verborum abunde contra seipsum fecisse Apionem. Paucis etenim contigit in principatu continue præsidere, & non rursus aliis facta mutatione servire. Plurimæ namque gentes aliæ sæpe *aliis* obedire coactæ sunt. Ægyptii autem soli, eo quod se receperint (sicut ajunt) in eorum regionem Dii, & salutem consequuti fuerint assumendo bestiarum formas, eximiam gratiam invenerunt ut eorum nemini servirent, qui Asiam Europamve tenuere: qui *scilicet* per unam diem ex omni ævo non habuere libertatem, ne quidem apud dominos indigenas. *Ægyptiorum servitus.* Nam quemadmodum eis usi sunt Persæ, non semel solummodo, sed frequenter urbes eorum vastantes, sacra evertentes, *&* quos Deos esse crediderunt interficientes, *illis* exprobrare non studeo. Haud enim convenit, ut nos indoctam Apionis stultitiam imitemur, qui neque de casibus Atheniensium neque Lacedæmoniorum cogitavit; quorum hos quidem fortissimos, illos vero Græcorum religiosissimos esse omnes affirmant. Taceo reges ob pietatem omnium sermone celebratos, interque eos Crœsum, in quas vitæ calamitates incidit. Taceo incensam Atheniensium arcem, templum Ephesinum & Delphicum, aliaque multa, quibus nemo calamitatem passis sed *potius* inferentibus *casus* exprobravit. Novus autem nostrorum accusator inventus est Apion, malorum suorum, quæ in Ægypto ei acciderant, prorsus oblitus. Sed Sesostris illum excœcavit, Ægypti rex, cujus res * fabulis sunt aspersæ. Non est autem ut reges nostros nos memoremus, Davidem & Solomonem, qui multas subegerunt gentes. Et hos quidem missos faciamus. Quæ vero cunctis nota sunt ignoravit Apion; quod Persis, & post illos Asiæ dominantibus Macedonibus, Ægyptii quidem iis serviebant, à mancipiis nihil differentes. Nos autem liberi existentes etiam civitatum finitimarum dominatum & principatum tenuimus, annis centum & viginti usque ad Pompeium magnum. Et cum omnes à Romanis rerum ubique dominis expugnati fuissent, soli majores nostri propter fidem *suam* socii & amici conservati sunt.

12. „ Sed viros admirabiles non tulimus, vel„ uti artium quarundam inventores, aut sapien„ tia præcellentes. " Atque inter hos enumerat Socratem, & Zenonem, & Cleanthem, aliosque hujusmodi. Deinde, quod ex dictis maxime mirandum, *illis* semetipsum adjicit, & Alexandriam beatam prædicat, quæ civem habuerit tali ingenio præditum. *Apionis vanitas.* Oportebat enim ipsum de se testimonium dare. Nam aliis quidem circulator esse videbatur improbus, & vita & sermone pravus: adeo ut merito quis Alexandriam misereretur, si super isto sese efferat. De viris autem qui fuere apud nos, non minus quam alii quicunque laude digni, probe sciunt qui in nostris versati sunt Originum libris.

13. Reliqua autem eorum quæ complectitur accusatio, mereantur forsan ut præteream tanquam responso indigna, ita ut ipse sui & aliorum Ægyptiorum accusator habeatur. Nam vitio nobis vertit, quod animalia pro victimis mactemus, & non vescamur carne suilla; & pudendorum circumcisionem irridet. Sane quod attinet ad mansuetorum animalium

q Ἱκανῶς] ἱκανὸς *Hafn.*
r Φασὶν,] Sic cum *Vet. Interpr.* antea φησίν.
s Δουλεύειν] δουλεῦσαι *Hafn.*
t Φαίνονται),] Φαίνονται non agnoscunt *MSS.*
v Ἀλλ' οὐδὲ] Παρὰ τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τῶν οἰκοδεσποτῶν legisse videtur *Vet. Interpr.* qui habet, *neque apud indigenas dominos, neque apud externos.*
x Τὴν Ἀπίωνος ἀπαιδευσίαν,] Ita ex *MSS.* pro καὶ quod obtinuit in *Editis.*
y Ἀνδρειοτάτους,] εἶναι addit *Hafn.*
z Ἐχρήσατο συμφοραῖς βίου.] Prius erat ἐχρήσαντο.
a Χειρωσαμένους ἔθνη.] Ita ex *MS.* & *Vet. Interpr.* πειρωσαμένους in *Editis.*
b Μετ' ἐκείνους ἡγουμένων] Sic *MSS.* antea erat μετ' ἐκείνων.
c Ὀχλαγωγὸς] Conf. supr. §. 1. Spanh.
d Ἡμέρων ζώων ἀναιρέσεως,] Ἡμετέρων in *Cod. Big.* & *Hafn.*

* *Vel*, immodice celebratæ. nam μυθευόμενος hîc loci non notat confictum plane regem, sed cujus res gestæ in vanum & falsum sunt detortæ.

e Τι]

lium mactationem, id nobis cum aliis hominibus universis commune est. Apion autem, nos sacra facientes redarguens, indicat semetipsum genere esse Ægyptium. Non enim si Græcus fuisset aut Macedo, hoc ægre tulisset. Isti enim vovent Hecatombas diis sacrificare, & victimas epulis apponunt. & non idcirco contigit mundum in penuria esse pecorum, quod veritus est Apion. Veruntamen si Ægyptiorum moribus omnes semet addicerent, mundus destitutus quidem esset ab hominibus, ferocissimis autem bestiis abundaret, quas pro diis isti habentes cum cura studioque nutriunt. Quod si quis eum interrogaret, quos putaret omnium Ægyptiorum esse sapientissimos & *maxime* religiosos, illos proculdubio sacerdotes esse agnosceret. Hæc enim duo dicunt sibimet ab initio à regibus esse præcepta, ut deos colant & sapientiam diligant: illi igitur & circumciduntur omnes, & à porcinis abstinent carnibus. Sed neque ullus alter Ægyptiorum cum eis sacra diis facere dignoscitur. Mentem igitur occœcatam habuit Apion, qui Ægyptiorum gratia nos data opera conviciis insectatur, illosque accusat, qui non solum utuntur iisdem, quos in nobis reprehendit, moribus, sed etiam alios circumcidi docent, sicuti dixit Herodotus. Unde jure mihi videtur Apion ob maledicta in patriæ suæ leges pœnas dedisse quas commeruit. Nam ex necessitate circumcisus erat, utpote ulceratus circa pudenda: & cum nihil ei profuerit circumcisio, sed putresceret, magnis doloribus exspiravit. Oportet enim bene ac sapienter institutos legibus propriis circa pietatem adhærere, & aliorum minime carpere. At iste suas quidem deseruit, de nostris vero mentitus est. Atque ita quidem vitam finivit Apion, & hîc etiam *de eo* nobis finem dicendi facere par sit.

Sacerdotes Ægyptii.

Apionis mors ex morbo circa pudenda.

Finis eorum quæ dicta sunt contra Apionem.

Apollonii Molonis refutatio.

14. Quoniam vero & Apollonius Molonis, & Lysimachus, & alii quidem nonnulli, partim quidem per ignorantiam, maxima vero ex parte per malevolentiam de legislatore nostro Moyse & legibus *ejus* verba fecerunt, nec justa nec vera, hunc quidem ut præstigiatorem & deceptorem calumniantes, leges autem malitiæ apud nos, nulliusque virtutis magistras esse affirmantes, volo breviter & de omni reip. nostræ constitutione, & de qualibet re singillatim (sicuti potero) sermonem proferre. Puto enim evidens fore, quod ad pietatem & societatem inter homines servandam, & ad omnia humanitatis officia tuenda, prætereaque ad justitiam, & tolerantiam laborum, mortisque contemptum, optime factas habeamus leges. Rogo tamen eos qui in ista inciderint, ut non cum invidia lectionem adhibeant. Non enim proposui nosmetipsos laudibus prosequi; sed defensionem esse justissimam puto, ductam à legibus juxta quas adhuc vivimus, adversus eos, qui multa nobis eaque falsa objecerunt. præsertim cum Apollonius accusationem non continue sicut Apion instituit, sed sparsim & hinc inde per totam orationem. quippe qui aliquando quidem nobis tanquam atheis & hominum osoribus conviciatur, aliquando vero iterum formidinem nobis exprobrat: & è diverso rursus aliquando temerariæ audaciæ & amentiæ nos insimulat. Quin & nos è barbaris maxime omnium ineptos esse dicit: & propterea nos solos nihil ad vitæ emolumentum utile contulisse. Hæc autem omnia manifeste redargui posse existimo, si universa contra quam ab eo sunt dicta

y Τὰ τῆς ἀρετῆς ἆθλα] Ita recte Josephus *virtutis præmia* consecutos gratulari memorat Maccabæos; non, quod inscite substituit Erasmus, *regnum cœlorum*, quod demum a Christi prædicatione innotuit, ne & *æternum ignem* dicam, ubi Maccabæi & Josephus *mortem æternam*. Est hoc παραχαράττειν non παραφράζειν. *adulterare* antiquum monumentum, non aliis pauloque pluribus verbis, majorique ornatu repræsentare: Mitior certe Em. Card. Baronii censura & excusatio in Not. quasi Erasmus alia Græca habuerit. Liquet certe, non habuisse, nec Græcorum ullum sic projectæ audaciæ fuisse, qui Josephi nomine cuderit, quod ita Erasmus re sic seria lusit: Vir scilicet tantus, & qui sibi censenda quævis Patrum Monumenta tanta audacia sumpserit. Nullius proinde auctoritatis, quicquid extra Græca, vel contra eorum fidem toto hoc libello absque omni prorsus judicio scripsit: at vero quantum viro risum daturus erat homo cucullatus, qui hæc vel scripsisset, vel Josephi opus & Maccabæorum verba haberi voluisset? Comb.
z Υπὸ τῆς θείας δίκης] Περὶ τῆς *Al.*
a Αἰώνιον βάσανον.] *Al.* αἰώνιον θάνατον. in *C A.* αἰώνιον βάσανον διὰ πυρὸς.
b Τούτων οὕτως εἰπόντων,] Ταῦτα αὐτῶν εἰπόντων *C A.*
c Αλλὰ καὶ ὡς κατὰ] Αλλ' ὡς καὶ *C A.*
d Εὐθὺς οὖν] Οθεν τὸν πρ. *C A.*
e Υπασπισταὶ] *Al.* ὑπερασπισταί.
f Εκατηγόρει λέγων,] *Al.* ἐκατηγόρει.
g Αὐτῷ,] Illud αὐτῷ deest *C A.*
h Απαλλαγείης] *Al.* ἀπαλλαγῇς.
i Ισχυρότερός] Οὐχ οὕτως ἰσχυρὸς ὑμῶν ἐστιν ὁ τροχὸς *C A.*
k Αγξαι·] *Al.* ἄξαι.
l Διηρέθισαν] διερεθίζοντες τὸν τροχὸν προσεπικατατείνοντες *Lipf.*
m Τὸν τροχὸν προσεπικατατείνοντες·] Quod instrumentum *rotam* Josephus vocat τροχὸν, auctor 2 Maccab. libri τύμπανον, quo etiam alludit Paulus Hebr. v. 35. ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν Ubi bene Interpr. *alii distenti sunt*; sic nimirum tympani in morem in ejus generis cruciatorio instrumento ad omne genus suppliciorum aptati; & ad ipsum ignem, ut Josephus significat: Sic forte illa machina rotabatur, ut in illa distentum corpus ad prunas illis urendum deprimi posset, & ad verbera, seu alias excarnificandum unguibus ferreis, aliisque levari: ea distensione ex tortorum arbitrio tormentis omnibus coaptatum.

dunt. Rota sanguine undique fœdata erat, prunarumque acervus sanie & tabo fluente exstinctus; & ad machinæ axem caro dissilit. Diffracta jam ossium compage, magnanimus & patre Abrahamo plane dignus juvenis, non ingemuit: sed quasi in medio igne ad immortalitatem translatus, tormenta excelso animo & invicto pertulit. „ne me unquam fratres, exclamans, deseritote, neque fratris vestri magnanimitatem ejurate: sacram generosamque militiam pietatis tuendæ causâ militate, per quam justi & patrii Dei nostri providentia, genti nostræ propitia facta, immanem istum tyrannum castigabit." Hæc effatus juvenis sanctissimus, animam exhalavit. Cunctisque magnanimitatem illius suspicientibus; satellites priori secundum, pro ætatis ratione, ducunt; ferreis dein manicis aptatis, catapultæ unguibus acutissimis alligant. Ut autem de esu sciscitati, priusquam torqueretur, præclaram audiverunt sententiam: ferreis manicis totam carnem à tendonibus ad mentum usque detrahunt; capitis vero cutem pardi feri discerpunt. Quem tamen ille fortiter dolorem perferens, „quam suavis est, inquit, quævis necis facies, patriæ nostræ pietatis causa! Nonne existimas, crudelissime tyranne, te nunc acrius me torqueri; cum superbam tyrannidis tuæ rationem, à nostra ob pietatem tolerantia victam videas? Dolorum enim me asperitate, voluptates è virtute emanantes, levant. tu vero, ferocibus impietatis minis discru-

Alterius certamen.

νοντες· ἐμολύνετο δὲ πάντοθεν αἵματι ὁ τροχὸς, καὶ ὁ σωρὸς τῆς ἀνθρακιᾶς τοῖς τῶν ἰχώρων ἐσβέννυτο σταλαγμοῖς, καὶ περὶ τοὺς ἄξονας τοῦ ὀργάνου περιέῤῥεον αἱ σάρκες. καὶ περιτελμημένον ἤδη ἔχων τὸ τῶν ὀστέων πῆγμα ὁ μεγαλόφρων καὶ Ἀβραμιαῖος νεανίας οὐκ ἐστέναξεν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν πυρὶ μετασχηματιζόμενος εἰς ἀφθαρσίαν, ὑπέμεινεν εὐγενῶς τὰς στρέβλας. „μιμήσασθέ με, ἀδελφοὶ, λέγων, μή με τὸν αἰῶνα λειποτακτήσητε, μηδ' ἐξομόσησθέ μου τὴν τῆς εὐψυχίας ἀδελφότητα. ἱερὰν καὶ εὐγενῆ στρατείαν στρατεύσασθε ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας, δι' ἧς ἵλεως ἡ δικαία καὶ [n] πάτριος ἡμῶν πρόνοια τῷ ἔθνει γενηθεῖσα τιμωρήσῃ τὸν ἀλάστορα τύραννον." καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ ἱεροπρεπὴς νεανίας, ἀπέῤῥηξε τὴν ψυχήν. θαυμασάντων δὲ πάντων τὴν καρτεροψυχίαν αὐτοῦ, ἦγον οἱ δορυφόροι τὸν καθ' ἡλικίαν τοῦ προτέρου δεύτερον, καὶ σιδηρᾶς ἐναρμοσάμενοι χεῖρας ὀξέσι τοῖς ὄνυξιν [o] ὀργάνῳ [p] καταπέλτῃ προσέδησαν αὐτόν. ὡς δὲ, εἰ φαγεῖν βούλοιτο πρὶν βασανίζεσθαι πυνθανόμενοι, τὴν εὐγενῆ γνώμην [q] ἤκουσαν· [r] ἀπὸ τῶν τενόντων ταῖς σιδηραῖς χερσὶν [s] ἐπισπώμενοι, μέχρι γε τῶν γενείων τὴν σάρκα πᾶσαν καὶ τὴν τῆς κεφαλῆς δορὰν οἱ [t] παρδάλειοι θῆρες ἀπέσυραν. ὁ δὲ ταύτην [v] βαρέως τὴν ἀλγηδόνα καρτερῶν, ἔλεγεν. „ὡς ἡδὺς πᾶς θανάτου τρόπος διὰ τὴν πάτριον ἡμῶν [x] εὐσέβειαν. οὐ δοκεῖς, πάντων ὠμότατε τύραννε, πλεῖον ἐμοῦ σε νῦν βασανίζεσθαι, [y] ὁρῶν σου νικώμενον τὸν τῆς τυραννίδος ὑπερήφανον λογισμὸν ὑπὸ τῆς διὰ τὴν εὐσέβειαν ἡμῶν ὑπομονῆς; ἐγὼ μὲν γὰρ ταῖς διὰ τὴν ἀρετὴν ἡδοναῖς [z] τῶν πόνων ἐπικουφίζομαι. σὺ δὲ ἐν ταῖς τῆς „ἀσε-

Quod Chrys. ad capitis abscissionem refert, velut se res in Jacobo habuit, haud satis congruit: nec sanctus Paulus ibi Sanctos Novi Testamenti videtur tangere, sed solum Veteris, quos Judæis ipsum probantibus in exemplum adducit. Comb.

n Πάτριος ἡμῶν πρόνοια] Hîc ἀπὸ τοῦ πατρὸς, πάτριος. *A Patre paterna providentia*; nec quibus aliis passim locis vel pueri locuti leguntur, vel ipsa Mater τῇ πατρίῳ & πατρώᾳ φωνῇ *patria & paterna voce*, aliter intelligendum, quam Lingua Hebraica seu Syriaca, quasi Lingua Patriæ, quæ ipsa à Patre dicta est: durumque est, quod Cornel. a Lapide passim in erudita sua 2 libri Maccab. expositione quasi *mascula, virili, forti* interpretatur, non velut pueri aut fœminæ; abhorretque a Græcæ linguæ puritate, qua liber ille eleganter scriptus est. Quod illustrando sacro textui, Josephi affert, saniore reliquis consilio ex ipso mutuatur Josepho, ejusque Græcis, non ex Erasmiana olida illa paraphrasi: quibus etiam reddendis operam probat, licuissetque in eo genere non paucis sodalium ea præcellere, sive est ipse Corn. a Lapide, sive Sodalium alius quispiam, qui tot retro annis quasi ejus opus posthumum suam illam lucubrationem vulgaverit. Etiam παῖδες & νεανίαι non sic tenera ætate erant, ac velut impuberes, ut ejus vocis mysterio significandum fuerit, non loqui illos ut parvulos, quam passim vocem illis tribuit Erasmus, ubique ineptiens in hoc opere, ac si infantium certamen esset, non vere juvenum satisque grandium, & qui Regis negotiis jam tum præfici possent; quod eis desertæ Religionis præmium Tyrannus statim pollicebatur, uti Josephus scripsit: quin & ipse sacer Textus, & quidem omnium minimo 2 Maccab. 7, 24. *Pollicebatur amicum habiturum*, καὶ χρείας ἐμπιστεύσειν, *& negotia crediturum*, ut reddit Nobil. ac Græca petunt; publicis curis rebusque præficiendum, quod grandis jam adolescentis, & ephebi ac prope viri, non parvuli, ut & esse Amicum Regis: nec satis vulg. ex Græc. fide, *& res necessarias illi præbiturum*: nisi aliam vocem habuit, quod non liquet: quos etiam c. 8. post Eleazari necem ἐκ τῆς Ἑβραίων λείας, *ex Hebræorum præda* s. captivis suo tribunali ab Antiocho sisti jussos ait; velut nimirum captivorum nobiliores (uti etiam inter Sacerdotes nobilis Eleaz.) quibus in sententiam adductis reliquam gentis turbam ac quasi fæcem eorum exemplo in eandem se adducturum sperabat; quod quam belle dictum in parvulos & pene infantes; quorum defectio, si qua fuisset, miserationem magis haberet, quam exempli vim ac provocationem. Nomina etiam puerorum & matris aliunde accepta inferciit Erasmus, cum nec sacer Textus, nec Josephus illorum quicquam meminerint; videanturque petita ex quibusdam apocryphis, seu etiam conficta; ut ea ignorare non multum nostra intersit. Argumento est, quod alia prorsus nomina habet Erasmus, ac habeant Menæa: ut si ulla nominum habenda esset ratio alii aliique forent, quos Maccabæos dicimus. Quo patet, quam leviter dictos Maccabæos opinati sint, qui a primo ejus nominis, ac natu maximo totam eam fratrum cohortem sic dictam scripserunt: quem Menæa edita Abim vocant; Tiliana MS. nostra Abbim. Basilii Menolog. solum Eleazarum senem, & Salomonidem Puerorum matrem nominat, seu Salomonam, ut & reliqua Menæa, cum Latini quidam *Maccabæam*, ac nescio quid eam dicant. Maccabæos ego potius dictos existimem, non quod ullus eorum sic vocatus, vel quod Maccabæos & Asmonæos propius cognatione attingerent (cum ejus rei ex certis monumentis nulla sit conjectura) sed quod ignotis eorum nominibus & progenie ipsorum sic scripta historia sit in 2. illo libro Maccabæorum, unde & Mater dicta Maccabæa, quod illis imposuerit, qui ejus nomen proprium esse putaverunt. Comb.

o Ὀργάνῳ] Τοῖς ὀργάνοις *C A.*

p Καταπέλτῃ] Conf. infr. §. 20. Spanh.

q Ἤκουσαν] *Al.* εἵλκυσαν.

r Ἀπὸ τῶν τενόντων] Erasmus. *A principio cervicis ad genua usque* &c. *Ad mentum & barbam usque*, si dixisset, sensum Josephi aperuisset. Putem scripsisse *ad genas usque*, ut de illo mitius sentiam. Τένοντες majores musculi præcipue sunt, quibus caput jungitur cervici, ipsiusque cervicis pars, unde cœpta detrahi cutis cum carnibus, ipsaque tota capitis cutis ad mentum usque & barbam; quod dirum supplicium etiam significavit sacer textus, intellexitque in Josepho Ambros. l. 2. de Jacob & vita beata c. 11. Sic non placet Cornel. quod reddit *ab imis pedibus exorsi*. Sed de illa ejus vocis significatione videndus Thes. & alii. Quæ sequitur vox ἐπισπαλώμενοι nihil Græca videtur: conjectura muto ἐπαλλόμενοι, quod Jonice dicitur ἀντὶ τοῦ ἐφαλλόμενοι. Sic enim clara litera, quadratque istud sic dictum cum sequenti metaphora pardi bestiæ: οἱ παρδάλεις θῆρες, *qui immanitate pardi bestiæ erant*, ubi male Corn. *& capitis pellem admotis pardis dilacerant*, ita forte, quod mendo typogr. Argent. est παρδάλεισι, θῆρε. Erasmus longo discursu ac nugatorio istud de immissis pardis, seu *pardo* (ut loquitur) *feroce & sitibundo sanguinis*, qui DEI miraculo in mitem versus sit, exaggerat, contra omnem fidem, etiam justæ παραφράσεως. *Assiliendi* itaque voce usus Josephus ad exprimendum, quod ex indole ejusmodi bestiarum est, quam totam ea carnificina, unguiumque dilaceratione tortores illi imbuisse viderentur. Comb.

s Ἐπισπώμενοι,] Ἐπισπασάμενοι *C A.* ἐπισπαλώμενοι *Ald.*

t Παρδάλειοι] *Gen.* παραδάλειοι; Vel παρδάλεοι Spanh.

v Βαρέως τὴν ἀλγηδόνα καρτερῶν,] Positum hic βαρέως, ἀντὶ τοῦ σεμνῶς· quasi *gravi constantia*, quod & reddebam, non ulla mentis levitate aut temeritate, cum alias *moleste* sonare videatur, præsertim cum verbo φέρειν. Non bene Josephi sensus mutatus Cornelio; *Quem ille gravissimum dolorem tolerans*, ubi nullum acumen. Erasmus ut syrtem, difficultatem vitavit. Comb.

x Εὐσέβειαν.] Post εὐσέβειαν habemus ἔφη τε πρὸς τὸν τύραννον in *C A.*

y Ὁρῶν σου νικώμενον] Ὁρῶντάς σου *C A.*

z Τῶν πόνων] Τὸν πόνον *C A.*

a Ἀγνοεῖν

„ ἀσεβείας ἀπειλαῖς βασανίζῃ. οὐκ ἐκφεύξῃ δὲ, μιαρώτατε τύραννε, τὰς τῆς θείας ὀργῆς δίκας.

ι'. Καὶ τούτου ἀοίδιμον θάνατον καρτερήσαντος, ὁ τρίτος ἤγετο, παρακαλούμενος πολλὰ ὑπὸ πολλῶν, ὅπως ἀπογευσάμενος σώζοιτο. ὁ δὲ ἀναβοήσας ἔφη· „ [a] ἀγνοεῖτε, ὅτι ὁ αὐτός με τοῖς ἀποθανοῦσιν ἔσπειρε „ πατὴρ, καὶ ἡ αὐτὴ μήτηρ ἐγέννησε, καὶ [b] ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀνετράφημεν δόγμασιν; οὐκ [c] ἐξομοῦμαι τὴν εὐγενῆ „ τῆς ἀδελφότητός μου [d] συγγένειαν." οἱ δὲ πικρῶς [e] ἐνέγκαντες τὴν παῤῥησίαν τοῦ ἀνδρὸς, [f] ἀρθρεμβόλοις ὀργάνοις τὰς χεῖρας αὐτοῦ καὶ τοὺς πόδας ἐξήρθρουν, καὶ ἐξ ἁρμῶν [g] ἀναμοχλεύσαντες ἐξεμέλιζον· καὶ τοὺς δακτύλους, βραχίονας, καὶ σκέλη καὶ ἀγκῶνας περιέκλων. καὶ κατὰ μηδένα τρόπον ἰσχύοντες αὐτὸν ἄγξαι, περισύραντες [h] τὸ δέρμα σὺν ἄκραις τῶν δακτύλων κορυφαῖς [i] ἀπεσκύθιζον. καὶ εὐθέως ἦγον ἐπὶ τὸν τροχόν· περὶ ὃν ἐκ σφονδύλων ἐκμελιζόμενος, ἑώρα τὰς ἑαυτοῦ σάρκας περιλακιζομένας, καὶ κατὰ σπλάγχνων σταγόνας αἵματος ἀποῤῥεούσας. μέλλων δὲ ἀποθνήσκειν, ἔφη, „ ἡμεῖς μὲν, „ ὦ μιαρώτατε τύραννε, διὰ παιδείαν καὶ ἀρετὴν [k] Θεοῦ „ ταῦτα πάσχομεν. σὺ δὲ, διὰ τὴν ἀσέβειαν καὶ μιαι- „ φονίαν, [l] ἀκαταλύτους καρτερήσεις βασάνους." καὶ τούτου θανόντος ἀδελφοπρεπῶς, τὸν τέταρτον ἐπεσπῶντο, λέγοντες, „ [m] μὴ συμμανῇς καὶ σὺ τοῖς ἀδελφοῖς σου τὴν „ αὐτὴν μανίαν;" ὁ δὲ αὐτοῖς ἔφη, „ οὐχ οὕτω καυ- „ στικώτερον ἔχετε κατ' ἐμοῦ τὸ πῦρ, ὥστε με [n] δειλαν- „ δρῆσαι. μὰ τὸν μακάριον τῶν ἀδελφῶν μου θάνατον, καὶ „ τὸν αἰώνιον τοῦ τυράννου ὄλεθρον, καὶ τὸν ἀοίδιμον τῶν εὐσε- „ βῶν βίον, οὐκ ἀρνήσομαι τὴν εὐγενῆ ἀδελφότητα. ἐπι- „ νόει, τύραννε, βασάνους, ἵνα καὶ δι' αὐτῶν μάθῃς ὅτι „ ἀδελφός εἰμι τῶν προβασανισθέντων." ταῦτα ἀκούσας ὁ [o] αἱμοβόρος καὶ φονώδης καὶ παμμιαρώτατος Ἀντίοχος, ἐκέλευσε τὴν γλῶτταν αὐτοῦ [p] ἐκτμηθῆναι. ὁ δὲ ἔφη, „ κἂν ἀφέλῃς τὸ τῆς φωνῆς ὄργανον, καὶ σιωπώντων εἰσα- „ κούει ὁ Θεός. ἰδοὺ προκεχάλασται ἡ γλῶττα. [q] τέμνετε. „ οὐ γὰρ παρὰ τοῦτο τὸν λογισμὸν ἡμῶν γλωσσοτομήσεις. „ ἡδέως ὑπὲρ τοῦ νόμου τοῦ Θεοῦ τὰ τοῦ σώματος μέλη κα- „ κρωτηριαζόμεθα. σὲ δὲ [r] ἐν τάχει μετελεύσεται

„ ciaris: neque divinæ vindictam iræ effugies, „ sceleratissime Tyranne.

10. Isto itidem mortem nobilem obeunte, *Tertii cruciatus.* tertius ducitur, multis hortationibus rogatus, ut gustu saluti consuleret. Verum ille, „ Quid? „ inquit, vos ne latet, eundem patrem me pro- „ creasse, matremque peperisse eandem, atque „ mortuos hosce, iisdemque præceptis institutos? „ Generosam fraterni vinculi cognationem ne- „ quaquam ejurabo." Liberam tortores adolescentis vocem iniquo animo ferentes equuleo manus „ pedesque luxant, & è commissuris detrusos dirumpunt; digitos, brachia, crura, & cubitos confringunt. Cumque nullo modo suffocare ipsum possent; cutem, circumacto una cum digitorum extremis partibus detrahunt. Atque è vestigio in rotam agitur: circa quam, vertebris à se diremptis, suam ipsius carnem discerptam videt, guttasque sanguinis in viscera influentes. Jamque animam editurus, „ nos, inquit; scelestissime „ Tyranne, divinæ disciplinæ virtutisque causa, „ hæc patimur; tu vero, impietatis & parricidii „ pœnas sempiternas lues." Quo mortuo pari cum fratribus virtute; quartum raptant, clamitantes, *Quarti.* „ eandemque atque fratres tu quoque in- „ saniam insanies?" Tum ille, „ non ita calet, „ inquit, vester contra me ignis, ut animum „ despondeam. per fratrum meorum beatam mor- „ tem, æternumque tyanni exitium, ac piorum „ vitam gloriosam, sancte dejero; fratrum ma- „ gnanimitatem non abnegabo. excogita, tyran- „ ne, cruciatus: quibus experiaris, me fratrem „ eorum germanum esse, qui jam tormentis „ confecti morte occubuere." Quibus auditis, sanguinarius, atrox, omnique diritate immanissimus Antiochus, linguam illi præcidi ju- „ bet. Ille autem, ut vocis, inquit, instrumen- „ tum adimas, tacentes exaudit Deus. ecce pro- „ minet lingua: secate. Non enim propterea „ rationis usum nobis auferre poteris. Liben- „ ter divinæ legis causa, corporis partibus mu- „ tilamur. te vero, qui laudem divinarum can-

„ tricem

a Ἀγνοεῖτε,] Ἢ ἀγνοεῖτε *C A.*

b Ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀνετράφημεν δόγμασιν;] Satis supine Cornel. δώμασι legit, quod nescio an illi habeant Cod. nec si haberent, fœdo errore vacarent. Reddit ergo, *Iisdemque nos in ædibus educatos*, quod satis ἀπροσδιόνυσον. Melius παραφραστικῶς Erasmus: *Unus est nobis Magister, unus animus* &c. Iisdem ergo educatos doctrinis atque decretis, una imbutos fide, Eleazaro eis præceptore, sive etiam Patre, ut Menæa semel & iterum videntur velle, etsi videtur illorum fides hac parte nutare. Ode 6. auctore Canonis Andrea Cretensi, προενήθλησε πατὴρ, συναθλοῦσι καὶ υἱοὶ, εὐφραινέσθω σὺν ὑμῖν καὶ ἡ μήτηρ. *Prior certavit Pater, certent pariter & filii, lætetur nobiscum & Mater.* Cui geminum illud Cathismatis. τοῦ τυράννου τὰς ἀπειλὰς κατῃσχύνατε, ὡς τοῦ νόμου ὑπέρμαχοι, καὶ τοῦ πατρὸς ἀκόλουθοι γενόμενοι σὺν μητρὶ εὔφρονι. *Tyranni minas confudistis, ut Legis defensores, & Patris effecti sectatores cum divina Matre.* Clarius Exapostilarium, quod diversi auctoris esse possit, ab Andrea auctore Canonis. Τοὺς θαυμαστοὺς ὑμνήσωμεν Μακκαβαίους, Ἐλεαζάρου παῖδας καὶ Σαλωμόνης. *Laudemus admirandos Maccabæos, Eleazari & Salomonidis filios.* Quos etiam idem Andreas ex Sacerdotali genere fuisse indicat Od. 8. Οἱ τὴν Μώσεως κάθεδραν κοσμήσαντες, καὶ τοὺς πατρώους θεσμοὺς συντηρήσαντες, ὡς ἑπτὰ ἀστέρες ἐν κόσμῳ λάμποντες. *Qui Mosis cathedram ornavere, & paternas leges servavere velut septem stellæ in mundo lucentes*: pro Eleazari scilicet necessitudine, qui ipse Sacerdos fuit, & in vice sua princeps, eaque ratione Cathedram Mosis ornavit, quam ornare non aliorum videtur, quam Sacerdotum. In reliquis Andreas Eleazarum institutorem solum ait puerorum, quos Salomona genuerit: quomodo animorum pater esset, non corporum. Ejus rei nihil habemus ex sacro Textu, aut ex his, quæ Josephus scripsit. Nostra Tiliana Menæa nihil cum editis commune habent, præter priores strophas ad Vesperas: Canon diversus incipit, παθῶν αὐτοκράτορα λογισμόν. in quo nihil ejus furfuris, quo videatur Eleazarus fuisse Pater Maccabæorum. Cathisma castigatissimum, quo fere uno Eleazari memoria recolitur. Ἱερεὺς ἀναδειχθεὶς Μωσαϊκῶς, τὰς ἐν νόμῳ λατρείας διαπαντὸς προσάγων, μακάριε, τῷ δεσπότῃ τῆς κτίσεως, καὶ ζηλωτὴς τοῦ νόμου ἐνθέως γενόμενος πολυειδεῖς βασάνους γενναίως ὑπέμεινας. ὅθεν καὶ τοῖς πᾶσιν ὑποτύπωσις ὤφθης, σοφὲ καρτερόθυμε ὑπομονῆς καὶ στεῤῥότητος Ἐλέαζαρ πολύαθλε. *Sacerdos Mosaico ritu fuisti, Legales hostias continue offerens, vir beate, Creaturæ Domino, Legisque Divinæ æmulator factus diversi generis tormenta fortiter sustinuisti: Unde & cunctis æmulandæ patientiæ ac firmitatis, sapiens tolerantis animi enituisti, Eleazar multis desudatis præliis ac victoriis clare.* Exapostilarium tamen in eam incurrit sententiam, ut Eleazarum septem Puerorum Patrem significet: quodque elegans est, repræsentare hic lubet. τοῦ νόμου χρηματίζοντες ὑπηρέται καὶ στῦλοι, τὸν θάνατον ὑπήλθατε, Μακκαβαῖοι γενναῖοι, καὶ δόξης ἐπετύχετε σὺν μητρὶ θεόφρονι πατρί τε Ἐλεαζάρῳ. *Qui Legis ministri ac columnæ essetis, mortem obiistis cum Matre Divini sensus fœmina, & Eleazaro Patre.* Nimisque durum, ut non eodem modo Mater ac Pater ejus moduli auctori intelligatur. Comb.

c Ἐξομοῦμαι] Ἐξόμνυμαι *C A.*

d Συγγένειαν.] Post συγγένειαν sequuntur in *C A.* πρὸς ταῦτα εἴ τι ἔχετε κολαστήριον προσαγάγετε τῷ σώματί μου· τῆς γὰρ ψυχῆς μου, οὐδ' ἂν θέλητε, ἅψασθαι δύνασθε.

e Ἐνέγκαντες] Ἐνέγκοντες N.

f Ἀρθρεμβόλοις] Conf. supr. §. 8. Spanh.

g Ἀναμοχλεύσαντες ἐξεμέλιζον.] Ἀναμοχλεύοντες *C A.*

h Τὸ δέρμα] τὰ ὄργανα *Lips.*

i Ἀπεσκύθιζον.] κουρὰν ἀποσκυθίσαι Athenæ. lib. XII. p. 524. F. Spanh.

k Θεοῦ] Deest θεοῦ in *Lips.*

l Ἀκαταλύτους] ἀκαλήπτους *Gen.*

m Μὴ συμμανῇς] Μὴ μανεὶς καὶ σὺ τὴν αὐτὴν τοῖς ἀδελφοῖς σου μανίαν *Ald.* μὴ συμμανῇς καὶ σὺ τοῖς ἀδελφοῖς σου τὴν αὐτὴν μανίαν, ἀλλὰ πεισθεὶς τῷ βασιλεῖ σῶζε σεαυτὸν *C A.*

n Δειλανδρῆσαι.] Conf. infr. §. 13. Spanh.

o Αἱμοβόρος] *Hesychius*: αἱμοβόρου (non αἱμαβόρου) αἱμοεσθίοντος Spanh.

p Ἐκτμηθῆναι.] Ἐκτομεῖν *C A.*

q Τέμνετε.] Τέμνε *C A.*

r Ἐν τάχει μετελεύσεται] Ταχέως *C A.*

, Ἐπὶ

„ tricem linguam exsecas, Deus ipse brevi adorietur.

Quinti. 11. Quo fœdis tormentis sublato, quintus prosiliens, dixit; „ supplicium virtutis ergo „ non moror; ipse ultro accedo; ut me quoque interempto, plurium scelerum pœnas cœlesti vindictæ des reus. ô generis humani virtutisque capitalis hostis, qua nostra culpa admissa in nos hunc in modum grassaris? an quia rerum omnium conditorem rite colimus, atque ex ipsius sanctissimæ legis præscripto vivimus? atqui hæc præmiis, non pœnis sunt digna." Carnifices talia dicentem in catapultam rapiunt vinctum: ubi ligatis genibus, iisdemque ferrea compede aptatis, lumbos circa orbicularem cuneum contorquent: totusque rotam ambiens, scorpii instar, refractus, membris divulsis detruncabatur. Atque ita, spiritu coarctato, corporeque præfocato, „ maximo, „ inquit, tyranne, beneficio nolens & invitus „ nos afficis, quod illustrioribus doloribus nostram legis nomine tolerantiam reddis testatam."

Sexti tormenta. Eo mortuo, sextus adducitur adolescentulus. A quo tyrannus sciscitatus, „ an, esca gustata, „ liberari vellet:" respondet, „ ego quidem „ certe fratribus ætate sum minor, sed animo „ plane æqualis. Ad eadem siquidem geniti & „ educati, pro eisdem mori quoque debemus similiter. Quare, si placet esca impura vesci recusantem torquere, torque." Dicentem ista, rotæ imponunt, in qua membris divulsis distentus, vertebrisque emotis, lento igne subjecto ustularunt. Veruculisque etiam ignitis dorso admotis, latera visceraque perforata concremant. Ille autem in mediis cruciatibus, „ ô „ sacrum certamen, exclamat, ad quod pietatis „ causa, ut dolorum acerbitate exerceremur, tot „ fratres invitati manus non dederimus! pietatis „ etenim professio, tyranne, ut scias, invicta „ est. Ego comes fratribus additus, probitate „ munitus, jam morior: tibi quoque, tyranne, „ mors similiter imminet, magnum & tremendum tortorem habituro. Tuam immanitatem, „ ô tormentorum artifex, & vere piorum hostis, sex adolescentuli superavimus. quid enim „ aliud est te superare, quam non potuisse te „ verbis rationem nostram flectere, neque ad „ nefarium esum cogere? frigidus nobis tuus videtur ignis, catapultæ minime molesti, violentia omnis cassa & irrita. Nam cum non tyranni, sed divinæ legis satellites à nobis stent; „ rationem habemus invictam.

Septimi. 12. Utque hic in lebetem conjectus feliciter exspiravit, septimus, omnium natu minimus, prodiit. Quem tyrannus misertus, licet ab omnibus illius fratribus acerrimis verbis proscissus, ut jam vinculis constrictum vidit, propius ad se adduci jussit. Quem his verbis delinire ac pellicere conatus est. „ Fratrum tuorum qualis „ sit exitus, vides. Ob contumaciam enim cru-

„ ὁ Θεὸς, [s] ἐπὶ τὴν τῶν θείων ὕμνων μελῳδὸν γλῶσσαν „ ἐκτέμνεις."

ια΄. Ὡς δὲ καὶ οὗτος ταῖς βασάνοις καταικισθεὶς ἀπέθανεν· ὁ πέμπτος παρεπήδησε λέγων· „ οὐ μέλλω, „ τύραννε, πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς [t] βασανισμόν. αὐτὸς „ δὲ ἀπ' ἐμαυτοῦ παρῆλθον, ὅπως κἀμὲ κατακτείνας „ περὶ πλειόνων ἀδικημάτων [v] ὀφλήσῃς τῇ οὐρανίῳ „ δίκῃ τιμωρίαν. ὦ μισάνθρωπε καὶ μισάρετε, τί δράσαντας ἡμᾶς τοῦτον πορθεῖς τὸν [x] τρόπον; ὅτι τὸν πάντων κτίστην εὐσεβοῦμεν· καὶ κατὰ τὸν ἐνάρετον αὐτοῦ ζῶμεν „ νόμον; ἀλλὰ ταῦτα τιμῶν οὐ βασάνων [y] εἰσὶν [z] ἄξια. τοιαῦτα λέγοντα οἱ δορυφόροι δήσαντες, αὐτὸν εἷλκον ἐπὶ τὴν καταπέλτην. ἐφ' ὃν δήσαντες αὐτὸν ἐπὶ τὰ γόνατα, καὶ ταῦτα ποδάγραις σιδηραῖς ἐφαρμόσαντες τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, περὶ τροχαῖον [a] σφῆνα κατέκαμψαν· περὶ ὃν ὅλος περὶ τὸν τροχὸν σκορπίου τρόπον ἀνακλώμενος ἐξεμελίζετο. καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τὸ πνεῦμα στενοχωρούμενος καὶ τὸ σῶμα ἀγχόμενος, „ καλὰς, ἔλεγεν, ἄκων, ὦ τύραννε, χάριτας ἡμῖν χαρίζῃ, διὰ γενναιοτέρων πόνων ἐπιδείξασθαι παρέχων τὴν εἰς τὸν νόμον „ ἡμῶν καρτερίαν." τελευτήσαντος δὲ καὶ τούτου, ὁ ἕκτος ἤγετο μειρακίσκος. ὃς πυνθανομένου τοῦ τυράννου „ εἰ „ βούλοιτο φαγὼν ἀπολύεσθαι," ἔφη. „ ἐγὼ [b] τὴν μὲν „ ἡλικίαν τῶν ἀδελφῶν μου εἰμὶ νεώτερος, τὴν δὲ διάνοιαν „ ἡλικιώτης. εἰς τὰ αὐτὰ γὰρ καὶ γεννηθέντες καὶ τραφέντες, ὑπὲρ τῶν αὐτῶν καὶ ἀποθνήσκειν ὀφείλομεν ὁμοίως. „ ὥστε εἰ δοκεῖ σοι βασανίζειν μὴ [c] μιαροφαγοῦντας, „ βασάνιζε." ταῦτα αὐτὸν εἰπόντα παρῆγον ἐπὶ τὸν τροχὸν, ἐφ' οὗ [d] κατατεινόμενος ἐκμελῶς καὶ ἐκσφονδυλιζόμενος ὑπεκαίετο. καὶ ὀβελίσκους δὲ ὀξεῖς πυράσαντες, τοῖς νότοις προσέφερον, καὶ [e] τὰ πλευρὰ διαπείραντες αὐτοῦ καὶ τὰ σπλάγχνα διέκαιον. ὁ δὲ βασανιζόμενος, „ ὦ ἱεροπρεποῦς ἀγῶνος, ἔλεγεν, ἐφ' ὃν „ διὰ τὴν εὐσέβειαν εἰς πόνων γυμνασίαν ἀδελφοὶ τοσοῦτοι κληθέντες οὐκ ἐνικήθημεν. ἀνίκητος γάρ ἐστιν, „ ὦ τύραννε, ἡ εὐσεβὴς ἐπιστήμη. καλοκαγαθίᾳ καθωπλισμένος τεθνήξομαι μὲν κἀγὼ μετὰ τῶν ἀδελφῶν „ μου. σὺ δὲ, ὦ τύραννε, [f] μέγαν προσλαβὼν καὶ αὐτὸς „ τιμωρόν. καινουργὲ τῶν βασάνων καὶ πολέμιε τῶν ἀληθῶς „ εὐσεβούντων, ἓξ μειράκια κατελύσαμέν σου τὴν τυραννίδα. τὸ γὰρ μὴ δυνηθῆναί σε μεταπεῖσαι τὸν λογισμὸν „ ἡμῶν μήτε βιάσασθαι πρὸς τὴν μιαροφαγίαν, οὐ κατάλυσις ἐστί σου; τὸ πῦρ σου ψυχρὸν ἡμῖν, καὶ ἄπονοι οἱ καταπέλται, καὶ ἀδύνατος [g] ἡ βία. οὐ γὰρ „ τυράννου, ἀλλὰ θείου νόμου [h] παρεστήκασιν ἡμῖν δορυφόροι. διὰ τοῦτο ἀνίκητον ἔχομεν τὸν λογισμόν.

ιβ΄. Ὡς δὲ καὶ οὗτος μακαρίως ἀπέθανε καταβληθεὶς εἰς λέβητα, ὁ ἕβδομος [i] παραγίνεται πάντων νεώτερος. ὃν κατοικτειρήσας ὁ τύραννος, [k] καίτοι δεινῶς ὑπὸ πάντων τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ καταικισθεὶς, ὁρῶν ἤδη τὰ δεσμὰ περικείμενον, πλησιέστερον [l] αὐτοῦ μετεπέμψατο, καὶ παρηγορεῖν ἐπειρᾶτο λέγων. „ τὸ μὲν τῶν ἀδελφῶν σου ἀπονοίας τὸ τέλος ὁρᾷς. διὰ γὰρ ἀπείθειαν στρεβλωθέν-

„ τες

s Ἐπὶ τὴν τῶν θείων ὕμνων] Ὅτι τὴν τῶν θ. C A.

t Βασανισμόν] Post βασανισμὸν habemus παραιτεῖσθαι in C A.

v Ὀφλήσῃς τῇ οὐρανίῳ δίκῃ τιμωρίαν.] Ὀφειλήσῃς C A.

x Τρόπον;] Τρόπον; ἢ κακόν σοι δοκεῖ, ὅτι τὸν π. C A. & Lips.

y Εἰσὶν] ἐστιν Lips.

z Ἄξια] Post ἄξια addit C A. εἴπερ ᾐσθάνου ἀνθρώπου πόθων, καὶ ἐλπίδα εἶχες παρὰ Θεῷ σωτηρίας. νῦν ἴδε ἀλλότριον ὢν Θεοῦ πολεμεῖς τοὺς εὐσεβοῦντας εἰς τὸν Θεόν.

a Σφῆνα] Conf. supr. §. 8. SPANH.

b Τὴν μὲν ἡλικίαν τῶν ἀδελφῶν] Al. Τῇ μὲν ἡλικίᾳ C A. & mox τῇ δὲ διανοίᾳ.

c Μιαροφαγοῦντας,] Al. μιαροφαγοῦντα.

d Κατατεινόμενος ἐκμελῶς] Genev. μετάτειν. Quod Corn. τὸ ἐκμελῶς *membratim* reddit, novæ fabricæ est, nec ex usu hujus vocis. Possit forte accipi, ut particula ἐκ sive ἐξ vim augendi habeat. Malim tamen contrario sensu sumere, ut sit quasi *temere, tumultuario*, ac valde ἀμελῶς, ut fieri solet in ejusmodi carnificina, ubi satellites hoc unum curant, ut rei excrucientur, & ad propositum, ut membra sic distenta suis compagibus solvantur, ac deartuentur. Sic videtur Pollux accipere l. 4. c. 8. COMB.

e Τὰ πλευρὰ διαπείραντες] τ. πλ. διαπεράσαντες Lips.

f Μέγαν προσλαβὼν] Μέγαν σοι προσλαβὼν καὶ αὐτὸς τιμωρὸν C A. μέγαν μου προσβαλὼν καὶ αὐτὸς ἀλάστορα Ald.

g Ἡ βία.] Ἡ βία σου C A.

h Παρεστήκασιν ἡμῖν δορυφόροι.] Προεστήκασιν ἡμῶν C A.

i Παραγίνεται] Παρεγίνετο C A. παρεγένετο Lips.

k Καίτοι δεινῶς] Καίτοι δεινῶς πάντων τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ καταικισθέντων Ald. καίπερ δεινῶς ὑπὸ [ἴσ. ὑπὲρ] τῶν ἀδ. C A.

l Αὐτοῦ μετεπέμψατο,] Αὐτὸν C A.

m Τεσ-

„ τες [m] τεθνᾶσι. σὺ καὶ [n] εἰ μὴ πεισθείης, τάλας „ βασανισθεὶς καὶ αὐτὸς τεθνήξῃ [o] ἄωρος. πεισθεὶς δὲ, „ φίλος ἔσῃ καὶ τῶν ἐπὶ τῆς βασιλείας ἀφηγήσῃ πραγ- „ μάτων.” καὶ ταῦτα παρακαλῶν, τὴν μητέρα τοῦ παιδὸς μετεπέμψατο, ὅπως αὐτὴν ἐλεήσας τοσούτων υἱῶν στερηθεῖσαν παρορμήσειεν ἐπὶ τὴν σωτηρίαν, εὐπειθῆ ποιῆσαι τὸν περιλειπόμενον. ὁ δὲ, τῆς μητρὸς τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ προτρεψαμένης αὐτὸν, ὡς ἐροῦμεν [p] μικρὸν ὕστερον, „ λύ- „ σατέ με, φησὶν, εἴπω τι τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς σὺν αὐ- „ τῷ φίλοις πᾶσι.” καὶ ἐπιχαρέντες ὅ, τε βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ μάλιστα ἐπὶ τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ παιδὸς, ταχέως ἔλυσαν αὐτόν. [q] ὁ δὲ δραμὼν ἔστη πλησίον τῶν τηγάνων, [r] καὶ ἔφη. „ ὦ ἀνόσιε καὶ πάντων τῶν πονηρῶν „ ἀσεβέστατε τύραννε. οὐκ ᾐδέσθης παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβὼν „ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὴν βασιλείαν, καὶ τοὺς θεράποντας αὐτοῦ „ κατακτεῖναι καὶ τοὺς τῆς εὐσεβείας ἀσκητὰς στρεβλῶσαι. „ ἀνθ᾽ ὧν ταμιεύεταί σε ἡ θεία δίκη πυκνοτέρῳ καὶ „ αἰωνίῳ πυρὶ καὶ βασάνοις, αἳ εἰς ὅλον τὸν αἰῶνα οὐκ „ ἀνήσουσί σε. οὐκ ᾐδέσθης ἄνθρωπος ὢν, θηριωδέ- „ στατε, τοὺς ὁμοιοπαθεῖς καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν γεγονότας „ στοιχείων γλωττοτομῆσαι, καὶ τοῦτον καταικίσας τὸν „ τρόπον βασανίσαι; ἀλλ᾽ οἱ μὲν εὐγενῶς ἀποθανόν- „ τες ἐπλήρωσαν τὴν [s] εἰς Θεὸν εὐσέβειαν· σὺ δὲ κα- „ κὸς κακῶς οἰμώξεις, τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀγωνιστὰς ἀναι- „ τίως ἀποκτείνας. ὅθεν καὶ αὐτὸς ἀποθνήσκειν μέλλων, „ [t] ἔφη, οὐκ ἀπαυτομολῶ τῆς τῶν ἀδελφῶν μου ἀρι- „ στείας. [v] ἐπικαλοῦμαι δὲ τὸν πατρῷον Θεὸν, ὅπως „ ἵλεως γένηται [x] τῷ ἔθνει ἡμῶν· σὲ δὲ καὶ ἐν τῷ „ νῦν βίῳ καὶ θανόντα τιμωρήσεται.” καὶ ταῦτα κατευξάμενος, [y] ἑαυτὸν ἔρριψε κατὰ τῶν τηγάνων, καὶ οὕτως ἀπέδωκε τὴν ψυχήν.

ιγ΄. Εἰ δὲ τοίνυν τῶν μέχρι θανάτου πόνων ὑπερεφρόνησαν οἱ ἑπτὰ ἀδελφοί· συνομολογεῖται πανταχόθεν, ὅτι αὐτοδέσποτός ἐστι τῶν παθῶν ὁ εὐσεβὴς λογισμός. ὥσπερ γὰρ, εἰ τοῖς πάθεσι δουλωθέντες ἐμιαροφάγησαν, [z] ἐλέγομεν ἂν τούτους αὐτοὺς νενικῆσθαι. νυνὶ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τῷ ἐπαινουμένῳ παρὰ Θεῷ λογισμῷ περιεγένοντο τῶν παθῶν, καὶ οὐκ ἔστι παριδεῖν τὴν ἡγεμονίαν τῆς διανοίας, [a] ἐπεκράτησε γὰρ καὶ πάθους καὶ πόνων· πῶς οὖν οὐκ ἔστι τούτοις τὴν τῆς εὐλογιστίας παθοκρατορίαν ὁμολογεῖν, οἳ τῶν διὰ πυρὸς ἀλγηδόνων οὐκ [b] ἐπεστράφησαν; καθάπερ γὰρ προβλῆτες λιμένων πύργοι, τὰς τῶν κυμάτων ἀπειλὰς ἀνακόπτοντες, γαληνὸν παρέχουσι τοῖς [c] ἐμπλέουσι τὸν ὅρμον· οὕτως ἡ ἑπτάπυργος τῶν νεανίσκων [d] εὐλογιστία τὸν τῆς εὐσεβείας ὀχυρώσασα λιμένα, τὴν τῶν παθῶν ἐνίκησεν ἀκολασίαν. ἱερὸν γὰρ εὐσεβείας στήσαντες χορὸν παρεθάρρυνον ἀλλήλους, λέγοντες, „ ἀδελφι- „ κῶς ἀποθάνωμεν, ἀδελφοὶ, περὶ τοῦ νόμου. μιμησώ- „ μεθα τοὺς τρεῖς τοὺς ἐπὶ τῆς Ἀσσυρίας νεανίας οἳ τῆς „ [e] ἰσοπαλίδος καμίνου κατεφρόνησαν. μὴ [f] δειλαν-

„ ciati perierunt. Tu quoque misellus si parere „ nolueris, tormentis confectus immaturam mor- „ tem obibis. Sin parueris; in amicorum eris „ numero, regnique negotia cum dignitate ad- „ ministrabis.” Quibus verbis hortatus, pueruli matrem accersit, ut ipsam tot filiis orbatam miseratus impelleret ad superstitem salutis causa, morigerum præstandum. Ille autem, matre Hebræa lingua hortata, ut paulo post dicturi sumus, „ solvite me, inquit, ut regi aliquid „ ipsiusque amicis omnibus nunciem.” Pueri audita pollicitatione, rex & qui cum eo aderant, mire lætati, solverunt statim. Tum ille ad sartagines propius accedens, „ impie, inquit, im- „ proborumque omnium sceleſtissime; nihil ne „ veritus es, opibus & regno à Deo acceptis, „ illius famulos trucidare, pietatisque cultores „ cruciare? ob quæ scelera divina vindicta te „ vehementiori sempiternoque igni ac tormentis „ asservat; quæ te nullo unquam tempore sint „ desertura. Nihil ne veritus, ô immanissima „ belua, homo cum sis, ejusdem naturæ affe- „ ctuumque participes, & ex eisdem elementis „ genitos, lingua privare, totque indignis mo- „ dis fœde cruciatos interimere? At illi quidem, „ generosa ac magnanima morte obita, suam in „ Deum pietatem implevere: tu vero malus male „ multatus ob cæsos immerito virtutis cultores „ ejulabis. Quapropter ego quoque moriturus „ præstanti fratrum virtuti degener haud ero. „ Deum autem patrium oro & obtestor, ut genti „ nostræ propitius esse velit: qui te cum in hac „ ipsa vita, tum mortuum multo magis puniet.” Hæc precatus, sese in sartagines conjecit, atque ita animam reddidit.

Dura tyranni increpatio.

13. Quod si igitur fratres isti septeni summos dolores contempsere: fatendum certe est omnino, rectam piamque rationem perturbationum reginam esse. Nam prout, siquidem nefaria esca gustata perturbationibus inservissent, istos ipsos merito victos fateremur: nunc vero contra rationis à Deo laudatæ vi, perturbationibus superatis, (quorum sane divinæ rationis principatus leviter prætereundus minime videtur, quæ & perturbationes vicerit & dolores,) qui fieri potest, quin hisce similiter, qui ne horrendos quidem & formidabiles ignis cruciatus tantilli fecerint, rectæ rationis in perturbationes imperium, magna cum eorum laude agnoscamus? Quemadmodum prominentes portuum turres, dissipatis fluctuum tumoribus, tranquillam navigantibus stationem præstant: sic septiturris adolescentorum ratio, pietatis munita portu, lasciviam perturbationum compescuit ac superavit. Etenim sacro pietatis choro confecto, alii alios acuebant & confirmabant; dicentes, „ fraterne moriamur fratres, legis causa: tres illos Assy- „ riæ juvenes imitemur, qui parem tormentis „ istis fornacem flocci faciebant: in pietate propugnanda

m Τεθνᾶσι.] Τεθνήκασιν C A.
n Εἰ μὴ πεισθείης,] Εἰ μὲ μὴ π. C A.
o Ἄωρος.] *Al.* πρὸ ὥρας.
p Μικρὸν ὕστερον,] Μετὰ μικρὸν C A.
q Λύσατέ με,] Ἀπολύσατε C A.
r Ὁ δὲ δραμὼν] Καὶ δραμὼν C A.
s Καὶ ἔφη] Ἔφη C A. sine vocula καί.
t Εἰς Θεὸν εὐσέβειαν.] Εἰς τὸν Θεὸν C A.
v Ἔφη,] Illud ἔφη deest *Ald.*
x Τῷ ἔθνει ἡμῶν.] Τῷ γένει μου C A. Videsis 2 *Macc.* VII. 37.
y Ἑαυτὸν ἔρριψε] Sonant hæc ipsum a se sic prosiliisse in Sartagines, nullis ante tormentis tentatum, velut ferme Apollonia tortores suos occupans se in paratum sibi ignem conjecit: quod sacro textui 2 Maccab. nihil concinit, in quo habemus, exasperatum Regem ejus & Matris responso supra omnes in eum sæviisse: Majoribus proinde tormentis ab eo excruciatum extinctum esse, non velut a se eum ipsum una frictione mortem occupasse. Erasmus longo discursu sancti Pueri pœnas exaggerat, velutque Auctorem sacrum Josepho conciliaturus, tantis exhaustum suppliciis, *orbatum etiam palmis atque ulnulis, ignivomam sartaginem sponte ascendisse* ait; quasi adhuc vegeto corpore, inque eam rem satis robusto: quod vix fidem habet. Ita se projiciendum tortoribus sponte obtulisse, seu permisisse, id vero probabilius, ut velut in reliquis, hæc illius suprema esset excruciatio. Hæc Erasmi, *O Adonai, ô Sabbaoth!* quasi & Sabbaoth, DEI nomen, inanis mihi verborum pompa & phaleræ. Est DEUS, ac dicitur *Deus Sabbaoth*, i. e. *exercituum*, s. virtutum, non ipse Sabaoth. Comb.
z Ἐλέγομεν ἂν τούτους] Ἐλέγομεν γὰρ αὐτοὺς τούτους C A.
a Ἐπεκράτησε] ἐπεκράτησαν *Lipſ.*
b Ἐπεστράφησαν;] Ἀπεστράφησαν *Ald.*
c Ἐμπλέουσι] εἰσπλέουσι *Lipſ.*
d Εὐλογιστία] Εὐλογία *Ald.*
e Ἰσοπάλιδος καμίνου] Ἰσοπολίτιδος *Lipſ.*
f Δειλανδρήσωμεν] Conf. sup. §. 10. Spanh.

„ gnanda ne deſpondeamus animum. ” Alius item, „ bono animo ſis frater, inquit: perfer alto „ animo & obdura, ” alius: alius, vetera memoria repetendo, Recordamini, inquit, unde genus „ ducatis: aut cujus patris manu, pietatis gratia, „ mactari ſuſtinuerit Iſaacus. ” Singuli ſeſe mutuo, atque univerſi ſimul, læto & intrepido vultu intuentes, „ Deo noſmet, inquiebant, vitæ „ auctori, animarumque parenti, cordicitus con- „ ſecremus, legiſque obſervationi mutuemus cor- „ pora. Ne reformidemus eum qui corpus occi- „ dere videtur. Ingens animæ periculum in ſem- „ piterno cruciatu divini præcepti violatore ma- „ net. Quare armemus nos divinæ rationis in per- „ turbationes auctoritate ac dominatu: ut ita „ mortuos Abrahamus, Iſaacus, & Jacobus in „ ſinus nos ſuos excipiant; patreſque univerſi læti „ collaudent. ” Porro unumquemque abreptum compellabant reliqui; „ ne nos, frater, pudefacias, „ neque jam ante mortuorum fratrum eludas ex- „ ſpectationem. Neminem veſtrûm latere arbitror, „ quanta fraterno ſanguini ad amorem concilian- „ dum vis inſit, quam divina illa ſapientiſſimi nu- „ minis providentia liberis per parentes impertita „ eſt, ac per maternum uterum inſevit: in quo „ fratres pari tempore agentes, eodemque tempo- „ ris ficti ac formati ſpatio, eodem ſanguine au- „ cti, ejuſdem animæ vi & facultate abſoluti, „ æquali temporis intervallo in lucem editi, ex „ eiſdem fontibus emanantes lactis rivulos hau- „ rientes, quibus ſimul in mediis uberum amplexi- „ bus nutriuntur conjunctiſſimæ animulæ; pari- „ terque educati majorem in modum augeſcunt: „ quotidiana etiam conſuetudine, aliaque diſci- „ plina & inſtitutione, accedente etiam noſtro in „ Dei lege ſtudio atque exercitatione: ” ſic, inquam, fraterno amore flagrantiſſime conſtituto, ſepteni illi fratres, inflammatiore ſeſe mutuo benevolentia complectebantur. Nam eadem lege inſtituti, eiſdem virtutibus dediti, eademque vitæ ſanctitate ſimul educati, impendio magis ſeſe amabant. Probitatis ſiquidem & honeſtatis par ſtudium mutuam illis concordiam auxit: caritatemque fraternam pietate ſibi arctiorem reddidere. Veruntamen, quamvis & naturæ vi, & conſuetudinis, morumque probitate, fraterni amoris impetus incenderetur: pietatis tamen cauſa, fratres, qui reliqui erant, fratres germanos indigniſſimis modis tractatos, & ſummis confectos cruciatibus intueri potuerunt.

Puerorum ſeptenarius. 14. Quinetiam ad ſupplicia ſe incitare, ita ut non ſolum illi dolores contemnerent: ſed etiam fraternos motus compeſcerent. ô cogitationes ipſis regibus auguſtiores, magiſque regias, & liberis liberiores! ô ſacrum & dulcem ſeptenûm fratrum de pietate concentum! Eorum ne unus quidem trepidavit, ac mortem adire dubitavit: ſed omnes pariter, quaſi ad immortalitatis iter conficiendum properantes, ad mortem per cruciatus feſtinabant. Quemadmodum manus pedeſque convenienter imperio animi moveri ſolent: ſic ſanctiſſimi illi juvenes, ab immortali pietate, ceu anima impulſi, ad mortem,

„ δρήσωμεν πρὸς τὴν τῆς εὐσεβείας ἐπίδειξιν. καὶ ὁ μὲν, θάῤῥει ἀδελφὲ” ἔλεγεν. ὁ δὲ, „ εὐγενῶς [g] καρτέρησον.” ὁ δὲ καταμνησθεὶς ἔλεγε, „ μνήσθητε πόθεν ἐστὲ, ἢ „ τίνος πατρὸς χειρὶ σφαγιασθῆναι διὰ τὴν εὐσέβειαν „ ὑπέμεινεν ὁ Ἰσαάκ.” εἷς δὲ ἕκαστος [h] ἀλλήλους ὁμοῦ πάντες ἐφορῶντες φαιδροὶ καὶ μάλα θαῤῥαλέοι, „ ἑαυ- „ τοὺς, ἔλεγον, τῷ Θεῷ ἀφιερώσωμεν ἐξ ὅλης τῆς καρ- „ δίας τῷ δόντι τὰς ψυχὰς, καὶ χρήσωμεν τῇ περὶ „ τὸν νόμον φυλακῇ τὰ σώματα· μὴ φοβηθῶμεν τὸν „ δοκοῦντα ἀποκτεῖναι τὸ σῶμα. μέγας γὰρ [i] ψυχῆς „ κίνδυνος ἐν αἰωνίῳ βασανισμῷ κείμενος τοῖς „ [k] παραβαίνουσι τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ. καθοπλισώμεθα „ τοιγαροῦν [l] τὴν τοῦ θείου λογισμοῦ [m] παθοκράτειαν. „ οὕτω γὰρ [n] θανόντας ἡμᾶς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ „ Ἰακὼβ ὑποδέξονται εἰς τοὺς κόλπους αὐτῶν, καὶ „ πάντες οἱ πατέρες ἐπαινέσουσι. καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν „ ἀποσπωμένων [o] αὐτῷ ἀδελφῶν ἔλεγον οἱ περιλει- „ πόμενοι, μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς, ἀδελφὲ, μηδὲ „ ψεύσῃ τοὺς προαποθανόντας ἡμῶν ἀδελφούς. οὐκ „ ἀγνοεῖτε δὲ τὰ τῆς ἀδελφότητος φίλτρα, ἅπερ ἡ „ θεία καὶ πάνσοφος πρόνοια διὰ πατέρων τοῖς γε- „ νομένοις ἐμέρισε καὶ διὰ τῆς μητρῴας [p] ἐφύτευσε „ γαστρός· ἐν ᾗ τὸν ἴσον ἀδελφοὶ κατοικήσαντες χρό- „ νον, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ πλασθέντες, καὶ ἀπὸ „ τοῦ αὐτοῦ αἵματος αὐξηθέντες, καὶ διὰ τῆς αὐτῆς „ ψυχῆς τελεσφορηθέντες, καὶ διὰ τῶν ἴσων ἀποτεχθέν- „ τες χρόνων, [q] καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν γαλακτοποτοῦντες „ πηγῶν, ἀφ᾽ ὧν συντρέφονται ἐν ἀγκάλαις μαστῶν „ φιλάδελφοι ψυχαί. καὶ [r] αὔξονται σφοδρότερον διὰ „ τῆς συντροφίας καὶ διὰ τῆς καθ᾽ ἡμέραν συνηθείας καὶ „ τῆς ἄλλης παιδείας καὶ τῆς ἡμετέρας ἐν νόμῳ Θεοῦ „ ἀσκήσεως.” οὕτω [s] δὴ τοίνυν [t] καθεστώσης συμπαθῶς τῆς φιλαδελφίας οἱ ἑπτὰ ἀδελφοὶ συμπαθέστερον [v] ἔσχον πρὸς ἀλλήλους. νόμῳ γὰρ τῷ αὐτῷ παιδευθέντες καὶ τὰς αὐτὰς ἐξασκήσαντες ἀρετὰς, καὶ τῷ δικαίῳ συντραφέντες βίῳ, μᾶλλον ἑαυτοὺς ἠγάπων. ἡ γὰρ ὁμοζηλία τῆς καλοκαγαθίας ἐπέτεινεν [x] αὐτοῖς τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν. σὺν γὰρ τῇ εὐσεβείᾳ ποθεινοτέραν ἑαυτοῖς κατεσκεύαζον τὴν φιλαδελφίαν. ἀλλ᾽ ὅμως καὶ [y] περὶ τῆς φύσεως καὶ τῆς συνηθείας καὶ τῶν τῆς ἀρετῆς ἠθῶν τὰ τῆς ἀδελφότητος αὐτοῖς φίλτρα [z] συναυξανόντων, ἀνέσχοντο διὰ τὴν εὐσέβειαν τοὺς ἀδελφοὺς οἱ ὑπολειπόμενοι τοὺς καταικιζομένους, ὁρῶντες καὶ μέχρι θανάτου βασανιζομένους.

ιδʹ. Προσέτι δὲ καὶ ἐπὶ τὸν αἰκισμὸν ἐποτρύνοντες, ὡς μὴ μόνον τῶν ἀλγηδόνων περιφρονῆσαι αὐτοὺς, [a] ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς φιλαδελφίας παθῶν κρατῆσαι. ὦ βασιλέων λογισμοὶ βασιλικώτεροι, καὶ ἐλευθέρων ἐλευθερώτεροι. ὢ ἱερᾶς καὶ ἁρμονίου περὶ τῆς εὐσεβείας τῶν ἑπτὰ ἀδελφῶν συμφωνίας. [b] οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἐδειλίασεν, οὐδὲ ἐπὶ τὸν θάνατον ἐλθεῖν ὤκνησεν. ἀλλὰ πάντες ὥσπερ ἐπ᾽ ἀθανασίας ὁδὸν τρέχοντες ἐπὶ τὸν διὰ τῶν βασάνων θάνατον ἔσπευδον. [c] καθάπερ γὰρ χεῖρες [d] συμφώνως καὶ πόδες συμφώνως τοῖς τῆς ψυχῆς ἀφηγήμασι κινοῦνται. οὕτως οἱ ἱεροὶ μείρακες ἐκεῖνοι ὡς ὑπὸ ψυχῆς μιᾶς τῆς ἀθανάτου εὐσε-

g Καρτέρησον.] καρτερήσομεν *Lipſ.*
h Ἀλλήλους ὁμοῦ πάντες] Καὶ ἀλλήλους *C A.*
i Ψυχῆς κίνδυνος] Ψυχῆς ἀγὼν καὶ κινδ. *C A.*
k Παραβαίνουσι τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ.] Παραβᾶσιν *C A.*
l Τὴν τοῦ θείου λογισμοῦ] Τῇ τοῦ θ. λ. παθοκρατείᾳ *C A.* τὴν τοῦ θ. λ. ἐγκράτειαν *Ald.*
m Παθοκράτειαν.] ἐγκράτειαν *Gen.*
n Θανόντας] Παθόντας *C A.*
o Αὐτῷ ἀδελφῶν] *Al.* αὐτῶν ἀδελφῶν.
p Ἐφύτευσε γαστρός.] Φυτεύσασα *C A.*
q Καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν] Καὶ ἀπὸ τῶν *C A.*
r Αὔξονται σφοδρότερον] Αὔξοντες *C A.*
s Δὴ τοίνυν] Οὕτως δὲ *C A.*

t Καθεστώσης συμπαθῶς] Καθεστηκυίας τῆς φιλαδελφίας συμπαθούσης *C A.*
v Ἔσχον πρὸς ἀλλήλους.] Ἔσχεν τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν *C A.*
x Αὐτοῖς τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν.] Αὐτῶν *C A.*
y Περὶ τῆς φύσεως] καίπερ τῆς φύσεως *Lipſ.*
z Συναυξανόντων,] συναυξόντων *Lipſ.*
a Ἀλλὰ] Ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς τῶν ἀδελφῶν φιλαδελφίας παθῶν *C A.*
b Οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἐδειλίασεν,] Οὐδεὶς ἐκ τῶν ἑπτὰ μειρακίων ἐδειλίασεν, οὐδὲ πρὸς τὸν θάνατον ὤκνησεν *C A.* *Gen.* οὐδεὶς τῶν ἑπτὰ μειρακίων ἐδειλίασεν. *In MSS.* ὢ ἱερᾶς καὶ ἐναρμονίου περὶ τῆς εὐσεβείας τῶν ἑπτὰ ἀδελφῶν συμφωνίας· οὐδεὶς ἐκ τῶν ἑπτὰ μειρ. *Lipſ.*
c Καθάπερ γὰρ χεῖρες] Καὶ ὥσπερ καὶ χεῖρες *Gen.*
d Συμφώνως] Illud συμφώνως decit *C A.*

εὐσεβείας κινούμενοι πρὸς τὸν ὑπὲρ αὐτῆς συνεφώνησαν θάνατον. ὦ [e] παναγίας συμφώνων ἀδελφῶν ἑβδομάδος. καθάπερ γὰρ ἑπτὰ τῆς κοσμοποιΐας ἡμέραι περὶ τὴν εὐσέβειαν· οὕτω περὶ τὴν ἑβδομάδα χορεύοντες οἱ μείρακες ἐκύκλουν, τὸν τῶν βασάνων φόβον καταλύοντες. νῦν ἡμεῖς ἀκούοντες τὴν θλίψιν [f] τῶν νεανιῶν ἐκείνων, φρίττομεν. [g] οἱ δὲ οὐ μόνον ἀκούοντες τὴν θλίψιν, ἀλλὰ καὶ ὁρῶντες τὸ παραχρῆμα τῆς ἀπειλῆς λόγον ἐμακαρίζοντο, θαυμαζόμενοι πῶς πάσχοντες ἐνεκαρτέρουν, καὶ τοῦτο ταῖς διὰ πυρὸς ὀδύναις. ὧν τί ἂν γένοιτο ἐπαλγέστερον; ὀξεῖα γὰρ καὶ σύντομος ἡ τοῦ πυρὸς οὖσα δύναμις, ταχέως διέλυσε τὰ σώματα [h] αὐτῶν. καὶ μὴ θαυμαστὸν ἡγεῖσθε, εἰ ὁ λογισμὸς περιεκράτησε τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐν ταῖς βασάνοις, ὅπουγε καὶ γυναικὸς νοῦς πολυτροπωτέρων ὑπερεφρόνησεν ἀλγηδόνων· ἡ μήτηρ γὰρ τῶν ἑπτὰ νεανίσκων ἐκείνων, ὑπήνεγκε τὰς ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν τέκνων στρέβλας. [i] θεωρεῖτε δὲ πῶς πολύτεκνός ἐστιν ἡ τῆς φιλοτεκνίας στοργή, ἕλκουσα πάντα πρὸς τὴν τῶν τέκνων συμπάθειαν. ὅπουγε καὶ [k] τὰ ἄλογα ζῶα, ὁμοίαν τὴν [l] πρὸς ἐξ αὐτῶν [m] γενόμενα συμπάθειαν καὶ στοργὴν ἔχει τοῖς [n] ἀνθρώποις. [o] καὶ γὰρ τῶν πετεινῶν τὰ μὲν ἥμερα, κατὰ τὰς οἰκίας [p] ὀροφοιτῶντα, προασπίζει τῶν νεοττῶν· τὰ δὲ κατὰ κορυφὰς τῶν ὀρέων καὶ ἀποῤῥῶγας τῶν φαράγκων καὶ δένδρων ὀπὰς καὶ τὰς τούτων ἄκρας ἐννοσσοποιησάμενα ἀπολίκτει καὶ τὸν προσιόντα κωλύει· εἰ δὲ καὶ μὴ δύναται κωλύειν, περιιπτάμενα κυκλόθεν αὐτῶν ἀλγοῦντα τῇ στοργῇ, ἀνακαλούμενα τῇ ἰδίᾳ φωνῇ, καθ' ὃν δύναται τρόπον βοηθεῖ τοῖς τέκνοις. καὶ τί δεῖ τὴν διὰ τῶν ἀλόγων ζώων [q] ἐπιδείκνυσθαι πρὸς τὰ τέκνα συμπάθειαν· ὅπουγε καὶ μέλισσαι περὶ τὸν τῆς κηρογονίας καιρὸν ἀπαμύνονται τοὺς προσιόντας, καὶ καθάπερ σιδήρῳ τῷ κέντρῳ πλήσσουσι τοὺς προσιόντας τῇ νοσσιᾷ αὐτῶν καὶ ἐπαμύνονται ἕως θανάτου. ἀλλ' οὐχὶ τὴν τοῦ Ἀβραὰμ ὁμόψυχοι τῶν νεανίσκων μητέρα μετεκίνησε συμπάθεια τῶν τέκνων.

ιε΄. [r] Ω λογισμὲ τύραννε παθῶν, καὶ εὐσέβεια μητρὶ τέκνων [s] ποθεινοτέρα. μήτηρ δυοῖν προκειμένων, εὐσεβείας, καὶ τῆς τῶν ἑπτὰ υἱῶν σωτηρίας προσκαίρου, κατὰ τὴν τοῦ τυράννου ὑπόσχεσιν, τὴν εὐσέβειαν μᾶλλον ἠγάπησε τὴν σώζουσαν εἰς αἰώνιον ζωὴν κατὰ Θεόν. ὦ τίνα τρόπον ἠθολογήσαιμι φιλότεκνα γονέων πάθη, ψυχῆς τε καὶ μορφῆς ὁμοιότητα εἰς μικρὸν παιδὸς χαρακτῆρα [t] θαυμάσιον ἐναποσφραγίζοντα, μάλιστα διὰ [v] τὸ πάθος τοῖς γεννηθεῖσι τὰς μητέρας τῶν πατέρων καθεστάναι συμπαθεστέρας. ὅσῳ γὰρ καὶ ἀσθενόψυχοι καὶ φιλογονώτεραι ὑπάρχουσιν αἱ μητέρες, τοσούτῳ μᾶλλόν εἰσι φιλοτεκνότεραι. πασῶν δὲ τῶν μητέρων ἐγένετο ἡ τῶν [x] ἑπτὰ μήτηρ φιλοτεκνοτέρα, ἥτις ἑπτὰ κυοφορίαις τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπιφυτευομένη φιλοστοργίαν, καὶ διὰ πολλὰς τὰς καθ' ἕκαστον αὐτῶν [y] ὀδύνας [z] ἠναγκασμένη τὴν εἰς

pro ipsa oppetendam consensere. ô sacrosanctum concinentium fratrum septenarium! nam ut in mundi creatione septeni dies circa pietatem: ita adolescentuli illi circa septenarium tripudiantes circuibant, suppliciorum metu conculcato. Nos nunc auditam adolescentulorum calamitatem perhorrescimus: cum illi non modo eam spectantes, & minaces illico tyranni voces audientes, sed etiam dolorum atrocitatem perferentes, durarint constantissime. idque adeo flammarum ardore tosti: quo quid fingi potest acerbius? Nam ignis vis, utpote velox & rapida, citius eorum dissolvit corpora. Nec vero mirum vobis videri debet, in viris rationem superasse perturbationes, cum fœminæ mens longe plura dolorum genera contempserit. Nam septenûm illorum adolescentulorum mater, in unoquoque natorum cruciatus sustinuit. Quantus vero sit & quam late pateat naturalis erga prolem amor; qui cuncta ad caritatem erga fœtus rapere solet, facile videtis: cum bruta ipsa animantia simili atque homines erga partus suos affectu & amore tangantur. Volucres itidem cicures, in domiciliorum tectis nidulantes, tuentur pullos: & quæ in montium jugis valliumque præcipitiis, in arborum specubus ac verticibus nidis constructis pariunt, accedentem arcent: si id minus possunt, saltem circa eos undique volitando, naturali affectu cogente, sua voce compellando eo quo valent modo pullis auxiliantur. Et quid necesse est brutorum exemplis allatis, amorem erga fœtum comprobare: cum apes quo tempore ceræ conficiendæ incumbunt, accedentes ulciscantur; & aculeo, quasi ferro, suo alveari appropinquantes feriant, atque ad mortem usque vindicent. Sed tamen matrem adolescentulorum, ejusdem cum Abrahamo animi, liberorum cura minime movere potuit.

Matris Macchabæorum virtus & martyrium

15. O rationem, liberorum curæ violentissimam dominam; & pietatem matri liberis ipsis dilectiorem! Mater duobus propositis, pietate, nimirum, & filiorum septem ad tempus salute, à tyranno promissa; pietatem quæ ad vitam servaret æternam cum Deo degendam, anteposuit. ô, quibus modis exprimam ac depingam tenerrimos parentum erga sobolem affectus, in perpusilla imagine pueri, animi formæque similitudinem mirum in modum imprimentes: præsertim cum matres, ubi aliquid filiis adversi acciderit, longe gravius quam patres commoveri soleant! Nam quo sunt imbecilliori matres animo, & ad partum amandum propensiores; tanto magis liberorum amore tenentur. Omnibusque adeo matribus amore erga liberos, septenûm istorum puerorum mater antecellebat: quæ septem graviditatibus ad eos infinito amore complectendos coacta, multisque molestiis uniuscujusque causa

Pietas in matre Maccabæorum ejus victrix.

e Παναγίας συμφώνων ἀδελφῶν ἑβδομάδος.] παναγίου σ. αδ. ἑβδομάς MSS. Lips.

f Τῶν νεανιῶν ἐκείνων,] τῶν νεανίσκων ἐκείνων Lips.

g Οἱ δὲ οὐ μόνον] Οἱ δὲ οὐ μόνον ὁρῶντες, ἀλλ' οὐδὲ μόνον ἀκούοντες τὸ παραχρῆμα ἀπειλῆς λόγον, ἀλλὰ καὶ πάσχοντες ἐκαρτέρουν, καὶ τοῦτο CA.

h Αὐτῶν.] Illud αὐτῶν deest CA.

i Θεωρεῖτε δὲ πῶς πολύτεκνός] θεωρεῖτε δὲ πῶς πολύπλοκος Lips.

k Τὰ ἄλογα ζῶα,] τὰ λοιπὰ ζ. Lips.

l Πρὸς ἐξ αὐτῶν] εἰς τὰ ἐξ αὐτῶν Lips.

m Γενόμενα] Γεννόμενα CA. Aliisque.

n Ανθρώποις.] Ita CA. CL. & Editio J. Luidi. in reliquis post ἀνθρώποις desiderantur omnia usque ad καὶ τί δεῖ

o Καὶ γὰρ τῶν πετεινῶν] καὶ γὰρ τῶν πετεινῶν τὰ μὲν ἥμερα κατὰ τὰς οἰκίας ὀροφοιτοῦντα, προασπίζει τῶν νεοττῶν, τὰ δὲ κατὰ κορυφὰς ὀρέων καὶ φαράγγων ἀποῤῥωγὰς καὶ δένδρων ὀπὰς, καὶ τὰς τούτων ἄκρας ἐννοσσοποιούμενοι ἀπολίκτει, καὶ τὸν προσιόντα κωλύει. εἰ καὶ μὴ δύνανται κωλύειν περιιπτάμενα κυκλόθεν αὐτῶν ἀλγοῦντα, τῇ στοργῇ καὶ ἀνακαλούμενα τῇ ἰδίᾳ φωνῇ, καθ' ὃν δύναται τρόπον, βοηθεῖ τοῖς τέκνοις. καὶ τί δεῖ τὴν διὰ τῶν ἀλόγων ζώων. Lips.

p Ὀροφοιτῶντα, προασπίζει τῶν νεοττῶν.] Ita ex Hesychio. prius ὀροφοιτοῦντα.

q Ἐπιδείκνυσθαι] Ἐπιδεικνῦναι τὴν CA.

r Ο λογισμὲ τύραννε παθῶν,] Ita, ὦ λογισμὲ τύραννε παθῶν, καὶ εὐσέβεια μητρὶ τέκνων ποθεινοτέρα desunt in libris plerisque.

s Ποθεινοτέρα.] ὦ λογισμὲ τέκνων παθῶν τύραννε, καὶ εὐσέβεια μητρὶ τέκνων ποθεινοτέρα μήτηρ. Lips.

t Θαυμάσιον] Nonnemo legit θαυμαστῶς.

v Τὸ πάθος τοῖς γεννηθεῖσι] τῶν παθῶν τοῖς γεννηθεῖσι Lips.

x Ἑπτὰ μήτηρ φιλοτεκνοτέρα,] Ἑπτὰ παίδων CA.

y Ὀδύνας] Gen. ὀδίνας, Vel ὠδίνας.

z Ἠναγκασμένη] ἐνασκημένη Gen. ἠναγκασμένη Lips. Quidam legendum conjicit ἐνησκημένη. Huds. Quin recte emendaverim haud, puto, Lector ibit inficias; ἡ ἐνασκημένη ἔχειν. Argent. ἡ ἐνασκαμένη, emendabatque vir doctus in meo Cod. ἐνκσκημένη, quæ quidem Græca vox, sed nullius hîc apti sensus, præter solœcismum nulla recta constructione. Erasmus ista dissimulat, aliaque difficilia, paraphrastæ, quem agere videri vult, licentia. Præclara omnino ac clara auxesis, quod Mater, & tantorum mater, sicque firmato in ea liberorum affectu eorum saluti temporaneæ prætulit DEI timorem, eorumque

æter-

causa devoratis, ad commiserationem impulsa: Dei tamen reverentia ducta, non diuturnam filiorum salutem nihili æstimavit. Neque vero his solum de causis, sed etiam ob præstantem filiorum virtutem ac probitatem, legisque studium atque observationem, longe majore caritate illos complectebatur. Nam & justi erant, & temperantes, & magnanimi; fratrum matrisque adeo amantes, ut ad mortem usque scita legis retinendo matri monenti obtemperarint. Verum tamen licet tot ac tanta amoris erga filios caussæ non deessent, quibus ad commiserationem mater traheretur: exquisitissimis tamen tormentis in unoquoque eorum, icta, nullo modo à mentis constantia poterat dimoveri. Sed singulos & universos mater filios, ad mortem pietatis causa obeundam, cohortabatur. ô sanctissimam naturam, amorisque parentum illecebras; & intelligentiam indulgentissimam, & nutritia, matrumque motus indomitos. Unumquemque tortum atque ustulatum conspicata mater; pietatis causa, de sententiæ constantia non decessit: liberorum suorum carnes igne videt liquefactas, pedum manuumque digitos humi palpitantes, capitum carnes, nudatas cute usque ad menta, larvarum instar ante se jacentes. ô matrem nunc acerbiores quam in illorum partu dolores expertam! ô solam fœminam quæ integram pietatem sis enixa! Nihil te primogenitus exspirans movit; nihil secundus, te miserabili vultu in mediis intuens cruciatibus: nihil tertius animam agens: nihil, oculos cernere uniuscujusque suum in tormentis supplicium torve aspicientes; naresque, mortis eorum indices. Filiorum carnes combustas videns, abscissasque manibus manus impositas, & exsecta capita capitibus injecta, cadaveraque in cadavera corruentia, locum denique ipsum filiorum illustri dudum choro læte pulsatum, tormentis sepulcretum triste factum cernens, non lachrymasti. Haud ita dulcissimi Sirenum cantus, aut suavissimæ cycnorum voces, voluptate aures permulcent: ut filiorum voces in mediis cruciatibus, matrem appellantium. Quot & quantis tum mater, cum filii rotis candentibusque instrumentis cruciarentur, tormentis torquebatur! Sed pia ratio viscera ipsius, in mediis perturbationum fluctibus, virili fortitudine imbuens, ad momentaneam filiorum caritatem contemnendam confirmavit. quamvis septenûm liberorum mater exitium spectaret, tamque varia tormentorum cerneret genera: hæc tamen omnia, generosa mater stabili in Deum fide superavit. In suo siquidem animo, ceu in senatu quodam graves videns consiliarios: hinc, naturam, procreationem, amorem sobolis; liberorum illinc cruciatus; duosque ma-

Mira fœminæ constantia.

— paul. poſt med. ἐν ἱερῷ φόνον tantum, *Vat.*

ibid. *V.* ἐν τῷ ναῷ·

ibid. οὐ κἀγὼ *Vat.*

— paul. ante fin. καὶ ταύτη

§. 2. paul. poſt pr. Μανασσῆς *V.*

— paul. ante med. οὖν τελευταίου nullam habuit rationem *Ep.*

— med. Σαμαρεῖται *V.* & *Busb.* quod implet aures.

— paul. ante fin. συνῴκισε. at *V.*... κησε.

— fin. τοῖς Ἰουδαίοις *V.* ibid. παντὸς om. *Ep. Hudſ.* h. volui: ſatis pro imperio voluiſti jubente Editione ad quam inſtituitur *V.* Cod. collatio.

Cap. 8.

§. 1. princip. ὁ om. V. l. κατὰ δὴ cum *Vat.* & *Hudſonianis.*

— mox poſt pr. Αἰγέας *V.*

— med. Ἐλιασ...

ibid. τὴν Λυδίαν *V.* Hudſoniani, *Epiph.* ita reliquiſſe Joſ. non dubito: verte, haud enim aſſecutus editor, cùm percurriſſet. *Ep.* Syriam malè pro Καρίαν.

§. 2. paul. poſt pr. *Ep.* quas ab alienigenis ſibi conjungere feſtinabant, mendosè.

ibid.

ibid. ἀγεθῆ *V.*
— paul. ante med. ..χωρίας *Hen. Vat.*
ibid. τῶ λ. frustra l. elegantem convellit *Hudſ.* sic *Vat.* cum Edd. nempe.
— mox ante med. μέγιστε ἱερατ. eleg. *V.*
— paul. post med. αὐτὸν *V.* κρείττονα ἢ ἐν sed manu rec. *V. Epiph.* cum Edd. placet *V.* & def. *Busb.*
ibid. ὁ τ Σαμ. *V.* lego, ὁ τ κατὰ τὴν Σαμ.
ibid. ταῦτα. à textu *Ep.*
— paul. ante fin. συνέβαλε *V.*
— mox ante fin. ἅπαντες *Ep.* plures.
§. 3. princ. *V.* ut supr. Ἐλιπ.
— mox post pr. placet διεγνωκώς. Ita habuit *Ep.* sed *V.* cum Edd. *Hudſ.* not. b. Αἰγέαις *Vat.* at non meus. ε. iis MSS. non accedit *V.* sed ab add. stat quomodo etiam *Ep.*
— paul. post pr. ἐν Ἴσσῳ τ κ. *Busb.* & ferè *Hen.* quomodo legendum. verte *ad Issum*: hoc est non longe ab. cum latitudine ἐν πλάτει noster, non nimis scrupulosè; magis tamen definitè, quàm si scripsisset εἴσω τ Κιλικίας. Ibi quidem erat *Alexander.* potes εἰς Ἴσσον vel Ἰσσῶ præpos. inducta legere pro istius urbis vicinia.
— med. Συρίαν agn. noster *V.*
— mox post med. ἐληλυθὼς *Vat.*
— paul. ante fin. αἱρεθῆ *V.* & παρεχησόμενος *Hen.* optimè, nondum enim capta est. at *Vat.* ab Editis. *Epiph.* paulò post capiendam.
ibid. ἠπείλει *V.* non malè.
ibid. στρατεύσειν legendum ex *V.* & *Busb.* δι' αὐτῶ non agn. *Vat.*
— mox ante fin. δεῖ αὐτοῖς *V.* τὴν τ γ. *Vat.* at Γαζέων.
— fin. βασιλείας *V.*
§. 4. mox post pr. δὶς ὀκτὼ. ut videtur *V. Epiph.* cum Edd.
ibid. αὐτῷ *V.*
ibid. ἠδ. ἐχ. *Vat.* benè.
— paul. post pr. ....μένως *V.*
ibid. ἔχων
— paul. ante med. διηρῆσθαι *V.*
ibid. ἡ (sic) νεοῖ. *Vat.*
— med. ἡγησόμενος *V. Hudſ.* not. κ. non solus. accedit *Vat.*
ibid. ὁ δὲ om. *Vat.* & interp. δ' ἐξελ. Ibidem
— mox post med. ἀγῶνι *V.* q. Confer *Epiph.*
ibid. ἱκεσίαν *V.*
ibid. τῷ θ. αἱ ωροσφ. *Vat.*
— paul. post med. ἱσθήσεσθαι MSS. excepto *Vat.* cui favet *Epiph.* at opinor frustra. Vid. Maccab. II, 33. D. Lucam XXIV, 4. ἐσθῆτι Poëticum esse censet, falsò id quidem Schol. Sophoclis.
— paul. ante fin. συνέχαιρε *Epiph.*
§. 5. mox post pr. Σαφεὶν *V.*
ibid. σκοπὸν *V. Busb.* figuratè idem denotat ac σκοπὴ Ebr. צפת malè *Hudſ.* vel מצפה adi 1 Reg. XXII, 3. unde admittendum. Vide etiam *Eusebium de locis Eb.* Cl. *Relandum* ante omnia heu olim nostrum: neque hic neque Biblia Ebr. sunt ad manus.

— paul. post pr. ὀργῇ & εἰκὸς ἦν *V.*
ibid. ἀπολύσειν *V.*
ibid. ἐπὶ πορ.. *V.* & *Epiph.*
ibid. ὑακίνθῳ *V.*
— paul. ante med. ἐξ αὐτῶν *V.*
ibid. numen *Epiph.*
ibid. τ Ἰεδ. benè *Vat.* pro ἐν Δίῳ *V.* recenti m. ἱερῷ
— mox ante med. μένειν *V. Epiph.* negligerem.
ibid. ἡγήσασθαι *V.* Not. *Hudſ.* l. 5. Origenem.
— med. *Busb.* τῇ αὐτῇ puto ἐνεργῶς.
ibid. ἀναμνησθεὶς *V.* & MSS. *Hudſ.* benè.
ibid. στρατιὰν *V.*
— mox post med. *Vat.* Ἰουδαίων.
— paul, ante fin. & hoc etiam loco δ' αὐτῶν mendosè.
ibid. χρῆσθαι MSS. & *Vat.* benè.
— fin. ἀπάγεσθαι *V.* στρατιὰν *V.* rursus: verùm πολλοὶ τ. σ. ... ἠγαπ. om. *Epiph.*
§. 6. mox post pr. τὴν το Σ. *Vat.*
ibid. κατεοικ. *V.* unde ex antiquis membranis desc. ΚΑΤΩΙΚ.
— paul. post pr. Coacti sunt ἔγνωσαν.
ibid. ἔχειν om. *V.*
— paul. ante med. λαμ. περ. αὐτ. ἴδ. *V.*
— med. *Epiph.* aliam neque spernendam suggerit haud paulo minus quam Hierosolymitæ.
ibid. --- μένται *Vat.*
ibid. εἰς τὴν *V.*
— mox post med. ἐκεῖνο μὲν ἀνθ' ὑπο---*Vat.* (sic)
ibid. ἰδεῖν ὑπέσχετο. & ἀφεῖναι quod non displicet.
ibid. ἐν αὐτ. ωροσ. *Vat.* benè *Hudſ.* not. *Vat.* noster, neque alium nisi in lacunis adhibuit, Σίκιμα.
— paul. post med. *Vat.* ἀπ' ἐγ. ταῦτ. εἶπεν ἔδωκα longè rotundius & numerosius: & sic fortè cæteri, certè Josephus.
§. 7. mox post pr. διαφόρως ἐμερίσθη: servat etiam τὰς contra atque scribit *Hudſ.*
— paul. post med. ἐκβεβλῆσθαι *V.* τετελ. &, ἐκεῖνοι ἤδη τ *V.* benè.
— paul. ante fin. *V.* om. μὲν
Lib. XIII. Cap. 2. §. 3. paulò
— ante med. hic pessimè noster. Plerosque vestrum pensionibus levabo. Literæ ad Judæos universos datæ sunt: dona itaque communia sint omnibus necesse est. Vertendum erat, *vos plerisque tributis* etiam levabo.

DE BEL. JUD.

— pro χέρμασι de bell. lib. 1. c. 17. §. 4. paullo ante fin. *Busb.* χάληξιν & sic in Marg. *Bigot.* in Lib. Antiqq. λίθοις. ita l. v. *Thucyd.* Job. VIII, 17. *Aristoph.* Av. 840.
De bello lib. 1. c. 17. §. 6. paullo ante fin. l. τοσοῦτον
ibid. mox ante fin. τὸ omnino dele ante ἐμπόδιον.
De bello lib. 1. c. 17. §. 6. paullo ante fin. l. ἀθρόος facilis lapsus. Sic *Bodl.* tota simul. Bianor. in *Ep.* Ἤλπεν ἐξ ἄκρης δόμος ἀθρόος Theocritus de uno: sed abest liber — κατήριπε δ' ἐς μέλαν ὕδωρ ἀθρόος. Hæc omnia sub calamo nata nimis properans effutio: fortè tamen
— non displicuisse meretur
Festinat nimium qui placuisse tibi.

JO. ALBERTI FABRICII BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

LIBRI IV. CAPUT VI.

longe quàm in editis locupletius ab auctore transmissum.

DE

FLAVIO JOSEPHO.

Josephi nomen, ætas, vita. 1. *Libri de bello Judaico. Josepus, Josippus, Hegesippus. Judæi barbari à Josepho dicti. Josephus Hebraicæ linguæ non ignarus.* 2. *Antiquitatum Judaicarum Libri.* 3. *Num scripti primum Hebraicè. ibid. Quanta fide dignus Josephus.* 4. *Ejus de Christo testimonium.* 5. *Libri duo contra Apionem.* 6. *De Maccabæis.* 7. *Scripta deperdita & Josepho tributum* περὶ τοῦ παντος. 8. *Josephi lectione Comes quidam ab irreligiositate conversus* 9. *Josephi editiones Græcæ.* 10. *Latinæ.* 11. *Græco Latinæ.* 12. *Versiones in linguas vernaculas.* 13. *Editiones promissæ.* 14. *De Josepho Pseudo Gorionide.* 15. *Ejus editiones.* 16. *Alii Josephi qui Græcè scripsere.* 17. *Alii quidam scriptores de rebus Judæorum.* 18. *Index Scriptorum à Josepho allegatorum.* 19.

I.

JOSEPHUS prænomen Flavii [a] accepit à Flavio Vespasiano manumissore ac Patrono suo, à quo etiam civitate Romana donatus est, gente Judæus, secta Pharisæus, * filius Matthatiæ, sive Matthiæ potius, è genere [b] Sacerdotali & regio Asmonæorum, natus Hierosolymis ** anno primo Caji Caligulæ Cæsaris, qui fuit post natum CHRISTUM trigesimus septimus. Ex ejus fortasse majoribus ac propinquis fuere Josephus ad Ptolemæum Philadelphum missus legatus & Josephus ἀνεψιὸς sive consobrinus Herodis Regis de quo XVII. 12. 9. p. 282. Ipse quidem Lib. XVI. cap. 7 (al. 11.) p. 763. Reges se Assamonæos testatus cognatione contingere, tanto magis ait turpe sibi visum mentiri. Ἡμεῖς δὲ καὶ γένους ὄντες ἀγχοῦ τοῦ ἐξ Ἀσαμωναίων βασιλέων, καὶ διὰ τοῦτο σὺν τιμῇ τὴν ἱερωσύνην ἔχοντες τὸ ψεύσασθαί τι ὑπὲρ αὐτῶν οὐκ εὐπρεπὲς ὑπειληφότες, καθαρῶς καὶ δικαίως ἐκτίθεμεν τὰς πράξεις

In litteris una cum fratre Germano Matthia institutus ita profecit, ut quatuordecim annorum cum esset, jam à sacerdotibus & primoribus civitatis quærendo de lege [c] exerceretur, & anno ætatis sexto decimo trium apud Judæos sectarum placita cognoscere inciperet. Hinc *Banuni* eremitæ se addixit, ejusque austerum vivendi genus per triennium imitatus rediit Hierosolymam, & vitam civilem ac Pharisæorum hæresin amplexus est, quam testatur leges patrias [d] diligentius reliquis coluisse, & vitæ instituto proximè ad Græcorum Stoïcos [e] accessisse. Anno ætatis vicesimo sexto, CHRISTI LXIII. [f] Romam accessit, & per mimum quendam Judæum Neroni carum insinuans se in favorem Poppeæ libertatem impetravit amicis quibusdam suis, quos Felix procurator captivos illuc miserat. Reversus domum omnia tumultu plena reperit, & frustra civibus suis graves injurias ulcisci cupientibus & qualicunque successu elatis suasit, ut pacem cum Romanis colerent. Missus deinde anno ætatis tricesimo, Christi LXVII. cum potestate in Galilæam, ut rebus turbidis prospiceret, utriusque Galilææ rector (II. 25. de bello Judaico p. 822.) multa fortiter & prudenter gessit, archistrategi sive ducis functus munere, è multis periculis feliciter evasit, adversus æmulos, inimicos & perfidos magna moderatione usus est. Inter alia Judæos nolentes ferre inter se, nisi qui circumcidi se paterentur, prohibuit, professus [g] *oportere suo quemque consilio Deum colere, non ab aliis coactum.* Tandem capta à Vespasiano Jotapata anno eodem LXVII. Neronis XIII. Kalendis Julii post aliquot dies, quibus delituerat, vivus venit in Victoris [h] potestatem, ab eoque cum mox ipsi & Tito filio præsagisset imperium [i] in vinculis habitus est, donec biennio interjecto eventus veritatem vaticinii comprobasset. Tum enim à Vespasiano solutus, catenæque ejus securi confractæ [k] ut mos erat facere in illis, qui præter fas vincti fuerant. Ex Alexandria profectus Tito adfuit in obsidione Hierosolymæ [l] Anno Christo LXX, ætatis Josephi XXXIII, ubi singula diligenter annotavit, & postea Romæ otium na-

[a] Flavius vocatur non tantum in editionibus à Codicibus MSS. sed etiam apud Clementem. 1. Strom. p. 341 Origenem, Minucium Felicem, Photium aliosque conf. Nicephorum Gregoram VII. 5 p. 146. Salmasium funere linguæ Hellenisticæ p. 381 seq. & Tillemontium T. 1. Hist. des Empereurs p. 967. De Matthiæ nomine Valesius ad Euseb. p. 47.

* Scriptor Græcus hypoteseos sive argumenti in XII. Prophetas p 300 in asse fatidico Conradi Rittershusii. Et Josephus ipse in vita sua

[b] Genus suum ipse recenset Josephus in vita, è publicis tabulis (δημοσίαις δέλτοις) p. 998 Conf de his Clariss Perizonium in triade Diss. 1. Tales fuere δημόσιαι κύρβεις, è quibus genus suum refert Synesius Epist. 57.

** Cretensem Josephum falso tradit Maximus Margunius procemio notarum in Nomocanonem Photii: licet uxorem ille secundam duxerit ex Creta insula.

[c] Ita accipio verba Josephi: συνιόντων ἀεὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν τῆς πόλεως πρώτων ὑπὲρ τοῦ παρ' ἐμοῦ περὶ τῶν νομίμων ἀκριβέστερόν τι γνῶναι. Confer quæ de JESU duodecenni Luc. II: 46.

[d] Josephus in vita p. 1023.

[e] Id p 999.

[f] Malè in Clariss. Cavei Hist. litteraria excusum 93.

[g] Pag 1007. οὐκ εἴασα βιασθῆναι, φάσκων δεῖν ἕκαστον ἄνθρωπον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν τὸν Θεὸν εὐσεβεῖν, ἀλλὰ μὴ κατὰ βίας.

[h] Josephus III. de bello Judaico c. 14. (in Græco 24 sq.)

[i] ib. III. 14. & V. 12. p. 854. 901. 961. Sueton. Vespas. c. 5. Xiphilinus p. 203. Suid. in Ἰώσηπος. De hoc vaticinio Josephi lectu digna & erudita exstat D. Gotfredi Olearii τοῦ μακαρίτου diss. edita Lips A 1699. qua hoc totum callidæ prudentiæ tribuit. Pro Messia habitum per aliquod temporis à Josepho Vespasianum, persuasit sibi J. Crullius in diss. adjuncta Historicæ Judaicæ ex Josepho & aliis collectæ, & Anglice Londini 1708. 8. editæ.

[k] Lib. V. de bello Judaico c. 12. (in Græco 39.)

[l] Lib 1. contra Apion p. 1037. In schebet jehuda, quem Latinè vertit Georgius Gentius, extat p. 179--187. Oratio Jo-

nactus Græcæ linguæ dedit operam [m] & ad concinnandam historiam animum appulit. Vespasiani, Titi, & Domitiani gratiam constanter expertus non obstantibus invidorum accusationibus. [n] Vixit ultra tertium decimum Domitiani annum, in quo Antiquitatum libri desinunt: fuit autem ille ætatis Josephi LVI. CHRISTI XCIII. Et post hoc opus etiamnum composuit libros contra Apionem. Forte tamen haud diu superfuit Patrono suo Epaphrodito, cujus casum, (interfectus hic est anno Christi XCV, à Domitiano) in ipsius etiam Josephi perniciem ab inimicis versum suspicatur H. Dodwellus diss. 6. ad Irenæum p. 468.

II. Scripsit ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ [o] περὶ ἁλώσεως *De bello Judaico & eversa Hierosolyma libros VII.* quod opus ante libros *** viginti Antiquitatum compositum est. Imperante adhuc Vespasiano, & in illis subinde allegatur. Bini insignes hujus operis MSti Codices in Bibl. Segvieriana sive Coisliniana p. 202. & 281. Compositum est à Josepho Hebræo patria lingua [p] primum, in civium suorum usus, deinde Græce oblatum Vespasiano, non certe ante annum ejus septimum, [q] CHRISTI LXXV. In Græca lingua adjutum se fuisse aliorum opera non diffitetur lib. 1. in Apion. Χρησάμενός τισιν πρὸς τὴν ἑλληνίδα φωνὴν συνεργοῖς, οὕτως ἐποιησάμην τῶν πράξεων τὴν παράδοσιν. Græce tamen benè se peritum esse ait XX. 9. Antiquitt. licet non satis bene linguam illam pronunciaret, τὴν δὲ περὶ προφορὰν ἀκρίβειαν πάτριος ἐκώλυσε συνήθεια. Qua in parte idem Josepho accidisse observat V. C. Michaël Rossal. in diss. de Christi nomine in Chrestum mutato p. 87. quod Severiano Syro, de quo Socrates VI. 11. & Evagrius VIII. 10. Magna fide versatum se in hac historia, cui ipse interfuit, describenda testatur Josephus tum alibi tum in vita sua pag. 1026. ubi *Justi* commentariis de eodem argumento compositis fidem detrahit, suum autem opus demonstrat, & Tito Imp. probatum fuisse, qui illud subscripto manu sua decreto [r] jusserit vulgari, & Regi Agrippæ, qui LXII. scriptis ad Josephum Epistolis suam illi benevolentiam testatam fecerit. In libro 1. contra Apionem pag. 1037. non tantum Vespasiano ac Tito, Regique Agrippæ, sed Julio Archelao quoque & Herodi & aliis à se monstratam refert, fideique tulisse testimonium. Statua donatum in urbe Roma narrat Eusebius III. 9. Hist. Eccles. Hieronymus c. 13. Catalogi: *Josephus Romam veniens septem libros Judaicæ captivitatis Imperatoribus Patri filioque obtulit, qui & Bibliothecæ publicæ traditi sunt, & ob ingenii gloriam statuam quoque meruit Romæ.* Latine transtulit *Rufinus* Aquilejensis, cujus versio exstat, quemadmodum & altera liberior audaciorque *Ambrosii* sive alteris, nescio cujus, quæ ambulat sub nomine *Hegesippi.* * Nam Benedictini quidem in præclara sua Ambrosii operum editione affirmant illam se prætermisisse, quod in ea nihil Ambrosiani styli atque ingenii esse censerent: quod visum etiam Latino Latinio est in Epist. ad Masium tom. 2. lucubration. p. 119. Quanquam Johannes Fred. Gronovius in Monobiblo Observatt. sacrarum c. 1. & 21. variis argumentis probat vel Ambrosium vel Ambrosii æqualem auctorem esse, cui accedit, quod Jo. Mabillonius in Codice antiquissimo Bibl. Ambrosianæ reperit tributum Ambrosio Episcopo tom. 1. Musei Italici p. 14. Et Carolus Daubusius lib. 1. de testimonio Josephi de CHRISTO p. 16. testatur in Codice Cantabrigiensi ad extremum libri primi exstare hæc verba: *Beatissimi Ambrosii translatio ex Josepho, liber primus explicit.* In Catalogo MSS. monasterii Cremifanensis Ord. S. Benedicti in Austria memoratur n. 58. *tractatus Ambrosii Episcopi de historia Josephi captivi translati ab ipso ex Græco in Latinum.* Apud Angelum Decembrium lib. VII. de politia litteraria p. 566. legas *Ægesippum esse vocabulum Græci Historici ex capra & equo compositum, qui de bello Titi cum Judæis scripsit, à Doctore Ambrosio Latine translatus.* *Hegesippi* vero nomen ex Josephi sive Josippi nomine corruptum notavit Is. Vossius in appendice de LXX Interpretibus p. 127. Frequens porro Latinis scriptoribus Antiquis est Josepum potius dicere, quam Josephum (vide Valesium ad Euseb. p. 19.) perinde, ut Græcis Ἰώσηπον, licet in quibusdam etiam occurrit Ἰώσηφος ut apud Pseud-Aristeum inter LXX. Interpretum nomina & 1 Maccab. v. 18. (ad quem locum, si placet, adi notas Johannis Drusii) & in Suida atque alibi passim. Præterea libros de bello Judaico cum laude memorant Photius codice XLVII. Jo. Sarisberiensis lib. 2. Policratici c. 4. &c. Hieronymus Epist. XXII. ad Eustochium de custodia Virginitatis: *tales Josephus Græcus Livius in secundæ Judaicæ captivitatis historia Essenos refert.*

III. ΙΟΥ-

Josephi qua Hierosolymitanis suasit, ut Tito se dederent. Hæc locutum Judæi de muro ingenti saxo petunt: ille periculum cedendo declinavit.

m XX. ult. Antiqu.

n In vita p. 1031. 1032.

o Eusebius III. 9. Hist. Eccles. ἱστορίαν τοῦ κατ' αὐτὸν Ἰουδαϊκοῦ πολέμου vocat, atque ita Josephus ipse, non uno in loco & Steph. in Φασηλίς. Isiodorus Pelus. IV. Ep. 75. Ἰωσήπου (ἀνδρὸς Ἰουδαίου μὲν, φιλαλήθους δὲ) περὶ τῆς ἁλώσεως ἱστορίαν. In Codice Bodlejano: περὶ ἁλώσεως Ἰουδαίας καὶ τῆς μεγάλης πόλεως. Porphyrius libro IV. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων p. 381. allegat Josephum ἐν τῷ δευτέρῳ Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας ἣν δι' ἑπτὰ βιβλίων συνεπλήρωσε, καὶ ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς ἀρχαιολογίας ἣν διὰ εἴκοσι βιβλίων ἐπραγματεύσατο. καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τοῦ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ἐστὶ δὲ δύο τὰ βιβλία. Apud Suidam in Ἰησοῦς, libri Josephi de bello Judaïco vocantur ὑπομνήματα τῆς αἰχμαλωσίας. Photio Cod. 107. τὰ κατὰ Ἰουδαίους πάθη. Ipse illos auctor Josephus appellat τῆς Ἰουδαϊκῆς πραγματείας. XIII. 9. Antiquitat. & libros Ἰουδαϊκῶν XIII. 18.

*** Libr. 1. Antiquitatt c. 11. ὡς μὲν καὶ πρότερον λέλεκται τὸν Ἰουδαϊκὸν ἀναγράφοντα πόλεμον. Etiam nonnulla in libris de bello Judaïco tradita, aliter referre in Antiquitatum opere observat Tillemontius, in nota 4. & 5. ad vitam Claudii. Idem de Josepho & ad ejus historiam multa erudite Tom. 1. Historiæ Imperatorum.

p Josephus procemio: Προυθέμην ἐγὼ τοῖς κατὰ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν Ἑλλάδι γλώσσῃ μεταβαλὼν, ἃ τοῖς ἄνω βαρβάροις τῇ πατρίῳ συντάξας ἀνέπεμψα πρότερον, ἀφηγήσασθαι. Quinam sint illi οἱ ἄνω βάρβαροι docet idem paucis interjectis: Πάρθους μὲν καὶ Βαβυλωνίους, Ἀράβων τε τοὺς πορρωτάτω καὶ τὸ ὑπὲρ Εὐφράτην ὁμόφυλον ἡμῖν, Ἀδιαβηνούς τε γνῶναι διὰ τῆς ἐμῆς ἐπιμελείας ἀκριβῶς &c. Nec mirum Judæos à Judæo homine barbaros appellari, cum Christiani etiam hoc nomine appellent quandoque Christianos diversa lingua utentes. Vide Cotelerium ad homiliam IV. Clementin. T. 1. Patrum Apostol. p. 653. Quænam verò sit lingua Josephi patria, non æque perspicuo testimonio ejus constat, Itaque alii Syro-Chaldaice Josephum prius libros de bello Judaïco scripsisse affirmant. Vide V. C. Samuelem Basnagium Exerc. ad Baronium p. 388. ubi Josephum Hebraïce calluisse negat, quod mihi de Judæo legis studiosissimo, & qui ex Hebraïcis libris Antiquitates Hebraïcas condidit, nullo modo credibile videtur, licet puro Hebraïsmo usum in scribenda historia nolim contendere. Argumentis plerisque, quibus Hebraïsmi imperitum nonnulli audacter faciunt ob violentiores aliquas Hebraïcorum nominum interpretationes (quas è Josepho collegit Jo. Marcianæus T. 2. Hieronym. p. 170--- 175.) respondit Isaäcus Vossius libro de LXX. Interpretibus. Conf. Pauli Pezronii Antiquitatem temporum restitutam p. 49. Humfredum Hody, de Bibliis Original. p. 223. sq. & Rev. nostri Jo. Christoph. Wolfii Bibl. Hebraïcam T. 1. p. 547. seq.

q Tillemont. Hist des Empereurs T. 1. p. 971. edit. Bruxell.

r Ita intelligenda verba: ὥστε χαράξας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία δημοσιεῦσαι προσέταξεν. Neque aliud sonant Latina Rufini interpretatio, nec Nicephori II. 28. Hist. Ut fallantur, qui sibi persuaserunt: Titum manu sua libros Josephi descripsisse, vel ut Daubusius p. 12. & 109. repositis in Bibliotheca Romæ libris Josephi, ne fraus subesset, notam manu sua subscripsisse. Confer laudatam Godfridi Olearii diatribam §. 1. & Tillemontium p. 972. Hist. Imperat. T. 1.

* Confer censuram Tillemontii T. 1. memor histor. Eccles. ad vitam Sti Petri Apostoli nota 49. p. 566. seq. edit. Paris. Alius junior Eugesippus qui circa A. C. 1040. Latine scripsit: Hujus libellum de distantiis locorum terræ sanctæ edidit Allatius in συμμίκτοις p. 104--- 120.

** Ju-

III. ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ ** *Antiquitatum Judaicarum libri* xx. inſcripti *Epaphrodito* [s] quem ſub extremum alloquitur & κράτιστον appellat, & in prœmio ingenti mactat encomio. Clauſulæ autem loco Joſephus operi Antiquitatum *vitam ſuam* ſubjunxit [t] licet in editionibus vita Joſephi ab Antiquitatibus divulſa legatur, poſt libros de bello Judaico. Titulum Ἀρχαιολογίας & librorum numerum videtur mutuatus à Dionyſio Halicarnaſſenſi, de cujus viginti libris ἀρχαιολογίας Ῥωμαϊκῆς dixi libri III. cap. XXXII. Perducit autem Joſephus hiſtoriam ab origine mundi, uſque ad duodecimum Neronis annum, quo rebellare Judæi adverſus Romanos cœperunt: & finem operi impoſuiſſe ſe teſtatur a tertiodecimo Domitiani, qui fuit CHRISTI XCIII ætatis Joſephi LVI. In MSS. Codicibus ſinguli libri præmiſſum habent numerum annorum, quorum hiſtoriam complectuntur.

Liber I.	annos 3833.	— — — — — — —	A. Mundi 3833.
		(Iſ. Voſſius p. 154. de LXX. interpretibus 3733.) Geſnerus in Bibl. p. 243. b. male 1833.	
II.	annos 220.	— — — — — — — —	4053.
III.	2.	(Geſnerus perperam 52) — — —	4055.
IV.	38.	— — — — — — — —	4093.
V.	476.	— — — — — — — —	4569.
VI.	32.	— — — — — — — —	4601.
VII.	40.	— — — — — — — —	4641.
VIII.	163.	— — — — — — — —	4804.
IX.	177.	menſes 7. (Geſnerus annos 157.) — —	4981.
X.	182.	menſes 6. dies 10. (Geſnerus annos 82.) -	5164.
XI.	253.	menſes 5. (Geſn. annos 243.) — —	5417.
XII.	170.	— — — — — — — —	5587.
XIII.	82.	— — — — — — — —	5669.
XIV.	32.	— — — — — — — —	5701.
XV.	18.	— — — — — — — —	5719.
XVI.	12.	— — — — — — —	5731.
XVII.	14.	— — — — — —	5745.
XVIII.	32.	— — — — — — —	5777.
XIX.	3.	menſes 6. dies 19. — — —	5781.
XX.	22.	— — — Summa annorum.	5803.

In libris ipſis Joſephi paſſim tempora ſupputantur, & numeri annorum traduntur; ſed ita fere, ut nec inter ſe ſatis, nec cum Græca LXX Interpretum verſione, [u] nec cum externis ſcriptoribus conveniant, ut pluribus exemplis nuper admodum oſtendit Petrus Brinc Danus in Chronologiæ Joſephi examine, edito Hafniæ A. 1701. 4. & Fridericus Spanhemius in Chronologia ſacra Part. 2. c. 3. T. 1. Opp. p. 151. ſq. Non dubium eſt in multis depravatos codices eſſe in culpa, ut Iſ. Voſſio, Guil. Bonjourio * aliiſque obſervatum, in nonnullis fortè Joſephi quoque negligentiam. Capitum diſtinctio quod permoleſtum accidit, in Græcis alia, alia eſt in Latinis: & in Latinis quoque ipſis editionibus varia ac diverſa, nulla à Joſepho: incertum itidem, num ipſe ſit indicis ante ſingulos libros præmiſſi auctor, an alius aliquis junior. Ceterum MStorum Joſephi Codicum in Antiquitatum libris tanta eſt diſcrepantia, ut Emericus Bigotius non dubitaverit, Joſephum binas illius operis editiones adornaſſe. Ita enim ille in litteris, [w]) datis Rhotomago 21. Febr. 1669. *Libros decem priores Antiquitatum contuli cum MSto codice præſtantiſſimo Bibliothecæ Regiæ, cujus meminit in exercitationibus adverſus Baronium Caſaubonus. Poſteriorum decem librorum nullum potui reperire MStum codicem bonæ notæ, univerſi enim, quos inſpexi, ita differunt ab impreſſis, ut conferri planè non poſſint. Jam pridem credidi, atque etiam nunc mihi perſuadeo Joſephum duplici vice Antiquitates ſuas vulgaſſe. Prima editio continebat contextum primum decem librorum, qualis extat in impreſſis, poſteriorum autem qualis occurrit in Codicibus MSS. quos conſului. In ſecunda editione priores decem libri ita legebantur ut occurrunt in MSto Regio, poſteriores vero, quales ſunt in editis. Nec leviter hoc, quod conjicio de duabus editionibus confirmatur à Joſepho ipſo affirmante, quod ſcripta ſua* [x] *Græcis emendanda permiſerit.* Etiam Hebraice Antiquitatum libros primum ſcripſiſſe legas in Bibliotheca Sixti Senenſis lib. IV. p. 273. ſed hoc rectè refellit B. D. Thomas Ittigius in eruditis ad Joſephum prolegomenis, confutata etiam alterius viri docti opinione, qui Antiquitates Hebraice primum ſtante adhuc templo ſcriptas colligebat è loco libri VII. c. 11. p. 249. quo affirmat Joſephus ſortitionem familiarum ſacerdotalium obtinere ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας. Longe minus habet veriſimilitudinis audaciſſima Jo. Harduini [y] conjectura, qui Joſe-

** Juſtinus martyr cohortat. ad Græcos p. 9. ὁ γοῦν Ἰωσήπος τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας καὶ διὰ τῆς ἐπιγραφῆς τῶν βιβλίων σημαίνειν βουλόμενος, ἀρχόμενος τῆς ἱστορίας οὕτω γέγραφε. Φλαβίου Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας. Hinc Antiquitatum Judaïcarum vernaculus vindex dicitur Tertulliano c. 21. Apologetici.

s Videtur intelligii *Epaphroditus* libertus Neronis, quem memorat Arrianus l. 1. Epictetearum diſſ. c. 1. & 26. Interfectum à Domitiano (anno Chriſti 95.) tradidit Dio lib. 67. p. 766. Conf. Jo. Pearſonii opera poſthuma p. 172. & Daubuſium p. 98. ſq. Alius Epaphroditus Chæronenſis Grammaticus librorum helluo, quorum ultrà 30000. collegerat, clarus circa eadem tempora & ſub Nerva Imp. hydrope extinctus, de quo Suidas.

t Clariſſime hoc teſtatur Joſephus xx. 9. p. 703. & p. 1032. & jam obſervavit Dominicus Wannerius in præf. ad vitam Joſephi Latine verſam à Godfrido Tilmanno. Conf. Thomæ Ittigii τοῦ μακαρίτου prolegomena ad Joſephum b. 3. Valeſ. ad Euſebii lib. III. 10. Hiſt. Eccleſ & Tillemont. Hiſtor. Imperator T. 1. p. 978. Steph. le Moyne ad varia ſacra p. 339. &c.

*** In ſcholio veteris Codicis octateuchi Bibl. Coislinianæ, ab Adamo uſque ad mortem Moyſis computantur anni 3862. Vid. celeberr. Montfauconii catalogum MSS. Græcorum illius Bibl. p. 25.

u Cum Samaritano Pentateucho propius convenire notat, qui de Joſephi temporum notatione conferendus Guil. Wiſtams in libro cui titulus: *The Eſſay towards reſtoring the true text of the Old. Teſtament* Lond. 1722. 8. propoſitione IX. X. XI.

* Guil. Bonjour Selectis S. Scripturam diſſertationibus Rom. 1705. fol. Jo. Clerici Bibl. Select. T. 15. p. 233. ſeq.

w Latina feci ex Gallicis, quæ leguntur ad calcem Epiſtolarum Reineſii ad Boſium p. 381. Ex iiſdem Epiſtolis vide ſi placet quæ de MSS. Codicibus Joſephi collegit v. c. Jo. Georgius Eccardus in excerptis menſtruis vernaculis (*monathlicher Auszug aus Büchern.*) a. 1700. Januar. p. 44. ſq.

x L. 1. contra Apionem p. 1037.

y Vignolius Marvillius T. 1. Miſcell. Hiſtor. Litterar. p. 78. *Mr. l'Abbe de la Chambre ſur ce que le Pére Hardouin pretendoit, que le Joſephe tel que nous l'avons aujourd'hui eſt un ourage de quelques moines du treizieme ſiecle: nous le croions, me diſoit' il, quand il nous aura prouvé que les Jeſuites ſont les auteurs des lettres provinciales.*

ſephi ſcripta, qualia hodie habemus non antiquo illi ſcriptori nobiliſſimo Judæo, ſed neſcio, quibus impoſtoribus tertii decimi à Chriſto nato ſæculi tribuit. De Hebraica Joſephi verſione, quæ dicitur ſervari in Bibl. Vaticana, dixi nonnihil infra §. v. nota b. uti de Joſepho Gorionide §. xv. hujus Capitis. Nicephori Calliſti excerpta ex Antiquitatibus Joſephi exſtant MSta Oxoniæ in Bibl. Bodlejana, Codice Barocc. 142.

IV. Fidem Joſephi plerique veteres & recentes celebrant, quibus velut proprio nomine appellatur φιλαλήθης. Theodorus Meliteniota in procemio Aſtronomiæ: Καὶ μέντοι καὶ Ἰώσηπος φιλαλήθης ἀνὴρ ἐν τῇ πρώτῃ ἱστοριῶν ἀρχαιολογίας συγγράφει. Suidas: Ἰώσηπος Ἰουδαῖος φιλαλήθης λέγων περὶ τοῦ προδρόμου &c. Theophylactus in Matth xxii. 7. ὡς καὶ ὁ φιλαλήθης Ἰώσηπος λέγει. Euſebio iii. 9. Hiſt. ἀξιόπιστος πιστεύεσθαι. Theodorit. τὸ μὲν Χριστιανικὸν οὐ δεξάμενος κήρυγμα, τὴν δὲ ἀλήθειαν κρύπτειν οὐκ ἀνεχόμενος. Iſidorus Peluſiota iv. Epiſt. 75. Ἰωσήπου ἀνδρὸς Ἰουδαίου μὲν, φιλαλήθους δὲ & iii. Epiſt. 19. ὁ ἱστορικώτατος διαῤῥήδην γράφων. Sozomenus Hiſtoriæ libro & capite primo Ἰώσηπος -- ἀξιόχρεως ἂν εἴη μάρτυς τῆς περὶ Θεοῦ ἀληθείας. Jornandes de rebus Geticis c. 4. *Joſephus quoque Annalium relator veriſſimus, dum ubique veritatis conſervat regulam, & origines cauſarum à principio revolvit.* Idem Joſepho Scaligero celebratur *diligentiſſimus &* φιλαληθέστατος *omnium ſcriptorum* præf. in opus de emendatione temporum. Sane Joſephus ipſe optime intellexit nihil in Hiſtorico magis eſſe neceſſarium, quam ſtudium veritatis. Τῷ γὰρ ἱστορίαν ἀναγράφοντι τὸ μὲν ἀληθεύειν ἀναγκαῖον. p. 1024. vitæ ſuæ. Minimeque omnium ſibi, ad Reges referenti genus eſſe εὐπρεπὲς τὸ ψεύδεσθαι. xvi. 7. (11.) p. 563. Teſtatus etiam eſt, ſe ea, quæ de gentis ſuæ antiquitatibus tradit, non aliunde quam ex ſacris libris Moyſis ac Prophetarum & ex Hebraicis litteris diligenter tranſtuliſſe. Μέλλει γὰρ περιέξειν ἅπασαν τὴν παρ' ἡμῖν ἀρχαιολογίαν καὶ τὴν διάταξιν τοῦ πολιτεύματος ἐκ τῶν ἑβραϊκῶν μεθερμηνευμένην γραμμάτων. p. 1. procem. & p. 3. Τὰ μὲν οὖν ἀκριβῆ τῶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς προϊὼν ὁ λόγος κατὰ τὴν ἰδίαν τάξιν σημανεῖ, τοῦτο γὰρ διὰ ταύτης ποιήσων τῆς πραγματείας ἐπηγγειλάμην, οὐδὲν προσθεὶς οὐδ' αὖ παραλιπών. p. 4. ταῦτα δ' ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις εὗρον ἀναγεγραμμένα, ἔχει δὲ οὕτως. & lib. x. cap. 11. pag. 349. clariſſime ait ſe tantum Metaphraſtem agere librorum ſacrorum, neque addere illis quippiam de ſuo, nec detrahere: Καὶ γὰρ εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς ἱστορίας πρὸς τοὺς ἐπιζητήσοντάς τι τῶν πραγμάτων ἢ μεμψομένους ἠσφαλισάμην μόνον τι μεταφράζειν τὰς ἑβραίων βίβλους, εἶπον εἰς τὴν Ἑλληνίδα γλῶσσαν, καὶ ταῦτα δηλώσειν μήτε προστιθείς τι τοῖς πράγμασιν αὐτὸς ἴδιον, μήτ' ἀφαιρεῖν ὑπεσχημένος. At ſi quis Joſephi Antiquitates cum Sacris litteris non indiligenter conferat, magna paſſim & hinc inde vix ferenda libertate vel negligentia uſum deprehendet, nam non modo omittit complura, ut adoratum à majoribus ſuis vitulum in deſerto: unde in quodam veteri Codice notatum ad marginem; παραλείπεις Ἰώσηπε τὴν μοσχοποιΐαν αἰδοῖ τῶν προγόνων, teſte Ed. Bernhardo p. 160. ad Joſeph. ne dicam de cæde infantum Bethlehemiticorum aliaque à Joſepho prætermiſſa vel ſecus tradita quæ notant Wilhelmus Wotton ** in Miſcellaneis Anglicè editis diſſ. de traditionibus Phariſæorum & Andreas Eudæmon Joannes in defenſione Baronii lib. 2. c. 16. 17. 18. Non minore licentia uſus, alia adjungit vel ſecus interpretatur deteritque narrando, (miracula præcipue) quo fidem apud Ethnicos invenirent: *** Sed & aliter non pauca commemorat ut adverſa fronte cum Moyſe ac Prophetis & cum Scriptoribus Hiſtoriæ Maccabæorum (quod vehementer illi vertit vitio exprobratque Jo. Harduinus p. 589. Oper. ſelect.) in narratione rerum quarundam concurrat. Hoc non Jacobo Saliano tantum in Annalibus V. T. qui Joſepho iniquiorem (fateor) aliquando ſe præbet, & Antonio Poſſevino in Apparatu ſacro & lib. 2. Bibl. Selectæ cap. 61. Auguſtino Maſcardo tractat. 2. de arte hiſtorica c. 1. p. 112. ſeq. &c. 2. p. 139. ſeq., ſed innumeris præterea aliis viris doctis obſervatum, è quibus Jacobus Uſſerius in Epiſtola ad Lud. Capellum p. 42. *De ipſo quoque Joſepho*, inquit, *non eſt prætereundum, quod ex ſacris Hebræorum litteris Origines ſuas translaturum ſe eſt pollicitus, neque ſubtrahendo quicquam neque addendo, id eum pari fide non præſtitiſſe. Eodem conſilio, quo Perſis nuper Hieronymus Xaverius Jeſuita interpolatam à ſe Evangelicam dedit Hiſtoriam, etiam Græcis ille rerum in V. Teſtamento geſtarum tranſmiſit memoriam: nonnulla quæ erant in Canone ſupprimens, alia (ut quum Salomoni verbi gratia pro XL. Regni annis* [z] *LXXX. tribuit & in numero talentorum argenti ad templi uſum à Davide relicto* 1 Chron. xxii. 14. *centum millia pro mille millibus ſubſtituit) immutans, atque ex ſcriptis Apocryphis non pauca adjiciens, uti in ejus de Moyſe trienni, de eodem juvene cum Æthiopibus bellum gerente, de Tharbi regis Æthiopum filia connubium ejus expetente & aliis ejuſdem farinæ narrationibus licet perſpicere.* David Blondellus * *Joſephus non videtur verſatus fuiſſe in libris Philoſophicis, ſed valde ſtuduiſſe moribus Græcorum & Romanorum. Valde propendet in partes Ethnicorum, unde cum judicio legendus. Super ſcripto Sibyllino non ſuper hiſtoria, quæ in lege exſtat, ſtruit narrationem turris Babylonicæ: Salomoni tribuit quædam, quæ certè non conveniunt ipſi, videlicet Magiæ operam dediſſe, & herbas ad magiam applicuiſſe. Ubique etiam fere Ethnicorum favorem captat, atque hinc ſit, ut magis phraſes ſuas a Græcis & gentibus mutuetur quàm ex lege. Item in contextu Hiſtoriæ ſuæ Hellanicum, Hecatæum & Beroſum magis ſequitur quàm S. Scripturam. Itaque moneo Joſephum cum judicio legendum eſſe, nihil quippe ex eo recipi debet, niſi prius Scripturæ Canonicæ conſentaneum eſſe comperiatur. Libri quidem, quos de bello Judaico ſcripſit, fide digniſſimi ſunt, quia materia, quam tractat nupera erat, & cognita omnibus, quorum manibus terenda erant ea ſcripta qui aut ex relatione ea accepiſſent, aut ipſis rebus interfuiſſent, & magnam calamitatum partem ipſi ſenſiſſent. Hos cum videret magno omnium applauſu excipi, alios attexuit de antiquitate Judæorum, ſed non pari fide: utpote in quibus nimium in partes Ethnicorum propendet, & in eorum gratiam quædam à veritate aliena admiſcet. Præterea etiam à Chriſtianis,* ** *ut alios ad ſuam religionem allicerent, quædam piis fraudibus ipſius ſcriptis addita ſunt, unde non adeo tuto ipſius hiſtoriæ fidere licet, ſed judicium adhibendum, ut vera à falſis diſtinguamus.* Plura exempla Hiſtoriarum ſacrarum à Joſepho non optima fide relatarum collegit nuper Cl. Vir Anton. Vandalen libro adverſus hiſtoriam Ariſteæ cap. x. & xi. & p. 500. tum in libro de origine ac progreſſu idololatriæ c. vii. Petrus Baylius T. 1. Dictionarii, ubi de Abimelecho agit: *Il y a long temps que je ſuis incillari* …

** In Miſcellaneis diſſ. Anglicè editis de traditionibus Phariſæorum, Bibl. Angloiſe T. iv. p. 375. ſeq. Bibl. ancienne & moderne T. xii. p. 196

*** Philoſtorgius apud Suidam in Φλέγων· ὁ Ἰώσηπος καὶ δεδοικὼς ἔοικε καὶ εὐλαβούμενος ὡς μὴ προσκρούσειεν Ἕλλησι. Thomas Pinedo, Judæus notis ad Stephanum Byzantinum p. 766. de Joſepho: *Quod S. Scripturæ miracula ad cauſas naturales conetur deducere, culpandus non eſt: Philoſophia enim ſacræ Scripturæ debet ancillari: Ethnici illa aliter credere nolebant.* Confer etiam Joannis Gregorii diſſ. Anglicè editam de LXX. Interpretibus, p. 33. ſq.

z Similia librariis fortè rectius imputantur, quam Joſepho.

* Timannus Geſſelius T. 1. Hiſt. rerum memorabilium in orbe geſtarum p. 30.

** Reſpicit Blondellus locum Joſephi de CHRISTO, de quo infra.

a Hoc

indigné contre Josephe & contre ceux qui l'epargnent sur ce sujet: Un homme qui faisoit profession ouverte du Judaisme dont la foi étoit fondée sur la divinité de l'Ecriture, ose raconter les choses autrement qu'il ne les lit dans la Genese, il change, il ajoute, il supprime des circumstances, en un mot il se met en opposition avec Moyse de telle sorte, qu'il fait que l'un de deux soit un faux Historien. Cela est-il suffrable, & n'en faut il pas conclure où qu'il ne s'est gueres soucié de scandaliser sa nation, ou qu'il à cru que le sentiment particulier qu'il avoit sur la fallibilité [a] *& par consequent sur la noninspiration de Moyse étoit commun parmi les Juifs? Je croy, que tous les anciens Historiens ont pris la méme licence à l'égard des vieux memoires qu'ils consultoient. Ils y ont consu de supplémens, & n'y trouvans pas les faits de velopper & embellis à leur fantasie, ils les ont étendus & habillez comme il leur à plu, & aujourd'hui nous prenons cela pour histoire.* Cotelerius in Chrysost. ad Danielem p. 225. *Idem Josephus in fine libri decimi refert hoc visum* (*Dan.* VIII.) *sed confuse ac, uti solet, parum accurate.* Sunt & alia, quæ in Josepho reprehendunt viri docti, nam in his etiam, quæ ex Ethnicis scriptoribus produxit testimoniis fidem ejus desiderant, ut Antonius Vandalen lib. de Aristea pag. 211. præterea multorum parachronismorum reum & in narratione rerum suæ ætatis vel affectu vel errore abreptum arguunt. Vide Petri Possini diss. de genere Herodis p. 34. seq. Harduinum Chronolog. V. T. p. 259. Papebrochii apparatum ad propylæum Actis Sanctorum Maji præmissum p. 18. Rev. Abbatem ac Theologum Helmstadiensem Joannem Fabricium T. 2. Bibliothecæ suæ p. 388. seq. Jobo Ludolfo commentar. ad Historiam Æthiop. p. 230. Josephus dicitur *Antiquitatum Judaicarum fabulator sæpius quam historicus.* Etiam Richardus Simonius Tomo 3. Epist. selectarum Epistola 8va notat Josephum non dubitasse Judæorum subinde *Agadoth* sive fabulosas narrationes, v. g. de Moysis victoria ab Æthiopibus reportata historiæ suæ adspergere. Adde eundem Simonium T. 2. Epist. 1. p. 6. seq. Sic fabulis adscribit Humfredus Prideaux T. 2. Hist. Judaic. quod Josephus XIII. 16. & XVI. 11. tradit de ter mille talentis, quæ Joannes Hyrcanus, & de alia magna vi pecuniæ, quam postea Herodes ex sepulchro Davidis aperto ceperit. Alii hallucinationes in Josepho castigant Geographicas, ut Bochartus T. 1. Opp. pag. 1197. seq. Errores quosdam morales & Theologicos notat B. Ittigius in laudatis prolegomenis c. 5. seq. Historicos alios errores Petrus Brinch, Pastor Arendalensis Ecclesiæ in Norwagia, in Historiæ Josephi examine, Hafniæ 1701. 4.

V. Utcunque autem ista se habeant, nihilominus in rebus, quæ circa ipsius tempora atque jam inde gesta sunt, ubi Historia Biblica desinit, & universè de rebus gentis suæ, ne de aliis in præsenti dicam, plurima annotavit scitu dignissima: & quis cordatus propter ætatem, eruditionem, judiciumque non libenter ei plus quam multorum Rabbinorum testimoniis tribueret? Errores autem, ut non admisit nullos (homo enim fuit) attamen tot tantique illi non sunt, ut velut intestabilis, propterea de ponte sit dejiciendus. *Nullam occasionem* (verba Casauboni sunt Exerc. XII. num. 2.) *prætermittit Baronius sive justam sive injustam detrahendi Josepho, historico nobilissimo, quicquid ingrati Josephomastiges imaginentur. -- Si omnes Josephi errores, hallucinationes aut ablepsiæ* (*de iis non loquor, in quibus discedit à Bibliis, in quo excusari non potest*) *in unam summam contrahantur, vix centesima ea pars fuerit culparum ab uno Eusebio admissarum sive in Chronico sive in aliis scriptis. Cur igitur tanta cura & tanta cum iniquitate Josepho insultabimus? cujus libros, nisi providentia Dei singularis ad nostra servasset tempora, in quantis rerum Judaicarum tenebris hodie versaremur? Quot fabulas, quot mendacia jubar Historiæ Josephi discutit?* Evangelicam quoque & Apostolicam Historiam Josephus confirmat in multis, etiamsi vel maximè ponamus dubitandum esse de γνησιότητι locorum de CHRISTO Servatore [b] lib. XVIII. Antiq. cap. 4. pag. 621. de Joanne Baptista [c] lib.

[a] Hoc nullo pacto verisimile est de Josepho, & perspicuis ejus testimoniis revincitur. Potius dixerim Josephum Pharisæum non putasse contradicere se sacris scriptoribus, quum maxime eos interpolavit secundum traditiones gentis suæ, sive Ἰουδαϊκὰς δευτερώσεις, quas secutum fuisse Josephum notat Eusebius VI. Demonstrat. Evangelicæ p. 291. Vel etiam pugnantia scripsit. Quot sunt inter Christianos, qui libros sacros tractando secundum suas opiniones præconceptas idem fecerunt, faciuntque, nec tamen de sacrorum ideo scriptorum Θεοπνευστίᾳ dubitant. Neque Petrum Comestorem auctorem historiæ scholasticæ, nec Xaverium Evangeliorum interpolatorem crediderim de fide divinorum scriptorum dubitasse, aut ex suis hisce scriptis de illa sententia posse convinci, qui tamen neutiquam sunt Josepho in referenda Historia sacra accuratiores. Longè parcius etiam quàm apud recentiores Judæos fabulis à Josepho datum esse locum, nemo non libenter fatebitur, ac pulchre notavit Michaël de la Roche T. 3. Bibl. Anglicæ p 523.

[b] Hoc Josephi loco non utuntur Justinus, Tertullianus, Chrysostomus, aliique complures, quando contra Judæos disputant. Non produxit Origenes alia Josephi laudans in libris contra Celsum. Ne Photius quidem (tanto junior) meminit, in cujus Bibl. Antiquitates Josephi bis recensentur cod. 76. & 238 Ante Eusebium tamen lib. 1. c. 11. Hist. Eccles. & lib. 3. demonstrat. c. 5 p. 124. allegaverit illum Macarius quidem cubiculi imperatorii præfectus, siquidem genuinus sit hujus ad Diocletianum sermo, qui refertur in Actis Sanctorum Maji T. 5. p. 149. Locum Macarii à Clariss. Viro W. E. Tenzelio primum in dialogis menstruis Germanice editis A. 1697. pag. 556. observatum hic adscribere integrum non dubitavi: Ἰώσηπος ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεὺς γενόμενος καὶ ἱστοριῶν μετ' ἀληθείας τὰ κατὰ Ἰουδαίους μαρτυρεῖ τὸν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν γεγονότα ἐνανθρωπήσαντά τε καὶ σταυρωθέντα καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθέντα, οὗ τὰ συγγράμματα ἐν τῇ δημοσίᾳ ἀπόκειται βιβλιοθήκῃ λέγει δὲ οὕτως. Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ, ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τὰ ἀληθῆ δεχομένων. Καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ τοῦ Ἑλληνικοῦ, ἐπηγάγετο. Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν, παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων, καὶ οὐκέτι νῦν τὸ Χριστιανὸν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένον οὐκ ἐπέλιπε φῦλον. Ταῦτα οὖν τοῦ τῶν Ἑβραίων γραμματέως πάλαι ταῖς ἑαυτοῦ βίβλοις ἐγχαράξαντος περὶ τοῦ δεσπότου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, ποία ἄρα ἀπολογία τοῖς ἀπίστοις ὑπολειφθήσεται; Sed merito existimandum hæc Acta Martyrii Macariani, si non longe post Diocletianum plane conficta, saltem interpolata atque locum Josephi insertum à recentiore manu esse. Post Eusebium laudatur Josephi testimonium ab Isidoro Pelus. IV. Epist. 225. Sozomeno lib. 1. Hist. c. 1. Sophronio interprete Catalogi Hieronymiani, Joanni Malala, lib. 10. Chron. p 319. Georgio Hamartole, Cedreno, Zonara, & Glyco, quem sub Theodori Metochitæ nomine Meursius edidit, in Chronicis; Suidæ in Ἰώσηπος & Nicephoro l. 1. Hist. Eccles. c 39. è quibus varias lectiones notavit *Jo. Andreas Bosius* in Exercitatione ad Periocham Josephi de IESU CHRISTO c. 2. §. 45. (Jenæ 1673. 4. & novissime cum opusculis ejus historicis curante V. C. Jo. Georgio Walchio editis 1723. 8. p. 770. sq.) Latine præter Josephi interpretem Cassiodori æqualem & Hegesippum l. 2. de excidio Hierosol. c. 12. atque in anacephalæosi p. 685. citat Hieronymus Catalogo Scriptorum Eccles. c. 13. & Joan Sarisberiensis l. 2. Policratici c 9. ac Chronographi & Historici recentiores bene multi, Haymo l. 1. c. 13. Hist. Eccelef. Anonymus Bambergensis MSS. in Academia Jenensi & Bosio inspectus, Cunradus Urspergensis, Freculfus, Albertus Stadensis, Vincentius Bellovacensis, Petrus Comestor, Baptista Platina, &c. His testimoniis accedit consensus, non modo editorum codicum, sed etiam manu exaratorum Græcorum Latinorumque, quos evolverunt Bosius, Bigotius, & Lambecius, quem vide in epistola ad Augustum Luneburgensium Ducem de VII. MSS codicibus Josephi, qui exstant in Bibl. Cæsarea (editam Vindobonæ 1666. 4°.) & libro VIII. Comment. de eadem Bibl. pag. 3. seqq. Sed & in *Hebraïca* Josephi versione fuisse istud testimonium in pervetusto codice MSS. Vaticanæ Bibl. sed abrasum à Judæis testatur Baronius ad A. C. XXXIV. Num. 226. quod licet aliena fide narratum Casaubono videtur p. 677. Exerc. XVI. Sect ult. & Jo. Clerico T. 23. Bibl. Select. p. 173. tamen confirmatur ab Huetio Demonstrat. Evangel. propos. 3. §. 13. & Theophilo Comite de Windischgraz, qui codicem illum Romæ sibi demonstratum Wagenseilio affirmavit, ut legas in Christoph. Arnoldi collectione Epistolarum de testimonio Josephi p. 249.

[c]lib. XVIII. c. 7. p. 626. De Jacobo lib. XX. c. 8. & quæ de dirutis propter Jacobi necem injustam Hierosolymis; de Joanne Baptista Propheta & de Christo cum sacerdotibus adolente in templo ex iisdem Josephi libris laudant Origines I. contra Celsum p. 35. l. 2. p. 69. & in Matthæi XIII. p. 223. Eusebius II. 23. Hist. Hieronymus Catalogo Script. Eccles. c. 2. & 13. Suidas Ἰώσηππος & Ἰησοῦς: hodie vero in Josephi libris non [d] reperiuntur. Ad locum Josephi de Jacobo respicit etiam Anastasius Sinaita, quando in homilia de Sacra Synaxi quam edidit Henr. Canisius T. 3. Antiq. Lect. p. 78. μέμνηται, inquit, Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον, οὗ δὲ οἱ ΓΑΛΙΛΑΙΟΙ ΛΟΓΟΓΡΑΦΟΙ μέμνηνται, εὐχόμενον ὑπὲρ τῶν ἀναιρούντων αὐτόν.

Decreta pro Judæis Romana & Asiatica quæ Josephus XIV. 17. attulit, quæque in veteris Latinæ versionis editionibus mutila & minus bene translata leguntur, in Græcis atque Græcolatinis (ante Oxoniensem Hudsonianam) desiderari miratus Isaacus Vossius capite octavo libelli de Sibyllinis Oraculis, eadem editurum se promisit p. 314. ad Catullum. Hæc post eruditi illius viri obitum demum ex Codice Vossiano, qui asservatur in Bibliotheca publica Leidensis Academiæ, vulgavit Vir Celeberrimus Jacobus Gronovius, additis præter veterem interpretationem nova versione sua notisque Lugd. Batav. 1711. 8. In illis notis nonnulla notavit Stephanus Berglerus, quæ videri possunt in Actis Erud. A. 1713. p. 160. Decreta autem, quæ dixi, Clarissimus Hudsonus suis locis Josepho suo inseruit.

Adversus Joannis Harduini objectiones, qui in Herodum historia fidem Josephi non dubitavit sollicitare, hunc scriptorem erudite vindicavit, narrationesque illius a νοθείας suspicione asserens cum antiquis nummis conciliavit vir egregius Christophorus Cellarius in singulari diss. Halæ Sax. edita A. 1696. quæ in ejus exercitationibus Academicis Lipsiæ 1712. 8. junctim vulgatis undecima p. 207. seqq. legitur, atque ad calcem Josephi Hudsoniani recusa exstat.

VI. ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, *de Antiquitate gentis Judaicæ libri II. adversus* Manethonem, [e] Apollonium, Molonem, Lysimachum, Posidonium & alios, *Apionem* [f] præcipue, qui nationi Judæorum detraxerat libro tertio & quarto rerum Ægyptiacarum. Singulari præterea scripto Judæis Apionem insultasse affirmant Justinus Martyr, Clemens, Julius Africanus, Eusebius & Hieronymus cujus hæc sunt verba c. 13. de Scriptoribus Eccles. *Scripsit & Josephus duos* ἀρχαιότητος *adversum Apionem Grammaticum Alexandrinum, qui sub Caligula legatus missus ex parte gentilium contra Philonem etiam librum vituperationem gentis Judaicæ continentem scripserat.* At hujus non meminit Josephus, qui hos quoque binos libros *Epaphrodito* suo κρατίστῳ & τιμιωτάτῳ inscripsit, unde ante annum Christi XCV. editos fuisse oportet, quo Epaphroditum Domitianus interfecit. Sed & Apio ipse,

seq. (Norimb. 1661. 12.) Cui addendum, quod de Joanne Baptista apud Gorionidem legitur p. 533. seq. edit. Breithauptianæ, & quod ex inedito Gyraldi Cambrensis libro de institutione principis affert præstantissimus Caveus: *Robertus* (Canutus qui circa A. C. 1170. claruit.) *Prior S. Fridiswidæ apud Oxoniam Hebraice doctus in duobus exemplaribus Josephi Hebraice scriptis invenit testimonium de Christo in aliis nuper erasum, quod & Judæis Oxoniæ degentibus ostensum fuit.* Wagenseilius tamen in Romano Codice non hoc de Christo testimonium, sed aliud de Tiberio Cæsare, Pilatoque statuas in urbem Hierosol. conatis introducere, erasum contendit. Vide Daubuzium p. 49. Omitto, quæ contra Tanaqu. Fabrum (lib. 1. Epist. 45.) aliosque pro fide hujus loci disputant B. D Joan. Mullerus noster in Judaïsmo detecto p. 1103. seq. Henr. Valesius p. 16. & 20. ad Eusebium Huetius proposit. 3. §. 21. seq Antonius Pagi ad A. C. XXXII. num. 15. Guil. Bonjour dialogo tertio triduanæ de Canone sacrorum librorum concertationis (Rom. 1704. 4.) Caveus parte 2. Hist. litterariæ adit. c. 67. Franciscus de Roye JCtus in singulari diss. edita Andegavi 1656. 4. ad calcem historiæ Berengarianæ. Honoratus de St. Maria, Carmelita, reflex. sur les regles & l'usage de la Critique T. 3. diss. 7. Georgius Wolfgang Wedelius Centur. 2. Exerc. Medico-Philog. decad 2. diss. 1. David Martinus in diss. Critica de hoc Josephi loco Gallice edita Ultrajecti 1717. 12. Christoph. Adamus Rupertus Epist. ad Thom. Reinesium p. 601 & Reinesius p. 609. seq. Joan. Colerus de veritate resurrectionis CHRISTI p. 31. seq. Justus Christoph. Dithmarus singulari diss. edita Francofor. ad Viadrum 1715. 4. & quem amicitiæ causa nomino Conr Daniel Frick, Ulmensis ὁ μακαρίτης, Lips. 1698 4. Natalis Alex. Tom 6. Hist. Eccles. V. T. Diss. 10. Estrangius prolegom. ad Anglicam Josephi versionem, Cherubinus de S. Josepho, Carmelita, T. 3. Bibliothecæ Criti. S. diss. 1. part. 3. & qui styli potissimum vindicias contra Tanaquil. Fabrum scripsit, Carolus Daubusius libris duobus de hoc testimonio editis Lond. 1706. 8. Nec Lambecii probo sententiam, qui lib. VIII. de Bibl. Vindobon. p. 22. sq. verba hujus testimonii ita explicat, ut in ignominiam CHRISTI scripta sint à Josepho: nec illis assentior, qui plane intrusum esse ajunt à Christianis, ut præter Tanaq. Fabrum, Lucas Osiander, Obertus Gifanius, Jo. Dallæus, David Blondellus apud Gallæsium p. 125. Hist. Eccles. Sebaldus Snellius, Piquesius sive potius Richard Simon. T. 2. Bibl. Criticæ p. 26. sq. auctor diss. (Abbas eruditissimus de Longveruë, vide Journal des sçavans 1714. p. 644.) quam Parisiis ad se missam edidit V. C. Jo. Clericus T. 7. Bibl. veteris & novæ p 237. s. q. qui & ipse Henr. Valesium pro γνησιότητι hujus loci contendentem oppugnat T. 16. p 90. sqq. Sed mihi non videtur Josephus potuisse mentionem Christi Christianorumque in historia illius ætatis prorsus prætermittere, licet fatendum sit factum hoc fuisse à Justo Tiberiensi, ut Photius Cod. 33. testatur: interpolatum autem suspicor cum viris doctissimis, Rich. Montacutio ad Eusebii demonstrat. Evangel. lib. 3. Stephano Lemoyne notis ad varia sacra p. 931. Clariss Wagenseilio IV. peræ libr. juvenil. p. 189. & B. I. Ittigio Prolegom. ad Josephum & in selectis capitibus Historiæ Eccles. Sect. 1. p 356. sq. 374. Paravit hoc de argumento peculiarem exercitationem quoque Frid. Spanhemius fil. at quia imperfecta ab Auctore relicta est, lucem non vidit, sed in tomo II. ejus opp. desideratur. Daubusio quidem p. 93 & 221. Josephus videtur fuisse semichristianus, imbutus opinionibus Essæorum p. 212. 224. seq. & in gratiam etiam Epaphroditi p. 103. & Flaviæ Domitillæ, Flaviique Clementis Christianorum p. 107. illa de CHRISTO historiæ suæ intexuisse. Clarissimus Hudsonus Josephum plane existimavit virum ex baptizatis à Joanne; quem laudat. XVIII. 6. 2. quare neque istud de Christo, neque ista de Jacobo testimonia dubitavit genuina scriptoris hujus esse. Vir eruditus autem qui in Epistolis, ad Houttevillium contendit testimonium hoc non quidem in corpore historiæ positum à Josepho, sed notæ marginalis instar in ora libri adjectum ab eodem illo scriptore, conjecturam minus adhuc credibilem Houttevillio, pro γνησιότητι illius loci pugnanti opposuisse videtur, uti bene judicant auctores ephemeridum eruditorum Paris. 1723. Jul. p. 12. seq. edit. Amst.

c Chrysostomus in Johannis c. 1. homil. 12. p. 82. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Ἰώσηππος τῇ τούτου (Ἰωάννου τελευτῇ τὸν πόλεμον λογίζεται), δι' αὐτόν τε δείκνυσι μηδὲ πόλιν εἶναι τὴν ποτὲ μητρόπολιν οὖσαν, καὶ μακροὺς συνείρει περὶ αὐτοῦ λόγους ἐγκωμίων. Herodis exercitum deletum, non Hierosolymam ob Joannis cædem eversam scribit illo loco Josephus.

d Huetius propos. 3. §. 10. contendit illa à Judæis fuisse erasa, ut Blondellus lib. 1. de Sibyllis cap. 7. eadem à Christianis in libro Josephi inserta. Neutrum crediderim. Sed videmus passim ab iis, qui scriptores laudant, sententias illorum malo exemplo mutari & interpolari. Etiam Orosius VII. 6. ex Josepho refert expulsos Roma à Claudio Imp. universos Christianos, quod in editis frustra quæres. Sed & Is. Vossius libro de LXX. Interpretibus hinc inde quædam profert è Syncello vel è Codicibus Josephi MSS. quæ in editis haud exstant.

e In editionibus quibusdam ut Latina Paris. 1514. fol. minore per Albertum Goullet. Prof. Theol. emendata, liber prior inscribitur *de Antiquitate contra Manethonem Ægyptium*, liber posterior *de Antiquitate contra Apionem & fautores.* Labbeus p. 275. Bibl. novæ MSS. testatur in Codice MS. 349. Regis Christianissimi exstare *Josephum contra Manethonem & alios Stoicos* (Chæremonem puta) *Latine.* Sane magna pars libri prioris occupatur in confutandis iis, quæ Manetho de Judæis tradiderat. Vide pag. 1039. sq. 1042. & 105. sq. & sub initium libri secundi ait se respondisse priore libro Manethoni, Chæremoni, & aliis quibusdam. Auctor autem ipse in titulo libri nullum nomen adversarii posuerat, sed tantum inscripserat περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀρχαιότητος, ut ab Origene, Eusebio & aliis veteribus allegatur. Porphyrius loco supra à me laudato βιβλία πρὸς τοὺς Ἕλληνας.

f De Apione isto Plistonice Posidonii fil. Oasitano, qui ob civitatis jus acceptum malebat audire Alexandrinus, consuli poterunt Cotelerius ad Patres Apostolicos Tom. 1. p. 592. Vossius de historicis Græcis, Meursius in Bibl. Græca, Bælius tom. 1. Dictionarii & Tillemontius Hist. Imperatorum T. 1. p. 775. sq. Appion scribendum an Apion, disquirit Jo. Harduinus in numis urbium illustratis p. 521. Πολλὰ βιβλία κατὰ τῶν Ἰουδαίων γεγραφέναι *multos libros adversus Judæos scripsisse*, legas in Clementinis, homilia V. cap. 2. ille etiam ἰατρικῆς οὐκ ἀμύητος, *Medicæ artis haud imperitus* celebratur.

g In

ipse, ut Manetho & reliqui, jam mortuus erat, cum Josephus eum confutaret, ut constat è libro 2. p. 1071. Laudat iterum Hieronymus his verbis Epist. 84. ad Magnum oratorem: *Josephus Antiquitatem approbans Judaici populi, duos libros scripsit contra Apionem Alexandrinum Grammaticum, & tanta Secularium profert testimonia, ut mihi miraculum subeat quomodo vir Hebræus & ab infantia sacris litteris eruditus cunctam Græcorum Bibliothecam evolverit.* In libro secundo p. 1064. seq. est magna in Græcis lacuna, quam fortasse supplere aliquando dabitur alicui è MSto codice. Hos libros respicit Gorionides lib. v. c. 27. p. 466. edit. Clariss. Beithaupti, ubi memoratur Josephi sacerdotis ספר הובחות ומריבות *volumen refutationum & controversiarum.*

VII. ΕΙΣ ΜΑΚΚΑΒΑΙΟΥΣ ΛΟΓΟΣ ἢ περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ sermo disertissimus *de Imperio rationis, in laudem septem Maccabæorum* qui una cum patre Eleazaro & matre [g] sub persecutione Antiochi Epiphanis Martyrium pro lege alacriter subierunt, Josepho nostro diserte tribuitur ab Eusebio III. 10. Hist. Eccles. πεπόνηται δὲ καὶ ἄλλο οὐκ ἀγενὲς σπούδασμα τῷ ἀνδρὶ περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ ὅ τινες Μακκαβαϊκὸν ἐπέγραψαν. Hieron. *Alius quoque liber ejus qui inscribitur* περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ (*de potentia rationis*, vertit Honorius Augustod. lib. 1. de luminaribus Ecclesiæ c. 13.) *valde elegans habetur, in quo & Maccabæorum digesta sunt martyria*, Idem l. 2. adversus Pelagianos: *Unde & Josephus Maccabæorum scriptor Historiæ, frangi & regi dicit perturbationes animi, non eradicari.* Photius è Philostorgii lib. I. Histor. Eccles. post enumeratos tres Maccabæorum libros: τὸ μέντοιγε τέταρτον ὑπὸ Ἰωσήπου γεγράφθαι καὶ αὐτὸς συνομολογῶν οὐχ ἱστορίαν μᾶλλον ἢ ἐγκώμιον εἶναι φησὶ τὸ περὶ τὸν Ἐλεάζαρον καὶ τοὺς ἑπτὰ παῖδας τοὺς Μακκαβαίους διηγούμενον. Laudat hunc librum etiam Nazianzenus Orat. XXXII. sed Josephi nomen reticet, quod ponere non omisit Nicetas in scholiis ad illam de Maccabæis orationem, nec Anastasius Sinaita quæstione octava. Nomine itidem prætérito Syncellus p. 293. & 279. ὡς ἐν τετάρτῃ βίβλῳ τῶν μακκαβαϊκῶν. Idem tamen p. 24. laudat Josephum ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς: Conf. Græcum Scholion in margine p. 273. Gotfridus Viterbiensis in Chronico, ubi de Josepho: *liber etiam Maccabæorum secundus ab eo dicitur compositus.* Hugo Grotius vero ad Lucæ XVI. 19. præsentis libri auctorem vocat Josephum, sed ab eo, de quo agimus, diversum. *Josephum virum sane disertum quisquis ille fuit, Historiarum enim scriptorem hunc esse non puto.* MSti codices hujus libri plurimum inter se differunt, ut patet si conferantur Latina *Erasmi* paraphrasis, in qua liber dedicatur nescio cui *Polybio Megalopolitano*, & nomina matris martyrumque referuntur, multaque aliter se habent, quam in Græcis editis: tum MStus codex Bibliothecæ Paulinæ, ex quo novam editionem hujus libri moliebatur Bosius ὁ μακαρίτης ut ipse affirmat in diss. de νεωτερικαῖς ἐπιθυμίαις p. 9. & ex quo varias lectiones à Nobiliss. cive meo Jo. Frid. Fellero excerptæ leguntur ad calcem editionis Josephi Lipsiensis. Tum codex MStus Bibliothecæ Cæsareæ, de quo Lambecius lib. v. Commentar. p. 104. & laudatus Ittigius in prolegom. ad Josephum b. 3. b. Codex item Regius Paris. quem celebrat *Franciscus Combefisius* T. 7. Bibl. Concionatoriæ Patrum p. 435. ubi *Erasmi* versionem exhibet conquestus cum plura sua quàm Josephi dare, neque acri satis judicio eas dubitasse voces subinde inserere, quas non Judæus homo sed Christianis educatus legibus prolaturus esset. Itaque idem Combefisius eundem hunc librum cum nova versione sua ac notis recudi fecit in auctario novissimo Bibliothecæ Patrum Paris. 1672. fol. tom. I. statim sub initium. Editum eundem libellum MSti Codicis ope auctiorem & emendatiorem cum versione & notis *Joannis Lloydii* Oxon. 1690. didici ex Antonii Wood Antiquitatibus Oxoniensibus T. 2. p. 140. b. sed librum ipsum non vidi. Adjunctus præterea est (licet irreligiose ad textum scribit Joan. Morinus p. 199. Exercitatt. Bibl.) quibusdam Græcorum Bibliorum editionibus, ut Aldinæ 1518. & Basil. 1545. fol. Argentinensi 1526. Basileensi 1540. apud Hervag. & 1550. apud Nicolaum Brylingerum & Græcolatinæ Basil. 1582. 8. ex officina Brylingeriana, in qua exstat versio, quæ incipit, *studiosissimum sapientiæ sermonem declaraturus.* Nam Erasmi versionis sive antiquæ ab Erasmo interpolatæ initium est: *Machabæorum agones admiratione dignissimos.* Combefisii verò, quæ etiam me curante exstat in appendice editionis Josephi Græcolatinæ Lipsiensis: *Sapientissimam ostensurus rationem.* Exstat & liber Josephi de imperatrice ratione à *Mydalio Jacobo* Gandensi, Ord. Prædicator. editus Coloniæ 1517. 4. non interprete illo quidem, sed Erasmo, licet versio Jacobo tribuatur in novissima Bibliotheca scriptorum Dominicanorum T. 2. p. 336 Addidit autem Editor quæ de Maccabæis scripsisse Cyprianus, Ambrosius, Chrysostomus, Hieronymus, Prudentius, Usuardus, Leo III. Rabanus, Bernardus, Petrus Comestor, Alcimus, Joannes Beleth, Hugo Cardinalis & Antoninus. Græce quoque legitur Josephi libellus in Bibliis Græcis Wechelianis Francof. 1597. fol. & expressa ex illis editione Veneta 1687. fol. nec non in Tomo II. editionis Oxoniensis Gratianæ 1719. in fol. & 8. collatus cum MS. Codice Collegii novi Oxon. Etiam in quibusdam Codicibus MSS. Græcis Bibliorum sub titulo *libri quarti Maccabæorum* occurrere notavit Celeberr. Montfauconus in Bibliotheca Coisliniana p. 40. & 62.

VIII. Scripta Josephi deperdita præter libros de bello Judaico patria lingua compositos nulla certo licet designare, quanquam S. Hieronymus præf. ad lib. XI. commentar. in Esaiam refert Josephum inter eos, qui de LXX hebdomadibus disputarunt, & Josephus ipse [h] promittit se dicturum de gestis Monobazi Adiabenæ Regis, tum in prooemio Antiquitatum & lib. XX. c. 9. pollicetur, se hoc opere absoluto allegoricam theoriam legum Judaicarum & rationes [i] dogmatum singulari scripto in quatuor li-

[g] In Erasmi versione & in Menologiis 1. August. mater hæc vocatur *Salomone*, Genebrardo *Salome*, Gorionidi *Anna*. Conf. FrontonemDucæum ad Chrysost. T 1. p. 95. Eosdem Maccabæos Martyres celebrant auctor libri secundi Maccabæorum sive Epitomator Jasonis Cyrenæi c. 6. & 7. & ex Antiquis Ecclesiæ doctoribus Ambrosius lib. 2. de Jacobo & vita beata c. 11. sq. Greg. Nazianzenus, Jo Chrysostomus, Augustinus, Gaudentius Brixiensis, Leo Magnus, Maximus Taurinensis, Fulgentius Episc. Hilarius Arelatensis vel Eusebius Emisenus, & Poëtæ Victorinus, Prudentius &c. Vide Baronium ad Martyrolog. Calendis Augusti, & Bibliothecam Concionatoriam Combefisii. tomo VII. Ceterum similem narrationem de septem filiis & matre martyrium libenter passis ut idololatriam effugerent, referunt Judæi in libro Chorban Beth Hammikdasch, qui Latine versus prodiit Helmstadii 1664. 40.

[h] Lib. XX. c. 2. p. 689. ἀλλὰ Μονόβαζος μὲν ὁ βασιλεὺς ὅσα κατὰ τὸν τῆς ζωῆς χρόνον ἔπραξεν, ὕστερον ἐπαγγελοῦμεν. Sed nihil de hoc in sequentibus capitibus ultimi hujus libri de Monobazo legitur.

[i] Josephus procem. p. 4. Τοῖς μέντοι βουλομένοις καὶ τὰς αἰτίας ἑκάστου σκοπεῖν πολλὴ γένοιτ' ἂν ἡ θεωρία καὶ λίαν φιλόσοφος, ἣν ἐγὼ νῦν ὑπερβέβλημαι. Θεοῦ δὲ διδόντος ἡμῖν χρόνον, πειράσομαι μετὰ ταύτην γράψαι τὴν πραγματείαν. Lib IV. 8. 4. οὓς δὲ κοινοὺς ἡμῖν καὶ πρὸς ἀλλήλους κατέλιπε (νόμους ὁ Μωϋσῆς) τούτους ὑπερεθέμην εἰς τὴν περὶ ἐθῶν καὶ αἰτιῶν ἀπόδοσιν, ἣν συναπολαμβανομένου τοῦ Θεοῦ μετὰ ταύτην ἡμῖν τὴν πραγματείαν συντάξασθαι προήκειται. Et Lib. XX. c. 9 p. 703. Προήρημαι δὲ συγγράψαι καὶ τὰς ἡμετέρας δόξας τῶν Ἰουδαίων ἐν τέσσαρσι βιβλίοις περὶ Θεοῦ καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν νόμων διὰ τί κατ' αὐτοὺς τὰ μὲν ἔξεστιν ἡμῖν ποιεῖν, τὰ δὲ κεκώλυται. Quanquam vero non adeo multum referre putabant doctissimus Cunæus III. 1. de Rep. Hebr. & J. H. Bœclerus exerc. ad lib. 1. c. 1. Josephi, quod hoc opus vel in herba perierit, vel ad nos non pervenerit, haud dubie tamen inter quasdam vanas frigidasque ingenii Judaici argutationes complura egregia & utilia nos docuis-

libros tributo persecuturum. Nemo autem est è veteribus, qui hoc Josephum fecisse aut illa Josephi scripta legisse se testetur, nisi fortè dixeris eum innui à Pseudogorionide qui lib. v. c. 25. & 27. p. 452. & 466 edit. Breithauptianæ memorat librum Sapientiæ Josephi ספר חכמת יוסף in quo nullam bellorum fecerit mentionem, sed solum sapientiam virorum præclarorum exposuerit & de templo tractaverit.

Librum *adversus Græcos* & singillatim *Platonem* scriptum περὶ τοῦ παντὸς sive περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, sive ut in alio περὶ τοῦ παντὸς οὐσίας, quem in duo λογίδια distinctum legit Photius cod XLVIII Josepho tribuit Joannes Damascenus * & Jo. Philoponus. ** Hunc Arnoldus Peraxylus præf. in Josephum edere promisit; tandem fragmentum ejus Græce à Max. Margunio acceptum edidit Dav. Hœschelius notis ad Photium. Ille vero Josephum non agnoscit auctorem, licet ei in quibusdam Codicibus MSS. tribuatur, ut in Bibl. Coisliniana p. 202. & in Codice Barocciano 26 p. 345. b. sed vel *Cajum* presbyterum, circa Annum CHRISTI 210. clarum, qui è Josepho, Justino, Irenæo illud scriptum collegit, ut suspicatur Dodwellus diss. 6 in Irenæum p 464 seq. vel S *Hippolytum* Portuensem, sub cujus nomine fragmentum illud Græce & Latinè cum versione sua recudi curavit Steph. le Moyne T. I. Var. Sacrorum p. 53. & ad calcem Josephi sui reposuerunt Lipsienses, atque ego T. I. operum S. Hippolyti p. 220. exhibui, Conf. B. D. Ittigii erudita prolegomena sub extremum.

Cyrillus Alexandrinus libro VI. in Julianum p. 205. ex Clementis Alex. Stromatibus refert *Sanchoniatonem* à Josepho versum Græcè è lingua Phœnicia. Hoc in Clementis editis libris incassum quæras. Suspicor autem de Philone hoc scripsisse Clementem initio primi Stromatum libri, quod nusquam exstat, in editis certe desideratur. Cyrillum autem facili memoriæ lapsu pro Philone Josephum nominasse.

Vir clarissimus Paulus Vindingius in Autumno Græco sive diss. tertia de variis linguæ Græcæ scriptoribus p. 7. Josephum putat esse primum qui inter Græcos Scriptores computaverit στίχους operis sui, siquidem testatur in calce libri ultimi Antiquitatum illas sex myriadibus versuum absolvi: ἐπὶ τούτοις καταπαύσω τὴν ἀρχαιολογίαν, βίβλοις μὲν εἴκοσι περιειλημμένην, ἓξ δὲ μυριάσι στίχων. Hinc *Masoretham Græcum* appellandum putat Josephum, perinde ut Apio Grammaticus ipsi est *Græcus Cabbalista*, utpote qui duabus prioribus litteris libri primi Iliados in voce μῆνιν divinavit Homerum ex industria designasse numerum librorum XLVIII. quibus Ilias cum Odyssea constat, ut notatum Senecæ Epist. LXXXVIII. Sed mos ille στίχους scriptorum computandi longe est antiquior, quem jam à Callimacho

cuisset, quæ fortasse nemo est hodie Judæorum Christianorumve, qui docere nos possit, unde illud exstare magni redemerim.

* Joannes Zonaras lib. VI. Annal. sect. 4. post allatum Josephi de Christo testimonium ex libro XVIII. Antiquitt. addit eundem scriptorem etiam bene meminisse CHRISTI ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας αὐτοῦ λόγῳ ὃς κατὰ Πλάτωνος ἐπιγέγραπται περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, οὗ καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς μνείαν πεποίηται ἐν τῇ ποιηθείσῃ αὐτῷ βίβλῳ τῇ καλουμένῃ Παράλληλα. Hæc Joan. Damasceni Parallela nuper Græce & Latine in Tomo secundo ipsius operum vulgavit vir eruditissimus Michael le Quien, atque hoc ipso litterarum sacrarum præsertim studiosos insigni affecit beneficio. In his p. 789 sq. nonnulla afferuntur (& quidem emendatius quam post Hoeschelium alii ediderunt) sub nomine Ἰωσήπου ἐκ τοῦ λόγου ἀναγεγραμμένου κατὰ Πλάτωνος. Vide etiam p. 277 & 755. ubi nonnulla ex libro περὶ παντὸς afferuntur sed sub nomine Meletii Antiocheni.

** Josephus ἐν τῷ περὶ τοῦ παντὸς συγγράμματι citatur à Joanne Philopono lib. 3. in Hexaëmeron cap. 16. quæ autem ex eo affert, in edito per Hœschelium fragmento non leguntur.

* Hanc editionem Josephi, & Turnebianam Philonis respiciens Neander præf. Theologiæ Bernhardi & Tauleri præfixa, *Josephi*, inquit, *& Philonis Judæorum Græca luculentissima & eloquentissima scripta, adeo pulchris typis & characteribus in Gallia & Germania excusa, ut, si Angelis tales litteræ pingendæ essent, non sint picturi & effecturi pulchriores.*

in πίναξι sive tabulis eruditorum virorum observatum fuisse patet ex Athenæi lib. VI. p. 244.

IX. In vita Comitis de Santena, qui postea religiosus Abbatiæ Trappensis (de la Trappe) fuit & sub nomine Palæmonis innotuit, memoratur, quod lectione Josephi primum fuerit commotus ad Majestatem Dei considerandam & fidem habendam sacris litteris; Edita est illa vita Gallice Paris. 1695. 12: cujus argumentum breviter referunt Ephemerides literariæ Parisienses illius anni Ephemeride 31. p. 547. edit. Amstelod.

De usu qui ex Josepho ejusque dictione ad illustrandas sacras litteras & singillatim Novum Testamentum hauriri insignis potest, exstat specimen *Francisci Wokenii*, editum Sedini 1720. 4. in disp. Philologica ad lib III. Antiquit. c. 4.

X. *Editio Josephi Græca.*

Basileæ A. 1544. fol. typis perquam nitidis * ex officina Hieron. Frobenii & Nic. Episcopii curante Arnoldo Peraxylo Arlenio qui hanc editionem Diego Hurtado Mendozæ dicavit, & præter MStos codices è Mendozæ Bibl & aliorum amicorum beneficio acceptos testatur se adhibuisse Epitomen Antiquitatum Josephi, nescio quo scriptum auctore. *Posterior*, inquit, *pars* ἀρχαιολογίας *ita multis mendis confusa & injuria quadam librarii vel imperitia deformata erat, ut ad veram præstruendam lectionem nullum laborem sufficere experti fuissemus, nisi Epitomen, quam ante annos aliquot Roma mecum comportaveram, adhibuissemus, è cujus collatione multa suæ dignitati reddita, nonnulla, quæ prætermissa fuerant, restituta, beneficio inprimis ac opera Sigismundi Gelenii. In bello Judaico ac reliquis minus negotii habuimus, propterea quod & nostra exemplaria accuratius erant descripta, & alia insuper nobis suppeditata à præstantissimis doctissimisque viris Joanne Croto ac Petro Gillio.* Pro prima editione Græca Josephi *Aldina*, quæ in Christoph. Arnoldi præfat. ad testimonium Flavianum memoratur, legendum est *Arnoldina*, ut optime observatum B. D. Ittigio in prolegom. ad Josephum, cujus industriæ singulari in recensendis Josephi editionibus multum debere me fateor.

XI. *Editiones Latinæ.*

Antiquitates è veteri versione (quæ *Rufino* vulgo k tribuitur) antiquissima editio sine loci & temporis nota in fol.

Libri VII. Historiarum de bello Judaico è Rufini versione per Platinam castigati fol. Rom. 1470 * & 1475. fol. apud Arnoldum Pannarz.

Antiquitates impressæ † *Lud. Condrata* interprete **, Veronæ 1480. fol. per Magistrum Petrum Maufer, Gallicum.

Libri de bello Judaico. ibid.

Antiquitatum & de bello Judaico libri ac de Antiquitate Judæorum Venet. 1486. per Joannem Vercellensem & 1499. (quam Gesnerus perperam in Bibl.

k Rufino etiam adscribit Codex antiquissimus Mediolanensis in Bibl. Ambrosiana, de quo Erycus Puteanus IV. 41. Epist. Jo. Mabillonius T. I. Itiner. p. 12. Guil. Burnetius Epist. 2. Itineris Ital. p. 229. edit. Germanicæ. Jo. Henr. Hottingerus Bibl. Quadripart p. 33 & G. Hieron. Welschius in Epistola ad Bosium, post Reinesianas p 420. De MSS. Codicibus insignibus Josephi Latinis tribus vel quatuor, qui exstant in Bibl. Regia Taurinensi, unde illustris viri Scipionis Maffei Epistolam ad Apostolum Zenum in Diario Veneto eruditorum Italiæ T. 6. p. 473. & Diario Londinensi Michaëlis de la Roche (Memoirs of Litterature) T. 2. p. 342. Librorum de bello Judaïco MS. Codex non contemnendus fuit in Bibl. Marci Meibomii.

* Editio A. 1470. fuit in Bibliotheca Theodori vander Lith, venum exposita Hagæ A. 1724. p. 7. In eadem Codex MSS. membranaceus Latinus librorum de bello Judaïco pulcherrimis ornamentis & iconibus conspicuus.

† Ita in MS. ad nos transmisso; in Bib. Ed. p. 243. legitur *Cendrata*.

** Mich. Maittaire T. I. annal. typograph. p. 154.

Bibl. pro prima edit. venditat) per Albertinum Vercellensem, A. 1502. cum argumentis copiosis quæ (in libros de bello Judaico quidem) composuit Magister *Franciscus Macerata*, Ord. Minorum.

Mediolani 1513. fol. cum Hegesippo.

Paris. 1514. cum *Roberti Goullet* tetramono sive Harmonia Josephi, Sacræ Scripturæ, Historiæ Scholasticæ & Hegesippi.

Ibid. 1519. ex Jo. Parvi officina.

Coloniæ 1524. ex emendatione *Godofr. Hittorpii* ad varios MSS. Codices, addito libro de Maccabæis ex *Erasmi* recognitione, qui in prioribus editionibus desiderabatur. Eodem anno Josephum post Coloniensem editionem sed hinc inde emendatiorem edidit Frobenius Basil. 1524. fol.

Lugduni 1527. 8. apud Sebast. Gryphium.

Iterum Coloniæ 1534. cum Beroso, Megasthene &c. Annii Viterbiensis.

Paris. 1535. fol. in ædibus Jacobi Kerver.

Ex emendatione *Sigism. Gelenii* Basil. 1534. (in qua edit. Gesnerus argumenta libris singulis in Græco præmissa convertit, & libros de bello Judaico cum duobus MSS. contulit) ibid. 1540. fol. & Lugd. 1539. & 1546. 8. apud Seb. Gryphium.

Ex versione *Sigismundi Gelenii* [l], qui Antiquitatum libros & vitam Josephi (quæ in prioribus editionibus deest) transtulit, versionem antiquam librorum de bello Judaico & contra Apionem emendavit, servata in libro de Maccabæis paraphrasi Erasmi, Basileæ apud Froben. 1548. fol. & 1554. fol. 1559. & 1567. quæ editio diversam ab ea, quam adornavit Erasmus, repræsentat interpretationem libri de Maccabæis, quæ incipit: *Disputaturus de re ad Philosophiæ rationem maximè pertinente.*

Lugd. 1555. 12. Basil. 1582. Colon. 1593. Genev. 1595. & minori forma 1611. duobus Volum.

Paris. 1569. fol.

Francof. 1580. 1587. 1617. 8. addita Chronologia per Sigismundum Feyerabend.

Josephi vita Latine primum translata à *Godfr. Tilemanno* Cartusiæ Parisiensis monacho Paris. 1548. 8. Licet enim Antiquitatibus ab Auctore subjuncta fuerit, tamen veterem illius interpretationem nusquam reperire se potuisse testatur Bigotius. Præter Tilemannum transtulit etiam *Sigism. Gelenius*, & eodem anno 1548. edidit, ut jam dixi.

Solam antiquam versionem libri de Maccabæis referre genium Rufini, opinatus est Emericus Bigotius in Epistola, quæ legitur inter Reinesianas ad Bosium datas p. 382. Illam antiquam versionem interpolavit Erasmus nullo Græco usus codice.

Belli Judaici compendium è Josepho collectum à *Georgio Wicelio*. Colon. 1552.

Nic. Asclepii Barbati periochæ & argumenta Antiquitatum & librorum de bello Judaico, tetrastichis comprehensa Colon. 1564. 8. cum Barthol. Steni historia Ducum, Judicum, Regumque populi Israëlitici.

Libros contra Apionem refutatorios, inquit Gul. Budæus de asse lib. v. p. 250. Latine ita versos legimus ut præstabilius fuisset nunquam fuisse editos, adeo corrupti fuerunt librariorum vitio & interpretis ignorantia.

E Josepho Supplementum Historiæ Biblicæ ab Esdra ad Maccabæos Latine vertit & Bibliis suis inseruit *Seb. Castellio*, Basil. 1551. 1573. Francof. 1697. fol.

Latini Latinii ad quædam Josephi loca observationes leguntur in ejus Bibl. Sacroprofana. p. 188. seq.

XII. *Græco-Latinæ.*

1. Genevæ 1611. fol. in qua Antiquitatum libri & vita Josephi cum Gelenii versione exhibentur, libri de Bello Judaico, cum Rufini, & libri, qui contra Apionem vulgo inscribuntur, cum versione antiqua, quæ & ipsa Rufino vulgo tribuitur, per Gelenium emendata, tum liber de Maccabæis cum paraphrasi Erasmi. Collati etiam sunt in hujus editionis ornamentum MSti Codices Palatini, sed jam longius operæ processerant cum Marquardo Frehero proxeneta Codices illi à Jano Grutero ad Petrum Roverium typographum transmitterentur, qui pollicitus quidem est se virorum quorundam doctorum notas & varias lectiones ejus qui MSta illa Palatina excussit studio collectas peculiari volumine editurum, sed id neutiquam præstitit.

2. Genevæ 1635. fol. editio jam memorata ad verbum recusa est nullo augmento, nec melius, si non deterius, quod chartam, litteras & emendationem spectat. Hanc omnium quotquot fuerunt inquinatissimam vocare non dubitat Tan. Faber ad Luciani Timonem tom. 1. p. 1053.

3. Lipsiæ 1691. fol. (quæ editio urbis Coloniæ nomen falso habet prænotatum) ita repræsentat editionem Genevensem, ut paginæ ejus servatæ sint, sed errores multi castigati præcipuè in libris de bello Judaico, deinde præter laudata Doctoris quondam mei Venerandi *Thomæ Ittigii* de Josephi scriptis & editionibus prolegomena copiosa, accessit me curante tunc admodum juvene Appendix, in qua lectori exhibentur: Aristeæ liber de LXX. Interpretibus cum versione Matthiæ Garbitii, & variis lect. meisque ad Josephi XII. cap. 2. quo summam Libri Aristeæ refert, brevibus notis. Librorum de bello Judaico & libri de Maccabæis Variæ lectiones è Codice Græco MS. non contemnendæ notæ, qui servatur Lipsiæ in Bibl. Paulina, à Nobiliss. amico & cive meo *Jo Fried. Fellero* collectæ. Libelli de Maccabæis versio Latina auctore [m] *Francisco Combefisio* cum ejusdem Animadversionibus. Ac denique fragmentum ex libro περὶ παντὸς (sub Josephi nomine ab Hœschelio in notis ad Photium vulgatum) cum versione Latina Stephani le Moyne.

4. Oxoniæ è theatro Sheldoniano 1700. fol. editio nitida, castigatissima, eruditissimis stipata notis, sed eheu mutila & infelicibus causis in medio cursu intercepta; Illas qui volet cognoscere, Thomam Smithum in vita Eduardi Bernhardi p. 30. seq. consulet. In libris Antiquitatum non processum est ultra cap. 1. libri quinti, ita ut postrema sit pagina 352. Textum Græcum comitatur versio vetus, quæ exhibetur non sub nomine Rufini, sed [n] *Epiphanii Scholastici.* Græca & Latina collata sunt cum Codicibus quam plurimis MSS. quæ exstant in Bibliothecis Angliæ, Galliæ, Italiæ, Germaniæ.

[l] Gelenium in Josephi interpretatione sæpe dormitare ait Alexander Morus ad Matth 1. 18. Itaque hæc versio passim adhuc indiget emendatione, ut multi viri docti jam animadverterunt. Nemo tamen fuit ante Hudsonum, qui meliorem conderet, vel qui illam è voto Guil. Henr. Vorstii in notis ad R. Davidis Ganzii Chronologiam p. 290. ad limam revocaret.

[m] Combefisius librum de Maccabæis cum versione sua & notis excudi fecit in Auctario novissimo Bibl. Patrum Paris. 1672. fol. ut dixi supra §. VII.

[n] Ex conjectura hoc nomen est appositum, quia Cassiodorus Epiphanio isto usus est ad Historiam Ecclesiasticam Tripartitam concinnandam, ut testatur c. 17. divin. lect. & eodem capite refert, se Josephi quoque Antiquitates curasse transferri. Quin vero hoc factum ait ab amicis suis, nec Epiphanio nominatim tribuit hanc versionem, hinc colligere licet Epiphanium, si in illa elaboravit, certe non solum eam concinnasse. Verba Cassiodori hæc sunt: *Ut est Josephus pæne secundus Livius in libris Antiquitatum Judaicarum latè diffusus, quem Pater Hieronymus scribens ad Lucium Bæticum propter magnitudinem prolixi operis à se perhibet non potuisse transferri. Hunc tamen ab amicis nostris, quoniam est subtilis nimis & multiplex, magno labore in libris viginti duobus* (libris duobus contra Apionem Antiquitatum operi adjunctis,) *converti facimus in Latinum. Qui etiam & alios septem libros captivitatis Judaicæ mirabili nitore conscripsit, quam translationem alii Hieronymo* (alii Ambrosio,) *alii deputant Rufino: quæ dum talibus viris adscribitur, omnino dictionis eximia merita declarantur.*

niæ. Variæ lectiones summo studio adnotatæ adjunctis animadversionibus reconditæ eruditionis è Scriptoribus Græcis, Latinis, Talmudicis & aliis omne genus editis & ineditis: *Patricii Junii*, *Is. Casauboni*, *Jo. Lightfooti*, *Sam. Petiti*, *Jo. Andreæ Bosii* emendationibus & collectaneis, auctore [o] EDUARDO BERNHARDO viro cum paucissimis comparando ob doctrinam incomparabilem & honestissimos mores. In libris de bello Judaico, qui cum versione veteri sub nomine incerto *Rufini* Aquilejensis, exhibentur, perventum est usque ad libri secundi caput quartum decimum, additis variis lectionibus & notis succinctis atque eruditis, cura *Henrici Aldrich* Viri præstantissimi.

5. Novissima & elaboratissima editio quam præclarissimo Viro JOHANNI HUDSONO debemus, qui illi jam propemodum absolutæ immortuus & v. Cal. Decembr. A. MDCCXIX. cum ætatem non produxisset ultra annos LVII. In hac Græcus contextus non modo castigatus diligenter ad MSS. Codices, & locis bene multis magnique momenti suppletus exhibetur, sed etiam versio Latina addita melior & accuratior, notæque criticæ in oris paginarum adjectæ non prolixæ quidem sed multam lucem Josepho affundentes, denique indices subnexi utilissimi. Curam in lucem emittendæ editionis post celeberrimi Hudsoni discessum in se suscepit vir egregius Antonius Hallius Oxoniæ 1720. fol. Ne pluribus de ea dicendum mihi putem, facit Diversorum eruditorum [p] industria, & quod eandem exspectamus integram cum insignibus auctariis propediem iterum evulgandam typis nitidis Wetstenianis & Sociorum, studio viri [q] doctrinæ & ingenii laudibus cumulatissimi SIGEBERTI HAVERCAMPI.

Loca Josephi Geographica post Bochartum eximia luce perfundit, de cujus præmaturo obitu nunquam sine dolore possum cogitare, Ultrajectinæ nuper Academiæ lumen HADRIANUS RELANDUS, in sua Palæstina Trajecti primum A. 1714. 4. ac deinde etiam typis exscripta in Germania.

XIII. *Josephus in linguas vernaculas translatus.*

ANGLICE, Thoma Lodge interprete. Oxon.

Ex recentiori versione Oxon. 1676. non diffitente interprete se vestigiis Gallici Andreæ Andillii insistere.

Ex versione eleganti *Roberti Estrangii*, à V. C. Joanne Hudsono collata cum Græco. Oxon. 1702. fol.

Epitome Josephi, cum continuatione, auctore *Joanne Crull*. Lond. 1708. 8. præmissis duabus de vita ac religione & de Chronologia Josephi dissertationibus. duobus Volum. Acta Erud. 1709. p. 203. Journal. des Sçavans 1710. p. 259.

BELGICE Leidæ 1593. fol. Lugd. Bat. 1607. fol. Dordraci 1652. fol.

Lamberto vander Bos interprete Amst. 1687. fol. una cum Hegesippo translato à Simone de Vries.

Ex versione *Wilhelmi Sevel*, Gallicam secuto Andillii versionem. Amst. 1704. 1721. fol. [r] additis præter icones nitide in æs incisas Philonis legatione ad Cajum Imp. atque Hegesippo.

BOHEMICE Vita Josephi, libri VII. de bello Judaico, libri duo contra Apionem & Maccabaicus, Paulo Aquilinate Hardeceno interprete. Pragæ 1553. fol.

GALLICE. Josephus de la bataille Judaiqué, translaté de Latin en François, pour Antoine Vedard. Paris 1480. fol.

Paris 1492. fol. teste Beughemio & 1516. fol.

Histoire des Juifs &c. par Nic. de Herberay Sieur de Essars, Paris 1553. Hist. de la guerre Judaique, Lugd. 1557. fol.

Josephus ex versione Francisci Burgundi (Bourgoin, Nivernois, Sieur de Daignon) cum Latina versione ad latus juncta, & subjecto Gorionidis compendio quod ex Latino Davidis Xyleri adornavit Franciscus Belleforestus, deinde Lugd. & Paris. 1573. 8. duobus voluminibus.

Eadem versio ex Joannis Frerii la Valle emendatione, Paris. 1570. fol.

Antonium Fayum, Gallicum Josephi interpretem memorat J. Andreas Bosius.

Josephi opera ex versione *Gilberti Genebrardi*. Paris. 1578. fol. 1588. 8. 1604. 8. 1639. fol. 1646. fol. Rothomagi 1656. fol.

Roberto Arnoldo d'Andylli [s] interprete, Paris. 1667. 1669. fol. duobus Volum. in 12. quinque Volum. inde Bruxellis 1676. 8. quinque volum. Amst. 1681. fol. 1700. fol. Bruxellis 1701. 8. &c.

GERMANICE per Casparem Hedionem, Argentorat. 1535. fol.

Libri de bello Judaico seorsim Francof. 1552. fol. & Davide Kybero interprete, Erfurti 1560. 8.

Josephi opera ex versione Conradi Lauterbachii. Francof. 1571. fol. Argentorat. 1574. 1587. 1595. 1611. 1617. & cum Hegesippo Francof. 1676. 4.

Cura Joannis Sprengenii & Zach. Munzeri. Francof. 1581. fol.

Ex recens recognita versione Francof. 1711. fol.

Sed & Michaël Adam, Judæus ad CHRISTUM conversus, civis Tigurinus sex libros Josephi de bello Judaico, capitibus XCVII. distinctos Germanice vertit & characteribus Hebraicis descriptos edidit Constantiæ A. 1545. teste Gesnero in appendice Bibliothecæ suæ excusa Tiguri 1546. Extatque illa versio in Bibl. Bodlejana, sed Gorionidem non Græcum Josephum exprimit.

Hans Rogels Zerstörung Jerusalems, aus Josepho gereimet. Erfurt 1602. 8.

HISPANICE Antiquitates, vita Josephi & liber de Maccabæis ex Latino incerto interprete, Antwerp. 1554. fol. & 4.

Libri de bello Judaico post veterem minus probatam versionem, interprete Jo. Martino Cordero, Valentino. Antwerp. 1557. 8. 1608. 8. Madrit. 1616.

Libros contra Apionem vertit Jos. Simah Arias, Amst. 1687. 8.

ITALICE Antiquitates Petro Lauro, Mutinensi interprete, Venet. 1544. 8. 1549. 8. De bello Judaico, Venet. Florent. 1526. fol. Venet. 1541. 8.

Josephi opera ex versione Francisci Baldelli, Cortonensis, Venet. 1581. 1589. 4. duobus Voluminibus.

SUECICE septem libri primores Antiquitatum, interprete Comitissa Maria Gyllenstierna, Gallicæ Andillianæ versionis vestigiis insistente, Holmiæ 1713. 4.

XIV. *Editiones Josephi promissæ.*

Bonaventuræ Cornelii Bertrami, c. 3. lucubratt. Franekenthalens. Jo-

o Hic est qui illustri viro Ezechieli Spanhemio p. 189. ad Callimachum audit *doctissimus Josephi enarrator, insigniter de tanto scriptore vel lucalento eo specimine meritus & æternum meriturus, si ortam & egregie jam protractam telam libuisset ei integram eadem diligentia eruditione ac industria pertexere.* Æquius hoc veriusque de Bernhardo, ejusque opera in Josephum collocata judicium, quam C. S. Schurzfleischii T. I. Epist. arcan. p. 132. vel Joannis Clerici T. 14. Bibl. veteris & novæ p. 305.

p Memoires litteraires de la grande Bretagne per Mr. Michaël de Rochefort. T. V. p. 212. Acta Erud. A. 1722. p. 235. Bibl. ancienne & moderne T. XIV. p. 237.

q Id. p. 303. seq. & Bibl. Theologica Philosophica Bremens. T. IV. p. 1081. & T. V. p. 740. T. VII. p. 180.

r Boeksaal van Europe A. 1703. T. 2. p. 389. Uyttrekfels A. 1704. T. I. p. 389. Bibl. Bremens. T. 7. p. 762.

s Gelenium sæpius quàm Græca consuluisse, & hujus hallucinationes non raro reddere vel obscura loca plane omittere interpretem hunc alioqui elegantissimum, notat J. Andreas Bosius in diss. de testimonio Josephi de CHRISTO edit. 2. p. 12. Confer librum Gallicum, Sentimens de quelques Theologiens de Hollande sur l'Histoire Critique de Richard Simon, lettre 4. & p. 430. Lud. Ellies du Pin Bibliothecam scriptorum Ecclesiasticor. T. 18. p. 94.

Josephi Scaligeri, Epist. 355. Vide Is. Casauboni Epist. 469. edit. Grævii, & Epistolam Guidonis Patini 67. edit. primæ. Josephi Codex Græcus, notatus passim manu Scaligeri fuit in Bibl. celeberrimi viri Conradi Sam. Schurzfleischii, [t] hodie exstat Vinariæ in Bibl. Serenissimi Gothani Ducis.

Isaaci Casauboni Epist. 717. *Ego si junior essem, & alibi viverem, auderem promittere non pœnitendam editionem illius maximi scriptoris. Videbis in hoc opere* (contra Baron.) *multa loca emendata.*

Petri Cunæi præf. ad lib. 3. de rep. Hebræorum. Confer Augusti Buchneri lib. 1. Epist. 176.

Samuelis Petiti, qui non modo Gorionidem cum nova versione notisque suis edere constituerat, sed & Græci Josephi illustrationem interpretationemque in se receperat, quam in rem Peirescius ipsi ab Holstenio trium MSS. Vaticanorum perlustrationem impetravit. Vide Gassendum in vita Peirescii p. 195. Alii etiam docti viri, ut fit, symbolas ad eum miserunt, Claudio Sarravio Petavianum illi codicem conciliante (Sarrav. Epist. p. 20. seq. edit. primæ;) & Hugone Grotio omnes pollicente suppetias (Epist. 1564. Confer Andreæ Riveti Epist. ad Gerh. Jo. Vossium, inter Vossianas 362.) At enim morte A. 1643. intercedente Petitus pro inchoatis haberi noluit quæ non absolvisset, tametsi Guido Patinus litteris ad Jac. Sponium p. 39. testatur propemodum ad prælum parata fuisse; & Sam. Sorbierius sororis Petiti filius in Epistola ad Casp. Barlæum data Id. Jun. 1644. refert morientem Petitum sibi id curæ demandasse ut illa ederet (p. 186. inter Epistolas centum à Joanne Brandt vulgatas Amst. 1702 8.) & in præfatione ad Petiti diatribam postumam de jure, Principum edictis, Ecclesiæ quæsito nec armis vindicato, Amst. 1647. 8. animadversiones illas qualescunque etiam editurum se pollicitus, est; quod (licet defunctus demum A. 1670.) non præstitit. Verba ejus sunt: „multa „restant alia hujus Viri ἀνέκδοτα, quæ inter sunt A- „nimadversiones in Josephum, ad umbilicum non „perductæ, sed immensa fruge ex antiquitate recon- „ditiori refertæ; quas erit aliquando (licet author, „Plinii exemplo voluerit pro non inceptis quæ non „absolvisset haberi) ut otium nacti, juris publici fa- „ciemus," Notæ Petiti MSS. Oxoniam missæ sunt ad Ed. Bernhardum vide præfationem ad Sorberiana; Petri Bælii Epistolas p. 120. Miscellanea Lipsiensia T. VII. p. 124. & Joannis Masson V. C. Historiam Criticam Reip. litterariæ editam Gallice T. XII. p. 351. ubi legas Sorbierium Clarendonio Comiti & Cancellario Angliæ vendidisse notas Petiti in Josephum pro Ludovicis aureis mille.

Alexandri Mori. Consule Jo. Scheferi Epistolam (post Reinesianas ad Bosium scriptas) p. 461. & Wagenseilii p. 477. Neque enim dubito ibi pro Mornæo reponendum esse Morum.

Gerh. Jo. Vossii. Christian. Noldius præf. hist. Idumææ.

Joannis Cocceji. id. Hujus notas postumas ex Cod. ejusdem ab hæredibus emto excerptas Clarissimo Haverkampo, novissimæ editionis Josephi curatori deinceps debebunt studiosi.

Christiani Schotani, qui in Bibliotheca historiæ Sacræ V. T. sive commentario uberiore ad Severum Sulpitium Josephi quædam illustravit.

Christiani Noldii, cujus historia Idumæa, sive liber de vita & gestis Herodum, Franequeræ 1660. 12. editus notas in quædam Josephi loca continet, in præfat. *Liceat enim & recte hic sperare*, inquit, *ut etiamsi nec Scaliger nec Vossius nec Petitus, litterarum lumina, editionem Josephi emendatam absolverint, sed morte præventi rem reliquerint infectam, succedant aliunde* Coccejus *aut* Schotanus, *viri linguas apprime docti, & in Antiquitate sacra profanaque versatissimi, qui Remp. litterariam isto ornent beneficio. Nostri humeri debiliores sunt, quanquam animus non deesset, si DEUS & boni media suppeditarent, ut & fontes corrigerentur; & nova versio librorum, maxime ἁλώσεως concinnaretur; quos Gelenius neglexit, & notæ vindiciæque necessariæ adspergerentur.*

Jo. Henrici Bœcleri, cujus Exercitatio in prima capita libri primi Antiquitatum scripta A. 1642. inter varias ejus dissertationes plus simplici vice recusas exstat Argentorat. 1658. 8. & 1701. 8. Confer Wagenseilii Epist. ad Christoph. Arnoldum in testimonio Flaviano p. 252.

Emerici Bigotii. Guido Patinus Epist. 67. edit. primæ.

Tanaquillus Faber in notis ad Luciani Timonem T. 1. p. 1053. postquam locum Josephi emendasset, *atque utinam*, inquit, *præstantibus ingeniis luberet aliquando tanti scriptoris emendationem suscipere, symbolam certe daremus; quadringentos amplius locos ex ingenio emendatos conferre possemus. Plura facere esset sane perfacile, sed doctioribus & qui Lutetiæ vitam agerent, & codicibus Regiæ Bibl. frui possent. Nobis non licet esse tam beatis.*

Joannis Grambsii soceri sui observationes in Josephum MSS. habere se testatur Francofurti ad Mœnum Vir. Rev. Martinus Diefenbachius in Judæo converso p. 162.

De *Wilhelmo Langio* Joannes Mothus in Epistola ad Jo. Andream Bosium 3. Jul. A. 1666. *Adest hic Wilhelmus Langius, Judex provincialis in Jutia, quo ferme nihil doctius novit Dania. Is multa meditata habet in Josephum. Accurate enim Codices optimos quosque MStos, etiam Florentinos & Parisiensem consuluit.*

J. Andreæ Bosii, qui apparatu insigni instructus ad Josephum edendum accessit, ut patet ex ejus erudita exercitatione de testimonio Josephi de CHRISTO, & MStos Codices ex Bibl. Lipsiensi, Portensi, Schleusingensi, Norimbergensi, Cæsarea præcipue: tum varias lectiones è Parisiensi Codice & duobus Florentinis ab Emerico Bigotio excerptas ad manus habuit. Vide Epistolas Reinesii Bosiique mutuas, passim: Gudianas p. 43. D. Thomæ Ittigii τȣ͂ μακαρίτȣ Prolegomena, a. 6. & Petri Lambecii Epistolam ad Augustum gloriosæ memoriæ Ducem Luneburgensem de septem Codicibus MSS. Bibliothecæ Vindobonensis ad Bosium mittendis, Vindobonæ 1666. 4. & cum observationibus V. C. Jo. Gottlieb Kransii, Lips. 1713. 8. Jam tamen Anno 1678. 14. August. Christianus Daumius scripsit ad Joachimum Fellerum τὸν μακαρίτην in hæc verba: *Mitterem Bosii litteras olim ad me datas, unde clare editio Josephi illa ejus videbitur, ut Augusti Ajax; in spongiam incubuisse. Verba ejus ad Nic. Heinsium mittere memini. Volebat enim observata illa sua in disputationum formam redigere.* Collectanea Bosiana post auctoris obitum, qui in A. 1674. incidit, ab heredibus Oxoniam transmissa sunt, quibus Eduardus Bernhardus in suis ad Josephum notis usum se subinde testatur.

Stephani Monachii sive le Moyne. Vide celeberrimi Wagenseilii præfat. ad tela ignea Satanæ p. 69. Vitam Jo. Lightfooti, operibus ejus præmissam, *** 4. b. Lemonium ipsum prolegomenis ad Varia Sacra, & Epistolas ejus ad Bosium Reinesianis subjectas p. 433. seq. atque Epistolas Petri Bælii p. 120. Etiam le Moyne nomen pro nomine Stephani Morini reponendum in Tomo 2. Miscellaneorum Lipsiensium p. 757. & in viri eruditi Chri-

stia-

[t] Acta Erud. A. 1712. p. 231. Schurzfleisch T. 2. Epist. 217. ad Martinum Diefenbachium: *Audio Josephum cum notis aliquot manu exscriptis apud te exstare, quem ego cum notis manu exaratis Josephi Scaligeri possideo. Utinam vero emendatiorem edere liceret.*

ſtiani Falſteri præfatione ad ſpecimen notarum in Gellium.

Poſt triumviros clariſſimos qui noſtra ætate Joſephi editionem moliti ſunt tribus continuis unum poſt alterum annis extinctos, *Godfridum Olearium* Lipſiæ A. 1715. 10. Nov *Jacobum Gronovium* Lugduni Bat. 19. Octobr. A 1716. & *Hadrianum Relandum* Ultrajecti A. 1717. 5. Febr. hodie Pariſiis Joſepho illuſtrando ſtudium ſuum addixere *Ludovicus Boivin*, eruditiſſimi Joannis Boivini cui Nicephorum Gregoram debemus, frater natu major, & *Martinus Bouquetus*, Ord. Benedictini Monachus, cujus editionem publicis votis facturam ſatis, ſperare ſe profitetur vir πολυμαθέστατος ex eodem Ordine Bernhardus de Montfaucon, præf. ad T. 1. Antiquitatis explicatæ p. XXIII.

Lexicon Græcolatinum in Joſephum, ſive *Concordantiæ Flavianæ* MSS. cum variis animadverſionibus & *numorum* apparatu quibus Joſephus illuſtretur plus quam quingentorum, neſcio quo auctore ſervari Tiguri, didici ex Novis litterariis Lipſiæ editis A. 1720. p. 94. unde idem repetunt Bibliothecæ Theologiæ Philologicæ Bremenſis concinnatores T. IV. p. 1082. & Bibliothecæ Germanicæ quæ Gallica lingua edi cœpit Amſtelodami T. 2. p. 180. Inter inedita *Menaſſæ ben Iſraël* à Daniele Levi de Barrios in triumpho regiminis popularis edito Hiſpanice Amſt. 5443. (Anno Chriſti 1686) 8. refertur Hiſtoria Judaica ſive continuatio Joſephi. Idem memorat *Michaëlis de Barrios* Hiſtoriam univerſalem Judaicam, ſive continuationem Joſephi deductam ad A. C. 1684. quinque Voluminibus.

XV. *De Joſepho Pſeudo-Gorionide.*

Reliquum eſt, ut nonnihil etiam dicam de Joſepho Hebraico, qui pro eodem illo, vel certe interprete ejus, cujus ſcripta Græce habemus cupit haberi. Vide edit. Breithauptianam p. 65. 67. 157. 323. 336. 346. 350. 351. 373. 398. 446. 452. 466. 721. 803. & p. 524 ubi ספר הרומיים denotat opus Joſephi Græce ſcriptum: nam per idioma Romanorum, etiam Græcam linguam quandoque a Rabbinis denotari docuit Joannes Seldenus ad Eutychii Origines Alexandrinas p. 152. licet Græcam linguam à Romana diſtinguat Gorionides p. 349. 350. 888. In Juchaſin Joſephus vocatur filius Matthatiæ ſacerdos filius Gorion, quaſi unum ſit familiæ nomen, alterum patris. Joſephus ben Cherion citatur in Chronico orientali quod ex Arabico Latine vertit Abraham Ecchellenſis f. 53. Sed Joſephus noſter, Matthiæ filius II. 25. de bello Judaico p. 822. diſerte diſtinguit ſe à Joſepho filio Γωρίωνος, & à tertio Joſepho filio Simonis. Gorionis etiam mortem commemorat lib. V. de bello Judaico c. 1. p. 885. De Nicodemo autem Gorionide Joſephi Gorionidis fratre conſulere juvabit quæ è Talmudicis notata ſunt à V. C. Georgio Elieſere Edzardi ad caput 2. Avoda Sara p. 220 — 225. Vir doctus T. 23. Bibl. ſelectæ Gallica lingua editæ p. 178. ait Breithauptium obſervare quod Hegeſippus etiam ſcriptorem de bello Judaico vocet Joſephum Gorionidem. Sed nuſquam hoc quod meminerim facit ita dictus vulgo Hegeſippus. Neque Breithauptius hoc p. 574. tradit de Hegeſippo ſed de Joſippi Epitome à Seb. Munſtero edita, & à recentiore Judæo ex Gorionide concinnata. Nam Judæis quidem liber Hebraicus qui ſub Gorionidis nomine ſtylo facili ac eleganti ſcriptus exſtat, pro vero Flavii Joſephi ac genuino fœtu habetur, & primus ejus meminit R. Sardias Gaon (circa A. C. 936.) in libro Emunoth c. 8. unde fallitur Caſimirus Oudinus qui Gorionidem hunc ad ſæculum duodecimum detrudit T. 2. commentariorum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis p. 1049. ſeq. Meminit & Abraham Levita ben Dior (qui ſcripſit circa A. C. 1160.) notante Joanne Morino. Magnis eum elogiis mactarunt R. David Ganz p. 95. edit. Guilelmi Henrici Vorſtii, R. Abraam Conat, curator primæ editionis CPolitanæ, poſteriorisque probator R. Tam Aben Jechaja, laudat & R. David Kimchi qui circa A. C. 1380. ſcripſit ad Haggæi 2. ad Zachar. II. & in libro radicum, voce פנג, quibus aſſentitur Seb. Munſterus in præf. Ex ipſis vero Judæis graviter in eum invehitur R. Abarbanel [u] in Majene Hajeſchua p. 65 plurimaque aliena à veritate ſcripſiſſe contendit præ metu & adulandi Romanis ſtudio. In Abraami Peritſol itineribus Mundi p. 16. & 150 citantur velut diſtincti יוסף בן גוריון הכהן Joſephus ben Gorion Sacerdos & p. 20. יוסיפון Joſippon ſive Flavius Joſephus. Pro ſuppoſititio etiam habet Gorionidem Judæus ſcriptor Thomas de Pinedo notis ad Stephanum Byz. p. 198. 236. 318. 766. Cæterum eruditis hodie Chriſtianis pleriſque dubium non eſt Joſephum huncce Hebraicum ex Græco, vel potius ex Latina Joſephi Græci verſione [w] eſſe expreſſum vel excerptum potius: nec Joſephum ipſum auctorem ſed longe recentiorem aliquem qui in Britannia Galliæ Aremorica non ante nonum vel decimum ſæculum vixit, & pro lubitu digeſſit, addidit (v. g. fabulas de Alexandro M. ex pſeudo-Calliſthene) interpolavit, omiſit quæcunque ipſi videbantur addenda eſſe vel omittenda. Vide Joannis Morini exercitationes Biblicas pag. 235. ſeq. & part. 3. de ſacris ordinationibus p. 147. Jo. Druſium lib. I. de tribus ſectis Hebræorum cap. 8. Jo. Rainoldum T. I. prælect. de libris Apocryphis p. 1242. ſeq. Joſephum Scaligerum elencho trihæreſii cap. 4. ſeq. Julium Bartoloccium T. 3. Bibl. Rabbinicæ p. 799. Jacobum Baſnage in Hiſtoria Judæorum Gallice nuper edita lib. VII. cap. 6. T. 5. p. 1540. ſeq. Caſimirum Oudinum commentario de ſcriptoribus Eccleſiaſticis T. 2. p. 1032. Joannes Picus Mirandulanus in Epiſt. p. 261. Opp. *Quod petis de Joſepho, ſcias juſtum Joſephum apud Hebræos non reperiri, ſed Joſephi epitomam i. e. breviarium quoddam, in quo multa ſunt commentitia: & quæ de decem tribubus ibi leguntur, quæ poſt Babylonicam captivitatem poſtliminio non redierint, ea eſſe notha & adulterina, ex Hebræis mihi plures confeſſi ſunt.* Munſterus quoque & Breithauptius qui Gorionidem Latine verterunt, & pro genuino audent venditare, tamen eum valde interpolatum à recentioribus Judæis haud diffitentur. Vide nobiliſſimi Breithauptii præfationem ad tomum ultimum commentariorum Raſchi, & ejuſdem notas ad Gorionidem p. 222. 309. &c. Ita recentiora longe Joſepho tempora arguit quod p. 547. memorat Francos פרנקוס & Burgundiæ populum גוי בורגוני"א & Danicos דנישכי ac Danemanam טנמרי"א & Anglicam gentem גוי אינגלישיש & quæ & in Irlandia ſive Hibernia, באירלנדא. De ſcriptis autem tum ipſius Gorionidis tum aliorum qui ab eo laudantur conſulendus Jo. Gaguierius vir eruditiſſ. in prolegomenis ad ſuam verſionem, Joannes Clericus præclarus Bibl. ſelectæ auctor T. XXIII. p. 173. ſeq. & T. XXV. p. 43. ſeq. & venerandus noſter Jo. Chriſtoforus Wolfius, qui de Gorionide & ejus ſcriptis diſputat ut ſolet accurate ac diligentiſſime T. I. Bibl. Hebraicæ p. 508. ſeq.

XVI. *Editiones Joſephi Gorionidis.*

HEBRAICÆ.

Conſtantinopolitanæ duæ, una decurtata à R. Abraham Chonath, Medico CPol. prodiit A. M. 5250. (CHRI-

[w] Petrus Allixius de anno & die Natali CHRISTI p. 142. *Ille Judæus Latinam Joſephi verſionem paſſim cum illius aberrationibus exſcribit.*

(Christi 1490) & altera plenior atque integra, operis divisi ab auctore ipso (vide p. 352. edit. Breithauptianæ) in libros sex & in capita xcvii. curante R. Tham Aben Jechaia. Vide laudati Wolfii Biblioth. Hebr. T. 1. p. 1158. Hæc editio recusa & *Venetiis* A. M. 5304. (Christi 1544.) & *Cracoviæ* A. M. 5355. (Christi 1591.)

Francofurtensis A. M. 5449. (Christi 1690.) 12. Venetæ vestigiis insistens.

Latina.

Oxoniensis ex versione clarissimi Viri *Joannis Gagnerii* qui notas atque prolegomena erudita addidit. 1706. 4. Acta Erud. T. 4. supplementi p. 12. seq. Bibl. choisie de Mr. le Clerc T. xxv. p. 43.

Hebraico Latinæ.

Basileensis, cum versione & notis *Sebastiani Munsteri*, prima editione CPolitana decurtata usi, 1541. fol. Hæc editio nec admodum emendata [x] nec integra est, incipit enim à folio editionis Venetæ septimo, & desinit paginâ posteriore folii xcii. cum editio Veneta constet foliis clv.

Gothana, integros sex libros ex editione Veneta & Francofurtensi exhibens emendate & typis nitidis excusos cum perspicua versione Nobilissimi Viri *Jo. Friderici Breithauptii* [y] Consiliarii Saxonici, 1707. 4. Idem libros in capita minora divisit & singulis paginis breves subnexuit notas, quibus non modo CPolitanam & Munsterianam editionem sed & Josephum Græcum & Hegesippum Latinum contulit, pollicitus notas etiam prolixiores, sed antequam illas in lucem ediderit A. 1713. diem obiit supremum.

Vulgavit etiam *Seb. Munsterus* Wormatiæ A. 1529. 8. Hebraice cum versione sua Latina compendium Gorionidis [z] compositum circa A. C. 1161. ab *Abrahamo ben Dior*, Judæo Hispano, & insertum ab eo parti tertiæ suæ Cabbalæ: idque esse ad cujus differentiam opus integrum Gorionidis vocatur Judæis *liber Gorionidæ longus*, notatum est à Josepho Scaligero. Idem compendium *Sebastianus Lepusculus* vulgavit Basileæ 1559. Latine è laudati Munsteri versione, cum Aben Esræ expositione Decalogi & aliis quibusdam opusculis.

Qui in variis Codicibus MSS. Arabicis occurrit Josephi Gorionidis liber, interpolatam exhibet Maccabaicorum versionem, qualis occurrit in Polyglottis Londinensibus, ut notatum jam à multis viris doctis est, Bartholomæo Herbeloto, Bibliothecæ Orientalis p. 863. Jo. Gagnerio præf. ad Gorionidem, Casimiro Oudin. T. 2. commentar. de scriptoribus Eccles. p. 1058. Eusebio Renaudoto de Patriarchis Alexandrinis p. 348. & Antonio Vandale libro de Aristea p. 136.

Anglica versio Gorionidis lucem vidit Londini 1701. *the wonderfall and most deplorable history of the wars and latter times of the Jews by Josephus ben Gorion.* Illa vero Petri Morwini sive Morningi interpretatio Joanni Baleo memorata, non Gorionidis est sed Josephi Græci librorum de bello Judaico.

Gallice prodiit versio epitomes Gorionidis, quam Latine A. 1550. 8. vulgavit *David Kyberus*, Argentoratensis peste extinctus in patria A. 1553. mense Januario cum nondum annum duodetrigesimum ætatis superasset. Gallica quam dixi versio auctorem habet *Franciscum Belleforestum*, & antiquis quibusdam Josephi Græci Gallicis versionibus adjuncta legitur.

Germanica versio *Michaëlis Adami*, Judæi ad Christum conversi prodiit Constantiæ 1545. & Tiguri 1546. litteris Hebraicis.

Alia interpretatio litteris itidem Hebraicis excusa Pragæ, 4. sine anni nota, tum Amstelodami 1661. cum commentario.

Georgii autem *Wolfii*, Pastoris Grimmensis versio, charactere etiam Germanico expressa Ursellis 1557. 4. Francof. 1613. 8. tantummodo compendium Gorionidis exhibet, quod à Munstero & Lepusculo editum retuli.

De versione Hebraica Josephi, quam in Bibl. Vaticana MStam haberi testatus est Baronius, non repetam quæ dixi §. V. nota b. Quod vero in Siphte Jeschinim R. Schtai ben Joseph p. 66. legas Flavii Josephi Antiquitates, bellumque Judaicum Hebraice conversa exstare, sed tantum MSta: hoc in Actis Eruditorum Lipsiensibus Anni 1690. p. 302. non alio argumento niti creditur, quam quod R. Azarias in Meor Enajim, Josephi testimoniis plus simplici vice est usus, qui tamen ut Latinæ linguæ non imperitus fuit, Latinam Josephi versionem evolvere potuit.

XVII. *Alii Josephi qui Græce scripserunt.*

Josephus Alexandrinæ Ecclesiæ Archidiaconus, cujus Oratio brevis panegyrica ad Synodum CPol. in qua se vicarium Michaëlis Patriarchæ gessit, habita A. C. 869. exstat Latine T. viii. Concil. Labbei p. 1114. & T. V. Harduin. p. 887.

Josephus Arimathæus ex Euangelica historia notissimus, sub cujus nomine confictæ jampridem Epistolæ, de quibus D. Thomas Ittigius ὁ μακαρίτης in exercitatione de Patribus Apostolicis, Bibliothecæ Apostolicæ præfixa p. 24. seq.

Josephus Bryennius circa A. C. 1420. clarus, de cujus scriptis adversus Latinos, aliisque multa Allatius de libris Ecclesiasticis Græcorum p. 136. 143. 237. seq. 311. 339. seqq. & in aliis suis operibus. Vide utramque partem, sive potius appendicem utramque Hist. litterariæ eruditissimi Viri Guil. Cavei, & quæ notata à me sunt Volum. x. Bibl. Græcæ p. 525.

Josephi Cretensis florilegium sive hortum sententiarum MS. possidet Bibliotheca publica Augustæ Vindelicorum. Vide D. Antonii Reiseri τοῦ μακαρίτου Catalogum illius Bibliothecæ p. 40.

Josephus CPolitanus Patriarcha Latinis cedere coactus & in Florentino Concilio A. C. 1439. mortuus, d. ix. Junii. Decretum unionis cum Romana Ecclesia habetur sessione xxv. p. 405. Ejus fidei Professionem allegat Allatius p. 248. libri de purgatorio. Vide H. Warthoni appendicem ad laudati Cavei Hist. litterariæ Tomum 1. ad A. 1416. ubi scripta hujus Josephi recensentur.

Josephus sive Josaphatus Cucuzelet, de quo Allatius de libris Ecclesiasticis Græcorum p. 99. seq.

Josephus Genesius ad Constantinum Porphyrogenetum medio sæculi decimi Græce scripsit vitas Imperatorum Byzantinorum, Leonis Armenii, Michaëlis Balbi, Theophili Michaëlis filii, Michaëlis Theophili filii & Basilii Macedonis. Codex Græcus MS. servatur Lipsiæ in Bibl. Paulina, cujus editionem cum versione eruditissimi viri Stephani Bergleri exspectamus ab illustri viro D. Jo. Burchardo Menckenio. Alia de Genesio hoc & de triumviris præclarissimis Lipsiensibus editionem ejusdem pridem molitis Joanne Andrea Bosio, Christiano Wagnero & Godfrido Oleario, sed præmatura morte abreptis citius quam consilium istud possent exequi, memini me dicere Volum. vi. Bibl. Græcæ p. 620. seq.

Josephus Græcus sæculo xv. de quo Ambrosius Ca-

x Vide Josephi Scaligeri elenchum trihæresii cap. 14. & Gabrielem Groddekium τὸν μακαρίτην de scriptoribus anonymis Hebraïcis in theatro Placciano p. 606.

y Acta Erud. T. 4. supplem. p. 111. Bibl. choisie T. xxiii. p. 173. Mem. Trevoux. A. 1708. p. 538.

z In hoc compendio alia etiam adjuncta esse, quæ in Gorionide non exstant, observat Johannes Morinus p. 313. exerc. Bibl. adde laudati Wolfii Bibliothecam Hebraïcam T. 1. p. 40. seq.

Camaldulensis lib. VI. Epist. 26. T. 3. collectionis novæ veterum scriptorum Ursini Durandi & Edmundi Martene p. 184.

S. Josephi Melodi sive Hymnographi, qui sæculo IX. floruit & sub Ignatio Patriarcha CPolitano Sceuophylax fuit, Mariale è Græcis MSS. collectum Latine reddidit & notis illustravit Hippolytus Marraccius, Rom. 1662. 8. Josephi Melodi vitam à Joanne Diacono magnæ Ecclesiæ, & Rhetore scriptam habuit Allatius; εἰς τ̃ βίον τ̃ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωσὴφ τ̃ μελῳδȣ̃. Duo autem Josephi Melodi sive hymnographi apud Græcos celebrantur; unus Theodori Studitæ frater A. C. 827. defunctus, ex Monacho Studita Arhiepiscopus Thessalonicensis, cujus memoriam recolent 15. Julii. Alter defunctus A. C. 883. de quo Acta Sanctorum tertio April. T. 1. p. 266. seq.

Josephus Hypomnestici scriptor non videtur tam antiquus esse quam viris quibusdam doctis placuit, neque ultra sæculum à Christo nato decimum ejus ætas removenda ut nuper pluribus disputavi ad idem Hypomnesticon præfatus, quod cum versione mea & notis edidi ad calcem voluminis secundi Codicis pseudepigraphi Veteris Test. Hamburgi 1723. 8. Ibidem notavi Lambecium qui lib. III. de Bibl. Vindob. p. 32. memorans MStam μέθοδον Ἰωσίππȣ ἐκ τ̃ ὑπομνησικῶν αὐτȣ̃ ἢ Χρονικῶν συνταγμάτων, πῶς σώζεται τὸ ψαλτήριον, Flavium Josephum intelligit, & pro ὑπομνησικῶν jubet ὑπομνημάτων reponere.

Josephus Methonensis Episcopus ante Episcopatum Joannis Plusiadeni nomine venit, atque apologia adversus Marcum Ephesium pro Concilio Florentino, aliisque scriptis clarus, de quibus dictum est Volumine X. Bibliothecæ Græcæ p. 424. seq.

Josephus Metropolita Gani in Thracia, Epistola qua Joannem Calecam Patriarcham CPol. accusat apud Annam Imperatricem A. C. 1346. habetur MSta in Bibliotheca Vindobonensi.

Josephum Monachum & Minimum in laudatione S. Bartholomæi Apostoli laudat Allatius de Synodo Photiana p. 541. Incipit: ὁ τ̃ παρόντ@ συγκεκροτηκὼς σύλλογον τὴν Χαρμοσύνην ταύτην.

Josephus Oeconomus qui incestas Constantini ac Theodoræ nuptias benedixit.

Ex Josepho Philagrio de controversiis inter Græcos quibus ipse favet & Latinos afferuntur nonnulla ab Allatio lib. de purgatorio p. 213. 714. 792. seq.

Josephus Plusiadenus. Vide supra, in Methonensi.

Josephi Rhacendytæ Epitome Rhetorices MSta exstat in Bibl. Vindobonensi. De hoc Rhacendyta Volum. XII. Bibl. Græcæ p. 637.

Josephus Studita Theodori frater, Thessalonicensis deinde Archiep. defunctus A. C. 827. ut supra in Melodo dixi. Ad hunc plures Theodori fratris Epistolæ. Quod imaginum caussâ exilium obiisset, Confessor dictus. Ejus Oratio in exaltationem Crucis, apud Jac. Gretserum T. 2. de Cruce p. 1200. & Latine in Bibliotheca Concionatoria Combefisiana, & T. IX. Bibl. Patrum Coloniensi & T. XIV. edit. Lugd. p. 901. Epistola ad Simeonem Monachum Latine apud Baronium ad A. C. 808. num. 18. Græce & Lat. inter Theodori Studitæ Epistolas lib. 1. 23. Tom. quinto operum Jac. Sirmondi p. 274. Hujus Josephi in B. Lazarum & in festum Palmarum sermones MSS. habuit Leo Allatius.

Josephus Tenedius, JCtus cujus πρόχειρον Βασιλικῶν κατὰ στοιχεῖον MS. habuit Antonius Augustinus.

Josephus Tiberiensis, ex Judæo Christianus, laudatus S. Epiphanio hæresi XXX. num. 4. seq. qui ab eo exceptum se testatur. Hunc Isaacus Vossius existimavit esse autorem hypomnestici, sed junior est multis sæculis.

Denique in Joannis Nicæni Epistola de festo die Natali apud Francisc. Combefisium in Historia Monothelitarum p. 302. memoratur Julius Romanus Episcopus reperisse σύγγραμμά τι Ἰωσήπȣ τ̃ χρονογράφȣ συγγραφὲν παρ' αὐτȣ̃, in quo scriptum fuerit, quod mense septimo in solemnitate Tabernaculorum ac die expiationis apparuerit Dei Angelus, Sacerdosque mutus manserit, usquedum Elisabeth ejus uxor in senectute fœtum concepit.

Omitto Josephi Antiocheni librum commentitium de perfecta militia primitivæ Ecclesiæ, de quo Dan. Papebrochius tractatu præliminari ad T. 3. Act. Sanctorum Maji p. VII. seq.

XVIII. *Scriptores quidam veteres deperditi de rebus Judæorum.*

Alexander Polyhistor ἐν τῇ περὶ Ἰȣδαίων συντάξει. Euseb. IX. 17. præparat. Euangelicæ. Eadem est ἡ Ἀλεξάνδρȣ τ̃ πολυΐςορ@ γραφὴ p. 426. ubi miror eruditum Interpretem qui vertit: *Atque hæc omnia ex Alexandri Polyhistoris annalibus.* Vide & p. 454.

Antonius Julianus. Minucius Felix c. 36. *Scripta eorum relege, vel si Romanis magis gaudes, ut transeamus veteres, Flavii Josephi vel Antonii Juliani de Judæis require.*

Apion Plistonices adversus quem Flav. Josephus scripsit. De eo supra §. VI.

Apollonius Molo, eidem Josepho memoratus, & Eusebio IX. 19. præparat. ubi male excusum Μήλων: sed legendum: ὁ τὴν συσκδὴν τὴν κατὰ Ἰȣδαίων γράψας Μόλων, Apollonius enim Molo intelligitur, quod mireris erudito interpreti non suboluisse.

Aristæus ἐν τῷ περὶ Ἰȣδαίων Euseb. IX. 25. præparat. Idem cujus βιβλίον περὶ τ̃ ἑρμηνείας τ̃ Ἰȣδαίων νόμȣ laudat c. 38. intelligitque librum *Aristeæ* de LXX. Interpretibus quem etiamnum habemus & cujus summa capita refert Josephus XII. 2. Aristæum vocat præter Josephum etiam Epiphanius T. 2. p. 166. & Eusebius VIII. 2. & 9.

Aristobulus Judæus in scriptis ad Ptolemæum Philometorem laudatis ab eodem Eusebio, & ante eum à Clemente Alex.

Artabanus ἐν τ̃ Ἰȣδαϊκῆς. Euseb. IX. 18. præparat. & 23. & 27.

Clearchus Peripateticus ex cujus libro primo de somno nonnulla de Judæo quodam ex Aristotelis ore prodita refert Josephus priore contra Apionem libro. Hujus Clearchi γνησιότητ@ sine ratione vocari in dubium à quibusdam viris doctis, disputat illustris Huetius Epistola ad Grævium quam Jo. Marius Marca Tilladetus cum aliis ejus dissertationibus edidit T. 2. p. 249. seq.

Cleodemus Malchus Propheta ἱςορῶν τὰ τ̃ Ἰȣδαίων ab eodem Josepho laudatur lib. 1. Antiquitatum c. 16. ex fide Alexandri Polyhistoris.

Damocritus περὶ Ἰȣδαίων. Suid. in Δαμόκριτ@ & Ἰȣδας.

Demetrius Phalereus, vide Eusebii præparat. p. 422. 439. 445.

Eupolemus ἐν τῷ περὶ τ̃ ἐν τῇ Ἰȣδαίᾳ βασιλέων. Clemens Alex. p. 338. seq. & 343. Cyrillus Alex. VII. in Julian. p. 231. ἐν ἧνι περὶ τ̃ Ἠλίȣ προφητείας. Euseb. IX. 30. præparat.

Ezechiel ὁ τ̃ Ἰȣδαϊκῶν τραγῳδιῶν ποιητής, cujus loca servata à Clemente Alex. & Eusebio. Dixi de eo lib. 2. Bibl. Græcæ cap. 19.

Hecatæus Milesius. Καὶ βιβλίον ἔγραψε περὶ ἡμῶν, inquit Josephus Judæus lib. 1. contra Apion. p. 1050. Meminit & Diodorus Siculus apud Photium Cod. 244. p. 621. Apud Freculfum autem Hecatæi nomen in Agathæi corruptum in loco quem adscribam quoniam plura scriptorum nomina ex Josepho repetita & in his corrupta quædam continet lib. 1. Chronic. cap. 26. *Testes isti omnes qui Antiquitatem apud Græcos & Barbaros conscribere maluerint. Nam* & Manethon *qui descriptionem fecit Ægyptiorum, &* Berosus *qui Chaldaica desloravit, &* Mochus & Ae-

tius

tius (*leg.* Hestiæus) *ad hæc &* Hieronymus *Ægyptius qui Phœnicia disposuit, concordat cum eis dictis:* Hesiodus *quos &* Agathæus (*leg.* Hecatæus) *&* Hellanicus *&* Acusilaus *& inter hos* Ephorus *&* Nicolaus *in historiis suis mentionem faciunt antiquorum annis mille viventium.*

Justus Tiberiensis, Pisti nobilis filius, gente ac religione Judæus, Fl. Josephi æqualis scripsit περὶ Ἰουδαίων βασιλέων τῶν ἐν τοῖς στέμμασιν à Moyse usque ad Agrippam Regem ultimum. Laërt. II. 41. & Phot. Cod. XXXIII. qui Chronicon appellat, Suidas in Ἰοῦστος, Ἰουδαϊκὴν ἱστορίαν. Allegatur etiam in limine commentarii in Hexaëmeron qui fertur sub nomine Eustathii Antiocheni. Etiam separatim, ut videtur scripsit de bello Judaico. Hieron. de scriptor. Eccles. cap. 14. Steph. in Τιβεριάς & Josephus in vita sua p. 1000. ubi ait hunc Justum propemodum causam eversæ Reip. Judaicæ cum fratre suo fuisse, neque ejus historiam mereri fidem. Plura de eo Vossius præclaro de Historicis Græcis opere lib. 2. cap. 8.

Apollonius Molo. supra in Apollonio.

Nicarchus Ammonii, ὁ τοῦ Ἀμμωνίου ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων. Bibl. Coisliniana celeberr. Montfauconi p. 604.

Philo Poëta ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα. Euseb. IX. 20. præparat. Liber decimus quartus ejusdem operis allegatur c. 24. Ex eodem opere proferuntur nonnulla c. 37. & apud Clementem Alex.

Herennius Philo libro περὶ Ἰουδαίων, quem octo libris Φοινικικῶν subjunxit. Vide Eusebii præparat. Euangel. p. 31. & 40. Suidam in Ἑρέννιος.

Teucri Cyziceni historiæ Judaicæ libris VI. quos memorat Suidas.

Theodotus Phœnicius poëta ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων. Euseb. IX. 22. præparat. Dixi de hoc lib. 2. Bibl. Græcæ cap. 19.

XIX. Index Scriptorum à Josepho allegatorum *accuratus & ad præsentem accommodatus editionem* inferius suo loco exhibebitur.

AD CLARISSIMUM AC ILLUSTRISSIMUM DIEGUM HURTADUM MENDOZAM, APUD AMPLISS. SENATUM VENETUM, LEGATUM CÆSARIUM,

ARNOLDI PERAXYLI ARLENII IN FLAVII JOSEPHI OPERA, ET HISTORIÆ UTILITATEM,

†PRÆFATIO.

AD omne factum præclarum & illustre vel suscipiendum vel perficiendum DIEGE Mendoza vir clarissime, tria potissimum adhibenda non ignoras: voluntatem, facultatem, & diligens exequendi studium: quorum unum ex ingenii quadam vi nascitur, in altero non parum sibi fortuna vendicat, tertium etsi cum voluntate magnam habeat conjunctionem, à judicio tamen bona ex parte pendet. Ut enim sunt multi, qui egregiam voluntatem afferre possint, sed opibus ad rem tam eximiam destituantur: ita non desunt qui cum rerum copia divitiisque circunfluant, ea magis appetant, quæ vel vulgus admiretur, vel à vitiosis naturis passim celebrentur. Et cum in tertio hoc hominum genere nonnunquam videre liceat utrunque, ut velint & possint, plerique tamen illorum animo parum sunt celso & erecto, maluntque otium vel citra dignitatem amplecti, quàm quò publica vocant commoda majore aliquo studio conniti, ac cum labore gloriam sibi parare. Quod cum ita sit, omnibus certè laudibus cumulatissimi ac perbeati haberi debent, in quibus hæc simul conjuncta elucent, è quorum numero tu facile principem locum tenes: quippe qui ab ineunte ætate ea tibi comparare volueris, quorum præsidio talia tantaque ornamenta assequi possis: & in disciplina exquisitarum literarum percipienda virtuteque colenda omnem operam & studium ponendum ac animum doctrina informandum censuisti: ex quibus & rerum bonarum voluntatem excitari, & verarum intelligentiam nasci facile perspexisti: nihilque in rerum natura existere quod ita mores erudiret, ac aditum ad summam nominis claritatem consectandam patefaceret, viamque quasi muniret, ut literarum studia: nihil denique tam in omnes partes fusas utilitates habere, quàm humanitatem atque doctrinam. Quibus tamen comparatis jam acquiescendum non esse, nobis ostendisti, sed planè declarasti velle te non solum sapientiæ, morumque laudem, maximo studio, labore atque doctrina consequi, longinquas terras lustrare, & eximiam ad recta vitæ instituta progressionem facere, sed eas etiam vias persequi ac indagare, quibus & nostri homines ad maximarum rerum scientiam se perventuros sperarent, & lætos uberesque fructus ad genus humanum redundaturos cognoscerent, dum labores infinitos ac sumptus maximos in exquisitissimos inventuque rarissimos codices insumeres: quos tum in Italia tum in Græcia defossos quasi thesauros aliquos eruendos, ac in tuam pulcherrimam bibliothecam deferendos curasti: quam tot tantisque pretiosissimis monumentis instructam atque ornatam, cum omnibus etiam studiosis piisque hominibus cupis habere communem: utque latius sese vel fructus vel utilitas explicaret, propagareturque ad quamplurimos, eam ipsam mihi non solum utendam, verum etiam excutiendam & perscrutandam concessisti ea lege, ut quicquid publici commodi adipiscendi causa impressioni subjiciendum existimarem, id communi utilitati offerendum curarem: qua quidem in re, ne in publicis augendis commodis grati animi benevolentiam mihi defuisse jure quis objicere possit, neve tam propensam animi tui benignitatem beneficamque gratificandi voluntatem illustri gratia non excepisse viderer, operæpretium me facturum existimavi, si ex egregia illa tua bibliotheca, quam multis & iis quidem insignibus in omni disciplinarum genere scriptoribus habes instructissimam, alios quidem aliàs, nunc FLAVIUM JOSEPHUM clarissimum & præstantissimum historicum quasi flosculum ex amœnissimo quodam horto delibarem. Hic unus liber mihi visus est qui omnium ætatum hominibus omnium maxime conveniat: complectitur enim insignium ac memorabilium rerum historiam, cujus cognitio si unquam aliàs, hoc nostro sanè seculo valde necessaria videri debet: atque haud scio an ullum scriptorum genus præclarius de rebus humanis mereatur, quam qui vel summorum principum, vel excellentium populorum, vel illustrium virorum res gestas historiarum monumentis commendarunt. Quid quæso aliud sibi voluerunt quam posteritatem docere, dum sub aspectum nostrum subjicerent vitam, mores, facta, negotiorum personarumque varietatem, vacillantis fortunæ exempla, consilia admirabilia, & consiliorum inopinatos eventus: in quæ tanquam speculum humanæ vitæ intueri nos volunt, unde ea capere documenta possimus, per quæ tum publicis tum privatis rationibus consuleretur. Viderunt enim prudentissimi viri magnam hinc rationem ad omnem vitæ partem manare: neque ullam perfectam

† Præfigitur Editioni Basileensi Græcæ, Anni MDXLIV.

ctam in publicis privatisque rebus versari sapientiam quæ hujus literis formata non esset. Unde etiam factum arbitror ut philosophia ipsa, quoties vel de moribus vel de domesticarum publicarumque rerum administratione agendum esset, ab historiæ perenni fonte multiplicem exemplorum copiam varietatemque hauriret atque deduceret. quod cum ab aliis multis crebro factitatum, tum in primis ab uno Aristotele frequentissime usurpatum, illi ipsi quos fortuna nobis reliquos fecit, indicant libri. Nec id certè mirum videri debet, præsertim cum valentissimum docendi genus esse per exempla, nemo non fateatur atque concedat. Quid præterea vel jocundius vel commodius vel etiam fructuosius, quam otio nos abundantes, domique considentes, in lectione historiarum quasi aliquo frequentissimo orbis terrarum theatro versari, ubi nullo nostro periculo, aliorum periculis cautos prudentesque fieri licet: tum etiam exempla summorum virorum & maximarum rerum habere proposita, quibus in omnes partes, usus vitæ confirmari possit: gravissimorum præterea hominum consiliis ac eorundem eventibus interesse. Denique si sapientiam, ut recte voluit Afranius Comicus, usus quidem genuit, mater autem peperit memoria, quinam tandem sapientiores vel dici vel existimari debent, quàm qui multorum seculorum & nationum, non unius tantum ætatis vel civitatis facta, mores, animo & memoria complexi sunt, quique maximorum imperiorum non solum principia & rerum publicarum veluti seminaria, sed progressiones etiam & exitus extremaque viderunt, ac malorum tam privatorum quàm publicorum causas cognoverunt, habueruntque in omni re magna & ardua jam ante se periclitatos ac in vario discrimine versatos, quos intuerentur & quorum exemplo jam edocti de instantibus, quemadmodum de Themistocle ajebat Thucydides, verissime judicare, & de futuris callidissime conjicere possint. Ac ne plura, quæ sunt penè innumerabilia, consectari, aut longius in re manifesta immorari videar, unus certe Cicero satis idoneus ac gravis testis esse poterat, qui brevibus quibusdam descriptionibus tam uberem laudandæ historiæ segetem ac sylvam nobis suppeditavit, ut nihil præterea cujusquam neque ingenio neque industria ad illius preconium addi possit. Siquidem hanc ipsam vocat TESTEM TEMPORUM, cujus nimirum beneficio rerum gestarum & memoriæ veteris ordinem cognoscimus. Et ne quis tam fabulosas narrationes quàm res vere gestas hujus nomenclatura comprehendi existimet, eandem appellat LUCEM VERITATIS. & VITAM præterea MEMORIÆ. Nam hac stante simul & virorum illustrium & rerum insignium memoria servatur. Tum etiam MAGISTRAM VITÆ nullam aliam ob causam, quàm quòd in medio proponit vel causas sapientiæ & temeritatis, vel casus varios, ut quid vel expetendum vel fugiendum, in promptu habeamus. NUNTIAM denique VETUSTATIS, quæ de rebus vetustis ac à nostra ætate amotis nos edoceat. Pulchrum enim est, inquit idem, scire quid antè quam natus sis acciderit, ne semper videamur esse pueri. Cum tot igitur tantisque beneficiis ac tam prolixè cumulateque genus humanum devinciat ac demereatur historia, quis non jure illos admirabitur, maximisque laudibus extollendos putabit, à quibus talia tantaque acceperimus dona. Ne tamen omnes qui vel res quaslibet narrant, vel in rerum veterum monumentis tradendis eatenus solliciti sunt ut audientium aures voluptate demulceant, statim pro historicis habeamus, existimavi rem me facturum ab instituto nostro minime alienam, si brevi comprehenderem quid idem Cicero in hoc scriptorum genere vel desideret vel spectandum laudandumque putet, ut hoc tam gravi nomine digni haberi, & personam quam profitentur tueri ac sustinere possint, paucisque simul ostenderem hunc nostrum Josephum, quem legendum proponimus, omnia boni historici munia diligenter exequi potuisse, ac etiam explevisse. Primam itaque legem historiæ statuit, NE QUID FALSI DICERE AUDEAT. Hanc legem jam antea Thucydidem sanxisse noverat Josephus, quippe qui probe sibi conscius nullius vel judicium recusat vel censuram reformidat, præsertim cum quæ toto bello Judaico gesta sint, in viva multorum hominum adhuc memoria insederint, haberetque inter alios multos contestatæ fidei viros Titum etiam imperatorem & Agrippam regem testes locupletissimos, qui vel obsignatis tabellis non solum laudatæ scriptionis præconium eidem tributum, sed etiam servatæ veritatis grave testimonium impertitum voluerunt. Proxima ab hac lex est NE QUID VERI NON AUDEAT. Libertatem suam constanter summa cum fide in his libris Josephus nobis probavit. Nihil hic metu vel imperatoris vel regis aut tyranni, aut alicujus denique potentis suppressum est, nihil servile deprehensum, ut hac etiam in parte scribendi rectum officium ab omni suspicione facile vindicet. Tertiam addit: NE QUA SUSPICIO GRATIÆ SIT IN SCRIBENDO, NE QUA SIMULTATIS. Hujus etiam legis hic noster si quisquam alius observantissimus semper extitit, qui nec assentationibus aut studio quasi obnoxius, nec obtrectationi quasi offensus, sed fidei servisse atque incorruptæ veritati existimetur, quique maxima semper usus libertate, suique planè juris homo, modo adversæ factionis gentem laudat, modo suam temeritatis & pertinaciæ damnat: Quæ sanè ejusmodi sunt ut ostendant virum hunc maluisse Thucydidis consilio rem perpetuo duraturam conficere, quam gratiam brevem mereri: & solidum posteritatis judicium expectare quam inanes præsentium rumores captare. Percensentur & alia multa quæ historiam exornant, aut saltem commendant. Verum hæc, qualia sint ut modum epistolæ statuamus, non erunt mihi sigillatim expendenda, sed breviter perstringenda. Totam igitur exædificationem dicit idem Tullius in rebus & verbis positam, rerum vero rationem, tum ordine temporum, tum regionum descriptione metiendam. Et quoniam in rebus magnis memoriaque dignis consilia primum, deinde acta, postea eventus expectantur, hujusce rationis proprium esse contendit, ut de consiliis significetur quid scriptor probet, & in rebus gestis declaretur non solum quid actum aut dictum sit, sed etiam quomodo: & cum de eventu dicatur, ut causæ explicentur omnes vel casus vel sapientiæ vel temeritatis: hominumque ipsorum non solum res gestæ, sed etiam qui fama ac nomine excellant, de cujusque vita atque natura. Magna sunt quæ de rebus ipsis hactenus retulimus, sed diligenti lectori non erit difficile adnotare harum omnium virtutum signa in hisce libris expressa, nedum adumbrata. Verborum autem ratio, inquit, & orationis genus fusum atque tractum, & cum lenitate quadam profluens, sine ista judiciali asperitate, & sine sententiarum forensium aculeis prosequendum est. Nec hic quidem aliquid adfertur quod Josephus diligentissime non expleverit: Quantus enim fuerit in dicendi facultate, quantumque adferre potuerit ad orationis splendorem, id non solum multorum Latinorum, & in primis Hieronymi Stridonensis viri gravissimi sanctissimique, sed ipsorum etiam Græcorum, quos optime judicare posse arbitramur, testimoniis confirmari potest. Ac ut jam nihil de Eusebio Cæsariensi divinarum humanarumque literarum interprete peritissimo ac fidelissimo, nihil de Hermia Sozomeno Salaminio historico præstantissimo ac disertissimo, ni-

nihil item de aliis, à quibus eloquentiæ laude decoratus est, dicam: unus certe Photius Patriarcha Byzantinus dignissimus qui ad hujuscemodi scripta accedens vel censoris partes suscipiat, vel arbitri honorarii officio fungatur: hic in pulcherrimis illis commentariis in quos retulit quicquid ex libris à se lectis excerpi poterat memoria dignum & scitu præclarum (opus enim hoc tum historiarum utilitate, tum varietate rerum pulcherrimarum absolutissimum tua etiam habet bibliotheca) dicit historiam hujus clarissimi scriptoris omnes elegantiæ flores, omnia eloquentiæ lumina habere, & mira orationis claritate splendescere, rerum copia & sententiarum varietate abundare: in qua omnia ornate narrantur, & regiones aut pugnæ admirabiliter describuntur, & conciones hortationesque prudenter & gravissime interponuntur. Nec his inferiora quæ Theodorus Metochita γνωμικαῖς σημειώσεσι in medium adducit. Quæ declarant auctorem non levi quapiam de causa, sed ob eximiam doctrinam & singularem eloquentiam & insignem nobilitatis ac virtutis commendationem promeruisse, ut Romæ non solum libri publicæ traderentur bibliothecæ, sed etiam illi statua poneretur. At jam hic locus fortasse postulare videbatur, ut hujus nobilissimi scriptoris vitam totam paucis proponerem, à quibus scilicet genus duceret, quam liberaliter institutus, & cur Pharisæorum potius quam vel Essenorum vel Sadducæorum (tres enim hæ tum præcipue Judæorum sectæ) religionem atque institutum amplexatus sit, quantam item in administratione rerum bellicarum peritiam habuerit. Verum cum hæc auctor ipse peculiari opere, quod nunc etiam primi in lucem protulimus instruxisset, & Photius ἀπογραφῇ τῶν ἀνεγνωσμένων αὐτῷ βιβλίων strictim attigisset, cumque jam me longius esse provectum sentirem quam proposita ratio postulare videbatur, satis habui pro meo instituto ea consectari, quæ à doctis lucubrationibus & laudabili hujus viri vel scriptione vel eruditione commendationem ducerent: ex quibus & temporum ordine & dignitate primum sibi locum vendicant viginti libri Originum Judaicarum, ita enim malo cum Catone ac Cicerone, quam Antiquitatem vocare id quod Græci ἀρχαιολογίαν. quam quidem inscriptionem mutuatus videtur à Dionysio Halicarnasseo, qui totidem libris quorum undecim adhuc sunt in manibus, Romanorum ac Urbis principia & incunabula persecutus est. Orditur historiam suam Josephus ab orbe condito, in omnibus ferè, nisi ubi quædam anxius ad allegoriam (ut nonnulli volunt) trahit, vel (quod magis crediderim) aliorum commentarios sequitur, Moysi legumlatori congruens: eamque perpetuo temporis orationisque filo ducit ad postremum illud bellum quod Romani cum Judæis gesserunt: Quo tempore eidem genti præfectus erat Agrippa, magni illius Agrippæ filius, & Gessius Florus Albini successor, homo flagitiorum ac scelerum omni genere insignis, ad Judææ procurationem vocaretur, qui annus Imperii Neronis fuit duodecimus. Hos Originum libros consequuntur alii septem, licet jam antè ab auctore conscripti, de Bello Judaico: quos maximo studio summaque fide elucubratos (omnibus enim propemodum non solum interfuit sed etiam magna ex parte præfuit) tum Græco tum etiam patrio, hoc est Hebræo sermone ediderat, existimans exemplum tam memorabile ad suæ gentis posteros vel maximè pertinere. Sunt item duo ejusdem libri περὶ ἀρχαιότητος, hoc est de Judaicæ nationis vetustate, scripti adversus Alexandrinum Apionem Grammaticum Judæorum ceremonias & religionem tum convellentem tum maledictis insectantem, qui tot tantisque priscorum scriptorum testimoniis, rerumque admirabilium cognitione & varietate referti, ostendunt, quantum hic vir in Græcorum disciplinis versatus sit, faciuntque ut jam minus admiremur tam absolutam in homine Judæo Græcarum literatum cognitionem: Quam laudem cum uno certè Philone semper habuit communem: cujus etiam disertissimi viri eruditionem & elegantiam, artisque magnitudinem tum cognoscent literati homines, ubi octo & quadraginta diversorum argumentorum libros ex tua bibliotheca, protulerimus. Confecit idem noster Josephus aliud elegantissimum opusculum περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, in quo docet animum & rationem in homine debere imperium tenere ac præcesse, appetitum obtemperare. Hoc quidem opusculum nonnulli μακκαβαϊκὸν maluerunt appellare, qui laudes Maccabæorum & fortia pro pietate suscepta certamina complectatur. Extat adhuc ejusdem commentarius περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας vel οὐσίας, in quo inter cætera ostendit, Platonem in multis sibi ipsi adversari ac repugnare. Non defuerunt tamen qui hoc scriptum ad Cajum quendam Romanæ ecclesiæ presbyterum, qui iisdem temporibus sub Victore & Zepherino pontificibus floruit, potius referant, alio nullo ducti argumento quam quod cum Christi veri dei nostri placitis proximè conveniant ac congruant ea quæ in eodem pertractantur libello. Quod sanè illos movere non debuit, præsertim cum in octavo decimo Originum libro tam piè de Christo sentiat, ut operibus & miraculis veluti obstupescens, eundem virum appellare non audeat, sed tacito potius suffragio ejusdem institutum, ut inquit Sozomenus, probare videatur. Huc etiam ad pleniorem confirmationem accedit, quod Photius συναριθμήσει τῶν ἀνεγνωσμένων αὐτῷ βιβλίων quadragesima octava, dicat φράσιν sive dictionis elocutionisque formam à reliquis scriptis nihil discrepare. Nos autem eundem qualemcunque propediem ut spero cum studiosis communicabimus. In extrema vero parte ἀρχαιολογίας hic idem Josephus indicat se quatuor libris complexurum Judæorum sectas sive disciplinas ac totius religionis interpretationem, traditurum quoque de deo ejusque natura, de Legibus & causas cur per illas aliud quidem liceat, aliud vero non liceat. Verum cum hos suis temporibus studiosissimus vir Eusebius desideret, nec Photius hac in parte vel ad curiositatem diligens, illorum meminerit, facile adducor ut credam auctorem nostrum, quæ tum animo conceperat ac instituerat, præstare non potuisse. Reliquum est ut quos habemus in manibus, summa cura, studio, assidua lectione, excolamus, ita enim futurum ut aut perditorum aut prætermissorum desiderium leniamus. Quod ipsum ut commodius fieri possit, meliusque tam præclaris thesauris uteremur, voluimus eos ex officina Frobeniana pulchre comptos ac affabre perpolitos exire: à qua certe nihil proficisci solet quod non summa multisque jam cognita diligentia ac singulari quadam fide commendaretur: quæ si unquam aliàs in aliis extitit, in horum maxime librorum editione enituit. Nam posterior pars ἀρχαιολογίας ita multis mendis confusa & incuria quadam librarii vel imperitia deformata erat, ut ad veram præstruendam lectionem nullum laborem sufficere experti fuissemus, nisi Epitomen quam ante annos aliquot Romæ mecum comportaveram adhibuissemus: è cujus collatione multa suæ dignitati reddita, nonnulla quæ prætermissa fuerunt restituta, beneficio in primis ac opera Sigismundi Gelenii: qui vir humanitate, & virtute & mira ingenii laude præditus, & disciplina exquisitarum literarum eruditissimus, assiduitate, labore ac omni diligentia perfecit ut omnia prodirent castigatissima. In bello Judaico ac reliquis minus negotii habuimus, propterea quod & nostra exemplaria accuratius erant descripta, & alia insuper nobis suppeditata à

præ-

præstantissimis doctissimisque viris, Joanne Croto ac Petro Gillio: qua in re & studium suum nobis probaverunt, & summum erga literas amorem declaraverunt. Verum cum jam tempus esset ut nobilissimus Josephus tam pulchra indutus veste, omnique exteriore cultu ac nitore ornatus sibi prodeundum putaret, & de domicilio quasi constituendo deliberaret, optimum factu & ab ingenuo gratoque animo minime sejunctum existimavimus si ad eum rediret, à quo primùm tanquam manumissus; ac in ejus contubernio acquiesceret à quo primùm etiam à dura blattarum tinearumque servitute qua diutissime oppressus propemodum interierat, liberatus esset. Et certè cum multas ob causas hosce pretiosissimos thesauros verius quam libros sub tuo nomine exire voluerimus Hurtade nobilissime, tum hos præcipuè quos bonis studiosisque viris omnibus, à quo tam ingens beneficium accepissent, ostendendum, quantumque tibi deberent demonstrandum putaverimus: quos etiam hos ipsos ad neminem magis pertinere judicaverimus quam ad te. Unus enim omnium, quamvis multis semper occupationibus maximarumque rerum administratione distringaris, hisce tamen literis maximè delectaris, ac in bonarum artium studia, curæ cogitationisque bonam partem transfers. Et cum omnia præclara ex Platonis sententia difficultatem quandam conjunctam habere intellexisses, nullam aliam aut viam aut rationem ad disciplinam vitæ, ad rerum gerendarum prudentiam, ad omne denique genus virtutis magis compendiariam tibi consectandam proposuisti, quam elegantissimarum artium institutionem, in qua semper tantam vim positam perspexisti, ut in quodcunque ingenium incidisset, in eodem præclarissimos fructus excitaret: eamque spem cogitationum tuarum & consiliorum nec opinio tua fefellit nec successus. Cujus etiam rei documentum hinc capere possumus, qui etsi in Betica sive Granata ultima clarissimaque Hispaniæ provincia natus es, tamen propter summum ingenium & excellentem honestarum artium scientiam, in Italiæ luce atque adeo exterarum gentium flore cognosceris. Videmus item admirabilem tuam virtutem non modo insignibus majorum imaginibus commendari, aut clarissimi parentis Inaci Mendozæ divino ingenio, summaque sapientia celebrari, aut ornatissimorum fratrum singulari fortitudine adjuvari, sed etiam optimarum disciplinarum cognitione, & liberalissimis omnium artium studiis illustrari. His namque virtutum officiis agnoscimus avitam omnium tuorum gloriam in te clarius enitescere, intelligimusque facile te posse illorum nomen eximiasque laudes aut illustriores, aut certe ornatioribus judiciis comprobatas ad infinitam posteritatem propagare. Quarum etiam laudum fama adductus CAROLUS Cæsar, quem majestatis causa nomino, te unum ex multis legit, quem Legatum ad potentissimos Reges & gravissimum Venetum Senatum in maxima temporum difficultate diceret. Quod invictissimi Imperatoris judicium longe amplissimum fuit, aptumque ad declarandum excellentem tuam virtutem & perfectam sapientiam. Huc accedit consiliorum mira felicitas. Multa certè postquam personam istam sustinere cœpisti, feliciter per te administrata vidimus, multa prudenter provisa, multa præclara animi tui monumenta nobis ostensa. Nihilo tamen inferiora, mea quidem sententia, & ad commemorationem nominis tui cum omni posteritate vel consecrandam vel adæquandam aptiora, quam illa subsidia quæ ingenuis liberalibusque disciplinis comparaveris, siquidem pro tua fortuna existimasti te posse, pro acerrimo ingenio debere, ut curares ad omnem literarum cultum doctissimos quosque scriptores in lucem proferendos, qui naturam rerum omnium aperirent, & solidæ veræque sapientiæ disciplinam exponerent. ad quorum etiam vel renovationem vel splendorem, magnam, ut jam initio dicebam, pecuniæ vim profundere voluisti, cum tua potissimum opera, plurima veterum monumenta scriptis tradita, quæ dudum in hac infelici miseraque Græciæ servitute, oppressa delituerunt, ex tenebris jam extracta conspiciantur. Quare magna mihi oblata spes est fore ut tuo auxilio omnes ferè bonæ artes aut reviviscant aut certe efflorescant, dum pretiosissimos illos thesauros jam propemodum dissipatos non solum colligendos tibi putares, sed omni studio tractandos atque evolvendos. In quibus ita præclare versatus, eamque facultatem assecutus es, ut scribendo cum ipsa vetustate paria facere possis. Nec est quòd in hac tuarum virtutum prædicatione, apud alios vel crimen adulationis, vel aucupandæ gratiæ tuæ suspitionem mihi extimescendam existimem, cum hoc meum testimonium non multorum solum relatione collectum, sed etiam domestica frequentatione & inspectione confirmatum sit. Testes erunt præterea, ut egregia quamplurima prætermittam, multo studio in Aristotelem atque adeo universam philosophiam inchoatæ paraphrases, in quas retulisti quicquid & veterum & recentiorum tam Græcorum quàm Arabum ac Latinorum libris scitu dignum, cum Peripateticorum & Academicorum disciplina consentaneum esset, vel ab eadem discreparet: ad quas perficiendas si vel amicorum negotia, vel resp. tantum otii tibi tribuerit ut extrema cum primis contexueris, opus sine controversia tum copia rerumque pulcherrimarum varietate, tum dicendi nitore & elegantia absolutissimum mihi polliceri audebo, & cujus dignitas omnibus orationis insignibus & præstantissimi philosophi ornamentis amplificata, luminibus obstruet multorum nostratium commentariorum, quos vulgus philosophantium propterea quod per imperitiam linguæ Græcæ præstantiores nondum viderat, hactenus celebres judicavit. Hæc sunt ob quæ verè me prædicare posse confidebam, te non adumbratam, sed expressam & eminentem virtutis effigiem consectatum, & doctissimum esse, rectissimisque studiis præditum. Et si Plinius Junior recte putavit beatos, quibus deorum munere datum esset, aut facere scribenda, aut scribere legenda, beatissimos quibus utrunque: quis erit qui tibi non libenter summum felicitatis gradum concesserit? Quod enim rempubl. tam prudenter administras id habes commune cum paucis: quod literas tam feliter tractas, cum paucioribus: quod simul utrumque, cum paucissimis aut fortasse nullis. Sed jam, quod mihi ab initio fuerat propositum, reliquum est Diege præstantissime, ut tibi non solum de tam singulari judicio gratularer, sed etiam gratiam haberem literarum nomine, quo eas foves atque illustras, ac adversus intolerandam inscitiam & immanem barbariem defendis: adhortarer etiam quoad possim, tametsi opus non sit, ut, posteaquam in amplissimo ordine dignitatisque altissimo gradu & arce collocatus quasi signum aliquod bonis omnibus ad bene sperandum jam sustulisti, hanc voluntatem nunquam deponas, quæ talis est, ut opinionem adferre possit studiosis hominibus, fore tandem aliquando ut omnes bonæ disciplinæ in suum nitorem restituantur: quod si unquam aliàs, in hac certè acerbioris temporis propagatione maximè necessarium videri debet. Quamobrem Christum Opt. Max. rogamus, ut te pro immensa sua benignitate in hac florente fortuna conservet, & dignos natura tua progressus det, piosque tuos conatus confirmet.

Venetiis quarto Nonâs Mart. M. D. XLIIII.

†ILLUSTRISSIMO PRINCIPI FRIDERICO V. COMITI PALATINO AD RHENUM, ELECTORALIS DIGNITATIS ET PALATINATUS HÆREDI, BAVARIÆ DUCI, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

FLAVII Josephi Hellenistarum Judæorum cùm eruditione, tum eloquentia facilè principis historica monumenta prælo meo excusa, Princeps Illustrissime, ad T. C. humiliter adfero. Sicut enim scriptorum est quæ honesta sunt & seculis profutura literis prodere: ita & in immenso aliorum super alios acervatorum librorum cumulo typographorum interest laudabiles & bonæ frugis scriptores in lucem mittere redivivos, & adversus Zoïlos potentium patronorum tutelæ committere. multiplex verò mihi causa fuit cur ad T. C. noster confugeret Josephus: namque primùm tota operis πραγματεία de rebus est quæ à Principe cognoscantur dignissimis; ipsa nempe mundani Systematis divina constitutione, humani generis ortu & propagatione, Patriarcharum vita, Mosaica Legislatione, politia Hebraica, monarchiarum, quæ olim orbem rexerunt, imperio; & aliis, quæ quatuor millium annorum historiam implent autoris & eo nomine apud Principes gratiosi, quòd non ex infimis literatorum subselliis ad hæc scribenda prodierit terræ filius; sed ex regio Hasmonæorum sanguine oriundus, & primaria sacerdotum inter Judæos familia, cùm in adolescentia ad miraculum usque in literarum studio profecisset, juventutem rebus gerendis & bello, quod cum Romanis gessere Judæi, internecino exercuit Galilææ præfectus, consilio & manu æquè promptus, ætate verò provectiori otium Romæ nactus ea literis mandavit, quæ literarum cognitione & usu didicerat, vir cæteroquin Imperatoribus Vespasiano, Tito, Domitiano ob præclaras animi dotes acceptissimus. Verùm accessit & alia causa cur Josephum coram T. C. sisterem, beneficium quod Tuæ C. debeo, ob manuscriptorum Tuæ Electoralis Bibliothecæ codicum Josephi liberalem usum, quem annuente primario nostræ ætatis Philologo Jano Grutero, Bibliothecæ præfecto, impetravit singulari sua humanitate nobilissimus & eruditissimus JCtus Marquardus Freherus Tuæ C. Consiliarius. Sed quia in hoc autore excudendo longiùs processeram cùm membranas consecutus sum, & multi assidua interpellatione ut quam primùm Josephum Græcè, publici juris iterum facerem efflagitabant, quòd editionis Basiliensis quæ ante LXVII. annos unica prodiit, nullum exemplar superesset; hortantibus cessi, quorundam virorum doctorum notas, & varias lectiones ejus qui manuscripta excussit studio collectas propediem peculiari volumine editurus. Cum itaque T. C. tuorumque beneficio sim adjutus, C. T. patrocinio Josephum historicum Principe non indignum jure meritoque dedico, demissè rogans ut quemadmodum Titus Imperat. autorem libros suos περὶ ἁλώσεως offerentem benignè admisit, probavit, & Bibliothecæ suæ inseri jussit; ita Josephum nostrum clementi vultu T. C. accipiat; & in sua perinsigni Bibliotheca quæ nobis calamo exarata exemplaria suppeditavit, ut emendatior prodiret, locum obtinere patiatur. Ipse interim Deum Opt. Max. à quo est omnis antistatus in terris, supplex orabo ut det T. C. vitam prolixam, Principatum securum, & quæcunque boni Principis vota sunt.

Tuæ Celsitudinis servus addictissimus
PETRUS ROVERIANUS
Typographus.

† *Præfiguntur hæc (nihilque præterea) Editionibus GENEVENSIBUS.*

PA-

*PATRIBUS REIPUBLICÆ LIPSIENSIS VIRIS MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS, PRUDENTISSIMIS, PATRONIS SUMMIS.

EX quo jure civitatis Vestræ gaudeo, quo me octo ab hinc annis donatum memini, post Dei cultum nil magis curæ mihi cordique fuit VIRI MAGNIFICI ATQUE NOBILISSIMI, PATRONI MAXIMI, quam ut libraria mea officina bono publico prodessem. Qua in re neque gravibus impensis unquam, neque indefessis laboribus peperci. Testari id poterunt Eusebii Cæsariensis volumina de præparatione & demonstratione evangelica, Sancti Athanasii Episcopi Alexandrini, Gregorii Nazianzeni, & Dionysii Halicarnassensis opera, Abarbanelis Judæi in Prophetas majores commentarius, aliique Scriptores, quos cum raritate sua se commendare, & ab eruditis desiderari intelligerem, ut novis typis impressi publicam lucem denuo adspicerent, curavi, quamvis ob tristissima belli tempora, & commerciorum quæ indies in pejus ruunt decrementum inter tot miserabiles regionum & urbium ruinas, quibus & dulcissimam patriam meam antiquam Nemetum urbem Spiram oppressam & pœne sepultam expertus sum, tantorum sumtuum periculum facere minus oportunum videretur. Nunc in eo sum, ut Imperatoris Juliani opera a doctissimo Jesuita Dionysio Petavio quondam Græce & Latine edita cum novis observationibus Viri celeberrimi Ezechielis Spanhemii, quas Literato Orbi gratissimas futuras haud temere confido, e bibliopolio meo propediem emittam. Et imposterum quoque, si Divina Gratia permittat, optimis quibusque libris evulgandis curas meas & facultates impendere non desistam, certa spe animatus fore, ut Vos PATRES REIPUBLICÆ OPTIMI, PATRONI MAXIMI, quod hactenus fecistis, hos Civis Vestri conatus, & bonas literas juvandi studium summa Vestra benevolentia fovere non cessetis. Hanc fiduciam in me excitarunt magna illa, quæ in me ab eo tempore, quo domicilium in Urbe Vestra fixi, contulistis beneficia, & singularis affectus, quo Magnifici Consules WAGNERUS, BORNIUS, STEGERUS, Nobilissimi Proconsules, alter BORNIUS & FALCKNERUS, Consultissimus Prætor PLAZIUS, nec non CARPZOVIUS, GRÆVIUS, PINCKERUS, BAUDISIUS aliique Senatorii Vestri Ordinis Proceres, omnes doctrina & meritis incomparabiles & quovis elogio majores, tenuitatem meam prosecuti sunt. Vos, Venerandi Justitiæ Sacerdotes, præsidio & patrocinio Vestro rebus meis & fortunis nunquam defuistis, Vos celeberrimi literarum, quibus ad miraculum excellitis, Fautores officinam meam qualemcunque haud raro præsentia Vestra illustrem reddere, & libraria mea supellectile cum privatas Vestas bibliothecas, tum publicam illam locupletare dignati estis, quæ paucis ab hinc annis a Vobis instituta, & inæstimabili rarissimorum librorum aliorumque cimeliorum apparatu subinde aucta inter splendidissima Urbis hujus ornamenta jure suo numeratur. Et hanc ipsam bibliothecam Vestram impræsentiarum Josephus meus ambit, quem, ut qualecunque gratæ mentis monumentum existat, Magnificis Vestris & Nobilissimis Dignitatibus humillime offerre audeo. Vix ediderat scripta sua Flavius Josephus, cum ea Romani publicæ bibliothecæ honore dignati sunt. Concedite quæso Patroni Summi & novæ huic Josephi editioni hunc honorem, ut in publica Vestra Bibliotheca reponatur. Non timebit Josephus armamentarium, cui Bibliotheca Vestra incumbit, cum armis non minus quam literis strenuus fuerit. Deus autem Inclytum Vestrum Collegium, cum splendidissimis Familiis & tota Republica sub Umbra SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS nostri omnibus bonorum incrementis in pace florere jubeat.

Magnificarum, Nobilissimarum Amplissimarumque
Dignitatum Vestrarum

Cultor devotissimus

MAURITIUS GEORGIUS WEIDMANNUS.

* Hæc & sequentia ex novissima Josephi Editione in Germania excusi deprompta sunt.

THOMÆ ITTIGII
S. T. L.
AD NOVAM HANC
JOSEPHI EDITIONEM PROLEGOMENA.

Multorum curæ in Josephum frustra hactenus promissæ & expectatæ.

CUM a pluribus annis multa excellentia ingenia novam Operum Flávii Josephi editionem parturiverint, nescio quo fato factum sit, ut fœtum animo conceptum & sæpe jam partui maturum eniti non potuerint. Omnibus enim, qui utilissimo huic labori manum admoverunt, vel morte, antequam absolverent, præventis, vel ob alias causas a cœpto revocatis, literatus orbis diuturna exspectatione suspensus, & novi Josephi desiderio pæne contabescens, spes tandem suas & vota per integrum seculum delusa sensit. Annus agebatur superioris seculi octavus & octogesimus, cum BONAVENTURA CORNELIUS BERTRAMUS lucubrationes suas Franckthalenses a loco, ubi Geneva relicta tum agebat, sic appellatas ederet, in quibus profitebatur, (1.) se jam pridem in omnes Josephi libros notas meditatum, & aliquando, si Deus permitteret, editurum esse. Verum doctissimo hoc Viro post sexennium Lausani, quo a Bernatum republica evocatus fuerat, mortuo, simul etiam promissæ in Josephum notæ expirarunt. *Bertrami.*

Scaligeri. Hanc jacturam JOSEPHUS JUSTUS SCALIGER abunde resarturus videbatur. Vix enim admirandum illud opus, quod thesaurum temporum inscripsit, in lucem publicam emiserat, cum plerique eruditorum, Casaubono teste, (2.) non dubitarent, quin Scriptorem sibi cognominem, a pluribus, quibus hactenus obscuratus fuerat, mendis expurgaturus, doctisque suis animadversionibus illustraturus esset. Quos opinio sua minime fefellit, siquidem Phœnix ille Criticorum, cum jampridem infinita, quæ a nemine intelligi possent, loca in vulgata Josephi editione animadvertisset, & subinde nonnullis eruendis & restituendis ingenii sui vires impendisset, de hoc etiam nobilissimo Scriptore, Josepho inquam, dummodo Amicorum ope varias manuscriptorum Codicum Lectiones nancisci posset, se bene meriturum Carolo Labbeo per literas Nonis Februarii A. C. cIↃ IↃC VII. (3.) scriptas indicabat, & morti jam vicinus (4.) ad exequendum hoc propositum ætati suæ triennii spatium a supremo rerum humanarum Arbitro superaddi exoptabat. Et profecto non parum lucis & ornamenti Josephi scriptis conciliari potuisset, si illustri Scaligero, quod animo gestiebat, perficere licuisset. Quod obscurum nemini esse potest, qui ejus notas ad fragmenta selecta veterum Græcorum apud Josephum & Eusebium servata, & ejusdem animadversiones ad Eusebii Chronicon legerit. Verum istam Josephi editionem immatura Viri Divini mors rei literariæ invidit, ut Casaubonus alicubi (5.) queritur, quem una cum Carolo Labbeo vetustissima Regiæ, quæ Parisiis est, Bibliothecæ exemplaria ad vulgatam Josephi editionem conferre non piguerat, ut, qui Scaligero Josephi a librariorum corruptelis vindicandi consilium dederat, pulcherrimos illos conatus etiam qualicunque auxilio juvaret. Post Scaligeri mortem parum aberat, quin ISAACUS CASAUBONUS modo nominatus & nunquam sine veneratione nominandus palmam in medio relictam occuparet, a quo sane non pœnitendam Josephi editionem sperare poterant Musarum sacris operantes, cum incomparabilem ejus doctrinam jamdudum in plurimis aliis, quos ediderat, Scriptoribus Græcis pariter & Latinis ad miraculum usque probatam cognovissent. Verum cum neque ætas, quæ jam provectior erat, tantæ molis oneri ferendo satis valida, neque loci, ubi extrema vitæ tempora ducebat, conditio peragendo huic negotio satis commoda videretur, ut ipse (6.) in epistola proximo ante mortem suam anno Londini scripta judicavit, nihil de Josepho certa fide promittere ausus est. *Casauboni.*

Neque tamen defuerunt alii, qui Josephum edendum & illustrandum in se susciperent. PETRUS enim CUNÆUS in literis ad Franconem Duyckium, seu præfatione libri 3. de Republica Hebræorum commentarios in universa Flavii Josephi Opera polliceri minime dubitavit. Quem cunctantem & moras excusantem eloquentissimus Buchnerus (7.) & alii Familiares serio urgebant, ut spem de Josepho factam quamprimum expleret, morasque omnes rumperet, & quicquid vinculorum pulcherrimis istis commentationibus necteretur, prorsus abscinderet, ne dilata absolutissimi illius operis editione docti multas magnasque res diutius ignorare cogerentur. Verum ante vivis excessit Cunæus, quam fidem liberaret. *Cunæi.* Idem SAMUELI PETITO accidit Nemausensis ecclesiæ Ministro & Theologiæ Professori, Viro nequaquam Exiguo sed, ut Reinesii judicium nostrum faciamus, inter Gallorum literatorum maximos numerando, (8.) quem in nova Josephi interpretatione, notisque ad eundem Scriptorem edendis occupatum cum fama passim spargeret, non mediocriter eo nomine gaudebant, quotquot Josephi scriptis bene cupiebant. *Petiti.* Nec deerant, qui laudabile hoc institutum collatis suis operis egregie juvarent, in quorum numero Nicolaus Fabricius Peirescius, qui per Lucam Holstenium variorum locorum collationem cum tribus Codicibus Vaticanis manuscriptis Petito impetravit. (9.) Hugo autem Grotius, qui hactenus de ea Josephi parte, quæ legis præcepta continet, & interpretanda & notis suis illustranda cogitaverat, cum totius Josephi editionem a Petito parari intelligeret, se quicquid posset ad eam prompte collaturum datis ad Peirescium literis spopondit. (10.) Quibus promissis an Grotius steterit, ignoro. Id tantum scio, quod dum Petiti in Josephum lucubrationes, quæ, ut ex Riveti ad Vossium epistola (11.) liquet, maximo cum sumtu & labore collectæ ferebantur, multi hiarent, im-

(1.) Cap. 3. p. 59. (2.) Epistol. 496. edit. Græv. (3.) lib. 4. ep. 353. (4.) Conf. Patin. epist. 67. p. 186. edit. Paris. (5.) Exercit. I. ad Baron. c. 34. n. 99. (6.) Epist. 717.

(7.) Part. 1. epistol. 176. (8.) Libr. 1. Var. Lect. c. 25. (9.) Conf. Gassend. in vit. Peiresc. p. 195. (10.) Epistol. 1564. (11.) Epistol. 362.

imperfectas nec ad umbilicum perductas moriens reliquerit, & neque Samuel Sorberius, ad quem cognationis jure id negotii spectare videbatur (erat enim Petiti e sorore nepos) neque alius quisquam posthumum illum Petiti fœtum in lucem hactenus produxerit, & omnis de Petiti Josepho spes decollaverit. Post Petitum in Josepho occupatus
Bigotii. fuit EMERICUS BIGOTIUS, cui ne idem eveniret, quod Petito acciderat, Patinus exoptabat. (12.) Nec dubito quin etiam apud alios & egregia de Bigotio existimatio, & amor boni publici ejusmodi vota expresserit. Verum Bigotius telam, quam exorsus fuerat, aliis pertexendam postea relinquere maluit. Dicendum hic etiam foret de
Boecleri. JOHANNE HENRICO BOECLERO, insigni quondam Argentoratensis Academiæ ornamento, & Præceptore meo æternum venerando, si Godofredi, Spanhemii, Forstneri, aliorumque amicorum monitis, quibus ad Josephum Autorem sibi perquam familiarem illustrandum solicitabatur, locum aliquem concedere voluisset (13.) sed multis aliis negotiis distractus de toto Josepho edendo desperavit, & tantum priora ἰȣδαϊκῆς ἀρχαιολογίας capita peculiari dissertatione illustravit. Progredior ergo
Noldii. ad CHRISTIANUM NOLDIUM, qui in præfatione historiæ suæ Idumææ non solum aliorum, qui de Josepho emendando cogitarunt, & in his GER-
Vossii. HARDI JOHANNIS VOSSII quoque meminit, & præterea post Scaligeri, Vossii & Petiti mortem
Cocceji. JOHANNEM COCCEJUM & CHRISTIANUM SCHO-
Schotani. TANUM in hunc laborem successuros sperare jubet, sed sibimet etiam ipsi ad arduum hoc opus aggrediendum animos non deesse significat. At Noldium & spes de Coccejo & Schotano fefellit, nisi Schotani bibliothecam historiæ sacræ Veteris Testamenti ob nonnulla Josephi loca illustrata referre huc velimus, & ipse quoque orbi Literato ereptus est, antequam, quod pridem animo molitus fuerat, effectum dare posset. Omnes autem, quorum insigne de Josepho bene merendi studium hactenus laudavimus, apparatus copia superavit JO-
Bosii. HANNES ANDREAS BOSIUS Lipsiensis, Historices in inclyta Jenensi Academia Professor celeberrimus, cui tam felici esse licuit, ut Augustissimo Imperatore Leopoldo clementissime indulgente ex bibliotheca Vindobonensi insignes quosdam Josephi codices MSS. emendandis Josephi operibus haud parum profituros impetraret. Qua de re peculiaris Petri Lambecii ad Serenissimum Augustum, Brunsvicensium & Luneburgensium Principem, qui publici boni causa apud Imperatorem pro Bosio intercesserat, epistola Vindobonæ A. C. CIↃ IↃC LXVI. excusa legitur, in qua Codices illi manuscripti ad Principem Augustum indeque ad Bosium transmissi breviter delineantur. Erant autem codices illi numero septem, & in his quatuor Græci, tres reliqui Latini. Primus, ut a Græcis ordiamur, continebat Judaicarum antiquitatum libros 20. abbreviatos & passim interpolatos, & a principio mutilos, quem codicem Augerius Busbeckius Ferdinandi I. ad Solimanum Turcarum Tyrannum Legatus Constantinopoli sibi comparaverar. Secundus quem itidem Busbeckius Constantinopoli nactus fuerat, exhibebat historiam belli Judaici verbis: τρεπόμενος ἅπαντας διώκει, quæ libro 1. cap. 13. leguntur usque ad verba: τῷ Καίσαρι θαυμασιώτερον ὥστε τοῖς quæ libri 7. cap. 7. extant. Tertius codex complectebatur antiquitatum Judaicarum libros 10. priores, & præmissos singulis libris capitum indices, etsi in ipso contextu nullum divisionis librorum in capita indicium compareret, ex quo divisionis hujus in capita autorem non esse Flavium Josephum, sed singulos libros continenti scriptura primum cohæsisse Lambecius colligebat, qui primi libri indicem ab his verbis incipere docet:

> Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ πρώτῃ τῆς Ἰωσήπου ἱστοριῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.
> Προοίμιον περὶ τῆς ὅλης πραγματείας.
> ά ἡ τοῦ κόσμου σύστασις, καὶ ἡ διάταξις τῶν στοιχείων.
> β΄ περὶ τοῦ γένους Ἀδάμου &c.

Pertinuit olim hic codex ad monasterium quoddam urbis Constantinopolitanæ, quod dicitur S. Georgii in Manganis, seu loco, ubi μάγγανα h. e. machinæ bellicæ cum materiis mechanicis variisque instrumentis ad urbium oppugnationes idoneis asservari solebant (14.) Deinde venit in manus Dionysii cujusdam Zazynthii, cujus Pater eum Constantinopoli sibi acquisiverat. Postea eum emtionis jure sibi vendicavit Johannes Sambucus Maximiliani II. & Rudolphi II. Consiliarius, a quo ad Sebastianum Tencknagelium augustissimæ bibliothecæ quondam Præfectum transiit, post cujus obitum tandem in Cæsaream bibliothecam translatus fuit. Quartus Codex comprehendebat Josephi de Maccabæis librum sub hoc titulo: Μαρτύριον τῶν ἁγίων μακκαβαίων ἐκ τῆς ἰωσήπου ἱστορίας. Eadem de Græcis istis Josephi Codicibus Lambecius (15.) in suis de bibliotheca Vindobonensi commentariis iteravit. Quintus Codex, ut ad Latinos progrediamur, continebat Antiquitatum Judaicarum libros 20. & libros 7. de Bello Judaico ex versione antiqua, quæ Rufino Aquilejensis ecclesiæ Presbytero vulgo tribuitur. Sextus exhibebat librum de Maccabæis ex versione antiqua hominis cujusdam Christiani, qui eam passim interpolavit. Titulus est hujusmodi: Passio S. Machabæorum secundum Flavium Josephum. Ipse autem tractatus sic incipit: Principium meum Philosophico quidem Sermone, sed Christiano explicabitur sensu. Necesse est enim &c. De Autore versionis nondum sibi liquere ait Lambecius, etsi certo constet, quod perantiqua sit, & ad indagandam Græci textus sinceritatem plurimum juvare possit. Septimus denique Codex epitomen antiquitatum Judaicarum Flavii Josephi complectebatur sub hoc titulo: Incipit liber antiquitatis Flavii Josephi Historiographi. Ipsa epitome hujusmodi habet initium: In principio creavit Deus cœlum & terram, sed dum terra in adspectum non veniret, & profunditate tenebrarum celaretur, & spiritus Dei desuper ferebatur, Deus fieri lumen jussit, quo facto &c. Usus vero præterea est Bosius duobus Codicibus manuscriptis bibliothecæ nostræ Academicæ Paulinæ uno Græco & altero Latino, nec non membranis perantiquis & emendatissimis Gymnasii Portensis, & manuscripto Schleusingensi, cujus usum illustri Seckendorffio Heroi de re literaria plurimisque literatis immortaliter merito acceptum retulit. Accesserunt Variæ Lectiones ab Emerico Bigotio ex Regio Parisiensi Codice & duobus Florentinis excerptæ, quas Vossii, Heinsii, Gronovii & Grævii maximorum Belgii Luminum ope feliciter impetravit, item variæ Lectiones ex duobus manuscriptis bibliothecæ Noribergensis, quas Vir venerandæ memoriæ Christophorus Arnoldus ipsi procuravit. Quid igitur de Josepho sperari non poterat, cum ad hæc aliaque subsidia ingenium suum & immensam eruditionem & indefessas vigilias afferret clarissimus ille Polyhistor? Verum vitæ summa brevis spes, quas inchoaverat, longas intervertit, & Josepho ad vitam revocando dum incubuit Vir doctissimus, vitam ipse perdidit. Quo mortuo STEPHANUS LE MOYNE seu MONACHIUS le Moyne.
su-

(12.) Epist. 67. (13.) Conf. Wagenseil. epistol. ad Arnold. (14.) Conf. Cang. Constantinop. Christ. libr. 2. p. 155. & libr. 4. p. 124. (15.) Tom. VIII. p. 2. 4. 43. & 101.

ſupererat, qui edendi Joſephi curam in ſe ſuſciperet. Pridem id Vir clariſſimus jam animo ſuo agitaverat, Boſioque per literas ſignificaverat (16.) Incitabant etſi currentem Samuel Bochartus & alii, optimeque de eventu paſſim ominabantur eruditi. Audiamus nobiliſſimum Wagenſeilium, qui in præfatione ad ignea Satanæ tela (17.) cum in cauſam inquiſiviſſet, cur Joſephus eximius & utiliſſimus ſcriptor tamdiu deſertus jacuerit, nec commentatorem invenerit, etſi publica vota id ſæpe flagitarent, & interim alii minoris momenti libri annotationibus, obſervationibus, caſtigationibus & commentariis onerarentur, ejus rei hanc cauſam eſſe dicit, quod qui in Joſepho exponendo periculum fecerunt, ad ejus ſcripta explicanda animum Græcorum Latinorumque Scriptorum lectione ſubactum non ſufficere, ſed alia inſuper præſidia & imprimis non mediocrem Talmudicarum Pandectarum cognitionem afferri oportere deprehenderint, qualia præſidia cum Petito non defuerint, ejus in Joſephum commentarios, ſi extarent, ſe in precio habiturum aſſerit, & tandem iſta ſubjicit: Nunc ſpes & exſpectationes noſtræ in Stephanum le Moyne converſæ ſunt, quem nihil doctrinæ profundioris latet, quique iis adminiculis, quibus ad Joſephum emaculandum, illuſtrandumque opus eſt, abundat, proindeque huic operi pridem feliciter manum admovit. Quanta autem fuerit in Monachio Joſephi edendi cupiditas, ipſe in Prolegomenis ſuis ad Varia Sacra ſatis indicat, ubi refert, quod, cum ex Rotomagenſi eccleſia ad Lugdunenſem Academiam vocatus fuiſſet, plenus Joſepho in Belgium venerit, & ſucceſſus non pœnitendos ſperaverit, nec infauſtis ominibus operis ab aliis toties fruſtra tentati deterritus fuerit. Meliora ipſi augurabantur explorati lacerti, & humeri pondus ferre non recuſantes, & codicum Florentinorum, Pariſienſium, Londinenſium, Oxonienſium & virorum doctorum variis lectionibus & emendationibus munitæ inſtructæque vires oneri graviſſimo non impares videbantur. Recurrebat, ut ipſe loquitur, ſingulis diebus Joſephi memoria, magna ſemper oculis obverſabatur imago, vota, conſilia, promiſſa identidem officium repræſentabant, animus impatiens labores peroptabat, & ad carceres ſtans illoſque mordens mapparium ac mappam anhelabat, & admitti, pergere, ſtadium licet longum & difficile decurrere & ſuperare geſtiebat. Verum, dum ſic totus in Joſephum intentus eſſet, rumor de Joſepho in Anglia edendo aures ejus perculit, quem etſi ut falſum contemneret, cum paulo ante in Anglia verſatus nihil plane de Joſepho typis imprimendo inaudiviſſet, poſtea tamen & frequentibus amicorum literis, & ipſo ſpecimine Anglicanæ editionis oculis oblato certior ea de re factus, amores ſuos, quos tanto ardore deperibat, e medio ſinu raptos, ut ingenue fatetur, haud levius doluit, quam ſi coſtam a latere avulſam ſentiret. Quid faceret? Non invidendum videbatur Joſepho, quod e theatro Sheldoniano cum magno ſplendoris augmento emittendus eſſet. Animum igitur ad alia abduxit, Joſepho tantiſper ſepoſito, donec poſt Anglicanam editionem, ſi non uberrimæ meſſi, ſaltem non ignobili ſpicilegio locus relinqueretur. Quod ſi Monachio adhuc vita ſupereſſet, non dubium eſt, quin ad priſtina de Joſepho edendo conſilia rediturus eſſet, ſiquidem Anglicanæ editionis fama, qua perturbatus Joſephi curam abjecit, in nihilum abiit. Nondum mihi prima illius Anglicanæ editionis a Viro celeberrimi nominis E-
Bernardi. DUARDO BERNARDO procuratæ folia videre contigit. Quantum vero ex Amicis cognoſcere licuit, id imprimis ejus inſtitutum fuit, ut ex multis manuſcriptis codicibus varias lectiones textus Græci, & antiquæ verſionis colligeret, & nonnunquam animadverſiones ſatis prolixas adderet, in quibus ex manuſcriptis Arabicis nam pauca expoſuit. Verum, uti jam dictum, hanc etiam Joſephi editionem neſcio quæ impedimenta remorantur, & Anglorum literæ de ea plane deſperare jubent, quamvis & Petiti manu exarata ad Joſephum commentaria, & quæ Boſius ad Joſephum collegerat, aliaque quæ ad exornandam hanc editionem facere poſſent, magno pretio undique conquiſita & redemta fuerint.

Optandum utique, ut ex tot Eruditi Orbis Atlantibus vel uni Joſephum emendatiorem, quam hactenus prodiit, & illuſtriorem edere licuiſſet. Josephi τὰ σωζόμενα.
Neque tamen diutius ferendum, ut Bibliopolarum officinæ Joſephi ſcriptis plane careant, ne ſingulare Divinæ Providentiæ beneficium negligere videamur, quæ Joſephi opera ad noſtram uſque ætatem ſervari voluit, abs quibus multa cognitu haud indigna ſcientiam noſtram fugerent, & imprimis res proximis ante Chriſti adventum annis in eccleſia geſtæ denſiſſimis ignorantiæ tenebris ſepultæ jacerent. Sunt autem iſta Joſephi ſcripta, quæ in eruditorum manibus verſantur, libri 7. de Bello Judaico, Antiquitatum Judaicarum libri 20. cum appendice de vita ſua, libri duo contra Apionem, & Panegyricus in Maccabæos. Et hiſtoriam quidem Belli Judaici, quod & ipſe miſerabile vidit, & cujus pars magna fuit, Hebraice primum ſcripſit, Historia Belli Judaici.
quæ editio temporum injuria intercidit. Poſtea eandem Græco ſermone complexus eſt. Tanta autem operis hujus fiducia ipſi fuit, ut illud Imperatoribus Veſpaſiano & Tito, quorum auſpiciis bellum illud conſummatum fuit, offerre non dubitaverit. Nec ingratum Imperatoribus munus illud fuit. Certe Titus Imperator, ut ipſe Joſephus (18.) teſtatur, οὕτως ἐκ μόνων αὐτῶν ἐβουλήθη τὴν γνῶσιν τοῖς ἀνθρώποις παραδοῦναι τῶν πράξεων, ὥστε χαράξας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία δημοσιεῦσαι προσέταξεν, quæ verba Nicephorus in hiſtoria ſua eccleſiaſtica (19.) ita reddit, ut Titum libros iſtos de bello Judaico ſua ipſius manu deſcripſiſſe dicat, idque Johanni Lango (20.) non improbabile videtur, cum Titus, Suetonio teſte (21.) ſcribendi velocitate vel amanuenſes ſuos ſuperaverit, etſi alias Rufinus in verſione Euſebii hunc Joſephi locum allegantis, & alii verba illa ſic interpretati fuerint, quaſi Imperator libros illos tantum ſubſcriptione ſua dignatus fuerit, quam ſententiam Henricus Valeſius (22.) in ſuis ad Euſebium notis priori poſtponendam cenſet. Utramvis eligamus, æſtimare licet, quanti illam Joſephi lucubrationem Titus habuerit, quam propria manu vel deſcriptam vel ſubſcriptam δημοσιεύεσθαι h. e. ut Rufinus in Euſebio ſuo interpretatur, publice legi voluit. Accedit honorificum Regis Agrippæ teſtimonium, qui datis ad Joſephum literis eum πολὺ ἐπιμελέστερον τῶν ταῦτα συγγραψάντων ἠκριβωκέναι judicavit. (23.) Quin etiam hos libros bibliothecæ publicæ traditos, & Autorem ob ingenii gloriam Romæ ſtatua donatum Hieronymus memoriæ prodidit, (24.) Euſebium, ut alias in catalogo ſctiptorum eccleſiaſticorum ſolet, hic etiam ſecutus, etſi Euſebius (25.) non ſolum ſeptem illos libros de hiſtoria belli Judaici, ſed generatim τοὺς σπουδασθέντας αὐτῷ λόγους publico illo honore mactatos aſſerat. Neque hic omittendum graviſſimum Iſidori Peluſiotæ judicium, qui in epiſtola ad Adamantium (26.) hanc Joſephi περὶ ἁλώσεως

(16.) Conf. Boſ. in exercit. ad perioch. Joſeph. c. 1. theſ. 10. (17.) p. 69. (18.) de vita ſua p. 1026. (19.) libr. 2. c. 18. & libr. 3. c. 11. (20.) in not. ad Nicephor. Tom. I. edit. Græco-Lat. p. 247. (21.) in Tito c. 3. (22.) ad Euſeb. libr. 3. hiſt. eccleſ. c. 10. (23.) Joſeph. de vit. p. 1027. (24.) Catalog. Script. eccl. c. 13. (25.) Libr. 3. hiſtor. eccl. c. 9. (26.) lib. 4. ep. 75.

σεως ἱςορίαν θεήλαΐον appellat, & obſervatu dignum cenſet, quod homo Hebræus & patriæ ſuæ religionis ſervantiſſimus tragicum gentis Judaicæ excidium literis conſignaverit, ne quis horrendis illis & omne exemplum ſuperantibus calamitatibus fidem derogaret. Poſt hiſtoriam belli Judaici Joſephus ἀρχαιολογίας i. e. antiquitatum, ſeu, ut alii loqui amant, originum Judaicarum libros 20. Romæ compoſuit, Dionyſium forte Halicarnaſſenſem æmulatus, qui ibidem totidem libros ἀρχαιολογίας Ρ'ωμαϊκῆς ſeu Antiquitatum Romanarum Græco ſermone conſcriptos ediderat. In hac archæologia Joſephus Judaicæ gentis hiſtoriam ita perſequitur, ut ab ipſa mundi creatione exorſus ad duodecimum uſque Neronis annum progrediatur. Quo tempore hoc opus elucubraverit, ipſe indicat, cum in fine libri ultimi ſe anno Domitiani decimo tertio, & ætatis ſuæ quinquageſimo ſexto ultimam his libris manum impoſuiſſe ſcribit. Memoria autem lapſus videtur Sixtus Senenſis, cum in Bibliotheca ſua ſancta (27.) hos Antiquitatum libros Hebraica primum lingua a Joſepho ſcriptos aſſerit, quod de libris περὶ ἁλώσεως ſeu de hiſtoria belli Judaici, ut ex præfatione ad illos libros colligi poteſt, non item de archæologia verum eſt. Equidem Vir quidam doctiſſimus in notulis, quas ad Græco Latinam Joſephi editionem manu ſua adſcripſit, cum hunc Sixti Senenſis errorem notaſſet, ſtatim ſeipſum corrigit: imo, ait, ut nunc quidem exiſtimo, Joſephus etiam libros antiquitatum Hebraice primum exaraſſe videtur. Id enim manifeſte evincit locus lib. 7. c. 11. p. 249. ubi ſortitio familiarum Sacerdotalium in hodiernum uſque diem durare legitur, quod certe de illo tempore neceſſario intelligendum eſt, cum Joſephus templo nondum everſo adhuc Hieroſolymis ageret. Græcam enim editionem, poſteaquam Romam migraſſet, demum meditatus eſt. Verum cum Joſephus Hebraicæ illius editionis nuſquam meminerit, & tum demum ſe de antiquitatibus Judaicis ſcribendis cogitaſſe dicat, cum jam hiſtoriam belli Judaici contexeret, quod everſo templo factum eſt, credi vix poteſt, Joſephum Hieroſolymis & templo adhuc ſtante Antiquitates ſuas Judaicas Hebraice ſcripſiſſe, neque locus de ſortitione familiarum Sacerdotalium id evincit. Si enim in Hebraica, quæ fingitur, Antiquitatum editione Joſephus ſcripſit, ſortitionem illam in hodiernum uſque diem durare, idque neceſſario de tempore, quod conflagrationem templi anteceſſit, intelligendum eſt, cur Joſephus in Græca editione, quam templo pridem in cineres redacto elaboratam, & anno Domitiani decimo tertio, qui poſt templi conflagrationem tertius & vigeſimus fuit, abſolutam fuiſſe conſtat, verba iſta non mutavit? Atqui in ea expreſſe dicit, diviſionem 24. familiarum Sacerdotalium per ſingulas hebdomadas in liturgiæ officio ſibi ſuccedentium ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας duraſſe. Nimirum per hodiernum diem non præciſe tempus, quo iſta literis tradebat, ſed ſeculum, quo vivebat, & integrum ætatis ſuæ curriculum intellexit, vel forte μερισμὸν illum familiarum Sacerdotalium etiam templo jam everſo eatenus adhuc duraſſe ſcribit, quatenus illarum Familiarum numerus & ordo in recenti omnium memoria viguit, & in Sacerdotum reliquiis nomina iſta manſerunt, etſi eorum functiones, quarum gratia diviſio illa per ſortem facta fuerat, jam ceſſaſſent. Ex his autem, quæ de Joſephi Archæologia dicta ſunt, etiam de tempore, quo hiſtoriam vitæ ſuæ in literas retulit, judicari poteſt. Eſt enim ea narratio appendix & epilogus Antiquitatum, ut ipſe Joſephus ad calcem libri 20. teſtatur,

Antiquitatum libri.

De vita ſua.

ubi ſe, antequam Antiquitates finiat, nonnulla de vita ſua dicturum Epaphrodito ſignificat, cui etiam in fine opuſculi de vita ſua totum Ἀρχαιολογίας ſuæ opus, quod ipſo impellente & ſtimulos addente pertexuerat, ſe dedicare ſcribit. Quamobrem ipſi errant, qui Euſebium eo nomine erroris arguunt, quod, quæ ex Joſephi vita excerpſit, ſub ἀρχαιολογίας titulo allegaverit. (28.) Et hæc ipſa cauſa eſt, cur Labbeus (29.) & alii Joſephi librum de vita ſua in Græco-Latina editione, quam nova hæc ſequitur, a libris Antiquitatum avulſam & diſtractam nollent. Cæterum ad hoc Joſephi opuſculum remittimus, qui de ejus proſapia & vitæ genere, & rebus uſque ad ſextum & quinquageſimum ætatis annum geſtis plura cognoſcere cupiunt. Poſt hiſtoriam belli Judaici, & Judaicarum Antiquitatum ſeu Originum libros, quibus vitæ ſuæ curriculum Joſephus attexuit, novi operis elaborandi occaſionem ſubminiſtravit Apio Grammaticus Alexandrinus, quem Tiberius Cæſar cymbalum mundi vocare ſolebat, cum Plinio judice (30.) publicæ famæ tympanum potius videri potuiſſet. Cum enim illud mundi cymbalum magno doctrinæ ſtrepitu contra Judaicæ gentis antiquitatem inſonuiſſet, Joſephus gentis ſuæ vindicias ex ipſis Græcorum monumentis adornavit, & duobus libris, qui paſſim περὶ ἀρχαιότητος ſeu de antiquitate inſcribi ſolent, cum Moloni & aliis, qui de Judæorum legibus & inſtitutis falſa quædam commenti fuerant, reſpondit, tum imprimis Apionis calumnias tanto profanæ doctrinæ apparatu confutavit, ut magna Hieronymum (31.) hæc legentem admiratio ſubierit, cum ab homine Hebræo omnes Græcorum bibliothecas tam ſtudioſe evolutas animadverteret. Supereſt tractatus de imperio rationis, ſeu panegyricus in Maccabæos, ſi modo is Joſephum Autorem habeat, quod Eruditorum multos negare Gulielmus Cave (32.) obſervavit. Euſebius (33.) illud opuſculum οὐκ ἀγεννὲς σπούδασμα nominat, & vulgo περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ inſcribi, & a quibuſdam Μακκαβαϊκὸν appellari ſcribit. Hieronymus (34.) valde elegantem libellum vocat. Honorius autem Auguſtodunenſis, (35.) Græcum titulum περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, quem apud Hieronymum invenerat, non ſatis commode exprimit, cum ait hunc Joſephi librum, in quo Maccabæorum martyria digeſta ſunt, de potentia inſcribi. In Manuſcripto quodam codice Vindobonenſi, qui diverſus eſt ab eo, quem ſupra recenſuimus, nec in eorum numero fuit, qui ad Boſium tranſmiſſi ſunt, titulus eſt hujuſmodi: Ἰωσήπου εἰς τὸ αὐτοκράτορα τῶν παθῶν λογισμὸν εἶναι, ut refert Lambecius (36.) qui etiam indicat codicem illum tantum uſque ad illa procœmii verba pertingere: τὸ γὰρ ἐπὶ μικροῖς καὶ μεγάλοις ἀδικεῖν ἰσοδύναμόν ἐστι· δι' ἑκατέρου γὰρ ὡσαύτως ὁ νόμος ὑπερηφανεῖται, quæ verba in editis exemplaribus plane deſunt, nec in manuſcripto Paulinæ noſtræ bibliothecæ codice comparent, etſi ille multas integras periodos habeat, quæ in vulgata editione deſiderantur, ut ex appendice novæ hujus editionis manifeſtum eſt. Fratres autem illos Maccabæos, quorum martyrium Joſephus in hoc opuſculo expoſuit, etiam Johannes Chryſoſtomus, Gregorius Nazianzenus, Auguſtinus, Gaudentius, Leo Magnus & alii eccleſiæ Doctores ſermonibus ſuis celebrarunt. Sunt forte & alia quæ Joſephus ſcripſit. Nam in fine libri 20. promittit, ſe, ſi Fata conceſſerint, hiſtoriam belli Judaici & vitæ ſuæ κατὰ περίδρομον denuo recenſiturum, & quatuor inſuper libros de Judæorum opinionibus circa Deum ejuſque eſſentiam, & legum rationes editurum. Quæ promiſſa

Libri contra Apionem.

De Maccabæis.

Scripta a Joſepho promiſſa & deperdita.

(27.) libr. 4. p. 273. (28.) Lib 3. c. 10. (29.) in addend. ad Tom. I. de Scriptor. eccleſ. p. 817. (30.) prolog. hiſtor. natur. (31.) Epiſtol. ad Magnum. (32.) Hiſtor. liter. ſcriptor. eccleſ. p. 22. (33.) lib. 3. c. 10. (34.) in catalog. Script. eccleſ. c. 13. (35.) libr. 1. de luminaribus eccl. c. 13. (36.) Tom. V. biblioth. Vindob. p. 104.

ſa Joſephus non implevit, niſi forte hæc monumenta temporum injuria interciderint. Idem dicendum de volumine αἰτιολογιῶν, cujus in limine Antiquitatum ſuarum meminit. Ejus autem jacturam non admodum dolendam arbitratur Cunæus (37.) & ipſius Joſephi intereſſe putat, quod perierit, cum ex ſpecimine, quod libro I. Antiquitatum c. I. legitur, ſatis appareat, Joſephum frigida quædam myſteria & putidas argutias iſto volumine complexum fuiſſe. Cui conſentiens Bœclerus (38.) opus illud Joſephi ætiologicum nihil aliud fuiſſe præſumit, quam campum περιεργίας, in quem plura Judaici pulveris nube obſcurata & corrupta φιλοσοφήματα ſepoſuerit. Sunt etiam, qui ex Hieronymi præfatione ad librum XI. Commentariorum in Eſaiam colligunt, quod Joſephus Librum de 70. hebdomadibus Danielis compoſuerit. Cum enim ibi Hieronymus Africanum, Origenem, Euſebium, Clementem Apollinarium, Hippolytum, & Tertullianum commemoraſſet, ſubjungit, Joſephum Porphyriumque plurima de eadem quæſtione diſputaſſe. Verum cum Hieronymus non indicet, quis Joſephus ille fuerit, & ubi quæſtionem illam tractaverit, incertum plane eſt, an Flavius Joſephus peculiarem tractatum de 70. Danielis hebdomadibus unquam ediderit. Ad Pſeudepigrapha Joſephi opera pertinet liber περὶ παντὸς, cujus fragmentum in editionis hujus appendice exhibetur, & de quo plura inferius dicemus.

Pſeudepigrapha.

Editiones Ioſephi Græcæ.

Etſi vero genuina Joſephi opera, quæ ad noſtram uſque ætatem pervenerunt, citius pariter & ſæpius peregrino, quam proprio Græci Sermonis habitu ex officinis typographicis emiſſa fuerint, de Græcis tamen editionibus prius dicere convenit. Primæ editionis Græcæ Aldinæ mentionem facit Cl. Arnoldus in præfatione ad teſtimonium Flavianum, ubi Caſaubonum manu ſua ad hanc editionem ex codicibus Regiis multa annotaſſe, & ſe, dum in Anglia verſaretur, exemplar illud apud Seldenum vidiſſe memorat. Verum cum ipſa Caſauboni verba ſtatim ſubjiciat, in quibus editio illa Græca cum Pariſienſibus manuſcriptis collata Baſileenſis dicitur, non dubito, quin Tpographi vitio Aldina vocetur prima Joſephi editio Græca, quæ Arnoldina potius dici debuiſſet. Primus enim fuit Arnoldus Peraxylus Arlenius, qui Græcum Joſephi textum Baſileæ MDXLIV. typis Hieronymi Frobenii & Nicolai Epiſcopii in lucem publicam eduxit, cum in Diegi Hurtadi Mendozæ Cæſarei tum apud Venetos Legati bibliotheca, quæ poſtea in Eſcurialenſem tranſiit, (39.) inſignem hunc theſaurum inveniſſet. In qua editione ad emendandos & reſtituendos poſteriores Antiquitatum libros, cum eos multis in locis depravatos deprehendiſſet, epitomen quandam Joſephi, quam Romæ nactus fuerat, adhibuit, & adſcito in partem laboris Sigiſmundo Gelenio, ut quam fieri poſſet caſtigatiſſime prodiret, procuravit. In hiſtoria belli Judaici, & cæteris Joſephi ſcriptis minus negotii habuit, cum & ſua exemplaria ſatis accurate ſcripta eſſent, & alia inſuper Johannes Crotus & Petrus Gillius ſuppeditarent, quorum erga ſe ſtudium & in bonas literas amorem eo nomine collaudat. Græcam hanc editionem poſt annos 67. excepit Græco-Latina typis Petri de la Roviere A. C. MDCXI. Coloniæ Allobrogum excuſa, quæ ut emendatior prodiret, manuſcripti quidam Codices bibliothecæ Palatinæ collati ſunt, quos in Typographi gratiam a Bibliothecario Jano Grutero Marquardus Freherus impetravit, etſi jam longius operæ proceſſiſſent, cum iſtæ membranæ ad Rovierium tranſmitterentur, qui pollicitus quidem eſt, ſe Virorum quorundam doctorum notas & varias Lectiones ejus, qui manuſcripta illa Palatina excuſſit, ſtudio collectas propediem peculiari volumine luce publica donaturum, ſed, ut eventus docuit, promiſſis tantum dives fuit. Ipſa autem Roveriana operum Joſephi editio Græco-Latina ſine ulla mutatione A. C. MDCXXXIV. apud Johannem Criſpinum iterata fuit. Et præter illas modo recenſitas nulla alia vel Græca vel Græco-Latina operum Joſephi editio hactenus viſa eſt. LIBER tamen DE MACCABÆIS etiam extra Joſephi opera in nonnullis Græcis Bibliorum editionibus tertio Maccabæorum libro ſubjectus reperitur. Factum id in editione Bibliorum A. C. MDXXVI. Argentinæ typis Wolphianis a Lonicero procurata, quem tribus Maccabæorum libris librum Joſephi de martyrio ſeptem fratrum Maccabæorum irreligioſe attexuiſſe Morinus (40.) arguit, qui & plures Bibliorum Græcorum editiones recenſet, in quibus Joſephi de Maccabæis liber apocryphis inſertus legitur, nempe duas Baſileenſes, quarum una A. C. MDXL. ex Hervagii officina, altera MDL. typis Nicolai Brylingeri prodiit, & Francofurtenſem A. C. MDXCVII. typis Wechelianis editam, quibus addi poteſt editio Apocryphorum Græco-Latina Baſileæ A. C. MDLXXXII. in lucem publicam emiſſa, & forte aliæ. Eundem Joſephi librum de Maccabæis JOHANNES LLOYDIUS & auctiorem & emendatiorem cum Latina interpretatione & notis edidiſſe perhibetur. (41.) Poſtremo eundem librum FRANCISCUS COMBEFISIUS in noviſſimo, quod vocat, Bibliothecæ Patrum auctario Græce & Latine 1672. Pariſiis vulgavit.

Interpretes Latini.

Interpretes Joſephus varios habuit, qui ejus ſcripta ex lingua Græca in Latinam, Germanicam, Hiſpanicam, Italicam, Gallicam, Anglicam, Belgicam & alias transfuderunt. Ad Latinos Interpretes, ut ab his ordiamur, quodammodo referendus eſt S. AMBROSIUS Mediolanenſis eccleſiæ Antiſtes; ſiquidem ille Autor ſit librorum 5. de excidio Hieroſolymitano, qui ſub HEGESIPPI nomine circumferuntur a Jacobo Fabro per Jodocum Baldium Aſcenſium, Godofredo Hittorpio, Laurentio de la Barre, Cornelio Gualthero & aliis editi, & Patrum quoque bibliothecæ inſerti. Eſt enim hoc opus nihil aliud, quam liberior translatio librorum Joſephi de bello Judaico, cui etiam nonnulla ex libris ἀρχαιολογίας admiſta ſunt. Quod vero hi libri de excidio Hieroſolymitano Ambroſinm Autorem habeant, etſi multis incredibile videatur, Ludovicus tamen Vives (42.) libros illos ſub Ambroſii nomine allegat. Nec alienus eſt ab hac ſententia doctiſſimus Gronovius (43.) non repugnaturus, ſi quis Ambroſium ætate adoleſcentiori aut in exordio pontificatus ſui opus hoc luſiſſe contendat. Quam conjecturam & ſtyli cum Ambroſiano convenientia & fides nonnullorum veterum codicum confirmat, qualis eſt ille Mediolanenſis, quem Mabillonius (44.) literis partim Longobardicis partim Romanis majuſculis ſcriptum memorat. In eo enim liber Egeſippi ſecundus hoc titulo ſignatur: *Incipit ſecundus. Ambroſius Epiſcopus de Græco tranſtulit in Latinum.* Quem Ambroſii ut interpretis titulum etiam nonnullæ Hegeſippi editiones præferunt, ut ex Aſcenſiana & Hittorpiana manifeſtum eſt. Quod autem hi libri Hegeſippi tanquam primarii Autoris nomine vulgo gaudeant, inde factum eſt, quod Joſephi nomen librariorum vitio corruptum fuerit. Pro Joſepho enim ſæpe ſcribi ſolebat Joſepus aut Joſeppus, vel etiam Joſipus aut Joſippus. Unde & in Mediolanenſi Hegeſippi codice, quem paulo ante

Ambroſius vel quisquis Autor librorum de excidio Hieroſolymitano ſub Hegeſippi nomine [illegible]

(37.) Libr. 3. de Republ. Hebr. c. 1. (38.) Exercit. in Fl. Joſeph. p. 439. (39.) Conferatur Anton. in biblioth. Hiſp. p. 223. (40.) Exercit. Bibl. lib. 1. exerc. 9. c. 1. (41.) Conferatur Witte in Diario biographico ad A. C. 1603. (42.) ad Auguſtinum de Civit. Dei lib. 21. c. 5. (43.) obſervat. ad Scriptor. eccleſ. c. 1. p. 6. (44.) Muſ. Ital. part. 1. tom. I. p. 14.

te memoravimus, multis foliis libri quinti in capite paginarum hæc verba appoſita leguntur: JOSEPPI LIBER QUINTUS. Ex Joſippo autem in nonnullis exemplaribus levi mutatione Igiſippus natus eſt, ut ex pervetuſtis membranis, quæ apud Iſaacum Voſſium fuerunt, Colomeſius (45.) probavit. Tandem vero Egeſippi vel Hegeſippi nomen huic operi adhæſit. Cum enim proximo poſt Apoſtolos ſeculo Hegeſippus quidam claruerit, qui quinque libros actuum eccleſiaſticorum compoſuit, ab Euſebio & aliis antiquis Scriptoribus commendatos, facili errore libris quinque de excidio Hieroſolymitano Hegeſippi nomen aſſignatum fuit, etſi non ex Hegeſippo, ſed ex Joſippo vel Joſepho expreſſi fuerint. Nonnulli tamen exiſtimant, libris illis de excidio Hieroſolymitano Hegeſippi nomen non librariorum errore inditum, ſed ab Autore ſponte adjcitum, ſive quod hoc nomen quoad literarum ſonum cum Joſippi nomine magnam cognationem haberet, ſive ut ex Hegeſippi fama operi huic antiquitatis autoritatem adderet. Interim Hegeſippi nomen, undecunque illud libri de excidio Hieroſolymitano ſortiti fuerint, multis fraudi fuit, ut Hegeſippo Apoſtolorum temporibus vicino hiſtoriam excidii Hieroſolymitani tribuerent. In quorum numero miramur fuiſſe Caſparum Barthium. (46.) qui, cum multa æquioris ævi indicia in Hegeſippo deprehenderet, quæ veteris Hegeſippi ævo convenire minime poſſent, hunc ſcrupulum ita ſibi eximebat, ut diceret idem Egeſippo contigiſſe, quod in Eutropio aliiſque Autoribus factum eſſe conſtat, cum jam a multis ſeculis Monachi id in more habuerint, ut longiora ſcripta in epitomen redigerent, aut breviora aſſutis variis laciniis extenderent. Et Egeſippi quidem libros immanibus cumulis ex Rufini Joſepho petitis diſtentos atque effarctos judicat, de cætero minime dubitans, quin priſcus Egeſippus illorum librorum Autor cenſeri debeat. Diſcedit ab hac ſententia Gerhardus Johannes Voſſius (47.) & quod mireris, ipſe Barthius, qui alibi (48.) non parvam Monachorum impudentiam fuiſſe queritur, quod Egeſippum, qui hodie extat, cum veteri illo confuderint. Voſſius autem dum Barthii ſententiam refutat, ad alterum extremum labitur, dum Autorem hujus operis ſexcentis & amplius annis Ambroſio juniorem facit. Otium hic nobis fecit doctiſſimus Gronovius (49.) qui utramque ſententiam confutavit, & Autorem, qui ſub Hegeſippi nomine excidii Hieroſolymitani hiſtoriam conſcripſit, neque ad tempora Apoſtolicæ ætati proxima evehendum, neque ad Scriptores infimæ vetuſtatis detrudendum, ſed ſub Theodoſii imperio collocandum probavit. Sive autem Ambroſius hujus operis autor ſit, ſive alius Scriptor Ambroſio coævus, certum eſt eum Joſephi veſtigiis ſic inſiſtere, ut quodammodo interpretis vice fungatur. Ea tamen libertate interpretem agit, ut multa de ſuo admiſceat, & ſubinde non tam Joſephum, quam ſui ingenii impetum ſequatur. Unde Scaliger (50.) de Hegeſippo ait, quod ſincerum Joſephi vas incruſtare conſueverit. Sanctum quoque Hieronymum Joſephi opera una cum Papiæ & Polycarpi libris in Latinam linguam tranſtuliſſe rumor ad Lucinii Bætici aures tulerat. Verum Hieronymus (51.) reſpondebat, tantum nec otii ſibi fuiſſe, nec virium, ut tantos Autores pari venuſtate in alias linguas exprimere potuerit. Æqualis tamen Hieronymi RUFINUS Aquilejenſis Presbyter Joſephi Antiquitates & hiſtoriam belli Judaici & duos contra Apionem libros latinitate donaſſe perhibetur. Unde antiqua illa & vulgata iſtorum librorum verſio in Latinis Joſephi editionibus Rufino paſſim tribuitur. Nec refragantur codices manuſcripti, & in his antiquiſſimus ille, qui Mediolani in Ambroſiana bibliotheca extat, laudatus a Burneto in ſuis epiſtolis de itinere ſuo Italico (52.) & Mabillonio (53.) qui hoc volumen ex charta Ægyptiaca conſtare, & aliquot libros Joſephi de antiquitatibus Judaicis continere ſcribit, & *Boſchæ* quidem non conſentit, qui ab annis mille trecentis hoc volumen ſcriptum ſuſpicatur, antiquiſſimum tamen illud eſſe, & ante mille & centum annos exaratum judicat. Num vero recte Rufino verſio ἀρχαιολογίας ἰουδαϊκῆς & duorum librorum contra Apionem tribuatur, haut immerito dubitari poſſit. De libris ἁλώσεως minor dubitandi ratio exiſtit. Etſi enim eorum verſio ut ex Caſſiodori divinis lectionibus ſeu inſtitutione divinarum literarum (54.) patet, ab aliis Ambroſio, ab aliis Hieronymo, ab aliis Rufino adſcriberetur, vicit tamen ſententia pro Rufino, neque ſtylus ab aliis Rufini operibus diſcrepat. At cum idem CASSIODORUS ibidem dicat, quod Joſephi Antiquitatum libros 22. [intelligit libros viginti ἀρχαιολογίας & duos ἀρχαιότητος contra Apionem] per Amicos ſuos non ſine magno labore Latine reddi curaverit, ex eo haud obſcure colligi poteſt, Caſſiodori ævo, quem integro & amplius ſeculo Rufinus anteceſſit, nullam adhuc illorum Joſephi librorum verſionem extitiſſe. Quorſum enim amicis ſuis tantum laborem impoſuiſſet, ſi jam olim a Rufino ſuſceptus fuiſſet. Saltem iſtam Rufini verſionem ſilentio prætermiſſurus non fuiſſet, ſi forte illi meliorem & fideliorem ſubſtituere voluiſſet. Fatendum autem eſt, antiquam Joſephi verſionem tam in hiſtoria belli Judaici quam in antiquitatibus & duobus libris, quibus famoſum illum πλειστονίκην Apionem (55.) ſuperavit, plurimis in locis Græco Joſephi textui parum reſpondere, ſive corruptos codices habuerit Interpres, ſive bonos malo ſenſu corruperit. Κονίζειν ἐπικουρικὸν ſeu adducere auxiliares copias Antiquo illi interpreti idem eſt ac per Coricum tranſire (56.) Vicum Emmauntem ſeu Ammauntem Joſephus (57.) ab Hieroſolymis ſtadiis ἑξήκοντα diſſitum dicit, quod cum Luca (58.) convenit, & parum tamen abfuit, quin Vir quidam doctiſſimus, cujus Bochartus (59.) meminit, Lucam falſi argueret, cum apud Latinum Joſephi interpretem triginta ſtadia legiſſet. Alibi antiquus ille Joſephi interpres χιόνα ſeu nivem per æſtus explicat, ut plura alia hujuſmodi taceam, in quibus interpres Joſephi cum ipſo Joſepho non magis convenit, quam cum ex bubone, quem ſupra Agrippæ paulo poſt morituri caput adſtitiſſe Joſephus tradidit, Euſebius (60.) Angelum formavit. Non eſt hic prolixe diſſerendi locus, qualem in aliis Scriptoribus vertendis Rufinus ſe geſſerit. Notum eſt quod in Euſebio multa omiſerit, multa de ſuo adjecerit, multa denique peſſime reddiderit, ut cum Zachariam Johannis Baptiſtæ Patrem, cujus Euſebius vel Lugdunenſes in ſua epiſtola apud Euſebium obiter meminerant, in Martyrem Lugduni ſub Antonino paſſum tranſmutavit. Quali perfidia Origenis ſcripta tractaverit, non opus eſt, ut Eraſmi (62.) Dallæi, (63.) & aliorum verbis expo-

Rufinus.

Caſſiodori familiares.

(45.) Paralipom. ad Cav. Chartophyl. p. 239. edit. ult. (46.) libr. 46. Adv. c. 4. (47.) libr. 3. de Hiſt. Lat. p. 707. & de Hiſtor. Græc. libr. 2. c. 14. (48.) libr 34. Adv. c. 11. (49.) obſerv. in Script. eccleſ. c. 1. & 21. (50.) animadverſ. ad Euſeb. chron. num. 1950. (51.) epiſtol. 28. (52.) epiſtol. 2. (53.) Muſ. Ital. Tom. I. part. I. p. 12. (54.) c. 17. Tom. II. Operum Caſſ. p. 550. edit. Rotomag. (55.) Ita Apio vocatur a Plinio lib. 37. c. 5. Gell. lib. v. c. 14. Clemente Alex. lib. 1. Strom. p. 235. (56.) libr. 14. Antiqu. c. 16. (57. lib. 7. de Bell. Jud. c. 27. (58.) Luc. xxiv. 13. (59.) Chan. lib. 2. c. 16. (60.) lib. 2 hiſt. eccl. c. 10. ubi allegat locum ex Joſephi Antiquit. lib. 19. c. 7. (62.) Prolog. ad Orig. (63.) de ſcript. Ignat. c. 40. & ſeq.

ponamus. Habemus enim confitentem reum, siquidem ipſe Rufinus in præfationibus ad libros περὶ ἀρχῶν, item in præfatione & epilogo Origeniani in epiſtolam ad Romanos Commentarii non diſſimulat, quantum ſibi in Origene interpretando licere exiſtimaverit. Sed, ut ad Joſephum redeamus, nec hoc tacendum eſt, antiquam verſionem interdum ſaniorem eſſe, quam novam, & ipſi Græco, qualis nunc eſt, textui præferendam. Unicum libet adducere exemplum. Refert Joſephus, quod Boozus, cum Ruthem ducturus eſſet, coacto Senatu & adducto Ruthis cognato, qui eam ducere recuſabat mulierem juſſerit accedere cognatum ſuum, & juxta legem calceum ei derrahere, καὶ τύπτειν εἰς τὸ πρόσωπον (64.) Rectius antiquus interpres in ſuo exemplari legit: Καὶ πτύειν εἰς τὸ πρόσωπον. Sic enim vertit: Booz teſtificans Seniores, juſſit mulieri, ut ejus calceamentum ſolveret juxta legem, & in faciem ejus exſpueret. Reſpexit nimirum Joſephus ad legem de fratria ducenda, quæ extat Deut. xxv, 9. etſi ea ad præſentem cauſam non ſpectaret, ut poſt Druſium Seldenus (65.) obſervavit. Sed hæc de antiquioribus Joſephi interpretibus dixiſſe ſufficiat. Nunc ad recentiores pergendum, e quorum numero SIGISMUNDUS GELENIUS libros 20. antiquitatum nova verſione donavit. Cum enim Arnoldus Arlenius in Græca ſua Joſephi editione libros antiquitatum juxta duos codices ex diverſiſſimis terræ tractibus petitos, quorum uterque alterius lacunas explere poterat, edidiſſet, non deerant, qui novam hujus operis interpretationem ad Græcos fontes exactam deſiderarent. Gelenius autem tanto lubentius id operis in ſe ſuſcepit, quod antiquitatum libros non perinde ac hiſtoriam Belli Judaici a Rufino verſos animadverteret, ſiquidem non referrent hominem utriuſque linguæ peritum, qualis Rufinus ſeculo ſuo fuit, nec ſtylo libros de bello Judaico æquarent. Novo ipitur ſtylo hos libros reddidit, & nonnulla a veteri interprete omiſſa ſupplevit. Idem & Joſephi librum de vita ſua in Latinam linguam tranſtulit. In hiſtoria autem Belli Judaici & libris contra Apionem veterem verſionem ad Græcum textum caſtigavit, quod tamen ubivis factum non eſſe collatio oſtendit, quemadmodum etiam nova, quam fecit, Antiquitatum verſio, eruditorum cenſuram effugere non potuit, unde Vorſtius (66.) egregiam reipublicæ literariæ navaturum operam judicat, ſi quis Flavii Joſephi verſionem, in pluribus a Græco textu diſcedentem, ad limam revocaturus eſſet. Joſephi librum de vita ſua Godofridus TILMANNUS Carthuſiæ Pariſienſis Monachus Latinè vertit, & typis Michaëlis Fezandat Pariſiis exprimendum dedit, quod ex Petri Lambecii ad Principem Auguſtum epiſtola didici. Prodiit iſta Tilmanni verſio anno 1548. quo ipſo anno Gelenius in præfatione ad Joſephi opera Baſileæ ſcribebat, vitam Joſephi nunc primum in præſenti operum ejus editione ad Latinis hominibus legi poſſe. Referendus eſſet ad Latinos Joſephi interpretes etiam ERASMUS ROTERODAMUS, ſi tractatum de Maccabæis ex Græco Joſephi textu expreſſiſſet. Verum cum Græcum codicem ad manus non habuerit, e Latinis tantum Græca conjectavit, & mutatis nonnullis verſionem illius tractatus antiquam elegantiori ſtylo reddidit. Eundem tractatum de Maccabæis Lloydius & Combefiſius in Latinum ſermonem traduxerunt, ut alias libelli iſtius tranſlationes, quæ in nonnullis bibliorum editionibus nec non in nonnullis Joſephi editionibus leguntur, taceamus. Sunt autem Latinæ Joſephi editiones variæ. Antiquiſſima forte eſt, cui neque annum neque locum impreſſionis adſcriptum Boſius (67.) indicat, qui eam ex liberalitate Curatorum bibliothecæ Rhedigerianæ habuit. An præter Antiquitates Judaicas plura Joſephi opera editio illa complexa fuerit, neſcio. Nullus etiam impreſſionis annus & locus adſcriptus eſt libris ſeptem de Bello Judaico per Platinam caſtigatis, quos in ſuis Typographiæ incunabulis Cornelius a Beughem (68.) memorat. Idem Beughenius (69.) Antiquitates Joſephi Judaicas Venetiis per Ludovicum Cendratam impreſſas tradit. Aliam Joſephi Latinam editionem Venetiis 1486. excuſam in bibliotheca ſua habuit celeberrimus Heinſius (70.) Secuta eſt apud Venetos alia editio A. C. MCCCCXCIX. quæ Antiquitatum libros, hiſtoriam de Bello Judaico, & duos libros de antiquitate Judæorum contra Apionem præmiſſis ſingulorum capitum argumentis exhibuit. (71.) Quam grata hæc Venetorum opera eruditis fuerit, & quam avidos emtores Joſephus invenerit, ex eo colligere licet, quod vix triennio elapſo nempe MDII. iterum nova Joſephi editio Venetiis prodierit. Prodiit illa typis Bernardini Vercellenſis, ſumtibus Andreæ Aſulani. Præmiſſa eſt tabula rubricarum, qua ſingulorum capitum in Antiquitatibus & hiſtoria belli Judaici argumenta continentur. Et illa quidem, quæ ad hiſtoriam belli Judaici ſpectant, Autorem habent Magiſtrum Franciſcum Macæratam, Ordinis minorum, & ita concepta ſunt, ut ferme epitomes inſtar haberi poſſint. Addita etiam eſt epiſtola Hieronymi Squarzafici Alexandrini ad Raynaldum de Novimajo, in qua Joſephi libros a Rufino tranſlatos indicat, & Joſephi vitam e juratiſſimis, ut ait, Autoribus elicitam breviter ſubjungit. Aliam Joſephi editionem Venetam, quæ A.C. MDX lucem adſpexit, Reineſius in quadam ad Adolphum Vorſtium epiſtola, (72.) Mediolanenſem, quæ per Alexandrum Minutianum MDXIII. prodiit, Boſius in ſua ad Joſephi periocham exercitatione, (73.) Pariſienſem a Roberto Goullet typis Johannis Barbieri A. C. MDXIV. procuratam Lambecius in ſua ad Auguſtum Principem epiſtola, (74.) aliam Pariſienſem A. C. MDXIX. ex officina Johannis Parvi emiſſam Poſſevinus (75.) commemorat. Poſtea A. C. MDXXIV. Coloniæ in ædibus Eucharii Cervicorni Joſephi opera impreſſa ſunt, addito, qui in prioribus editionibus deſideratur, libello de Maccabæis per Eraſmum recognito. Præmiſſa eſt Jacobi Sobii ad Lectorem præfatio, in qua Joſephi verſionem a Godofredo Hittorpio ad vetuſtiſſima Latina exemplaria diligenter recognitam aſſerit. Græcum enim textum Sobius temporum injuria plane deperditum ſuſpicabatur, niſi forte in Romana Bibliotheca latitaret. Additus etiam eſt index, quem Cornelii Lynnichenſis induſtriæ debemus. Eodem anno MDXXIV. eadem Joſephi opera Baſileæ Johannes Frobenius excudit, qui agnoſcit, in Colonienſi editione, quæ ſuam aliquot menſibus antevertit, loca quædam non infeliciter reſtituta, multa tamen in mendis ſuis adhuc relicta aſſerit, cum adeo depravatus Joſephus fuerit, ut expurgando huic Augiæ ſtabulo unus Hercules non ſuffecerit. Quibus præmiſſis ſpeciminis gratia loca quædam indicat, quæ veterum exemplarium collatione in Baſileenſi hac editione emendata ſunt. Bene ſibi ceſſiſſe ſuam Joſephi editionem cum animadverteret Eucharius Cervicornus, diſtractis primæ editionis exemplaribus A. C. MDXXXIV. Joſephum majori labore & induſtria recognitum iterum Coloniæ prælo ſubjecit, additis etiam monumentis, quæ ſub Beroſi, Manethonis & Metaſthenis nomine Johannes Annius Viterbienſis

Gelenius. Tilmannus. Eraſmus. Lloydius, Combefiſius. Alii. Editiones operum Joſephi Latinæ.

(64.) Antiquit. lib. 5. c. 11. (65.) de ſucceſſion. in bon. defunctor. c. 15. (66.) in notis ad chronologiam R. Dav. Ganz. p. 290. (67.) Exercit. ad perioch. Joſeph. (68.) p. 178. (69.) p. 79. (70.) Conf. Catal. Bibl. Heinſianæ fol. 20. (71.) Conf. Bibliothecam Friſ. p. 233. (72.) epiſtol. 22. (73.) p. 8. (74.) p. 11. (75.) tom. I. apparat. p. 967.

ſis orbi literato venditavit. Sed hic iterum cum Colonia de Joſepho Baſilea certavit. Eodem enim anno MDXXXIV. Baſileæ ex officina Frobeniana Joſephus exiit, Sigiſmundi Gelenii ſtudio recognitus, qui Antiquitatum quidem interpretationem veterem ob Græcorum Codicum penuriam tantum ad vetuſta quædam exemplaria Latina contulit, hiſtoriam autem Belli Judaici ex duobus Græcis codicibus, quorum unum Georgius Arminiacus Rutenorum Epiſcopus, alterum Johannes Crotus obtulit, emendavit, & tantundem laboris aut aliquanto plus in libris contra Apionem adhibuit, ut a legentibus intelligi poſſent. Et hæc editio Baſileæ A. MDXL. repetita fuit, in qua Typographus (76.) monet, librorum de Bello Judaico & contra Apionem exemplaria Græca ex Gallia, Germania & Polonia corrogata fuiſſe, & cum Latinis collata, & in libris contra Apionem circa finem primi, & initium ſecundi libri pluſquam centenos verſus additos fuiſſe, qui hactenus omiſſi fuerant. Paulo poſt nempe A. MDXLVI. Sebaſtianus Gryphius Joſephi opera tribus voluminibus diſtincta minori forma nempe plagulis in octo folia complicandis publicavit. Et iſtæ quidem, quas hactenus recenſui, editiones antiquam Joſephi verſionem exhibent, de cujus Autoribus ſupra dictum eſt. Anno autem MDXLVIII. Baſileæ nova Antiquitatum Judaicarum verſio a Sigiſmundo Gelenio concinnata lucem publicam adſpexit, cui & cætera Joſephi opera juxta antiquam verſionem & liber de Maccabæis ex Eraſmi paraphraſi adjuncta fuerunt, & qui hactenus in Latinis editionibus nondum viſus fuerat, Joſephi liber de vita ſua ab eodem Gelenio in Latinam linguam tranſlatus, quæ editio Baſileæ A. MDLIV. repetita fuit. Has editiones ſecutæ ſunt duæ Lugdunenſes, quarum una A. MDLV. altera MDLVII. utraque apud Gryphium impreſſa, & duæ Baſileenſes, quarum una A. MDLIX. altera MDLXVII. utraque ex officina Frobeniana prodiit. Et in priore quidem Baſileenſi liber de Maccabæis ex Eraſmi Roterodami paraphraſi legitur, quæ hactenus etiam in aliis Joſephi editionibus retenta fuerat, in poſteriore autem alia verſio occurrit, cujus hoc eſt initium: diſputaturus de re ad philoſophiæ rationem maxime pertinente num affectibus imperet pia ratio, recte fecero, ſi vobis, ut Philoſophiæ ſedulo incumbatis, conſuluero. Quæ Francofurti ad Mœnum A. C. MDLXXX. impenſis Sigiſmundi Feyerabend procurata eſt editio, figuris exornatur, & ſingulis foliis chronologiam adſcriptam habet, ipſumque textum doctorum hominum laboribus & vigiliis a pluribus mendis expurgatum pollicetur. Anno MDLXXXII. iterum Baſileæ ex Frobeniana officina vulgatus eſt Joſephus, itidem chronologia & aliis ſcholiis marginalibus illuſtratus. Anno MDLXXXVIII. Sigiſmundus Feyerabend Francofurti Joſephi opera denuo typis imprimi curavit, ſed minori forma, & ad commodiorem uſum adornata. Anno MDXCIII. Coloniæ apud Johannem Gymnicum ſub monocerote Flavii Joſephi opera iterum Latine prodierunt, ut Genevenſem anno MDXCV. a Jacobo Stoerio excuſam, Francofurtenſem anno MDCXVII. vulgatam & alias taceamus. Quorſum etiam ſpectant Nicolai Aſclepii Barbati periochæ & argumenta librorum 20. de Antiquitatibus Judaicis & librorum ſeptem de Bello Judaico ſingulorum capitum ſummam ſingulis tetraſtichis complectentia, quæ una cum Ducum, Judicum, & Regum populi Iſraëlitici hiſtoria per Bartholomæum Stenum conſcripta Coloniæ typis hæredum Arnoldi Birckmanni anno MDLXIV. in lucem prodierunt, item compendioſiſſima Belli Judaici deſcriptio, quam ex Joſepho collegit, & Coloniæ MD LII. edidit Georgius Vicelius, ut alia ejus generis taceamus. Dignus autem omnino Joſephus fuit, qui non ab eruditis modo Græce & Latine, ſed etiam a vulgo in vernaculis variarum gentium linguis legeretur. Et de Germanis quidem ſuis hac in cauſa bene meritus eſt D. CASPAR HEDIO, qui anno MDXXXI. Flavii Joſephi opera in Germanicam linguam convertit, & Argentinæ typis Michaëlis Meyeri & Balthaſaris Bockii primum edidit, anno MDXXXV. & forte ſæpius novis typis impreſſa. Præmiſſa eſt explicatio vocabulorum linguæ Hebraicæ, Chaldaicæ, Græcæ & Latinæ, quæ in Joſephi ſcriptis paſſim occurrunt. Cui nominum explicationi ſubjunguntur, quæ Gulielmus Budæus in libris de Aſſe & ejus partibus ad loca quædam in libris Joſephi contra Apionem animadvertit. Fatetur autem elegantiori habitu Germanicum ſuum Joſephum legentium oculis ſe oblaturum fuiſſe, niſi defectu Græcorum exemplarium, quæ tum adhuc in bibliothecis latebant, tantum ad Latinos codices conformatus fuiſſet, quos adeo corruptos fuiſſe queritur, ut non ſine magno labore multiſque vigiliis loca quædam reſtituere, eorumque ſenſum aſſequi potuerit, qua in re etiam Melchiorem Ambachium, & Wolfgangum Muſculum auxilio ſibi fuiſſe non diſſimulat. Minime tamen dubitat, quin improbo ſuo labore tantum effecerit, ut ex Germanica ſua verſione Latina exemplaria, ſi prælo iterum ſubjicerentur, plurimis in locis emendari poſſent, ne amplius

mala culmos
Eſſet rubigo, ſegniſque horreret in arvis
Carduus, - - - - - - -
Lappæque tribulique interque nitentia culta
Infelix lolium, & ſteriles dominentur avenæ.

Poſtea, cum Arnoldi Peraxyli Arlenii ſtudio Græcus Joſephus in lucem editus fuiſſet, Bibliopolæ quidam Francofurtenſes per M. JOHANNEM SPRENGENIUM & ZACHARIAM MUNZERUM ex Græco textu Joſephi opera in Germanicam linguam transferri curarunt, quorum verſionem Johannes Feyerabend Francofurti anno MDLXXXI. prælo iterum commiſit, cum primæ editionis, quæ Georgii Rabi & Cognati cujuſdam ſui impenſis ante aliquot annos facta fuerat, exemplaria nulla amplius ſupereſſe intelligeret. Neque hic ſilentio prætermittendus CONRADUS LAUTERBACHIUS, qui itidem Flavii Joſephi opera, quæ extant, omnia Germanice reddidit, nihilque eorum omiſit, quæ Joſepho vel ornatum vel lucem afferre poterant. Ejus interpretatio primum Argentorati anno MD LXXIV. iterumque MDXCV & MDCXI & noviſſime Francofurti MDCLXXVI. lucem publicam adſpexit. Libri ſeptem de Bello Judaico Francofurti anno MDLII ſeorſim typis Chriſtophori Egenolfi Germanice prodierunt, quo interprete, cum editio illa ad manus non ſit, dicere non poſſum. In Hiſpania JOHANNES MARTINUS CORDERO Valentinus, qui multa veterum & recentiorum Scriptorum monumenta in ſermonem Caſtellæ vernaculum traduxit, Joſephi quoque libros ſeptem de Bello Judaico poſt veterem, quæ ei diſplicuit, Catholicorum Regum Chronographi interpretationem Hiſpanice edidit, impreſſos Antverpiæ anno MDLVII. & Madriti anno MDCXVI. Antiquitates autem Judaicæ, in eandem linguam traductæ, una cum vita Joſephi ab ipſomet conſcripta, & tractatus de imperio rationis ſeu de Maccabæis incerto interprete Antverpiæ anno MDLIV. typis Martini Nucii prodierunt. In Italia PEDRUS LAURUS Mutinenſis Joſephi Antiquitates Judaicas Italice reddidit, quas Balthaſar Conſtantini Venetiis anno MDXLIX. ex officina ſua prodire juſſit. FRANCISCUS autem BALDELLUS non Antiquitates modo, ſed etiam libros de Bello Judaico, libros duos contra Apio-

Verſiones Germanicæ.

Hiſpanicæ.

Italicæ.

(76.) p. 545.

Apionem, & tractatum de imperio rationis in Italicam linguam convertit, quæ Baldelli versio in duos tomos distributa itidem Venetiis anno MDLXXXI. lucem publicam adspexit. Gallicæ. Gallia Flavium Josephum in sua lingua prodeuntem sæpissime conspexit. Prodiisse Josephum Gallice anno MCCCCXCII. Cornelius a Beughem in Typographiæ incunabulis tradit, interpretem non addit, & forte ipse interpres nomen suum latere voluit. Inter eos, quos Gallice Josephum interpretatos fuisse novi, fuit NICOLAUS DE HERBERAY DOMINUS DES ESSARS, qui præter alia etiam Josephi libros septem de Bello Judaico Gallico sermone expressit anno MDLVII. Parisiis excusos. Agit de eo Autor, qui de Eruditis & præcipuis eorundem scriptis judicia pluribus tomis hactenus vulgavit, eumque in Josepho vertendo bonas horas melius, quam in transferendis Amadisi libris collocasse censet (77.) Omnia Josephi opera Gallice interpretatus est FRANCISCUS BURGUNDUS, cujus versio Lugduni apud Johannem Temporalem & postea apud hæredes Jacobi Junti, nec non Parisiis anno MDLXXIII. apud Claudium Micræum prodiit. Hanc Francisci Burgundi versionem postea correxit JOHANNES LE FERRE DE LA VAL, & hæc Burgundi versio a Frerio Lavalliensi ad Græcum textum emendata Parisiis MDLXX. apud Nicolaum Chesneau una cum Latina versione, ita ut una alteri quoad singulas periodos respondeat, lucem publicam adspexit. Additum est in eadem editione historiæ de bello & excidio Judaico compendium, quod studio Davidis Kyberi ex Hebraico Josepho Latine concinnatum Franciscus Belleforestus in Gallicam linguam transtulit (78.) Neque hic omittendus Antonius Fayus, quem a Bosio inter Gallicos Josephi interpretes referri video (79.) Nec mirum, quod qui Livium Gallici sermonis habitu donavit, Josephum quoque, quem Græcum Livium Hieronymus appellat (80.) eodem honore dignatus fuerit. Verum plerasque ex his Josephi versionibus etsi a popularibus suis factas Galli parum æstimarunt. Alias enim ob styli barbariem aspernati sunt, alias minus fideliter translatas arguerunt, nonnullas etiam de hæresi suspectas habuerunt, cum in illis phrases quasdam & loquendi formulas observare sibi viderentur, quibus ferendis non essent aures Romanis placitis assuetæ, ut Johannes Gallœsius (81.) in ephemeridibus Eruditorum annotavit, qui etiam addit GILBERTO GENEBRARDO Josephi versionem felicius cessisse. Cum enim ante ipsum intra quinquaginta annorum spatium quinque aut sex versiones Josephi Gallicæ prodiissent, postea vel centum anni elapsi sunt, antequam quisquam de nova versione Josephi cogitaret. Cum igitur tot Interpretibus in unius libri versione defatigatis omnes jam in Genebrardi versione acquiescerent, haud mirum cuiquam videri potest, quod illi excudendo prœla toties desudaverint. Prodiit enim Parisiis apud Michaëlem Sonnium anno MDLXXVIII. apud Claudium Rogerium MDLXXXVIII. apud Lucam Bruneau MDCIV. ut alias editiones taceamus. Neque tamen erroribus suis & nævis hæc Genebrardi versio destituitur, quos passim a doctis notari videas. Sane Casaubonus (82.) Gelenii & Rufini errores leves esse censet præ iis, quos Genebrardus commisit, qui tantum sibi in Josepho licere existimavit, ut pro voce Cleopatra posuerit, *cesse chiene*, pro vocibus; *δίδωσιν αὐτῇ* : *il donne a ceste putain*, ex quo magnam illius Theologi *πικρολογίαν* arguit, quam etiam Thuanus (83.) in ejus elogio notavit. Postremo ARNOLDUS D' ANDILLY quatuor & viginti abhinc annis Judaicas Josephi Antiquitates Gallice edidit, quibus post biennium etiam historiam Belli Judaici, vitam Josephi ab ipsomet conscriptam, libros contra Apionem, tractatum de Maccabæis, & Philonis legationem ad Cajum Caligulam adjecit. Cum enim per integrum seculi spatium linguæ Gallicæ cultus tantum increvisset, ut Genebrardi versio nemini amplius jucunda esse posset, si vel maxime Josephi sensus accurate expressisset, operæ se pretium facturum existimavit, si nobilissimum scriptorem, quem barbaræ versiones pæne exosum reddiderant, novo ornatu genti suæ iterum conciliaret. In hac versione Andillius, si Gallœsio in ephemeridibus eruditorum hoc opus commendanti credimus, Josephum fideliter reddidit, idque præstare ut posset, varia manuscripta consuluit, nec fideliter modo, sed comte etiam & nitide Josephum expressit, dum Gallicæ linguæ elegantias ad Græci sermonis emphases tam feliciter applicavit, ut facundia cum Josepho certare videatur. Imprimis autem istos eloquentiæ flores depræhendere licebit in historia de Bello Judaico, & maxime in oratione Anani, quæ libro 4. c. 13. extat, nec non in descriptione horrendæ famis, quæ libri 5. cap. 28. legitur. In versione Antiquitatum fatetur se a Græco textu nonnihil dissentire circa descriptionem tabernaculi & mensæ, in qua sacri panes repositi fuerunt, cum hæc & alia quædam loca in Græco textu adeo corrupta fuerint, ut ea corrigendi necessitas sibi imposita fuerit. Hæc Andillii versio etiam extra Galliam typis commissa fuit. Anno enim MDCLXXVI. Bruxellis quinque voluminibus distincta prodiit. Tria priora volumina complectuntur libros 20. Antiquitatum, duo posteriora exhibent Josephi librum de vita sua, libros 7. de Bello Judaico, libros duos contra Apionem, tractatum de Maccabæis, in quo vertendo Andillius non Erasmi paraphrasin, ut Genebrardus, sed Græcum textum secutus est, & denique Philonis legationem ad Cajum. Uno volumine, quod elegantissimis figuris æri incisis exornatum est, Andilliana illa Josephi versio Amstelodami anno MDCLXXXI. prodiit. Nondum viderat Andillianam Josephi versionem, ut unicum hoc addam, Bosius cum exercitationem suam ad periocham Flavii Josephi prima vice ederet. In altera autem illius exercitationis editione concedit quidem Andillii versionem sermonis elegantia cæteris præstare, neque negat Græciæ lepores haud raro in ista versione feliciter exprimi, vix tamen credendum censet, quod Andillius manuscripta Græca consuluerit, aut quod hæc versio majestati textus originalis perfecte respondeat, etsi Sorbonenses in approbatione operi præfixa ejus rei fidem facere voluerint. Quin potius existimat, Andillium Gelenianæ magis versioni quam Græco textui inhæsisse, ideoque nonnulla, quæ Gelenius obscure interpretatus fuerat, plane omisisse. Quod judicium aliorum, qui penitiorem Gallicæ linguæ cognitionem habent, examini relinquo. In Anglia THOMAS LODGE Josephi historiam Judaicam Anglicæ. in patriam suam linguam transtulit, & Oxonii vulgavit, ubi etiam MDCLXXVI. Josephi opera recognita & emendata juxta elegantissimam versionem Andillii in Anglicam linguam traducta cum locis scripturæ parallelis, tabula Geographica Palæstinæ, aliisque imaginibus æri incisis ad illustrandam Josephi historiam facientibus prodierunt. In Belgicam linguam Amstelodami anno MDCLXXVIII. Flavii Josephi opera omnia ex Græco Latinoque recens convertit LAMBERTUS VAN DER Belgicæ. BOS, cui editioni annexus est Hegesippus, quem ex

(77.) Jugemens de Sçavans tom. 3. Sect.930. (78.) Conf. la Bibliotheque d'Antoine du Verdier p. 368. (79.) exercit. ad Josephi periocham c. 1. p. 12. edit. secund. (80.) epistol. ad Eustoch. de custod. Virginit. c. 15. (81.) Anno 1667. d. 16. Januar. (82.) Exercit. 1. contra Baron. Sect. 9. n. 8. (83.) libr. 19. hist. p. 771.

ex Germanico transtulit Simon de Vries. Præfixa sunt singulis libris & capitibus summaria, accedunt ducentæ & quinquaginta icones æneæ elegantissimæ, tabula chronologica indicesque chronologici & biblici, nondum antea impressi. Fortasse etiam in aliarum gentium linguas Josephi opera transierunt. Si Baronio fides adhibenda, (84.)
Hebraicæ. Josephus etiam in Hebraicam linguam conversus extat. Refert enim in bibliotheca Vaticana haberi manuscriptum versionis illius Hebraicæ codicem, in quo Judæi Josephi de Christo testimonium abraserint, cujus sceleris vestigia tam manifesta esse scribit, ut nulla excusatio aut defensio locum habeat. Et quamvis hanc narrationem Casaubonus a veritate alienam esse suspicetur, (85.) Huetius tamen (86.) adhuc Romæ in Vaticana bibliotheca membranas istas videri, & Baronium a mendacio absolvere asserit. Et hanc ipsam Hebraicam Josephi versionem etiam illustri cuidam Personæ Romæ in Vaticana Bibliotheca ostensam Wagenseilius in epistola quadam ad Arnoldum memorat. E Judæis R. Schabtai ben Joseph in libro, quem Siphte Jeschenim seu labia dormientium inscripsit, itidem affirmat, Flavii Josephi antiquitates cum bello Judaico e Græco in Hebraicum sermonem conversas fuisse, ut ex Actis Eruditorum didici. (87.) Interim nulla versio Josephi Hebraica in lucem hactenus producta fuit, nisi quis Josephi Gorionidæ
Joseph Ben Gorion. historiam pro Hebraica Josephi versione habere velit, cum plurimis in locis Josephum nostrum κατὰ πόδα secutus fuerit. Edita est illa Josephi, qui se filium Gorionis appellat, historia Constantinopoli A. M. 5250. seu anno Christi MCCCCXC. iterumque ibidem A. M. 5270. Christi MDX regnante Bajazetho. Quæ autem anno MDXXIX. Wormatiæ Sebastiani Munsteri studio prodiit, brevissimum tantum est Constantinopolitanæ editionis compendium, a Judæo quodam concinnatum, & a Munstero Latine redditum. Observat autem Morinus, qui Wormatiensem editionem cum secunda Constantinopolitana contulit, (88.) Autorem illius compendii nonnulla ex aliis Autoribus addidisse, nempe traditionem Talmudicam de tredecim mutationibus, a LXX. Interpretibus in Bibliorum translationem illatis, quarum nulla mentio extet in editione Constantinopolitana, a qua compendium hoc etiam in eo discrepat, quod solam Legem a LXX. Interptetibus translatam asserat, cum in Constantinopolitana editione viginti quatuor libri translati asserantur. Post Wormatiensem editionem Munsterus iterum aliam Basileæ anno MDXLI. vulgavit, quæ, ut Morinus indicat, a Constantinopolitana nihil differt, nisi quod plus media parte mutilata est. Desunt enim in Munsteriana editione priora duo capita cum tertii capitis non mediocri parte, & cum Constantinopolitana editio 97. capitibus constet, Munsteriana in capite 63 finitur, adeoque totam historiam rebellionis Judæorum adversus Romanos, natumque inde urbis & templi excidium omittit, ut cœteras mediorum capitum mutilationes taceam, in quibus ut membra divulsa melius cohærerent, Munsterus nonnulla verba seu periodos textui assuit. Et postremam quidem partem, quæ de bello Judaico agit, in Munsteri manuscripto plane defuisse suspicatur Morinus, cum nobilem istam Josippi partem omissurus non fuisset, nisi lacerum & extrema sui parte mancum exemplar habuisset. Verum si Morinus Munsterianæ editionis titulum inspexisset, legere ibi potuisset, Munsterum etiam historiam belli Judaici & excidii Hierosolymitani Hebraice a Josippo scriptam habuisse, quippe quam se alio tempore adjecturum lectoribus promittit. Wormatiensi editioni respondet ea, quam Basileæ anno MDLIX. Sebastianus Lepusculus procuravit. Nam & illa compendium tantum continet a Judæo quodam ex variis Autoribus, sed maxime e Josepho Gorionide conflatum & a Munstero Latine redditum. Constantinopolitanæ autem editioni conformis est Veneta, quam cum mutilata Munsteri editione comparans Scaliger observat Munsterianam a folio Venetæ septimo incipere, & in folio nonagesimo secundo desinere, postremis sexaginta tribus foliis plane omissis (89.) Integram Constantinopolitanam sequuntur etiam Cracoviensis, & quæ superiore anno prodiit Francofurdiensis, quibus etiam Germanicam typis Hebraicis Tiguri anno MDXLVI. impressam, quæ postea Amstelodami anno MDCLXI. cum commentario ejusdem linguæ prodiit, addere licebit. Quamvis autem Munsterus Josephum Gorionis filium cum Flavio nostro Josepho eundem fuisse contendat, & ipse quoque Gorionides Josephi nostri personam subinde mentiatur, & se bello Judaico interfuisse simulet, & se a Vespasiano captum, & postea libertate donatum & honorifice habitum referat, aliaque, quæ vero Josepho contigerunt, sibi tribuat, Critici tamen nares aliter leones aliter catulos olere pridem senserunt. Noster certe Josephus, quoties Parentis sui meminit, ubique Mattathiæ nusquam Gorionis Filium se nominat, nec probabile est Munsteri inventum, quod hic Josephus & Gorionis & Mattathiæ Filius dici potuerit, cum Gorionem Patrem agnoverit, Mattathiam autem inter majores habuerit. Quin imo Josephus noster in historia belli Judaici (90.) a Josepho Gorionis Filio aperte se distinguit. Hebraicus autem ille Josephus seu Josippus neque pro Flavio nostro Josepho, cujus larvam in scripto suo sæpius induit, neque pro Josepho Gorionis Filio Josephi nostri coætaneo, a quo & proprium & paternum nomen mutuatus est, haberi potest, cum se multis seculis utroque juniorem abunde prodiderit, dum Hispanos ab Hannibale domitos, Gothorum, & Gallos a Cæsare subactos Francorum nomine designat, multaque alia urbium, fluminum & gentium nomina usurpat, quæ ævum a Josephi ætate remotissimum indicant. Præterea etiam Josephi gravitate plane indignæ sunt ineptissimæ & ridiculæ, quas passim nectit, fabulæ, qualis est illa de fundo Tiberis, quem a Romanis, cum Hierosolymam a Nabuchodonosore obsessam cognovissent, ære stratum narrat, ut cæteras mittamus, quas non ab alio ad Gorionidæ textum assutas fuisse, omnimoda elegantis styli cum Gorionidæ textu æqualitas evincit. Similes igitur habent labra lactucas, cum Judæi quidam hunc Josephum Gorionis Filium ejusque Hebraicam historiam magnis elogiis commendant. Virum sapientia & prudentia insignem, justumque & rectum hunc Gorionis Filium Josephum vocat R. David Ganz, (91.) eumque ut fidelem Historicum deprædicat, cum ea, quæ narrat, ipse viderit, quod testimonium ab Hebraico Josippo, qui Gorionis Filius audire voluit, tam alienum est, ut Josephus de Voisin in notis ad pugionem fidei (92.) ipsum Flavium nostrum Josephum a Ganzio hac laude condecoratum existimaverit, & hoc Ganzii testimonium Abarbanelis contra Josephum nostrum calumniis opposuerit. Majora sunt, quæ de Josepho Gorionis Filio & Hebraico ejus opere plenis buccis celebrat R. Abraham Conat (93.) Medicus Constantinopolitanus. Dicit

(84.) tom 1 annal A. C. 34. p. 210. edit. Rom. (85.) exercit. 16. in Baron. Sect. 154. (86.) demonstrat. evangel. prop. 3. p. 27. (87.) A. C. 1690. p. 302. (88.) Exercit. bibl. lib. 2. Exerc. 1. c. 3. (89.) elench. trihæres. c. 4. (90.) libr. 2. c. 42. in lat. 25. (91.) in Zemach. David q. 95. (92.) part. [illegible] c. 3. p. 202. edit. Carpzovianæ. (93.) Conf. Munsteri [illegible] ad Josipp. Bas. 1541.

cit enim Virum hunc divinum in libris edendis post Regem Salomonem felicis memoriæ omnes antecelluisse. Quin etiam R. Tam in animadversione, quam Constantinopolitanæ Josippi editioni adjecit, affirmare non dubitat, omnia istius libri verba justitiam esse, & nullam perversitatem in eo reperiri, & revera manum Dei super hunc Virum fuisse, dum hunc librum componeret, & paululum abesse, quin verba ipsius sint verba Viri Dei & Prophetæ. (94.) Forte adhuc majoribus elogiis Gorionidem hunc suum Judæi exornarent, nisi in historia Titi a Talmudicis traditionibus dissensisset. Cum enim Judæi Titum impium vocare soleant, & fabulentur, post excidium Hierosolymitanum bibentis nares muscam introivisse, & ipsum cerebrum penetrasse, ibique in pulli columbæ magnitudinem excrevisse, & pondere duas libras exæquasse, septemque annis cerebrum ejus corrosisse & perfodisse, eaque tandem educta & avolante etiam animam Titi avolasse, tantum abest, ut tribulibus suis Gorionides assentiatur, ut potius Titi sapientiam & justitiam commendet, eumque a culpa vastatæ & perditæ Hierosolymæ absolvat, cum totum illud malum Hierosolymæ ob prædones, qui tum in populo Israëlitico fuerunt & propter eorum iniquitatem contigerit, Titus autem quicquid in vastatione urbis fecit, pressus & coactus fecerit.

Recte autem Serrarius (95.) Gorionidem cum Flavio nostro Josepho comparans notavit, quod Gorionides obscurus, incognitus, illaudatusque e tenebricosis Judæorum antris non ita pridem proserpserit, cum contra Flavii nostri Josephi memoria tam illustris per plurima secula fuerit, ut neminem vel mediocri literarum cognitione tinctum ea fugere potuerit. Quamvis enim ejus scripta apud Judæos in nullo pretio fuerint, quos ignaviæ in excolendo linguarum studio & colligendo doctrinæ apparatu ipse Josephus (96.) arguit, Gentiles tamen pariter & Christiani Josephum, licet

Fragmenta Josephi. Judæum, ejusque opera magni æstimarunt. Certe Josephi testimoniis passim utuntur, & hoc ipso se in Josephi lectione probe versatos indicant celeberrimi Scriptores, Justinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Origenes, Porphyrius, Eusebius, Hieronymus, Theodoretus, Stephanus Byzantius, & alii, quos omnes nominare nimis longum foret. Fatendum tamen in his esse quædam, quæ in hodiernis Josephi editionibus non comparent. Eusebius enim de Jacobo Justo agens (97.) refert Josephum causam excidii Hierosolymitani & calamitatum, quæ Judæis acciderunt, Jacobi hujus supplicio his verbis imputasse: Ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις, κατ' ἐκδίκησιν τοῦ Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν, quæ verba Rufinus ita interpretatur: *quæ omnia acciderunt Judæis pro vindicta Jacobi Justi, qui erat frater Jesu, qui dicitur Justus, quem justissimum & piissimum omnium confessione Virum Judæi interfecerunt.* Et hæc Josephum tradidisse asserunt etiam Origenes (98.) Hieronymus (99.) & alii, cum tamen id apud Josephum hodie non legatur. Etsi enim Josephus referat, (100.) quod Ananus Pontifex Secta Sadducæus, homo audax & ingenio ferox post mortem Festi Præsidis, & cum Albinus Festi Successor adhuc in itinere ageret, opportuno hoc, quod ipsi videbatur, tempore concilium convocaverit, & Jacobum Fratrem Jesu, qui Christus dicebatur, tanquam impietatis reum una cum quibusdam aliis lapidandum tradiderit, idque factum omnibus bonis, quotquot in civitate agerent, vehementer displicuerit, nusquam tamen expresse dicit, quod Deus Jacobi hujus supplicium Hierosolymitanæ urbis eversione vindicaverit, ideoque hunc locum Spencerus (1.) librariorum incuria periisse suspicatur. Fieri tamen etiam potuit, ut cum, qui primus hac in causa Josephum testem appellavit, memoria falleret, cujus oscitantia postea & alios oscitantes fecit. Non legitur etiam hodie in Josepho, quod Johannes Baptista vere Propheta fuerit, quanquam Hieronymus (2.) id a Josepho traditum affirmet. Id tantum Josephus asserit, (3.) apud Judæos constantem opinionem fuisse, quod justa Numinis ultione propter Johannem Baptistam Herodis exercitus deletus fuerit. Cum enim, ut Josephus addit, vir optimus Judæos ad pietatis & justitiæ studium incitaret, simulque ad baptismi lavacrum invitaret, quod ita demum Deo fore gratum ajebat, si animis per justitiam prius mundatis & puritatem corporis adderent, veritus Herodes, ne tanta hominis autoritas defectionem aliquam pararet, siquidem a plebe doctrinæ hujus avida magni concursus ad Johannem fiebant, & populus ejus consiliis nihil non facturus videbatur, apprehendi illum victumque Macheruntem mitti, atque illic occidi imperabat. Porro apud Suidam (4.) longa fabula de Jesu in locum Sacerdotis cujusdam Judaici defuncti surrogato recensetur, in qua refertur, Iosephum in suis de Hierosolymitano excidio commentariis dicere, ὅτι Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ μετὰ τῶν ἱερέων ἡγίαζε, seu quod Iesus in templo cum Sacerdotibus sacra fecerit. Et hæc verba a Iudæis ex Josepho expuncta putat Huetius, (5.) ego vero hæc verba Josepho potius afficta existimaverim, quod eadem facilitate me probaturum confido, quam quod hic locus a Judæis erasus fuerit. Aliud fragmentum Josephi ab Eustathio Antiocheno servatum censet Isaacus Vossius (6.) quod ita se habet: ἀπέθανε δὲ (sermo est de Harane Abrahami fratre) ἐν τῷ ἐμπυρισμῷ, ᾧ ἐνεπύρισεν Ἀβραὰμ τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ εἰσελθεῖν ἐξελέσθαι αὐτὰ (7.) Leo Allatius, qui Eustathii Antiocheni commentarium in Hexaëmeron, ex quo hæc verba deprompta sunt, publici juris fecit, Latine ita reddidit: *decessit* (Haran) *in incendio, quo Abraham idola Patris sui conflagravit*, (rectius incendit, vel conflagrare fecit) *dum illis ut subveniret domum est ingressus.* Equidem Eustathius in isto loco Josephi mentionem non facit. Non dubitat tamen Vossius, quin hæc verba Eustathius ex Josepho depromserit, cum Georgius Syncellus eandem historiam referens Josephum testem appellaverit. Et prius quidem verum est. Syncellus enim in chronographia sua (8.) itidem refert, Haranum, cum Abrahamus idolis ignem injecisset, ea flammis eripere conatum, incendio extinctum. Verum an Josephum ejus rei testem citaverit, haud immerito dubitari potest. Id enim tantum Syncellus ex Josepho se mutuari scribit, quod Abrahamus omni studio annisus fuerit, ut Patrem suum a fingendis & colendis idolis averteret. Nihilominus tamen Vossii sententia ex eo probabilis videtur, quod verba quæ apud Eustathium de sepulchro Harani ejusque liberis proxime præcedunt, eadem ferme sint, quæ apud Josephum in Antiquitatibus leguntur, (9.) ex quo colligere licet, Eustathium ea quoque, quæ de Harani combustione narrat, e Josepho hausisse, quamvis nec Eustathius Josephum no-

(94.) Conf. Morinus l. c. (95.) trihæres. libr. 1. c. 9. (96.) libr. 20. Antiquit. cap. ult. (97.) lib. 2. histor. eccles. c. 23. (98.) lib. 1. contr. Cels. p. 35. & libr. 2. p. 69. item in comment. ad Matth. c. 13. p 223. edit. Huet. (99.) in Catal. Scriptor. c. 2. & 13. (100.) libr. 20. Antiqu. c. 8. p. 698.

(1.) not. ad Orig. contr. Cels. p. 31. (2.) Catalog. c. 13. (3.) Antiqu. libr. 18. c. 7. p. 626. (4.) Tom. I. voce Ἰησοῦς p. 1231. (5.) demonstrat. evangel. p. 27. (6.) de 70. Interpret. c. 12. (7.) Eustath. in comment. ad Hexaëmeron. p. 57. (8.) pag. 75. & iterum p. 98. (9.) libr. 1. c. 7.

nominet, neque verba illa apud Josephum hodie legantur. Idem Vossius (10.) aliud Josephi fragmentum, quod in ejus operibus hodie desideratur, ex Græcorum Patrum catenis adducit, nempe tale: ἄτοπον εἶναι λογισάμενος μεθύοντα λαὸν καὶ παρανομοῦντα νομοθεσίαν Θεοῦ δέξασθαι. Et forte plura hujusmodi inveniet, cui Græcorum Patrum catenas pervolvere vacabit.

Josephi de Christo testimonium.

Mirabitur vero forte quispiam, quis Josepho inter Græcos Patres locus, & ipse Josephus mirari possit, quod

Se quoque Principibus permistum agnoscat Achivis.

Sunt enim variæ Græcorum Patrum catenæ, in quibus Josephi nomen Græcis Patribus intermistum legitur, quales sunt catenæ in Genesin & Lucam, quas Lambecius in suis de Vindobonensi Bibliotheca commentariis recenset, (11.) ut alias sive manuscriptas sive editas omittam. Sed quid mirum, in catenis Patrum legi, quem in Catalogo suo inter ecclesiasticos scriptores retulit Hieronymus, & cujus aliquam partem Sebastianus Castalion ipsis Bibliis adjunxit? Enimvero argumentum, quod Josephus in suis antiquitatibus tractavit, hanc gratiam apud Christianos facile conciliare ipsi potuit. Accessit honorificum de Christo testimonium, quod in ejus Antiquitatibus legitur (12.) quamquam adhuc sub judice lis est, sitne illud Josephi de Christo testimonium genuinum, an Josepho pia fraude suppositum, vel saltem interpolatum. Ruperti, Snellii, Reinesii, Majoris, Menassis, Gronovii, Blondelli, Wheloci, Lansii, Ursini, Wagenseilii, Bœcleri, Bangii, Fabri, & suas ipsius de hoc argumento epistolas collegit, & simul varia Veterum & Recentiorum de hoc testimonio judicia ex eorum scriptis excerpsit & Noribergæ anno MDCLXI. sub titulo testimonii Flaviani vulgavit Christophorus Arnoldus. Præterea peculiaribus dissertationibus hoc argumentum ventilarunt Bosius, Spanhemius, & Fraciscus de Roye. De eodem satis prolixe agunt Huetius (13.) Lambecius (14.) Natalis Alexander, (15.) Isaacus Vossius (16.) & alii. Et fatendum quidem est hoc Josephi testimonium non solum in editis & scriptis Josephi codicibus constanter legi, verum etiam ab Eusebio tam in historia ecclesiastica quam in demonstratione Euangelica Josepho tribui. (17.) Post Eusebium ejusdem testimonii fidem confirmant e Græcis Isidorus Pelusiota (18.) Sozomenus (19.) Sophronius, qui Hieronymi catalogum Græco stylo reddidit, (20.) Cedrenus, (21.) Suidas, (22.) Zonaras, (23.) Glycas, (24.) Nicephorus, (25.) e Latinis Hegesippus, (26.) Hieronymus, (27.) ut Rufinum Eusebii interpretem, & plures sequentium seculorum scriptores, quorum suffragia ad rerum summam parum conferunt, silentio prætermittam. At, si vere ista Josephus scripsit, mirari satis nequeo, quod antiqui ecclesiæ Doctores, qui ex instituto Judæos impugnarunt, telo hoc contra Judæos usi non fuerint. Non incognita erant Josephi scripta Justino Martyri, quippe qui in parænesi ad Græcos Josephi Antiquitates egregie commendat. (28.) Quid ergo opportunius fuisset, quam Tryphoni Judæo Josephum opponere, si Justini ævo illud de Christo testimonium in Josephi Antiquitatibus lectum fuisset? Tertullianus quoque, qui Josephum Antiquitatum Judaicarum vernaculum vindicem appellat, (29.) etsi peculiari opere contra Judæos disputet, Josephi tamen de Christo testimonium omittit, quod sane fieri vix potuisset, si Tertulliani ætate cognitum fuisset. Chrysostomus in orationibus adversus Judæos (30.) Josephum μάρτυρα μάλιστα ἀξιόπιστον appellat, & quid de Daniele scripserit, allegat. Qui fieri potuit, ut non etiam, quæ de Christo Josephus scripsit, allegaret? Mitto jam alios, qui contra Judæos scripserunt, & ad Photium Patriarcham Constantinopolitanum venio. Is duabus vicibus in sua bibliotheca de Josephi antiquitatibus agit, semel codice septuagesimo sexto, & iterum codice ducentesimo trigesimo octavo. Sed neutrobi ἀξιομνημόνευτον illud de Christo testimonium excerpit. Equidem Aubertus Miræus in notis ad Hieronymi catalogum Scriptorum ecclesiasticorum (31.) periocham illam de Christo, quæ apud Josephum extat, a Photio memorari scribit. Verum memoria hic eum fefellit. Seductus tamen, ut puto, a Miræo Lambecius in epistola ad Principem Augustum inter eos, qui Josephi de Christo testimonium pro genuino agnoverunt, etiam Photium numerat. (32.) De quo errore forte monitus, tantum abest, ut eum retractaverit, ut potius in commentariis ad bibliothecam Vindobonensem (33.) probare conetur, Photium saltem obscuram hujus testimonii mentionem fecisse. Sic enim procedit: Photius in recensione operis alicujus, quod περὶ παντὸς seu de universo inscriptum fuit, monet, (34.) opus illud a nonnullis Josepho attributum, sed rectius Cajo seu Gajo Romanæ ecclesiæ Presbytero tribuendum esse, cum in eo opere Salvator noster Christus appelletur, & inenarrabilis ejus e Patre generatio accurate describatur. Cum autem postea in recensendis Josephi antiquitatibus, Iesum a Josepho Christum appellari animadverteret, ne sibi contradicere cogeretur, totam Josephi periocham excerpere noluit, sed tantum passionis Christi metionem fecit his verbis: κατὰ τοῦτον καὶ τὸ ΣΩΤΗΡΙΟΝ ἐγεγόνει ΠΑΘΟΣ, sub hoc (nempe Herode, Tetrarcha Galilææ & Perææ) etiam Salvatoris contigit passio. Quibus verbis ad Josephi periocham de Christo alludi statuit, cum Josephus passionis Dominicæ nullibi nisi in decantatissimo illo testimonio meminerit. Verum Lambecius magno conatu magnas nugas agit. Verba enim illa de Domini passione Photii sunt, non Josephi, siquidem Photius ea, quæ ex Josepho excerpit, suis discursibus illustrat, & occasione Herodis Tetrarchæ obiter addit, quod Christus sub isto Herode passus fuerit, quorsum etiam spectant, quæ occasione Herodis Magni de Christi Nativitate, & infanticidio Bethlehemitico, & occasione Agrippæ de Jacobi majoris supplicio & Petri captivitate disserit, quæ sane Photius ex Josepho non excerpsit. Certum igitur est, altum esse de Periocha Josephi, quæ Christi vitam breviter exponit, in Photii bibliotheca silentium, sive in Photiano exemplari plane defuerit, sive eam pro adulterina habuerit. Sane librum περὶ παντὸς etiam hanc ob causam Josepho abjudicat, quod Iesus in eo Christus appelletur. Atqui in testimonio, quo Josephus Christum prædicasse perhibetur, expresse legitur: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Accedit quod Photius in codice 33. ubi de Justo Tiberiensi agit, hoc commune Judæorum vitium esse scribit, quod de Christi adventu & miraculis sileant: Si igitur Photius in Josepho tam illustre Christi elogium, quale hodie legitur, invenisset, & pro genuino habuisset, dubio procul il-

(10.) de 70. Interpret. p. 46. (11.) tom. 3. cod. 4. & 42. (12.) libr. 18. antiquit. c. 4. p. 628. (13.) demonstrat. Euangel. p. 27. (14.) tom. VIII. bibliothec. Vindobon. p. 5. & sequ. (15.) histor. eccl. Vet. Testam. tom 6. differt. 10. (16.) de 70. Interpr. p. 161. (17.) H. E. lib. 1. c. 11. demonstrat. lib. 3. c. 5. (18.) lib. 4. epist. 225. (19.) libr. 1. c. 1. (20.) tom. 1. Hieronym. edit. Basil. fol. 123. & 124. (21.) Compend. histor. tom. 1. p. 196. (22.) lexic. tom. 1. p. 1265. (23.) libr. 3. annal. c. 4. tom. 1. edit. ultim. p. 267. (24.) annal. part. 3. p. 234. (25.) libr. 1. c. 39. (26.) libr. 2. de excid. Hierosol. c. 12. (27.) Catalog. c. 13. (28.) p. 10. (29.) in apologet. c. 19. (30.) orat. 3. adv. Judæos p. 114. edit. Hæschel. (31.) cap. 13. p. 7. (32.) pag. 4. (33.) tom. 8. pag. 14. (34.) codic. 48.

illud tanquam aliquid ſingulare, & a communi Judæorum more prorſus alienum obſervaſſet. Ne quis autem Euſebium ut antiquiorem Photio præferendum exiſtimet, ſuppetiari Photio poteſt Origenes Euſebio antiquior. Is enim clare teſtatur, quod Joſephus Ieſum pro Chriſto non habuerit. (35.) Si Ieſum pro Chriſto non habuit Joſephus, quomodo in Antiquitatibus dicere de Ieſu potuit: Χριστὸς οὗτος ἦν. Excipit Voſſius, (36.) Origenis verba ita explicari poſſe, quod Joſephus quidem crediderit, Ieſum fuiſſe Chriſtum ſeu Meſſiam, ſed hominem tamen, aut excellentioris naturæ, quam ſit humana, non divinæ. Et hanc ſententiam Apoſtolorum ævo apud Ebionitas & Nazaræos viguiſſe, quin etiam Chriſto etiamnum in terris verſante apud multos obtinuiſſe tradit. Verum Origenes expreſſe negat, quod Joſephus Ieſum pro Meſſia agnoverit, & ex ipſo Joſepho conſtat, quod Prophetarum de Meſſia oracula in Veſpaſiano impleta profeſſus fuerit. Porro ſi quis objiciat, Joſephum de Præcurſore Chriſti Johanne Baptiſta, & de diſcipulo Chriſti Jacobo nonnulla protuliſſe, ideoque boni hiſtorici partes implere non potuiſſe, ſi de Chriſto ipſo plane ſiluerit: libenter concedam, Joſephum de Chriſto non plane ſiluiſſe, quin & hoc concedam, quod Joſephus de Ieſu verba faciens a laudibus ejus non abſtinuerit. Neque enim ex inveterato Judæorum, qui hodie vivunt, erga Chriſtum odio de illorum moribus judicandum eſt, quibus miracula per Apoſtolos in Chriſti nomine quotidie facta ſacrum quendam horrorem incuſſerunt. Et quamvis probari non poſſit, Joſephum in aula Veſpaſiani ex converſatione cum T. Flavio Clemente, qui poſtea ſub Domitiano ob fidem Chriſtianam interfectus eſt, & cum Flavia Domitilla ob eandem cauſam in exilium miſſa, bonam de Chriſto opinionem imbibiſſe, quæ Ruperti (37.) conjectura fuit, aut quod Banus Joſephi Præceptor Eſſenorum ſectæ addictus Johannis Baptiſtæ ſectator fuerit, adeoque de Chriſto inique ſentire non potuerit, ut Voſſius arbitratur, qui & ipſum Johannem Baptiſtam Eſſenum fuiſſe ex cibi & veſtitus ſimplicitate, baptiſmo, & reliquarum ſectarum Judaicarum odio colligit: (38.) ex iis tamen, quæ de Johanne Baptiſta & Jacobo Joſephus retulit, ſatis, ut opinor, probari poteſt, falſam eſſe illorum ſententiam, qui Joſephum de Chriſto contumelioſe in ſuis Antiquitatibus locutum, & iſtarum blaſphemiarum vice a Chriſtiano quopiam inſigne hoc Chriſti elogium ſubſtitutum ſtatuunt. Certum quidem eſt Phariſæos, quorum placitis ſe addictum Joſephus in vita ſua profitetur, pleroſque magno Chriſti odio flagraſſe, at fuerunt etiam inter Phariſæos ab immani illo adverſus Chriſtum odio alieni, neque ſic Phariſæis addictus fuit Joſephus, ut non ſubinde eorum mores & facta perſtrinxerit. Quocirca nihil obſtat, quo minus Joſephum honorifico aliquo præconio Chriſti nomen condecoraſſe dicamus. Tale tamen illud fuiſſe minime dubito, quale decebat hominem Judæum, & qui τὸ χριστιανικὸν κήρυγμα Theodoreto (39.) teſte non amplecteretur. At quæ hodie apud Joſephum de Chriſto leguntur, ita comparata ſunt, ut Chriſtiano magis homini quam Judæo conveniant, unde & Sozomenus (40.) ex illis concludebat, Joſephum iſta ſcribentem propemodum clamare, Chriſtum Deum eſſe. Videns hanc difficultatem Lambecius (41.) in defendenda hac Joſephi periocha longe alia via incedit, quam cœteri qui hoc Joſephi teſtimonium ut genuinum tuentur. Omnia enim Joſephi verba in ſiniſtram partem interpretatur, quaſi non ad Chriſti elogium, ſed potius ad ejuſdem vituperium & contemtum ſpectarent, etſi a Joſepho, ut neque Judæos neque Chriſtianos neque Gentiles offenderet, ambiguis phraſibus concepta fuerint. Imprimis autem ea via Joſephum ſolerter uſum dicit, ut nihil ſuis verbis de Chriſto ſcribat, ſed tantum propriam Chriſtianorum traditionem ex trium Euangeliſtarum ſcriptis (Johannes enim Evangelium ſuum nondum ediderat) & Actis Apoſtolicis hauſtam referat, ſed ita tamen, ut phraſes, quas adhibet, ad irriſionem Chriſtianæ fidei torqueri poſſint. Cum ergo Joſephus Ieſum Virum ſapientem dicit, reſpicere putat Lambecius Joſephum ad loca Matth. XIII. 54. & Marc. VI. 2. & tamen ambiguo ſenſu Chriſtum σοφὸν ἄνδρα appellare, cum vox ſapientiæ nonnunquam etiam in malam partem uſurpetur. Deinde cum Joſephus titulum Viri ſapientis ita reſtringit, aut corrigit, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, *ſi modo Virum eum appellare oportet*, Lambecius non eam Joſephi mentem fuiſſe putat, quaſi Chriſtus Deus potius quam Vir vel Homo dicendus fuerit, qua ratione Apollo Pythius apud Herodotum per oraculi vocem Lycurgum compellavit: (42.)

Δίζω ἤ σε Θεὸν μαντεύομαι, ἠὲ καὶ ἄνδρα
Ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον Θεὸν ἔλπομαι ὦ Λυκόεργε:

quem ſenſum a Joſephi mente alienum fuiſſe putat, cum Chriſtum ne Prophetam quidem nedum Deum aut Dei Filium eſſe exiſtimaverit. Quamobrem ſenſum Joſephi hunc potius fuiſſe exiſtimat: fuit hoc eodem tempore Ieſus ſapiens Vir, ſi modo Virum eum appellare oportet, & non potius phantaſma ſive ſpectrum, ſiquidem ab ipſis diſcipulis ſuis propter φάσεις naturalem humanæ potentiæ modum excedentes pro tali fuit habitus. Cujus interpretationis rationem confirmat ex Matth. XIV, 26. Marc. VI, 49. Luc. XXIV, 37. Sequentia apud Joſephum verba: ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, *erat enim mirabilium operum patrator*, alludere putat ad verba populi apud Lucam c. v. ℣. 26. dicentis: εἴδομεν παράδοξα σήμερον. Veretur autem Lambecius, ne hic etiam anguis in herba lateat, & Joſephus forte per ἔργα παράδοξα, ἔργα ἄπιστα ſeu incredibilia intellexerit. Porro cum Joſephus Chriſtum fuiſſe dicit διδάσκαλον ἀνθρώπων τῶν σὺν ἡδονῇ τ' ἀληθῆ δεχομένων ſeu *Doctorem hominum cum voluptate vera ſuſcipientium*, his verbis Chriſtnm a Joſepho perſtringi cenſet ut Magiſtrum piſcatorum, publicanorum, mulierculareum aliorumque rudium hominum quævis paradoxa dogmata ſimplici credulitate ſuſcipientium, & cum voluptate tanquam vera amplectentium. Pro qua interpretatione illuſtranda Ciceronem adducit (43.) qui aſſerit, fictas quoque fabulas, e quibus utilitas nulla dari poteſt, cum voluptate legi. Sequitur apud Joſephum: Καὶ πολλοὺς Ἰουδαίους πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο, quæ verba Lambecius ſic interpretatur: *& multos quidem Judæos multos autem & Gentiles ſequaces nactus eſt*, nempe Judæos, ut παραφραστικῶς adjungit, per prædicationem Euangelii, Gentiles autem, quorum nomine hic etiam Samaritani comprehenduntur, partim ſola curioſitate propter famam miraculorum, partim & neceſſitate propter indigentiam auxilii ultro ſe offerentes. Quod autem Joſephus addit: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν *Chriſtus hic erat*, a Lambecio ſic explicatur, quaſi ſenſus Joſephi fuerit, hunc Ieſum ad aliorum, qui nomen Ieſu tanquam apud Judæos admodum vulgare eodem tempore obtinebant, differentiam Chriſtum vulgo cognominatum fuiſſe, quoniam a diſcipulis & ſectatoribus ſuis promiſſus Judæis Meſſias falſo credebatur. Proxima Joſephi verba ita ſe habent: καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου οὐκ ἐπαύ-

(35.) libr. I. contr. Celſ. & in Matth. p. 223. (36.) de 70. Interpret. p. 164. (37.) epiſtol. ad Snell. (38.) de 70. Interpret. c. 17. p. 168. (39.) Commentar. in Danielem Tom. II. Opp. p. 697. (40.) libr. I. c. I. (41.) tom. 8. Bibl. Vindob. p. 22. (42.) libr. I. c. 66. (43.) libr. 5. de finib.

ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες, eumque accusatum a primariis Viris nostris, cum cruci addixisset Pilatus, non tamen cessarunt, qui ab initio eum audiverunt. Hic Lambecius Josephum respicere putat partim ad querelam duorum discipulorum Christi, qui in itinere versus Emmauntem Christum a summis Sacerdotibus & Principibus populi ad supplicium crucis damnatum tristes referebant, partim ad Apostolos & reliquos discipulos in monte oliveti Christum a mortuis excitatum interrogantes, an hoc tempore regnum Israëlis reparaturus, & solium Davidis recuperaturus esset? cum autem Josephus ait: οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες, idem exprimi putat, quod in Actis Apostolorum legitur c. v, 40 πᾶσαν ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ᾽ οἶκον οὐκ ἐπαύοντο διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Etsi autem verba Josephi bene se habeant, pessimos tamen sensus in illis latere suspicatur. Putat enim Josephum salutiferæ Christi crucifixioni insultare voluisse, quasi ea Personæ ac titulo Messiæ, qui collapsum Israëlis regnum restituere debuisset, minime convenerit, simul & discipulos Christi deridere voluisse, quod, licet Christum a Pilato crucifixum viderint, nihilominus tamen post mortem tam ignominiosam eum ut Messiam venerari non cessaverint. Observat etiam Josephum aperte hic Judæum se profiteri, cum eos, qui Christum apud Pilatum accusarunt τοὺς πρώτους παρ᾽ ἡμῖν appellat, & simul callide anniti, ut præcipuam crucifixionis invidiam a Judæis amovens in Pilatum & Romanos transferat. Pergit Josephus: ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων, *apparuit enim iis tertia die iterum vivus, prout divini Prophetæ & hæc & alia multa de ipso miranda prædixerant.* Hæc verba Lambecius deprompta a Josepho esse putat ex Marc. xvi, 9. Luc. xxiv, 25, 26, 27. & aliis dictis Euangelicis & Apostolicis, in quibus Christi resurrectio, & resurgentis apparitiones referuntur, ejusque gesta Propheticorum oraculorum collatione confirmantur. Minime tamen Josephi verba ita accipienda esse notat, quasi ipse vel Christi resurrectionem veram esse vel oracula Prophetarum ad eundem pertinuisse crediderit, cum potius hæc tantum ex Christianorum sententia retulerit, iisque traditionis suæ probandæ onus reliquerit, lectoribus autem suis in utramque partem judicandi libertatem concesserit. Idque ex eo confirmat, quod Josephus non simpliciter dicat: ἐφάνη πάλιν ζῶν sed ἐφάνη αὐτοῖς, quasi dixerit: *illi vivum apparuisse dicunt, fides sit penes Autores.* Tandem Josephus & hoc addit: εἰς τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον, *& nunc etiam Christianorum ab hoc denominatorum non defecit genus.* His verbis Lambecius Josephum non modo se Christianorum numero eximere ait, sed etiam mirari, quod eo tempore, quo hæc scripsit, ullus adhuc Christianorum superfuerit, cum præsertim persecutio, quam sub Nerone Christiani passi sunt, tam gravis fuerit, ut totum Christianorum genus ea extingui posse videretur. Hæc paulo prolixius ex Lambecio excerpere haud gravatus sum, cum isti de bibliotheca Vindobonensi commentarii in paucorum manibus versentur, & ab aliis, qui de hac Josephi periocha scripserunt, hactenus nondum, quod sciam, ad examen revocata fuerint. Videntur autem mihi Lambecii interpretationes nimis longe petitæ, & tam coactæ, ut longe satius videatur, locum hunc Josephi ut spurium plane rejicere, vel saltem interpolatum agnoscere, quam hoc modo ut genuinum defendere. Quis enim temere præsumat, Josephum, cum Iesum sapientem Virum appellat, hoc titulo in sinistram partem uti? Christum semel iterumque a discipulis pro spectro habitum fuisse verum est, sed quod Josepho hæc in mentem venerint, cum scriberet, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, persuadere mihi non possum. Et qualis foret hæc consequentia, Christus non tam homo quam φάντασμα potius seu spectrum fuit. Multa enim miracula patravit? Rectius hæc Josephi verba Huetius interpretatur, cum illa κατὰ σχῆμα & oratorio more a Josepho dicta asserit, ut prodigiorum a Iesu patratorum & beneficiorum in homines collatorum magnitudinem extolleret, ac si dixisset: tanta Christus gessit, ut Deo quam hominibus propior videretur. Cujus explicationis illustrandæ gratia Matthiæ Corvini Pannoniæ Regis epitaphium adducit:

> Corvini *brevis hæc urna est, quem magna fatentur*
> *Facta fuisse Deum, fata fuisse hominem.*

Notamus vero & hoc, in manuscriptis exemplaribus antiquæ versionis, quæ Rufino tribuitur, verba hæc: εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή plane non reddi, unde non injuria aliquis suspicari possit, verba illa ab aliena manu accessisse. Sane in codice ante 8. secula exarato, qui penes Vossium fuit, verba hæc latine expressa non erant, ut ipse attestatur. Porro longe aliud est libenter vera suscipere, quod Christi discipulis Josephus tribuit, aliud fabulas & quævis absurda cum voluptate amplecti, quæ Lambecii explicatio est. Cum autem Josephus ait: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, certum est, quod Christi nomine Jesum Nazarenum non solum a Jesu Damnei Filio, vel a Jesu Gamalielis Filio & aliis qui isto tempore hoc nomine gaudebant distinguere voluerit, sed Christi etiam nomine Messiam intelligat. Et cum Josephus quippe Judæus Iesum pro Messia agnoscere non potuerit, non possunt ejus verba aliter interpretari, qui hoc de Christo testimonium revera a Josepho scriptum contendunt, quam quod hæc verba ellipsi vocis λεγόμενος laborent. At Josephus tali ellipsi uti non solebat. Nam Jacobum vocat fratrem Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ (44.) quemadmodum & Pilatus ad Judæos dicebat: τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; (45.) Malim igitur cum Montacutio (46.) statuere, verba ista ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν glossema quoddam esse & marginalem Christiani cujuspiam lectoris annotationem, Josephi textui postea a librariis insertam. Unde & a Cedreno hoc Josephi testimonium allegante omissa videas. Aut si Christi mentionem Josephus fecit, fortasse his verbis usus est: ὁ Χριστὸς οὗτος εἶναι ἐπιστεύετο. Sic enim Hieronymus videtur legisse, qui Josephi verba ita exprimit: *credebatur esse Christus.* Præterea quoque non probabile videtur, quod Josephus crucifixioni Christi insultare, aut Apostolorum fidem in crucifixum irridere voluerit. Quomodo enim crucifixioni Christi insultare potuit, qui statim addit eum a mortuis tertia die resurrexisse, quemadmodum hæc & plura alia Prophetæ prædixerant. Quæ verba ita sane a Josepho concepta sunt, ut non ex aliena, sed ex sua sententia loqui videatur. Quamobrem hæc etiam verba vel Josepho afficta, vel interpolata arbitramur. Postremo & hoc addit Lambecius, quod Josephus historiam de Paulina quam Decius Mundus Anubidis personam simulans in templo Isidis stupravit, testimonio suo de Christo non aliam ob causam subjungat, quam ut Christianorum fidem de Christi conceptione & nativitate tacite suggillaret. Et tamen hoc testimonium Josephi de Christo summo jure in Josephi operibus pro pretiosissima & vix æstimabili gemma haberi cupit, cum per illud Sacrorum Bibliorum Novi Testamenti veritas etiam hostili attestatione confirmetur. Si igitur Lambecius hoc Josephi testimonium tanti æsti-

(44.) lib. 20. c. 8. (45.) Matth. xxvii. 17. (46.) in var. lect. ad Euseb. demonstrat. evangel. pag. 2.

æstimat, qui tamen ex maligno animo & cum maximo Christianæ religionis ludibrio hæc a Josepho dicta statuit, quanti hoc testimonium æstimabunt, qui insigne elogium his Josephi verbis contineri, & Josephum vel in confinio Christianæ lucis positum, vel ad confessionem veritatis singulari Dei virtute compulsum asserunt? Sane Abrahamus Whelocus in epistola ad Arnoldum (47.) totum potius Josephum e medio & penitus e mundo tollendum existimat, quam ut illam nobilissimam de Christo periocham a Christiana ecclesia tolli patiamur.

Scriptorum Josephi utilitas & auctoritas.

Verum cum illam Josephi periocham adulterinam vel saltem interpolatam esse non levia prodant indicia, & neque Christiani, quorum fides certioribus fundamentis innititur, magnopere illo egeant, neque Judæi ejus autoritate moveantur, leve damnum erit, si gemma illa adulterina careamus. At Josepho non æque carere possumus. Nam non solum libros Veteris Testamenti, historicos egregie illustrat, sed etiam historiam ecclesiasticam Veteris Testamenti, quæ in Sacro Codice integra non extat, continuat, quo nomine quantum Josepho debeamus res ipsa clamat, cum e solo pæne Josepho historiam ecclesiasticam Veteris Testamenti quoad ultimas ejus periodos haurire liceat. Et vel hoc unum pro Josephi commendatione sufficit, etsi longe plura, quæ nobilissimo huic Scriptori insigne precium conciliant, afferre possem, nisi soli lumen inferre intempestivum foret. Pessime quidem Historicum optime de posteritate meritum excepit Jacobus Salianus in annalibus ecclesiasticis Veteris Testamenti, cum per omnes istorum annalium tomos Josephi reprehensio utramque paginam faciat. Præiverat Saliano Baronius in annalibus ecclesiasticis Novi Testamenti, quippe qui nullam Josephi carpendi occasionem prætermittit. Neque benignior erga Josephum est Leonis Allatii affectus. Cum enim Scaliger in prolegomenis librorum de emendatione temporum Josephum diligentissimum & φιλαληθέστατον Scriptorem nominasset, & postea subjunxisset: *audacter dicimus, non solum in rebus Judaicis, sed etiam in externis tutius illi credi, quam omnibus Græcis & Latinis;* verissime quidem id a Scaligero dictum censet Allatius, (48.) sed eo tantum respectu, quatenus id audacter se dicere pronunciat, cum extremæ audaciæ sit, hominem densissimis errorum tenebris involutum omnibus Græcis & Latinis Scriptoribus anteferre. Nolo alios recensere, qui Josephum tanquam Scriptorem futilem & nullius precii traducunt. At nec defuerunt, qui Sanctorum Patrum vestigiis insistentes Josephum fide dignum judicarunt, & maximum veritatis studium in ejus operibus commendarunt. E quibus Casaubonus (49.) arbitratur, omnes Josephi hallucinationes & ἀβλεψίας, si in unam summam contrahantur, vix centesimam partem culparum ab Eusebio in chronicis aliisque scriptis commissarum æquaturas esse. Et, ut alios Josephi vindices nunc omittam, nuperrime etiam Antonius Pagi Ord. Min. Convent. S. Francisci passim (50.) Josephum ab erroribus, quorum a Baronio postulatus fuerat, absolvit. Inter alia dicit, Josephum cujus magna fides & eruditio in iis, quæ narrat, elucescit, justo inclementius a Baronio tractari, ejusque diligentiam in notatione temporum spectatissimam in iis quæ sine ipso Eusebius ignorasset, ex Eusebio corrigi non posse. Fatemur

Josephi errores & nævi.

tamen, Josephum ut hominem, & Judæum insuper, multis erroribus obnoxium fuisse. Unum atque alterum tantum notabimus. Libro 12. antiquitatum c. 13. Polybium reprehendit, quod Antiochum Epiphanem ob sacrilegii conatum periisse dicat, cum sacrilegium voluisse non videatur res digna supplicio, nisi voluntas ista perficiatur. Quam sententiam ne quidem in soli foro simpliciter tolerari posse Rainoldus (51.) animadvertit. Quamvis enim ob peccata cogitationis neminem pœnam pati Ulpianus pronuntiet, conatus tamen alicujus sceleris etiam humano judicio vindicatur. Quanto minus ergo conatus sacrilegii coram divino tribunali impunis erit? unde hac in parte etiam gentiles quosdam plus vidisse quam Josephum, & alios Judæos Christi coævos, Ludovicus Ferrandus (52.) observavit. Nimirum Josephus, ut Cunæi judicium repetamus (53.) Autor omni laude dignus, & cui post sacrorum voluminum Scriptores prima esse debet fides, etsi gravitate super cunctos Judæos eminet, tamen haud ubique a deliramentis abhorret popularium suorum. Adducit Cunæus ejus rei specimen ex historia Caini, in quo Josephus agriculturæ studium, tanquam ex lucri odore profectum & cum magna terræ injuria conjunctum damnat, unde etiam ejus muneribus per sacrificium oblatis Deum delectari non potuisse scribit, cum non sponte nata sed labore hominis avari veluti per vim producta fuerint. In qua sententia Josephum rationem fugisse etiam Bœclerus notavit, (54.) qui præterea Josephum in historia creationis & lapsus sæpius impegisse & Mosis verba ob κάλυμμα ἰουδαϊκὸν oculis incumbens minus intellecta ad sequiores interpretationes deflexisse demonstravit. Porro ad errores Josephi referenda sunt, quæ de arte Dæmones virtute radicis annulo inclusæ per nares extrahendi, & ab obsessis profligandi tanquam singulari sapientissimi Regis Salomonis invento libr. 8. Antiquit. c. 2. retulit. Radicem autem illam dum alibi describit, (55.) alium etiam errorem addit, cum ait, Dæmonia esse hominum impiorum spiritus, quos vivis immergi, & eos, quibus subventum non fuerit, necare tradit. Quam opinionem ex Magorum disciplina haustam esse Tertullianus (56.) indicat. Quamobrem hic Josepho non magis credendum est, quam illi Dæmoni puerum sedecim annorum vexanti, qui Philostrato referente (57.) interrogatus quis esset, respondebat se esse εἴδωλον ἀνδρὸς, ὃς πολέμῳ ποτὲ ἀπέθανεν, seu idolum viri jamdudum in bello interfecti, qui uxorem suam vehementer amaverit, sed quia uxor conjugii jure violato triduo post ejus mortem alteri nupserit, summum erga mulieres odium conceperit, & amorem suum ad hunc puerum transtulerit. Non probandum quoque in Josepho, quod, cum historiam transitus Israëlitarum per mare Erythræum describit, miraculum divinæ potentiæ haud parum extenuet, dum ait, (58.) se hæc recensuisse, ut in sacris codicibus invenerit, & cuilibet liberam sentiendi facultatem permittere, num Dei Voluntate via per mare Israëlitis patuerit, an naturæ sponte, quemadmodum & Alexandri M. ductu Macedonibus mare Pamphylium cesserit, & aliam viam non habentibus iter illac aperuerit, cum Deus ejus opera ad destruendum Persarum imperium uti vellet. At quid cum Mose commune habuit Alexander, quem Strabo libro 14. Pamphyliæ littus observato æstu, & militibus umbilico tenus immissis oblique legisse & superasse tradit? Quemadmodum igitur Plutarchus (59.) Gentiles Historicos perstringit, quod Alexandri iter per mare Pamphyliæ referentes miraculum excitent,

(47.) Conferatur testim. Flavian. p. 222. (48.) not. ad Eustath. p. 11. (49.) exercit. 12. ad Baron. p. 170. (50.) Conf. ejus Criticam ad annal. Baron. in apparat. n. 134. & 135. it. ad A. C. 14. n. 3. (51.) de apocryph tom. 2. 618. (52.) in Psalm. libr. p. 334. (53.) libr. 3. de Rep. Hebr. p. 373. 374.

(54.) exercit. in Fl. Joseph. (55.) lib. 7. de Bell. Judaic. c. 23. vel 25. p. 981. (56.) c. 57. de anima. (57.) libr. 3. de vit. Apollon. c. 12. (58.) l. 2. antiquit. c. 7. (59.) in Alexand. p. 673.

tent; quasi divina aliqua sorte Alexandro mare cessisset, cum tamen ipse Alexander in epistolis suis nullum ejusmodi portentum jactaverit: ita & Josephum reprehendere licebit, quod admirandum Israëlitarum per mare transitum cum Alexandri per mare Pamphyliæ itinere comparans, tanto plus vero miraculo detraxerit, quanto magis fictum amplificavit. Observarunt, qui in Josephi lectione diligenter versati sunt, quod etiam de aliis divinis miraculis subdubitanter & frigidius loquatur, quam Sacræ Scripturæ autoritas postulet. Historiam enim Jonæ a ceto devorati & post triduum redditi his verbis concludit, *διεξῆλθον ἣν τὴν περὶ αὐτοῦ διήγησιν, ὡς εὗρον ἀναγεγραμμένην, hæc de eo sic retulimus ut invenimus in commentariis.* (60.) Quali epiphonemate etiam decimum Antiquitatum librum concludit, dum ait, se hæc, ut invenerit, in literas retulisse, & cuilibet integrum relinquere, ut diversam, si velit, opinionem sequatur. Enimvero nonnunquam veritatis amorem in Josepho nimium Gentilibus placendi studium corrupit. Quorsum & illud referendum, quod libro 2. contra Apionem scribit, (61.) supremum Legislatorem aperte Judæis interdixisse, ne Deos ab aliis cultos riderent aut blasphemarent. Ubi autem Deus hanc legem sanxit, ne quisquam illis malediceret, quos aliarum gentium opinio Deos confinxit? Respexit forte ad legem, quæ Deos execrari vetat. (62.) Verum istud edictum non ad Gentilium idola, sed ad Magistratus Dei in terra Vicarios pertinet, ut jam olim Cyrillus Alexandrinus contra Julianum Apostatam ostendit. (63.) Si vero Josephus ad legem de Diis Gentilium ore non memorandis aut nominandis, quæ Exod. cap. 23. ℣. 13. legitur, respexit, ne sic quidem probare poterit, convicia in Deos Gentilium Divina lege prohibita fuisse, ut fuse Seldenus (64.) demonstravit. Neque hic dissimulanda est pudenda illa Josephi adulatio, qua oracula de regno Messiæ ad Vespasianum applicuit. Cum enim in Sacris Literis prædictum fuisset, istis circiter temporibus quendam ex Judæorum finibus profectum orbem terrarum imperio potiturum, id in Vespasiano implendum dicere Josephus non dubitavit. (65.) Et toto quidem oriente vetus illa & constans fama percrebuerat, esse in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur, quam de Imperatore Romano & imprimis de Vespasiano & Tito quod interpretati fuerint Suetonius, (66.) & Tacitus, (67.) minus mirandum est, cum & ipse Josephus sacro illo oraculo Vespasianum, qui apud Judæam Imperator creatus est, designatum scripserit, (68.) a reliquis Judæis hic dissentiens, qui oraculum illud ad se spectare rati se tanto fortius Romanis opposuerunt. Non satis ergo erat Josepho, cum in castro Jotapata captus esset, imperium Romanum Vespasiano prædicere, nisi ipsum etiam terræ marisque & totius humani generis Dominum futurum prædixisset. (69.) Rectius autem vulgatum illud toto oriente oraculum de Iesu nostro explicari debuisse Hegesippus (70.) & alii notarunt. Sed nolo jam recensendis Josephi erroribus diutius immorari, quos multos esse non diffiteor. Fatendum tamen & illud, multos Josepho errores tribui, qui potius librariis vel interpretibus tribui debuissent. Sane numeros in Josephi operibus scriptorum vitio sæpe vitiatos deprehendit Constantinus L'Empereur (71.) Et nonnunquam Josephus ex ipso Josepho corrigi potest. Nonnulla enim in libris contra Apionem rectius scripta sunt, quam in libris Originum scripta fuerant, ut Scaliger in notis ad selecta fragmenta veterum Græcorum uno alteroque exemplo probatum dedit. (72.) Nec defuerunt, qui Josephum a graviorum quorundam errorum culpa liberarent. Quid frequentius quam Josepho objicere, quod a Matthæo dissentiat; dicente, Tetrarcham Herodem Fratris sui Philippi Conjugem Herodiadem rapuisse? Josephus enim Herodiadem non Philippi sed alterius Herodis uxorem fuisse dicit. Atque hinc, ut Sanctis Euangelistis veritas sua constet, quamplurimi Josephum ignorantiæ & oblivionis arguunt, & in hac de raptu Herodiadis historia vel Gorionidem ab Herodum ætate longe remotissimum Flavio nostro Josepho in cognoscenda veritate perspicaciorem fuisse contendunt. Quamvis autem Josephus in hac causa etiam a Casaubono, quem in aliis gravissimum sui vindicem expertus est, desertus fuerit, fuerunt tamen qui insanabili huic, quod videbatur, vulneri medicam manum adhiberent. Cum enim Josephum in Herodum historia accuratissime versatum constet, non permittendum censuerunt, ut in hac Herodiadis historia mendacii argueretur. Et parum quidem abfuit, quin nonnulli ex Josepho Euangelistas corrigere auderent. Legitur enim in Scaligerianis, quæ Jacobus & Petrus Fratres Puteani ex Scaligeri ore excerpserunt, veteres Christianos multa in Novo Testamento addidisse, & forte hic etiam aliquid mutasse. (73.) Verum desperato isto remedio non opus est, cum non desit commoda ratio Josephum cum Euangelistis conciliandi, quæ apud Grotium, (74.) Noldium (75.) & alios videri poterit. Quantum ad historiam infanticidii Bethlehemitici attinet a Josepho omissam, Scaliger in prædictis excerptis Christianos potius alicujus additionis ad historiam Euangelicam, quam Josephum alicujus omissionis arguere videtur. Vossius autem in chronologia sacra, quam ad mentem veterum Hebræorum & præcipue Josephi exposuit, non se mirari dicit, quod Josephus infanticidii illius historiam prætermiserit, cum post tot crudelitatis exempla Hierosolymis & per totam Palæstinam edita, post sublatos diversis suppliciis tot filios, uxores, proximos, & amicos non magna res fuisse videatur, quod Herodes unius vici & adhærentis territorii infantes sustulerit, quorum stragem non adeo magnam fuisse putat, cum non omnes, sed mares tantum, & qui intra bimatum essent, cæsi fuerint. Quod autem Macrobius libr. 2. Saturnal. c. 4. retulit, Imperatorem Augustum cum inter pueros, quos in Syria Herodes Rex Judæorum intra bimatum jussit interfici, filium quoque ejus occisum audivisset, dixisse: melius est Herodis porcum esse quam filium, id Vossius merum figmentum esse censet, cum Herodis filii, qui a Patre interempti sunt, omnes adolescentiam jam exuerint, ideoque illud Augusti scomma ad infanticidium Bethlehemiticum non pertineat. Sed esto, ad fabulas referri debere, quod inter infantes ab Herode occisos aliquis ex Herodis filiis fuerit, omnino tamen mirandum videtur, Macrobium Gentilem de infantibus intra bimatum ab Herode occisis aliquid memorasse, & Josephum Judæum, qui illorum temporum historiam magna diligentia persecutus est, stragem illam Bethlehemiticam silentio involvere, quæ non unicum tantum vicum, sed etiam totum circumjacens territorium pervasit.

Quamvis autem nonnulla in Josepho sint, quæ omnem excusationem aut defensionem respuant, cætera tamen ita comparata sunt, ut avidissimos le- *Nova editio Josephi.*

(60.) lib. 9. Antiquit. c. 11. (61.) p. 1077. (62.) Exod. XXII, 28. (63.) libr. 7. contr Julian. (64.) de jur. nat. & gent. libr. 2. c. 13. (65.) Euseb. libr. 3. c. 8. Zonar. libr. XI. annal. c. 16. (66.) in Vespas. c. 4. (67.) libr. 5. histor. (68.) libr. 7. de bell. Judaic. c. 12. vel 31. p. 961. (69.) libr. 3. de B. J. c. 27. p. 854. (70.) libr. 5 de excid. Hierosolym. c. 45. (71.) in notis ad Middoth. c. 4. sect. 3. p. 145. (72.) p. 9. & 18. (73.) p. 177. (74.) annot. ad Matth. (75.) in histor. Idum. p. 204 & seq.

lectores merito suo semper invenerit. Quamobrem cum Græco-Latina Josephi exemplaria, quibus Bibliopolarum officinæ jam pridem caruerunt, a plurimis eruditis desiderari animadverteret Vir integerrimus & sumtibus in novas Sanctorum quorundam Patrum aliorumque bonorum Autorum editiones hactenus erogatis spectatissimus MAURITIUS GEORGIUS WEIDMANNUS, cæteris in bonos libros meritis & hoc addidit, ut Josephi opera Græco-Latine impensis suis denuo imprimi & novam insuper appendicem adjici curaret. In ista

Appendix Aristeæ.

appendice primum exhibetur ARISTEÆ liber de 70. Interpretibus. Cum enim Josephus in suis antiquitatibus illam Aristeæ narrationem velut in compendio referat, & ipse Aristeas in paucorum manibus versetur, visum fuit operæ pretium, Josephi operibus Aristeam adjungere. Fuit autem Aristeas e Ministris Ptolemæi Philadelphi Regis Ægyptii, quem Hieronymus (76.) Ptolemæi ὑπερασπιστὴν appellat, quam vocem non fideliter interpretatur Hugo Cardinalis, cum ait hoc vocabulo fidelem interpretem notari ab *hyper* i. e. valde & *pistis* i. e. fides. Nec minus lepida est altera interpretatio, qua hyperaspistes est Notarius, ab *hyper* i. e. super & *pistan* assistens. Utramque deridet Erasmus, (77.) cum ὑπερασπιστὴς satellitem seu protectorem significet, quia satellites ἀσπίδος seu clypei objectu Regum corpora tegebant. Neque tamen e vulgari satellitio Aristeas fuit. Andreas enim, qui una cum Aristea Ptolemæi Regis nomine ad Judæos ablegatus fuit, in literis Regis ad Eleazarum Pontificem Judæorum Ἀρχισωματοφύλακος titulo ornatur. Si igitur etiam Aristeas Regis corporis custodiam habuit, quod Josephus asserit, (78.) ipse quoque inter præcipuos Regii corporis custodes numerandus erit. Sane Ptolemæus & Andream & Aristeam in magno apud se honore constitutos asserit. Hujus autem Aristeæ & historiæ, quam composuit de LXX. Interpretibus, præter Josephum & Hieronymum etiam Tertullianus, (79.) Eusebius, (80.) Epiphanius, (81.) Syncellus (82.) & alii meminerunt. Prodiit ille Aristeæ liber a Matthia Palmerio Latine redditus Basileæ anno 1536. apud Johannem Bebelium una cum Olympiodori in Ecclesiasten commentario, & Gregorii Neocæsariensis in eundem Ecclesiasten metaphrasi. Et hæc Palmerii versio etiam micropresbytico seu syntagmati veterum quorundam Theologorum, quod Basileæ anno 1550. Henricus Petri in lucem publicam emisit, nec non Bibliothecæ Patrum (83.) inserta legitur. Sichardus autem cum Palmerii versionem minus accuratam deprehenderet, de nova adornanda cogitabat, quod consilium postea mutavit, cum hunc laborem a Matthia Garbitio præoccupatum intelligeret, cujus versionem Basileæ anno 1561. una cum Græco Aristeæ textu Oporinus excudit. Postea etiam Jacobus Middendorpius Aristeam ex Græcis manuscriptis & Latinis codicibus restituit, & commentario suo illustravit, quæ editio Coloniæ anno 1578. in lucem prodiit. Atque ut de Germanicis, Italicis & Gallicis versionibus taceam, etiam in Hebraicum sermonem hanc Aristeæ historiam transtulit R. Azarias de Rubeis, qui hunc Aristeæ tractatum Hadrath Zekenim seu decorem senum inscripsit, & libro Meor Enajim inclusit. (84.) Num vero ista narratio de 70. Interpretibus vere a Ministro quodam Ptolemæi Philadelphi, qui Aristeæ nomen gessit, scripta, an ab impostore quodam sub Aristeæ nomine conficta fuerit, de eo non inter omnes æque convenit. Alii enim cum Isaaco Vossio (85.) priorem, alii cum Josepho Scaligero (86.) posteriorem sententiam defendunt. Peculiari tractatu paucis abhinc annis hoc argumentum discussit Humfredus Hody, qui quidem librum Aristeæ, qualis hodie superest, non diversum esse ab eo, ex quo Josephus & Eusebius historiam de 70. Interpretibus retulerunt, ipsam autem historiam jam ante Josephi ætatem sub Aristeæ nomine a Judæo quodam confictam esse pluribus argumentis demonstrare contendit. Nostrum jam non est tantas componere lites. Quæ in appendice

Notæ ad epitomen Aristeæ.

Josephi nostri sequuntur notæ ad epitomen Aristeæ vel Aristæi a Josepho excerptam debentur Juveni non vulgaris industriæ & eruditionis JOHANNI ALBERTO FABRICIO, a quo etiam novam Apocryphorum editionem propediem expectamus. Notas illas, cum & breves sint, & eruditæ, perlegere nec molestum, nec inutile fuerit. * Varias lectiones librorum de bello Judaico

Variæ Lectiones ex MSC. Lips.

& libelli de Maccabæis ex manuscripto bibliothecæ nostræ Academicæ Paulinæ collegit Excellentissimi Bibliothecarii heu nuper defuncti, sed tamen in Academia nostra & Orbe toto literato eruditionis fama immortaliter victuri Filius non degener JOACHIMUS FRIDERICUS FELLERUS, quas Josephi lectoribus non ingratas fore arbitramur cum illarum collatio locis nonnullis obscurioribus lucem afferre possit. Imprimis autem in libro de imperio rationis manuscriptus ille codex integris periodis auctior ab editis multum differre deprehenditur, quod jam supra monuimus & ipsa collatio ostendit. Ejusdem *libelli de*

Liber de Maccabæis cum versione & notis Combefisii.

Maccabæis versionem novam Combefisio elaboratam propterea addere voluimus, quia Erasmi paraphrasis supra exhibita a Græco textu nimium discrepat. Nusquam enim in Græco textu leguntur nomina fratrum Maccabæorum, quæ Erasmus in sua paraphrasi expressit nescio unde hausta. Neque in Græco textu Josephus hæc de Maccabæis ex sacris Literis se accepisse dicit, quod in Latinæ paraphraseos epilogo legitur, ut plura alia taceamus. Unde & in Erasmum invehitur Combefisius, quod nova sua pro Josephi antiquis venditaverit, & sub paraphraseos specie multa infarserit a Josephi verbis aliena, diuque sibi in votis fuisse dicit, ut eruditus quispiam & Græce doctus egregiam hanc Josephi lucubrationem Latine redderet, cum Erasmus in sua paraphrasi sui potius ingenii speculationes, quam Josephi verba expresserit. Dum autem Combefisius ita se gerit, quasi nemo hunc tractatum ante se ita interpretatus fuerit, ut Latina Græcis respondeant, ignorasse videtur, quod in nonnullis Josephi editionibus nempe in editione Basileensi anni 1567. Coloniensi anni 1593. & quibusdam aliis non Erasmi paraphrasis, sed alia nescio cujus interpretis versio legatur, quæ ad Græcum textum propius accedit. Initium illius versionis jam supra, ubi de Latinis Josephi editionibus actum est, indicavimus. Præterea in editione apocryphorum Basileensi, quæ ex Officina Brylingeriana anno 1582. prodiit, adhuc alia versio legitur, quæ sic incipit: *Studiosissimum sapientiæ sermonem declaraturus.* Non est igitur quod Combefisius, & Andillius Gallicus Josephi interpres querantur, libelli de Maccabæis nullam aliam interpretationem hactenus extitisse, quam illam Erasmi paraphrasin. Deprompsimus autem novam, quam in hac

(76.) præfat. in Pentateuchum seu epistol. 104. (77.) Tom. IV. Oper. Hieron. p 6. (78.) libr. 2. contr. Apion. p. 1064. (79.) Apolog. c. 18. (80.) libr. 3. de præparat. evangel. c. 1. & sequ (81.) de ponder. & mensur. c. 9. & sequ. (82.) chronogr. p. 273. (83.) edit. Paris. tom. 7. Colon. tom. 1. & Lugdun. tom. 2. (84.) Bartolocc. Bibliothec. Rabbin. tom. 1. p. 437. sequ. (85.) de 70. Interpret. c. 4. (86.) ad Chronic. Euseb. p. 133.

* *Hæ V. L. omissæ jam sunt post hac Prolegomena, quoniam in Notis passim suis locis inseruntur.*

hac Josephi appendice damus, Combefisii versionem cum ejusdem notis & animadversionibus ad hunc tractatum ex novissimo, quod vocat, bibliothecæ Patrum Græco-Latinorum auctario, quod anno 1672. Parisiis vulgatum est. In postremam appendicis partem rejecimus *fragmentum ex Josephi parænesi ad Græcos, quæ inscribitur de causa universi contra Platonem.* Tractatum illum περὶ παντὸς integrum habuit & legit Photius, ut in bibliotheca sua testatur, (87.) ubi refert hunc librum in quibusdam exemplaribus sic inscriptum: περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, in aliis περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας. Duos vero libellos fuisse docet, quibus Autor Platonem secum pugnare docuerit, Alcinoum quoque de anima, materia & resurrectione ut absurda & falsa differentem reprehenderit, & Judæorum nationem quam Græcorum antiquiorem fuisse tradiderit. Dicit autem hunc tractatum ab aliis Josepho, ab aliis Justino Martyri, ab aliis Irenæo adscriptum fuisse. Ipse autem in eam sententiam inclinat, quod hic liber a Cajo Presbytero Romano scriptus fuerit, cum & in παραγραφαῖς marginalibus Codicis sui Caji nomen adscriptum invenerit, & Cajus in Labyrintho suo se libri de universi natura autorem professus fuerit. Josepho quo minus hunc tractatum tribuere velit, duas imprimis rationes obstare sibi profitetur, unam quidem, quod Autor de homine & anima ita disserat, ut ejus discursus Hebræorum de natura hominis doctrinæ minus convenire videantur; altera vero, quod de Christo ὡς ἔγγιστα, hoc est juxta Schottum aptissime, seu ut Tanaquillus Faber (88.) maluit, ad nostrum ferme modum seu proxime ad Christianorum fidem differuerit, κλῆσίν τε αὐτὴν ἀναφθεγγόμενος, καὶ τὴν ἐκ πατρὸς ἄφραστον γέννησιν ἀμέμπτως ἀναγράφων, & ipsam Christi appellationem explicans, & inenarrabilem ejus ex Patre generationem describens, quod a Josepho Judæo alienum esse res ipsa demonstrat. Non defuerunt tamen, qui adhuc Josepho tractatum illum vindicarent. In his Johannes Zonaras, (89.) cum Josephi de Christo testimonium adduxisset, subjungit, eundem Josephum ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας λόγῳ, ὃς κατὰ Πλάτωνος ἐπιγέγραπται περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, seu in oratione ad Græcos, quæ contra Platonem inscribitur de universi causa Christum ut mundi Judicem inducere, ejusque tractatus, ex quo verba quædam adducit, etiam Damascenum in suis parallelis meminisse. Et Arnoldus Peraxylus Arlenius, qui Josephi opera Græce primus edidit, non sufficientes rationes a Photio adductas existimat, ob quas Josepho hoc opus abjudicari debeat, cum Josephus etiam in libris Originum ita de Christo ejusque operibus & miraculis differat, ut eundem virum vel hominem vix appellare audeat, & tacito suffragio ejus divinitatem veneretur. Qua de re quid sentiendum sit, superius ostensum fuit. Promittebat autem idem Arlenius, (90.) se propediem istum tractatum cum Studiosis communicaturum. Sed promissa non servavit. David autem Hœschelius cum Photii bibliothecam Græce ederet & notis illustraret, fragmentum hujus tractatus ex Italia a Maximo Margunio ad se missum notis inseruit, cui etsi Josephi titulum præfixerit, non injuria tamen dubitari posse statuit, an Josephum Autorem habeat, cum a Christiano potius homine scriptum videatur (91.) Post Hœschelium, Stephanus le Moyne in variis suis sacris (92.) fragmentum illud iterum vulgavit, non amplius Josephi, sed Hippolyti nomine signatum. Cum enim anno 1551. non procul ab æde Laurentiana extra muros marmorea Hippolyti statua effoderetur, quæ postea in Vaticanam bibliothecam translata fuit, præter Hippolyti canonem Paschalem in hac statua repertus fuit librorum ab Hippolyto scriptorum catalogus, in quo & hoc opus observare licet:

ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ
ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΠΛΑΤΩΝΑ
Η ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ,

Quamobrem non amplius dubitandum censet Monachius, quin hoc opus, cujus insigne fragmentum superest, Hippolyto tribui debeat: Cur autem hoc opus olim a nonnullis Josepho tributum fuerit, duas affert causas. Prima est, quod Josephus (93.) promiserit, se peculiari opere περὶ οὐσίας Θεοῦ acturum; Altera, quod quæ in hoc fragmento de statu & loco animarum separatarum referuntur, cum iis conveniant, quæ Josephus περὶ τοῦ Ἅδου tradidit. Possit & tertia addi ex styli æqualitate, quam Photius observavit. Addimus & quartam ex Dodwello (94.) qui hunc περὶ παντὸς tractatum a Cajo (hunc enim Autorem esse putat, non Hippolytum) ex multis Autoribus & quidem propriis Autorum verbis collectum fuisse putat, quemadmodum & Macrobius ipsa Gellii aliorumque Autorum verba suppressis nominibus describat. Videtur autem ipsi verisimile, Cajum etiam nonnulla ex Josepho in librum istum transcripsisse. Certe Photius indicat autorem illius libri inter alia Judæos Græcis antiquiores demonstrasse. Ea autem quæ de Judaicæ gentis antiquitate differuit, commode ex Josephi libris contra Apionem transcribere potuit. Forte etiam ex Josepho hausit, quæ de mundi opificio breviter disseruit. Nam de hoc etiam argumento Autorem hujus operis tractasse ex Photio discimus. Cum autem ex variis Autoribus hoc opus collectum fuerit, quorum nomina forte vel ipse Autor, vel librarius quispiam nonnunquam in margine notavit, hinc illud opus modo Josepho, modo Justino, modo Irenæo, modo aliis adscriptum fuit. Quamvis autem Josephus ad calcem suarum antiquitatum promiserit, se in quadripartito volumine de sectis Judæorum etiam de Deo ejusque substantia acturum, opus tamen illud a Josepho non absolutum fuisse Dodwellus suspicatur. Cum enim Epaphroditus anno post editam Josephi ἀρχαιολογίαν proximo, nempe anno Domitiani penultimo, Christi 95. perierit, & Josephus infensissimos e gente sua hostes habuerit, conjicit istos Patroni casum in ipsius quoque Josephi perniciem convertisse, adeoque Josephum Epaphrodito haud diu superstitem fuisse. Cæterum cum fragmentum libri περὶ παντὸς sub Josephi nomine editum olim fuerit, ei in hac appendice operum Josephi locum aliquem concedere voluimus. Quod superest, benevolum Lectorem rogamus, ut qualemcunque hanc Josephi editionem boni consulat, donec vel novi Bertrami, Scaligeri, Cunæi, Petiti, Bigotii, Bosii, Monachii excitentur, vel Clarissimus Bernardus cum Josepho suo in gratiam redeat.

Scripsi Lipsiæ A. C. 1691. ante nundinas vernales.

Fragmentum ex libro περὶ παντός.

(87.) cod. 48. (88.) part. 1. epistol. pag. 141. (89.) libr. 6. annal. c. 4. (90.) præfat. ad oper. Joseph. (91.) not. ad Phot. bibl. p. 923. (92.) pag. 53. tom. 1. (93.) libr. 20. antiqu. c. ult. (94.) diss. 6. ad Irenæum.

JOANNIS ALBERTI FABRICII
AD
FLAVII JOSEPHI
OPERA
APPENDIX,

Qua continentur

ARISTEAS de LXX Interpretibus, Græce & Latine ex verſione Matthiæ Garbitii: una cum Variis Lectionibus ex Vaticano Codice, & aliunde conquiſitis.

Ad Epitomen Ariſteæ, quæ legitur libro duodecimo Antiquitatum Joſephi, breves notæ.

Libelli de Maccabæis verſio Latina auctore Franciſco Combefis † cum ejuſdem animadvenſionibus.

Fragmentum ex libro περὶ παντὸς, ſub Joſephi nomine quondam a Davide Hœſchelio editum, cum verſione Stephani le Moyne.

† Quas jam ſuis locis inſertas quærat Lector Notis reliquis ad Græca ipſius libelli.

ILLUSTRI ET GENEROSO VIRO HULDRICHO FUGGERO, KIRCHPERGÆ ET WEISSENHORNI DOMINO, VIRO ERUDITIONE, PIETATE ET VIRTUTE AMPLISSIMO,

S. P.

Si quæ, ut censent, Fuggere generosissime, ex conquisitione, vel publicatione reconditorum scriptorum, speranda laus est: non postrema iis meo Judicio debetur, qui monumenta, quibus regum magnorumque ducum præclaræ actiones, cum in cæteris vitæ partibus, tum rebus ac artibus utilibus conservandis, memoriæ posteritatis consecratæ fuere, e tenebris in lucem eruere, & ad publicam utilitatem proferre nituntur. Etenim dum in hoc diligente opera ac cura versantur, & justa honorificentissima defunctis solvunt, eorum memoriam ab oblivionis injuria vindicantes, & commemoratione laudis ipsorum, quasi trophæis Miltiadêis viventium animos ad similium rerum studium exsuscitant atque inflammant. Quod etenim præclare de hominum genere meritis majus præconium perenni ac immortali virtutis ipsorum præconio reddi, vel quod efficacius persuadendi argumentum viventium animis, quam mortuorum virtutis commemoratio adhiberi posset? Ac utinam, ut quam hic de defunctis & vivis bene merendi campus latissimus esse videtur, tam quoque ejus ingrediendi facultas cuilibet pateret: nihil quod ad præclara, mortuorum facinora ornanda, vel superstitum mentes ad virtutum decora impellendas pertinere posset, nobis hoc tempore defuturum existimarem. Verum ea jam temporum ac rerum conditio est, ut sæpius, qui velint, vel majorum negligentia, vel præsentium invidia ab aditu pulcherrimæ laudis arceantur: ac aditu concesso, ni quis utatur, in publica commoda, ac defunctorum manes graviter deliquisse, merito censeatur. Quamobrem cum mihi præterita hyeme, Italiam lustrandi gratia obeunti, singulari cujusdam eximii viri humanitate (nomini etenim certis de causis parco) Aristeæ libellus ostensus esset, quo, quæ a celebratissimo Ægypti rege Ptolemæo, cognomine Philadelpho, in cura legis divinæ transferendæ suscepta gestaque fuere, quam elegantissime describerentur, ejus obtinendi facultate data, quæ ad ejus descriptionem pertinerent, perquam lubenter suscepi: maxime cum res veræ religionis cultui vicinior, vel liberali benignitate augustior, vel variis vitæ civilis ac gubernationis utilissimis præceptis refertior, a nullo hujus generis historico, meo judicio, literarum monumentis prodire reperiatur.

Cujus etenim per Deum immortalem Regis, omnium historicorum libris excussis, factum propius ad verum veri Dei cultum accedens, quam hoc Philadelphi, invenietur: ad instructæ Bibliothecæ adornationem, legis Hebraicæ translationem immensis sumptibus, & populi Judaici liberatione redimentis: eamque tam religiosa pietate amplectentis, ut sæpius exclamare non dubitet, Εὐχαρισῶ τῷ θεῷ, οὗ τινός ἐςι τὰ λόγια ταῦτα: diemque illum quo lex adferretur, in singulos vitæ suæ annos, non minus ac eum quo gloriosissimam ab hoste victoriam retulerit, solennem magnumque esse statuat? Celebratur quidem in libris conquirendis, eorumque interpretandi cura, multorum clarissimorum Regum egregia voluntas: ut Babylonicorum, Pergamenorum, Polycratis Samii, Nicocratis Cyprii: & qui eos subsecuti fuere, Romanorum Imperatorum, Cæsaris, Augusti, Trajani, Vespasiani, Antonini, multorumque aliorum. Veruntamen ipsorum studium, nullatenus cum Philadelphi conferendum esse videtur. Illi namque partim βιβλιοφιλίᾳ, partim ambitione ducti, librorum conquisitioni & interpretationi studuisse putantur. Hunc autem & religionis & pietatis studio ad legis convertendæ cupiditatem abreptum, & Eleazari testimonium, & vox ipsius cum adoratione sæpius prolata, solennitasque in honorem legis allatæ instituta, aperte demonstrant: ita ut cæteros quidem omnes a veræ religionis cognitione alienos, in hoc studio longe præcelluisse, proximeque Juniori Theodosio aggregandus esse videatur: quo, teste Nicephoro, in Sacris libris, eorundemque interpretibus congerendis, inter Christianos principes nullus ante studiosior, nec forte etiam post extitit: cum insigni multorum dedecore, qui titulum veræ religionis præ se ferentes, in ejus propagatione, rerumque ad eam pertinentium instauratione, rege Ægyptio multo remissiores esse videntur. Cum etenim religio Christiana literis inclusa contineatur, hæc vero neutiquam absque Bibliothecis, tanquam castellis doctrinæ, conservari queant: qua laude nomen, quod profitentur, gerere possunt, qui rerum ad ejus conservationem pertinentium cura non afficiuntur?

Jam vero, cui unquam vel ante vel post Ptolemæum, literario monumento, aut scripto, tantus liberalitatis ac benignitatis honos est habitus, quanto Philadelphus legis divinæ translationem, ejusque interpretes remuneravit? Philippi liberalitati maxima cum laude datur, quod Aristotelem ingenti donatum pecunia, ad investigandas animalium naturas a se dimiserit. Ad comprobationem insignis liberalitatis filii ejus Alexandri in doctos, vox allegatur ejus, qui post mortem illius pauculo interjecto tempore, Archestrato nobili poëtæ ino-

inopia preſſo, dixiſſe fertur: Tu vero ſi Alexandri ætate fuiſſes, in præmium cujus libet carminis Cyprum aut Phœnicen habuiſſes.

Porro ut memorabile relatum, Cherilum ſingulorum verſuum ſingulos ſtateres aureos accepiſſe. Prædicatur Lyſander, quod poëtæ Antilocho ob pauculos verſus pileum argento impleverit. Omnium ore munificentia Antonini celebratur, Oppiano, ob dedicationem poëmatis de piſcibus, patrem relegatum ab exilio reſtituentis: illumque tot aureis donantis, quot verſus in poëmate de piſcibus inveniebantur. Sunt hæc, aliaque complura (nec etenim ſingula commemorare prodeſt) liberalia, & benignitatis in doctos ſpeciem egregiam habent: ſed tamen ſi munificentiæ Ptolemæi, illorumque collatio inſtitueretur, fateri neceſſe eſſet, illorum quidem liberalitatem prædicatam, hujus autem omni laude fuiſſe ſuperiorem. Nam de rerum, Legis tranſlationi impenſarum, quantitate ac ſumma, ne quid referam: quæ ſecundum Ariſteæ narrationem, earum ſubducta ratione, tanta invenietur, ut mirari potius eam quam æſtimare liceat, tot centenis talentorum millibus, partim in Judæorum redemptionem, partim in donaria Pontifici mittenda erogatis: Quanta benignitas & obſervantia Philadelphi in interpretibus excipiendis, tractandis & dimittendis commemoratur?

Ob adventum ipſorum ita lætatur, ut ſepties de eo gratias Deo agat, atque præ gaudio in lachrymas erumpat: præſentes tanta obſervantia, quanta nullos alios proſequitur: volentes abire, muneribus ampliſſimis donatos ita dimittit, ut illos ſubinde redire precetur, eorumque adventu maxima bona ſibi contigiſſe profiteatur. Neque ſane id ſine cauſa. nam & rectam regnandi rationem ab ipſis perceperat, & (ut Eleazarus de illo refert) compererat ἄνδρας δικαίȣς ϗ σώφρονας τὴν μεγίστην ἂν φυλακὴν τῆς βασιλείας εἶναι. Noratque cum aliis regibus quamplurimis literatos charos gratoſque fuiſſe: tum vero Alexandrum, cujus in regno iſto poſt patrem locum occuparat, non minus literarum & benignitatis in doctos, quam rerum fortiter geſtarum laude excelluiſſe. Ideoque non minus eruditionis ac benignitatis, quam regni ſucceſſionem ſibi glorioſam fore. Egregia virtus, & digna celebratiſſimi optimique regis ſententia: cujus ſolius imitationi utinam noſtri ſeculi Principes inſiſterent, cum eum vel in adornandis bibliothecis, vel liberalitate exercenda, magis facultate quam voluntate æquare non poſſe videantur: næ nos literas florentiores, majoremque doctorum copiam habituri eſſemus. Uti namque bona temperies, ac aëris clementia, copiam ac ubertatem frugum: ita humanitas, honor & beneficentia principis, bonas artes, excellentiaque ingenia producere conſuevit. Verum quam pauci & hac in parte laudem Philadelphi affectent, manifeſtum, & quidem nimium manifeſtum eſt. Quotus etenim quiſque jam Principum reperitur, qui literas digno amore complectatur: literatoſque benigne foveat, ſuſtentet, honoribuſque & præmiis ornet? Itaque cum regis Ægyptii tantam liberalitatem ac venerationem in doctos ab Ariſtea deſcribi perſpicerem, quanta noſtri ſeculi hominibus optanda potius quam ſperanda eſt, non potui non voluptate lectionis ejus ſingulari perfundi.

Quid vero dicam de variis vitæ civilis ac gubernationis præceptis, quæ in hoc libello continentur? Ex omni antiquitate nec autor, nec autoris libellus ullus, meo judicio, facile invenietur, qui utiliora vitæ, & publicæ gubernationi commodiora præcepta tradat: quique dignior ſit ut in manibus principum, & eorum qui Rempublicam gerunt, diligentius teratur, memoriaque circumferatur: quam hic ipſe Ariſteæ, qui titulo quidem LXX Interpretum hiſtoriam de legis divinæ tranſlatione pollicetur, ſed revera boni ac pii vereque Chriſtiani principis ſolidam perfectamque inſtitutionem complectitur, eique veræ ac minime fallacis felicitatis viam oſtendit. Laudatur a pleriſque Xenophontis Cyri Pædia, quod quæ ad boni principis informationem pertineant, rectius & elegantius cæteris autoribus monſtret: ferturque ideo inter alios præſtantiſſimo heroi Scipioni lectio ejus fuiſſe perquam familiaris. Cur vero præ ipſa Ariſteæ libellus non laudetur, qui non ſolum boni, ſed & boni & pii principis vivam imaginem oſtendit? Neque etenim ulla gubernationis munia incidere poſſunt, ſive domi, ſive foris, vel cum ſubditis, vel cum æqualibus, cum domeſticis aut extraneis, quin quomodo in iis cum pietatis atque virtutis laude feliciter Principi verſandum ſit, hic a viris non prophana, ſed Spiritus Sancti prudentia illuminatis, tradatur: idque tanta brevitate, ut unumquodque facile a quolibet percipi, & in magnis variiſque rerum occupationibus atque negotiis in mentem redigi, & ad uſum conferri poſſit. Quare tanto ejus lectio cæteris in hoc genere ſcriptis mihi gratior eſt viſa, quanto quæ pietate nituntur, cæteris feliciora exiſtunt: quantoque quæ a Spiritu Sancto dimanant, prophanis veriora & certiora nobis habentur.

Auxit porro non parum hiſtoriæ hujus legendæ cupiditatem jucundiſſima multarum rerum deſcriptio: utpote vaſorum, phialarum, menſæ aureæ, veſtium pontificalium, locorum Judææ, Hieroſolymorum, templi, arcis: ita expreſſa, ut oculis omnia ſubjecta & expoſita videantur, eorumque lectione animus liberalis non poſſit non affici ac delectari.

Cum itaque & ad aliorum, tum vero Principum vitam exemplis & præceptis præclare informandam libellum accommodatiſſimum, & minime jucunditatis expertem eſſe cernerem, a publicis commodis non alienam me rem facturum exiſtimavi, ſi eum multos jam annos latentem, cum converſione Latina in lucem eruerem. Etſi enim ante complures annos a Matthia Palmerio Piſano in linguam Latinam, & inde quoque in Italicam tranſlatus eſſet, tamen cum is (quod citra obtrectationem dictum ſit) in pleriſque locis ſenſum autoris minus aſſecutus videretur, quod mihi in Germaniam reverſo, a cæteris ſtudiis tempus reliquum erat, labori ejus convertendi non invitus impendere cœpi. Sed me eo, fortuna magis quam voluntate, quam citiſſime liberari contigit. Nam dum in eo verſor, fit, ut optimo doctiſſimoque viro Johanni Oporino, hoſpiti & amico meo, ejus converſio, authore Matthia Garbitio pauculos ante annos in inclyta Tubingenſi Academia Græcæ linguæ profeſſione cum vita feliciter defuncto, per doctiſſimum ejuſdem Academiæ, Phyſicæ peofeſſorem, Georgium Lieblerum, tranſmittatur. Ego itaque, qui talem operam ab eruditiſſimo viro in converſione illa navatam perſpicerem, quæ doctis minime improbari poſſet, libenter id manibus defuncti conceſſi, ut debita laboris exhauſti laude frueretur, eaque converſio meæ præferretur: ita tamen, ut ad meum exemplar, quod & integrius & correctius pleriſque in locis erat, textus Ariſteæ Græcus imprimeretur.

Cum tui vero clariſſimi nominis inſcriptione, Huldriche Fuggere generoſiſſime, cum in lucem producere libuit: & ut meæ, de præſtantiſſimis animi tui dotibus, multorum prædicatione jampridem conceptæ obſervantiæ ſpecimen qualecunque præberem: & quod nulli magis quam tibi, is convenire videretur. Tu ſiquidem divino Ptolemæi exemplo in veſtra ornatiſſima familia re-

renovato, non ſolum literarum ſtudioſos quam plurimos hinc inde liberali ſumptu alis: & peritiſſimos in omni doctrinarum genere profeſſores, Gaſſarum, Wolfium, Schrimgerum, Gerſtmannum, viros mihi amicitia junctiſſimos, domi tuæ ſumma benevolentia foves, honoribuſque & præmiis eximiis ornas: ſed & ita Ptolemæum comparatione optimorum librorum, & inſtructione ſelectiſſimæ Bibliothecæ refers, ut cum ejus laudis ac ſtudii ſocios quam plurimos habeas, omnes tamen poſt te reliqueris. Teſtantur id cum alii autores complures, tua liberalitate publicæ utilitati dati: tum vero Novellarum Juſtiniani abſolutiſſima editio, nobis poſt longa deſideria, cum perpetua voluntatis tuæ in literas laude, tandem communicata. Quare libellum hunc, & tanquam ſpeculum quoddam voluntatis tuæ præclaræ in literas, earumque ſectatores, hilari fronte intueri: & compellationem hanc, ut ab eximia virtutum tuarum admiratione & obſervantia ſingulari profectam, pro æquitate tua in meliorem partem interpretari: & me, quabonos omnes, benevolentia complecti digneris, etiam atque etiam te rogo: cum benigna mentione, ut veteribus olim Romanis atque Græcis non ſolum patrios atque indigetes deos pro ſe, ſed & exteros adorare licuit: ſic literarum ſtudioſis veſtri ordinis homines, quantumvis non admodum notos, vel gratia ſuæ obſervantiæ teſtificandæ, vel veſtræ benevolentiæ promerendæ, compellandi veniam facile dari ſolere. Ejus itaque a tua Magnificentia impetrandæ, per tuæ præclaræ, tantumque prædicatæ humanitatis famam, mihi fiducia facta, illud polliceor: nihil in poſterum mihi antiquius fore, quam ut, cujus jam tenuis umbra conſpicitur, ea in te obſervantia indies magis magiſque clarior reddatur: & im majoribus rebus ita ſeſe exerat, ne, quamvis virtutis, ſapientiæ, eruditionis ac humanitatis tuæ admiratores innumerabiles inveniantur, ego poſtremas inter illos tuliſſe videri queam. Vale in Chriſto feliciter: Cal. Julii, Anno a Chriſto nato 1561.

Magnificentiæ Tuæ

obſervantiſſimus

SIMON SCHARDIUS,
J. U. D.

ARGUMENTUM LIBRI,
AUTORE
SIMONE SCHARDIO.

CUm rex Ægypti Ptolemæus Philadelphus Bibliothecam inſignem, omnique librorum genere inſtructam, adornare conſtituiſſet, ejus negotii partes Demetrio Phalereo dedit. Is itaque ſingulari induſtria ac diligentia in coëmptione & deſcriptione librorum procuranda uſus, brevi ducenta librorum millia Bibliothecæ intulit. Inter alia autem, quæ pauciſſima erant, leges Judæorum ipſi nulla alia de cauſa, quam penuria Interpretum, qui eas in linguam Græcam transferrent, deerant. Rex itaque, cui earum deſiderium ſingulare Demetrii oratione injectum fuiſſet, ad Eleazarum pontificem Judæorum, Andream præcipuum corporis ſui ſatellitem, cum Ariſtea, libri hujus autore, cum ampliſſimis & elaboratiſſimis donis ablegat: petens, ut Interpretes Legi in linguam Græcam transferendæ idonei ſibi mittantur. Utque id facilius impetret, Judæorum, qui partim à Perſis, cum illi rerum potirentur, Hieroſolymis abducti, partim a patre regis Ptolemæo cognomento Lagi capti fuerant, ultra centum millia, ad preces Ariſteæ liberat: juſto precio iis a quibus captivi detinebantur, liberaliter perſoluto. Eleazarus itaque regis erga Deum pietate, & gentem Judaicam beneficentia perſpecta, ex ſingulis duodecim tribubus ſex ſeniores cum pellibus, in quibus Lex literis aureis lingua Judæorum perſcripta erat, ad eam transferendam dimittit. Iis itaque Alexandriam appulſis, rex ſplendidiſſimum ſex dierum epulum præparat: & denis, quatuor prioribus diebus: undenis, poſterioribus duobus, quæſtionem vel de felici regni gubernatione, vel vitæ præclare inſtituendæ ratione proponit. Qua, magna cum regis admiratione, omniumque aſtantium applauſu & acclamatione a ſingulis explicata, in domum ſplendide extructam, & ab omni tumultu ſtrepituque remotam deducti, Legis interpretationem ſeptuaginta diebus perficiunt. Rex ergo interpretatione religioſa veneratione accepta, eos muneribus ampliſſimis in patriam remittit. Hæc Ariſteas cum cognitione digniſſima cenſeret, literis excepta, fratri Philocrati exponit: interim magnificentiam donorum a rege pontifici miſſorum, civitatis Hieroſolymitanæ ſitum, terræ Judaicæ fertilitatem, templi formam, arcis munitiones, & habitum veſtis pontificalis quam elegantiſſime deſcribens. Tranſtulit ex hoc autore Joſephus ea quæ ſunt lib. 12. Antiquit. Judaicarum, capite 2. ubi convivii mentione facta, tandem lectorem ad hunc Ariſteæ librum remittit. Meminit quoque ejus Epiphanius libro de Menſuris & ponderibus, ex eo quoque non pauca ad ſua transferens, ac ea Ariſteæ narrationi adjiciens, in quæ hominibus eruditis ac ingenioſis diligentius nonnunquam inquirendum videtur. Nam cum ſacri libri duplicis ſint generis, ἐνδιάθετοι ϗ ἀπόκρυφοι, non modo prioris, ſed & poſterioris generis ab Eleazaro miſſos atque traductos fuiſſe refert: cum Ariſteas, & poſt eum Joſephus loco præallegato, tantum legis translatæ meminerint. Verum ut quid de eo ſentiendum, ex eruditiſſima Joachimi explicatione Chronologiæ Nicephoreæ, diligens lector perſpicere, ſimulque de interpretationibus ſacrorum librorum ea quæ a liberali cognitione, & ab hoc argumento minime ſunt aliena, cognoſcere poterit: ita alterius præter Epiphanium, & a Juſtiniano Imperatore Novella 146. cum ſingulari admiratione relati, & ab Ariſtea prætermiſſi, non poſſum non quaſi in tranſ-

N 3 curſu

cursu mentionem injicere: nimirum, præter cætera occulta in hac interpretatione & hoc accidisse, ut cum semper bini interpretes seorsim conclusi, & singulis paribus legis translatio tradita esset, in interpretatione ita consenserint, ut collatione conversionis facta, ubi dictio ab uno parium apposita esset, ea a cæteris quoque omnibus addita: vicissim, ubi quid detractum, id æqualiter ab omnibus demptum deprehenderetur. Tanta Dei, Interpretum corda dirigentis, & ad consensionem mentes inflectentis, hic gratia apparuit. Cæterum hæc obiter admonuisse sufficit: demonstrationes eorum qui quærit, eas apud Epiphanium loco prius allegato inveniet. Ad Aristeam autem quod attinet, præter hunc, & alius liber illius de Consultationibus regiis, & cellulis atque jugis, in Pharo extat: Joachimo id quoque in Chronologia Nicephorea referente.

JACOBUS HERTELIUS
LECTORI.

Ὅστις Πτολεμαίου πλεῖστα προσφερεστάτου
Εὐεργετήματ' εἰς θεράποντας ἱερῶν
Μουσῶν, καὶ ἔργα πολλ' ἄνακτι εὐπρεπῆ,
Σκοπεῖν θέλει, ταύτην Ἀριστέου βίβλον
Ἀμφοῖν προθύμως δινέειν σπευδῇ χεροῖν.
Μαθήσεται γὰρ εὐθέως σοφωτάτου
Γνώμην Πλάτωνος εὖ κ' ἀληθέως ἔχειν,
Τὰ σωφρόνων εἶν' ἤθη ἀρχόντων ἀεὶ
Σφόδρ' εὐλαβῆ δίκαια καὶ σωτήρια,
Αὐτοὺς καὶ οὐδὲν ἀγαθοῦ διαφέρειν πατρός.
Χάριν Σίμωνι προσθέτω πολυΐστορι·
Αὐτὸς πικροῖσι γὰρ κόποις πεπονημένον
Τὰς δὲ χρυσᾶς [c] φιάλας διετόρευσαν στεφάνοις ἀμπέλου κατὰ μέσον· περὶ δὲ τὰ χείλη, κισσοῦ τε καὶ μυρσίνης, ἔτι δὲ ἐλαίας ἀνέπλεξαν στέφανον ἔκτυπον, πολυτελεῖς ἐνέντες λίθους· καὶ τὰς λοιπὰς δὲ τορείας διηλλαγμένας ἐπετέλεσαν, ἅπαντα φιλοτιμηθέντες εἰς ὑπεροχὴν δόξης τοῦ βασιλέως ποιῆσαι. καθόλου γὰρ οὔτε ἐν τοῖς βασιλικοῖς ὑπῆρχε ῥισκοφυλακίοις τοιαύτη κατασκευὴ τῇ πολυτελείᾳ καὶ τεχνουργίᾳ, οὔτε ἔν τινι ἄλλῳ. πρόνοιαν γὰρ οὐ μικρὰν ἐποιεῖτο ὁ βασιλεύς, φιλοδοξῶν εἰς τὰ καλῶς ἔχοντα. πολλάκις γὰρ τὸν δημόσιον χρηματισμὸν παρεῖκε· τοῖς δὲ τεχνίταις παρήδρευεν ἐπιμελῶς, ἵνα καθηκόντως τῷ τόπῳ συντελέσωσιν, εἰς ὃν ἀπεστέλλετο τὰ τῶν ἔργων. διὸ πάντα σεμνῶς ἐγεγόνει, καὶ καταξίως τοῦτε ἀποστέλλοντος βασιλέως, καὶ τοῦ προστατοῦντος ἀρχιερέως τοῦ τόπου. καὶ γὰρ τὸ τῶν λίθων πλῆθος ἄφθονον, καὶ μεγάλοι τοῖς μεγέθεσιν, οὐκ ἔλαττον πεντακισχιλίων· καὶ ταῖς τέχναις [d] κρατιστεύοντα πάντα, ὥστε πενταπλασίως τοῦ χρυσοῦ τιμιωτέραν εἶναι τὴν τῶν λίθων δόσιν, καὶ τὴν τῶν τεχνῶν ἐνέργειαν.

Ὑπολαμβάνων οὖν καὶ τούτων τὴν ἀναγραφὴν ἀναγκαίαν εἶναι, δεδήλωκά σοι. τὰ δὲ ἑξῆς περιέχει τὴν πρὸς τὸν Ἐλεάζαρον ὁδὸν ἡμῖν γενομένην· τὴν δὲ θέσιν τῆς ὅλης χώρας πρῶτον δηλώσω. Ὡς γὰρ παρεγενήθημεν ἐπὶ τοὺς τόπους, ἐθεωροῦμεν τὴν πόλιν μέσην κειμένην ἐπ᾽ ὄρους, ὑψηλὸν ἐχόντος τὴν ἀνάστασιν. ἐπὶ δὲ τῆς κορυφῆς κατεσκεύαστο τὸ ἱερὸν ἐκπρεπῶς ἔχον· καὶ οἱ περίβολοι τρεῖς,

omniaque ſunt ex ipſius ſententia perfecta ad ornatum excellentem & viſu mirabilem, in quo & artificium ſuperaret omnem imitationem, & ſpeciei decor eſſet valde conſpicuus.

Craterum deſcriptio. Crateres autem duo erant ornatu ſquammoſo, ab imo uſque ad medium perquam artificioſe torno exſculpti, in medio ſquammatarum interſertis lapidibus pretioſis. Hinc ſequebatur meander altitudine cubitali, ita ex lapidibus variis figuratus, ut in eo præter ſpeciem pulchritudinis, artis etiam inſignis induſtria eluceret. Poſt hunc erat virgularum ſeries, ſuper quam uſque ad labia rhombi, ad ſimilitudinem retis complicati. in medio horum ſcuta ex lapidibus diverſi generis, magnitudine non minore quatuor digitorum, ad ſummum illuſtrabant ſplendorem pulchritudinis illa ſua perpetua lapidum diſcrepantia. In coronæ autem labiis erant expreſſa lilia, & anthemides, atque botri in ambitu intertexti. Talem formam habebant crateres aurei, qui capiebant plus quam duas urnas. Argentei autem erant, ad nitorem mirifice conſpicuum & ſplendentem, propter hoc ipſum elaborati, ut quidvis adhibitum in iis multo expreſſius quam in ipſis ſpeculis repræſentaretur: nec ſane licet oratione aſſequi veram effigiem eorum. Nam poſtquam eſſent perfecti, & hoc ordine diſpoſiti, ut primum locum haberet argenteus, ſecundum aureus, deinde rurſus argenteus, poſtea aureus poſitus eſſet, plane inenarrabilis ſpectaculi facies reddebatur: ut accedentes ad contemplandum, non poſſent diſcedere, eo quod omnia ſplendore eorum illuſtrarentur, & quod in contemplatione magna ineſſet jucunditas, & ea condita varia quadam vi apparitionis & ſpeciei ipſorum, dum contemplantes quidem decus aureorum craterum ſentirent perpetuam quandam voluptatem, cum admiratione animi aſſidue ſe ab una ad aliam artificii ſolertiam conferentis. Reſpicientibus ad argenteos, undique in oculos incurreret ſplendor, qui multo etiam magis caperet animos, & eos ita diſtineret, ut potuiſſes diffluere: ex quo ſane varietas & ſolertia artificii eorum non poteſt enarrari.

Phialæ aureæ. Porro phialas aureas ita torno expolierant, ut in medio haberent coronas vitis, circa labia hederæ & myrti: quibus etiam coronam oleæ illuſtrem & lapidibus valde precioſis exornatam intexuerant, & reliqua ſimiliter varietate ſculpturæ ſpecioſa reddiderant, dum ſingulari induſtria ſtuderent omnia abſolvere ad excellentiam gloriæ Regis. Nam prorſus neque in ærario regio, neque ullo alio extabant tanti ſumptus & tam artificioſa opera. Rex enim, ut erat ambitioſus circa decus & ſplendorem, non parum adhibebat curæ & ſolicitudinis ad hoc ſuum inſtitutum. Nam ſæpe omiſſis publicis occupationibus, ſtudioſe aſſidebat artificibus, ut illi perficerent omnia ut conveniret loco in quem illa opera miſſurus erat. unde quidem evenit, ut omnia eſſent abſoluta honorifice, & pro dignitate tum regis mittentis, tum ſummi ſacerdotis qui præeſſet loco illi. Nam lapides & magnitudine conſpicui, & numero multi, non pauciores quinque millibus adhibiti erant: tum artis ſolertia omnia ita excellebant, ut quintuplo precium auri ſuperarent lapides collati, & artificum induſtria navata.

Ita habes & hæc, quorum expoſitionem judicavi neceſſariam. Sequens narratio, continebit iter noſtrum ad Eleazarum: ſed primum declarabo tibi totius regionis ſitum. Poſtquam ergo pervenimus in loca illa, cernebamus civitatem in medio regionis ſitam ſuper montem editum & ſubarduum. in hujus ſummo erat extructum Templum, cum inſigni ornatu: circum quod erant tres muri altitudine *Hieroſolymæ ſitus. Templum.*

a δύο φοροῦντες ἑκάτερος ἀμφορέας. Joseph.
b ἕστηκε V. C.

c quarum triginta fuerint, ut eſt ap. Joſeph.
d V.C. κρατιστεύοντα τὰ πάντα.

ne ſupra ſeptuaginta cubitos, & tum latitudine pro tali altitudine, tum longitudine pro ſtructura & mole ædificii. atque hæc omnia erant exædificata perquam magnifice, cum ſumptus ex omni parte excellentia. conſpicua etiam erat magnificentia expenſarum in portas, & compages partium earum inferiorum, & in munitionem ſuperliminarium. *Velum.* Velum item appenſum erat, ad ſimilitudinem januarum formatum, quod ſpectaculum quoddam *Deſcriptio altaris.* jucundiſſimum, & quo nunquam facile ſatiari poſſes, præbebat: & quidem ideo præcipue, quia a vento ſubintrante perpetuo movebatur, & quidem ſinuatione ab imo uſque ad ſummum, ob ventum a pavimento ſubintrantem. Altare etiam extructum erat apposite & ad locum illum, & hoſtias quæ ibi igne conſumerentur. Qua vero parte aſcenſus erat ad illud, ea perquam decenter exornata erat, & pulchre accommodata ad miniſteria ſacra, & habitum ſacerdotum ad talos uſque indutorum tunicis ex byſſo. Templum autem ſpectat ad ortum, poſterioribus ejus ad occaſum tendentibus. & pavimentum totum eſt lapide conſtratum, tractuſque habet aquæ immittendæ ad loca certa, quæ immittitur ad abluendum ſanguinem hoſtiarum: quia in ſolennibus feſtis multa millia jumentorum offeruntur. Aquæ vero confluxus nunquam deficit: & quia fons intrinſecus magnus naturalem, & eam perennem ſcaturiginem habet, & quia ſubtus terram ſunt mira & inenarrabili arte aquarum receptacula, confecta per quinque ſtadia, quemadmodum apparebat undequaque circum templum quorum ſingula habent fiſtulas infinitas, utrinque in ſe invicem emittentes fluxus: atque hæc omnia in imo & a lateribus plumbo ſunt obducta, & multa terra accurarate cooperta. Sunt præterea multa oſtia in fundo & baſi, quæ nemo cernere poteſt, præter illos quibus miniſterium eſt commiſſum: per hæc impetu & effluxu ſupermiſſæ aquæ, ſanguis quantumvis copioſus a victimis collectus, abluitur & expurgatur.

Exponam etiam, quomodo ipſe iſtorum receptaculorum molem & ſtructuram ex ſingulari benevolentia monſtratam cognovi. Nam abduxerunt me ex civitate ultra quatuor ſtadia, & juſſit me unus capite ad locum quendam inclinato auſcultare ſonum, quem aquarum concurſus ederet. Hinc ego aperte cognovi magnitudinem vaſorum illorum, de quibus dixi.

Deſcriptio ſacerdotum templi. Sacerdotes vero miniſteria peragentes, omnino virium robore præſtant, cum ſumma ornatus ac ſilentii reverentia. nam omnes ſponte intenti ſunt laboribus, licet valde moleſtis. Ac ſuæ cuique demandatæ partes ſunt curæ, ſine intermiſſione miniſterii. alii enim ligna, alii oleum, alii ſimilam, alii aromata in miniſterio ſuo curant: alii integras carnes hoſtiarum comburunt, utentes in hoc magna virium & intentione & dexteritate. apprehenſa enim utriſque manibus vitulorum crura, quæ ſingula fere talenti pondo habent, per vices utraque manu ſurſum porriciunt mira induſtria, in altitudinem ſatis magnam: nec in iis excipiendis errant. Simili modo porriciunt etiam ovium crura, nec non & caprarum, quæ mirifice & pondere & pinguedine excellunt. Nam quod jam dictum eſt, ita peragitur, ut ad id, a certis quibus hoc curæ eſt, per omnia ſeligantur, quæ & labe reprehenſionis omni vacent, & pinguedine excellant. Ad quietem autem habent locum certum, ubi quieſcentes recumbunt, atque inde uſi quiete, alacres & prompti excitantur, nemine ipſis miniſterii officia imperante. Tantumque ubique eſt ſilentium, ut putes in loco illo nullum prorſus eſſe hominem: cum interim & ſacerdotum miniſtrantium ſint circiter ſeptuaginta,

ὑπὲρ ἑβδομήκοντα δὲ πήχεις τῷ μεγέθει, καὶ τὸ πλάτος ἀκόλουθον, καὶ τὸ μῆκος, τῆς κατὰ τὸν οἶκον διασκευῆς ὑπῆρχε· μεγαλομοιρίᾳ καὶ χορηγίᾳ κατὰ πάντα περιβαλλούσῃ διῳκοδομημένων ἁπάντων. καὶ τοῦ θυρώματος δὲ, καὶ τῶν περὶ αὐτὸ συνδέσμων κατὰ τὰς φλιὰς, καὶ τῆς τῶν ὑπερθύρων ἀσφαλείας, ἔκδηλος ἦν ἡ τῶν χρημάτων γεγονυῖα ἀφειδὴς δαπάνη. τοῦτε καταπετάσματος ἡ διατύπωσις, θυρώσει κατὰ πᾶν ὁμοιοτάτη ὑπῆρχε· καὶ μάλιστα διὰ τὴν τοῦ πνεύματος ὑποδρομὴν, ἀδιάλειπτον κίνησιν λαμβανούσης τῆς διυφῆς, διὰ τὸ ἀπ᾽ ἐδάφους γινομένης τῆς ὑποδρομῆς κατὰ τὴν κόλπωσιν, μέχρι τῆς ἄνω διατάσεως, ἡδεῖάν τινα [a] δυσαπάλλακτον τὴν θεωρίαν ἔχοντος τοῦ πράγματος.

Ἥτε τοῦ θυσιαστηρίου κατασκευὴ, σύμμετρον ἔχουσα πρὸς τὸν τόπον, καὶ τὰ θύματα διὰ πυρὸς ἐξαναλούμενα, τὴν διοικοδομὴν εἶχε. τῆς δὲ ἀναβάσεως τῆς πρὸς αὐτὸ, πρὸς τὴν εὐκοσμίαν ἔχοντος τοῦ τόπου, καθηκόντως τὸ κλίμα τῶν λειτουργιῶν, τῶν ἱερέων κεκαλυμμένων μέχρι τῶν σφυρῶν βυσσίνοις χιτῶσι. ὁ δὲ οἶκος βλέπει πρὸς ἕω, τὰ δὲ ὀπίσθια αὐτοῦ πρὸς ἑσπέρας· τὸ δὲ πᾶν ἔδαφος λιθόστρωτον καθέστηκε· καὶ κλίματα πρὸς τοὺς καθήκοντας τόπους ἔχει τῆς τῶν ὑδάτων ἐπιφορᾶς ἕνεκεν, ἣ γίνεται διὰ τὴν σμῆξιν τῶν ἀπὸ τῶν θυσιῶν αἱμάτων. πολλαὶ γὰρ μυριάδες κτηνῶν προσάγονται κατὰ τὰς τῶν ἑορτῶν ἡμέρας. ὕδατος δὲ ἀνέκλειπτός ἐστι σύστασις, ὡς ἂν καὶ πηγῆς ἔσωθεν πολυρρύτου φυσικῶς ἐπιρρεούσης· ἔτι δὲ θαυμασίων καὶ ἀδιηγήτων ὑποδοχείων ὑπαρχόντων ὑπὸ γῆν, καθὼς ἀπέφαινον, πέντε σταδίων κυκλόθεν τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν καταβολῆς· καὶ ἑκάστου τούτων σύριγγας ἀναριθμοὺς, καθ᾽ ἕκαστον μέρος ἑαυτὰ συναπτόντων τῶν ῥευμάτων· καὶ πάντα ταῦτα μεμολιβδῶσθαι κατ᾽ ἐδάφους καὶ τοῦ τοίχου· ἐπὶ δὲ τούτων κεχύσθαι πολύ τι πλῆθος κονίας, ἕως ἐνεργῶς γεγενημένων ἁπάντων. εἶναι δὲ πυκνὰ τὰ στόματα πρὸς τὴν βάσιν, ἀοράτως ἔχοντα τοῖς πᾶσι, πλὴν αὐτοῖς οἷς ἐστι λειτουργία· ὡς ῥοπῇ καὶ νεύματι πάντα καθαρίζεσθαι τὰ συναγόμενα παμπληθῆ τῶν θυμάτων αἵματα. Πεπεισμένος δὲ καὶ αὐτὸς τὴν τῶν ὑποδοχείων κατασκευὴν δηλώσω, καθὼς ἐπιστώθην. προήγαγον γάρ πλέον σταδίων τεσσάρων· ἐκ τῆς πόλεως, καὶ πρός τινα τόπον ἐκέλευσέ τις κατακύψαντα συνακοῦσαι τοῦ γινομένου ψόφου τῆς ἀπαντήσεως τῶν ὑδάτων· ὥστε συμφανές μοι γεγονέναι τὸ μέγεθος τῶν ἀγγείων, καθὼς δεδήλωται.

Τῶν δὲ ἱερέων ἡ λειτουργία κατὰ πᾶν ἀνυπέρβλητός ἐστι τῇ ῥώμῃ, καὶ τῇ τῆς εὐκοσμίας καὶ σιγῆς διαθέσει. πάντες γὰρ αὐτοκελεύστως διαπονοῦσι, πολλῆς γινομένης κακοπαθείας· καὶ ἑκάστῳ τὸ διατεταγμένον μέλει. καὶ ἀδιαλείπτως ὑπηρετοῦσιν, οἱ μὲν τὴν ξυλείαν, οἱ δὲ ἔλαιον, οἱ δὲ σεμίδαλιν, οἱ δὲ τὰ τῶν ἀρωμάτων, ἕτεροι τὰ τῆς σαρκὸς ὁλοκαυτοῦντες, ἰσχύϊ διαφερόντως συγχρώμενοι· διαλαβόντες γὰρ ἀμφοτέραις τῶν μόσχων τὰ σκέλη, πλεῖον ὄντα ταλάντου σχεδὸν ἑκάστου, ἀναρρίπτουσιν ἑκατέραις θαυμασίως ὕψος ἱκανὸν, καὶ οὐχ ἁμαρτάνουσι τῆς ἐπιθέσεως. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν προβάτων, ἔτι δὲ αἰγῶν, τοῖς βάρεσι καὶ πιμελῇ θαυμασίως ἔχει. κατὰ πᾶν γὰρ ἐκλεγομένων, οἷς ἐπιμελές ἐστιν, ἀμώμητα, καὶ τῇ παχύτητι διαφέροντα, τὸ προειρημένον ἐπιτελεῖται. πρὸς δὲ τὴν ἀνάπαυσιν τόπος αὐτοῖς ἐστιν ἀποτεταγμένος, οὗ καθίζουσιν οἱ διαναπαυόμενοι. τούτου δὲ γινομένου, τῶν διαλελοιπότων ἐγείρονται πρόθυμοι, οὐδενὸς ἐπιτάσσοντος τὰ τῆς λειτουργίας· ἥτε πᾶσα σιγὴ καθέστηκεν, ὡς τόπον λαμβάνειν, μηδένα ἄνθρωπον ἐν τῷ τόπῳ παρεῖναι, πρὸς τοὺς ἑπτακοσίους παρόντων τῶν λει-

[a] καὶ δυσαπάλλακτον. V. C.

λειτουργῶν, καὶ τῶν προσαγόντων δὲ τὰ θύματα πολύ τι πλῆθος· ἀλλὰ φόβῳ καὶ καταξίως μεγάλης θειότητος ἅπαντα ἐπιτελεῖται.

Μεγάλην δὲ ἔκπληξιν ἡμῖν παρέσχεν, ὡς ἐθεασάμεθα τὸν Ελεάζαρον ἐν τῇ λειτουργίᾳ, τά τε τοῦ στολισμοῦ καὶ τῆς δόξης, ἣ συνίσταται διὰ τὴν ἔνδυσιν οὗ φορεῖ χιτῶνος, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν λίθων· χρυσοῖ γὰρ κώδωνες περὶ τὸν ποδήρη εἰσὶν αὐτοῦ, μέλους ἦχον ἀνιέντες ἰδιάζοντα. παρ' ἑκάτερον δὲ τούτων ἄνθεσι πεποικιλμένοι ῥοΐσκοι, τῇ χρόᾳ θαυμασίως ἔχοντες. κατέζωστο δὲ διαφόρῳ ζώνῃ διαπρεπεῖ, διυφασμένῃ καλλίστοις χρώμασιν. ἐπὶ δὲ τοῦ στήθους φορεῖ τὸ λεγόμενον λογεῖον, ἐν ᾧ συνεσφιγμένοι λίθοι δεκαδύο, διαλλάσσοντες τοῖς γένεσι, χρυσῷ κεκολλημένοι, τὰ τῶν φυλάρχων ὀνόματα κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς διάταξιν γενηθεῖσαν ἀπαυγάζοντες, ἕκαστος ἀνεξήγητον τῆς ἰδιότητος τὴν φυσικὴν χρόαν. ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς ἔχει τὴν λεγομένην κίδαριν· ἐπὶ δὲ ταύτης τὴν ἀμίμητον μίτραν, τὸ καθηγιασμένον βασίλειον. ἐκ[a] τόπων, ἐπὶ πετάλῳ χρυσῷ γράμμασιν ἁγίοις τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, κατὰ μέσον τῶν ὀφρύων, δόξῃ πεπληρωμένον· ὁ κριθεὶς ἄξιος τούτων ἐν ταῖς λειτουργίαις. ἡ δὲ συμφάνεια τούτων ἐμποιεῖ φόβον καὶ ταραχήν, ὥστε νομίζειν εἰς ἕτερον ἐληλυθέναι ἐκτὸς τοῦ κόσμου· καὶ διαβεβαιοῦμαι, πάντα ἄνθρωπον προσελθόντα τῇ θεωρίᾳ εἰς ἔκπληξιν ἥξειν, καὶ θαυμασμὸν ἀδιήγητον, μετατραπέντα τῇ διανοίᾳ, διὰ τὴν περὶ ἕκαστον ἁγίαν κατασκευήν.

Πρὸς δὲ τὴν ἐπίγνωσιν ἁπάντων, ἐπὶ τὴν παρακειμένην ἄκραν τῆς πόλεως ἀναβάντες, ἐθεωροῦμεν· ἣ κεῖται μὲν ἐν ὑψηλοτάτῳ τόπῳ, πύργοις ἐξησφαλισμένη πλείοσι μέχρι κορυφῆς, εὐμήκεσι λίθοις ἀνῳκοδομημένων αὐτῶν, ὡς μεταλαμβάνομεν, πρὸς φυλακὴν τῶν περὶ τὸ ἱερὸν τόπων· ἵνα, ἐὰν ἐπίθεσίς τις ἢ νεωτερισμὸς, ἢ πολεμίων ἔφοδος γίνηται, μή τις δύνηται ὁδὸν εἰς τοὺς περιβόλους ποιήσασθαι τοὺς περὶ τὸν οἶκον· ἐπικειμένων καὶ ὀξυβελῶν ἐπὶ τῶν πύργων τῆς ἄκρας, καὶ ὀργάνων ποικίλων καὶ τοῦ τόπου κατὰ κορυφὴν ὄντος τῶν προειρημένων περιβόλων, ὡσανεὶ φυλασσομένων τῶν πύργων ὑπὸ τῶν πιστοτάτων ἀνδρῶν, καὶ τῇ πατρίδι μεγάλας ἀποδείξεις δεδωκότων· οἵτινες οὐκ εἶχον ἐξουσίαν ἐξιέναι τῆς ἄκρας, εἰ μὴ ταῖς ἑορταῖς, καὶ τοῦτο ἐκ μέρους· οὐδὲ εἰσοδεύειν εἴων οὐδένα. μετ' ἀκριβείας δὲ πολλῆς εἶχον, εἰ καί τις ἐπιταγὴ γίνοιτο διὰ τοῦ προκαθημένου, πρὸς θεωρίαν δέξασθαί τινας· οἷον καὶ καθ' ἡμᾶς ἐγεγόνει. μόλις γὰρ ἀνόπλους ὄντας ἡμᾶς δύο παρεδέξαντο, πρὸς τὸ κατανοῆσαι τὰ τῶν θυσιῶν. ἔλεγον δὲ καὶ δι' ὅρκων πεπιστῶσθαι τὸ τοιοῦτον. τοὺς γὰρ πάντας ὀμωμοκέναι, κατ' ἀνάγκην ἐπιτελουμένου θείως, τὸ κατὰ τὸν ὁρισμὸν πρᾶγμα, ὄντας πεντακοσίους, μὴ παραδέξασθαι πλεῖον ἀνθρώπων πέντε κατὰ τὸ αὐτό. τοῦ γὰρ ἱεροῦ τὴν πᾶσαν εἶναι φυλακὴν τὴν ἄκραν. καὶ τὸν καταβαλλόμενον αὐτὴν τὴν προφυλακὴν τῶν εἰρημένων, οὕτως ἠσφαλίσατο. τῆς δὲ πόλεως ἐστὶ τὸ χῦμα συμμέτρως ἔχον, οἷον τεσσαράκοντα σταδίων ὄντος τοῦ περιβόλου, καθόσον εἰκάσαι δυνατόν. ἔχει δὲ τὴν τῶν πύργων θέσιν θεατροειδῆ. καὶ φαινομένων διόδων τῶν ὑποκειμένων, τῶν δὲ ἐπάνωθεν εἰθισμένων, καὶ τὰς διὰ τούτων διεξόδους. ἀνάκλασιν γὰρ ἔχει τὰ τῶν τόπων, ὡς ἂν ἐπ' ὄρους τῆς πόλεως ᾠκοδομημένης. εἰσὶ δὲ καὶ διαβάθραι πρὸς τὰς διόδους, οἱ μὲν μετέωροι τὴν ὁδείαν, οἱ δὲ ὑπ' αὐτὰς ποιοῦνται, καὶ μάλιστα διεστηκυίας τῆς ὁδείας, διὰ τοὺς ἐν ταῖς ἁγνείαις ὄντας· ὅπως μηδενὸς θιγγάνωσιν, ὧν οὐ δέον ἐστίν.

[a] ἐκτυποῦ V. C.

& eorum qui hostias adducant valde magnus numerus. ita omnia cum reverentia, & ut convenit magnæ divinitati, peraguntur.

Summi sacerdotis descriptio. Hinc vero magnus nos subibat stupor, cum aspexissemus Elcazarum sacra tractantem, & ornatum illum ejus, & dignitatis reverentiam, emergentem ex tunica induta, & lapidibus in ea preciosis. nam aurea tintinabula ad pedes usque ornatus ejus dependent, quæ singula harmoniæ edunt sonum suum: inter quæ singula sunt punica mala, & floribus variis & colore miro decorata. Zona autem cinctus erat valde decente, & variis ac pulcherrimis coloribus pertexta. Supra pectus gestabat quod Rationale vocant: in quo implexi & auro alligati erant duodecim lapides generum diversorum, qui splendentes specie inenarrabili nativi & proprii coloris, inscripta habebant nomina principum cujusque tribus, juxta priscam & ab initio institutam ordinationem. *Rationale.* Supra caput habebat tegumentum, quod Cidarim vocant: & supra hanc inimitabilis artificii mitram, ornamentum a regibus consecratum. *Cidaris. Mitra.* Hinc supra laminam auream nomen Dei sacris literis scriptum, cum ornatu & decore summæ reverentiæ per frontem ad supercilia usque protenditur. Ipse vero Elcazarus in tractatione sacrorum videbatur his omnibus dignus esse. Qui autem splendor inde existebat, ille metu & turbatione quadam afficiebat spectantes, cum videretur ipsis quasi extra ornatum in alium egressus esse Eleazarus: affirmoque omnem qui accessisset, ex illa contemplatione transformatum animo, deventurum fuisse in stuporem & admirationem ineffabilem, propter illum sanctum habitum, qui in singulis videbatur inesse.

Sionis arcis descriptio. Hinc, ut omnia cognoscceremus, in adjacentem civitatis arcem ascendentes, eam perlustrabamus. Hæc sita in editissimo loco, munita est turribus ad summum usque longis lapidibus extructis, ad illorum quæ circum templum erant locorum, ut colligebamus, custodiam: ut si quæ insidiæ, aut qui tumultus, aut hostium insultus existeret, ne quis posset aditum nancisci in illa circum templum munimenta. Nam in turribus arcis erant acuta jacula, & varia bellica instrumenta: locusque ille erat in vertice montis, & supereminens inter alia munimenta. Præterea turres custodiebantur a fide dignissimis, & patriæ multis argumentis declaratis viris, qui non habebant facultatem egrediendi ex arce præterquam festis diebus, idque per partes & vices: neque sinebant ingredi quenquam. & a præside jussi admittere aliquem contemplandi gratia, valde ac curate eum observabant: quod etiam tum, cum nos adessemus, eveniebat. Nam ægre nos duos & inermes admittebant, ad perlustrandas res sacras. dicebant enim, sibi sub fide commissam hanc curam: omnesque adductos ad hoc juramento, quod sancte hanc rem, ut esset sibi præscripta, curare vellent. Et hinc, cum sint numero quingenti, nunquam admittere simul plures quam quinque. Hocque ita esse cautum & prospectum ab illo, qui primus hanc præmunitionem extruxerat.

Urbis Hierosolymorum situs descriptio. Civitatis vero amplitudo est mediocritate quadam temperata: quæ, quantum colligere potuimus, in circuitu quadraginta stadia habet. Turres ejus subtus videntur esse perviæ, supra vero transitus usitatos habent, & sunt ad formam theatralem dispositæ. nam quia civitas in monte est sita, sunt reflexæ, & in se invicem pronæ. Ad illos transitus sunt etiam parati ascensus graduum editiores, ut alii in sublimi, alii subtus incederent. quæ distinctio præcipue facta est ob sanctos & religioni deditos viros, ut neminem attingerent, quem non liceat.

Non

Non temere autem illi primi conditores, civitatem hac convenienti amplitudinis dimensione condiderunt: sed sapienti hoc consilio fecerunt. Nam regio est ampla & bona. versus quidem Samaritas, & qua attingit Idumenæos, magna ex parte est campestris: in nonnullis etiam aliis locis est montosa, ubi agricolatione & diligenti terræ elaboratione indiget. Sed fere fit, ut etiam hi cultores ob suam industriam & diligentiam, abundantiam frugum habeant. ex quo sane fit, ut omnia excolantur: & ubique in regione sit magna fructuum affluentia. At vero quæ civitates sunt amplæ, & pacem fœlicitatemque & affluentiam rerum habent, in illis evenit ut juventus quidem floreat, regiones vero negligantur, omnibus ad hilaritatem animi intentis: cum ab ortu ipso naturæ suæ omnes homines ad voluptates sint præcipites & proni. id quod usuvenit Alexandriæ, quæ cum omnes civitates & magnitudine & affluentia rerum superet, in eam ex omnibus regionis partibus commeantes incolæ ad hospitales invitationes, dum morantur diutius ibi, cultum terræ in diminutionem perducunt. unde rex, ne ibi ita morarentur, hoc mandatum promulgavit, ut ne ultra viginti dies liceret in civitate exteros versari. Similiter etiam illis qui haberent negotia in civitate, præscripsit modum & tempus ad dijudicanda ea: ut si quis esset vocandus in jus, intra quinque dies negotium ejus in judicio expediretur. Cumque etiam frumentarios, commeatusque curatores & eorum ministros magnifaceret, legibus ordinavit, ut ne agricolæ & præfecti civitatis quæstum facientes, minuerent cellas & horrea, id est, fructus agriculturæ.

Alexandria Ægypti urbs, deque eadem edictum.

Fertilitas terræ Judaicæ.

In hæc autem ideo digressi sumus, quia Eleazarus ea nobis accurate demonstravit. Est ergo ibi magnum studium agriculturæ: & ideo regio eorum consita est arboribus olivarum, & ferax est omnis generis frumenti & leguminum: ad hæc, vineis & mellificio abundat. palmæ vero, & aliæ frugiferæ arbores sunt innumerabiles apud ipsos: item jumenta & pecora omnis generis multa, & pascua uberrima. Itaque præclare hoc perspicientes, ista loca multitudine hominum egere, ad hoc & civitatis constitutionem & pagorum numerum accommodarunt. Præterea immensa copia aromatum, lapidum preciosorum & auri, importatur eo per Arabes. Nam regio & ad cultum, & ad negotiationem est idonea, & civitas abundat artificibus: nec deest ei quicquam eorum quæ mari advehi solent, cum habeat portus opportunos, qui abunde suppeditent res & Ascalonæ, & Joppæ, & Gazæ, similiter etiam Ptolemaidis, civitatis a rege conditæ. Jam in medio istorum locorum est sita, nec ab illis multum distat, sed ipsa per se omnia abunde habet, cum sit & irrigua undique regio, & ad magnam securitatem munita. Nam Jordanus, fluvius ille perennis, circumfluit ipsam, in se ab antiquo continentem non minus arvorum quam sex millia myriadum. Deinde ex vicinia sexaginta myriades hominum in ipsam pervenerunt, qui singuli possessionem centum jugerum agri sunt consecuti. Fluvius autem, perinde ut Nilus, circa tempus messis exundans, multum terræ irrigat, & circa regionem Ptolemæorem in alium fluvium illabitur, qui deinde in mare ingreditur. alii etiam qui vocantur Torrentes defluunt, qui loca illa ad Gazam & regionem Asotiorum inundant. Adhæc naturalibus munimentis circumdatur, cum ob augustias viarum & præcipitia ac fauces profundas, asperitatesque montium qui eam ambiunt, irruptiones excludat, nec ab aliqua multitudine invadi possit.

Ptolemais.

Jordanis fluvius.

Jordani exundatio annua.

Narrabatur etiam, ex montibus Arabiæ vicinis prius metalla æris & ferri fuisse eruta: quæ postea,

Οὐκ ἀλόγως δὲ τὴν πόλιν συμμετρίᾳ καθηκούσῃ κατεσκεύασαν οἱ πρῶτοι, σοφῶς δὲ ἐπινοήσαντες. τῆς γὰρ χώρας πολλῆς οὔσης καὶ καλῆς, καὶ τινῶν μὲν πεδινῶν, τῶν κατὰ τὴν Σαμαρεῖτιν λεγομένων, καὶ τῶν συναπτόντων τῇ τῶν Ἰδουμαίων χώρᾳ· τινῶν δὲ ὀρεινῶν, τῶν πρὸς τὴν γεωργίαν καὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῆς γῆς γίνεσθαι συνεχῶς, ἵνα καὶ διὰ τοῦτο οὗτοι τὴν εὐκαρπίαν ἔχωσιν· οὗ γενομένου, γεωργεῖται μὲν πάντα, δαψιλείας πολλῆς ἐν πάσῃ τῇ προειρημένῃ χώρᾳ. Τῶν δὲ πόλεων ὅσαι μέγεθος ἔχουσι, καὶ τὴν ἀκόλουθον εὐδαιμονίαν, ταύταις συμβέβηκεν εὐανδρεῖν, ἀμελεῖσθαι δὲ τὰς χώρας, πάντων ἐπὶ τὸ κατὰ ψυχὴν ἱλαροῦσθαι νενευκότων, καὶ τῇ κατασκευῇ πάντας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς ἡδονὰς εὐκαταφόρους εἶναι. τοῦτο δὲ ἐγίνετο ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὑπερβάλλουσαν πάσας τῷ μεγέθει καὶ εὐδαιμονίᾳ τὰς πόλεις. οἱ γὰρ ἀπὸ τῆς χώρας εἰς αὐτὴν ἐπιξενούμενοι, καταμένοντες ἐφ' ἱκανὸν, εἰς ἐλάττωσιν ἦγον τὰ τῆς ἐργασίας· ὅθεν ὁ βασιλεὺς, ἵνα μὴ καταμένωσι, προσέταξε, μὴ πλέον εἴκοσιν ἡμερῶν παρεπιδημεῖν· καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν χρειῶν ὁμοίως δι' ἐγγράπτων διαστολὰς ἔδωκεν, ἐὰν ἀναγκαῖον ᾖ κατακαλέσαι, διακρίνειν ἐν ἡμέραις πέντε. περὶ πολλοῦ δὲ ποιούμενος καὶ χρηματιστὰς, καὶ τοὺς τούτων ὑπηρέτας, ἐπέταξε κατὰ νόμους· ὅπως μὴ πορισμὸν λαμβάνοντες οἱ γεωργοὶ, καὶ προστάται τῆς πόλεως, ἐλαττῶσι τὰ ταμιεῖα· λέγω δὲ, τὰ τῆς γεωργίας πρόσφορα.

Παρεξέβημεν δὲ ταῦτα, διὰ τὸ καλῶς ἡμῖν τὸν Ἐλεάζαρον ὑποδεδειχέναι τὰ προειρημένα. μεγάλη γάρ ἐστιν ἡ τῶν γεωργουμένων φιλοπονία. καὶ γὰρ [a] ἐλαϊκοῖς πλήθεσι συνδενδρός ἐστι, καὶ σιτικοῖς καρποῖς αὐτῶν ἡ χώρα, καὶ ὀσπρίοις, ἔτι δὲ ἀμπέλῳ καὶ μέλιτι πολλῷ. τὰ μὲν τῶν ἄλλων ἀκροδρύων καὶ φοινίκων οὐδ' ἀριθμεῖται παρ' αὐτοῖς· κτήνη τὰ πολλὰ παμμιγῆ, καὶ δαψιλὴς ἡ τούτων νομή· διὸ καλῶς ἔβλεψαν, ὅτι πολυανθρωπίας οἱ τόποι προσδέονται καὶ τὴν κατασκευὴν τῆς πόλεως, καὶ τῶν κωμῶν ἔθεντο κατάλογον. πολὺ δὲ πλῆθος καὶ τῶν ἀρωμάτων, καὶ λίθων πολυτελῶν καὶ χρυσοῦ παρακομίζεται διὰ τῶν Ἀράβων εἰς τὸν τόπον. ἐργάσιμος γὰρ, καὶ πρὸς τὴν ἐμπορίαν ἐστὶν ἡ χώρα κατεσκευασμένη, καὶ πολύτεχνος ἡ πόλις. οὐ σπανίζει δὲ οὐδὲν τῶν διακομιζομένων διὰ τῆς θαλάσσης. ἔχει γὰρ καὶ λιμένας εὐκαίρους, χορηγοῦντας τά τε κατὰ τὴν Ἀσκαλῶνα καὶ Ἰόππην, καὶ Γάζαν, ὁμοίως δὲ Πτολεμαΐδα, τὴν ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐκτισμένην. μέση δὲ κεῖται πρὸς τοὺς προειρημένους τόπους, οὐκ ἀπέχουσα τούτων πολύ. ἔχει δὲ πάντα δαψιλῆ, [b] καθύγρατος οὖσα πάντοθεν ἡ χώρα, καὶ μεγάλην ἀσφάλειαν ἔχουσα. περιρρεῖ δὲ αὐτὴν ὁ λεγόμενος Ἰορδάνης ποταμὸς ἀείρρους, οὐκ ἔλαττον ἑξακισχιλίων μυριάδων ἀρουρῶν κατὰ τὸ ἀρχαῖον οὔσης. μετέπειτα δὲ οἱ γειτνιῶντες ἐπέβησαν αὐτῆς, ἑξήκοντα μυριάδες ἀνδρῶν ἔγκληροι καθειστήκεισαν ἑκατονταρούροις.

Πληρούμενος δὲ ὁ ποταμὸς, καθὼς ὁ Νεῖλος, ἐν ταῖς πρὸς τὸν θερισμὸν ἡμέραις, πολλὴν ἀρδεύει τῆς γῆς· ὃς εἰς ἕτερον ποταμὸν ἐκβάλλει τὸ ῥεῦμα, κατὰ τὴν Πτολεμαίων χώραν. οὗτος δὲ ἔξεισιν εἰς θάλασσαν. ἄλλοι δὲ χείμαρροι λεγόμενον κατίασι, περιλαμβάνοντες τὰ πρὸς τὴν Γάζαν μέρη, καὶ τὴν Ἀσωτίων χώραν. περιέχεται δὲ ἀσφαλείαις αὐτοφυέσι, δυσείσβολος οὖσα, καὶ πλήθεσιν ἀπραγμάτευτος· διὰ τὸ στενὰς εἶναι τὰς παρόδους, κρημνῶν παρακειμένων, καὶ φαράγγων βαθέων· ἔτι δὲ τραχείας οὔσης τῆς περιεχούσης τὴν χώραν ὀρεινῆς. Ἐλέγετο δὲ, καὶ ἐκ τῶν παρακειμένων ὀρέων τῆς Ἀραβίας μέταλλα χαλ-

a V.C. ἐν ἐλαϊκοῖς. b V.C. καθυγρος.

ματος, ἡ τῶν πτηνῶν χάριν, περιεργίας πυκνῆς ἐνομοθέτει ταῦτα Μωϋσῆς· ἀλλὰ πρὸς ἁγνὴν ἐπίσκεψιν, καὶ τρόπων ἐξαρτισμὸν, δικαιοσύνης ἕνεκεν, σεμνῶς πάντα ἀνατέτακται. τῶν γὰρ πτηνῶν, οἷς χρώμεθα, πάντα ἥμερα καθέστηκε· διαφέρει καθαρότητι, πυροῖς καὶ ὀσπρίοις χρώμενα πρὸς τὴν τροφήν· οἷον περιστεραὶ, τρυγόνες, ἀττακοὶ, πέρδικες, ἔτι χῆνες, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα. περὶ ὧν δὲ ἀπηγόρευται πτηνῶν, εὑρήσεις ἄγριά τε καὶ σαρκοφάγα, καὶ καταδυναστεύοντα τῇ περὶ ταῦτα δυνάμει τὰ λοιπὰ, καὶ τὴν τροφὴν ἔχοντα δαπάνησιν τῶν προειρημένων ἡμέρων μετὰ ἀδικίας. οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρνας καὶ ἐρίφους ἀναρπάζουσι, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀδικοῦσι νεκρούς τε καὶ ζῶντας. παράσημον οὖν ἔθετο διὰ τούτων, ἀκάθαρτα προσονομάσας· ὅτι δέον ἐστὶ κατὰ ψυχὴν, οἷς ἡ νομοθεσία διατέτακται, δικαιοσύνῃ συγχρῆσθαι· καὶ μηδένα καταδυναστεύειν, πεποιθότας ἰσχύϊ τῇ καθ' ἑαυτούς· μηδὲ ἀφαιρεῖσθαι μηδὲν, ἀλλ' ἐκ δικαίου τὰ τοῦ βίου κυβερνᾶν, ὡς τὰ τῶν προειρημένων πτηνῶν ἥμερα ζῶα, τὰ φυόμενα τῶν ὀσπρίων ἐπὶ γῆς δαπανᾷ, καὶ οὐ καταδυναστεύει πρὸς τὴν ἐπαναίρεσιν τῶν συγγενικῶν. διὰ τῶν τοιούτων οὖν παραδέδωκεν ὁ νομοθέτης σημειοῦσθαι τοῖς συνετοῖς, εἶναι δικαίους τε, καὶ μηδὲν ἐπιτελεῖν βίᾳ· μηδὲ τῇ παρ' αὐτοὺς ἰσχύϊ πεποιθότας, ἑτέρους καταδυναστεύειν. ὅπου γὰρ οὐδ' ἅψασθαι καθῆκε τῶν προειρημένων, διὰ τὴν περὶ ἕκαστα διάθεσιν· πῶς [a] οὐ φυλακτέον παντάπασι, τοὺς τρόπους εἰς τοῦτο καταλλαγῆναι, πάντων τῆς συγχωρήσεως ἡμῖν ἐπὶ τούτων, καὶ τῶν κτηνῶν, τροπολογῶν ἐκθέσθαι. τὸ γὰρ διχηλεύειν καὶ διαστέλλειν ὁπλῆς ὄνυχας, σημεῖόν ἐστι τοῦ διαστέλλειν ἕκαστα τῶν πράξεων ἐπὶ τὸ καλῶς ἔχον. ἡ γὰρ ἰσχὺς τῶν ὅλων σωμάτων μετ' ἐνεργείας ἀπερείδεσθαι ἐπὶ τοὺς ὤμους ἔχει καὶ τὰ σκέλη. μετὰ διαστολῆς οὖν ἅπαντα ἐπιτελεῖν πρὸς δικαιοσύνην ἀναγκάζει τὸ σημειοῦσθαι διὰ τούτων. ἔτι δὲ, διότι παρὰ πάντας ἀνθρώπους [b] διεστάμεθα. οἱ γὰρ πλείονες τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἑαυτοὺς μολύνουσιν ἐπιμισγόμενοι, συντελοῦντες μεγάλην ἀδικίαν, καὶ χῶραι καὶ πόλεις ὅλαι σεμνύνονται ἐπὶ τούτοις. οὐ μόνον γὰρ προσάγουσι τοὺς ἄρσενας, ἀλλὰ καὶ τεκούσας, ἔτι δὲ καὶ θυγατέρας μολύνουσιν. ἡμεῖς δὲ ἀπὸ τούτων διεστάλμεθα. περὶ οὗ δέ ἐστιν ὁ προειρημένος τῆς διαστολῆς τόπος, περὶ τοῦτον εἶναι καὶ τὸν τῆς μνήμης κεχαρακτηρικέναι. πάντα γὰρ ὅσα [c] διχηλῆ, καὶ μηρυκισμὸν ἀνάγει, σαφῶς τοῖς νοοῦσιν ἐκτίθεται τὸ τῆς μνήμης. ἡ γὰρ ἀναμηρύκησις οὐθὲν ἕτερον, ἀλλὰ τῆς ζωῆς καὶ συστάσεως ἐπιμνησις· τὸ γὰρ ζῆν διὰ τῆς τροφῆς συνεστάναι νομίζει. διὸ παρακελεύεται καὶ διὰ τῆς γραφῆς ὁ λέγων οὕτως [d] μνείᾳ μνησθήσῃ τοῦ κυρίου, τοῦ ποιήσαντος ἐν σοὶ τὰ μεγάλα καὶ θαυμαστά. κατανοούμενα γὰρ, καὶ μεγάλα καὶ ἔνδοξα φαίνεται, πρῶτον μὲν ἡ σύμπηξις τοῦ σώματος, καὶ ἡ τῆς τροφῆς διοίκησις, καὶ ἡ περὶ ἕκαστον μέλος διαστολή. πολλῷ δὲ μᾶλλον ἡ τῶν αἰσθήσεων διακόσμησις, διανοίας ἐνέργημα, καὶ κίνησις ἀόρατος, ἥ τε ὀξύτης τοῦ πρὸς ἕκαστόν τι πράσσειν, καὶ τεχνῶν εὕρεσις, ἀπέραστον περιέχει τρόπον, διὸ παρακελεύεται μνείαν ἔχειν, ὡς συντηρεῖται τὰ προειρημένα θείᾳ δυνάμει, σὺν κατασκευῇ. πάντα γὰρ χρόνον καὶ τόπον ὥρικε, πρὸς τὸ διὰ παντὸς μνημονεύειν τοῦ κρατοῦντος θεοῦ, καὶ συντηροῦντος. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν βρωτῶν καὶ ποτῶν ἀπαρξαμένους, εὐθέως τότε συγχρῆσθαι κελεύει. καὶ μὴν καὶ ἐκ τῶν περιβολαίων παράσημον ἡμῖν μνείας δέδωκε. ὡσαύτως δὲ καὶ

ta esse justitiæ causa, ad morum conformationem, & ad animos piis & sanctis cogitationibus imbuendos. Nam ex volatilibus, quibus utimur, omnia sunt mansueta, & excellunt puritate, nutriunturque tritico & leguminibus: ut sunt columbæ, turtures, attagenæ, perdices, anseres, & id genus alia volatilia. quæ autem nobis sunt prohibitæ volucres, illas invenies esse agrestes, carnivoras, in alias violentas, & illas mansuetas ad suum nutrimentum diripientes: nec vero illas solum, & agnos sed & hœdos, ipsosque homines & mortuos & vivos, violenta sua rapacitate petunt. Ideo eas insigni apposita nota, vocavit, immundas: hinc docens, eos quibus tulerat leges, debere etiam in animis suis justitia uti, nec quenquam potentia & viribus suis fretos subjugare, aut re ulla spoliare alios, sed totam vitam suam instituere & gubernare secundum juris rationem, ad imitationem & exemplum illorum mansuetorum animalium, quæ leguminibus ex terra nascentibus vescantur, & nullam vim usurpent ad alia sui generis absumenda. His itaque quasi symbolis quibusdam, legislator voluit ostensum intelligentibus, ut cogitarent se debere esse justos, & nihil per vim agere, neque fiducia potentiæ & virium suarum alios opprimere. Nam cum non permisit attingere jam enumerata animalia propter impetus & inclinationes illas, quas singula habent: quomodo non prorsus judicavit cavendum esse, ne moribus & vita ad ipsorum naturam perverse efformaremur? Ita quæ nobis concedit in omnibus, ut volatilibus, ita pecoribus, figurate & ad morum informationem statuit. Nam quod præcepit, pecora geminis & fissis debere esse ungulis: hoc symbolum eo tendit, ut diligenter, prout decet, discernamus actiones nostras. cum enim conatuum & totius corporis robur fulciatur, & quasi colligatur in humeris & cruribus, hoc signo monere voluit, ut omnia conaremur & perficeremus cum selectione, juxta normam justitiæ: idque hanc etiam ob causam, quia simus magno discrimine sejuncti ab aliis hominibus, quorum plerique se ipsi mutuo commercio inquinent, cum magna justitiæ violatione. Atque de hoc etiam civitates & regiones integræ glorientur, in quibus impune est, non solum cum masculis commercium habere, sed etiam puerperas & filias polluere: a quibus nos longe sumus sejuncti. Quo autem in loco est hæc distinctionis admonitio, in eo est etiam suo charactere expressum memoriæ & recordationis præceptum. Nam cum dicit, Quæcunque habent fissas ungulas, & ruminant: ibi manifeste intelligentibus proponit signum memoriæ. nam ruminatio significat memoriam & recordationem, ac quidem præcipue vitæ & constitutionis nostræ: & quod vita constat & conservatur per alimenti sumptionem. Unde similiter etiam in Scriptura cohortatur ille qui dicit: Memoria recordator Domini, qui fecit in te magna & mirabilia. Apparent enim illa magna & admiranda, cum recte considerantur: ut primum ipsa corporis compages, nutrimenti dispensatio, & singulorum membrorum sua certa figura: deinde, & multo magis, sensuum dispositio, & mentis vis atque agitatio invisibilis: tum etiam ejus velocitas ad quidvis agendum, & inventio artium in immensum sese extendunt. idcirco jubet nos hæc considerare, & meminisse, quod omnia jam commemorata virtute divina, ut sunt condita, ita conserventur. Adhæc etiam distinxit tempora, & pulchre accommodavit ad perpetuo usurpandam istam recordationem de DEO, omnia gubernante & conservante. Nam cum cibus & potus est capiendus, tum statim jubet omnes convenire & adesse, ad libationes & precationes pias per-

Quare Judæis munda vel immunda separata.

a V.C. πῶς οὖν. b C.V. διεστάλμεθα. c C.V. διχηλεῖ. d Deut. 7. 18.

peragendas. Quinetiam in veſtitu nobis indicia & ſigna illuſtria hujus memoriæ tradidit: ſimiliter etiam in portis & januis mandavit præcepta DEI affigi, ad memoriam ejus habendam. Atque etiam in manibus jubet circumplicitum DEI ſignum expreſſe & manifeſte geſtare: quo hoc plane monſtrat, omnia eſſe inſtituenda & peragenda juſte cum memoria creationis noſtræ, & in primis cum timore Dei, qui ſemper & in omnibus negotiis adeſſe debeat. Jubet præterea & cubitum euntes, & de lecto ſurgentes, ex iſta menti humanæ incomprehenſibili viciſſitudine, & alteratione ſomni & quietis, conſiderare, & quidem diligenti animi contemplatione, motiones & vices ac ſucceſſiones in operibus Dei.

Oſtendi ita tibi in expoſitione ungularum fiſſarum & ruminationis, præſtantiam oraculi legitimi, de diſtinctione, delectu & memoria, ut videres non temere iſta, prout in animum inciderint, a legiſlatore noſtro conſtituta eſſe, ſed ad veritatis & rectæ rationis declarationem. Atque ut de eſu & de cibis diſpoſuit, ita etiam de ſingulis quæ ad tactum & auditum pertinent, diligenter præcepit: jubens ut neque ageremus neque audiremus quicquam temere: neque etiam orationis facultate confiſi, ad injuſta delaberemur. Horumque rationes & cauſas ſimiliter in naturis beſtiarum, quas prohibuit, eſt invenire. Nam muſtelæ & murum, & id genus aliarum beſtiarum quæ ſunt prohibitæ, natura eſt damnoſa, & ad nocendum prona. mures enim omnia vaſtant & corrumpunt, non ſolum quantum ad ipſorum nutrimentum attinet: ſed etiam, quia quæ invadunt, illa omnino corrumpunt, & reddunt homini inutilia. Et muſtelæ natura eſt peculiaris, quia hoc animal præter jam commemoratam nocendi inclinationem & facultatem, hoc etiam proprium habet, ut auribus concipiat, ore vero pariat fœtum ſuum. Quo ſignificatur, hanc naturam & conſuetudinem hominum eſſe impuram, qua quæ auribus percipiant, verbis exaggerata efferant ad alios malis involvendos, inquinantes in hoc ſe immundicia non levi, dum plane impietatis fœditate contaminantur. Ex quo præclare Rex veſter facit, qui (ut accipimus) hoc genus hominum ſupplicio ſolet afficere. Hic ego: Tu videris mihi loqui de delatoribus. nam hos ille tormentis & ſuppliciis capitalibus, iiſque acerbis proſequitur. Tum ille: Hos ipſos & ego intelligo. nam horum vigilantia, eſt ſcelerata aliorum hominum pernicies. Noſtra vero lex jubet, ut neminem neque dicto neque facto quis lædat. Atque ita quantum brevitas permiſit, de his diſſeruimus, ad oſtendendum hoc tibi, omnia in legibus noſtris eſſe ſtatuta ad juſtitiam: neque quicquam temere aut ſeverius & durius eſſe ordinatum & propoſitum, ſed ut per totam vitam & in actionibus omnibus exerceremus & uſurparemus juſtitiam erga omnes homines, & Dei gubernantis omnia nunquam obliviſceremur. Ita ergo, & quæ de cibis, & quæ de beſtiis ſunt tradita, omnia ſpectant eo, ut juſtitia excolatur, & hominum ſocietas & converſatio ſit juſta. Mihi itaque videbatur ſingulorum rationem pulchre expoſuiſſe. nam dicebat etiam de vitulis, arietibus & hircis, qui offerrentur, quos omnes ex gregibus & armentis deligerent manſuetos, & nihil prorſus quod ferum & indomitum eſſet mactarent: ut ne ſacrificantes ex legiſlatoris ordinatione alicujus elationis & ſuperbiæ anſam arripere, & ſibi adſcribere poſſent, eo quod ſacrificans omnino faciat oblationem pro animi ſui affectione. Atque hæc fuerunt tractata in collocutione, memoratu (ut ego puto) digna: quæ tibi Philocrates, propter ſtu-

Præcepta de tactu & auditu.

Delatores apud Ægyptios capitaliter puniti.

Animalia ſacrificari ſolita cujuſmodi.

ἐπὶ [a] τῶν πυλῶν καὶ θυρῶν προστέταχε μὲν ἡμῖν τιθέναι τὰ λόγια, πρὸς τὸ μνείαν εἶναι θεοῦ· καὶ ἐπὶ τῶν χειρῶν δὲ διαῤῥήδην τὸ σημεῖον κελεύει περιῆφθαι, σαφῶς ἀποδεικνὺς, ὅτι πᾶσαν ἐνέργειαν μετὰ δικαιοσύνης ἐπιτελεῖν δεῖ, μνήμην ἔχοντας τῆς ἡμῶν συστάσεως, ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸν περὶ θεοῦ φόβον. κελεύει δὲ καὶ κοιταζομένους, καὶ διανισταμένους, μελετᾷν τὰς τοῦ θεοῦ κατασκευάς, οὐ μόνον λόγῳ, ἀλλὰ διαλήψει θεωροῦντας τὴν κίνησιν, καὶ ὑπόληψιν ἑαυτῶν, ὅταν εἰς ὕπνον ἔρχωνται, καὶ τὴν ἔγερσιν, ὡς θεία τίς ἐστι καὶ ἀκατάληπτος τούτων μετάθεσις.

Δέδεικται δέ σοι καὶ τὸ περιττὸν τῆς λογίας, τῆς κατὰ τὴν διαστολὴν καὶ μνείαν· ὡς ἐξεθέμεθα τὴν διχηλίαν, καὶ τὸν μηρυκισμόν· οὐ γὰρ εἰκῆ κατὰ τὸ ἐμπεσὸν εἰς ψυχὴν νενομοθέτηται, πρὸς δὲ ἀλήθειαν καὶ σημείωσιν ὀρθοῦ λόγου. διατάξας γὰρ ἐπὶ βρωτῶν καὶ τῶν κατὰ τὰς ἁφὰς ἕκαστα, κελεύει μηθὲν εἰκῆ μήτε πράσσειν, μήτε ἀκούειν· μήτε τοῦ λόγου δυναστείᾳ συγχρωμένους, ἐπὶ τὴν ἀδικίαν τρέπεσθαι. καὶ ἐπὶ τῶν κνωδάλων δὲ ταὐτόν ἐστιν εὑρεῖν. κακοποιητικὸς γάρ ὁ τρόπος ἐστὶ καὶ γαλῆς, καὶ μυῶν, καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων, ὅσα διηγόρευται. πάντα γὰρ λυμαίνονται καὶ κακοποιοῦσι μύες, οὐ μόνον πρὸς τὴν ἑαυτῶν τροφὴν, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἄχρηστον γίνεται ἀνθρώπῳ, ὅταν δηποτοῦν ἐπιβάληται κακοποιεῖν. τό, τε τῆς γαλῆς γένος ἰδιάζον ἐστί· χωρὶς γὰρ τοῦ προειρημένου, ἔχει λυμαντικὸν κατάστημα· διὰ γὰρ τῶν ὤτων συλλαμβάνει, [b] τεκνοποιεῖ δὲ τῷ στόματι. καὶ διὰ τοῦτο ὁ τοιοῦτος τρόπος τῶν ἀνθρώπων ἀκάθαρτός ἐστιν· ὅσα γὰρ διὰ ἀκοῆς λαβόντες, ταῦτα τῷ λόγῳ σωματοποιήσαντες, κακοῖς ἑτέρους ἐνεκύλισαν, ἀκαθαρσίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐπετέλεσαν, μιανθέντες αὐτοὶ παντάπασι τῷ τῆς ἀσεβείας μολυσμῷ. καλῶς δὲ ποιῶν ὁ βασιλεὺς ὑμῶν, τοὺς τοιούτους ἀναιρεῖ, καθὼς μεταλαμβάνομεν. ἐγὼ δὲ εἶπον· τοὺς ἐμφανιστὰς οἴομαί σε λέγειν· καὶ γὰρ αἰκίαις καὶ θανάτοις ἐπαλγέσιν αὐτοὺς περιβάλλει συνεχῶς. ὁ δὲ, τούτους γὰρ καὶ λέγω· ἡ γὰρ ἐπαγρύπνησις, ἀνθρώπων ἀπώλεια ἀνόσιος. ὁ δὲ νόμος ἡμῶν κελεύει, μήτε λόγῳ, μήτε ἔργῳ μηδένα κακοποιεῖν. καὶ περὶ τούτων οὖν, ὅσον ἐπὶ βραχὺ διεξελθεῖν, προσυποδέδειχά σοι· ὅτι πάντα κεκανόνισται [c] πρὸς δικαιοσύνην, καὶ οὐδὲν εἰκῆ κατατέτακται διὰ τῆς γραφῆς, οὐδὲ μυθωδῶς, ἀλλ' ἵνα διὰ ὅλου τοῦ ζῆν καὶ καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν ἀσκῶμεν δικαιοσύνην πρὸς πάντας ἀνθρώπους, μεμνημένοι τοῦ δυναστεύοντος θεοῦ. περὶ βρωτῶν οὖν, καὶ τῶν ἀκαθάρτων, καὶ κνωδάλων, καὶ πᾶς λόγος ἀνατείνει πρὸς δικαιοσύνην, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων συναναστροφὴν δικαίαν. ἐμοὶ μὲν οὖν ἐνόμιζε περὶ ἑκάστων ἀπολογεῖσθαι· καὶ γὰρ περὶ τῶν προσφερομένων ἔλεγε μόσχων τε καὶ κριῶν, καὶ χιμάρων· ὅτι ἀεὶ ταῦτα ἐκ βουκολίων καὶ ποιμνίων λαμβάνοντας ἥμερα θυσιάζειν, καὶ μηθὲν ἄγριον· ὅπως οἱ προσφέροντες τὰς θυσίας, μηθὲν ὑπερήφανον ἑαυτοῖς συνιστορῶσι, σημειώσει κεχρημένοι τοῦ διατάξαντος. τῆς γὰρ ἑαυτοῦ ψυχῆς τοῦ παντὸς τρόπου τὴν προσφορὰν ποιεῖται ὁ τὴν θυσίαν προσάγων: καὶ περὶ τούτων οὖν νομίζω τὰ τῆς ὁμιλίας ἀξιολόγου καθεστάναι, διὸ τὴν σεμνότητα

καὶ

a Deut. 6. 9. b Barnabæ Epiſt. p. 232. c κεκανόνισται. C. V.

χαλκᾶ καὶ σιδηρᾶ συνίστασθαι πρότερον. ἐκλέλειπται δὲ ταῦτα, καθ᾽ ὃν ἐπεκράτησαν χρόνον Πέρσαι· τῶν τότε προεστώτων, ποιησαμένων διαβολὴν, ὡς ἀχρηστος ἡ κατεργασία γίνεται, καὶ πολυδάπανος· ὅπως μὴ διὰ τὴν μεταλλείαν τῶν εἰρημένων συμβῇ καὶ τὴν χώραν καταφθείρεσθαι, καὶ σχεδὸν διὰ τὴν ἐκείνων δυναστείαν ἀλλοτριωθῆναι, παρευρέσιν λαβόντων εἰς τοὺς τόπους εἰσόδου, διά τι τὴν διαβολὴν γεγονέναι τοιαύτην. ὅσον οὖν καὶ περὶ τούτων ἔδει, κεφαλαιωδῶς σεσημαγκά σοι, ὦ Φιλόκρατες ἀδελφέ· τὰ δὲ τῆς ἑρμηνείας ἑπομένως δηλώσομεν.

Ἐπιλέξας γὰρ τοὺς ἀρίστους ἄνδρας, καὶ παιδείᾳ διαφέροντας, ἅτε δὴ γονέων τετυχότας ἐνδόξων, οἵτινες οὐ μόνον τὴν τῶν Ἰουδαϊκῶν γραμμάτων ἕξιν περιεποίησαν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἑλληνικῶν ἐφρόντισαν οὐ παρέργως κατασκευῆς· διὸ καὶ πρὸς τὰς πρεσβείας εὔθετοι καθεστήκεισαν, καὶ τοῦτ᾽ ἐπετέλουν ὅτε δέοι, καὶ πρὸς τὰς ὁμιλίας καὶ ἐπερωτήσεις τοῦ νόμου μεγάλην εὐφυΐαν εἶχον· τὸ μέσον ἐζηλωκότες κατάστημα (τοῦτο γὰρ κάλλιστόν ἐστιν) ἀποτεθειμένοι τὸ τραχὺ καὶ βάρβαρον τῆς διανοίας· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κατοιέσθαι [a] καὶ νομίζειν ὑπερφρονεῖν ἑτέρους, ὑπερβεβηκότες· τὴν δὲ ὁμιλίαν, καὶ τὸ συνακούειν, καὶ πρὸς ἕκαστον ἀποκρίνεσθαι δεόντως παραδεδειγμένοι, ὑπερφέρειν ἕτερος ἑτέρῳ, καὶ τοῦ καθηγουμένου πάντες ἄξιοι, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς. νοῆσαι δὲ ἦν, ὡς ἠγάπησαν τὸν Ἐλεάζαρον, δυσαποσπάστως ἔχοντες, καὶ ἐκεῖνος αὐτούς, χωρὶς καὶ τοῦ πρὸς τὸν βασιλέα γεγραφέναι περὶ τῆς ἀποκαταστάσεως αὐτῶν, πολλὰ παρεκάλεσε τὸν Ἀνδρέαν ποιῆσαι, συναντιλαμβάνεσθαι παρακαλῶν, καθ᾽ ὃν ἂν δυνώμεθα. καὶ ἡμῶν ἐπαγγελλομένων, ἀφροντιστεῖν περὶ τούτων· ἔφη, καὶ λίαν διαγωνιᾷν. εἰδέναι γὰρ, ὅτι φιλάγαθος ὢν ὁ βασιλεὺς, πάντων μέγιστον ἡγεῖται τὸ μεταπέμπεσθαι, καθ᾽ ὃν ἂν τόπον ὠνομασθῇ τις ἄνθρωπος διαφέρων ἀγωγῇ καὶ φρονήσει παρ᾽ ἑτέρους. μετείληφα γὰρ καλῶς αὐτὸν λέγειν, ὅτι περὶ ἑαυτὸν ἔχων ἄνδρας δικαίους καὶ σώφρονας, τὴν μεγίστην ἂν φυλακὴν τῆς βασιλείας ἕξειν, συμβουλευόντων παῤῥησίᾳ πρὸς τὸ συμφέρον τῶν φίλων· ὃ δὴ σύνεστι τοῖς ἀποστελλομένοις ὑπ᾽ αὐτοῦ. καὶ διὰ ὅρκων ἐπιστοῦτο, μὴ προΐεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, εἴ τις ἑτέρα χρεία πρὸς τὰ κατ᾽ ἰδίαν αὐτῷ κατεπείγοι· πρὸς δὲ τὴν κοινὴν πᾶσι τοῖς πολίταις ἐπανόρθωσιν, ἐξαποστέλλειν αὐτούς. τὸ γὰρ καλῶς ζῆν, ἐν τῷ τὰ νόμιμα συντηρεῖν εἶναι. τοῦτο δὲ ἐπιτελεῖσθαι, διὰ τῆς ἀκροάσεως πολλῷ μᾶλλον, ἢ διὰ τῆς ἀναγνώσεως. προτιθέμενος οὖν ταῦτα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια, φανερὸς ἦν τὴν διάθεσιν, ὃς ἦν πρὸς αὐτούς.

Ἄξιον δὲ ἐπιμνησθῆναι βραχέων τῶν ὑποδειχθέντων ὑπ᾽ αὐτοῦ, πρὸς δι᾽ ἡμῶν ἐπιζητηθέντων. νομίζειν γὰρ τοῖς πολλοῖς περιεργίαν ἔχειν τινὰ τῶν ἐν τῇ νομοθεσίᾳ περὶ τε τῶν βρωμάτων καὶ ποτῶν, καὶ τῶν νομιζομένων ἀκαθάρτων εἶναι κνωδάλων. πυνθανομένων γὰρ ἡμῶν, διὰ τί μιᾶς καταβολῆς οὔσης, τὰ μὲν ἀκάθαρτα νομίζεται πρὸς βρῶσιν, τὰ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἁφὴν (δεισιδαιμόνως γὰρ τὰ πλεῖστα τὴν νομοθεσίαν ἔχειν, ἐν δὲ τούτοις πάλιν πάνυ δεισιδαιμόνως) πρὸς ταῦτα οὕτως ἐνήρξατο.

Θεωρεῖς, ἔφη, τὰς ἀναστροφὰς καὶ τὰς ὁμιλίας, οἷον ἐνεργάζονται πρᾶγμα· διότι κακοῖς ἐνομιλήσαντες, διαστροφὰς ἐπιλαμβάνουσιν ἄνθρωποι, καὶ ταλαίπωροι δι᾽ ὅλου τοῦ ζῆν εἰσίν· ἐὰν δὲ σοφοῖς καὶ

quo tempore Perſæ rerum potirentur, fuerunt intermiſſa: quia qui tum præeſſent, culparent illa, ut inutilis & ſumptuoſi laboris, & per quæ etiam regio poſſet perdi. Ac quidem hæc ipſorum criminatio valuit: quia fere per potentiam illorum qui intenti iis erant, regio fuit perducta in alienas manus, cum illi inde in regionem nacti fuiſſent ingreſſum. Expoſui ita ſtrictim tibi, frater Philocrates, quæ etiam de his commemoranda fuerunt. deinceps exponam illa, quæ ſunt ipſius interpretationis.

LXX interpretum electio. Elegit ergo Eleazarus optimos & eruditione præſtantes viros, utpote præclaris ortos parentibus: qui non ſolum exercitati erant in literis Judæorum, ſed etiam in ſtudia & mores Græcorum non ſegnem operam navarant: quique ideo idonei erant ad legationes, & eas obibant cum opus eſſet. Jam ad diſputationes de legibus explicandas valde ſolertes erant. iidem amplexabantur ſtatum vitæ & morum medium, qui eſt optimus, deponentes a ſe aſperitatem & barbariem animi; nec volebant videri arrogantes, & eſſe in aliqua opinione elationis adverſus inferiores, ſed ſuavitatem animi in converſationibus, & facilitatem audiendi alios, dexteritatemque reſpondendi ad ſingula, apte & ordine recto declarare ſtudebant: denique omnes erant digni præſide ſuo, & virtute ipſius. Quam vero ipſum Eleazarum amarent, hinc licebat cognoſcere, quia inviti & ægre ab ipſo diſcedebant. Ipſe etiam valde eos amabat, quod inde licebat colligere: quia præterquam quod ſcripſerat ad Regem de ipſis reſtituendis, multum etiam rogabat Andream, ut id negotii promoveret, & in aliis quibus poſſemus, ipſis gratificaremur. Cumque nos promiſiſſemus noſtram operam, & dixiſſemus ipſum non debere de iſtis ſollicitum eſſe: ipſe reſpondebat, ſe etiam valde angi animo ob iſtam rem. Compertum enim habere, Regem, cum virtutis ſtudio & amore excellat, hujus præcipue curam habere, ut ubicunque locorum celebretur aliquis doctrina & prudentia præ aliis excellens, cum ad ſe accerſat. nam & hoc ipſum dicere, & recte: Quod ſi habeat apud ſe juſtos & moderatos viros, habeat ſecum regni ſui maximum præſidium & munimentum: eo quod illi libere & intrepide conſulant, ad communem utilitatem illorum quibus ipſe benevelit. Taleſque dicebat ſe animadvertere, eſſe illos ab ipſo miſſos. Præterea jurejurando affirmabat, ſe iſtos viros non dimiſſurum, ſi quod aliud ſuum negocium inſtaret. Nunc vero dimittere illos, ad emendationem rei communiter omnibus civibus utilis. Nam ut quis bene vivat, hoc ſitum eſſe in obſervantia & diligenti cuſtodia legum: hoc vero acquiri & abſolvi multo magis ex auditione, quam lectione. Ex horum ergo & ſimilium commemoratione, ſatis declarabat animi ſui erga illos viros effectum. *Ptol. regis erga doctos homines obſervantia.*

Nunc pauca quædam ex illis quæ ipſe nobis interrogantibus explicuit, dignum fuerit commemorare, præſertim cum exiſtimemus multis videri, nonnulla in lege temere comprehenſa: ut illa quæ de cibo & potu, & animalibus illis quæ habentur impura, ſunt tradita. Interrogantibus ergo nobis, quare cum ſint unius creatione omnia condita, alia ad eſum impura habeantur, nonnulla etiam ad tactum. hæc enim & alia multa videri ſuperſtitioſe tradita eſſe in lege; & obſervari etiam nimis ſuperſtitioſe. Ad hæc ipſe ita cœpit loqui:

Eleazari ad quæſtionem ab Ariſtea & Andrea propoſitam reſponſio. Cernes, inquit, quid poſſint & efficiant converſario & conſuetudo. quia homines ex converſatione improborum depravantur, & fiunt miſeri per totam vitam. Si vero cum ſapientibus & pruden- tibus

[a] V. C. κατοίεσθαι.

tibus versentur, ignorantiæ suæ emendationem ad vitæ rectitudinem consequuntur. Hinc primus Legislator noster distincte & accurate præcepit, quæ sunt pietatis & justitiæ: & singula de his tradidit non solum prohibitione, sed etiam cum præscriptione recti: ob oculos etiam positis malis & afflictionibus, quas Deus immittat authoribus delictorum. Nam primum omnium ostendit, unum solum esse Deum, & ejus potentiam omnia pervadere, ita ut omnia sint ea repleta, nec ipsam lateat quicquam eorum quæ in terra ab hominibus clam fiant: sed quæcunque quis vel jam faciat, vel post sit facturus, ea sint illi aperta. Quibus quidem ita accurate traditis, hoc demonstravit & effecit, ut si quis tantum cogitet de aliquo improbo facinore peragendo, nedum si id peregisset, sciret Deum id non latêre: sicque in tota lege sua Dei majestatem & potentiam illustravit. Hoc initio ita facto, demonstravit deinde, omnes alios homines, præter Judæos, stulte multos statuere Deos, & colere eos quibus ipsi sint multo præstantiores. Nam illos simulachra ex lapidibus & lignis confecta, habere pro imaginibus eorum qui ipsis aliquid ad vitam utile invenerint: atque ita adorare illa, quæ manifeste videant omni sensu destituta esse. Jam ut quis concedat, ipsos respicere ad facultatem, qua tempore inventionis præditi fuerunt: hinc etiam stultos habendos, quia illi ipsorum inventores non crearint neque produxerint quicquam, sed ex creatis & productis quædam aut ostenderinr esse utilia, aut ad meliorem usum composuerint. Unde etiam hanc ob causam stulte & inaniter agere, dum habeant & colant pro diis sui similes: & eo magis, cum invenire liceat multos etiam nunc qui illis prioribus inventoribus longe sint solertiores & ad inveniendum & ad intelligendum, quos tamen illi nunquam adoraverint: & tamen interim qui Græcorum talia finxerint & commenti sint de diis, haberi apud ipsos sapientissimos. De aliis vero, ajebat, longe stultioribus quid opus est dicere, ut de Ægyptiis & similibus, qui ad bestias & multa reptilia: aliaque animalia delapsi, ea venerantur, & iis tam mortuis quam vivis sacrificant? Hæc ergo singula diligenter contemplatus, utpote sapiens & a DEO omnium rerum cognitione instructus legislator noster, circummunivit nos vallis indissolubilibus, & ferreis mœnibus, ut cum nullis prorsus aliis populis possemus ulla in re commisceri: sed permanentes & corpore mundi, & animo liberi a falsis opinionibus, unum DEUM, & eum potentem supra universam creaturam coleremus. Ex quo Ægyptiorum sacri præsides, postquam multa ex disciplina nostra intentius perpenderant, & inde assumpserant, nos DEI homines appellant: quod ex aliis nemini contingere potest, nisi verum DEUM colat. Sed fere alii homines sunt cibi & potus & vestitus, in quo toto animo incumbunt. Nostri vero his pro nihilo habitis, per totam vitam versantur in contemplatione majestatis & omnipotentiæ DEI. Hinc ergo ne per ullius impietatis communicationem inficeremur, neve conversatione improborum depravaremur, circumsepsit nos legitima sanctitate & puritate cibi, potus, tactus, auditus & visus. nam in universum omnia quæ ipse sanxit nobis, habent naturalem causam, & ita divinitus gubernantur: habetque unumquodque eorum quo vel abstinemus vel utimur, causam & rationem profundam. Ex quibus unum & alterum tibi, exempli causa, cursim exponam, ne in has abjectas & leves de legislatore nostro cogitationes incidas, quasi ipse pro muribus, mustelis & similibus tantopere sollicitus, talia legibus suis ordinarit: sed ut perspicias, omnia ab ipso graviter & sancte institu-

Ægyptiorum idololatria.

Recte & hunc ſtatuiſſe faſſus, proximum interrogabat: QUID eſſet Philoſophia? Ille dixit: Recte ſentire & ſtatuere de ſingulis quæ eveniunt in vita, nec de gradu moveri impetu ullius cupiditatis: ſed perpenſis incommodis quæ ex cupiditatibus exiſtant, pro tempore omnia agere, ut conveniat cum animi moderatione. Sed ut horum curam habere poſſimus, Deus erit colendus.

Erga hunc etiam approbatione declarata, ad proximum dixit: QUOMODO apud peregrinos poſſet nanciſci hoſpitales & faciles ad ſe excipien-

Τῇ δὲ ἐχομένῃ, τὸν καιρὸν λαβὼν, ἐπηρώτα τὸν ἑξῆς· ΤΙΣ ἐστιν ἀμέλεια μεγίστη; πρὸς τοῦτ' ἔφη· εἰ τέκνων ἄφροντίς τις ᾖ, καὶ μὴ κατὰ πάντα τρόπον ἀγαγεῖν, εὐχόμεθα γὰρ ἀεὶ πρὸς τὸν θεὸν, οὐχ οὕτως περὶ ἑαυτῶν, ὡς περὶ τῶν ἐγγόνων, ἵνα παρῇ πάντ' αὐτοῖς τἀγαθά. τὸ δὲ ἐπιθεῖσθαι παιδείαν σωφροσύνης μεταχεῖν, θεοῦ δυνάμει τοῦτο γίνεται.

Φήσας δὲ εὐλογεῖν, ἄλλον ἠρώτα· ΠΩΣ ἂν φιλόπατρις εἴη; προτιθέμενος (εἶπεν) ὅτι καλὸν ἐν ἰδίᾳ καὶ ζῆν καὶ τελευτᾶν. ἡ δὲ ξενιτεία τοῖς μὲν πένησι καταφρόνησιν ἐργάζεται, τοῖς δὲ πλουσίοις ὄνειδος, ὡς διὰ κακίαν ἐκπεπτωκόσι. εὐεργετῶν οὖν ἅπαντας, καθὼς συνεχῶς τοῦτο ἐπιτελεῖς, θεοῦ διδόντος σοὶ πρὸς πάντας χάριν, φιλόπατρις φανήσῃ.

Τούτου δὲ ἀκούσας, τοῦ κατὰ τὸ ἑξῆς ἐπυνθάνετο· ΠΩΣ ἁρμόσαι γυναικί; ὁ δὲ ἔφη· ὅτι μὲν θρασύ ἐστι τὸ θῆλυ γένος, καὶ δραστικὸν, ἐφ' ὃ βούλεται πρᾶγμα· καὶ μεταπῖπτον εὐκόπως διὰ παραλογισμοῦ, καὶ [a] τῇ φύσει κατεσκεύασται ἀσθενές. δέον δ' ἐστὶ κατὰ τὸ ὑγιὲς χρῆσθαι, καὶ μὴ πρὸς ἔριν ἀντιπράσσειν. κατορθοῦται γὰρ βίος, ὅταν ὁ κυβερνῶν ἴδῃ, πρὸς τίνα σκοπὸν δεῖ τὴν διέξοδον ποιεῖσθαι. θεοῦ δ' ἐπικλήσει καὶ βίος κυβερνᾶται κατὰ πάντα.

Συνανθομολογησάμενος δὲ τούτῳ, τὸν ἑξῆς ἠρώτα· ΠΩΣ ἀναμάρτητος εἴη; ὁ δὲ ἔφησεν· ὡς ἅπαντα πράσσων μετὰ διαλογισμοῦ, καὶ μὴ πειθόμενος διαβολαῖς, ἀλλ' αὐτὸς ὢν δοκιμαστὴς τῶν λεγομένων· καὶ κρίσει κατευθύνων τὰ τῶν ἐντεύξεων, καὶ διὰ κρίσεως ἐπιτελῶν ταῦτα, ἀναμάρτητος (ἔφη) ἂν εἴης, ὦ βασιλεῦ. τὸ δὲ ἐπινοεῖν ταῦτα, καὶ ἐν τούτοις ἀναστρέφεσθαι, θείας δυνάμεώς ἐστιν ἔργον.

Διαχυθεὶς δὲ τοῖς εἰρημένοις, τὸν ἕτερον ἠρώτα· ΠΩΣ ἂν ἐκτὸς θυμοῦ γένοιτο; πρὸς τοῦτ' εἶπεν· γινώσκων, ὅτι πάντων ἐξουσίαν ἔχει· καὶ εἰ χρήσαιτο θυμῷ, θάνατον ἐπιφέρει· ὅπερ ἀνωφελὲς καὶ ἀλγεινόν ἐστιν, εἰ τὸ ζῆν ἀφελεῖται πολλῶν, διὰ τὸ κύριον εἶναι. πάντων δὲ ὑπηκόων ὄντων, καὶ μηδενὸς ἐναντιουμένου, τίνος χάριν θυμωθήσεται; γινώσκειν οὖν δεῖ, διότι θεὸς τὸν πάντα κόσμον διοικεῖ μετ' εὐμενείας, καὶ χωρὶς ὀργῆς ἁπάσης. τούτῳ δὲ κατακολουθεῖν ἀναγκαῖόν ἐστί σε, ἔφησεν, ὦ βασιλεῦ.

Καλῶς δὲ ἀποκεκρίσθαι φήσας τοῦτον, ἐπυνθάνετο τοῦ μετέπειτα· ΤΙ ἐστιν εὐβουλία; τὸ καλῶς ἅπαντα πράττειν, ἀπεφήνατο, μετὰ διαλογισμοῦ, κατὰ τὴν βουλὴν παρατιθέντα καὶ βλαβερὰ τῶν κατὰ τὸ ἐναντίον τοῦ λόγου διάστημα· ἵνα πρὸς ἕκαστον ἐπινοήσαντες, ὦμεν εὖ βεβουλευμένοι, καὶ τὸ προτεθὲν ἡμῖν ἐπιτελῆται. τὸ δὲ αὖ κράτιστον θεοῦ δυναστείᾳ πᾶν βούλευμα, ἵνα ἐξισοῖ τὴν εὐσέβειαν ἀσκοῦντι.

Κατορθωκέναι δὲ καὶ τοῦτον εἰπὼν, ἄλλον ἠρώτα· ΤΙ ἐστι φιλοσοφία; τὸ καλῶς διαλογίζεσθαι πρὸς ἕκαστα τῶν συμβαινόντων, ἀπεφήνατο, καὶ μὴ ἐκφέρεσθαι ταῖς ὁρμαῖς, ἀλλὰ τὰς βλάβας καταμελετᾶν, τὰς ἐκ τῶν ἐπιθυμιῶν ἐκβαινούσας. καὶ τὰ πρὸς τὸν καιρὸν πράσσειν δεόντως, μετριοπαθῆ καθεστῶτα. ἵνα δ' ἐπίστασιν τούτων λαμβάνωμεν, θεραπεύειν δεῖ τὸν θεόν.

Επισημήνας δὲ καὶ τοῦτον, ἕτερον ἠρώτα· ΠΩΣ ἂν ἀποδοχῆς ἡ ξενιτεία τυγχάνῃ; πᾶσιν ἴσος γινόμενος, ἔφη· καὶ μᾶλλον ἥττων, ἢ καθυπερέχων

[a] V. C. Κἂν τῇ φύσει.

χων φαινόμενος, πρὸς οὓς ξενιτεύει. κοινῶς γὰρ ὁ θεὸς, τὸ ταπεινούμενον προσδέχεται κατὰ φύσιν, καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος τοὺς ὑποταασομένους φιλανθρωπεῖ.

Ἐπιμαρτυρήσας δὲ τούτοις, ἄλλον ἠρώτα· ΠΩΣ ἃ ἂν κατασκευάσῃ, καὶ μετὰ ταῦτα διαμένῃ; πρὸς τοῦτ' εἶπεν· εἰ μεγάλα καὶ σεμνὰ τὰς ποιήσεις ἐπιτελοῖ, πρὸς τὸ φείσασθαι τοὺς θεωροῦντας, διὰ τὴν καλλονὴν, καὶ μηδένα κατεργαζόμενον τὰ τοιαῦτα παραπέμποι, μηδὲ τοὺς ἄλλους ἀμισθὶ συντελεῖν, ἀναγκάζοι τὰ πρὸς τὴν χρείαν. διανοούμενος γὰρ, ὡς θεὸς πολυωρεῖ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, χορηγῶν αὐτοῖς καὶ ὑγίειαν, καὶ εὐαισθησίαν, καὶ τὰ λοιπά· καὶ αὐτὸς ἀκόλουθόν τι πράξει, τῶν κακοπαθειῶν ἀντιδιδοὺς τὴν ἀντάμειψιν. τὰ γὰρ ἐκ δικαιοσύνης τελούμενα, ταῦτα καὶ διαμένουσιν.

Εὖ δὲ καὶ τοῦτον εἰρηκέναι φήσας, τὸν δέκατον ἠρώτα· ΤΙΣ ἐστι σοφίας καρπός; ὁ δὲ εἶπεν· τὸ μὴ συνιστορεῖν ἑαυτῷ κακὸν πεπραχότι, τὸν δὲ βίον ἐν ἀληθείᾳ διεξάγειν. ἐκ τούτων γὰρ κρατίστη χαρὰ, καὶ ψυχῆς εὐστάθεια σοι γίνεται, μέγιστε βασιλεῦ· καὶ ἐλπίδες ἐπὶ θεῷ καλαὶ κρατοῦντί σοι, τῆς ἀρχῆς εὐσεβέως. ὡς δὲ συνήκουσαν οἱ πάντες, ἐπεφώνησαν σὺν κρότῳ πλείονι. καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τὸ προπίειν ὁ βασιλεὺς λαμβάνειν ἐτράπη, χαρᾷ πεπληρωμένος.

Τῇ δ' ἑξῆς καθὼς πρότερον ἡ διάταξις ἦν τῆς κατὰ τὸν πότον ἐπιτελουμένων, καιροῦ δὴ γινομένου, τοὺς ἀπολειπομένους ὁ βασιλεὺς ἐπηρώτα. πρὸς τὸν πρῶτον δὲ ἔφη· ΠΩΣ ἂν μὴ τραπείη τις εἰς ὑπερηφανίαν; ἀπεκρίθη δὲ, εἰ τὴν ἰσότητα τηροῖ· καὶ παρ' ἕκαστον ἑαυτὸν ὑπομιμνήσκοι· καθὼς ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπων ἡγεῖται· καὶ ὅτι ὁ θεὸς τοὺς ὑπερηφάνους καθαιρεῖ, τοὺς δὲ ἐπιεικεῖς καὶ ταπεινοὺς ὑψοῖ.

Παρακαλέσας δὲ αὐτὸν, τὸν ἑξῆς ἐπηρώτα· ΤΙΣΙ δεῖ συμβούλοις χρῆσθαι; τοῖς διὰ πολλῶν, ἔφη, πεπειραμένοις πραγμάτων, καὶ τὴν εὔνοιαν συντηροῦσιν ἀκέραιον πρὸς αὐτὸν, καὶ τῶν τρόπων ὅσοι μετέχουσιν αὐτοῦ. θεοῦ δὲ ἐπιφάνεια, γίνεται πρὸς τὰ τοιαῦτα τοῖς ἀξίοις.

Ἐπαινέσας δὲ καὶ αὐτὸν, ἄλλον ἠρώτα· ΤΙ ἐστι βασιλεῖ κτῆσις ἀναγκαιοτάτη; τῶν ὑποτεταγμένων φιλανθρωπία, καὶ ἀγάπησις, ἀπεκρίνατο. διὰ γὰρ τούτων ἄλυτος εὐνοίας δεσμὸς γίνεται. τὸ δὲ γίνεσθαι κατὰ προαίρεσιν ταῦτα, ὁ θεὸς ἐπιτελεῖ.

Κατεπαινέσας δ' αὐτὸν, ἕτερον διεπυνθάνετο. ΤΙ πέρας ἐστὶ λόγου; κἀκεῖνος δ' ἔφησε· τὸ πεῖσαι τὸν ἀντιλέγοντα, διὰ τῆς ὑποτεταγμένης τάξεως τὰς βλάβας ὑποδεικνύντα· οὕτω γὰρ λήψη τὸν ἀκροατὴν, οὐκ ἀντικείμενος, συγχρώμενος δ' ἐπαίνῳ πρὸς τὸ πεῖσαι. θεοῦ δ' ἐνεργείᾳ κατευθύνεται πειθώ.

Εὖ δὲ λέγειν φήσας αὐτὸν, ἕτερον ἠρώτα· ΠΩΣ ἂν, παμμιγῶν ὄχλων ὄντων ἐν τῇ βασιλείᾳ, τούτοις ἁρμόσαι; τὸ πρέπον ἑκάστῳ συνυποκρινόμενος, εἶπεν, καθηγεμόνα λαμβάνων δικαιοσύνην· ὡς καὶ ποιεῖς, θεοῦ σοι διδόντος εὖ λογίζεσθαι.

Φιλοφρονηθεὶς δὲ τοῦτον, πρὸς ἕτερον εἶπεν· ΕΠΙ τίσι δεῖ λυπεῖσθαι; πρὸς ταῦτα, ἀπεκρίθη, τὰ συμβαίνοντα τοῖς φίλοις, ὅταν θεωρῶμεθα πολυχρόνια καὶ ἄφυκτα γινόμενα. τελευτήσασι γὰρ, καὶ κακῶν ἀπολελυμένοις, οὐχ ὑπογράφει λύπην ὁ λόγος· ἀλλ' ἐφ' ἑαυτοὺς ἀναφέροντες, καὶ τὸ πρὸς ἑαυτοὺς συμφέρον, λυποῦνται πάντες ἄνθρωποι. τὸ δὲ ἐκφυγεῖν πᾶν κακὸν, θεοῦ δυνάμει γίνεται.

dum? Dixit ille: Si te erga omnes æqualem exhibueris, aut etiam inferiorem magis quam superiorem erga illos apud quos peregrineris. Nam primum Deus ipse in universum, quod se humiliat, acceptat ex sua natura. Deinde etiam homines ipsi demissos humanitate prosequuntur. Suffragatus huic, alium interrogabat: QUOMODO extruere posset, quæ sint futura diuturna? Ad hoc dixit ille: Si magna & honorifica perfeceris opera, ut contemplantes ea, ob pulchritudinem cogantur ab illis abstinere, nec ullus similia ausit instituere, aut alios intentos curæ necessariæ ad ea perficienda perpellere possit sine mercede. Sed præcipue hoc ita assequêris, si consideraveris, DEUM magna providentia gubernare & tueri genus humanum, & ipsis suppeditare valetudinem, integritatem sensuum, aliaque omnia, & tu simile quid, imitans ipsum, egeris, non neglecta interim etiam justa malorum compensatione. Nam quæ per justitiam peraguntur, illa habent diuturnitatem.

Hunc etiam fassus recte dixisse, interrogabat decimum: QUI esset fructus sapientiæ? Ille dixit: Non esse sibi conscium malarum actionum; & in tota vita degenda veritatem colere. nam ex hoc maximum gaudium, & tranquillitas animi maxima tibi contingent Rex. Spes etiam in DEO præclara continget tibi, pie administranti regnum. His auditis, omnes exclamarunt cum applausu magno. deinde rex lætitia repletus, ad propinandum est versus.

Sequenti autem die apparato convivio, series eadem, quæ ante, erat discumbentium. ibi Rex data opportunitate, reliquos interrogare cæpit, ac ad primum dixit: QUOMODO quis vitaverit, ut non in superbiam incidat? Ille dixit: Si primum æqualitatem servaverit: deinde ubique sibi subjecerit, quod ipse homo præsit hominibus: tertio, si cogitaverit, DEUM deprimere superbos, & exaltare humiles. *Sexti diei convivium.*

Commendato eo, sequentem interrogabat: QUIBUS sit utendum consiliariis? Illis, inquit ille, qui in multis sunt exercitati negotiis, & qui sinceram erga te conservant benevolentiam, quique eisdem tecum præditi sunt moribus: sed horum cognitio contingit dignis, ex illustratione divina.

Collaudato & eo, sequentem interrogabat: QUÆ possessio esset regi in primis necessaria? Ille respondit: Subditorum humanitas & amor, quia ex his benevolentiæ nexus existit indissolubilis. Sed Dei est, ista ex animi sententia perficere.

Eo comprobato, ex sequente percontabatur: QUI finis esset orationis? Ille inquit: Persuadere, sed ita ut ostendas, adversarium ex argumentis & orationis suæ serie habere noxia proposita. ita enim conciliabis tibi auditorem ad sententiam tuam acceptandam: non contra disceptando rationibus, sed adjutus ipsius adversarii comprobatione. Verum Deus est, qui sua virtute gubernat persuasionem, ad eventum exoptatum.

Præclare hunc fassus dixisse, alium interrogabat: QUOMODO, cum in regno sit varia hominum multitudo, Regi cum illis convenire possit? Ille inquit: Duce justitia, cuique quod ei convenit attribuendo: quemadmodum tu Rex hoc facis, Deo suppeditante tibi sanitatem & rectitudinem judicii.

Hunc benigne amplexus, ad alium dixit: OB QUÆ sit tristandum? Ille respondit: Ob illa, quæ adversa eveniunt amicis, si cernamus ea fore diuturna, & inevitabilia. Nam ob defunctos & liberatos malis, ratio non permittit tristari. Sed ad se & suum commodum respicientes, etiam ob hæc omnes homines tristantur. Cæterum ut quis effugiat omne malum, hoc non contingit nisi virtute Dei.

Fas-

Fassus hunc respondisse ut oportebat, ad proximum dixit: PER quæ veniat quis in contemptum, & amittat gloriam, & existimationis famam? Ille dixit: Quando in aliquo existit superbia & confidentia perpetua, tum supervenit contemptus, & existimationis ejus eversio. Deus tamen omnem gloriam gubernans, quo vult eam inclinat.

Hujus etiam sententia pro rata accepta, sequentem interrogabat: QUIBUS debeat se credere? Illis (inquit) qui versantur tecum ob benevolentiam, non ob metum, neque ob potentiam tuam, referentes inde omnia ad suum commodum. Nam illud, argumentum est amoris: hoc, malevolentiæ, & callidæ captationis opportunitatis, ad fraudem usurpandam. Nam qui ducitur cupiditate rerum suarum locupletandarum, solet esse proditor: verum tu omnes benevolos habes, Deo suggerente tibi rectitudinem consilii.

Fassus eum sapienter respondisse, dixit sequenti: QUID conservet regnum? Ad hæc respondit ille: Sollicita & diligens observatio & cura, ne a præfectis negotiis expediendis, quid perperam agatur, & mali aliquid inferatur in subditos. quam quidem curam tu sedulo adhibes, Deo subministrante tibi animi cogitationes graves.

Hoc confirmato, sequentem interrogabat: QUID conservet gratiam & honorem? Ille dixit: Virtus, quæ bona peragit opera, & quod vitiosum est abolet. quemadmodum tu hoc donum nactus divinum, erga omnes conservas & usurpas perfectam virtutis probitatem.

Hoc etiam libenter audito, undecimum, eo quod illorum duo supra Septuaginta essent, interrogabat: QUOMODO etiam in bello gerendo posset esse animo tranquillo? Ille dixit: Si tibi persuaseris, nihil esse a te temere & negligenter ordinatum, omnesque tuos ad edenda præclara facinora inde certaturos, quia sciant, ut maxime ex vita excesserint, te habituros curatorem rerum suarum. Neque enim, Dei beneficio nactus ex animi sententia rerum successum, cessas omnes tuos refocillare, & erigere tua munificentia, ad meliorem rerum suarum statum. Edita significatione approbationis suæ per applausum, ipsos omnes amice commendavit, & singulis paulo plus propinavit, ut eo plus oblectationis & gaudii haberet ista sua conversatio cum ipsis.

Septimi diei convivium.

Septimo die, instructo convivio cum majori apparatu, eo quod plures, & ii satis multi, advenerant legati ex civitatibus, cum tempus adesset, Rex primum ex reliquis ad interrogandum percunctabatur: QUOMODO effecerit, ut non seducatur & decipiatur verbis aliorum? Ille inquit: Si expenderis & quis sit qui dicat, & quid dicat, & de quo dicat, & quidem longiori tempore eadem aliis modis sciscitando. Sed habere mentem celerem, & idoneam ad quævis dijudicanda, qualem tu habes, hoc est præclarum donum Dei.

Applausu approbationis edito, alterum interrogabat: QUARE plerique homines virtutem non amplexarentur? Ille dixit: Quia natura omnes homines sunt incontinentes, & proclives ad voluptates: unde solet existere injustitiæ & avaritiæ immensitas. At virtus functione & vi sua inhibet præcipites ad incontinentiam voluptatis, & jubet potius colere continentiam & justitiam: sed hæc etiam omnia Deus administrat pro sua voluntate.

Confessus hunc bene respondisse, proximum interrogabat: QUIBUS Reges potissimum insistere deberent? Ille inquit: Legibus, ut suo juste agendi studio demereantur omnium famam & approbationem: quemadmodum tu Rex, hoc modo obtempe-

Ὡς δὲ ἔδει φήσας αὐτὸν ἀποκρίνεσθαι, πρὸς ἕτερον εἶπεν· ΠΩΣ ἀδοξία γίνεται; ἐκεῖνος δὲ ἔφησεν· ὅταν ὑπερηφανία καθηγῆται, καὶ θράσος ἄληκτον, ἀτιμασμὸς ἐπιφύεται, καὶ δόξης ἀναίρεσις. θεὸς δὲ δόξης πάσης κυριεύει, ῥέπων οὗ βούλεται.

Καὶ τούτῳ δὲ ἐπικυρώσας τὰ τῆς ἀποκρίσεως, τὸν ἑξῆς ἠρώτα· ΤΙΣΙ δεῖ πιστεύειν ἑαυτόν; τοῖς διὰ τὴν εὔνοιαν (εἶπεν) συνοῦσί σοι, καὶ μὴ διὰ τὸν φόβον, μηδὲ διὰ πολυωρίαν, ἐπανάγοντας πάντα πρὸς τὸ κερδαίνειν. τὸ μὲν γὰρ ἀγαπήσεως σημεῖον, τὸ δὲ δυσνοίας καὶ καιροτηρησίας. ὃς γὰρ ἐπὶ τὸ πλεονεκτεῖν ὁρμᾶται, προδότης πέφυκε. σὺ δὲ πάντας εὔνους ἔχεις, θεοῦ σοι καλὴν βουλὴν διδόντος.

Σοφῶς δὲ αὐτὸν εἴπας ἀποκεκρίσθαι, ἑτέρῳ εἶπεν· ΤΙ βασιλείαν διατηρεῖ; πρὸς τοῦτ' ἔφη· μέριμνα καὶ φροντὶς, ὡς οὐδὲν κακουργηθήσεται διὰ τῶν ἀποτεταγμένων εἰς τοὺς ὄχλους ταῖς χρείαις· καθὼς σὺ τοῦτο πράσσεις, θεοῦ σοι τὴν σεμνὴν ἐπίνοιαν διδόντος.

Θαρσύνας δὲ τοῦτον, ἕτερον ἐπηρώτα· ΤΙ διαφυλάσσει χάριτα καὶ τιμήν; ὁ δὲ εἶπεν, ἀρετή· καλῶν γὰρ ἔργων ἐστὶν ἐπιτέλεια, τὸ δὲ κακὸν ἀποτρίβεται· καθὼς σὺ διατηρεῖς τὴν πρὸς ἅπαντας καλοκἀγαθίαν, παρὰ θεοῦ δῶρον τοῦτ' ἔχων.

Κεχαρισμένως δὲ καὶ τοῦτον ἀποδεξάμενος, τὸν ἑνδέκατον ἐπηρώτα, διὰ τὸ δύο πλεονάζειν τῶν ἑβδομήκοντα· ΠΩΣ ἂν κατὰ ψυχὴν καὶ ἐν τοῖς πολέμοις εἰρηνικῶς ἔχοι; ὁ δὲ ἀπεφήνατο· διαλαμβάνων, ὅτι κακὸν οὐδὲν εἴργασται τῶν διατεταγμένων οὐδέν· πάντες δὲ ἀγωνιοῦνται περὶ τῶν εὐεργετημάτων, εἰδότες, κἂν ἐκ τοῦ ζῆν ἀποτρέχουσιν, ἐπιμελητὴν σε τῶν βίων. οὐδὲ γὰρ διαλείπεις ἐπανορθῶν ἅπαντας, τοῦ θεοῦ σοι κατ' εὐφροσύνην δεδωκότος. ἐπισημήνας δὲ κρότῳ πάντας, αὐτοὺς ἀπεδέξατο φιλοφρονούμενον, καὶ προπίνων ἑκάστῳ πλεῖόν τι, πρὸς τὸ τερφθῆναι μετ' εὐφροσύνης, τοῖς ἀνδράσιν συνὼν, καὶ μετὰ χαρᾶς πλείονος.

Τῇ δὲ ἑβδόμῃ τῶν ἡμερῶν, πλείονος παρασκευῆς γινομένης, προσπαραγινομένων ἑτέρων πλειόνων ἀπὸ τῶν πόλεων (ἦσαν γὰρ ἱκανοὶ πρέσβεις) ἐπερώτησεν ὁ βασιλεὺς, καιροῦ γινομένου, τὸν πρωτεύοντα τῶν ἀπολιπόντων τῆς ἐρωτήσεως· ΠΩΣ ἂν ἀπαραλόγιστος εἴη; ἐκεῖνος δὲ ἔφη· δοκιμάζων καὶ τὸν λέγοντα, καὶ τὸ λεγόμενον, καὶ περὶ τίνος λέγει· καὶ ἐν πλείονι χρόνῳ τὰ αὐτὰ δι' ἑτέρων τρόπων ἐπερωτῶν. τὸ δὲ νοῦν ἔχειν ὀξὺν, καὶ δύνασθαι κρίνειν ἕκαστα, θεοῦ δόρημα καλόν ἐστιν· ὡς σὺ τοῦτο κέκτησαι, βασιλεῦ.

Κρότῳ δὲ ἐπισημηνάμενος ὁ βασιλεὺς, ἕτερον ἐπηρώτα· ΔΙΑ τί τὴν ἀρετὴν οὐ παραδέχονταί τινες τῶν ἀνθρώπων οἱ πλείονες; ὅτι φυσικῶς ἅπαντες, εἶπεν, ἀκρατεῖς, καὶ ἐπὶ τὰς ἡδονὰς τρεπόμενοι γεγόνασιν· ὧν χάριν ἀδικία πέφυκε, καὶ τὸ τῆς πλεονεξίας χῦμα. τὸ δὲ τῆς ἀρετῆς κατάστημα, κωλύει τοὺς ἐπιφερομένους ἐπὶ τὴν ἡδονοκρασίαν, ἐγκράτειαν δὲ κελεύει καὶ δικαιοσύνην προτιμᾶν. ὁ δὲ θεὸς πάντων ἡγεῖται τούτων.

Εὖ δὲ ἀποκεκρίσθαι τοῦτον εἴπας ὁ βασιλεὺς, τὸν μετ' αὐτὸν ἠρώτα· ΤΙΣΙ δεῖ κατακολουθεῖν τοὺς βασιλεῖς; ὁ δὲ ἔφη· τοῖς νόμοις, ἵνα δικαιοπραγοῦντες, ἀνακτῶνται τοὺς [a] δήμους τῶν ἀνθρώπων· καθὼς σὺ τοῦτο πράσσων,

[a] V. C. τοὺς βίους.

σων, ἀέναον μνήμην καταβέβλησαι σεαυτοῦ, θείῳ προστάγματι κατακολουθῶν.

Εἴπας δὲ καὶ τοῦτον καλῶς λέγειν, τὸν ἐχόμενον ἠρώτα· ΤΙΝΑΣ δεῖ καθιστάνειν στρατηγούς; ὁ δὲ εἶπεν· ὅσοι μισοπονηρίαν ἔχουσι, καὶ τὴν ἀγωγὴν αὐτοῦ μιμούμενοι, πρὸς τὸ διὰ παντὸς εὐδοξίαν ἔχειν αὐτούς, τὰ δίκαια πράσσουσι. καθὼς σὺ τοῦτο ἐπιτελεῖς, βασιλεῦ, θεοῦ σοι στέφανον δικαιοσύνης δεδωκότος.

Ἀποδεξάμενος δ' αὐτὸν ὁ βασιλεὺς μετὰ φωνῆς, ἐπὶ τὸν ἐχόμενον ἐπιβλέψας εἶπεν· ΤΙΝΑΣ δεῖ καθιστάνειν ἐπὶ τῶν δυνάμεων ἄρχοντας; ὁ δὲ ἀπεφήνατο· τοὺς ἀνδρείᾳ διαφέροντας, καὶ δικαιοσύνῃ· καὶ περὶ πολλοῦ ποιουμένους τὸ σώζειν τοὺς ἄνδρας ἢ τὸ νικᾶν, τῷ θράσει παραβάλλοντας τὸ ζῆν. ὡς γὰρ ὁ θεὸς εὖ ἐργάζεται πᾶσι· καὶ σὺ τοῦτον μιμούμενος, εὐεργετεῖς τοὺς ὑπὸ σεαυτόν.

Ὁ δὲ ἀποκεκρίσθαι φήσας αὐτὸν εὖ, ἄλλον ἠρώτα· ΤΙΝΑ θαυμάζειν ἄξιόν ἐστιν ἄνθρωπον; ὁ δὲ ἔφη· τὸν κεχορηγημένον δόξῃ καὶ πλούτῳ καὶ δυνάμει, καὶ ψυχῇ ἴσον πᾶσιν ὄντα· καθὼς σὺ δόξῃ καὶ πλούτῳ καὶ δυνάμει τοῦτο ποιῶν, ἀξιοθαύμαστος εἶ, τοῦ θεοῦ σοι διδόντος εἰς ταῦτα τὴν ἐπιμέλειαν.

Ἐπιφωνήσας δὲ καὶ τοῦτον, πρὸς τὸν ἕτερον εἶπεν· ΕΝ τίσι δεῖ πράγμασι τοὺς βασιλεῖς τὸν πλείω χρόνον διάγειν; ὁ δὲ εἶπεν· ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι, καὶ ἐν ταῖς τῶν πορειῶν ἀπογραφαῖς διατρίβειν, ὅσαι πρὸς τὰς βασιλείας ἀναγεγραμμέναι τυγχάνουσι, πρὸς ἐπανόρθωσιν καὶ διαμονὴν ἀνθρώπων. ὃ σὺ πράσσων, οὐκ ἐφικτὸν ἄλλοις δόξαν κέκτησαι· θεοῦ σοι τὰ βουλήματα συντελοῦντος.

Ἐνεργῶς δὲ καὶ τοῦτον προσείπας, ἕτερον ἠρώτα· ΤΙΝΑΣ δεῖ ποιεῖσθαι τὰς ἀγωγὰς ἐν ταῖς ἀνέσεσι καὶ ταῖς ῥᾳθυμίαις; ὁ δὲ ἔφη· θεωρεῖν, ὅσα ὁπλίζεται μετὰ [a] περιστολῆς· καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέναι τὰ τοῦ βίου, μετ' εὐσχημοσύνης καὶ καταστολῆς γινόμενα, βιοῖς σωφρονῶν καὶ κατέχων· ἔνεστι γὰρ καὶ ἐν τούτοις ἐπισκευή τις. πολλάκις γὰρ καὶ ἐκ τῶν ἐλαχίστων αἱρετόν τι δείκνυται. σὺ δὲ πᾶσαν ἠσκηκὼς καταστολὴν διὰ τῶν ἐνεργειῶν, φιλοσοφεῖς διὰ καλοκἀγαθίαν ὑπὸ θεοῦ τιμώμενος.

Εὐαρεστήσας δὲ τοῖς προειρημένοις, πρὸς τὸν ἔνατον εἶπεν· ΠΩΣ δεῖ διὰ τῶν συμποσίων διεξάγειν; ὁ δὲ ἔφησεν· παραλαμβάνοντα τοὺς φιλομαθεῖς, καὶ δυναμένους ὑπομιμνήσκειν τὰ χρήματα τῆς βασιλείας, καὶ τοὺς τῶν ἀρχομένων βίους, ἐμμελέστερον ἢ μουσικώτερον οὐκ ἂν εὕροις τι τούτων. οὗτοι γὰρ θεοφιλεῖς εἰσι, πρὸς τὰ κάλλιστα πεπαιδευκότες τὰς διανοίας. καθὼς καὶ σὺ τοῦτο πράσσεις, ὡς ἂν ὑπὸ θεοῦ σοι κατευθυνομένων ἁπάντων.

Διαχυθεὶς δὲ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, ἐπυνθάνετο τοῦ μετέπειτα· ΤΙ κάλλιστόν ἐστι τοῖς ὄχλοις, ἐξ ἰδιώτου βασιλέα κατασταθῆναι ὑπ' αὐτῶν, ἢ ἐκ βασιλέως βασιλέα; ἐκεῖνος δὲ ἔφη· τὸ ἄριστον τῇ φύσει. καὶ γὰρ ἐκ βασιλέων βασιλεῖς γινόμενοι, πρὸς τοὺς ὑποτεταγμένους ἀνήμεροί τε καὶ σκληροὶ καθίστανται· πολλῷ δὲ μᾶλλον καί τινες τῶν ἰδιωτῶν, καὶ κακῶν πεπειραμένοι, καὶ πενίας μετεσχηκότες, ἄρξαντες ὄχλων, χαλεπώτεροι τῶν ἀνοσίων τυράννων ἐξέβησαν. ἀλλά, ὡς προεῖπον, ἦθος χρηστόν, καὶ παιδείας κεκοινωνηκός, δυνατὸν ἄρχειν ἐστί· καθὼς σύ, βασιλεῦ, μέγας ὑπάρχεις, οὐ τοσοῦτον τῇ δόξῃ τῆς ἀρχῆς καὶ τῷ πλούτῳ

[a] V.C. περιβολῆς.

rans mandato divino, immortalem nominis tui memoriam es adeptus.

Fassus & hunc præclare dixisse, sequentem interrogabat: QUI essent constituendi administratores functionum publicarum? Ille dixit: Qui oderunt improbitatem, & imitantes mores & vitæ tuæ rationem, ad retinendam perpetuam existimationis suæ famam, justa agunt: quemadmodum tu Rex hæc facis, quia divinitus concessam justitiæ coronam habes.

Approbato eo clara voce, & oculis in sequentem conjectis, dixit ad eum: QUOS oporteat in belli duces eligere? Ille respondit: Fortitudine & justitia præstantes, & quibus potius est servare homines, quam cupiditate victoriæ per confidentiam perdere eorum vitam. Nam ut DEUS beneficus est in omnes, ita tu imitatione ejus omnia beneficentia prosequeris.

Fassus eum bene respondisse, alium interrogabat: QUEM hominem conveniat prosequi admiratione? Ille dixit: Eum qui cum gloria, opibus & potentia abunde sit exornatus, interim tamen animo æquali sit erga omnes. quemadmodum tu Rex, dignus es admiratione, qui dignitate, opibus & potentia excellens, hoc facis, DEO tibi hujus rei curam injiciente.

Hoc quoque comprobato, ad proximum dixit: IN quibus rebus reges majori tempore versari deberent? Ille inquit: In legendo & in commentariis legationum illarum quæ extant perscriptæ ad reges, ad instauranda illa quæ faciunt ad rectam, salutarem & diuturnam hominum gubernationem. Quo studio tu, DEO promovente tuos conatus ad eventus suos, consecutus es gloriam aliis inaccessibilem.

Ut res se habeat, & hunc fassus dixisse, sequentem interrogabat: QUALIS vitæ ratio sit ineunda, & quid agendum in otio & remissione animorum? Ille inquit: Contemplanda sunt illa quæ sobrie, & cum animi contractione adornantur: & ob oculos ponenda, quæ in vita cum decore, honestate & moderatione fiunt, geruntur que, ut moderate & continenter vivas. Inest enim & in his quædam informatio, & sæpe ex minimis aliquid prosecutione dignum demonstratur. Tu vero, cum senio usuque vitæ & actionum sis exercitatus, philosopharis in studio & actionibus virtutis perfectæ, ex illa præstantia honoris quæ tibi a DEO contigit.

Delectatus oratione hujus, ad nonum dixit: QUÆ sit vitæ ratio in conviviis peragendis ineunda? Ille inquit: Si adjunxeris tibi discendi cupidos, quique possint tibi & regni negotia & subditorum mores vitamque commemorare, nihil his concinnius & suavius poteris habere. Nam tales, cum habeant animos eruditos, & conformatos ad res optimas, sunt chari DEO. quemadmodum & tu talibus es occupatus, ut cui omnia a DEO recte administrentur.

Exhilaratus his dictis, sequentem interrogabat: UTRUM sit satius populo ut ex privatis aliquem sibi eligant regem, an vero ex regia stirpe genitum? Ille inquit: Id est eligendum, quod est naturæ gratum & exoptatum. Nam & ex regibus electi in gubernationem regni, adversus subditos inclementes & duri solent existere: & ex privatis, ac quidem multo magis, nonnulli & alia mala & paupertatem experti, cum ad imperia populorum fuerunt perducti, extiterunt intolerabiliores etiam impiis tyrannis. Sed, quemadmodum dixi, indoles ingenii, & natura proba, & humanitatis cultu exornata, idonea est ad imperandum: quemadmodum tu Rex magnus es, qui non tam dignitate imperii &

& opibus præstas aliis, quam æquitate & humanitate omnes alios homines superas, DEO tibi ista in longius tempus sua benignitate suggerente.

Hoc etiam collaudato, postremum interrogabat: QUID esset in Regia gubernatione maximum? Ad quod ille dixit: Ut subditi habeant perpetuam pacem, & celeriter consequantur in judiciis jus suum. quæ quidem tum fiunt, quando qui præest imperio, est osor improborum, & proborum amator: ac maximi facit hoc, ut animam hominis conservet. Quemadmodum & tu maximum semper judicasti scelus injustitiam: juste vero omnia gubernando, perpetuam tibi consecutus es gloriam ex beneficio divino: unde tu mentem habes sanctam, & ab omni malorum labe immaculatam.

Finita hujus oratione, exortus est applausus cum acclamatione & gaudio: qui satis diu duravit. Postquam autem Rex finivit hujusmodi cum ipsis collocutionem, tum & aliis omnibus præsentibus, & iis qui sententias dixerant, craterem plenum vino libavit, & tandem ita dixit ad viros illos: Vestro adventu contigerunt mihi maxima bona. nam multum utilitatis percepi ex doctrina vestra, mihi de regnandi ratione tradita. Hinc mandavit, singulis talenta tria donari, & puerum qui ea obtulerit. Hæc omnibus approbantibus, cum acclamatione convivium replebatur lætitia, Rege sine intermissione omnia ad hilaritatem referente.

Ego autem ô Philocrates fui longior in commemorandis istis: sed tu dabis veniam mihi. nam ego supra modum admiratus sum istos viros, ita ex tempore respondentes de rebus meditationis longi temporis. Nec vero ego solum admirabar tum interrogantis solertiam in meditandis singulis quæstionibus, tum facultatem tam promptam respondentium ita apte & sapienter ad singulas interrogationes: sed & aliis omnibus qui aderant, videbantur hæc admiratione digna, & præcipue Philosophis. existimo autem fore, ut & aliis omnibus qui hæc sunt lecturi, videantur ea supra fidem esse. Sed profecto non licet aliquid falsi narrare de illis quæ excepta & annotata sunt, & nefas judicem etiam præterire aliquid in hujusmodi rebus: sed ut hæc sunt acta, ita ea exposui, ut vitarem omnem errorem. Licet ipse hæc omnia percepissem, tamen studiose istam expositionem meam accepi ab illis, qui singula quæ fiunt & dicuntur in regiis negotiis & conviviis, excipere & annotare solent. Nam, ut ipse scis, hic mos est, ut quo die Rex incipiat publica negotia agere, omnia excipiantur scripto, & quæ dicantur & quæ gerantur: id quod recte & utiliter fit. Nam hinc sequenti die & acta & dicta præcedentis, antequam quid denuo publice agatur, præleguntur: & si quid parum recte est gestum: id emendatur. Inde ergo cum essent omnia accurate perscripta, nos hæc, sicut dictum est, desumpta & selecta ad te misimus: non ignari, quantum sit tuum studium ad cognoscenda utilia.

Post tres autem dies, quam illa quæ exposuimus, sunt acta, Demetrius assumpsit ad se illos viros, & in insulam per aggerem maris septem stadiorum est progressus, ac trajecto ponte partes versus septentrionem occupavit: ibi congregatis illis viris in domo splendide extructa juxta littus, & ab omni tumultu & strepitu remota, cum ibi etiam adessent omnia quibus opus foret, hortabatur eos ad interpretationem legis perficiendam. Illi autem rem aggressi, singula ex collationibus ad consonantiam elaborabant: & quod ita consonum & elaboratum erat, ut dignum esset descriptione, a Demetrio scripto excipiebatur. Ac quidem quotidie ad nonam usque horam in tali studio congregati erant: deinde discedebant ad curandum corpus, quibus omnia large suppeditabantur quæ cu-

περιέχων, ὅσον ἐπιεικείᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ πάντας ἀνθρώπους ὑπερῆρκας, θεοῦ σοι δεδωρημένου ταῦτα ἐπὶ πλείονα χρόνον.

Καὶ τοῦτον ἐπαινέσας, τὸν ἐπὶ πᾶσι ἠρώτα· ΤΙ μέγιστόν ἐστι βασιλείας; πρὸς τοῦτο εἶπε· τὸ διὰ παντὸς ἐν εἰρήνῃ καθεστάναι τοὺς ὑποτεταγμένους, καὶ κομίζεσθαι ταχέως τὸ δίκαιον ἐν ταῖς διακρίσεσι. ταῦτα δὲ γίνεται διὰ τὸν ἡγούμενον, ὅταν μισοπόνηρος ᾖ, καὶ φιλάγαθος, καὶ περὶ πολλοῦ ποιούμενος ψυχὴν ἀνθρώπου σώζειν· καθὼς καὶ σὺ μέγιστον ἥγησαι τὴν ἀδικίαν· δικαίως δὲ πάντα κυβερνῶν, ἀένναον τὴν περὶ σεαυτὸν δόξαν κατεσκεύασας· τοῦ θεοῦ σοι διδόντος ἔχειν ἁγνὴν, καὶ ἀμιγῆ παντὸς κακοῦ τὴν διάνοιαν.

Καταλήξαντος δὲ τούτου, κατεῤῥάγη κρότος μετὰ φωνῆς καὶ χαρᾶς ἐπὶ πλείονα χρόνον. ὡς δὲ ἐπαύσατο ὁ βασιλεὺς λαλῶν, ποτήριον ἐπεχέατο, καὶ τῶν παρόντων ἁπάντων, καὶ τῶν εἰρημένων λόγων. ἐπὶ πᾶσι δὲ εἶπε· τὰ μέγιστά μοι γέγονεν ἀγαθὰ, παραγενηθέντων ὑμῶν. πολλὰ γὰρ ὠφέλημαι, καταβεβλημένων ὑμῶν διδαχὴν ἐμοὶ πρὸς τὸ βασιλεύειν. ἑκάστῳ δὲ τρία τάλαντα προσέταξεν ἀργυρίου δοθῆναι, καὶ τὸν ἀποκαταστήσοντα παῖδα. συνεπιφωνησάντων δὲ πάντων, χαρᾶς ἐπληρώθη τὸ συμπόσιον, ἀδιαλείπτως τοῦ βασιλέως εἰς εὐφροσύνην τραπέντος.

Ἐγὼ δὲ εἶπα πλείονα· καὶ τούτοις, ὦ Φιλόκρατες, συγγνώμην ἔχειν. τεθαυμακὼς γὰρ τοὺς ἄνδρας ὑπὲρ τὸ δέον, ὡς ἐκ τοῦ καιροῦ τὰς ἀποκρίσεις ἐποιοῦντο, πολλοῦ χρόνου δεομένας· καὶ τοῦ μὲν ἐρωτῶντος, μεμεριμνηκότος ἕκαστα· τῶν δὲ ἀποκρινομένων, ἀλλήλως ἐχόντων τὰ πρὸς τὰς ἐρωτήσεις· ἄξιοι θαυμασμοῦ κατεφαίνοντό μοι, καὶ τοῖς παροῦσι, μάλιστα δὲ τοῖς φιλοσόφοις. οἴομαι δὲ καὶ πᾶσι τοῖς παραληψομένοις τὴν ἀναγραφὴν, ἄπιστον φανεῖται. ψεύσασθαι μὲν οὐ καθῆκόν ἐστι περὶ τῶν ἀναγραφομένων. εἰ δὲ καί τι παραβαίην, οὐχ ὅσιον ἐν τούτοις· ἀλλὰ, ὡς γέγονεν, οὕτω διασαφοῦμεν, ἀφοσιώμενοι πᾶν ἁμάρτημα. διόπερ ἐπειράθην, ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν τοῦ λόγου δύναμιν παρὰ τῶν ἀναγραφομένων ἕκαστα τῶν γινομένων ἔν τε τοῖς χρηματισμοῖς τοῦ βασιλέως, καὶ ταῖς συμποσίαις, μεταλαβεῖν. ἔθος γάρ ἐστι, καθὼς καὶ σὺ γινώσκεις, ἀφ' ἧς ἂν ἡμέρας ὁ βασιλεὺς ἄρξηται χρηματίζειν, μέχρις οὗ κατακοιμηθῇ πάντα ἀναγράφεσθαι τὰ λεγόμενα, καὶ πρασσόμενα· καλῶς γινομένου καὶ συμφερόντως. τῇ γὰρ ἐπιούσῃ, τὰ τῇ πρότερον πεπραγμένα καὶ λελαλημένα, πρὸ τοῦ χρηματισμοῦ παραναγινώσκεται· καὶ εἴ τι δεόντως μὴ γεγονὸς, διορθώσεως τυγχάνει τὸ πεπραγμένον. πάντ' οὖν, ἀκριβῶς πάντων ἀναγεγραμμένων, ὡς ἐλέχθη, μεταλαβόντες, κατακεχωρήκαμεν· εἰδότες, ἣν ἔχεις φιλομάθειαν εἰς τὰ χρήσιμα.

Μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας, ὁ Δημήτριος παραλαβὼν αὐτοὺς, καὶ διελθὼν τὸ τῶν ἑπτὰ σταδίων ἀνάχωμα τῆς θαλάσσης πρὸς τὴν νῆσον, καὶ διαβὰς τὴν γέφυραν, καὶ προσελθὼν ὡς ἐπὶ τὰ βόρεια μέρη, συνέδριον ποιησάμενος εἰς κατεσκευασμένον οἶκον παρὰ τὴν ἠϊόνα, διαπρεπῶς ἔχοντα, καὶ πολλῆς ἡσυχίας ἔφεδρον, παρεκάλει τοὺς ἄνδρας τὰ τῆς ἑρμηνείας ἐπιτελεῖν· παρόντων, ὅσα πρὸς τὴν χρείαν ἔδει, καλῶς. οἱ δὴ ἐπετέλουν ἕκαστα σύμφωνα ποιοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς ταῖς ἀντιβολαῖς· τὸ δὲ ἐκ τῆς συμφωνίας γινόμενον πρεπόντως, ἀναγραφῆς οὕτως ἐτύγχανε παρὰ τοῦ Δημητρίου. καὶ μέχρι μὲν ὥρας ἐνάτης τὰ τῆς συνεδρίας ἐγίνετο· μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ἀπελύοντο γίνεσθαι, χορηγουμένων αὐτοῖς δαψιλῶς, ὧν προῃροῦντο, πάντων. ἐκτὸς δὲ καθ' ἡμέραν,

ῥαν, ὅσα βασιλεῖ παρεσκευάζετο, καὶ τούτοις ὁ Δωρόθεος ἐπετέλει· προστεταγμένον γὰρ ἦν αὐτῷ διὰ τοῦ βασιλέως. ἅμα δὲ τῇ πρωΐᾳ παρεγίνοντο εἰς τὴν αὐλὴν καθ᾽ ἡμέραν, καὶ ποιησάμενοι τὸν ἀσπασμὸν τοῦ βασιλέως, ἀπελύοντο πρὸς τὸν ἑαυτῶν τόπον. ὡς δὲ ἔθος ἐστὶ πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις, ἀπονιψάμενοι τῇ θαλάσσῃ τὰς χεῖρας, ὡς ἂν [a] ηὔξαντο πρὸς τὸν θεὸν, ἐτρέποντο πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν, καὶ τὴν ἑκάστου διασάφησιν.

Ἐπηρώτησα δὲ καὶ τοῦτο· τίνος χάριν ἀπονιζόμενοι τὰς χεῖρας, τὸ τηνικαῦτα εὔχονται; διεσάφουν δὲ, ὅτι μαρτύριόν ἐστι, τοῦ μηδὲν εἰργάσθαι κακόν· πᾶσα γὰρ ἐνέργεια διὰ τῶν χειρῶν γίνεται. καλῶς καὶ ὁσίως μεταφέροντες ἐπὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἀλήθειαν, πάντα. καθὼς δὲ προειρήκαμεν, οὕτως καθ᾽ ἑκάστην εἰς τὸν τόπον ἔχοντα τερπνότητα διὰ τὴν ἡσυχίαν καὶ καταύγειαν, συναγόμενοι, τὸ προκείμενον ἐπετέλουν. συνέτυχε δὲ οὕτως, ὥστε ἐν ἡμέραις ἑβδομήκοντα δυσὶ τελειωθῆναι τὰ τῆς μεταγραφῆς· οἱονεὶ κατὰ πρόθεσίν τινα τοῦ τοιούτου γεγενημένου.

Τελείωσιν δὲ ὅτε ἔλαβε, συναγαγὼν ὁ Δημήτριος τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων εἰς τὸν τόπον, οὗ καὶ τὰ τῆς ἑρμηνείας ἐτελέσθη, παρανέγνω πᾶσι, παρόντων καὶ τῶν διερμηνευσάντων· οἵτινες καὶ μεγάλης ἀποδοχῆς παρὰ τοῦ πλήθους ἔτυχον, ὡς ἂν μεγάλων ἀγαθῶν παραίτιοι γεγονότες. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν Δημήτριον ἀποδεξάμενοι, παρεκάλεσαν δοῦναι τοῖς ἡγουμένοις αὐτῶν μεταγράψαντα τὸν πάντα νόμον. καθὼς δὲ ἀνεγνώσθη τὰ τεύχη, στάντες οἱ ἱερεῖς, καὶ τῶν ἑρμηνέων οἱ πρεσβύτεροι, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ πολιτεύματος οἵ τε ἡγούμενοι τοῦ πλήθους, εἶπον· ἐπεὶ καλῶς καὶ ὁσίως διηρμήνευται, καὶ κατὰ πᾶν ἠκριβωμένως· καλῶς ἔχον ἐστὶν, ἵνα διαμένῃ ταῦτα οὕτως ἔχοντα, καὶ μὴ γένηται μηδεμία διασκευή. πάντων δὲ ἐπιφωνησάντων τοῖς εἰρημένοις, ἐκέλευσε διαράσασθαι, καθὼς ἔθος αὐτοῖς ἐστιν· εἴ τις διασκευάσει, προστιθεὶς, ἢ μεταφέρων τι τὸ σύνολον τῶν γεγραμμένων, ἢ ποιούμενος ἀφαίρεσιν· καλῶς τοῦτο πράσσοντες, ἵνα διὰ παντὸς ἀέναα καὶ μένοντα φυλάσσηται.

Προσφωνηθέντων δὲ καὶ τούτων τῷ βασιλεῖ, μεγάλως ἐχάρη· τὴν γὰρ πρόθεσιν, ἣν εἶχεν, ἀσφαλῶς ἔδοξε τετελειῶσθαι. παρανεγνώσθη δὲ αὐτῷ πάντα, καὶ λίαν ἐξεθαύμασε τὴν τοῦ νομοθέτου διάνοιαν. καὶ πρὸς τὸν Δημήτριον εἶπε· πῶς τηλικούτων συντετελεσμένων οὐδεὶς ἐπεβάλετο τῶν ἱστορικῶν ἢ ποιητῶν ἐπιμνησθῆναι; ἐκεῖνος δὲ ἔφη· διὰ τὸ σεμνὴν εἶναι τὴν νομοθεσίαν, καὶ διὰ θεοῦ γεγονέναι· καὶ τῶν ἐπιβαλλομένων τινὲς, ὑπὸ τοῦ θεοῦ πληγέντες, τῆς ἐπιβολῆς ἀπέστησαν. καὶ γὰρ ἔφησεν ἀκηκοέναι Θεοπόμπου, διότι μέλλων τινὰ τῶν προηρμηνευμένων ἐπισφαλέστερον ἐκ τοῦ νόμου προσιστορεῖν, ταραχὴν λαβεῖν τῆς διανοίας πλεῖον ἡμερῶν τριάκοντα· κατὰ δὲ τὴν ἄνεσιν ἐξιλάσκεσθαι τὸν θεὸν, σαφὲς αὐτῷ γενέσθαι, τίνος χάριν τὸ συμβαῖνον ἐστι. δι᾽ ὀνείρου δὲ σημανθέντος, ὅτι τὰ θεῖα βούλεται περιεργασάμενος εἰς κοινοὺς ἀνθρώπους ἐκφέρειν· ἀποσχόμενον δὲ, οὕτως ἀποκαταστῆναι. καὶ περὶ [b] Θεοδέκτου δὲ, τοῦ τῶν τραγῳδιῶν ποιητοῦ, μετέλαβον ἐγὼ, διότι παραφέρειν μέλλοντός τι τῶν ἀναγεγραμμένων ἐν τῇ βίβλῳ πρός τι δρᾶμα, τὰς ὄψεις [c] ἀπεγλαυκώθη· καὶ λαβὼν ὑπόνοιαν, ὅτι διὰ τοῦτ᾽ αὐτῷ τὸ σύμπτωμα γέγονεν· ἐξιλασάμενος τὸν θεὸν ἐν πολλαῖς ἡμέραις, ἀποκατέστη.

Μεταλαβὼν δὲ ὁ βασιλεὺς, καθὼς προεῖπον, περὶ τῶν τοῦ Δημητρίου· προσκυνήσας, ἐκέλευσε μεγάλην ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τῶν βιβλίων, καὶ συντηρεῖν ἁγνῶς. προσκαλέσας δὲ καὶ τοὺς ἑρμηνεῖς, ἵνα παραγίνωνται πυκνότερον πρὸς αὐτὸν, ἐὰν ἀποκαταστῶσιν εἰς τὴν Ἰουδαίαν.

[a] V.C. εὔξαιντο. [b] V.C. Θεοπόμπου. [c] ἀπειγμώθη. V.C.

piebant, & præter hæc quotidie de illis quæ regi apparabantur, & his Dorotheus ex mandato regio subministrabat. Atque etiam quotidie bene mane veniebant in aulam, & salutato Rege redibant ad suum locum: lotisque manibus pro communi omnium Judæorum more ex mari, & votis ad Deum peractis, pergebant legere, & singula interpretari.

Quare Judæi vota peracturi manus lavent.

Interrogati autem & de hoc, quare post lotas manus vota faciant? respondebant: hoc fieri in argumentum & testimonium, nullius sceleris perpetrati, quoniam per manus omnes conatus soleant expediri, ita pulchre & sancte omnia ad justitiam referebant. In singulos ergo dies sicut ante diximus, convenientes in locum illum amœnum, jucundumque & ob silentium & ob lucis claritatem, rem susceptam studebant perficere. Ac quidem ita cecidit, ut illa interpretatio eorum absolveretur diebus septuaginta duobus, perinde ac si data opera hoc ab illis factum fuisset.

Legis interpretatio absoluta.

Absoluta autem interpretatione, Demetrius illam Judæis omnibus congregatis in locum illum, ubi ea perfecta erat, prælegit, præsentibus etiam ipsis interpretibus: qui etiam ut authores magnorum bonorum, magna laude & approbatione sunt accepti ab ipsa Judæorum multitudine. Similiter & Demetrium prosequuti sunt sua laude, rogaruntque ut istam legem descriptam suis etiam principibus dare vellet. Ut autem perlecta sunt ista volumina legis, adstantes & sacerdotes & interpretes seniores, gubernatoresque civitatis, & ipsi principes multitudinis, ita dixerunt: Quoniam recte, sancte, & per omnia accurate perfecta est ista interpretatio, par est, ut omnia permaneant in suo habitu, nec ulla fiat immutatio. Omnibus ad hæc cum approbatione acclamantibus: jussit Demetrius illos, ut haberent in more, imprecati dira illi, si quis immutaturus esset quid vel addendo, vel transferendo, vel auferendo. Quod recte fecerunt, ad hoc ut perpetuo conservarentur illa salva, & cum diuturnitate inviolata.

Interpretationis comprobatio.

Quæ & ipsa cum essent Regi denunciata, valde est gavisus Nam putabat ita præclare suum institutum esse ad perpetuitatem confirmatum. Ac quidem cum ipsi omnia essent prælecta, valde admiratus est legislatoris mentem. & ad ipsum Demetrium dixit: Quare tanti operis nullus Historiographorum aut Poëtarum aggressus sit mentionem facere? Ille inquit: Quia ista lex est sacrosancta, & divinitus lata: tum quia nonnulli aggressi, divina plaga territi, ab instituto destiterunt. Nam audivi Theopompum, cum vellet quædam ex ista lege, tum non ita commode versa, in suam historiam inserere, animo fuisse turbatum ultra dies triginta: & in morbi intermissione cum exorasset Deum votis, ut sibi declararet, quam ob causam hoc sibi accidisset: in somno ei fuisse indicatum, ideo accidisse, quia divina studio suo evulgare conaretur, & referre ad multos homines. Hinc cum institutum intermisisset, dicitur fuisse liberatus a morbo. Accepi etiam de Theodecte tragico poëta, cum voluisset aliquid quod scriptum esset hoc libro, transferre in quandam suam fabulam, fuisse visum ei ablatum, donec perpendisset hoc sibi evenisse propter hoc suum factum, & per multos dies reconciliasset sibi Deum votis suis.

Quare nullus historicorum aut poëtarum legis divinæ mentionem fecerit.

His auditis Rex, & (sicut diximus) accepta a Demetrio legis interpretatione religiosa veneratione est eam prosecutus: & jussit magnam curam haberi librorum istorum, eosque religiose observare. ipsos etiam interpretes rogavit, ut post reditum suum in Judæam crebrius ad se venire vellent.

Iam

Dona interpretibus & Eleazaro post legis interpretationem absolutam data.

Jam enim justum esse ut ipsos dimittat: sed si redirent ad se, ipsos, ut par sit, pro amicis habiturum, & maximis muneribus ornaturum. Hinc jussit adornari quæ facerent ad illos deducendos, magnaque munificentia est in eos usus, dedit cuique tres pulcherrimas stolas, & duo talenta auri, & calicem talenti unius, & omnem ornatum qui in cœnaculis expandi solet.

Mittebat etiam Eleazaro simul in deductione illa, decem mensas argenteis pedibus præditas, & omnem earum ornatum, & calicem triginta talentorum. Stolas item decem, & purpuram, ac coronam insignem decore, tum circiter centum linteola byssina. Ad hæc, phialas & pelves, & duos aureos crateras ad libationes sacras. Præterea scripsit ad ipsum, & eum rogavit, ne prohibere vellet, si quando qui istorum virorum iter ad se suscepturi essent. Nam sibi gratissimam futuram conversationem cum tam doctis & intelligentibus viris: seque malle suas opes large & magnifice conferre in tales homines, quam in alias non tanti momenti res.

Atque ita, Philocrates, quemadmodum promisi tibi, habes hanc historiam: quali puto te magis oblectari, quam libris eorum qui fabulas continent. Nam intentus es studio gravium rerum, & huc plus temporis impertis. Dabo autem operam, ut quæ alia commemoratu digna nancisci potero, & illa ad te perscribam: ut illis evolutis, consequaris studii tui pulcherrimum præmium.

a V. C. βουλήματος.

δίκαιον γὰρ, εἶπε, τὴν ἐκπομπὴν αὐτῶν γενέσθαι· παραγενηθέντας δὲ, ὡς θέμις, ἕξειν αὐτοὺς φίλους, καὶ πολυδωρείας τῆς μεγίστης τεύξεσθαι παρ᾽ αὐτοῦ.

Τὰ δὲ πρὸς τὴν ἐκπομπὴν αὐτῶν ἐκέλευσεν ἑτοιμάζειν, μεγαλομερῶς τοῖς ἀνδράσι χρησάμενος, ἑκάστῳ στολὰς ἔδωκε τῶν κρατίστων τρεῖς, καὶ χρυσίου τάλαντα δύο, καὶ κυλίκιον ταλάντου, καὶ τρικλίνου πᾶσαν κατάστρωσιν.

Επεμπε δὲ καὶ τῷ Ελεαζάρῳ μετὰ τῆς ἐκπομπῆς αὐτῶν ἀργυρόποδας κλίνας δεκα, καὶ τὰ ἀκόλουθα πάντα· καὶ κυλίκιον ταλάντων τριάκοντα, καὶ στολὰς δέκα, καὶ πορφύραν καὶ στέφανον διαπρεπῆ, καὶ βυσσίνων ὀθονίων εἰς τοὺς ἑκατὸν, καὶ φιάλας, καὶ τρυβλία, καὶ κρατῆρας χρυσοῦς δύο πρὸς ἀνάθεσιν. ἔγραψε δὲ καὶ παρακαλῶν, ἵνα ἐάν τινες τῶν ἀνδρῶν προαιρῶνται πρὸς αὐτὸν ἀνακομισθῆναι, μὴ κωλύσῃ· περὶ πολλοῦ ποιούμενος, τοῖς πεπαιδευμένοις συνεῖναι, εἰς τοιούτους τε τὸν πλοῦτον κατατίθεσθαι δαψιλῶς, καὶ οὐκ εἰς μάταια.

Εὖ δὲ, καθὼς ἐπηγγειλάμην, ἀπέχεις τὴν διήγησιν, ὦ Φιλόκρατες. τέρπειν γὰρ οἴομαί σε ταῦτα, ἢ τὰ τῶν μυθολόγων βιβλία. νένευκας γὰρ πρὸς περιεργίαν, καὶ ἐν τούτοις τὸν πλείονα χρόνον διατελεῖς. πειράσομαι δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀξιολόγων ἀναγράφειν· ἵνα διαπορευόμενος αὐτὰ, κομίζῃ τοῦ [a] βουλεύματος τὸ κάλλιστον ἔπαθλον.

JO. ALBERTI FABRICII
AD EPITOMEN
ARISTEÆ,
QUÆ LEGITUR
IN
ANTIQUITATIBUS JOSEPHI,
BREVES NOTÆ.

PAg. 585. lib. Ant. Jud. XII. c. 2. §. 2. initio. Edit. Nov. Edit. *Genevenſis* verò pag. 389. C. Βασιλείαν τῆς Αἰγύπτου παραλαβών] Plus repererat in ſuo codice vetus interpres, apud quem caput ſecundum libri XII. his verbis incipit: *Poſt decimum vero & ſecundum annum imperii Alexandri, & poſt quadrageſimum Ptolemæi Salvatoris, Regnum Ægyptiorum Philadelphus obtinuit per annos* XXXIX. Ex Iſaaci Voſſii itaque libro in hunc modum Græca ſupplebis: βασιλεύσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου ἔτη δώδεκα, καὶ μετ' αὐτὸν Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος τεσσαράκοντα καὶ ἓν ἔπειτα τὴν βασιλείαν τῆς Αἰγύπτου, παραλαβὼν ὁ Φιλάδελφος καὶ κατασχὼν αὐτὴν ἐπ' ἔτη ἑνὸς δέοντος μ'.

Ibid. Edit. Nov. Edit. Vet. D. Βιβλιοθηκῶν τοῦ Βασιλέως] Epiphanius ait Bibliothecam poſitam fuiſſe in illa Alexandriæ regione quam vocabant Bruchion. Idem memorat Ptolemæum ad varios Reges literas dediſſe, ut ad ſe, quicquid poſſent librorum mitterent. Teſtatur etiam minorem Bibliothecam conditam fuiſſe in Serapio templo. Bibliothecarii autem minime ſordidum munus fuiſſe apud Regem librorum cupidiſſimum non uno in loco oſtendit Voſſius.

P. 586. ibid. Edit. Nov. Edit. Vet. lit. D. πόσας μυριάδας] Rufinus legit χιλιάδας, vertit enim deinde: *viginti millia & quinquaginta millia.* Apud Ariſteam tamen ſemper, uti apud Joſephum quoque & Euſebium, eſt μυριάδας. Cæterum in numero librorum vehementer a ſe auctores diſſident, quod diſtinctius annotaſſe fortean fuerit ſupervacaneum. Gorionidis tamen ſententiam, quia riſum movere poteſt, non prætermittemus. Narrat enim ille Regem ex Ariſtæo & Andrea ſciſcitantem, quot libros collectos haberent? reſponſum tuliſſe quod præſto ſint nonaginta quinque ſupra nongentos. Igitur voluiſſe ut quinque inſuper legis volumina adjicerentur ad implendam chiliadem.

P. 586. ibid. Edit. Nov. Edit. Vet. E. παρ' αὐτοῖς νομίμων] Rufin. *leges eorum.* Pro νομίμων apud Ariſteam eſt τοῦ νόμου Ἰουδαίων βιβλία. Alioqui νόμιμα non tantum leges ſed & ritus ſonat, & conſuetudines, quia conſuetudines ſolent legum fere naturam induere, vel quod conſuetudines interdum uti apud Judæos, lege præceptæ ſunt. Ita Ariſtoteles in νομίμοις βαρβαρικοῖς varia inſtituta variarumque gentium ritus expoſuerat. Mentio ejus libri, ut Varronem ex Turnebi emendatione prætercam, eſt apud Apollonium Dyſcolum in hiſtoriis mirabilibus, qui poſt adductum ex Theopompi θαυμασίοις locum verba quædam ex Ariſtotelis νομίμοις adducit. Fallit itaque Jo. a Wower, qui capite IX. Polymathiæ iſta Ariſtotelis verba ex Theopompi mirabilibus depromſiſſe vult videri.

Pag. 586. §. 2. cir. fin. Edit. Nov. Edit Vet. G. εἰς τὸ σοὶ κεχαρισμένον] Hæc Gelenius uti alia complura transferre omiſit. Attigit tamen interpres antiquus: *pro tua gratia*, hoc eſt, ad gratificandum tibi.

Pag. 586. c. 2. §. 2. paul. ante fin. Edit. Nov. Edit. Gen. lit. A. pag. 390. Ζῆνα] Phornutus: πρώτως καὶ διαπαντὸς ζῶσα καὶ αἰτία οὖσα τοῖς ζῶσι τοῦ ζῆν, διὰ τοῦτο βασιλεύειν ὁ Ζεὺς λέγεται τῶν ὅλων. Hierocles: τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς ἔθος ἦν τοῖς πυθαγορείοις τῷ τοῦ Διὸς καὶ Ζηνὸς ὀνόματι σεμνύνειν. Δι' ὃν γὰρ τὸ εἶναι καὶ τὸ ζῆν τοῖς πᾶσιν ὑπάρχει, τοῦτον δίκαιον ἀπὸ τῆς ἐνεργείας ὀνομάζεσθαι. Cæterum paulo aliter hunc Joſephi locum accepit Rufinus: *Quos benignitatem tuæ munificentiæ decet a præſenti jugo ſervitutis remittere. Nam cum multa ſæpius indagaſſem, cognovi eos factorem omnium DEUM colere, quem nos* Ζῆνα, *id eſt Jovem nominamus, quod omnibus indulgeat* ζῆν, *id eſt vivere.* Quæ deinde in Græco ſequuntur, uſque ad verba: ἐπὶ τούτῳ καὶ σὲ παρακαλῶ, eorum nullum licet in edito Ariſteæ libro deprehendere veſtigium.

Pag. 586. c. 2. §. 3. princip. Edit. Nov. Edit. *Genev.* pag. 390. C. ὀλίγου πλείονας τῶν ἕνδεκα μυριάδων] Legendum: δέκα. ita non modo Ariſteas, ſed & Euſebius octavo præparationis, & Rufinus qui reddit: *Paulo plus quam centum millia.* Confer p. 392. c. Edit. Vet.

Pag. 587. c. 2, §. 3. paul. poſt princip. Edit. Nov. Edit. Genev. p. 390. d. δραχμὰς ἑκατὸν εἴκοσι] Sic & Rufinus. At Ariſteæ editio iterum iterumque habet εἴκοσι, & recte omnino, ut paulo poſt oſtendemus.

Ibid. πλειόνων ἢ τετρακοσίων] Rufin. *quadringenta & ſexaginta.* Vide p. 391. B. Edit. Vet.

Lib. XII. Ed. Nov. c. 2. §. 3. p. 587. paul. ante med. Genev. c. 2. E. εἰς δήλωσιν] Rufin. *ad manifeſtandum poſteris Regis munificentiam.* Illud porro edictum non iiſdem verbis ab auctoribus refertur, uti collatis editionibus patet. Ariſteas tamen vult videri id ex regiis hauſiſſe ac deſcripſiſſe archivis.

Ibid. ἐπέδραμον] Rufin. *vaſtaverunt.*

Ibid. Edit. Nov. Genev. lit. f. δραχμὰς ρκ'] Diximus apud Ariſteam legi κ', non ρκ'.

Lib. XII. c. 2. §. 2. mox ante fin. Edit. Nov. pag. 391. τραπεζίταις lit. B.] Rufin. *ſacellariis.* Sacellarii dicti a Sacello, quod Veteres gloſſæ exponunt μαρσύπιον.

Pag. 588. §. 3. circ. fin. Edit. Nov. Gen. p. 391. b. τάλαντα ὑπὲρ ξ' καὶ υ'] Ariſteas p. 106. πλειόνων δὲ ταλάντων ἑξακοσίων ἑξήκοντα ἡ δόσις ἐγεγόνει. At Joſephi lectio propius accedit ad ea quæ habentur p. 390. D. Edit. Vet. & apud Ariſteam ipſum p. 105. in fine. nam & ibi non ἑξακοσίων ταλάντων mentio ſed τετρακοσίων. Fuerunt itaque a Rege redemta ad centum viginti & duo millia Judæorum, quorum ſuper de-

cem myriades servi, reliqua multitudo liberi servorum & uxores. Ex his manifesto constare potest, male apud Josephum legi, quod Rex pro singulis redimendis 120 drachmas numerari jusserit. Nam hac ratione 460 talentis vix 23000 redimere potuisset. Unde hoc loco iterum pro κ' ἢ ρ' δράχμας quod est apud Josephum, Aristeas emendatius legit εἰκοσιδραχμίαν.

Pag. 588. §. 3. paul. ante med. Edit. Nov. Gen. p. 391. C. εἰς δόσεως] Rufin. *allegationis exemplum.* De allegatione vide Cangium in glossario.

Βασιλεῖ μεγάλῳ παρὰ Δημητρίου.] Isaacus Vossius ait: *Regos etiam ab iis, qui in eadem aula versantur adiri literis & libellis supplicibus, & olim & nunc tralativum. Talem fuisse Demetrii libellum ipsa inscriptionis formula evincit.* Aristeæ tamen interpres verba illa non pro inscriptione accepit, sed cum præcedentibus junxit, fortean quod parum de specie priscarum inscriptionum habere videretur.

Pag. 588. §. 3. mox ante med. Edit. Nov. Genev. D. περί τε τῶν ἔτι λειπόντων] Hæc, ni fallor, clare satis refragantur sententiæ viri doctissimi, qui ex hac Demetrii ad Ptolemæum Epistola clare satis colligi posse putat, antequam emendatum legis codicem transmitteret Eleazarus, aliud quoque Exemplar fuisse in Bibliotheca Alexandrina, non Chaldaicis quidem seu Babyloniis, sed Samariticis literis satis negligenter descriptum. Ex qua manarit scilicet versio illa LXX interpretibus translatione antiquior, cujus meminit Aristobulus. At enim Legem ante LXX interpretes a nemine in Græcum sermonem fuisse translatam, Philo etiam testatur libro 2. de vita Mosis, ubi ait Ptolemæum indigne ferendum putasse, si leges saluberrimæ solis notæ barbaris Græcos a sui gustu penitus porro prohiberent. εἰ οἱ νόμοι παρὰ τῷ ἡμίσει τμήματι τῶ ἀνθρώπων ἡμᾶς ἐξεταζθήσονται μόνῳ τῷ βαρβαρικῷ, τὸ δ' ἑλληνικὸν εἰς ἅπαν ἀμοιρήσει.

Ibid. Paul. ante fin. Edit. Genev. E. φησὶν Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης] Hoc nomen desideratur in Rufini versione, non interpretis, ut opinor, culpa sed librariorum. *Quapropter inquit cautius abdita a Poëtis* &c. Vox *abdita* videtur affinem illi *Abderita* absorpsisse, uti τὸ *cautius* forte *Hecatæi* nomen deglutivit. Nulla vocabula huic interpreti æque familiaria sunt, quam *cautus*, *caute*, *cautius* &c. Puto itaque olim scriptum fuisse; *Quapropter inquit Hecatæus Abderita cautius abdita a Poëtis* &c. Scripserat ista Hecatæus in Ἰουδαίων ἱστορίᾳ cujus meminit Eusebius. Valesius autem, quod Hecatæus in Demetrii Epistola allegetur, inde suppositam eam vult colligere, æqualem enim Demetrii fuisse Hecatæum. Verum dici potest recentis scriptoris testimonium velut notius de industria a Demetrio apud Ptolemæum allegatum fuisse. Quod porro Demetrii eloquentiam in hac Epistola Valesius desiderat, ad hoc potest responderi, quod non verba sed sensum illius Aristeas exprimere satis habuerit.

Ibid. mox ante fin. Edit. Gen. F. ἐξ ἀφ' ἑκάστης φυλῆς] Scaliger in notis ad Eusebium objicit duodecim tribus tunc non amplius extitisse, quarum decem tempore Ezechiæ in Mediam deportatæ fuerint. Cui occurri potest, si cum Vossio dicamus non integras tribus fuisse abductas, sed jam a temporibus Salmanassaris plures reliquias permansisse. Unde Δωδεκάφυλον Act. 26. 7. & Epistolæ Jacobi inscriptio, quorum utrumque nec Scaligerum latuit.

Pag. 589. §. 4. paul. post pr. Edit. Nov. Edit. Gen. G. Χρυσοῦ τάλαντα ν'] Plura addit Aristeas, quæ vide p. 107. Longe autem verisimiliora hæc videbuntur cogitantibus quanta magnificentia Ptolemæus Philadelphus prosecutus fuerit Athenienses propter Sophoclis & Euripidis autographa sibi ab eis concessa.

Pag. 589. §. 4. paul. ante med. Edit. Nov. Edit. Gen. p. 392. A. ἢ τὸ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους εὔνουν] Rufin. *& favorem, quem erga Regem habuisse videbatur.* Est aliquis, qui putat legendum: *gregem.* Simon autem, de quo hic loquitur Josephus, is ipse est, quem tanto encomio mactat Siracides capite 50. ubi etiam inter alia, ejus pro populo suo curam celebrat.

Ibid. Gen. B. βασιλεὺς Πτολεμαῖος Ἐλεαζάρῳ] Sic non modo Aristeas & Euseb. & Gorionides, sed Philo quoque, qui ait Ptolemæum legatos misisse πρὸς τὸν τῆς Ἰουδαίας ἀρχιερέα ἢ βασιλέα. At Epiphanius aliter, de quo ad Aristeam diximus p. 107. Illud porro monendum est, Epistolas Ptolemæi & Eleazari ab Aristea & Josepho, non iisdem referri verbis. Aliis iterum ab Eusebio libro præparationis octavo, aliis denique ab Epiphanio lib. de mensuris ac ponderibus.

Pag. 589. §. 4. paul. ante fin. Edit. Nov. Edit. Vet. lit. D. χαρίζεσθαι] Rufin. *præstare libertatem.*

γράμμασι Ἑλληνικοῖς] Rufini editio: *leges vestras literis Hebraicis conscriptas translatas literis Græcis & de Græcis in nostras, in mea Bibliotheca decrevi reponere.* inepte.

Lib. XII. c. 2. §. 8. pr. Edit. Nov. Edit. Vet. pag. 393. E. ὑποσχόμενοι τοίνυν ποιήσασθαι τὴν τράπεζαν] Rufin. *Promissa ergo complentes, mensam describere festinamus.*

Pag. 591. §. 8. paul. post pr. Edit. Nov. Gen. p. 393. lit. F. δύο μὲν ἢ ἡμίσεος πηχῶν τὸ μῆκος] Rufinus quoque *duorum & semis.* Sed Aristeas: *duorum.* Recte. Nam Exod. XXV. 23. & XXXVII. 10. mensam ad cujus formam hanc Ptolemæus fieri curasse dicitur, duorum tantum quoad longitudinem cubitorum fuisse apparet. adde Josephum nostrum lib. 3. A. J. c. 7. §. 1. init.

Pag. 591. lib. 12. c. 2. §. 8. paulo post med. Edit. Nov. Edit. Vet. pag. 394. C. μαίανδρον ἐξέγλυψαν] Rufin. *Mæandrum fluvium sculpserunt.* Perperam. Notum est, ut omnis res tortuosa Mæander appelletur.

Ibid. Edit. Nov. Ibid. lit. D. Edit. Vet. Κρύσταλλός τε λίθος ἢ ἤλεκτρον] Rufin. *Crystallinus lapis vel electrius.*

Pag. 592. §. ead. paulò ante fin. Edit. Nov. Ibid. lit. F. Edit. Vet. ἀνάθημα τοῦτο] Rufin. *Votiva mensa.* Epiphanius ait fuisse talentorum 50c, donatam a Rege in locum ejus quæ antea direpta fuerat. Tanta magnificentia sua Rex Philadelphus meruit, ut, quemadmodum Philo testatur, opera magnifica & sumptuosa proverbio apud Judæos usitato Philadelphia dicerentur.

Pag. eadem §. 9. principiò Edit. Nov. pag. 394. lit. G. Edit. Vet. φωλιδωτὴν] Lege φολιδωτὴν. Rufinus vettit: *sculpturam vipeream.* Aristeæ interpres: *ornatum squamosum.*

Pag. ead. §. ead. paul. ante med. Edit. Nov. pag. 394. lit. G. Edit. Vet. δύο φορμῶν ἑκάτερον ἀμφορέας] Aristeas: χωροῦντες ὑπὲρ δύο μετρητάς. Rufin. *capientes utrosque amphoram.*

Pag. 593. §. 10. paulò ante fin. Edit. Nov. pag. 395. lit. F. Edit. Vet. ὧ τοὺς νόμους εἶναι συμβέβηκεν] Rufin. *cujus hæ leges venerandæ probantur.* Paulo post scribe ὑφ' ἕν.

Pag. ead. §. ead. paulò ante fin. Edit. Nov. pag. ead. lit. F. Edit. Vet. τὰ βιβλία] Quos libros Judæi ad Ptolemæum a LXX interpretibus transferendos miserint, utrum solos legis, an reliquos etiam Propheticos & ἁγιογράφους, propterea difficillimum dictu videtur, quod cum Clemens Alexandrinus, & alii, in his etiam Josephus ben Gorion omnes libros V. T. a LXX interpretibus Græce versos, scriptum reliquerint, Aristobulus tamen non nisi πάντων διὰ τοῦ νόμου sive totius legis meminit, quod ne quis de aliis etiam libris possit interpretari, quam-vis

vis νόμος interdum latiore significatione reliquos etiam libros complectitur, Philo νομοθεσίαν a LXX interpretibus translatam testatur, quæ vox occurrit etiam in Demetrii Epistola ad Philadelphum, quoque vocabulo reliquos etiam libros notatos fuisse nemo opinor poterit ostendere. Verba Philonis sunt libro 2. de vita Mosis: φιλάδελφος ζῆλον καὶ πόθον λαβὼν τῆς νομοθεσίας ἡμῶν εἰς Ἑλλάδα, γλῶτταν τὴν χαλδαϊκὴν μεθαρμόζεσθαι διενοεῖτο. Quid quod in tot Philonis scriptis aliorum quam legis librorum vix vestigium deprehenditur? Accedit Josephi in procemio Antiquitatum clarissimus locus, quo dicit se ideo ad Judaicas Antiquitates Græco idiomate scribendas & ex Hebraicis libris transferendas animum appulisse, quod Ptolemæus Philadelphus οὐδὲ πᾶσαν ἔφθη λαβεῖν τὴν ἀναγραφὴν, ἀλλ' αὐτὰ μόνα τὰ τοῦ νόμου παρέδοσαν οἱ πεμφθέντες ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Isaacus Vossius adversus Simonium disputans ait se nunc non dubitare libros Propheticos & Historicos etiam a LXX interpretibus esse Græce redditos, licet olim dubitaverit: Ista vero Josephi verba Hieronymum & hodie plurimos fefellisse, quod perperam intellecta fuerint. Nam Josephum recte omnino negasse Philadelphum πάσης ἀναγραφῆς fuisse potitum, quia tametsi libros Propheticos & Historicos nactus fuerit, non tamen ex iis liceat haurire quæ Josephus novem posterioribus tradidit libris. Sed inepte ni fallor dixisset Josephus interpretes solos libros Propheticos transtulisse, non vero libros qui nondum erant scripti. Quæ enim narrat Josephus libris posterioribus, pleraque gesta constat post LXX interpretum ætatem. Adeoque nisi obscurissime & simul inepte velimus locutum fuisse Josephum, τὰ τοῦ νόμου utique putabimus ab eo fuisse opposita Prophetis & Psalmis, non vero libris qui eo tempore scripti non erant. Quod porro vir doctus objicit Demetrium ad Regem dixisse πολλὰ εἶναι καὶ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τῶν παρ' αὐτοῖς νομίμων συγγράμματα, cum quinque libros multos non fuisset dicturus, ad hoc potest responderi, multos quidem fuisse apud Judæos, sed quinque tantum fuisse ad transferendum missos, quia legem tantum a Judæis Philadelphus postulaverat, ideo οὐδὲ πᾶσαν ἔφθη λαβεῖν τὴν ἀναγραφὴν ἀλλ' αὐτὰ μόνα τὰ τοῦ νόμου, quemadmodum est apud Josephum. Ut præteream illud πολλὰ neque apud Aristeam neque apud Eusebium reperiri. Neque ex Sirachidæ præfatione aliquid exsculpi potest, quo opinio de libris Propheticis per LXX interpretes translatis magnopere juvetur. Commodus enim sensus est, si verba ejus ita exponamus, ut multum interesse dixerit librum in primitiva, qua scriptus fuit, lingua legi. Nam non istum duntaxat avi sui librum Ebraica lingua scriptum Græce ægre exprimi potuisse, sed Legem quoque ipsam & Propheticos reliquosque libros multum de majestate sua remissuros, si alia quam Ebraica lingua efferantur. Nec denique locus Josephi libro contra Apionem, sive uti Origenes citat, libro de antiquitate gentis Judaicæ secundo, multum facit ad sententiam illorum, qui omnes libros a LXX interpretibus tralatos asserunt, confirmandam. Verba sunt: ἐπιθυμητὴς Φιλάδελφος ἐγένετο τοῦ γνῶναι τοὺς ἡμετέρους νόμους καὶ ταῖς τῶν ἱερῶν γραφῶν βίβλοις ἐντυχεῖν. ἔπεμψε γοῦν ἀξιῶν ἄνδρας ἀποσταλῆναι τοὺς ἑρμηνεύσαντας αὐτῷ τὸν νόμον. Nam ἐντυχεῖν ἱερῶν γραφῶν βίβλοις est ἐξηγητικὸν illius quod ante dixerat γνῶναι τοὺς ἡμετέρους νόμους, neque dubium, quin libri legis sint ἱεραὶ βίβλοι. Epiphanii autem locus omnino explodendus est, quo præter 22 ἐνδιαθήκους etiam libros Apocryphos 72 transferendos ad Ptolemæum missos fuisse legitur.

Pag. ead. §. ead. mox ante fin. Edit. Nov. pag. ead. lit. F. Edit. Vet. Τότε τοὺς ἄνδρας ἠσπάσατο] Rufin. *viros osculatus*.

Pag. ead. §. ead. mox ante fin. Edit. Nov. pag. ead. lit. G. Edit. Vet. ἔπειτα κἀκείνους προσεῖπεν] Hæc non expressit vetus interpres, neque eorum vestigium penes Aristeam deprehendo.

Pag. ead. §. ead. circiter fin. Edit. Nov. pag. ead. lit. G. Edit. Vet. νίκην ἣν Ἀντίγονον ναυμαχῶν ἐνίκησε] Vide Diodorum Siculum libro XX. ex quo intelliges victoriam illam fuisse relatam anno tertio Olympiadis CXVIII. Idem Diodorus capite 77. illius libri etiam sacrum memorat victoriæ illius gratia a Ptolemæo institutum.

Pag. 593. §. 10. fin. Edit. Nov. pag. 395. lit. G. Edit. Vet. καταλύσεις καλλίστας] Rufin. *hospitia in arce denunciavit eis omnia deputari*. Legendum *optima*. Porro, quod *in arce* deputata hospitia ait, in hoc male ei convenit cum Aristea, qui loco ejus quod est apud Josephum πρὸς τῇ ἄκρᾳ, habet πλησίον τῆς ἄκρας, *non procul ab arce*.

Pag. 593. §. 11. princip. Nov. Edit. pag. 395. lit. G. Edit. Vet. Νικάνωρ] Hic Nicanor ἀρχίατρος dicitur in libello Aristeæ p. 20. G.

Pag. 594. §. 11. mox post med. Nov. Edit. pag. 396. lit. C. Edit. Vet. τῶν προηγουμένων ἕνα Ἐλισσαῖον] Aristeas Eleazarum appellat. Gorionides Eleazarum Pontificem una cum LXX interpretibus in Ægyptum migrasse ait, quod perspicue est falsum. At enim inter LXXII Interpretum nomina quæ ab Aristea p. 8. recensentur est alius etiam aliquis Eleazarus, est quoque Elissæus quidam. Eorum alteruter hoc loco innuitur. Legas, ut velis, nihil refert.

Pag. ead. §. ead. paulo post med. Edit. Nov. pag. 396. lit. C. Edit. Vet. εἶτα κρότος &c. ἤρθη] Rufinus: *Et post plausus cum gaudio & clamore omnium surrexerunt & residentes deinde ad epulationem & delicias parantes se contulerunt.*

Pag. ead. §. ead. paul. ante fin. Edit. Nov. pag. ead. lit. D. Edit. Vet. λόγους ἐπηρώτα φυσικοὺς] Mentionem quæstionum, quibus Ptolemæus LXX interpretum ingenium exercuit, Philo facit his verbis: ὁ μὲν γὰρ ἀπεπειρᾶτο τῆς ἑκάστου σοφίας, καινὰς ἀλλ' οὐ τὰς ἐν ἔθει ζητήσεις προτείνων, οἱ δ' εὐστόχως καὶ εὐθυβόλως οὐκ ἐπιτρέποντος μακρηγορεῖν τοῦ καιροῦ, καθάπερ ἀποφθεγγόμενοι, τὰ προτεθέντα διελύοντο. Cæterum quas hodie in Aristeæ editione legimus quæstiones, maximam partem morales sunt.

Pag. 594. §. 11. fin. Edit. Nov. pag. 396. lit. D. Edit. Vet. Ἀρισταίου βιβλίον] Rufinus perperam: *Aristeæ volumina*. unde conjicere possis Aristeæ libellum antiquo Josephi interpreti fuisse ignotum & invisum.

Pag. 594. §. 11. paul. ante fin. Edit. Nov. pag. 396. lit. D. Edit. Vet. ἐφ' ἡμέρας ιβ' συμπόσιον] Apud Aristeam non nisi septem dierum convivium memoratur.

Pag. 594. §. 12. mox post princip. Edit. Nov. pag. 396. lit. E. Edit. Vet. Καὶ διὰ τοῦτ' εἰκὸς καὶ τοῦ λόγου δύναμιν καὶ κάλλος εὑρῆσθαι] Rufinus: *ideoque virtutem & pulchritudinem videri*. Gelenius: *eoque facilius tueri hanc sententiam*. Uterque parum ad mentem Josephi, quam illustriorem reddunt hæc Aristeæ verba: Μενέδημος δὲ ὁ Ἐρετριεὺς φιλόσοφος εἶπε· ναὶ βασιλεῦ, προνοίᾳ γὰρ τῶν ὅλων διοικουμένων καὶ ὑπειληφότων ὀρθῶς τοῦτο ὅτι θεόκτιστόν ἐστιν ἄνθρωπος, ἀκολουθεῖ πᾶσαν δυναστείαν καὶ λόγου καλλονὴν ἀπὸ θεοῦ κατέρχεσθαι. Hanc igitur in sententiam Josephi locum interpretaberis: ideoque *consentaneum esse sermonis etiam robur & elegantiam inde obtineri*. a DEO & προνοίᾳ videlicet.

Pag. 594. §. 12. paul. post princip. Edit. Nov. pag. 396. lit. F. Edit. Vet. πρὸς τὴν νῆσον] Philo: νῆσος ἡ Φάρος πρόκειται τῆς Ἀλεξανδρείας, ἧς αὐχὴν ὑποταίνιος τέταται πρὸς τὴν πόλιν περικλυζόμενος οὐκ ἀγχιβαθεῖ, τὰ δὲ πολλὰ τεναγώδει θαλάττῃ, ὡς καὶ τὸ τῶν κυμάτων φορᾶς τὸν πολὺν ἦχον καὶ πάταγον ἐκ πάνυ μακροῦ διαστήματος προσεκλύεσθαι. τοῦτον ἐξ ἁπάντων τῶν ἐν κύκλῳ χρί-

κρίνοντες ἐπιτηδειότατον εἶναι τὸν τόπον ἐνησυχάσαι καὶ ἐνηρεμῆσαι, καὶ μόνῃ τῇ ψυχῇ πρὸς μόνους ὁμιλῆσαι τοὺς νόμους, ἐνταυθοῖ κατέμειναν, καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους λαβόντες ἀνατείνουσιν ἅμ' αὐταῖς καὶ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν, αἰτούμενοι τὸν θεὸν μὴ διαμαρτεῖν τῆς προθέσεως. In illa insula cellularum in quibus versati fuerint interpretes vestigia ruderaque oculis se usurpasse testatur Justinus Martyr.

Pag. 594. §. 12. paul. post princip. Edit. Nov. pag. 396. lit. F. Edit. Vet. Ἑπλασάδιον χῶμα τῆς θαλάσσης] In Rufini editione corrupte *Stadium*. Vide Humfredum Hody differentem contra eos qui ex nomine Heptastadii Aristeæ librum longe junioris scriptoris commentum esse convincere voluerunt.

Pag. 594. §. 12. paul. ante med. Edit. Nov. pag. 396. lit. G. Edit. Vet. προσέταξε γὰρ] Hæc verba non video expressa in editione prisci interpretis.

Pag. 595. §. 12. med. Edit. Nov. pag. 396. lit. G. Edit. Vet. ἐν ἡμέραις ἑβδομήκοντα δύο] Rufinus: *diebus septuaginta.* numero rotundo, perinde uti LXX interpretes dicimus, qui fuerunt LXXII.

Pag. ead. paul. post med. Edit. Nov. pag. ead. lit. G. Edit. Vet. ἀνέγνω τούτους] Hîc & apud Aristeam Demetrius interpretationem LXX seniorum recitasse dicitur, quod ab ipsis interpretibus factum fuisse scribit Irenæus, cujus Græca verba refert Eusebius libro Historiæ quinto. Gorionides a Rege lectas singulorum tralationes memorat.

Pag. 595. §. 12. paul. ante fin. Edit. Nov. pag. 397. lit. A. Edit. Vet. πλῆθος ἀπεδέξατο καὶ τοὺς διαφήσαντας πρεσβυτέρους τὸν νόμον] Rufini editio: *Cumque multitudo amplexa legem vel seniores ejus interpretes.*

Pag. ead. §. ead. paul. ante fin. Edit. Nov. pag. ead. lit. A. Edit. Vet. δοῦναι καὶ τοῖς ἡγουμένοις αὐτῶν ἀναγνῶναι τὸν νόμον] Apud Aristeam est: δοῦναι τοῖς ἡγουμένοις αὐτῶν μεταγράψαντα τὸν πάντα νόμον.

Pag. 595. §. 12. mox ante fin. Edit. Nov. pag. 397. lit. A. Edit. Vet. διαμεῖναι ταῦθ' ὡς ἔχει καὶ μὴ μετακινεῖν αὐτά] Aristeas addit Demetrium dira imprecatum fuisse illi qui aliquid vel adjecerit vel detraxerit vel immutarit. Idem a populo factum fuisse Rege jubente, refert Eusebius octavo Præparationis. Ejusmodi diræ leguntur Apocal. XXII. 18. & in fine Irenæi, sed & in principio Chronici Eusebiani ab Hieronymo translati. Scaliger testatur etiam in MStis aliis Eusebii libris ejusmodi adjurationes reperiri, & in MSto Historiæ Ecclesiasticæ a Rufino versæ, quales leguntur sub initium Versionis Origenis περὶ ἀρχῶν, quas repetit Rufinus invectiva in Hieronymum prima. Vide & Gregorii Turonensis Historias sub finem libri decimi.

Pag. ead. §. 13. mox ante med. Edit. Nov. pag. 397. lit. C. Edit. Vet. Theopompus] Chius ille celebris Historicus. Theodectes patria Phaselites, qui cum Theopompo, Naucrate & Isocrate in funere Mausoli certans vicit Olympiade 103. Pro Theodecte Theopompum iterum legit Vaticanus Aristeæ codex; at quædam Eusebii editiones Theodotum.

Pag. ead. §. 13. mox ante fin. Edit. Nov. pag. 397. lit. D. Edit. Vet. ἔν τινι δράματι] Rufinus: *in aliquo Dramateorum.*

Pag. 595. §. 14. mox post princip. Edit. Nov. pag. 397. lit. E. Edit. Vet. προσκυνήσας αὐτοῖς ἐκέλευσε πολλὴν ποιεῖσθαι τῶν βιβλίων τὴν ἐπιμέλειαν ἵνα διαμείνῃ ταῦτα καθαρῶς] Hæc in Rufini editione desiderantur.

Pag. ead. §. ead. paul. post princip. Edit. Nov. pag. 397. lit. E. Edit. Vet. πρὸς αὐτὸν ἐκ Ἰουδαίας παραγίνεσθαι] Ex hoc loco Isaacus Vossius libro de LXX interpretibus non verisimile, sed verum esse colligit, interpretes si non omnes saltim complures Ægyptum iterum sæpius petiisse, & cum solenni illâ interpretatione solum transtulissent pentateuchum, æquitate rei ac Ptolemæi magnificentia pellectos, cæteros quoque sacræ Scripturæ libros Græce vertisse, idque superstite adhuc Demetrio. Majorem tamen semper atque illibatam versionis Pentateuchi mansisse auctoritatem.

Pag. ead. §. ead. circiter med. Edit. Nov. pag. 397. lit. F. Edit. Vet. στολὰς ἀρίστας τρεῖς] Numerus excidit apud Rufinum. Τὴν δὲ συμποσίου στρωμνὴν deinde vertit: *totum convivatorium.*

Pag. 596. §. ead. mox post med. Edit. Nov. pag. 397. lit. G. Edit. Vet. στολὰς ί πορφύρας] Rufinus: *insuper stolas decem & purpuram.* cui versioni plane convenit cum Aristea, apud quem legitur: στολὰς δέκα καὶ πορφύραν.

Ejusmodi & majoris forsan momenti in integrum Josephum dari poterant, nisi temporis, quo editio maturatur, brevitas prohibuisset. Nunc hisce contentus esto, benevole Lector, & διτλαῖς γραφαῖς librorum de bello Judaico ac sermonis εἰς τοὺς Μακκαβαίους ex MSto Bibliothecæ Paulinæ summa fide atque diligentia excerptis interea fruere.

FLA-

FLAVII JOSEPHI DE IMPERIO RATIONIS IN LAUDEM MACCABÆORUM LIBER,

FRANCISCO COMBEFISIO INTERPRETE.

CAPUT I.

SApientissimam ostensurus Rationem, Num scilicet pia ratio ipsa domina sit ac victrix perturbationum seu affectuum, recte nimirum suaserim, ut alacres ac incitati Philosophiæ animum attendatis. Ratio namque ad scientiam prorsus necessaria est. Præterea quoque maximæ virtutum (i. e. Prudentiæ) laudem in se continet. Etenim Ratio illarum plane perturbationum victrix noscitur, quæ Temperantiæ solent officere (Gulæ scil. ac Cupiditatis) illarum item, quæ Justitiæ, cujusmodi est Malignitas: ac denique earum, quæ Fortitudini; Iræ scil. & Timoris Dolorisque.

Quærat vero forte quispiam, cum Ratio affectibus dominetur, quid causæ sit, cur non itidem oblivioni ignorantiæque præpolleat? Ridicula sane quæstio. Non enim affectuum ejusmodi dominatur, qui ejus ipsius vitia existunt, sed qui Justitiæ, & Fortitudini & Temperantiæ incommodent; ac ne horum quidem hactenus victrix est, ut eos penitus destruat, sed ne illis cedat. Possem equidem & ex aliis multis argumentum probare (Rationis scil. in perturbationes & affectus vitiaque declarare imperium) cumprimis vero ex illorum præclara constantia demonstravero, qui virtutis causa mortem oppetierunt; Eleazari scilicet ac septem Fratrum, nec non illorum Matris. Hi namque omnes spretis ad mortem usque laboribus ac tormentis, Rationem affectuum ac perturbationum dominam esse ostenderunt.

Sane vero subit animum, qua fulgent virtutum luce Athletas laudare, qui per id tempus cum Matre honesti rectique causa mortem subiere: beatosque prædicem, quod tantos inde honores consecuti sunt. Excitata enim, nedum reliquorum omnium mortalium fortitudinis & patientiæ laude, sed & ipsorum carnificum admiratione, solvendæ adversus gentes tyrannidis auctores exstitere; Tyranno ipso illorum constantia expugnato: ut inde, ac per eos, mundata piaculo patria sit Sed & recta statim ad quæsitum procedere licebit, qua videbitur commodum, argumentum aggresso: atque in eum modum ad eos sermonem vertam, Deo, qui omni sapientia præstat dans gloriam.

Quod itaque in quæstionem venit istud est: Num Ratio perturbationum ac affectuum imperio polleat? Ac distinguimus, quid demum sit Ratio? Quid vero passio s. perturbatio affectusque, & quot illorum genera? Num item Ratio horum omnium dominetur? Est igitur Ratio, mens cum recta ratione vitam curans sapientia institutam. Sapientia vero est Divinarum humanarumque rerum, earundemque causarum cognitio. Hæc porro Legis disciplina est, cujus numine Divina reverenter ac religiose condiscimus; humana, pro eo ac utile est, Sapientiæ genera, Prudentia, Justitia, Fortitudo & Temperantia. Cunctis vero principalior Prudentia; ex qua Rationi est, ut affectuum dominetur. Affectuum duo genera universalissima sunt, Voluptas & Dolor. Horum quodlibet etiam circa animum versatur. Multa Voluptatem Doloremque comitantur affectuum juga ac propagines. Voluptati præit Cupiditas; Voluptatem sequitur Gaudium. Ante Dolorem Timor, Dolori Tristitia jungitur. Ita voluptatis Dolorisque communis affectio, cum quis in eam se incidisse cognoverit. Ad Voluptatis partem attinet & Maligna affectio, cujus inter omnes affectus longe varia & multiplex indoles. Quod ad animum attinet, Arrogantia, Avaritia, Contentio & Invidia: quod vero ad corpus, Voracitas omnia liguriens, sordidique & inhospitalis animi Parcitas. Cum velut duæ animi ac corporis stirpes sint Voluptas & Dolor, multi horum surculi sunt & stolones; quos singulos quæ omnium cultu desudet, Ratio emundans atque vellicans irrigansque, omnique modo alios alio mutans, morum affectuumque plantas miti indole facit.

Ratio, Virtutum dux ac auspex: Affectuum vero & perturbationum pro imperio domina. Observa autem illorum labe, quid Temperantiæ primum officiat; idcirco nimirum, quod Ratio ipsa affectuum ac vitiorum domina est. Temperantia autem Cupiditatum elisio est, deque illis victoria. Cupiditatum aliæ ad animum spectant, aliæ ad corpus, quarum omnium potitur Ratio, ac eis dominatur. Hæc sane mea sententia. Cum itaque piscium aviumque & quadrupedum, seu etiam quarumvis aliarum escarum, quarum nobis esu Lege interdictum sit, Cupiditas incesserit, Rationis auspicio iis nos abstinemus. Sobria enim mente retinentur, atque in contrarium vertuntur quorumvis actuum desideria, cunctique corporis motus ratione frænantur.

CAPUT II.

AC quid mirum, si animi cupiditates pulchritudinis honestique desiderio cassæ redduntur. Hoc sane molimine castus [a] Joseph laudatur, quod vim libidinis Ratione superaverit. Cum enim adolescens esset, vegetaque in rem turpem ætate, Ratione

[a] Gen. 39, 12.

tione duce libidinum stimulum infregit. Nec solum turpis libidinis immitem vim ardoresque superare Ratio cernitur, verum etiam omnem Cupiditatem. Denique ait Lex, [b] Non concupisces uxorem proximi tui, nec omnia, quæ proximi tui sunt: Dum itaque præcipit, ne concupiscamus, multo magis posse Rationem cupiditatibus dominari suaserit, uti etiam affectibus Justitiæ adversis. Alioqui enim, quomodo sordida quis parcitate inhospitalis, seu etiam gulæ deditus, nisi Ratione affectuum domina eisque prævalente, mores mutaverit?

Mox sane, ac quis Legis disciplina vitam instituerit, etsi avarus erat, recti tramite indolem cogit, absque usuris indigentibus commodans, ac septimanis advenientibus fœnus rescindens. Etsi sordidus ac parcus, Rationis memor [c] Legis se Imperio subjicit, nec segetes neque vineas demetens. Itemque in aliis licet perspicere Rationem affectuum perturbationumque dominam ac domitricem esse. Lex enim etiam parentum benevolentiæ præscribit, quæ illorum causa virtutem minime prodat. Uxoris quoque amicitiam superat, cujus scelus coarguat. Liberorum item amori dominatur, quorum pravos mores puniat. Amicorum consuetudinis nullam rationem habet, quorum nequitiam atque vitia reprehendat. Neque id fidem excedere putaveritis, quando etiam Lege auspice Ratio inimicitias vincere potest, ut mansuetas hostium [d] arbores non succidat, illisque deperdita servare studeat, ac quæ fuerint collapsa ipsa pari opera erigat.

Quin & violentiorum Ratio affectuum perturbationumque potiri conspicitur, nempe amoris Principatus, inanis gloriæ ac invidiæ. Cunctos enim nequissimos istiusmodi affectus vitiaque mens sobria depellit, uti etiam iram. Alioqui quid causæ est, cur sapientissimus pater noster Jacob Symeonem & Levi accuset, quod Sichimitarum gentem nullo Rationis consilio jugulaverint, cum ait, Maledictus furor eorum? Nisi enim Ratio iræ compos esse poterat, nunquam sic locutus esset.

Deus enim homine condito, eoque Ratione ac arbitrii facultate ornato, etiam affectus, certamque indolem in eo plantavit, mentemque ducem animi satellitio fultam, velut in solio Regem collocavit: cui legem dedit, ex cujus norma institutis vitæ rationibus, regno sobrio & justo & bono potitura esset. At quomodo, dicat aliquis, siquidem Ratio affectuum domina est, oblivionem ac ignorantiam ex Imperio non vincit?

CAPUT III.

Valde sane ridicula ratio. Non enim Ratio suorum ipsa affectuum potiri cernitur, sed eorum, qui corporis affectus sunt. Puta, fieri non potest, ut cupiditatem a nobis exscindamus; præbere tamen potest Ratio, ne illi mancipemur. Non potest quis iram furoremque animo amputare; at ne illi addicamur, favens Ratio potest præstare. Pronam mali voluntatem ac libidinem non potest quis auferre, juvare tamen Ratio potest, ne animum illi inflectamus. Non enim Rationis est, ut affectus radicitus evellat, sed ut quasi adversarii munere illis obsistat.

Ac sane Davidis exemplo rem clarius advertere licet. Quod enim David [e] Rex tota die cum alienigenis congressus, ad vesperam sudoribus madens, ac valde labore fessus ad Prætorium tentorium veniens, præstantiorum militum ac ducum exercitu omni circumseptus erat; reliquis omnibus ad cœnam versis, Rex, ut qui maxima siti teneretur, etsi uberes fontes habebat, iis sitim extinguere non valebat; sed inconsulta quædam cupiditas ejus aquæ, quæ in hostium statione erat, ipsa auctior ac invalescens incesserat, solvensque adurebat: Quamobrem satellitibus ea Regis siti quiritantibus remque deplorantibus, duo juvenes Regis illa cupiditate moti, cum arma induissent, ac urnam accepissent, hostium vallo superato, positas ad portam excubias latentes, omnemque hostium rimati exercitum, cum fontem invenissent, ex illo Regi attulerunt. Is vero, quanquam siti ardebat prægrande periculum existimavit, si quæ sanguinis pretio veniret, aquam biberet. Ratione itaque cupiditati objecta, aquam Deo libavit. Etenim, uti dicebam, potest mens sobria affectuum necessitates vincere, libidinumque ardores extinguere, nec non corporum dolores, quantumvis atroces, superare.

Jam vero nos tempus vocat, & ad sobriæ Rationis seriam considerationem ex argumento inducit. Quod enim Patres nostri Legum æquitate altam pacem habebant, ut & Asiæ Rex Seleucus Nicanor, [f] in sacrificiorum templique sumptus pecuniam eis assignasset, eorumque omnem Reipubl. cultum ac disciplinam probaret; tunc sane nonnullis adversus communem concordiam res novas molientibus, diversi generis calamitatibus malisque oppressi fuere.

CAPUT IV.

Nam Simon quidam, Oniæ, jugi in vitam ritu quondam Pontifici, viro bono ac probo institutis moribus adversans, quod in eum nulla non structa calumnia in gentis perniciem, nihil ei nocere potuerat, profugus factus, patriam proditurus abscesserat. Quamobrem ad Apollonium profectus, Syriæ ac Phœnicis ducem, sic compellabat. Regis negotiis rebusque bene volens, nunciatum veni repositam esse Jerosolymis in ærario privatarum pecuniarum immensam vim, ad templi rationes nihil attinentem, ac quæ Seleuci Regis juris existat. Quibus per singula cognitis, Apollonius laudato Simone, ejus in Regem fidei atque animi, cum ad Seleucum ascendisset, ejus thesauri pecuniarum admonuit: suorumque stipatus satellitio confestim in Judæam involans cum scelestissimo Simone gravique exercitu in mandatis se perferre ajebat, Regisque imperium esse, ut privatas ærarii pecunias exportaret. Mox audito sermone, querulæ gentis voces, contradicentium murmur grave omnino ducentium, si pecuniæ sacro ærario depositæ atque creditæ dominis auferrentur, quantaque facultas obstare nitebantur. Inter quæ minabundus Apollonius templum petit, Sacerdotibus cum mulieribus atque pueris in eo in oratione prostratis, Deoque supplicantibus, ut sacrum locum protegeret, qui sic conculcabatur.

Ascendente itaque Apollonio [g] cum armata apparitorum manu ad diripiendas pecunias, apparuerunt e cœlo in equis Angeli, splendenti armorum cultu, qui & eo multum eis timorem tremoremque injicerent. Corruens itaque semivivus Apollonius in Templi cunctis pervia porticu, extensisque in cœlum manibus, cum lacrymis Hebræos obsecrabat, ut fusis pro eo precibus cœlestem exercitum placabilem redderent. Hisce inductus verbis Onias Pontifex, aliasque etiam veritus, ne Seleucus Rex humana grassatione exque insidiis sublatum Apollonium existimaret, pro illo oravit. Atque is quidem inaudito modo sospes redditus, profectus est Regi declaraturus, quæ illi acciderant.

Se-

b *Exod.* 20, 17. c *Levit.* 25, 2. d *Deut.* 20, 19. *Exod.* 23, 4. & 5. e 2 *Reg.* 23, 15.

f 1 *Macc.* 3. g 2 *Macc.* hac de Heliodoro.

Seleuco autem Rege vivis exempto, ſucceſſit in Patris Imperio Filius homo ſuperbus ac nequiſſimus. Is nempe abrogata Oniæ ſummi Sacerdotii dignitate, Jaſonem ejus Fratrem Pontificem conſtituit, annuo tributo daturum ſe illi pollicitum tria millia ſexcenta ſexaginta talenta.. Accepta itaque conditione, cum eum Pontificem juſſit agere, tum gentis ducem. Qui & gentem exploravit, & ad omne ſcelus ac improbitatem cives tranſtulit; ut nedum in ipſa patriæ arce Gymnaſium extrueret, verum etiam templi curam omnem ritumque aboleret. Quibus indignata Divina juſtitia, ipſum cis Antiochum in hoſtem vertit. Quod enim bellum in Ægypto cum Ptolemæo gerens ſparſa illius mortis fama, ea nonnullos gaudere, cumprimis vero Jeroſolymitas audierat; confeſtim reductis ad eos copiis urbem diripuit, edictumque propoſuit, ſi qui eorum patria Lege vivere deprehenſi eſſent, morte luerent. Quodque rem obtinere non valebat, ſed omnes minas ſuas & ſupplicia convelli videbat, ut & mulieres circumciſis liberis, cum infantibus præcipitio necarentur, ne præviſa quidem pœnæ atrocitate a facinore quicquam deterritæ: Quod itaque illius edicta a populo contemnebantur, ipſe tormentis pollutas eſcas guſtando Judaiſmum ejurare ſingulos cogebat.

CAPUT V.

PRæſidens itaque ſublimi quodam loco, conſidente Conſiliariorum cœtu Tyrannus Antiochus, armatiſque copiis circum undique adſtantibus, ſingulos Hebræorum trahi ad tribunal juſſit, & ut carnes ſuillas atque idolis immolatas guſtare cogerentur. Sin autem nollent aliqui immundis veſci, rotis cruciati enecarentur. Cumque multi pariter raperentur, inter alios primus unus Eleazarus [h] nomine, ex Sacerdotali genere, ſcientia Legiſperitus, & ætate provectus, multiſque Tyranni aſſeclis longo jam uſu notus, prope eum adductus eſt. Quo viſo Antiochus, ſic eum aggreſſus eſt. Ego ſane bone ſenex, priuſquam tormentis te aggrediar, auctor tibi ero, ut deguſtatis ſuillis carnibus ſaluti conſulas. Revereor enim tuam & ætatem, & canos, ex quorum ratione poſt tantum tempus non ſatis mihi philoſophari videris, qui Judæorum ſuperſtitione utaris. Quorſum enim, cujus indulgentiam fecit natura, optimam animalis hujus carnium abominaris eſcam? Stultum enim, dementiſque animi eſt, non frui dulcibus, quæ probrum non habent, injuſtumque eſt naturæ gratias averſari. Tu vero etiam majoris aliquid inſipientiæ facturus videris, qui cum inani ſenſu veri opinione erres, me quoque tui cruciatu contemnendum ducas. Non expergiſceris a Philoſophiæ veſtræ nugis, moroſumque animum tuum excuties, atque humaniſſima mea adhortatione propenſa veneratione ſuſcepta, ſenectæ ipſe tuæ miſeraberis? Etenim tecum ipſe reputa, vel ſi divina ulla virtus veſtræ religionis vindex exiſtat, veniam facile conceſſuram, quicquid per neceſſitatem violatum juris fuerit.

His ita auditis Eleazarus petita ſermonis licentia & conceſſa, in hæc verba publico conceſſu orare cœpit. Noli Antioche, qui vitam ex Divinæ Legis rationibus inſtituendam perſuaſum habeamus, nullam ea violentiorem neceſſitatem exiſtimamus, quam ut Legi obſequamur. Quare nihil ſceleris patrare in animum induco. Quin ſi etiam vere, tua ſententia, Lex noſtra Divina non eſſet (etſi plane Divinam eſſe ſentimus) ne ſic quidem nobis, quæ de pietate & religione eſt, opinionem convellere liceret. Ne leve ergo peccatum putaveris, ſi carnibus veſcamur. Sive enim in parvis, ſive in magnis, peræque eſt prævaricari: utroque enim pariter per ſuperbiam lex infringitur. Subſannas vero noſtram Philoſophiam, quod non ſana ſatis ratione ea valeamus, docet namque Temperantiam, ut omnem ſponte laborem toleremus, Juſtitiæ præceptis imbuit, ut ſolum verum Deum magnifice colamus. Quamobrem immundas carnes non comedemus. Qui enim Legem Dei eſſe credamus, ipſum natura noſtri miſeratione ductum lege ſancire novimus. Legis auctor ac conditor, quæ noſtris animabus convenientia forent, permiſit edere; carnibus vero, quæ eſſent contrariæ, veſci prohibuit. Tyrannicum vero, nedum ut ſcelerate agere cogamur, ſed & edere. Abſit tamen, ut hujus de me riſus tibi copiam faciam; nec ſacra Majorum, ſervandæ Legis ergo juramenta dimittam; nec ſi oculos effoderis, viſceraque igne conſumſeris. Non ita ſenex ac imbellis animi ſum, ut non pietatis cauſa virilem juvenili ardore animum oſtenderim. Ad hæc expedi rotas, vehementiorique flatu ignem excita. Non ſic ſenectutem miſereor, ut ejus cauſa Legem diſſolvam. Non te mentiar, mihi magiſtra Lex, nec te negabo, amica Continentia: non pudefaciam, Ratio Philoſophica, nec abnegabo, venerandum Sacerdotium Legiſque peritia. Mundum me Patres ſuſcipient, quem tuæ neceſſitates ad mortem uſque nullo terrore dejicient.

CAPUT VI.

IN hunc modum adverſa dicendi vi exſufflata Tyranni adhortationum ſuada, qui aſtabant ſatellites, acerbe Eleazarum ad ſupplicia trahebant. Ac primum quidem veſtibus nudatum, tumque cubitis manibus revinctum, ex utroque latere verberibus cædebant, præcone hinc inde clamante: Obtempera Regis mandatis. At magni vir animi Eleazarus, quaſi in ſomnis torqueretur, nihil a conſtantia demutabatur, ſed ſublimes in cœlum tendens oculos, diſſilientibus carnibus verberum illa carnificina Senex deradebatur, defluebatque cruore, ac latera immane quantum alte illi fodiebantur: cadenſque in terram, fatiſcente doloris vi corpuſculo tanta illa cruciatus acerbitate, rectam inflexamque animi Rationem habebat. Calcibus enimvero immanium quis ſatellitum inſiliens quaſi erecturus, ejus ilia tundebat. Is porro tormenta patienter ferebat, ſpretaque neceſſitate tanta illa verberum grandine conſtans perſeverabat. Vapulans Senex dilaniantes tortores ſuos vincebat, ac illis ipſis animi magnitudine admirationi erat.

Quamobrem partim ſenectutis miſerti, partim etiam pro conſuetudine neceſſitudinis ſenſu affecti, Regis quidam Miniſtri ad eum adeuntes, ajebant. Cur enimvero, Eleazare, hiſce te malis inconſulto ſubjicis? Nos ſane aſſas carnes apponemus; tu vero ſimulans ſuillam guſtaſſe, ſaluti conſulito. Ad quos Eleazarus. Ne ſic male ſapiamus filii Abrahæ, ut molli animo aliquid nobis indecorum ſimulato agamus. Inſulſum plane dementiſque animi, ſi cum ad ſenectam uſque ex veritatis rationibus vitam egerimus, ejuſque rei laudem legitime ſervaverimus, nunc conſiliis mutemur, efficiamurque nos ipſi adoleſcentibus impietatis, forma, ut & exemplo ſimus veſcendi immundis; turpemque reliquam brevem vitam ducamus, eamque omnium cachinnis expoſitam, qua ignavia illi ſuperſtites erimus. Tanta igitur conſpecta ejus animi magnitudine inflexaque eorum miſeratione conſtantia, ad ignem adductum cruciariis inſtrumentis urentem in rogum conjiciunt, ejuſque naribus fœtidos noxioſque liquores infundunt.

Jam vero ad oſſa uſque ejus uſtulato corpore, cum

h 2 *Macc.* 6, 18.

cum deficiente natura ſpiritum relaxaret, oculos in Deum levans, ait, Tu Deus noſti, cum liceret ſalvum eſſe & incolumem, Legis gratia cruciantibus me flammis interire. Idcirco propitius eſto genti tuæ, cui noſtra pro illis pœna ſufficiat. Piacularem eorum hoſtiam meum cruorem efficito; proque illorum animabus meam ipſius animam accipito. Hæcque locutus Vir ſanctus, forti mortem aſpexit propoſito.

Explorate igitur affectuum domina pia Ratio eſt. Si enim majoris præ ratione virtutis affectus extitiſſent, illis utique victoriæ teſtimonium deferrem. Nunc autem Ratione affectuum victrice, illi utique merito ducis poteſtas atque principis tribuenda ſit. Æquum proinde, ut imperium Rationis eſſe agnoſcamus, quando & extrinſecus provenientium dolorum victricem (ſed & voluptatum) nec illis cedere, oſtendo.

CAPUT VII.

QUemadmodum enim optimus gubernator Patris noſtri Eleazari inſtitutus Ratione animus, clavo regens pietatis navem in affectuum pelago, Tyrannique minis diverberatus, ac tormentorum tricumanis fluctibus affatim jactatus, nullo modo pietatis gubernacula invertit, quoaduſque ad portum immortalitatis evaſit. Nulla unquam civitas multis variiſque oppugnata machinis reſtitit, ac vir ille ſanctiſſimus, ſacro animo verberibus tormentiſque inflammatus, præ Rationis munimine obſidentes devicit. Velut enim prærupto ſcopulo ac rupe ſua pater Eleazarus obtenta mente furentes affectuum fluctus elidebat. O Sacerdotio digne Sacerdos, cujus impolluti dentes, ab omnique immundorum eſus profanatione immunis venter, qui pietatis vaſculum fuerat, ô Legi concors Divinique ſermonis Theologe. Tales ſint neceſſe eſt, qui proprio ſanguine Legem adminiſtrant, generoſoque ſudore ad mortem uſque tormentis certant.

Tu Pater noſtram æquis legibus conſtitutam pietatem ac diſciplinam, quibus patienter tuliſti ad gloriam confirmaſti, ſanctimoniamque honeſtans non convulſiſti, ac per opera divinæ Philoſophiæ ſermonibus & oraculis fidem concilians. O ſenex tormento fortior igneque torrente! Vetule, viribus ipſe contentior, ac cunctis major Eleazare. Quemadmodum enim Pater Num. 16. 46 Aaron thuribulo inſtructus medios plebis intercurrens ordines, Angelum incendia miniſtrantem devicit; ſic Aaroni ſtirpe ſatus Eleazarus, igne ipſe maceratus a Rationis tramite non deflexit. Quodque omne vincit miraculum, cum ſenex eſſet, collabentibus jam corporis viribus, & cum laxatæ carnes nervique defeſſi ac fatiſcentes eſſent, per Rationem ſpiritu juvenis virtute fulſit. O beatam ſenectutem, ac venerabiles canos vitamque ſancte legibus inſtitutam, quam fidele mortis ſignaculum conſummavit. Siquidem igitur homo ſenex pietatis cauſa ad uſque mortem tormenta deſpexit, explorate nimirum pia Ratio affectuum principatu pollet. Idcirco enim etiam juvenes pietatis Ratione philoſophantes, graviora tormenta ſuperarunt. Quod enim rei ipſo periculo illuſtri Tyrannus clade victus abſceſſerat, qui ad immundorum eſum ſenem cogere nequiviſſet.

CAPUT VIII.

TUnc vehementi accenſus ira, quoſdam ex Hebræorum præda adduci juſſit: ac ſiquidem immundis veſci in animum induxerint, guſtata eſca dimitti; ſin autem contradixerint, acrius puniri. His ita a Tyranno conſtitutis, præſto fuere ſeptem fratres cum matre vetula ad tribunal adducti, pulchri ſcilicet juvenes, inque omnibus gratioſi. Gaviſus in eis Tyrannus, vultuſque decorem ſtupens, blande ſubriſit, juſſiſque prope accedere ait, O juvenes, veſtram ego pulchritudinem propenſe admiror, totque fratrum multitudinem eximie colens, nedum auctor ſum, ne hac ipſa ſenis inſania deſipiatis, qui modo tormentis ſubactus eſt, ſed & rogo, ut mihi obſequentes in meam recipi amicitiam non pigeat. Facultas enim eſt, ut eos puniendi, qui mandatis meis morem non gerant, ſic eos munerandi, qui jubenti obtemperaverint. Mihi igitur credite, ſupraque Regis negotia conſtituemini. Patria veſtra abnegata lege rituque, atque ad Græcorum mores tranſlatis vitæ rationibus, veſtra quique fruimini juventute. Sin autem veſtra pertinacia irarum mihi neceſſitatem feceritis, diris ſuppliciis & tormentis unumquemque veſtrum perdere cogetis. Veſtri itaque vos miſereat, quorum & ipſe, qui hoſtis videar, cum ætatis tum venuſtatis formæ miſereor. Num ſeria mente hæc cogitabitis, ſi pervicaces fueritis, nec parueritis, nihil vos manere, quam ut in tormentis moriamini.

Inter quæ verba coram poni juſſit torturæ inſtrumenta, ut & timore immundis veſci ſuaderet. Ubi autem rotas & fidiculas, tormentaque & rotabula & catapultas, & lebetes, frixoria quoque & digitalia, ungulaſque & cuneos; folles item igniſque ſuſcitabula, cum ſatellites coram objeciſſent, ſubſecutus Tyrannus ait: Timete adoleſcentes, quodque colitis Numen vobis propitium erit, qui neceſſitatis vi violatæ Legis rei efficiamini.

At illi audita verborum illecebra, diroque tormentorum conſpectu nihil territi ſunt, ſed & adverſa Tyranno philoſophati, Rationis præſtantia ejus tyrannidem everterunt. Quid vero exiſtimamus, ſi inter illos formidoloſi quidam fuiſſent? quibus aliis, quam iſtis verbis uſuri eſſent? Nos miſeri & valde inſipientes, adhortante nos Rege & ad munera vocante, ſi modo ei morem geſſerimus. Cur nos inanibus deſideriis oblectamur, ac quæ necem afferat pugnacis animi contentionem præſumimus? Non timebimus, viri fratres, tormenta, nec cruciatuum minas reputabimus, inanemque hanc gloriam exitioſamque ſuperbiam fugiemus? Noſtræ nos miſereat ætatis, matriſque ſenectutis miſereamur, atque animo reputemus, moriendum nobis eſſe, niſi ut obſequamur in animum induxerimus. Prorſus indulgebit Divina juſtitia, qui neceſſitate Regem timuerimus. Cur nos ipſi dulciſſima vita extrudimus, atque ſeculi jucunditate privamus? Ne neceſſitati vim faciamus, neve in noſtro tormento gloriam ambitioſe quæramus. Nec Lex ipſa volentes neci dabit, qui timuerimus tormenta. Unde tanta nobis inſedit contentio, placetque lethifera ſuſtinentia, cum ſecure morem Regi gerentes vivere liceat? Verum nihil horum tormentis admovendi locuti ſunt juvenes, aut cogitarunt. Quippe qui cruciatus contemnebant; dolorumque victores, ſubditis Rationi affectibus erant. Quare ut ſtatim peroravit Tyrannus ſuadendo ut immundis veſcerentur, omnes ſimul, quaſi ex eodem animo in hæc verba vocem ſuſtulerunt.

CAPUT IX.

QUid tardas, Tyranne? Parati enim ſumus mori potius, quam patria noſtra mandata tranſgredi. Merito enim nos præfari pudet, niſi Legis obedientia conſilii nobis auctore Moſeque uſi fuerimus. Noli Tyranne conſulere, ut Legis ſcita violemus. Noli qui odio habeas, noſtram magis, quam nos ipſi ſortem miſerari. Ipſa enim morte graviorem exiſtimamus tuam miſericordiam, ut ſcelere ſaluti conſulamus. Territas vero, qui tormentis mortem illaturum mineris, quaſi non pau-

paulo ante ab Eleazaro didiceris. Quando enim Hebræorum senes, pietatis palæstra, tormenta sustinendo fortiter certamen desudarunt, justiori titulo moriamur nos juvenes, spretis persecutionum tuarum tormentis, quorum & ipse noster institutor senex Eleazarus victor extitit. Tenta igitur, Tyranne, nec cruciatu damnum ullum animabus te allaturum putes, si pietatis causa intueris. Nos enim malorum perpessione ac patientia virtutis præmia referemus; tu vero hoc potissimum scelere quod neci tradis, Deo ultore æternam abunde mortem sustinebis.

His ita dictis, graviter ferre Tyrannus, nedum quod non obsequerentur, sed & ira accendi, quod illius gratiæ nulla ratio habeatur. Jussi itaque apparitores natu maximum admoverunt, discissaque tunica manus & brachia utrimque colligarunt. Cumque ea jam verberum laniena fessis frustra eis abiret conatus, rotæ innectentes, eaque distendentes, fortis animi adolescentis artus omnes compagibus suis dimoverunt. Quo is cruciatu, membrisque omnibus fractus, in hæc fere verba improperabat: Impurissime Tyranne, cœlestique devote vindictæ ac cruente, non his verberibus dehonestas ac pœnis afficis, quod sim homicida, aut pietatem ulla re violaverim, sed quod Divinæ Legis propugnator sim. Urgentibusque satellitibus, ut se manducaturum profiteretur, ut a tormentis liberari liceret; contra ille: Non sic rotæ vestræ vis exuperat, acerbi ministri, ut, quæ mihi inest, vim Rationis præfocet. Secate membra, carnes igni assate, artus distorquete: Quicquid enim tormentorum adhibueritis, mei ipse periculo certos faciam, proprium hoc filiis Hebræorum, ut virtutis palæstra uni invicti existant.

Hæc illo loquente, subjectis prunis, igneque exsuscitato, longe abunde rotam distendunt, quam fusus undique sanguis cruentaret, & ex qua sanie guttatim defluente extingueretur prunarum strues: circaque feralis machinæ axes, carnes peremfluebant. Cumque jam magni animi Abrahamique dignus stirpe parique indole juvenis concisam undique ossium compagem haberet, ne ingemuit quidem, sed quasi in igne conflaretur ad incorruptionem, fortiter tormenta sustinuit. Imitatores mei estote, Fratres, ajebat. Ne meum certamen fatiscentibus animis deserite, neve meam fortis animi fraternitatem ejurate. Sacram mentisque generosæ militiam pietatis causa gerite, per quam Divina paternaque providentia genti nostræ placata, in superbum dirumque Tyrannum animadvertet. Hæcque prolocutus sacer honestusque juvenis animam efflavit.

Cunctis vero prioris forti tolerantia attonitis, adducunt satellites ætate secundum, innexisque ferreis manibus acutis unguibus, cum catapultæ (quæ machina est) alligant. Deinde percontati, priusquam eum torquerent, num vellet comedere? postquam generosum ejus mentis propositum audierunt, ferreis manibus assilientes, a cervicimusculis ad mentum usque carnem omnem & capitis cutem, pardi bestiæ, detraxerunt. Is vero hunc gravi constantia dolorem tolerans, Quam dulce, ajebat, omne mortis genus ob patriam nostram pietatem? Non putas te, ô omnium crudelissime Tyranne, magis quam me nunc torqueri, cum videas superbam Tyrannici animi rationem nostra pietatis causa patientia vinci? Etenim ego virtutis oblectationibus laborem levo, tu vero in impietatis minis cruciaris. Neque vero effugies, impurissime Tyranne, pœnas iræ Divinæ.

CAPUT X.

ATque hoc item inclytæ mortis agone perfuncto adductus tertius est, quem multis plures hortabantur, ut degustando carnes saluti consuleret. Ad quos ille firma exclamavit voce. Ignoratis, inquit, eodem me patre satum cum his; qui jam diem obierunt, eademque matre natum, nec non iisdem nos esse educatos decretis? Non ejurabo tam nobilem fraternitatis cognationem. Tum illi hominis dicendi libertem graviter ferentes, tortoriis instrumentis ac fidiculis manus ejus pellesque exartuant, laxatisque commissuris membratim discerpebant, digitosque & brachia & crura & poplites atque cubitos commolebant. Cumque nullo modo tanta tormentorum vi præfocare valerent ac extinguere, detracta cum summis digitorum capitibus circumquaque cute excoriant. Deinde eum protinus ad rotam ducunt: cui circumjectus, cum vertebris exartuaretur, cernebat carnes suas frustatim dissilire, & ex visceribus cruoris rivos profluere. Jamque adeo moriturus ait, Nos quidem, impurissime Tyranne, ob Dei disciplinam atque virtutem hæc patimur; tu vero ob impietatem cædesque nefarias, quanta nec mente comprehendi possint, tormenta sustinebis.

Atque hoc etiam pari fratribus virtute ac constantia mortuo, quartum trahebant, dicentes, Num & tu eadem ac fratres dementia insanies? Ad quos ille, Non tanta urendi vi vester ignis adversus me prævalet, ut hunc ignavia paveam. Per beatam fratrum meorum mortem, æternumque tyranni interitum, nec non inclytam piorum vitam non abnegabo sic ingenuam fraternitatem. Nova Tyranne excogita tormenta, ut & ex illis noveris, esse me fratrem eorum, qui iis priores decertarunt.

His auditis cruentus ille cædisque avidus ac longe impurissimus Antiochus, linguam præscindi jubet. Ad quem strenuus pugil: Quanquam abstuleris vocis organum, exaudit & tacentes Deus. En, jam lingua laxata est, abscindite. Non enim tua hac immanitate etiam Rationem nostram, velut foris linguam secabis. Libenter Dei causa corporis membris truncamur: in te autem cito Deus ulciscetur, quippe qui linguam Divinas modulantem laudes exscindis.

CAPUT XI.

UBi vero hic quoque tormentis excruciatus obierat, quintus prosiliit dicens: Non tardo, Tyranne, quin & ipse virtutis causa tormenta adeam. Ipse a meipso venio, ut me quoque interempto plurium scelerum reus majorem cœlesti Judici pœnam luas. Quo nostro scelere, hominum ac virtutis osor, cum in modum genus nostrum vastas & perdis? Num quod Creatoris omnium cultu religiosi sumus, ejusque Lege virtutis scitis vivimus? Atqui hæc non suppliciis, sed honoribus muneranda sunt.

Hactenus dixerat, vinctumque tortores ad catapultam traxerent: inque illa in genua ligantes iisque ferreis pedicis adstrictis, ejus lumbos circa orbicularem cuneum inflexerunt, ita ut totus circum rotam scorpii more inflexus exartuaretur. Hoc pacto cum & spiritus comprimeretur & corpus angeretur, Præclara, inquit, in nos, Tyranne, & invitus confers munera, dum fortioris animi laboribus nostra tuenda Lege tolerantiam clarere facis.

Hoc etiam defuncto adducitur & sextus puer junior; ac percontante Tyranno, num comedendo dimitti vellet, ait: Equidem Fratribus ætate junior sum, sed animi præstantia æqualis. Ad eadem enim nati & educati, pro iisdem pariter etiam debemus mori. Quare si constitutum est, ut nonvescentem immundis torqueas, torque. Hæc ubi locutus est, ad rotam ducunt, in qua temere dis-

tentus, artubusque ac compagibus disjectis, subjecto igne torrebatur. Dorso etiam adhibitæ candentes subulæ: latera ac viscera trajecta atque succensa.

Inter quæ tormenta; O sacrum, ajebat, decorumque certamen, ad quod tanta fratrum turba pietatis ergo vocata, laborum palæstra nulli victi fuerunt. Est enim invicta, ô Tyranne, pia doctrina, probitate armata. Cadam & ego cum fratribus meis, & tibi ipse quoque magnas addam furias. O novorum tormentorum excogitator, & vere piorum hostis, sex pueri tuam Tyrannidem evertimus. Nam quod Rationem nostram de sententia dimovere non potuisti, aut cogere, ut immundis vesceremur, nonne tui eversio est? Tuus ignis nobis frigidus est, & sine dolore catapultæ. Non enim Tyranni, sed Divinæ Legis satellites nobis defensores sunt, idque in causa est, cum Ratione invicta polleamus.

CAPUT XII.

Cum vero hic conjectus in lebetem beato fine consummatus esset, advenit septimus, omnium natu minimus. Cujus misertus Tyrannus, etsi dire adeo in omnes ejus fratres sævierat, videns jam vinculis adstrictum ad se propius venire jussit, serioque hortabatur, dicens. Fratrum tuorum pertinacis animi atque superbi finem conspicis: quod enim obsequi noluerunt, tormentis subacti mortui sunt. Tu quoque, nisi morem gesseris, miser ipse etiam tormentis exanimatus morieris. Sin autem obtemperaveris, amicus eris, publicisque negotiis præficieris. Inque eum modum exhortans pueri matrem accersit, ut ejus misertus, quod tot liberis orbata esset suadere filio perurgeret, ut salutis suæ rationem habens morem gereret.

Hic vero, Matre cum Ebraica voce adhortante, uti dicturi sumus, solvite me, inquit, ut Regi & cunctis ejus in comitatu amicis aliquid loquar. Gavisique maxime ea pueri pollicitatione, confestim eum solverunt, currensque haud procul ubi sartagines succensæ erant, Scelerare, inquit, ac nequam omnium scelestissime Tyranne, non veritus es, qui a Deo bona regnumque accepisses, cum ejus servos occidere, tum pietatis cultores excruciare: quorum gratia te manet Divina ultio, densiore igni atque æterno, tormentisque reposita, nullo unquam seculo intermittendis. Non veritus es, homo cum sis, bestiarum omnium immanissime, ejusdem tecum sortis homines, exque iisdem elementis conflatos, lingua membrisque aliis mutilare, atque in eum modum dehonestatos torquere? Verum hi quidem fortiter occumbentes sua in Deum pietate functi sunt: at tu misere plorabis, qui virtutis pugiles insontes peremeris. Quare & ipse moriturus a Fratrum meorum forti robore non abscedo. Hæcque locutus seipsum in sartagines injecit, & in eum modum animam reddidit.

CAPUT XIII.

Sin autem septena Fratrum cohors ad mortem usque labores ac cruciatus contempsit liquet undique, Rationem ipsam a se affectuum dominam esse. Quemadmodum enim, si affectibus mancipati vesci immundis in animum induxissent, fuisse illos iis victos diceremus. Nunc vero haud ita se res habet, sed laudata apud Deum Ratione affectuum victores extitere. Neque fas est, Mentis imperium contemnere: nam & affectum ac passionem ac cruciatus vicere. Quomodo igitur non rectam eis Rationem, affectuum imperio pollentem tribuemus, quos ignis cruciatus a constantia non dimovere? Velut enim objecti portubus scopuli ac moles eis prominentes, minaces fluctus obtundentes, tranquillam eo navigantibus stationem præbent; sic & septena mole substructa juvenum recta Ratio, communito pietatis portu affectuum incontinentiam ac libidinem vicit.

Sacro enim pietatis constituto choro, alter alterum animabant, dicentes, Fraterno more Fratres moriamur pro Lege: Æmulemur tres [i] illos in Assyria juvenes, qui paris luctæ fornacem contempsere. Ne ignavia animis concidamus prodenda pietate. Atque alius quidem, Confide Frater, ajebant. Alter vero, Forti animo sustine. Alter autem præsenti memoria, Mementote, ajebat, unde sitis, ac cujus patris dextera pietatis ergo [k] Isaac sustinuit jugulari. Singuli vero alter alterum læti ac præfidentes cum attenderent, Nos ipsos, ajebant, ex toto corde, Deo, qui animos dedit, sacrificemus, Legisque custodiæ corpora utenda tradamus. Ne timeamus eum, qui videtur corpus occidere: [l] ingens enim est animæ periculum, æterno cruciatu his repositum, qui Dei mandatum transgrediuntur.

Divinæ igitur Rationis continentia armemur. Sic enim vita functos Abraham, Isaac & Jacob suscipient, omnesque laudabunt Patres. Quisquis Fratrum avellebatur, dicebant qui reliqui erant, Ne nos, Frater, pudore afficias, nec Fratres, qui ante mortui sunt, mentiaris. Non nescitis fraternitatis philtra, quæ Divina omnique sapientia prædita Providentia per Patres ex illis ortis partita est, & per maternum plantavit uterum, in quo fratres æquale hospitati tempus, & per illud formati, nec non eodem aucti sanguine, eademque anima perfecti, atque paribus momentis partu editi, exque iisdem fontibus lacte potati, ac quibus pariter educantur amplexibus fratrum amantes animæ vehementiusque augescunt pari contubernio, & quotidiana consuetudine ac reliqua disciplina, nec non nostra in Dei Lege exercitatione.

Sic igitur cum tanta sit fraternæ necessitudinis atque amoris affectio, major longe septem Fratrum mutua fuit dilectio. Eadem quippe lege eruditi, earundemque virtutum palæstra perfuncti, ac eodem justitiæ cultu educati, alter alterum magis diligebant. Par enim virtutis æmulatio illorum inter se concordiam augebat. Pietate namque comite, desiderabiliorem sibi ipsis fraternum amorem reddebant. Nihilominus tamen, etsi natura, consuetudine, virtutis indole moribusque avita illis erant fraterni amoris philtra, sustinuerunt pietatis causa, qui Fratrum residui essent, ut Fratres ad mortem usque dehonestari ac tormentis excruciari viderent.

CAPUT XIV.

Neque id solum, sed ut etiam ad eadem hortarentur impellerentque. Quocirca nedum cruciatus vimque omnem doloris contempserunt, verum etiam fraterni amoris affectus superarunt. O Rationes Regibus longe clariores nobilibusque nobiliores! Nullus minas formidavit, aut mortis conspectu expavit. Sed velut omnes immortalitatis semitam decurrerent, sic tormentorum via celerabant. Ac sicut manus pedesque summo consensu animi nutibus moventur, sic & sacri juvenes illi, velut una anima, quæ interitum nescit, pietate eis motum imprimente, mortis pro illo stadio concordes erant.

O sanctissimum concordium pignorum septenarium ac hebdomadam! Velut enim septem mundi fabricæ dies septimanam, sic juvenes pietatem, choros

i *Dan* 3, 16. k *Gen.* 22, 3. l *Matth.* 10, 28.

ros ducentes tormentorum metum convellendo obibant. Modo audita juvenum ærumna diroque supplicio inhorrescimus: illi vero nedum videntes autve audientes acturum intentatas minas, verum etiam patientes fortiter ferebant; idque adeo cum igne excruciarentur, cujus ardoribus quid ad pœnam molestius? Acuta enim celerque ignis vis cito corpora dissolvit.

Nec mirum videatur, quod Virorum illorum Rationem victricem in tormentis enituisse existimemus, quando etiam mulieris animus longe plures diversique generis dolores ac cruciatus contempsit. Septem enim illorum juvenum parens in singulis liberorum paria illis tormenta sustinuit. Considerate enim, quomodo a natura insitus filiorum amor erga liberos effusus, nullum non trahens, ut illis afficiatur, cum ipsa quoque muta animantia pari ac homines affectu amoreque naturali erga susceptos ex ipsis fœtus ducantur. Ac quid necesse, ut brutarum animantium exemplo impensum erga liberos parentum affectum ostendamus, cum & apes illarum aggredientes favos ulciscantur, ac velut ferro, stimulo feriant sic invadentes, & ad mortem usque suos labores defendant?

CAPUT XV.

Haud enimvero juvenum Matrem pari cum Abrahamo mentis sensu præditam, Liberorum affectio a sano sensu dimovit. Zelosissima Mater duobus propositis, pietate scilicet, septemque liberorum temporanea salute, juxta ac Tyrannus pollicebatur, pluris pietatem fecit, quæ Deo auctore ac rem præstante in Vitam æternam salvet. O qua demum ratione parentum erga liberos effusa amore viscera repræsentare possim, quæ tum animi tum formæ similitudinem in minoris filii admiranda specie vultuque informarent; quando maxime liberis in malis versantibus matres propensiore patribus affectu ac doloris sensu ducuntur. Quanto enim animo imbecilliores matres sunt prolisque amantiores, tanto majore illecebra erga liberos afficiuntur. Matrum vero nec una fuit liberorum amore septem illorum matre superior, quæ tamen ipsa septeno partu nativam illam liberorum amoris insitam vim cum haberet, multiplicique cujusque parturitione ac doloribus roboratam in eos necessitudinem, majore erga Deum timore, temporaneam illorum salutem contempsit.

Nec hoc solum, sed &, qua filii probitate nitebant, Legique propense obsequentes erant, amoris filiorum vis major in illa exarserat. Erant enim justi, & casti, magnoque animo præditi; fraterna devincti charitate, sicque Matris amantes, ut & ejus suasu ad mortem usque Legis scita servare in animum induxerint. Etsi tamen tanta erant, quæ materna viscera ad liberorum nativo illorum amore miserationem traherent, nullius eorum causa ejus evertere animum diversa adeo supplicia valuerunt: sed eorum singulos omnesque simul religiosa Mater ad mortem pro pietate obeundam hortabatur.

O sacra indoles, parentumque in liberos amoris illecebræ, & prudentia liberorum amans nutrixque: matrumque demum affectus indomabiles! Cum singulos filiorum torqueri Mater videret atque incendi, pietatis arce non movebatur. Filiorum carnes igne torreri videbat & emacerari, pedumque ac manuum exsectos digitos in terra palpitare, capitum item evulsas carnes ad mentum usque larvarum more extare. O Mater graviores nunc labores experta, quam cum eosdem parturires! O sola mulierum totam plenam enixa pietatem! Non secus animum mutavit liberorum primus efflans spiritum, nec vero alterius inter tormenta miserabiles aspectus, neque tertius agens animam: nec denique cum singulos in tormentis videres suam ipsorum lanienam torve contuentes, naresque eorum occasum præsignantes. Non soluta lacrymis es, cum liberorum carnes exuri videres, aliasque ex aliis præscissas manus, atque alias ex aliis cæsas cervices, aliosque super alios cadentes mortuos; non, inquam, muliebri affectu, dum filiorum locum commune mortuorum factum tumulum conspiceres plorasti.

Non sic Sirenum modulati cantus autve Cygnorum voces blande aures auditorum trahunt, ac liberorum inter tormenta matres vocantium. Velut enim in judicii loco ipsa secum Mater, duos nimirum consiliarios videns, naturam & genesim ac liberorum amorem eorumque tormenta, duos calculos tenens, alterum lethiferum, alterum in salutem, haud operæ pretium putavit, ut eligeret, quo septem liberis ad breve tempus salutem quæreret; sed Abrahæ filia, religiosam fortis animi tolerantiæ vim in mentem revocavit. O Mater gentis, Legis vindex pietatisque defensio; eoque certamine victrix coronata, cujus palæstra visceribus geritur. O masculis ad fortitudinis robur magis strenua, virisque virili magis ad patientiam constantia! Quemadmodum enim [m] Arca Noæ in mundi communi diluvio mundum ipsa vehens fortiter fluctus toleravit; sic tu quoque Legis custos undequaque passionum diluvio obruta, ventisque validis liberorum tormentis pulsata insurgentem pietatis causa procellam strenue superasti.

CAPUT XVI.

Cum porro & mulier vetula, & septem pignorum mater eorum ad mortem usque tormenta videns patienter tulerit, liquet plane, piam Rationem affectuum imperio potiri hisque dominari. Ostendi igitur, nedum viros affectuum victores extitisse, sed & fœminam tormenta maxima contempsisse. Nec sic [n] Danielis Leones feri extitere, ac nec Misaëlis voracissimo igne succensus caminus, ut amore liberorum impensa indoles eam perurebat, dum variis adeo tormentis septem filios excruciari videbat: piæ tamen Rationis nutu ac ope tales tantosque Mater perextinxit affectus ac perturbationes.

Nam & hoc quoque animadvertamus operæ pretium est; siquidem mulier animo pavida fuisset, quippe quæ mater esset, eorum interitu quiritans ejulansque in hæc fere verba linguam formasset: Me infortunatam, terque ac sæpius miseram, quæ septeno perfuncta partu nullius liberorum mater existam! O vani septem partus frustraneaque decem mensium toties repetita uteri gestatio, ac nullius frugis nutricatio! Frustra in vobis, Nati, tot enixa dolores sustinui gravioresque educandi partibus curas suscepi! O liberi partim quidem innupti partim frustra nuptiis copulati! Non sum visura vestros liberos, nec aviæ nomine beata prædicabor. O quæ copiosa probaque aucta sobole, ego mulier vidua multo luctu oppressa ac calamitosa! Nec si obiero, ullum filiorum relinquam, qui justa persolvat ac sepeliat. Enimvero nullum liberorum ejusmodi nænia planctuque sacra piaque Mater prosecuta est, nec ab obeundæ mortis proposito liberorum quenquam avocavit, ut neque morientibus mœrori indulsit: sed quasi adamantino pectore foret prædita, filiorumque numerum immortalitatis munere instauraret, eos potius ad litandum morti pietatis causa supplex impellebat.

O Mater Dei pietate viro seni belli socia, & quæ tolerandi constantia & mulierem & Tyrannum

m *Gen.* 6, 7. n *Dan.* 6, 16. (14, 30.) *it.* 3, 21.

num viceris, rebusque ac verbis potentior viro inventa sis! Comprehensa enim cum liberis firmo animo constitisti, Eleazarum cernens tormentis exanimatum, sicque filios Hebraica lingua alloquebaris. O filii, nobile est certamen ad quod vocati estis ut genti testimonium perhibeatis: pro patria Lege alacriter certate. Etenim turpe est, qui jam senex sit, eum pietatis causa dolores patienter ferre, vos autem, qui juvenes estis, tormenta expavescere.

Mementote, vos propter DEUM mundo editos esse lucisque usuram accepisse, quamobrem etiam debetis DEI causa omnem laborem atque ærumnam patienter ferre, ob quem etiam Pater noster [o] Abraham propense ivit, ut Isaac gentium patrem immolaret, nec contabuit, cùm dexteram ferro armatam in eum irruere videret. Lubens etiam Daniel leonibus esca projectus est, nec non [p] Ananias, Azarias atque Misaël in fornacem ignis jactati, DEIque causa patienter tulerunt. Igitur vos quoque eadem in DEUM præditi fide, ne rem moleste feratis. Haud enim rationi consultum est, ut qui pietatem noverimus, laboribus malisque non resistamus. Hisce sermonibus septies Mater unumquemque Natorum mori hortabatur; cum præterea non nescirent, qui propter DEUM moriantur, DEO vivere, quemadmodum Abraham, Isaac, & Jacob, & omnes Patriarchæ.

CAPUT XVII.

Sed & satellitum quidam dicebant, fore ut & ipsa comprehensa neci traderetur: quo illa rumore ne quis intaminatum corpus contrectaret, in rogum se conjecit. O Mater, quæ cum septem filiis Tyranni vim evertit, ejusque mala machinamenta infregit, atque fide fortes animos ostendit. Velut enim tectum firma basi septem filiorum columnis fortiter nixum inflexa animo tormentorum motum salumque sustinuisti. Confide igitur sacro animo parens, quæ firmam patienter spem teneas apud DEUM.

Non sic Luna in cœlo cum sideribus clara micat, ac tu septem filios pietatis fulgoribus illustrans venerabilis DEO existis, fixasque in cœlo cum eis sedes habes. Nempe quod liberos suscepisti, ex Abrahamo fuit. Quod si liceret velut in tabella oculis legendam pietatem coloribus ac penicillo depingere, num horror quidam ac stupor incesseret, qui septem liberorum matrem ad mortem usque diversa illata supplicia sustinere viderent? Merito namque & in ipso tumulo in Gentis monumentum istud tituli adscribendum foret. Hic sacri Senis septemque Puerorum curatum funus; ob Tyranni vim hoc satagentis, ut Hebræorum instituta legesque everteret: qui & gentis vindices extitere in DEUM aspicientes, atque ad mortem usque tormenta sustinentes.

Vere enim divinum certamen, quod peractum est. Certaminis Præses tunc virtus erat, per patientiam incorruptione Victoriam in vitam longævam probans. Eleazarus primis partibus auspicabatur; Mater ipsa septem Puerorum stadio aderat: Fratres decertabant: Tyrannus adversarius erat: Pietas Religioque suos coronans athletas vincebat. Qui non minarentur Divinæ Legis pugiles? qui demum non stuperent? Ipse sane Tyrannus omneque Concilium etiam atque etiam illorum patientiam suspexere. Etenim ait Moses, [q] Et omnes sancti sub manibus tuis. Et hi igitur sanctificati propter DEUM honorem adepti sunt, piorumque illorum cruore ac mortis eorum propitiatione Israëlem malis attritum Divina Providentia servavit. Tyrannus enim Antiochus eorum virtutis spectata fortitudine, ipsorumque in tormentis explorata patientia tantam eam constantiam sub præconis voce exercitibus suis in exemplum posuit, virosque strenuos ac fortes in pedestribus copiis urbiumque obsidione socios habuit, iisque expugnatis omnium hostium victor extitit. O Pueri sanguinis Abrahæ nepotes Israëlitæ, legi huic obsequimini, & in omnibus pietatem colite, quos non lateat, piam Rationem affectuum ac perturbationum dominam esse.

CAPUT XVIII.

Nec eorum duntaxat dolorum qui a nobis intusque afficiunt, sed & laborum, qui extrinsecus & violenter ingruunt: unde illi pietatis causa prodendo corpora nedum hominibus admirationi fuere, sed & Divinam nacti sunt portionem; gentemque pace componendo, legumque æquitatem in patria instaurando adversarios expugnarunt: Tyrannusque Antiochus cum in terra dedit pœnas, tum mortuus punitur. Cum enim Jerosolymorum cives nihil cogere potuisset, ut ad Gentium instituta, legitima sua atque patria deserendo transirent, Jerosolymis profectus adversus Persas movit.

Ajebat autem septem Puerorum Mater & hæc mulier justa filiis. Virgo casta fui, nec paternam domum excessi, sed ædificatam costam custodivi. Non me viri noxa corruptor [r] desolationis corrupit, nec serpens [s] seductor ipse perinde lues meæ virginitatis casta munera violavit. Mansi cum viro per ætatis florem; hisque jam ad pubertatis annos deductis, Pater beato fine quievit. Nec enim se filiis orbum doluit. Dum vero adhuc nobiscum versaretur, Legem nos ac Prophetas docebat: interemptum a Caino [s] Abelem legebat: Isaac [t] holocausto oblatum; Josephum [v] in carcere constitutum; narrabat æmulatorem [x] Phinees: docebat nos in igne [y] Ananiam, Azariam & Misaëlem. Laudabat quoque Danielem in lacu Leonum, ac beatum prædicabat. In memoriam revocabat [z] Isaiæ sententiam, in hæc verba, Etsi transieris per ignem, flamma non comburet te. Laudem cantica conscribentem Davidem nobis modulabatur, dicentem, [a] Multæ tribulationes justorum. Salomonis parœmiam referebat, [b] Lignum vitæ est omnibus facientibus ejus voluntatem. Ezechieli fidem adstruebat, dicenti, [c] si vivent ossa hæc arida? Non latebat, quod Moyses [d] docuit Canticum, quo docet aitque, Ego occidam & vivere faciam. Hæc vita vestra & beatitudo dierum. O amarum tunc diem & non amarum, cum scilicet plenus amaritudinis felle Græcorum Tyrannus, succensis crudelibus ollis ac liquoribus in eis ebullientibus ad catapultam trahens, cunctaque sua tormenta septem Abrahamitidis filiis adhibens oculorum pupillas cœcaret, linguas amputaret, variis suppliciis interficeret: ob quæ Divina in eum ultio animadvertit, & animadverteret. Abrahæ vero seminis Pueri cum Matre triumphalibus infulis decorata in Patrum choro congregantur, qui castas immortales a DEO animas nacti sunt; cui gloria in secula. Amen.

o *Gen.* 22, 2. p *Dan.* 6. (14.) & 3. q *Deut.* 33, 3. r *Deut.* 22, 25. s *Gen.* 3, 2. t *Gen.* 4. v *Gen.* 22. x *Gen.* 39.
y *Num.* 25, 7. z *Dan.* 3, 8. 14. a *Isa.* 43, 3. b *Psalm.* 33, 20. c *Prov.* 3, 18. d *Ezech.* 37, 4. e *Deut.* 32, 39.

ΙΩΣΗΠΟΥ

ἐκ τοῦ πρὸς

ΕΛΛΗΝΑΣ

λόγου τοῦ ἐπιγεγραμμένου κατὰ Πλάτωνα[a]

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ ΑΙΤΙΑΣ.

EX

JOSEPHI

Sermone ad

GRÆCOS

qui inscribitur de causa universi contra Platonem.

STEPHANO LE MOYNE
INTERPRETE.

[b] ΚΑΙ οὗτος μὲν ὁ περὶ δαιμόνων [c] τόπος. περὶ δὲ ᾅδου, ἐν ᾧ συνέχονται ψυχαὶ δικαίων τε καὶ ἀδίκων, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ὁ ᾅδης, τόπος ἐστὶν ἐν τῇ κτίσει ἀκατασκεύαστος, [d] χωρίον ὑπόγαιον, ἐν ᾧ φῶς κόσμου οὐκ ἐπιλάμπει. φωτὸς τοίνυν ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ μὴ καταλάμποντος, ἀνάγκη σκότος διηνεκῶς τυγχάνειν. τοῦτο τὸ χωρίον ὡς φρούριον ἀπενεμήθη ψυχαῖς· ἐφ᾽ ᾧ κατεστάθησαν ἄγγελοι φρουροὶ, πρὸς τὰς ἑκάστων πράξεις διανέμοντες τὰς τῶν τρόπων προσκαίρους κολάσεις. ἐν τούτῳ δὲ τῷ χωρίῳ τόπος ἀφώρισταί τις, λίμνη πυρὸς ἀσβέστου. ἐν ᾧ μὲν οὐδέπω τινὰ καταῤῥεῖφθαι [F. καταῤῥίφθαι] ὑπειλήφαμεν· ἐσκεύασται δὲ εἰς τὴν προωρισμένην ἡμέραν ὑπὸ θεοῦ, ἐν ᾗ δικαίας κρίσεως ἀπόφασις μία πᾶσιν ἀξίως προσενεχθείη. καὶ οἱ μὲν ἄδικοι, καὶ θεῷ ἀπειθήσαντες, τά τε μάταια ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων κατεσκευασμένα εἴδωλα ὡς θεὸν τιμήσαντες, ταύτης τῆς ἀϊδίου κολάσεως, ὡς αἴτιοι μιασμάτων γενόμενοι, προσκριθῶσι· οἱ δὲ δίκαιοι τῆς ἀφθάρτου καὶ ἀνεκλείπτου βασιλείας τύχωσιν. οἱ ἐν τῷ ᾅδῃ νῦν μὲν συνέχονται, ἀλλ᾽ οὐ τῷ αὐτῷ τόπῳ, ᾧ καὶ οἱ ἄδικοι. μία γὰρ εἰς τοῦτο τὸ χωρίον κάθοδος, οὗ τῇ πύλῃ ἐφεστῶτα ἀρχάγγελον ἅμα στρατιᾷ πεπιστεύκαμεν. ἣν πύλην διελθόντες οἱ καταγόμενοι ὑπὸ τῶν ἐπὶ τὰς ψυχὰς τεταγμένων ἀγγέλων, οὐ μιᾷ ὁδῷ πορεύονται· ἀλλ᾽ οἱ μὲν δίκαιοι, εἰς δεξιὰ φωταγωγούμενοι, καὶ ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων κατὰ τόπον ἀγγέλων ὑμνούμενοι, ἄγονται εἰς χωρίον φωτεινόν· ἐν ᾧ οἱ ἀπ᾽ ἀρχῆς δίκαιοι πολιτεύονται, οὐχ ὑπ᾽ ἀνάγκης κρατούμενοι, ἀλλὰ τῆς τῶν ὁρωμένων ἀγαθῶν θέας ἀεὶ ἀπολαύοντες, καὶ τῇ τῶν ἑκάστοτε καινῶν προσδοκίᾳ ἡδόμενοι, κἀκεῖνα τούτων βελτίω ἡγούμενοι. οἷς ὁ τόπος οὐ καματηφόρος γίνεται· οὐ καύσων, οὐ κρύος, οὐ τρίβολος ἐν αὐτῷ, ἀλλ᾽ ἡ τῶν πατέρων δικαίων τε ὁρωμένη ὄψις πάντοτε μειδιᾷ, ἀναμενόντων τὴν μετὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἀνάπαυσιν καὶ αἰωνίαν ἀναβίωσιν ἐν οὐρανῷ. τούτῳ δὲ ὄνομα κικλήσκομεν κόλπον Ἀβραάμ. οἱ δὲ ἄδικοι [εἰς] ἀριστερὰ ἕλκονται

ET ille est Dæmonum locus. Nunc necesse est dicere de Hade, in quo continentur animæ justorum, & injustorum. Hades locus est in ipsa creatione inconditus & inornatus. Receptaculum subterraneum, in quo lux mundi non splendet. Luce, vero, in isto loco non fulgente, necesse est tenebras ibi esse perpetuas. Locus ille tanquam carcer & custodia destinatus est animabus, in quo constituti sunt Angeli custodes dividentes varias, & temporarias pœnas, secundum cujusque mores, actiones & facinora. In isto receptaculo locus quidam separatur, lacus nimirum, ignis inextinguibilis, in quem nullum adhuc conjectum & detrusum fuisse suspicamur. Præparatus vero est ad determinatam a Deo diem, cum una sententia justi judicii de omnibus juste feretur. Et injusti quidem & Deo increduli, colentes, ut Deum, idola, vana hominum manibus opera præparata, isti æterno supplicio, ut variis sordibus inquinati, adjudicabuntur. Justi vero, regni incorruptibilis, & indesituri potientur. Illi nunc in Hade continentur, sed non in eodem loco, in quo injusti concluduntur. Unus est quippe descensus ad illud receptaculum, ad cujus portam Archangelum cum exercitu collocatum credimus. Quam portam prætereuntes ii qui deducuntur ab Angelis animarum præsidibus, non una & eadem via pergunt. Sed justi ad dextram pergentes per mediam lucem, & multos circumstantes Angelos, qui illos hymnis prosequuntur, tandem ad locum lucidissimum perveniunt. In quo justi ab initio conversantur, non necessitate coacti, sed contemplatione bonorum visibilium semper fruuntur, & novorum cuilibet destinatorum spe & expectatione recreantur, illa multo meliora & potiora præsentibus apud se reputantes. Quibus locus ille nullos labores & molestias parit. Non ibi ardor, non frigus, non tribolus, sed patrum, justorumque vultus subridet, expectantium post istud receptaculum, quietem & æternam vitam in cœlo. Locum vero istum vocamus sinum Abrahami. Injusti vero ad sinistram

a Πλάτωνος, Damascenus in parallelis p. 789 b Ναὶ MS. Coislinianum. c λόγος MS. d περὶ MS. e καὶ ὑπόγειος MS.

ftram trahuntur ab angelis tortoribus, non fponte incedentes, fed vi & violentia ut vincti rapiuntur. Quos, Angeli inftantes & urgentes comitantur, illos conviтiis lacerantes, torvis oculis minitantes, & ad inferiora detrudentes. Quas animas trahunt urgentes Angeli, ufque ad confinia Gehennæ. Et qui tam prope funt, audiunt femper agitationem, & æftum, & non funt expertes vaporis & fumi, ab ifto calore manantis & affurgentis. Proxima autem ifta vifione, videntes terribile & immodicum fpectaculum ignis, horrent quafi gelu conftricti propter expectationem futuri judicii, jam quafi virtualiter fupplicio affecti. Sed & ibi non vident patrum chorum, nec juftos, & hoc ipfo torquentur. Nam in medio Chaos magnum & profundum extenditur & firmatur, adeo ut nullus fit ex juftis mifericordia ductus qui illuc tranfire, & excipi poffit; aut ullus injuftus qui audeat præterire. Et hæc de Hade dicenda erant, in quo continentur omnium Animæ, ufque ad tempus quod Deus determinavit, tunc omnium refurrectionem facturus, non Animas ex corpore in corpus aliud detrudendo, fed eadem ipfa corpora, iterum excitando. Quæ diffoluta videntes, non creditis ô Ethnici, fed difcite non effe increduli. Animam enim credentes factam, & immortalem a Deo conditam fecundum fententiam Platonis, in tempore; non debetis non credere, quod Deus potens eft corpus ex iifdem Elementis compofitum & factum, ad vitam illud revocans, immortale reddere. Illud enim poffibile, hoc vero impoffibile, non dicetur de Deo. Nos ergo credimus corpus refurrecturum. Si enim corrumpitur non omnino perditur. Terra enim recipiens illius reliquias, illas fervat, & efflorefcunt factæ inftar feminis & terræ pinguedini implicatæ & immerfæ. Et feminatum granum, nudum feminatur, ad imperium vero Dei creatoris indutum, & gloriofum exfurgit, non ante quam moriens, diffolvatur & terræ commifceatur. Adeo ut non vane credamus refurrectionem corporum. Nam etiamfi ad tempus folvatur corpus, propter primam ab initio tranfgreffionem perpetratam, tanquam in conflatorio terræ mandatur rurfum aliquando reformandum. Non tale quale nunc, refurrecturum, fed purum & non amplius corruptioni obnoxium. Et cuilibet corpori fua propria anima reddetur, & illo induta, non mœrore marcefcet, fed cum illo gaudebit, pura purum inhabitans. Cui nunc in mundo jufte comes facta, & non habens in ulla re, illum infidiatorem, rapietur & accipietur cum omni gaudio. Injufti viri non immutata affument corpora, nec liberata affectibus & morbis, neque illa glorificata accipient. Sed in iis quibus finierunt vitam morbis, & qui in incredulitate vixerunt, tales certe judicabuntur. Omnes enim five jufti five injufti, ducentur coram Deo verbo. Illi enim pater omne judicium dedit. Et ille voluntatem patris implens, judex adveniet, ille inquam quem nos Chriftum vocamus. Neque enim Minos, aut Radamanthus funt judices, ut fecundum vos, Ethnici. Sed ille quem Deus & pater glorificavit, de quo alibi particulatim differuimus, in gratiam eorum qui quærunt veritatem. Ille ipfe juftum judicium patris in omnes exercens, ordinabit quod æquum & juftum erit, unicuique fecundum opera. Cujus judicio fiftentur, omnes, homines, Angeli, Dæmones, & unanimes vocem emittent, fic dicentes, juftum eft judicium tuum. Cujus vocis æquitas apparet in retributione in utrofque. Cum bene facientibus, jufte fruitio æterna præbeatur, malorum vero cupidis, æternum fupplicium diftribuatur & expendatur. Et hos manet ignis inextinguibilis,

ὑπὸ ἀγγέλων κολαστῶν, οὐκέτι ἑκουσίως πορευόμενοι, ἀλλὰ μετὰ βίας ὡς δέσμιοι ἑλκόμενοι. οἷς οἱ ἐφεστῶτες ἄγγελοι διαπέμπονται ὀνειδίζοντες, καὶ φοβερῷ ὄμματι ἐπαπειλοῦντες, εἰς τὰ κατώτερα ὠθοῦντες· * ἃς ἀγομένας ἕλκουσιν οἱ ἐφεστῶτες ἕως πλησίον τῆς γεέννης. οἱ ἔγγιον ὄντες τοῦ μὲν βρασμοῦ ἀδιαλείπτως ὑπακούουσι, καὶ τοῦ τῆς θέρμης ἀτμοῦ οὐκ ἀμοιροῦσιν· αὐτῆς δὲ τῆς ἐγγίονος ὄψεως τὴν φοβερὰν καὶ ὑπερβαλλόντως θέαν τοῦ πυρὸς ὁρῶντες, καταπεπήγασι, τῇ προσδοκίᾳ τῆς μελλούσης κρίσεως, ἤδη δυνάμει κολαζόμενοι. ἀλλὰ καὶ οὗ τὸν τῶν πατέρων χορὸν καὶ τοὺς δικαίους ὁρῶσι, καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ κολαζόμενοι. Χάος γὰρ βαθὺ καὶ μέγα ἀνὰ μέσον ἐστήρικται, ὥστε μὴ δίκαιον συμπαθήσαντα προσδέξασθαι, μήτε ἄδικον τολμήσαντα διελθεῖν. οὗτος ὁ περὶ ᾅδου λόγος· ἐν ᾧ ψυχαὶ πάντων κατέχονται, ἄχρι καιροῦ, ὃν ὁ θεὸς ὥρισεν· ἀνάστασιν τότε πάντων ποιησόμενος, οὐ ψυχὰς μετενσωματῶν, ἀλλ᾽ αὐτὰ τὰ σώματα ἀνιστῶν. ἃ λελυμένα ὁρῶντες ἀπιστεῖτε Ἕλληνες, μάθετε μὴ ἀπιστεῖν. τὴν γὰρ ψυχὴν γενητὴν καὶ ἀθάνατον ὑπὸ θεοῦ γεγονέναι πιστεύσαντες, κατὰ τὸν Πλάτωνος λόγον, χρόνῳ· μὴ ἀπιστήσητε, ὡς καὶ τὸ σῶμα ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων σύνθετον γενόμενον δυνατὸς ὁ θεὸς ἀναβιώσας ἀθάνατον ποιεῖν. οὐ τὸ μὲν δυνατὸς, τὸ δὲ ἀδύνατος, ῥηθήσεται περὶ θεοῦ. ἡμεῖς οὖν καὶ σῶμα ἀνίστασθαι πεπιστεύκαμεν· εἰ γὰρ φθείρεται, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπόλλυται, τούτου γὰρ τὰ λείψανα ὑποδεχομένη ἡ γῆ, τηρεῖ· καὶ δίκην σπόρου γενόμενα, καὶ τῷ γῆς λιπαρωτέρῳ συμπλεκόμενα, ἀνθεῖ· καὶ τὸ μὲν σπαρὲν κόκκος γυμνὸς σπείρεται, κελεύσματι [m. f. κελεύσιμόν τι] δὲ τοῦ δημιουργήσαντος θεοῦ θάλλων ἠμφιεσμένος καὶ ἔνδοξος ἐγείρεται οὐ πρότερον, εἰ μὴ ἀποθανὼν λυθῇ καὶ συμμιγῇ. ὥστε τὴν ἀνάστασιν τοῦ σώματος οὐ μάτην πεπιστεύκαμεν. ἀλλ᾽ εἰ καὶ λύεται πρὸς καιρὸν, διὰ τὴν ἀπ᾽ ἀρχῆς γενομένην παρακοὴν, ὡς εἰς χωνευτήριον, εἰς γῆν καθίσταται, πάλιν ἀναπλασθησόμενον· οὐ τοιοῦτον ἀνιστάμενον, ἀλλὰ καθαρὸν καὶ μηκέτι φθειρόμενον. καὶ ἑκάστῳ σώματι ἡ ἰδία ψυχὴ ἀποδοθήσεται, καὶ τοῦτο ἐπενδυσαμένη οὐκ ἀνιαθήσεται, ἀλλὰ συγχαρήσεται καθαρὰ καθαρῷ παραμείνασα· ᾧ ἐν τῷ κόσμῳ νῦν δικαίως συνοδεύσασα, καὶ μὴ ἐπίβουλον ἐν πᾶσιν ἔχουσα, μετὰ πάσης ἀγαλλιάσεως ἀπολήψεται. οἱ δὲ ἄδικοι οὐκ ἀλλοιωθέντα τὰ σώματα, οὐδὲ πάθους ἢ νόσου μεταστάντα, οὐδὲ ἐνδοξασθέντα ἀπολήψονται· ἀλλ᾽ ἐν οἷς νοσήμασιν ἐτελεύτων, καὶ ὁποῖοι ἐν ἀπιστίᾳ γεγόνασι, τοιοῦτοι πιστῶς κριθήσονται. πάντες γὰρ, δίκαιοί τε καὶ ἄδικοι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ Λόγου ἀχθήσονται. τούτῳ γὰρ ὁ πατὴρ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε, καὶ αὐτὸς βουλὴν πατρὸς ἐπιτελῶν, κριτὴς παραγίνεται, ὃν Χριστὸν προσαγορεύομεν. οὐδὲ γὰρ Μίνως καὶ Ῥαδάμανθος κριταὶ οἱ καθ᾽ ὑμᾶς Ἕλληνες· ἀλλ᾽ ὃν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἐδόξασε, περὶ οὗ ἐν ἑτέροις λεπτομερέστερον διεληλύθαμεν πρὸς τοὺς ἐπιζητοῦντας τὴν ἀλήθειαν. οὗτος τὴν πατρὸς εἰς πάντας δικαιοκρισίαν ποιούμενος, ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα παρεσκεύασε τὸ δίκαιον. οὗ κρίσει παραστάντες πάντες ἄνθρωποί τε καὶ ἄγγελοι, καὶ δαίμονες μίαν ἀποφθέγξονται φωνὴν, οὕτως λέγοντες. δικαία σου ἡ κρίσις. ἧς φωνῆς τὸ ἀνταπόδομα ἐπ᾽ ἀμφοτέροις ἐπάγει τὸ δίκαιον· τοῖς μὲν εὖ πράξασι δικαίως τὴν ἀΐδιον ἀπόλαυσιν παρασχόντος, τοῖς δὲ τῶν φαύλων ἐρασταῖς τὴν αἰώνιον κόλασιν ἀπονέμαν-

νέμαν-

νενέμηται· καὶ τούτοις μὲν τὸ πῦρ ἄσβεστον διαμένει καὶ ἀτελεύτητον, σκώληξ δέ τις ἔμπυρος, μὴ τελευτῶν, μηδὲ σῶμα διαφθείρων, ἀπαύστῳ δ' ὀδύνῃ ἐκ σώματος ἐκβράσσων παραμένει. Τούτους οὐχ ὕπνος ἀναπαύσει, οὐ νὺξ παρηγορήσει, οὐ θάνατος τῆς κολάσεως ἀπολύσει, οὐ παράκλησις συγγενῶν μεσιτευσάντων ὀνήσει· οὐ γὰρ ἔτι δίκαιοι ὑπ' αὐτῶν ὁρῶνται, οὐδὲ μνήμης γίνονται ἄξιοι· μόνοι δὲ οἱ δίκαιοι δικαίων μεμνήσονται ἔργων, δι' ὧν ἐπὶ τὴν οὐράνιον βασιλείαν κατήντησαν· ἐν ᾗ οὐχ ὕπνος, οὐ λύπη, οὐ φθορὰ, οὐ φροντὶς, οὐδὲ νὺξ, οὐδὲ ἡμέρα χρόνῳ μετρουμένη, οὐχ ἥλιος ἀνάγκῃ κύκλον οὐρανοῦ δρόμῳ ἐλαυνόμενος, ὅρων μέτρα ἢ κέντρα πρὸς εὔγνωστον ἀνθρώπων βίον διαμετρούμενα ὁροθετοῦντος· οὐ σελήνη φθίνουσα ἢ αὔξουσα, ἢ τροπὰς καιρῶν ἐπάγουσα· οὐχ ὑγραίνουσα γῆν· οὐδὲ ἥλιος ἐπικαίων, οὐκ ἄρκτος στρεφομένη, οὐκ ὠρίων γεννώμενος, οὐκ ἄστρων πλάνη ἀνάριθμος, οὐ δύσβατος γῆ, οὐδὲ δυσεύρετος παραδείσου αὐλὴ, οὐδὲ δεινὸν θαλάσσης φρύαγμα κωλῦον ἐπιβάντα πατεῖν, εὔβατος δὲ καὶ αὕτη τοῖς δικαίοις γενήσεται, οὔτε τοῦ ὑγροῦ στερουμένη· οὐκ οὐρανὸς ἀοίκητος ἀνθρώποις, οὐδὲ τούτου τῆς ἀναβάσεως ἡ ὁδὸς ἀνεύρετος· οὐ γῆ ἀνέργαστος, οὐδὲ ἀνθρώποις ἐπίπονος, αὐτομάτη δὲ φύουσα καρποὺς πρὸς εὐκοσμίαν· οὐ θηρίων γενέσεις πάλιν, οὐδὲ τῶν λοιπῶν ζώων ἐκβρασσομένη οὐσία. Οὐδὲ γὰρ ἀνθρώπους πάλιν γεννᾷ· ἀλλ' ὁ τῶν δικαίων ἀριθμὸς διαμένει ἀνέκλειπτος ἅμα δικαίοις ἀγγέλοις καὶ πνεύμασι. Τούτοις οἱ πεισθέντες τοῖς λόγοις ἄνθρωποι, [f] ἔσεσθε καὶ τῶν δικαίων κοινωνοὶ, καὶ τῶν μελλόντων [g] ἐντεύξεσθε ἀγαθῶν, ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ [h] καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ὅσα ὁ θεὸς ἡτοίμασε τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

& qui nunquam finietur. Et vermis igneus non moriens, non corpus corrumpens, sed irrequieto dolore ex corpore effervescens & ebulliens. Illis somnus, cessationem & quietem non conciliabit, non nox leniet & mulcebit dolores, non mors supplicia solvet, non juvabit exhortatio affinium intercessorum. Nam justi non amplius ab illis videbuntur & non sunt illorum memoria digni. Soli enim justi, operum justorum erunt memores, per quæ pervenerunt ad Regnum cœleste. In quo nec somnus, nec dolor, nec corruptio, nec solicitudo, nec nox, nec Dies Tempore mensurata, nec sol necessitate quadam per circulum cœli cursum suum agitans & impellens in hora natali notantis & disponentis, terminorum mensuras, & cardines commensuratos ad facile cognoscendam hominum vitam. Non Lunæ decursus & incrementum, quæ temporum mutationes inducit, & terram madidam reddens; non sol ardens, non ursa versatilis, non Orionis ortus, non Astrorum errores innumeri, non invia terra, non inventu difficilis paradisi aula, non molestus maris fremitus impediens quo minus a vectore pedibus calcetur, justis enim erit & ipsum pervium, etiamsi humido non privetur. Cœlum non erit inaccessum hominibus, & via qua ascendi & scandi possit, non talis erit quæ non possit inveniri. Non terra rudis & inculta, & hominibus laborem & molestiam creans, sed sponte fructus progerminans ad cultum, & ornatum. Non iteratæ ferarum generationes, neque aliorum animalium effervescens & ebulliens substantia. Neque enim homines tunc rursus generant, sed manet indesinenter numerus justorum, cum justis Angelis & spiritibus. His verbis obtemperate, & illa credentes ô homines eritis justorum consortes, & futurorum bonorum potiemini, quæ neque vidit oculus, neque auris audivit, neque ascenderunt in cor hominis, quæ Deus præparavit iis qui diligunt illum. Illi sit gloria & potentia in sæcula sæculorum. Amen.

f ἔσεσθαι MS. g τεύξασθαι MS. h καρδίας MS.

DES. ERASMUS ROTERODAMUS
INTEGERRIMO DOCTISSIMOQUE PATRI
HELIÆ MARCÆO MACHEBÆTANO,
HONORATISSIMI MACHABÆORUM COLLEGII MODERATORI,
S. D.

UNIUS dieculæ opellam tibi non gravatè dicavi, pater integerrime, recognito, & quoad licuit, emendato Joſephi libello de ſeptem fratrum Machabæorum, fortiſſimæque matris martyrio. Atque utinam cumulatiùs tuo voto ſatisfacere potuiſſem. Nunc quoniam Græcus codex ad manum non erat, è Latinis Græca conjectans, mutavi nonnulla, ſed non admodum multa. Non falsò de ſe prædicat Joſephus, ſeſe in Græcanici ſermonis facultate uſque ad eloquentiæ miraculum proceſſiſſe, quod ſanè vel ex hoc libello perſpicuum erat, in quo vir ille ſingularem quandam orationis tum vim tum copiam declaravit, ut pulcherrimum facinus dictionis ornamentis æquaſſe videatur. Proinde divus Hieronymus hoc opuſculum peculiari elogio, valde elegans, Suidas ἐνάρετον πάνυ *vocat. Ex utroque titulum corruptum reſtituimus* περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, *id eſt, de imperatrice ratione: quod hæc ſit hujus narrationis ſumma, rationem nihil in homine non præſtare, ſi dominetur cupiditatibus. Extat argumentum hoc in libris Machabæorum, quos Hebræi licèt non recipiant in canonem, inter ſacros tamen habent. Equidem iſti collegio multis aliis quoque nominibus celebri, tamen hoc præcipuè gratulor, quod illi tam inſigni theſauro locupletari contigit. Quin magis univerſæ Coloniæ Agrippinæ magnopere cenſeo gratulandum, urbi tot modis felici, verùm haud alio titulo feliciori, quam quòd una tam multa, tamque eximia pietatis pignora gremio ſuo complectitur: felicior etiam futura, ſi quorum ſervat reliquias, eorum virtutes exprimat: & quorum poſſidet corpora, ab horum moribus non ſit aliena: nimirum ſi trium regum pietatem, ſynceritate religionis imitetur: ſi undecim millium virginum martyrio dignam puritatem, vitæ ſobrietate æmuletur: ſi fortiſſimos adoleſcentes Machabæos, & invicti pectoris viraginem, animi infracti conſtantia referat. Atque hanc ſanè meliorem felicitatis ſuæ portionem ipſa ſibi vel largiri poteſt, vel conduplicare. Tu perge, quod facis, in martyrum illuſtranda gloria, ſimul & virtutis exemplar efficere commendatius, & urbis veſtræ famam illuſtriorem auguſtiorémque reddere. Bene Vale.*

FLAVII JOSEPHI
DE
MACHABÆIS,
SIVE DE
IMPERIO RATIONIS LIBELLUS,
A
DES. ERASMO ROT.
In Sermonem Latinum παραφραστικῶς tranſlatus.

MACHABÆORUM agones admiratione digniſſimos non oratorio ſermone, ſed noſtro potiùs eloquio, ad exhortationem noſtræ proſapiæ, Polybio Megalopolita id flagitante, ttadere volui. Neceſſe eſt autem nobis in his rationem humanam paucis explicare, & paſſionem ipſam deliberandi aſſignare ſententiæ. Nam qui ad tolerandam omnem pro Dei gloria injuriam ſemel dicavit animum, in martyrium mihi videtur impleſſe. Summi ergo meriti eſt, ſemel fixiſſe ſententiam, atque ideo ut dixi, ratio principatum obtinet paſſionis: & ſi ſors perpetiendi deneget facultatem, pertulit tamen cuncta, quæ voluit pati. Quicunque igitur renunciare ſeculo volet, contentus præmiis cœleſtibus, primum debet conſilium ſobrietatis intrare, & excluſa inde radicitus gula, vel quæ eſt illi comes laſcivia, cunctíſque aliis id genus vitiis, quæ mentem occupare ſolent, virtutis apicem conſcendat, præliaturus contra corporales poſtmodum labes, dolorem pariter & timorem: quorum unum antequam incipias alterum neceſſe eſt eſſe cùm cœperis. Timorem enim antè excipis, quàm ad illud veneris quod timebas: dolorem verò, cùm ad id quod verebaris, adveneris. Multa in hac re exempla ſunt fortium militum Dei, quæ ſingula fortè diſſererem, niſi mihi unius uteri ornamenta ſufficerent: quos fœcundus ſanctæ matris partus, non eodem tempore, ſed eadem mente progenuit. Primum itaque eorum paſſionis autorem Eleazarum non ſilebo, deinde quas inter alia tormentorum genera mater ipſa pœnas pertulerit, non omittam: quamvis inter illos quis in paſſione primus, quíſve poſtre-

postremus sit, humanus sermo explicare non queat, sed Dei sit expectanda sententia. Communiter ergo firmato mentis robore, inter se similes plus mente, quàm vultu fragilem hanc indicarunt hujus lucis usuram: nec in seculis blandimentis vel in captanda aliqua vanæ hujus salutis fraude, quicquam sibi dulce posuerunt: levis apud illos, quamvis horridus tortor, moles, catenæ, & quælibet pœnarum acerbitas æstimata ostendebatur. Ut vero ad priora tractatus nostri verba redeamus, excogitata omnia, quæcunque exquisita judicis crudelitas imperat, se prævisa habere rati sunt. Laudabo itaque in his fratribus robur animorum qua potero voce, aut ut verius dicam exponam quàm verissimè potero (id quod maximam laudem habet) sanctorum virorum pugnam. Et cùm blandiri non liceat, historico more progredi, & ad verum ordinem facta redigere compellor. Antequam ergo exordium extinctæ ab ipsis gentilitatis arripiam, de ratione mihi pauca dicenda sunt, in qua asserui maximam persuasionem esse martyrii. Itaque ut primum voracitate sublata, repudiatísque multiformibus cibis jejuniis serviamus, ratio facit. Deinde, ut vilis pecuniæ usus habeatur, & parvipendatur tumultus dignitatum, ejus etiam bonæ rationis assertio est: ut resistatur libidini, & manus obviæ luxurioso opponantur ardori, nónne rationis hoc donum est? Hinc provenit, ut cùm se paulatim domitis quæ delectant, firmiores ad resistendum viderint, inculcent animo dolorum pœnarúmque contemptum, ut tantam occasionem quantam cogentur, expectent. Atque quo magis res pateat, rationem ipsius ordinis requiramus. Ratio etenim sapientia est: nam nemo inter bonum malúmque definiendi potest habere consilium, nisi sapientia radicitus fulciatur. Jam ipsam sapientiam sequitur semper sociata justitia, justitiam virtus animi non relinquit, virtutem comitatur castigata sobrietas: quadripartita itaque est ista sapientia. Duo sunt præterea quæ aut faciunt passionem, aut impediunt: dolor & voluptas: quorum unum semper respuit, alterum semper exoptat: sed ubi voluptas insurgit, & ratione statim ejicitur, confirmatur animus: & pœna trutinata cum gloria, spe majoris præmii, contemni incipit, antequam veniat: cum autem venerit, erubescit animus non sufferre quod voluit. Ratio est itaque, cujus est omne quod facimus: per illam animi punitio, omniúmque vitiorum detestatio est: quæ officio periti functa cultoris, inutilia sarmenta succidens, & omnem spiritum noxii humoris enecans, illud solum quod profuturum intelligit manere permittit. Sic ratio hominem passione depurandum, purum reddens & ante passionem confirmat, & ipsa passione corroborat. Quis non venationis, quis non piscium esca delectetur? quem non grata diversarum avium sagina solicitet? an exquisiti terra marique cibi, usquequo non esurire compellant? Da rationem, quæ abstinentiam imperat. Concupiunt quidem omnes, sed nemo attingit. Docetúrque his rebus animus delectationem suam vincere, & imperare protinus voluptati, ut dum ad occasionem martyr venerit, rejectis hisce vitiis, præsentem pœnam præteritis virtutibus non præponat. Inde Joseph justi voce laudatus, quod libidinem in puerili ætate flagrantem ratione restinxerit. Sic futurum reddit salubritate consilii, considerationéque, perditam amicitiam renovat, novam parat, & nihil fieri crudele permittit. Moses quoque exemplum præstat, qui nisi in Datan & Abiron justa indignatione efferbuisset, suo proculdubio dolori animi ratione conspicuo minùs satisfecit. Quid pater noster Jacob? nónne filios suos Simonem & Levi magna vociferatione corripuit, quòd sine respectu consilii alicujus, sic immites gentili feritate aberrassent, dicens: Maledicta eorum ira. Quam utique iram si ratio reprimere potuisset, nec maledici isti, nec illi interire potuissent. Deus itaque humani artifex corporis, cum hominem fundavit & mores, hæc singula membrorum lineamenta componens, perfecto jam corpori dominam (quæ in eo esset, & imperio quodam uteretur) mentem dedit: cui quædam in ipsa potestate observationis mandata constituit, ut sobrietatem teneat, diligat bonum, justitiam non relinquat, & ipsa imperii potestate qua corpori imperat, imperia tamen divinæ potestatis observet. Etenim dicet quispiam, si ratio principatum obtinet passionis, cur habemus sæpius impiam voluntatem? Si hoc existimas esse, ridiculum est. nam ratio non potest obtinere ne desideretur aliquid: sed potest cogere, ut quod desideratum fuerit, prudentis consilii ratione vincatur: utputa obtinere non potest, ne irascaris, sed cogere potest, ut nullum scelus iratus admittas. Turpissimas quoque similiter voluptates non, ne concupiscas, sed ne his satisfacias, obtinebit. Non ergo extinguit penitus vitia, sed repellit. Sanctus David loco exempli ponitur, qui alienigenis bellum inferens, cùm multis fortunæ blandientis successu, animíque virtute prostratis, jam advesperasceret, sudore nimis & lassitudine fatigatus, ad tabernaculum regium properabat, quod militum suorum agminibus in circuitu claudebatur. Ibi cùm omnes commilitones delicatis dapibus cœnæ deditos videret, & ipse aridis faucibus sitim ferre non posset, aquam juxta defluentem (quia religio vetabat) haurire non fuit ausus: promiserat enim, nullum se habiturum poculum, nisi primùm hostibus expugnatis, relatos fontes suis etiam præberet, scilicet ut & major bellantium esset instantia, si non pro victoria tantum, sed & pro poculis pugnaretur. Itaque cùm medullitus sitis adureretur incendio, & contra legem facere non auderet, tres ex militibus ejus magni roboris juvenes se obtulerunt: & instructi armis, quæ forent, ad usum aquæ necessaria levantes, per hostium acies & castra properarunt. Illuc aggressi, portarum custodes primùm formidine inferendæ mortis exterruerunt: deinde per eos ad locum desideratum optati fontis accedunt, inde sumptam velociter aquam regi exhibent: sed David sanctus humanum desiderium ratione mollivit, abstulit voluntatem: docénsque timorem Dei rebus omnibus præferendum, singulare patientiæ monstravit exemplum. Nam sumptam magno periculo aquam, & à se crebrò expetitam, humi protinus eam Deo libavit, ariditate potiùs ac siti perire volens, quàm crimine. Nec ante considerationis jus est ratio tanti consilii, ut libidinem animi, doloris corporisve singula (quibus inflammati agimur) atque in ipsa ultima passione, mitem faciat esse tractatum. Jam quidem nos optata historiæ revelatio vocat: sed nec hæc velut superfluo dicta debemus accipere, quæ futuræ narrationi quodammodo blandiuntur. Tanta itaque patrum nostrorum prudentia, tanta etiam fides fuit, ut ipse quoque Seleucus Asiæ rex, & opes illis augeret sacerdotio deputatis, & alienæ sectæ homo, fidei suæ eorum quibus non credebat gesta præferret. Sed nec sic quidem modum injustorum hominum accepit insania. Nam quidam Simon nomine, dum Oniam persequens sacerdotem, nec apud gentilem quidem judicem punire permitteretur, relicta protinus patria, Apollonium ducem Syriæ, Phœniciæ, & Ciliciæ convocavit: ibique in medio cœtu senatus magna voce proclamat, infinita se commoda regi posse conquirere. Esse videlicet maximum apud Hierosolymitas in occultis pondus argenti & auri, & exuberantem rerum singularum copiam, quæ cuncta ad Seleucum regem debeant pertinere. His

Apollonius cognitis, collaudato Simone, thesauri Seleuco lucra declarat: & accepta à rege acquirendi in omnibus potestate, cum Simone collecto exercitu, ad nostram patriam venit, ut vim (si inferretur) manus armata depelleret. Ibi cùm gazophylacium omne spoliaretur, Onias præ dolore lacrymarum imbres graviùs excitando, dicebat: durum esse illis, quibus thesaurus creditus esset aliquid auferri. Tunc templum ingrediens Apollonius, seniorum ac mulierum, infantium etiam deprecantibus vocibus urgebatur, qui & illi pœnam, templo præsidium fideli oratione poscebant. Itaque cum magno agmine vallatus armatorum, templum sanctæ sedis fuisset ingressus, angeli equites igneo fulgore radiantes, armorum etiam instructi specie, infidelis hominis mentem perculêre. Præceps Apollonius in faciem cadit: ibi post magnum spacium temporis attollens se, in ministrum templi paululum recumbebat. Timore enim rei adhuc præsentis vacillantibus hinc inde vestigiis, per se stare non poterat. Ibi cùm medelæ aliquid sperandum adhuc putaret, utrasque ad cœlum manus tendens, quæ se impetrare posse pro auso scelere non credebat Hebræos (ad quorum depopulationem venerat) patronos & intercessores desiderans, veniam cum lacrymis postulabat delictorum: & non modò peccatum suum recognoscens animo, verumetiam voce contestans morte se dignum, & summis conficiendum cruciatibus confitebatur. Hæc omnia sanctus Onias aspiciens, metuens etiam, ne si obisset Apollonius, insidiis Hebræorum crederetur occisus, precem pro eo fudit, & inimici vitam oratione promeruit. Statim judex regi cuncta festinans nunciare, Seleuco jam mortuo, in ejus loco Antiochum reperit imperantem, qui sævis moribus, & veterano quodam naturæ odio Oniam prosequens sacerdotem, Jasonem fratrem ejus promissis ab eo tribus millibus sexcentis sexaginta argenti talentis per singulos annos dandis, pontificem creat. Qui factus continuo sacerdos & princeps gentis Judæorum, iniquos omnes esse compulit, & à religione seduxit: ita ut pro constructione thermarum, ipsam tuitionem templi fabricámque turbarent, & doctores omnes in perfidiæ parte congruerent. Quæ res indignationem divinam protinus concitavit: nec irato Deo hostis quæsitus alienus est. ipse namque Antiochus contra eos vertitur in furorem, Ptolemæo Ægyptiorum regi bellum inferens, famam mortis suæ ab Hebræis audit emissam. Cum magna etiam apud Hierosolymitas gratulatione susceptus, statim certamine adimpleto, decretum dat, ut si quis eorum in patria consistens, ad sacrificia migrare noluisset, districtus rotæ impetu rumperetur. Sed hæc parvipendebat multorum mens puta credentium, ita ut mulieres circumcisis (ut mos nostræ religionis erat) parvulis suis in præceps se demitterent, quippe quæ vitantes longiora tormenta, celerem halitum ingestæ mortis optarent. Videns ergo Antiochus legis timore hæc ab eis fieri non posse, cùm omnes ad exitium sponte properarent, sedens in editiore (videndus omnibus) loco, attractis singulis Hebræorum, porcinæ carnis sacrificiorum altaribus immolatæ gustum dare jubet. Et cùm multi conquisiti undique convenissent, inter cæteros etiam Eleazarus (nam hoc nomen illi) ex sacerdotali genere descendens disciplinæ & timoris artibus eruditus adducitur, gravis annis, & ipso & ætatis ac vultus honore venerandus, notus omnibus & virtute præclarus. Cui Antiochus ait: Accipe à me sanctissime senex salubre consilium, effuge repugnantibus promissa tormenta, dulcem hanc serva caniciem, nec contemnendam existima gratam hujus lucis usuram. Sume sacrificium, & porcinæ carnis dapibus delectare. nam alienum est à sapientis doctrina, Judæorum persuasionibus credere, & repudiare escam quam ad usum humanum passim ut cæteras dapes, natura præstiterit. Ingrati quodammodo divinis beneficiis sumus, si eorum dona contemnimus, & discretionem facimus, cum ratio sit una naturæ: qua enim ratione hoc animal præ cæteris abhorrendum magis videtur? Aut amanda omnia, aut penitus repudianda. Superstitionis & ignaviæ est legem sibi facere, & voluntatem appellare rationem. Abjice intellectum vanum & delirum, & venerandæ ætatis tandem in melius flecte sententiam. Certè si quam virtutem fidei vestræ inesse confidis, dabit hæc patienti veniam, cùm sciat te impulsione potius, quàm voluntate peccare. Ad hæc Eleazarus hortanti simúlque cogenti, accepta respondendi facultate, respondit: Nos Antioche non rumorem sequimur, sed servatam semper à majoribus nostris veritatem religionis tenemus, nec averti à sententia nostra possumus, nec ad aliam fidem pœnæ timore compelli. Quinetiam si non optimis quibusque fundamentis corroborata esset tradita nobis à patribus consuetudo, nunquam tamen caderem, nec in re facili superatus abscederem. Nec leve existimes, cibum impietatis accipere, & sacrificio immolata gustare. Nam omnino pars profanitatis est, tangere quod in se profanum est. Philosophiam vestram lex nostra condemnat, in qua tanto minus quis intelligit, quanto plus intelligere se credit. Docti sumus sobrietatem deligere, desideria libidinum vincere, corpus casta observatione retinere, & si quid pro Dei inferatur nomine, sustinere: voluntatem, veritatem, justitiam, pietatem, & inter cætera unum Deum (qui solus & verus est) non negare. Ideoque profanam escam respuens, quæ mihi sunt edenda cognosco: habens quoque præceptum altissimi Dei, cujus mandatis doctus sum obedire, & à sacrificiorum libaminibus temperare, & ea quæ prosunt animæ, totis viribus amplecti. Tyrannica vis est, ad illa quenquam cogere, quæ lex recusat, & ad justitiæ non consentanea imperioso sermone compellere. Molire quidvis, tolle si libet cachinnum, plus tamen desiderabilis, quem derisisti: ego patrum mysteria sacrosancta custodiam. Effodias licèt pertinaci manu dulcedinem oculorum, & acuto protinus cultro viscera interna rescindas, nunquam ex me victoriam consequeris. Sanus, patiens, & defunctus in Dei amore consistam, nec te securum faciat meorum magna series annorum, & tremulum corpus. Si necesse fit aliquid offerri pro domino, vividis videbis annis tolerantiam pueri, fortitudinem juvenis, & totius gaudium voluntatis. Præpara exquisitum focis succensum ignem, & quævis alia, fide mea mihi & lege viliora, securiorem in suppliciis videbis, quàm expertus es ante supplicia. Nunquam te ego fundamentum salutis, credentis præsidium, firmamentum fidei, lex sancta violabo: nunquam præceptis tuis contrarias manus porrigam, nihil aliud credam justum esse, quàm quod abs te doctus accepi. Non perdam tot annorum merita, nec servatam hactenus disciplinam. Castum, integrum, purum, & tota Deo virtute devotum me patrum turba suscipiet, cùm non timuero tuas ô rex impie minas, quamvis nomen istud regium mutaveris in tyrannum: nec factum meum, nec consensum, nec verbum revocabis ad crimen. Cum hæc Eleazarus libertate & justitia plenus effunderet, armatorum qui circumstabant manibus trahitur ad pœnam: nudatur, suspenditur, flagellatur. Quo ex utroque latere ictus impios perferente, præco clamabat: Subditus esto imperio regis, mandata ejus agnosce. Magnanimus autem Eleazarus, nec flagellis, nec tormentorum ictibus fatigatur, quasi per quietem somniúmque acerbissima quæque patere-

teretur: securus igitur & intrepidus pœnarum ferebat dolores, & venerandos ad cœlum erigens oculos sciebat cui se crederet, cui animam dedicaret. Et hinc atque inde respiciens corporis sui frusta dissolvi, cruorem etiam nimium latere utroque profluere mirabatur, gratias Deo agens de tanta patientia. Tamen fragilitatis humanæ conditione (quæ cruciatus tam exquisitos ferre vix poterat) in faciem semilaceram ruit, eas gratias stratus humo agens Domino, quas paulò antè stando egisset. Unus verò ex armigeris plenus insania, ut regi se fidelem in hac tam profana, támque sacrilega exhibitione monstraret, jacentem calcibus suppressit, & quo ad acerbiorem supplicii carnificinam tractaretur, exegit. Ille verò & animo fortis & corpore, ac summi Dei verus athleta, dolorem omnem intrepidus perferebat, tortorésque impios mitis senex patiendo debellavit. Summa tamen lacerantium admiratio, quæ & illos non parum incesserat, tot eum, ac talia sustinuisse supplicia. Accedentes verò ad eum ministri regis proclamant in eum: quàm diu Eleazare in hac persuasione consistens, nec lucis gratia caperis, nec suppliciorum immanitate terreris? gusta porcinam carnem & effuge cuncta quæ pateris. Eleazarus qui in pœna tacuerat in tam sinistra persuasione non tacuit: & velut hoc verbo plus laceratus, exclamat, Non ita inutiles, & imbecilles Hebræorum filii sumus, ut viam salutis, quam usque ad senectam servavimus, deseramus: & tam citò transeunte affecti ludibrio, exemplum decipiendis relinquamus: nec sic instructi sumus. Modicum est, quod vitam hic prorogat: nostra enim parva sunt, quæ relinquimus: maxima autem, quæ indubitato speramus. Nunquid tyranno verò persuasione hac vestra inducti placere poterimus? minus profectò utiles credet, quos mutabiles varióśque cognoverit. In tuis, ô venerabilis pater Abraham, manibus, & in sinum tuum gremiúmque venturi, grata voluntate moriemur. Hunc animum videntes armigeri, sanctissimum senem nutu regis in ignem imposuêre: naribus ejus noxios ac fœtidos liquores infundentes. Quæ omnia sanctus ipse ac venerabilis senex libenter excipiens, cum incendio crematus, natura deficiente spiritum relaxaret, cœlum oculis caligantibus suspiciens, sic est locutus: Tu es Deus, à quo salus procedit & vita: ecce legem impleo tuam, fragile quoque hoc corpus depono, propitius esto genti tuæ, ne deseras hos quos in sinu tuo, sub alis (si dici potest) clementiæ tuæ hucusque servasti, sit mors mea malorum omnium finis, & in tota gente remedium omnium peccatorum. Accipe me pro cunctis, & dona mihi cunctos. Atque in hoc sermone animam lætus effudit. Inde est, quod prius diximus, omnem tolerantiam passionis ex optima oriri ratione quæ semel firmata, prosperum facit animum, patientissima semper doloris, & actus optimi provida existens consiliatrix, fixum in homine propositum non relinquit. Itaque cum passio inter se ratióque pugnaverint, necesse est, ut hæc dominetur illi, si ex altera triumphum velimus. Patri itaque Eleazaro gubernatrix fidissima ratio fuit, quæ nec dolori locum præbuit, nec blandimenta illecebrosæ voluptatis admisit. Servavit contra omnes procellas, tempestatésque insaniæ sancti corporis navem, quam nullis turbinibus à vero dissolvit itinere, jactata quidem tyrannicis fluctibus, infracta tamen permansit: tenénsque iter suum, ad salutis portum pervenit. Nulli quamvis validis muris sic ab hostibus urbem propriam defendêre, ut animam suam sanctissimus senex adhibita diligenti ratione servavit. Passus equidem verbera, crucemque, & flammas in adversis, qui antea in lætis erat constitutus. Nam ut apices rupis alicujus excelsæ, irruentis fluctus obnoxiæ ictibus franguntur, & sinus ille intrinsecus clausus est securus: ita munimentis optimæ rationis, primíque consilii, venientium impetus procellarum suis accepit membris, eósque nisu corporis invictus fregit, ne interiora penetrando, ad divinum illum cœlestis animæ meatum pervenirent. O beate præ omnibus senibus senex, & præferende cæteris sacerdotibus sacerdos, nulla profani sacrilegii dape sancta ora maculasti. Nihil perfidiæ tramitem illum faucium contigit, per quem Deo frequens oratio mittebatur. Nihil valuit principis imperiosa crudelitas. Exemplum igitur omnium antistitum Dei factus es. Talem verè esse decuerat sacerdotem, ut tormentis fortior, torquentibus durabilior, securior quoque imperantibus, ipso etiam quo crematus es igne violentior, pœnam martyrii possideres. Tibi omnis cessit antiquitas, à te exemplum habebit posteritas. Si ergo invalida senectus omni virtute juventutis exuta, frigidi aut penè nullius sanguinis, ad omnem tolerantiam doloris infirma (quippe quam ipsa series fregit annorum) tot cruciatus, tot supplicia, tot pœnas prudenti consideratione sustinuit, quis est qui negare audeat, totius passionis caput in ratione potissimum consistere? Vidimus omnem acerbitatem fixi semel consilii observatione Deo adjuvante superatam. Sunt tamen qui dicant, non omnes qui ratione considerarunt, sufferre fortiter passionem, quæ illorum superflua & vana reprehensio est. Constat enim illum dolori cedere, quem consideratio sapiens non munivit. Cæterùm qui non deliberatum tantæ rei negotium, cupiditate repentinæ præsumptionis aggreditur, necesse est ut serò illud deserat, ad quod subitò convolarit. Matura enim & præconcepta diu deliberatione, omnem vitæ exitum ad passionem portamus, ne aliquid nos subita acerbitate confundat: ventura omnia præsumuntur, ne timeri quæ inferuntur possint, cùm sperata proveniant. Qui sapiens itaque & fortis, hic totius dominus est passionis, utpote qui bene cogitatam præcogitat, & acceptam respuit nusquam. Nec stupenda omnino est in senectute prudentia, cùm infantulos tantus amor capiendæ laudis invaserit, ut ipsis quoque admirationi fuerint, quorum acerbitate sunt consumpti. Cæterùm efferata crudelitas, Eleazari gravi ætate permota, redivivo quoque insanæ mentis ardore, credens se sapientia victum majoris ætatis, irrita consilii firmitate, septem illustres pueros Hebræorum Antiochiam adduci arrociter de eorum castello Sosandro præcepit. quos in tenera adhuc ætate, eáque ad excipiendos dolores infirma (quemadmodum ipse putabat) versantes, ut fallaci oratione ac varii cruciatus terrore perverteret, talem edicti sui legem proposuit, ut qui sacrificii carnem ore noluisset accipere, exquisitis extemplo suppliciis subjaceret. Septem igitur una cum matre Solomona (nam hoc illi nomen erat) jamjam in senium declinante, coram se sisti jussit. Producti sunt itaque non solùm præclari, verum etiam speciosissimi tam generosæ matris nati, & voce, & corpore gratissimi, angelici quidem juvenes, vultúque pellucidi, solis instar sereni luminis, & in oculis omnium non sine virtutum gratia radiantes, ut tali procul dubio argumento totam humanam mortalémque formam transcenderent. Et illa talis habita ab exordio antiquorum parentum majorúmque suorum syncera, & id quidem in hunc usque diem, ut tota ejus esset approbata nobilitas. Sed illud formæ decus quod sanguinis quoque ornamentis cumulum magnæ dignitatis acceperat, ante omnia virtutis robore firmabatur, qua simul omnes alios laudis modulos pro motu ingentis animi præcedebat. Proinde hos ut aspexit tyrannus, atque matrem in medio lætam assistere alacríque mente ad-

adesse cognovit, pueros callidissimè alloquitur: Consultum esse vobis (inquit) in primis volo, ô admirabiles pueri, hoc enim & forma vestra, & sanguinis nobilitas suadet. ne ergo ad repugnandum insanam sumatis audaciam, vitate non tormenta modò, verùm etiam mortem. Cupio enim vos & honoribus cumulare maximis, & immodicis divitiis ampliare. Spernite supervacaneam patrum vestrorum credulitatem, & ad gentilem vos cultum nostræ observationis adducite. Illud enim si in animo vestro non statueritis (id quod futurum esse non arbitror) diversa & exquisita supplicia, quibus vos per diuturnam deficientis animæ acerbitatem excruciem, excitabo. Quapropter ut timor ipse acrior audientes surreperet, singula proferri in medium tormenta mandavit. Exhibentur itaque rotæ, radii, ungulæ, rotabula, catapultæ, lebetes, catastæ, frixoria, digitaria, pugillaria, manus ferreæ, subulæ succensoriæ, ollæ æneæ, sartago. Hæc enim illis nomina esse reperimus. Succensorium ad excitandam flammam quoddam tenue esse ferri telum accipimus. Exhibentur id genus reliqua nimis profectò abhorrenda, quæ sigillatim enarrantem dies sit defecturus. His itaque omnibus in apertum prolatis, ait: O prudentissimi pueri, etiamsi aliquod in hac re putatis esse peccatum, optima justæ defensionis excusatione poteritis armari, quia coacti hæc potius (quantum videre videor) quàm sponte facere videmini. Parvuli verò cœlesti quodam sensu & divinæ majestatis ardore accensi, contemnentes immanissima tot pœnarum genera, parvi faciunt irascentis tyranni minas, hortantísque blanditias: & piissimè (licèt falsò) loquentem pariter ac minantem, in majorem iracundiam furoris impellunt. Hinc ergo patet, quid ratio inferat affectui. Nam si ignavus quispiam, & nullo antè tractatu rem tantæ gloriæ petens, ad hoc subitus atque imparatus accederet, visis continuò tam exquisitis ac tantis pœnarum generibus, mente trepidus, demisso vultu, gressu titubans, tremore turbatus, primo victus aspectu sumptum negocium reliquisset, nec se tanto oneri parem ad sufferenda fore putasset, statímque diceret: Insensatus ego, quid magis eligam? an ista sufferre, an illa quæ promittuntur præmia obtinere? Miserebor potius ætati meæ, miserebor matri, veniam pro hoc facto (quod necessitati imponitur) divinitas non negabit: regis enim gratiam promerebor. Sed ubi Spiritus præcedente ratione firmissimus duraverit, atque ad bonam frugem animum conduxerit, illud sequitur, quod his fratribus ostendam esse probatum, quibus sacrificii ut imperata gustatio est, omnes quasi uno ore una & mente proclamant: Quid innocentes persequeris ô tyranne? mori nobis voluntas & votum est, patrum præcepta servamus, quæ ut omnipotens Deus jussit, Moses magister edocuit. Tu verò tyranne, injustitiæ amator, crudelitatis magister, iniquitatis inventor, noli sub specie ficti amoris non immutare, quod non potes: gravior nobis venia est à te oblata quàm pœna, contemptu mortis armamur, verba tua verò non magnificamus: quæ ne admittamus, recens doctoris nostri Eleazari nobis monstrat exemplum. Cur ergo infirmos juvenes putas, cùm tanti roboris videris senem? Illius instituta retinemus, scire animum nostrum non potes, nisi in corporis nostri laceratione cognoscas: securi pro Deo omnia sufferemus, & à seculo recedentes, ad cœlestia regna migrabimus. Tu verò propter hoc potissimùm scelus, quo innocentes animas premis, æterno igni reservabere. Hac oratione tyrannus non parum inflammatus, cùm nec crudelitatem suam formidini fuisse, nec promissionis præmia locum gratiæ obtinuisse cognosceret, taureis singulos agitare nisus est. Machabæum quoque ipsum natu maximum, ex septem fratribus ordine primum, protrahi in medium, & sacrilegis dehinc carnificum manibus distendi atrocius jubet: nec mora, post tergum manus ligantur, crudelius verberatur, sed lassescentibus tortoribus, quàm inviolabilis sit patienti virtus dignoscitur, cum inferentes magis desistere cuperent, quàm is qui patiebatur. Illigari igitur mole pedibus appensa, atque innecti rotæ jubetur Machabæus: ita etiam in gyrum circuli porrectus, ut solutis hinc inde visceribus venísque distentis, dolores ipsius & pœnæ crescerent. Neque tamen patientis vox superato dolore, Deum non promere cuncta cernentem, tyrannúmque non objurgare tormenta crudelia machinantem. Resumptis itaque viribus exclamasse perhibetur: O execrande tyranne, divinæ majestatis persecutor, non veneficum crucias, nec ereptorem salutis alienæ tanta crudelitate persequeris, sed servatorem justitiæ, amatorem legis, caritatis autorem. Cúmque eum misericordia victi carnifices, ut regi assentiretur, orarent: Non tam graves (inquit) nec tam acerbæ rotæ vestræ sunt, ô nequitiæ ministri, ut mentem meam valeant inflectere circa cœlestia versantem: lacerate membra, quinetiam si placet igne torrete, singulas quoque corporis partes multifaria crudelitate consumite, ut cognoscatis nos juvenes ad impietatem non posse compelli. Hæc eo loquente, præparatur incendium, & ut erat affixus rotæ, igni in catasta objicitur, atque ita tendentibus corpus radiis, & contrahentibus flammis, costis deinde patentibus laterum vitalia rumpuntur. Animus sanus & integer cedentibus membris, mens ipsa fortior, nil prorsus dolebat. Nam in ipsis suppliciis victor exclamat: Eja dilectissimi fratres, exemplum ex me divinæ virtutis accipite, invicti animi robur considerate, seculi hujus blandimenta contemnite, militate Deo potius quàm tyranno, cui facilè est potentem dejicere, sublevare dejectum. Inter perorandum, ut brutum animal excoriatur, lingua extrahitur, sartagini ipse injicitur, magna cum omnium admiratione decedens, stuporem adversariis, suis gaudium dereliquit, & sibi pariter regnum paraturus & fratribus. Hinc Aber nomine, qui proximus ætatis gradu erat, ab armigeris miserè raptus adducitur. Et ante interrogationem tyranni, antequam supplicia libaret, omnis illi à carnificibus tormentorum apparatus exhibetur, ut formidine tetri aspectus à sententia flecteretur. Sed repudiante illo profanum sacrificii cibum, nec supplicia formidante, ferreis ligato catenis, manus in altum protenduntur. A principio cervicis ad genua usque cum ipsa capitis parte cutis divellitur pectoris severius secreta patent: ita tamen ut patentibus viscerum rimis interiora fibrarum secuturo supplicio servarentur. Adjicitur & his horribilius spectaculum: ferox namque pardus & sanguinis sitibundus exhibetur, ut truculento sævóque laniatu quicquid ex corpore remanserat, sorpturus accederet. Verùm ore ipsius bruti admoto, ut arbitror, Dei providentia disponente, ferocitatem bestia deposuit, vultúmque retorquens, martyrem minimè læsit. Tyrannus autem in furiam magis incitatur. Martyr verò invictus fortior imperante, torquentéque constantior: O quàm suavis est, inquit, mors omnigenis pro Deo vulneribus inflicta, imò tanto suavior, quanto cum spe majore recipiendæ mercedis accipitur. Cæterùm hoc quod agis, crudelitati tuæ sceletissime tyranne satisfieri ne putes. Nam magis me voluptatem patientiæ meæ consequi quàm dolorem, ipso quo torqueris dolore comprobes necesse est. Atque libentius ego perferam, quàm tu pœnas inferas: minor patientis dolor est quam jubentis: mihi cruciatus virtus animi est, amor legis,

gis, veritatis assertio: Dei postremò justitia, te vertet in exilium: tu torquendo torqueris: & in ira patientiæ meæ, tuáque indignatione, nunc ferè consumptus, consumeris. divini judicii diem non effugies. Manet te pœna illa perpetua, quam nec profana mens ferre, nec tua crudelitas declinare unquam poterit, æterno videlicet peccatrice anima damnata supplicio. Hoc modo fortis ad mortem usque in sententia permanens, & præviis cruciatibus fratris constanter animatus perseverans migravit ad dominum. Machir tertius ex pueris adduci jubetur, quem cùm miseratione dignissimum geminus duorum fratrum fecisset interitus, hortantibus plurimis ac volentibus, ut à sententia fratrum supplicia vitando discederet, natus ait: Idem nos pater genuit, eadem mater effudit, unus est nobis magister, unus animus, una contestatio: nolite ergo morando tempus consumere, ad supplicia non ad responsa, properavi. Animadvertite in hæc membra pro audaci vestra libidine: nam animæ vobis potestas nulla tribuitur. Motus his verbis tyrannus, à duobus peremptis hunc considerans nihilo degenerantem, inhumana aliquid crudelitate majus excogitat, orbiculare afferri in medium jubet: hinc cùm pedes unà cum manibus, deorsum colligati fuissent, sanctum quoque chorda orbiculari ventrem circuncingente in altum usque contrahit: Nec mora, separatur à sede sua dorsi junctura, crura cum brachiis extrahuntur, ejiciuntur humeri. sicque singulis nervis districtis solvitur martyr invictus. At ubi hæc sibi parva sanctus perferentis animus æstimaret, pellis capiti incisa detrahitur. Rotæ postmodum affigitur, nec tendi magis jam poterat, quia & partes & frusta corporis horrendissimo pependêre aspectu. Et cùm jam cruoris nimia defluentis vacuitate defectus, orbatus manibus & pedibus, proximam sibi mortem adesse cerneret, hac oratione vitæ munus explevit: Nos quidem nefandissime tyranne hæc pro Dei amore toleramus, tu verò tantæ & tam injustæ crudelitatis inventor, supplicia sine fine patieris. sicque lingua orbatus, sartagini injectus, acerrimarum universitate pœnarum excoctus spiritum perbeatum effudit. Post hos Judas (hoc nomine fulgens) quartus adducitur, qui omnium ferè monitis, ut regi assensum præberet, pulsatus tanquam pugil interritus pessundatis precibus & pœnis, constantissimè dixit: Ignis vester ut nec me à Dei lege, ita nec à fratrum meorum (quorum interitus non mors, sed vita est) unione dissociare valebit. Tibi ô tyranne interitum, credentibus autem spem æternæ salutis denuncio. Proba ergo crudelissime omnium, & æquissimo Dei judicio plectende, ipsisque rebus adverte, num ipse ille Deus me sit derelicturus, qui tres jam primos obviis proculdubio suscepit manibus, quos tam sanctæ matris uterus, sigillatim ad gloriam effudit. His auditis, horridus atque insanus tyrannus per seipsum ad exhibenda supplicia insiliit, ita videlicet superaturus jamque exæstivans, linguam ejus secari radicitus jubet. Sed ille non territus Antiocho respondet: nec illa quidem proderit execranda crudelitas, nec ex hoc ut reris tyranne victoriam consequeris. Non enim Deus noster clamoribus excitandus est, sed ad afferendam opem famulis suis corde potius quàm oris strepitu poscendus. Tacentium commoda respicit, & poscentium vota si mereantur exaudit, tantum integer sensus pura & fideli anima petat. Scit enim Deus noster omnia, antequam postules, & prius quàm in anima aliquid cogitare incipias, agnoscit. Secetur lingua, nunquid & mens poterit secari? docuit illam priora passionis ornamenta suscipere, per quam Deo fidelis semper oratio mittebatur. utinam sic singulas corporis mei partes puniendo sanctifices, & tibi supplicia irroges stulto, mihi præmia largiaris. Nec diu hæc impunita censeas relinquenda velim. His finitis, eripitur cultro lingua, alligatur trunco juvenis, quem solido fune lacertis retrorsum congyratis tortor versat, & in aciem sanctum pectus agitatur: patitur hæc libens spiritus, licet ipsa facies in nigredinem commutetur. Exinde solutus, tandem rotatus, pro caducis Deum exorans, priorum fratrum pœnas promeruit. Caligine mortis oppressus, dulcem spiritum Deo obtulit. Achas dehinc quintus ex fratribus, antequam protrahi juberetur prorupit in medium, contemptum mortis ostendens, provocando se ad supplicia, ut gratiam Dei inveniret, iram judicis patiendi cupiditate promereri voluit, & ait: O tyranne, ecce ad pœnam venio prius quàm jubeas. Nihil ergo ex illo impetrare posse te credas, quem aspicis velle torqueri. Reum te gehennæ, effusus quatuor innocentum sanguis effecit, me quinto gradatim numerus ipse ampliandus est, ut tibi tandem pœnæ ex multitudine peremptorum accrescant. Responde inhumanissime tyranne, cujus sceleris reos nos innocentes crucias, cujus perpetratores facinoris tanta crudelitate persequeris? quid nefarium admisimus? quid profanum? quid ausi iniquum sumus? hoc est tibi crimen omne, quòd Deum creatorem omnium contestamur, & ejus majestatis præcepta servantes, piè vivimus, & in hoc solo tua supplicia non timemus: honor nobis est & salus, non pœna: mirificum accipiemus à Deo beneficium, si in nulla nobis laterum parte parcatur. Hæc loquens jussu regis raptus, carnificum manibus ollæ æneæ imponitur (hoc pœnali supplicio nomen est) prælo gyrato sanctum caput ad genua pellitur: sicque corpore deorsum redacto, pugil in ea quam diximus olla miserrimè delituit. Patitur dehinc fratrum suorum excogitata tormenta, minimè tamen mente turbatus, exurgit subitò, ita perorans acrior in tyrannum: O immanissime tortor, quanta nobis inscius subministras bona: tu quanto plus irasceris, tanto nos gratiores Deo reddis: si mei misereri velis, dolerem. Hic levis mœror æternitatem gaudii parat. Hæc hujus seculi mors si mihi non sponte inferretur, ventura æterna commoda non largirentur. Correptus igitur atque prioribus exagitatus, clara luce spiritum dulcem emisit. Exhibitum post hunc (Areth vocabulo) sextum, pœnam eligere aut honorem optione data eum tyrannus jubet. Iratus respondet: Fratribus quidem meis ô tyranne minor annis, sed mente consimilis accedo. Simul enim nutriti, simul edocti, simúlque morituri in Dei amore persistimus omnes. Accelera itaque ad exquisita tormenta, & illud tempus, quod in persuasione impensurus eris, in suppliciorum excogitatione consume. Hac oratione confusus Antiochus, illigari eum statuæ, sic jubet, ut depressa cervice, ex descensu humorum caput dolore quassaretur: exponitur incendio, ut sensim longius igne ab eo posito, paulatim diutino consumptus ardore distenderetur potius quàm cremaretur. Subulis etiam ferire pendentis latera ad viscera jubet, ut per eas quæ his ductæ erant in longum tramitem rimas, ad intimas fibras flamma perveniret. Atqui ut dolor simul ipse major incresceret tactu vulnerum, ac subustione membrorum cruor scaturiens ardore in spumas decoctus, miro modo ad caput ejus descendit. In his doloribus juvenis exclamat: O certamen insigne, ô pertinax bellum, ô contentio inter se pietatis & sceleris. Hi sunt viri agonis, quorum corona martyrii, pœna ferientis est: libens fratrum interitum sequar, ut quibus jungor sanguine, jungar & morte. Aliquid ô tyranne majus excogitato, hæc enim quæ inveneras, superata agnoscis. O crudelitatis magister, inimice

ce pietatis, justitiæ persecutor. Sex nobiles pueri, regiam potestatem, & apparatum totius regni & orbis extinximus. Ignis tuus frigidus est, non calet: flexibiliora namque corporibus nostris arma sunt regia: plus auxilii Deus noster suggerit nobis quàm tu confusus doloris posses infligere. Itaque manet firma in nobis Dei sententia. His dictis ignea forcipe ejus lingua cauteriatur: & cum suis fratribus pari pœna excoctus, & in sartaginem conjectus, emisit spiritum. Sex itaque varia morte consumptis, unus remanserat matri Jacob nomine, junior cæteris ætate, non mente. Hunc cum assistere crudelissimus tyrannus aspiceret, miseratione motus, vel quòd solus, vel quòd ultimus, vel quòd periturus esset, indoluit, vocatóque propius ad se puero, ejus manu apprehensa à tormentis seorsum, atque putans ei salutem persuasurum, sic inquit: Satis abunde exemplo fratrum tuorum, quid immineat repugnanti videre potuisti, subtrahe te tantis protinus malis, quicquid honorum regni mei fuerit obtinebis, magistratum tibi non denegabo, ductor quoque militum & consilii particeps nobis semper assistes. Cæterùm hujus matrem (cùm ipse parum proficeret) jussit adduci. Cui prope filium stanti ait tyrannus: Ubi est ô generosa mulier fœcunditas tua? Ecce ex tanta numerositate filiorum unum (si velis) fata conservabunt. Da consilium pietatémque parvulo & mentem rigidam ad prosperiora converte. Monitis hisce regiis utcunque auditis inclinans se mater ad eum, ita ut falleret tyrannum, Hebræo ait sermone: Fili mi miserere mei, & explora dolentem matrem, quæ te novem mensibus in utero meo gessi, téque alvi lacte triennio, & liberaliter educatum ad hanc ætatem usque perduxi. Rogo te fili, ut conspecto cœlo & terra, & omnibus quæ sunt in eis, scias hæc cuncta à Deo ex nihilo facta esse: ipsum etiam genus humanum ab eodem rerum omnium conditore factum nemo ambigit. Non timeas tortorem ethnicum, sed imitator fratrum tuorum effectus, mortem libenter excipias, ut in die miserationis unà cum fratribus tuis in cœlestibus te suscipiam. Hæc matre adhuc monente, juvenis Hebræo sermone sese solvi, & ut regi & suis aliquid secreti diceret, rogat. Ille autem ubi vincula effugiendi facultas fuit, celer cucurrit ad pœnam, stabat enim flammivomis ignibus succensa sartago ad torrendos præparata passuros, ad quam cùm invictissimus puer pervolasset, inspectando fratres, & ad regem vultum reflectens, ait: O scelerate tyranne, jam ego nunc, inquam, ego in fratribus meis agnosco, te non crudelem solùm, sed ipsam esse crudelitatem. Quis tibi vesano hanc purpuram dedit? quis regnum tribuit? quis tanta ornamenta concessit? Nempe ille quem insequi in nobis posse credis, cujus cultores necas, famulos premis: tu verò infelix æterno cremandus incendio, & sine fine torquendus. Sic enim inter te & reliquos discretio potestatis, nunquid alterius, tu operis, túne alterius naturæ homo es? Una nascendi & moriendi omnibus ratio est. Quisquis hominem interficit, interfici se posse confirmat. Tu effigiem tuam laceras, tu in torquendo nihil proficis. Eadem ratione ortum, eodem genere procreatum, quem ante multos annos opifex rerum Deus creavit, quémque similem suæ produxit imagini, puncto quodam repentini furoris interimis. Et quicquid fieri tua regia potestas jusserit, justissimum putas, linguas eruis, ungulas injicis, & humana corpora igne consumis. Illi quidem qui hoc pertulêre, gaudium æternæ salutis acceperunt. Tu verò quicquid pœnarum singulis intulisti, solus exsolves. ne me obsecro gratiam abs te ullam sperare confidas. Sequar fratres, & in legis observationê perdurabo. Hæc audiens fremuit tyrannus, juvenémque in catasta fovit: in doloribus mater astat nato, piis manibus sanctum caput fulciens. Resupinus in dolore distenditur, de ore ejus, naribus, secretísque cruor effluit, spiritu tandem deficiente tortor cessat, ut mox resumptis divinitus viribus, contumax esset regi, severiúsque quàm fratres ipsi cruciaretur. Demum orbatis palmis atque ulnulis, levatis oculis Deum exorans ait: O Adonai, ô Sabaoth, in turbam fratrum meorum me suscipe, & cesset jam ira tua, neque eos deseras qui te miseratorem per nos interpellant. Hæc dicens rupta lingua ignivomam sartaginem sponte conscendit, ac stupente Antiocho constantius interiit. Ecce nunquam magis claruit rationem esse dominam affectus, qua puerorum animus præmunitus, firmior torquentibus stetit. Quod enim spreti dolores, & pœna contempta postrema utilitas salutis fuêre, deliberatio piæ honestæque rationis effecit. Inexpugnabiles itaque pueri fortissimis turribus similes perstiterunt, & portum quietis intrantes, qui diu per navifragas cautes turbinésque jactati fuerant, iter rectum per fluctus horridos gubernantes, tandem ad littora optata venerunt. Namque alter alterum fecit consilio fortiorem. Nullus segnis, nullus timidus delicata mente martyrium denegavit. Nec deliberatio ulla, sed omnium fuit fortis, & indivisus consensus, sese invicem hortantium: Pro lege igitur nostra moriamur, tres pueros imitemur, Assyriorum furore damnatos: quos in una fornace conjectos, patientia ad cœlum evexit. Hoc dum alter alterum sermone confirmat, factum est ut nemo peccaret: sed in sententia permanentes patrii sibi generis, virtutis, audaciæ, ante oculos memoriam reducebant dicentes: Pater noster Isaac cùm jussu Dei se immolandum cerneret, armatam patris dexteram non refugit. Tradamus ei animas nostras (inquiunt) per quem & spiritum & corpus accepimus. Facilis membrorum est ista jactura, cùm sciamus pios æterna salutis præmia accepturos. Abraham, Isaac, & Jacob læti nos participes regni expectant. Ornemus matris uterum, quæ nos denis mensibus tulit. Nemo infirmior alio, nemo inter fratres degener appareat. Eodem patre generati, eodem lacte nutriti pares in omnibus esse debemus. Similis nos doctor instruxit, lex nobis data communis omni est virtute retinenda. Hoc concordiæ vinculo, fraternitas sancta permansit, nec fuit in spectaculo (cùm unus præsentibus cæteris torqueretur) mœror dolentium, sed gaudium peremptorum. O nobilissimi regum omnium pueri, inæstimabilis gloriæ, virtutísque eximiæ. Nullum ex vobis formido perterruit, ita properastis ad mortem, quasi immortalitas sola peteretur. Verè vos fratres, quos interitus ipse sauciavit. Magnum quidem nostro generi decus omnipotens protulit, & ad omnium confirmandos animos, exemplum unicæ laudis ostendit. quos (credo) propterea in eo numero esse voluit, in quo mundum ipse construxit, ut septem fratres, septem dierum, quibus perfecta sunt omnia, æmuli redderentur. Sed quid hic animum miramur in pueris, cùm se mulier ad contemptum doloris armaverit? quamvis non mater dicenda sit, sed humana quidem fragilitate quid sublimius, quæ peperit tot triumphos? Nam interfectis parvulis, mater piè accensa, nec immeritò, cum id non solùm humanus sensus habeat, sed immanibus quoque feris amoris ista conditio sit, ut visis insidiis, parvulos saluti propriæ præponentes, alis protegant, defendant morsu, ungue custodiant. & cùm cuique sit resistendi facultas, obviam ire hosti pro pullorum amore festinant. Nec in his solùm caritas ista servatur, sed apes quoque ipsæ non sobolem tantùm, sed & mella servantes, minantibus aculeis irruentes, ut sint per-

perituræ post morsum, plus parcunt generi quàm saluti. Ad hæc zelosissima mater divino utique spiritu fundata, consilio quoque sapientiæ & incredibilis virtutis, filios ante se perire festinavit. Quippe quæ non esset victura post prolium orbitatem, maluit eam securè suscipere, quam interire solicita. Omni igitur familia Deo dicata, postremum decus passorum accedit mater, contemnens minas regis, & maternum pectus offerens & vitam filiorum. O beati generis origo, ô unius uteri gloriosa fœcunditas. Non ego vos parvulos membrorum lineamentis, & totius vultus notis matris æmulos dicam: sit hæc summa laudis in cæteris, quibus præter naturam nihil animus dedit: vos ergo similes mente, robore, fide, asseram: & matri in omnibus pares dicam. In nullo ei postponendi, in nullo minus venerabiles estis, nisi quòd illa immanitatem dolorum præ oculis excepit: & dum in suis quoque torqueretur membris, similis vobis illi tolerantiæ animus fuit. Hoc illa præstantior, quòd septem cruciatus, antequam cruciaretur, excepit: & in omnibus ne superaretur extimuit. Verum exemplum fœminarum omnium, nescio an pepereris mulier parvulos tuos, an creaveris, quos sereno vultu passa es in frusta secari. quod intrepida vidisti, parum est: hortata es, ut perirent. Illum incidi ungulis, lætabaris: distendi rotis alium, ligarique gaudebas. Illius vicina mirabaris incendia, atque alium ne tanta ac talia pertimesceret, admonebas. Et quamvis cum intestino in illorum laceratione ferireris dolore, graviora quàm olim parturiens tormenta sentires, simulabas tamen lætitiam, & discusso vultus nubilo, inducebas speciem triumphantis. Singuli te ridente consumpti sunt. Nec cùm unum remansisse cerneres, expavisti. Nam quid ego describam exitia parvulorum cùm matri risus sint omnia? scissos nervos, detractum capite tegumen, linguam radicitus detruncatam, manusque confractas, ignem, laminas, rotas & ad costandos homines æra candentia, multa etiam quæ ipso ignota sunt nomine. Absit, ut sit cygnis tanta dulcedo quorum suaviore melonacoras in morte voces narrat antiquitas. Omni enim harmonia dulcius, omni voce præstantius, pereuntium carmen fuit. Sirenum pueri fabulas in morte superastis, cum vel matri solitudinem ultimam, vel Deo gratias referretis. Optavit incredibilis prosapiæ mulier brevem orbitatem potius, quàm æterni judicii pœnam subire, cùm filiorum corpora maluit cruciari, quàm animas: sciens nihil infirmius labe membrorum, quæ etsi passio desit, sæpe tamen intestinus dolor affligit, enecant febres, copia sanguinis premit, aut nimius cursus eviscerat, quis autem ignorat navigantium naufragia, iter agentium lapsus, quietósque sessores subita morte consumptos? Taceo incendia repentina, latronum insidias, & pereundi vias. Cùm ergo tot occasionibus humanum pectus ad mortem agitetur, quis non optet interitum cum salute: in quo temporalia amittuntur, & æterna retinentur? O venerandissima fœminarum atque legis, & gentis nostræ gloria. In hoc Noë arcæ simillima, in mediis fluctibus & procellis inviolata permansisti. Ut illa enim diluvii cœlestem impetum tulit, & compagine firmata tabularum, inclusum intra se quod acceperat, non amisit: ita tu quoque sanctum Spiritum, quem Deo dispensante acceperas, in recessu pectoris custoditum, vinci ab hoste non es passa. Ecce quantum utilis ratio esse potest, quæ nos sæpenumero viros inferiores fœminis facit. Nec Daniel tantùm visis leonibus formidavit, nec caminus tribus pueris jugi igne succensus, tantum arsuris dolorem incussit, quantum hæc fœmina in singulis passa pereuntibus, antequam ad corporis sui pœnam veniretur, accepit. Quid faceret alia mulier & mater, nisi per tristia lamenta flebilis præcessisset, ululatus gemitúsque misceret, se infelicem, se miseram conclamaret: quæ ideò plures peperisset, ut sæpius orbata lugeret: repeteret partus, & illa denis mensibus materna fastidia, tot enixa mortes, tot pericula sæpe repetita, lactis alimoniam & parvulorum cibum, pressam diu corporis partem, bajulas manus, dulces susurros, informantis verba, curas, vigilias, timorem, & in omnibus etiam prosperis animum semper futura metuentem. Diceret flens, non ego filios vestros avida blanda complectar, paulò antè nimii gregis mater, nunc agens celerem vitam. Si mori mihi contigerit hodie, à quo sepeliar non habeo. Hæc omnia matris alterius, Dei ancilla non habuit: sed adamantino quodam sensu, rigidior cautibus stetit, filiis nec in pœna, nec in morte defuit, ut interirent compulit, nec doluit interiisse. Nam comprehensa cum parvulis suis Eleazari pœnam aspiciens, Hebræa lingua, cùm essent docti, simul exhortabatur dicens: O fortissimi pueri mei, ad dulce certamen, in quo & genti nostræ paremus gloriam: & nos à Deo merita æterna consequamur, ad pœnam sponte properemus, nec formidemus ô juvenes, quæ Eleazari senile corpus suscepit. Satisque in hac fragilitate duravimus, ad superiora properemus. Pater noster Abraham venerabili sermone memorandus, unicum Deo filium, cùm posceretur, obtulit: nec adhibere formidavit altari, quem vix in senectute susceperat. Et Isaac libens patris victima stetit, sciens Deo in omnibus esse serviendum. Similis quoque Danielis, ac trium puerorum causa est, mihi credite: tentamur potius quàm punimur. Quicquid enim in hoc seculo provenit, temporaneum & umbræ simile judicandum est. Hos filiis animos mater incussit: & viris mulier virilem animum effecit. Novissimè filiis singulis consumptis, admirabilis tantorum athletarum parens, in cruenta pœnarum carnificina, flexis repente genibus, corporis à Deo dissolutionem efflagitabat: non enim vivendi cupiditate, sed filiorum causa tantum tempus protraxisse. Septem igitur triumphos mater pientissima suscepit. Antiochus faucibus stridet, matrem generosam affligere jubet, tyrannicè rapitur, teneris nudatur artubus, in altum manus alligantur, sævis illiditur flagellis, læsis mœret uberibus ac flammivomæ addicta sartagini, ambustos ultro filios concomitatur in pœnas, ac oratione protensis surrectisque manibus, pro gravidis matribus fusa cœlibem effudit spiritum. Porrò cœli fulmine tremuit Epiphanes. O magistra justitiæ, filios comitata victores, ô superatrix tyrannorum, ô speculum martyrum, ô patientiæ forma non mulieribus solùm, sed viris futura, veneranda præsentibus, colenda posteris, admirationi non solùm genti nostræ futura, sed seculis. Splendoribus tuis luna succumbit: nec se, quamvis mundum impleat, cum tuis fulgoribus comparabit. Septem te clariores cœlestibus stellæ, grata luce circunstant. Si possit in picturam aliquam manus humana describere, & victorum omnium pœnarum genus in posterum ceris, ut gestum constitit, explicare, sine lacrymis nemo transiret, omnis utique multitudo conflueret, suffragarentur plurimi, & multa videretur donasse, qui in gloriam summi Dei talia stratagemata depinxisset. Et si quis sculpendi artifex, hanc figuram aspectu miserabilem sepulchro intriverit, aut ædibus illocaverit, ab omni tetra peste esset alienus, æternáque felicitate indubiè frueretur. Sed unde ullius magnitudinis saxum, quamvis tenui limula minutum opus tenens, capacitatem haberet tot pœnarum? Senex itaque Eleazarus, & hæc illustris mater, filiique septem, propter decus generis sepulchrali honore

nore decorantur. Magnus ab his omnibus cultus exhibetur, etiam alienæ sectæ homines invasit timor. In justitiæ argumentum, ut piis cordibus summa venerario insigatur, octistellium exoritur, dum angelicis manibus interemptorum funeribus ministratur. Enimvero ipse tyrannus stupore defixus, tam piæ mentis virtutem expavit. Tantum postremò assecuti sunt gratiæ, ut gentis nostræ peccata restinxerint. Exitium sequitur mox tyranni, Israël aliquando respirat. Videns namque Antiochus magnitudinem fidei mortisque contemptum, peditum sibi legiones ex Hebræorum numero congregat, per quas hostes perculit, & laudis plurimum cepit. O benedictum Abrahæ semen. Videte quantum nobis septem filiorum ac matris passio præstitit collegarum. In hac pietate durate, ut patribus pares esse possitis. Ecce totius gentis mala populíque peccata, paucorum exemit exitium. Superatíque hostibus, quos Israëlitarum manus perculit, soluta jam peccata post victoriam fuêre. Postremò autem rabie fremens, verminosóque ventre, ac squalidis fœtoribus conflictatus Antiochus, expiravit. Supplicia sequuntur extinctum. Nam cùm Hierosolymitas à lege retrahere non posset, Persis (quia poscebat necessitas) bellum indixit, ibíque quod merebatur, excepit. Nunc tandem superest, ut paucis omnia complectamur. In ipso namque agone pientissima mater ac martyr circunstantibus dicebat: Virginalem usque dum licuit pudorem tenui, castis me postea nuptiis illigavi, domum propriam non reliqui, procreavi filios non pudendos, & mariti morte perculsa, nihil ex fide perdidi: hoc & multo alio sermone vocitabat. Sed quid amplius? proponebat filiis prophetas, interfectum Abel fraternis insidiis, oblatam hostiam loco Isaac, exulem Jacob, Joseph custodia carceris occupatum, Danielis leonem, & trium puerorum incendia. Recensebat etiam eisdem Esaiæ librum qui dicit: Licet per ignem transeas, flamma te non comburet. Davidicum psalmum in quo ait: Multæ tribulationes justorum. Salomonem quoque similiter, ponentem lignum vitæ facientibus voluntatem ejus. Ezechielem etiam non omittebat dicentem: Vivent hæc ossa arida. Canticum deinde quod docuerat Moses non obliviscebatur, in quo scriptum est: Ego occidam, & ego vivere faciam, & longitudo dierum vestrorum in manibus meis. O infelix tyranne, quid tibi lebetes ardentes, quid machinæ profuerunt? quid sectæ oculorum palpebræ, detractæ etiam imis faucibus linguæ, cùm his omnibus longè pejora patiaris? Illi verò quos interficis (mihi crede) divino utuntur imperio, & de salute & de ultione securi. Nam qui pro causa salutis passi sunt: prosper illis eventus erit, cùm pater omnium Deus atque universa respiciens, sequentibus se vitam præbeat sempiternam. Hæc itaque quæ in monumentis veterum & sacris literis de divis comperi Machabæis posteritati æternum legenda consecravi.

COL-

COLLATIO LIBRI JOSEPHI
DE
MACCABÆIS
CUM CODD. MSS. PARISIENSIBUS.

Num. 18. exarato fæculo undecimo, & cum altero *Coisl.* numero 4. fcripto fæculo duodecimo. Num. 18. defignatus litt. A. num. 4. litt. B. fed C. & D. exarati funt undecimo fæculo. R. Regius Num. 1875.

A. *hunc habet titulum* Ἰωσήπου περὶ σώφρονος λογισμοῦ. B. *vero iftum* : μακκαβαίων δ΄. C. & D. *hunc titulum præferunt.* διήγησις ἰωσήπου εἰς τὸ μαρτύριον τῶν ἁγίων ϗ ἐνδόξων μακκαβαίων.

Novæ Edit. §. 1. Edit. *Gen.* vero

Pag. 1084. l. 2. εἰ αὐτοκράτωρ ἐστὶ τῶν παθῶν ὁ λογισμὸς R.
l. 4. deeft ὑμῖν R.
l. 5. deeft προθύμως R.
A l. 6. παντὶ γοῦν ὁ λόγος A
l. 7. λέγω δὴ ὅτι φρο- A
λέγω δὴ deeft in B. habent C. D. ut A
l. 7. μεγίστης ὢν ἀρετῆς C. D. R.
λεγω δ' ὅτι φρ- R.
l. 8. εἰ ἄρα A
B l. 2. ἐπιθυμίας, ἔτι ἀλλα A
ἐπιθυμίας ἔτι, ἀλλα R.
l. 3. φαίνεται, οἷον R.
l. 4. κακοηθείας τὲ ϗ C. D
κακοηθείας τε ϗ ἐπιθυμίας, ϗ τῶν τοῦ R.
l. 5. πόνου ϗ φόβου A ... deeft ἴσως R.
τε ϗ φόνων, ϗ φόβου. πῶς B
πόνου ϗ φόβου C. D. R. ......
πῶς ἴσως οὖν εἴποιεν ἂν τινες C. D
l. 7. ἀγνοίας πῶς οὐ C. D. R.
φόβου. ἴσως οὖν εἴποιεν ἂν τινες R.
l. 8. deeft τοῦ A. R.
ἑαυτοῦ παθῶν C. D. R.
C l. 1. τούτων αὐτῶν οὐχ A
l. 3. ἐπιδεῖξαι ἀπὸ τοῦ ἀνδραγ- media defunt B
l. 4. ἀποδείξαιμι A
πλέον, ἀπὸ τούτων ἀποδείξαιμι C. D. R.
l. 5. τῶν ὑπὲρ αὐτῆς ἀποθ- D
l. 6. deeft τῶν C. D. R.
l. 7. γὰρ οὗτοι ὑπὲρ τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων τοὺς ἕως θανάτου πόνους ὑπεριδόντες, ϗ ὑπὲρ τοῦ εὐσεβείας αὐτῶν τὸ ζῆν ὑπερφρονησαντες ἐπέδειξ- A
γὰρ οὗτοι ὑπὲρ τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων ἕως θανάτου πόνων καταφρονήσαντες ϗ ὑπὲρ θεοσεβείας τὸ ζῆν αὐτῶν ὑπερειδόντες ὑπέδειξαν ὅτι C. D. R. ut C. & D. præter ζῆν ἑαυτῶν
D l. 1. ἐπέστη μοι A. B
κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν B
Ib. ἐπῆσίν μοι R.
l. 3. [illegible] R.
l. 3. τῶν δ' τινῶν μακαρίσαιμ' ἂν αὐτούς. Θαυμασθέντες γὰρ οὗτοι οὐ μόνον A. ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων A. ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων B
ἂν αὐτοὺς .. θαυμασθ. γὰρ ἐκεῖνοι οὐ μόνον .... ἐπὶ τῇ ἀνδρείᾳ C. D. R.
l. 5. [illegible] C. D. R.
l. 6. αἴτιοι κατεστάθησαν τοῦ A
κατὰ ἔθνη C. κατὰ ἔθνους D.
Ib. τοῦ κατὰ τὸ θεῖναι τὴν B
l. 8. ὥστε αὐτὸν καταλῦσαι ϗ καθαιρεθῆναι τὴν πατρίδα. ἀλλὰ ϗ περὶ τοῦ νῦν αὐτίκα λέγειν ἔξεστιν ἀρξαμένῳ τὴν ὑπόθεσιν, ὅπερ εἴωθα ποιεῖν. ϗ οὕτως εἰς τὸ περὶ αὐτῶν τρέψομαι A
D l. 8. ὥστε αὐτὸν καταλῦσαι, ϗ καθαιρεθῆναι τὴν πατρίδα. ἀλλὰ ϗ περὶ τούτων αὐτίκα δὴ λέγειν &c. ut in B. R.
ὥστε καθαιρεθῆναι δι' αὐτῶν τὴν πατρίδα ἀλλὰ ϗ περὶ τούτου νῦν αὐτῇ καλεῖ λέγειν ἔξεσαι ἀρξαμένῳ τῆς ὑποθέσεως, ὅπερ εἴωθα ποιεῖν B
ὥστε καταλῦσαι ϗ καταιρεθῆναι τὴν πατρίδα. ἀλλὰ ϗ περὶ τούτων αὐτίκα δεῖ λέγειν ἔξεσιν. [ἔξεστε D.] ἀρξαμένῳ ut in B. C. D
l. ult. περὶ αὐτῶν B. R. C. D

Nov. Edit. §. 2. *Gen.* vero

Pag. 1085. l. 1. δοὺς δόξαν τῷ πανσ. Θεῷ. ζητουμένου τοίνυν τούτου εἰ δεσπ. ϗ αὐτοκράτωρ ἐστὶ τῶν παθῶν ὁ λογισμός. ϗ τί πάθος ϗ πόσαι αἱ τῶν παθῶν C. D
A l. 2. εἰ δεσπότης ϗ αὐτοκράτωρ ἐστὶ τῶν παθῶν ὁ εὐσεβὴς λογισμός. διακριν- A
R. habet ut C. & D. fed poft λογισμὸς addit, διακρινομέν τί ποτέ ἐστιν ὁ λογισμὸς, ϗ τὸ πάθος ϗ πόσαι αἱ τῶν πάθος, πόσαι δ' B
l. 3. τί δ' ἐστὶ λογισμὸς B
l. 4. εἰδέαι R.
l. 4. πάντων τούτων ἐπικρατεῖ ὁ λογ- λογισμὸς δὴ τοίνυν R. A
πάντων ἐπικρατεῖ ὁ λογισμός. λογισμὸς μὲν δὴ τοίνυν B
l. 5. deeft μὲν C. D
l. 6. τὸν τοῦ σοφίας βίον. σοφία δὴ τοίνυν ἐστὶ A
τὸν σοφίας βίον. σοφία δὴ τοίνυν ἐστὶ B
τὸν τοῦ σοφ. βίον. σοφία δέ ἐστι R.
l. 7. αὕτη δὴ τοίνυν ... παιδία, δι' ἧς ϗ τὰ A
Ib. αὕτη δέ ἐστιν C. D. R.
l. 8. ἧς ϗ τὰ θεῖα C. D. R.
l. 9. μανθάνωμεν A
B l. 1. εἰδέαι καθεστήκασι τέσσαρες, φρ. R.
ἰδέαι καθεστήκασι τέσσαρες, φρον- A. B. C. D
l. 2. δ' πασῶν ἐστὶν ἡ φρον- A
ὁ λογισμὸς A. B
κυριωτάτη δ' πασῶν ἐστὶν ἡ φρον. C. D. R.
ἧς τῶν παθῶν ὁ λογ- C. D. R.
l. 4. ϗ πόθος C
ἡδονὴ ϗ πόνος R.
l. 5. ἑκάτερον ϗ περὶ τὸ σῶμα ϗ περὶ τὴν A. C. D. R.
l. 6. ἡδονὴν ϗ περὶ τῶν πόνων εἰσίν C. D
ἡδ. ϗ περὶ τὸν πόνον ἀγαθῶν εἰσὶν R.
l. 6. ἡδονὴν ϗ τὸν πόνον ἀγαθῶν εἰσὶν ἀκόλουθοι A
ἡδονὴν ϗ τὸν πόνον εἰσὶν ἀκολουθίαι. πρὸς μὲν οὖν τὴν ἡδονὴν B
l. 7. μετὰ δ' τὴν ἡδονὴν R. C. A. D
μετὰ δ' τὴν ἡδονὴν λύπη .... τὴν πόνον χαρά. θυμὸς B
C l. 1. ἡδονῆς τε ϗ C. D. R.
ἐὰν οὖν ἐννοήθη τις ἑαυτῷ, ὅτι περιεπεσέν τῇ ἡδονῇ. ἡδονή ἐστι κακοη- C. D
l. 2. τις ὅτι αὐτῷ περιέπεσεν ἐν τῇ ἡδονῇ. ἡδονή ἐστι ϗ A
l. 2. R. habet ut C. & D. præter, ἡδονὴ δέ ἐστιν ϗ [illegible]

l. 3. πολυτροπωτάτη C. B D. πολυτρωπωτάτη A
C l. 4. R. habet καὶ τὰ μὲν τῆς ψυχῆς &c. ut in C. & D
κατὰ μὲν τῆς ψυχῆς ἀλαζονία, φιλαργυρία, καὶ φιλοδοξία, καὶ φιλονεικία καὶ βασ- A
καὶ τὰ μὲν, ψυχῆς ἀλοζονεία, καὶ φιλαργυρία, φιλοδοξία καὶ φιλονεικία καὶ βασ- B
in C. & D. erat καὶ τὰ sed in D. corr. κατὰ, postea, μὲν τῆς ψυ. ἀλαζονεία, φιλαρ. φιλοδ. φιλον. ἀπιστία, φθόνος βασκ- C. D
l. 6. καὶ μονοφαγία, καὶ λαιμαργία. καθάπερ οὖν δυεῖν τοῦ A
καὶ λαιμαργία καὶ μονοφαγία. καθάπερ οὖν τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς δυοῖν ὄντων φυτῶν B
παντοφ. λαιμαρ. μονοφ. καθ. οὖν δυοῖν C D. R.
l. 9. περικαθαίρων καὶ ἀποκνίζων, καὶ περιπλέκων, καὶ ἐπάρδων, καὶ πάντα τρόπον μετοχετεύων ἐξήμεροι τὰς τῶν παθῶν καὶ τῶν ἠθῶν ὕλας. ὁ γὰρ λογισ- A
ἀποκν. καὶ περιπλέκων καὶ ἐπ..... μετοχετεύων ἥμεροι &c. ut in Edit. C. D. ὁ γὰρ λογ. C. D. R. habet ut C. & D
περικαθαίρων τε καὶ ἀποκνίζων, καὶ περιπλέκων καὶ ἐπαρδεύων, καὶ πάντα τρόπον μεταχέων ἐξήμεροι τὰς τῶν παθῶν καὶ ἠθῶν ὕλας· ὁ γὰρ λογισ- B
D l. 3. ἐπιθεωρεῖται γὰρ πρῶτον διὰ τῶν κωλυτ- A
ἐπιθεωρεῖ δὲ τοίνυν πρῶτον διὰ τῶν κολυτ- B
ἐπιθεωρεῖ γὰρ πρῶτον διὰ τῶν κωλ- C. D. R.
l. 5. ὁ εὐσεβὴς λογισμός. σωφροσύνη δὴ τοίνυν A
ὁ λογισμός. σωφροσύνη δὴ τοίνυν B
ὁ λογ- σωφρ. τοίνυν C. D
σωφρ. δέ ἐστιν R.
l. 7. σωματικαὶ, τούτων δὲ ἀμφ- C. D. R.
l. 8. ὁ λογισμὸς ἐπικρατεῖν φαίνεται. ἐπεὶ πόθεν κινούμενοι πρὸς τὰς ἀπειρημένας τροφὰς ἀποστρεφόμεθα τὰς ἐξ αὐτῶν ἡδονάς. οὐχ ὅτι τῶν ὀρέξεων δύναται ἐπικρατεῖν ὁ λογισμός. ἐγὼ μὲν οἶμαι. A. B. R. C. & D. idem habent præter, ἐπικρατῶν φαίνεται. ἐπεὶ

Nov. Edit. §. 3. *Gen.* vero

E l. 2. βρωμάτων ἀπεχόμεθα media desunt in C. & D. & R.
l. 5. ἀνακοπτόμενα νοὸς καὶ φιμοῦνται A
νοὸς ἀνακοπτόμενα, καὶ φιμοῦται B
ὑπὸ τοῦ σωφρονισμοῦ ἀνακοπτόμενα καὶ φιμοῦται C. D
ἄγχεται γὰρ τὰ τῶν ορ. πάθη ὑπὸ τοῦ σώφρονος [νοῦ sic] ἀνακοπτόμενα καὶ φιμοῦται R.
l. 7. deest αἱ A
l. 8. τὴν τοῦ ἡδέως κάλλες C. D. R.
l. 8. ἀκυροῦνται λόγῳ. ταύτῃ A
F l. 1. ὅτι διανοίᾳ περιεκράτησε τῆς ἡδυπαθείας. νέος γὰρ ὢν καὶ ἀκμάζων R. C. D. A
ὅτι τῷ λογισμῷ διανοίᾳ περιεκράτησε &c. ut supra B
l. 3. τὸ τῶν παθῶν ὕστρον ... deest τὴν A
τὸν τῶν παθῶν οἶστρον B
τὸν οἶστρον τῶν παθῶν καὶ οὐ C. D. R.
l. 4. κρατεῖν C. D
τὴν ἐπὶ τῆς ἡδυπ. οιστ. κρατεῖν R.
l. 5. ἐπιθυμίας δεσπόζειν ἀποδείκνυται. λέγει τοίνυν ὁ A
ἐπιθυμίας δεσπόζειν ἀναδείκνυται. λέγει γὰρ ὁ C. D. R.
l. 7. οὐδὲ ὅσα τῷ πλη- R. C. A. D
οὐδὲ ὅσα τῷ πλησίον σου ἐστιν ἐπιθυμεῖν εἴρηκεν ὁ νόμος ἡμᾶς πολὺ πλέον πείσαιμ' ἂν ὑμᾶς. ὅτι τῶν ἐπιθ. κρ. δύναται ὁ B
l. 8. μηδὲ ἐπιθυμεῖν. C. D. R.
πολὺ πλέον παράσαιμ' ἂν ὑμᾶς. ὅτι τῶν ἐπιθ. κρατεῖν δύναται ὁ R. A. C. D
C. tamen habet οὐ δύναται
G l. 2. ἐπεί τίνα τις τρόπον μονοφάγος ὢν τὸ ἦθος καὶ γαστρίμαργος ἢ καὶ μέθυσος τὴν ἐπιθυμίαν μεταπαιδεύεται A
ἐπὶ τίνα τρόπον μονοφάγος τις ὢν τὸ ἦθος, καὶ γαστρίμαργος, καὶ μέθυσος μεταπαιδεύεται B
C. & D. habent ut A, nisi quod deest ἢ & τὴν ἐπιθυμίαν
R. ut C. & D
l. 3. εἰ μὴ δὴ ὅτι C
l. 4. ὁ εὐσεβὴς λογισμός. αὐτίκα γοῦν ὁ τῷ A
γοῦν ὁ τῷ C. D. R.
l. 6. erat αὐτοῦ sed corr. ἑαυτοῦ ... δεομένοις χορηγεῖν, καὶ δανείζων A
l. 6. deest καὶ C. D
τὸν ἑαυτοῦ τρόπον .... deest καὶ B
δεομένοις ἐπιχορηγῶν καὶ δαν- C. D. R.
l. ult. ἑβδομάδων εἰ ταυτὸ χρεο- A
ἑβδομάδων ἐνστάσων χρεω- B
ἑβδ. ἐνστασῶν χρεωκ- C. D
ἐνστάσων χρεοσκοπ- R.
Pag. 1086. A l. 1. φειδολόγος ᾖ, ὑπὸ τοῦ νόμου κρατεῖται διὰ τὸν λογισμὸν A. B. C. D. R.
φειδωλός τις ᾖ ... διὰ τὸν λογισμὸν C. D. A. B. R.
l. 3. μήτε ἐπιρωγολογούμενος τοὺς ἀμπελῶνας. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δ' ἐστὶν ἔργων ἐπιγνῶναι τοῦτο ὅτι τῶν παθῶν ἐστὶ ὁ λογισμὸς κρατῶν. αὐτίκα γοῦν ὁ τῷ νόμῳ πολιτευόμενος κἂν φιλάργυρός τις ᾖ, βιάζεται φιλάνθρωπος εἶναι. ὁ δὲ νόμος καὶ τῆς A
μήτε ἐπιρογολογούμενος τοὺς ἀμπελῶνας, καὶ & ut in edito B
μήτε ἐπιρωγολ. τοὺς ἀμπελῶνας καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων ἐστὶν ἐπιγν. τοῦτο ὅτι τῶν παθῶν ἐστὶν αὐτοκράτωρ ὁ λογισμός. αὐτίκα γοῦν &c. ut in A. præter ὁ γὰρ νόμος C. D
l. 3. R. habet ut C. & D. præter ὁ εὐσεβὴς λογισ-
l. 6. deest τῆς .... διὰ τὴν παραν- A
διὰ τὴν παραν- αὐτὴν ἐλέγχων B
l. 8. τῆς τῶν τεχνῶν C
B l. 2. ἐξελέγχων A
l. 3. ὅπουγε καὶ A. B
l. 4. μηδὲ δενδροτ- R.
τὰ ἡμέτερα τῶν A
Id. habebat B. sed corr. ἡμέρα.
l. 5. τὰ δὲ τῶν A. B. C. D. R.
l. 6. καὶ διὰ τῶν βιαιω-
καὶ διὰ τῶν βιαιοτ. παθῶν κρατεῖν C. D. R.
l. 7. φιλαρχίας καὶ κενοδοξίας καὶ φιλοδοξίας, καὶ ἀλαζονίας, καὶ μεγαλαυχίας· ταῦτα γὰρ πάντα κακο-... ἀποθεῖται βιάζεται δὲ ὥσπερ καὶ τὸν θυμὸν καὶ γὰρ καὶ τούτου δεσπόζει. θυμούμενος γέτοι μωσῆς κατὰ δαθὰν καὶ ἀβηρὼν οὐ θυμῷ τι κατ' αὐτῶν ἐποίησεν ἀλλὰ τῷ λογισμῷ τὸν θυμὸν διήτησεν δυνατὸς γὰρ ὁ σώφρων νοῦς ὡς ἔφην κατὰ τῶν παθῶν ἀριστεῦσαι, καὶ τὰ μὲν αὐτοῦ μεταθῆναι, τὰ δὲ ἀκυρῶσαι. ἐπεὶ διατί ... ἰακὼβ A
φιλαργυρίας καὶ κενοδοξίας καὶ ἀλαζονίας καὶ μεγαλαυχίας καὶ βασκανίας. πάντα γὰρ ταῦτα τὰ κακο- .... ἀποθεῖται, ὥσπερ καὶ τὸν θυμὸν βιάζεται cætera ut supra, iis exceptis, ἀβείρων, οὐ θυμοῦ ... καὶ τὸν θυμὸν ... αὐτῶν μεταθεῖναι τάδε καὶ ἀκυρ- B
l. 3. σικημίτας ἐθνηδὼν A. σικημίτας αἰφνηδὸν B. σικιμίτας C. D
σικημίτας ἐθν- R.
φιλαρ. καὶ κεν. καὶ ἀλαζονείας καὶ μεγ. καὶ βασκ. πάντα γὰρ ταῦτα τὰ κακ. ὁ σώφρων νοῦς εἰς ἀγαθὸν περιτρέπων βιάζεται ὥσπερ καὶ τὸν θυμὸν καὶ γὰρ τούτου &c. ut in A. excepto quod D. habet ἀβειρὼν, οὐ θυμοῦ, C. & D. αὐτῶν μεταθεῖναι C. D
R. habet ut C. & D. præter ἀβειρὼν θυμῷ τι κατ'- ut paulo post deest σώφρων, habet autem τάδε καὶ ἀκυρ.
l. 4. τῶν θυμῶν A. τῶν παθῶν B
l. 4. ἠδύνατο B. C. D. εἰ γὰρ μὴ ἠδυν- R.
l. 6. κατεσκεύασε, τὰ πάθη αὐτῷ καὶ τὰ ἤθη περιεφύτευσε, ἡνίκα δὲ ἐπὶ πάντων τὸν ἱερὸν ἡγεμόνα νοῦν διὰ τῶν αἰσθητηρίων ἐνεθρονίασεν καὶ τοῦτον A
κατεσκεύασε &c. ut supra iis exceptis. καὶ τηνικάδε ἐπὶ πάντων καὶ τὸν ... ἐνεθρόνησε καὶ τούτῳ B.
l. 6. κατεσ. τὰ πάθη αὐτοῦ περι- ἐφ. καὶ τηνικάδε ἐπὶ παν.

παν. τὸ ἱερὸν νῦν διὰ τὸ αἰσθη. ἡγεμόνα ἐνεθρόνιζεν καὶ τούτῳ C.D
R. habet ut ſupra præter, πάθη καὶ τὰ ἤθη αὐτοῦ.
D l. 1. καθ᾽ ὃ C.D
l. 2. πολιτευόμενος ὁ βασιλεὺς τῆς κτήσεως εἰς βασιλείαν σώφρονά τε, καὶ δικαίαν, καὶ ἀνδρείαν, καὶ ἀγαθὴν A
πολιτευόμενος βασιλεύσει βασιλείαν σώφρονά τε καὶ δικαίαν, καὶ ἀγαθὴν, καὶ ἀνδρείαν B
σώφρονά τε καὶ δι- &c. ut C. & D
deeſt οὖν B.R.
l. 2. σώφρονα καὶ δικ. καὶ ἀνδρείαν. πῶς οὖν C.D
l. 4. παθῶν δεσπόζει ὁ C.D
R. δεσπόζει ὁ λογ- πῶς οὖν ... πῶς λήθης R.
l. 6. ἐστι δὲ καὶ κομιδὴ B
l. 6. τοῦ ἑαυτοῦ A.B.C.D.R.
l. 7. ἐπικρατεῖν δύναται A
l. 9. deeſt ἡμῶν ἀλλὰ τὸ μὴ C.D
l. 9. ἐγκόψαι ἡμῶν, ἀλλὰ τῷ μὴ A
ἀλλὰ τὸ μὴ B.C.D
ἐκκόψαι, ἀλλὰ τὸ μὴ R.
E l. 1. παρέχεσθαι ... ἡμῶν τῆς ψυχ. ἀλλὰ τὸ μὴ δου. τῷ θυ. δυνατὸς ὁ λογ- βοηθῆσαι R.
l. 2. ἐγκόψαι ἡμῶν, ἀλλὰ τῷ θυμῷ δυνατὸν τὸν λογισμὸν βοηθῆσαι κακοηθίαν A
ἐκκόψαι ἡμῶν τῆς ψυχῆς. ἀλλὰ τῷ θυμῷ ... βοηθῆσαι κακοήθειαν τίς ὑμῶν οὐ δύναται B
l. 2. ἐκκόψαι ὑμῶν τῆς ψυχῆς ἀλλὰ τῷ μὴ δουλωθῆναι τῷ θυμῷ. δύναται ὁ λογισμὸς βοηθῆσαι. ἡμῶν κακοήθειαν C.D
l. 4. ἐγκόψαι, ἀλλὰ τῷ μὴ καμφθῆναι τῇ κακοηθίᾳ. δύναιτ᾽ ἂν ὁ λογ- A
l. 4. ἀλλὰ τῷ μὴ D
l. 6. deeſt ἐστιν C.D
ἐστι δὲ τοῦτο C.D.R.
l. 7. deeſt τοῦ ante δαυιδ. in R. A. & B. ſed eſt in C. & D
l. 8. ἡμέρας προσκαμὼν A
ἐπειδὴ γὰρ δι᾽ ὅλης τῆς ἡμέρας πολεμῶν τοὺς [τοὺς D] ἀλλοφύλους καὶ πολλοὺς ἐξ αὐτῶν ἀποκτείνας ὁ δαδ μετὰ τοῦ C.D
ἐπεὶ γὰρ δι᾽ ὅλης τῆς ἡμ. πολ. τοὺς τοὺς &c. ut in C. & D. R
F l. 1. μετὰ τοῦ A
981. B l. 2. Cap. 22. ἐπεφύκει A
982. A l. 8. Cap. 26. ἦν ἐν τοῖς A
983. A l. 4. Cap. 27. ταῦτα A
983. E l. 7. Cap. 28. ἤδη A
984. G l. 3. Cap. 29. ταῦτα τοῖς A
986. F l. 8. Cap. 31. πάλιν ἂν A

Quædam voces quarum explicato ponuntur ad Marg. MS. A.

Lib. 1.

λήμματα id est κέρδη, δῶρα.
ἐπὶ δεξιαῖς id est ἐπὶ εἰρήνην, ἐπὶ ἀγάπην
ἐνδεχελισμὸν id est συνέχειαν, πυκνότητα
τῶν ἐναγισμῶν id est τῶν θυσιῶν, ἐκ τοῦ ἁγιάζειν
κληδῶν id est μαντεία, προφητεία
τιμωρήσων id est ἀντιβοηθήσων, ἐκδικήσων
ἐθηλύνετο id est ἐχαυνοῦτο, ἐνεδίδε

FRAGMENTA JOSEPHI
COLL. CUM CODD. PARIS.
Ex Frag. de Tabern. arca &c. ex Jos. Ant. Jud. per Epitomen.

Pag. 80. D l. 8. πηχῶν
F l. 1. ἐπεὶ
Pag. 81. A l. 3. χάλκεον
l. 5. τῶν πολλῶν καταχεῖν
B l. 1. ἐγήγερται
l. 2. δέκα διεστήκει
l. 3. ὁ δ' ἄλλος
l. 4. κατελείπετο.... ὁπόσον προβαίνει τὸ
F l. 7. κατὰ δέκα
G l. 7. ἄδυτον ἦν καὶ ὡς οὐρανὸς ἀνεῖτο τῷ θεῷ καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἦν ἄβατον
l. 8. ἐπιτέτραπτο.
Pag. 82. ναὸς
l. 7. φᾶρος ὁ κατείλνυτο τῆς σκηνῆς ἄνθεσι παντοίοις .... ἐνυφασμένον, ἔσω κόσμον εἶσιν ἔμελλον
F l. 4. γίνεται δὲ κιβωτὸς τῷ θεῷ ἐκ ξύλων ἰσχυρῶν καὶ ἀσήπτων δὲ ἱερωνυμία καλεῖται κατὰ τὴν
G l. 2. καὶ τὰ ἐκτὸς περ-
l. 6. καθ' ἑκάτερον δι' ἡλίκων αὐτοῖς τῶν ἐπιμηκ. κρ. πρ. χρύσεοι δύο.
l. ult. καθ' ἑκατ. τοῖχον
Pag. 83. A l. 3. χερουβὶμ μὲν
l. 5. δέ φασι
l. 7. συμβέβηκεν
l. 8. δύο δὲ ἥμισυ κατὰ μέτωπα
D l. 4. ἐν τῷ ναῷ τετραμμένα ... ἄρτους δώδεκα
l. 8. ἔχον.
E l. 2. ἄλλοι ἐκομίζοντο ἄρτους.
l. 8. καθ' ἑλλάδα δὲ γλῶσσαν καλεῖται τάλαντα.
G l. 4. ἐπὶ δὲ καὶ ἐχ. χρυσέα ὑπερανεστῶσα
l. 6. ἵδρυται
Pag. 84. A l. 4. ἀντικρυς

Frag. Joseph. Sæc. 14. incipiens ad hac verba. ἄρδεται δ' οὗτος ὁ κῆπος &c.

Nov. Edit. Lib. 1. Ant. Cap. 11. §. 3.

Pag 5. C l 8. καὶ Φείσων μὲν σημαίνει
D l. 2. γάγγης καλούμενος
l. 3. ἐρυθρὰν ἀπίασι
l. 6. γηὼν διὰ τῆς αἰγύπτου ῥέων, δηλοῖ τὸ ... ὃν νεῖλον

Frag. 14. Sæc.

Lib. xi. Ant. Cap. 1. §. 1. & 2.

Pag 357. C l. 1. τοῦτον εἶπε
l. 5. προφητείας ἠσαίας καταλέλοιπε.

Frag. Joseph. Sæc. 10. ex cod. 8. Lib. IV de Bello Cap. VIII. §. 3.

Pag. 891. C l. 2. τὴν ἱεριχοῦν ἔςι
l. 3. πρὸς ἀρδείαν
l. 4. ναυὴ
D l. 3. ἐλισσαιε τοῦ
l. 5. ἱεριχοῦν, πλεῖστον δέ τι
l. 7. προσελθὼν
l. 8. ἀγγίον
E l. 1. μειληκτηρίους
l. 2. γονίμους τε ἀέρας δου- ... εὐθηνίαν τοῖς δ' ἐπιχωρ-
l. 8. ἐξ αὐτῆς τῆς τιμῆς ἐτρεψε
F l. 1. ὀρφανίσαν αὐτοῖς καὶ

Ex Frag. Stephani de urbibus. Sæc. 10. Cod. 27.

Δῶρος, πόλις Φοινίκης. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. μετὰ δὲ ἡ πάλαι δῶρος νῦν δὲ δῶρα καλεῖται. καὶ οὕτως Ἰώσηπος καλεῖ ἐν ε' τῆς ἰουδαικῆς ἱστορίας. ἀπὸ μὲν Ἰορδάνε μέχρι δώρων πόλεως. καὶ πάλιν· ἀζότῳ καὶ δώροις ὁριζόμενοι. καὶ ἐν ς'. εἶναί τι γύναιον ἐν πόλει δῶρα. καὶ πάλιν· ὅτε ἤνεγκεν εἰς τὴν δῶρον.

Ex Frag. Sæc. 13. fol. 166. vers. Cod. 5.

Ὅτι ὀλίγοι μὲν ἐκτείνοντο ὑπὸ τῶν πολεμίων. οἱ πλεῖους δὲ ὑπὸ τῶν συμμάχων διὰ τὸ τῇ γλώσσῃ διαφωνεῖν. φόβοι τε πολὺς ἦν καὶ φήμη πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας τῆς γεδεῶν νίκης ἀφικομένης.

Aliud Frag. Sæc. 13. fol. 244. vers. Cod. 6. idem habet præter τῆς γεδεῶνος.

Aliud Frag. Cod. Sæc. idem habet ac præcedens Cod.

COL-

COLLATIO

Concionis Agrippæ Regis, Judæos a bello cum Romanis gerendo dehortantis; quæ exstat lib. II. de Bello Jud. cap. XVI. instituta cum Cod. Lugd. Bat., qui inter varia aliorum scriptorum Excerpta, hanc quoque continebat Orationem.

Pag. Edit. Novæ 186. §. 4. sive lin. 18. καὶ εἰλικρινέστατον. abest. ἠρεμοῦσ dein ibid.
l. 19. παρῆλθον εἰς ὑμᾶς.
l. 20. ἐθάρρησα & mox δέον ποιεῖν.
l. 21. ἀκούντων πάντων.
l. 22. ὁμόνοια, ἤ.
l. 27. μεταβάλλονται, καὶ μὴ τῶν ἑτέρων.
l. 30. θορυβήσῃ μηδείς.
l. 31. μὴ π. ἤ deleto τά.
l. 32. 33. ὡρμημένοις ---- περιγίνεσιν. omnia absunt.
l. 40. τῆς προτάσεως.
l. 45. ὡς ἔτι μικρὰ τὰς πολεμῶν ὑποθέσεις.
l. 47. θερ. μὲν οὐκ ἐρ. ἢ τ. ἐ.
l. 50. ἀπελέγχεσθαι. sed superscrib. vulg. lectio.
l. 56. ἀλλ' οὐδὲ Καῖσαρ.
l. 57. ἥκη τις.

Pag. 187. l. 1. ἐπὶ τὴν ἀνατ.
l. 6. καὶ περὶ τῶν μὲν ἡμ. ἐγκ. quibus dein illa subjunguntur, καλῶς πρὸ ἀνηκέστοις συμφορὰς μεταβάλλετε καὶ παρὰ τὸ σωτήριον ἕως ἔξεσι ῥεῦσαι. νόμος γε μὴν ἔ.λεσος, καὶ παρὰ θηρῶν ἰσχυρότατος, καὶ παρὰ ἀνθρώποις, τοῖς δυνατοτέροις ὑπείκειν.
l. 7. γένητ' ἄν. ibid. ὁ ante αὐτὸς deletur.
l. 9. εἰκὸς ἔλεσθαι μετ.
l. 11. ἀλλὰ τόγε νῦν.
l. 12. 13. μὴ ἀποβαλεῖν.
l. 14. καὶ ὑπὲρ οὗ μὴ ἄρξασθαι.
l. 15. ἀνθιστάμενος, αὐθ.
l. 17. πάν τε transponitur post Ῥωμαίους.
l. 20. καὶ σωμα. καὶ χρήμασι.
l. 24. τοσοῦτον abest.
l. 26. ὑπὲρ τῆς τ Ε.
l. 31. μιᾶς νεὼς δ. π. ἢ τὴν σμικρὰν.
l. 37. αὐτῶν δεσπ. καὶ Μακ. ἐπιφανέστ.
l. 38. καὶ ante Αλεξ. abest, sed mox καὶ περιεσπείρουσιν &c.
l. 42. περὶ ἐλεύθ.
l. 46. διαλειψόμενος.
l. 47. ταῖς ἐπιβουλαῖς.
l. 48. πρὸς Αραβας; οἴεσθαι κενῶν.
l. 49. οὐ παρεῖσι ψαῦσαι.
l. 50. οὐ μετείσετα —— τὰ ὑμετ. deleto μὲν.
l. 52. τῆς οἰκ. ἀείτητος.

Pag. 188. l. 2. μεσ. καὶ μέχρι.
l. 4. ἑτέραν abest, dein ἐξήτησαν εὑρεῖν οἰκ.
l. 8. ἔσαι πάντων.
l. 13. ἢ καὶ Μακ. οἱ δικαιότεροι &c.
l. 18. καὶ τὸ Ταβρῶν φῦλον.
l. 28. ἡμετέρους.
l. 29. καὶ βαθὺ κρυμνῷ.
l. 32. Δαλμ. ἀποτεμνομένην.
l. 39. 40. ἀφορμὰς μεγάλας. dein μάλιστα delet.
l. 42. Αλπεσι.
l. 43. Πυρηναίοις.
l. ult. οἰκίαν εὐδ.

Pag. 189. l. 6. 7. στρατιώτας.
l. 10. Λουσιτανῶν καὶ κατ' ἄκρον Αρμένια, ἀλλ' οὐδὲ &c.
l. 9. Ηρακλῆος.
l. 13. Πυρηναῖα.
l. 17. ἀλκὴ μὲν γὰρ καὶ μεγέθη σωμάτων εἴδετε. videtur tamen mihi σωμάτων ex l. 20. huc influxisse.
l. 19. ἔχουσι. ἀλλ' οὗτον.
l. 21. καὶ τὴν μὲν τύχην καταφ. θαν.
l. 23. τῆς ὅρμης ὁ. ἐ. καὶ Ρωμ. absunt.
l. 24. δαμαζόμενοι, δ. μ. ἀλλῶντες.
l. 26. Βρετ. πλῆθος.
l. 28. καὶ τῆς ἄλλης καθ' ἡμ.
l. 30. οἰκοῦντες, πλ. ἐδελώσαντο.
l. 34. περιβεβλημένην δυν.
l. 37. ἢ σχεδὸν τῶν ὑφ' ἡλίῳ.
l. 39. Καρχηδόνιον.
l. 43. Μαρμαρῖται, τὸ μ. τ. ψεύδος.
l. 44. καὶ τῆς ἀκούουσι Σύρτης:
l. 49. στήλας Ηρακλείους, καὶ αἱ deleto μέχρι.
l. 51. ἐλισίων.

Pag. 190. l. 4. 5. καί τι δή.
l. 7. ὅρμος τε.
l. 8. 9. τὰς ἐπ' ἀκοσίας.
l. 10. κατηκούντων, ὡς ἐν. ἐκ τῶν.
l. 11. εἰσφορὰν τεκμήρεσθαι.
l. 12. ἀδοξῆ.
l. 15. μέν γε εἴκοσι σταδίων.
l. 16. ἐνιαυσίον.
l. 23. 24. χαλινοῦν.
l. 25. παραλείψεσθαι.
l. 28. οἴεται πρὸς ἀμύναν.
l. 33. ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ Ρωμ. οἴει.
l. 35. καὶ τοῦτο πάντη περὶ &c.
l. 36. πόλιν ἀδύνατον.
l. 38. πολέμῳ ἤτε ἀδ.
l. 40. ἀποστρέψασθε.
l. 42. ῥαδίως ἁλώσεσθαι.
l. 43. 44. τὰς ἡμετέρας συμμ.
l. 45. 46. ἐν πολέμῳ deleto τῷ.
l. 48. ποιήσασθαι τὸν ἀγῶνα.
l. 49. 50. ἐπικαλέσασθαι τ. θ. εἰς τὴν εὐυμήναν.
l. 51. εἰς αὐτῷ θερ.
l. 52. ἀνθρωπίνη βοηθ.
l. 53. ἀμφοῖν τὸν οἶκος ἀποκόπτειν, φανερὰν φανερὰν bis repetitur.

Pag. 191. l. 2. χερσίν.
l. 3. 4. ταύτην πατρίδα καταφλέξας; μαν. γ. ἔτας &c.
l. 5. κερδήσεται. sed superscr. κερδήσετε.
l. 6. ὅτε τὸ σκάφος ἐν ὅρμῳ, προσκέψασθε τ. μ.
l. 7. τὰς θυέλλας.
l. 8. 9. ἐπιπεσοῦσι —— —— πρόδηλον. Omnia absunt.
l. 12. ἡμῶν μετελάζειν.
l. 17. δεδοικότας.
l. 18. καὶ κατὰ τῶν τάς.
l. 21. ἡμῶν καταστροφ. deleto ἕνεκα.
l. 27. τῆς γε μητ.
l. 28. φείσασθαι οὖν &c.
l. 29. καὶ τὸν νόμον.
l. 30. τούτων Ρωμ. κρ.
l. 31. φησάμενοι πρ. ἤυχαρ.
l. 32. ἐγὼ ἡμῶν.
l. 42. 43. 44. 45. 46. τὰ ἔργα —— —— εἰσφοράν. Omnia absunt.
l. 47. ψυχρόν.

EXCERPTUM

Ex Institutionibus Antiq. & Histor. M. Andreæ Franckenbergeri, in Acad. Wittenberg. Professoris. edit. Wittenb. 1586.

Posteà in ea serie reponatur Flavius Josephus, cui quidam nimiùm tribuunt, nonnulli verò minorem fidem habendam esse censent. Fuit is Matthiæ filius, ex genere sacerdotum oriundus: cumque in vicibus non mediocre discrimen statuatur, inter viginti quatuor ἐφημερίδας ex prima, & quidem cum laude amplissima ortum suum traxit. Quemadmodum enim apud alias nationes aliæ nobilitatis rationes & caussæ allegantur: ita apud Judæos jus sacrorum habere, illustris originis argumentum erat. Immo verò Pontificum dignitatem pluris, quàm regiam faciebant, rati videlicet, quantò Deus antestat homini, tantò Pontificatum regno excellentiorem esse. Ideoque rex Agrippa, Judæus natus, in sua oratione apud Philonem, libro περὶ ἀρετῶν καὶ πρεσβείας πρὸς Γάϊον: pagina septingentesima vicesima quinta inquit: Γεγένημαι μὲν ὡς οἶδας Ἰουδαῖος. ἔστι δέ μοι Ἱεροσόλυμα πατρὶς, ἐν ᾗ ὁ τοῦ ὑψίστου Θεοῦ νεὼς ἅγιος ἵδρυται. Πάππων δὲ καὶ προγόνων βασιλέων ἔλαχον, ὧν οἱ πλείους ἐλέγοντο ἀρχιερεῖς, τὴν βασιλείαν τῆς ἱερωσύνης ἐν δευτέρᾳ τάξει τιθέμενοι, καὶ νομίζοντες, ὅσῳ Θεὸς ἀνθρώπων διαφέρει κατὰ τὸ κρεῖττον, τοσούτῳ καὶ βασιλείας ἀρχιερωσύνην. Neque verò id satis est Josepho, sed materna stirpe Asmonæos reges propinquitate attigit, qui aliquandiu in gente ista regnum simul & sacerdotium obtinuerunt, sicut libro decimo sexto Archæologiæ, capite undecimo testatur: ἡμεῖς δὲ καὶ γένους ὄντες ἀγχοῦ τῶν ἐξ Ἀσαμωναίων βασιλέων, καὶ διὰ τοῦτο σὺν τιμῇ τὴν ἱερωσύνην ἔχοντες &c. Sed ut minùs solliciti simus de genere & ortu, id potissimum consideremus, in quo cardo rei vertitur, quam veritatis studiosus fuerit. Ad monumenta igitur ingenii quod attinet, reliquit nobis Archæologiam viginti librorum, tanquam pedissequam veteris Testamenti, quos alii quidem Antiquitatum Judaicarum, alii verò Originum libros appellare maluerunt. In his autem Scripturam, cujus excellentem cognitionem sibi comparaverat, ex voluminibus sacris interpretatus est. Fuitque consilium laboris suscepti, ut Historiam Propheticam, instar Solis fulgore quodam claritatis tenebras cunctis scriptis humanis obducentem: ac propter simplicissimam & sincerissimam puritatem, & certitudinem exteris quoque regibus expetitam, in linguam peregrinam, & tunc omnibus ferè gentibus notam transfunderet, atque ita populi sui historiam multorum seculorum, memoriamque conservaret. Apparet etiam ex proœmio Operis, eum Pontificis Eleazari institutum, & septuaginta duorum interpretum apud Ptolemæum Philadelphum vel æmulari, vel imitari voluisse.

De Flavio Josepho, & illius nobilitate.

Josephus materna stirpe Asmonæos reges propinquitate attigit.

Josephus Scripturam ex voluminibus sacris interpretatus est.

Consilium Josephi in scribendo.

Hypothesis Archæologiæ statuatur, quòd post πανωλεθρίαν, seu universale excidium Hierosolymorum, quasi compendio gentis suæ antiquitatem, patrum priscorum mores & vitas: legis item promulgationem, reipublicæ formam, fortunæ vicissitudines, populi ad pietatem institutionem, cæterasque virtutes, & bella tot seculis suscepta comprehendere voluit. Neque illi summum studium veritatis defuit, quandoquidem à Moysis legislatoris sapientia dependens, in eadem præfatione se neque quicquam subtraxisse, neque addidisse confirmat.

Hypothesis Archæologiæ, vel Antiquitatum Judaicarum.

Non defuit Josepho summum studium veritatis.

Deinde, quòd cùm posteri Herodis Magni adhuc rerum potirentur, assentari tamen & mentiri turpe duxit: & sine ullius respectu veritatis potiùs rationem habuit. Pronunciat enim apertissimè, domum regis propter violatum Davidis sepulchrum in deterius ruere & labi cœpisse. Nam dum filius Salomon patrem magnificè sepelivit, præter alia solennia regum in funeribus, maximas & amplissimas divitias in monumentum ejus intulit, quas Herodes aliquandò adiens, satellites amisit, erumpente ex adytis flamma contra temerè progressos. Tertium indicium studii veritatis in Josepho est, quod vehementer & acriter à vero aversos, & adulationibus indulgentes reprehendit, ut Nicolaum Damascenum, Historiographum Herodis regis, qui malitiam & scelus domini sui de descensu ad Davidis sepulchrum: & crudelitatem immanem, inauditamque probè texit ac reticuit: multumque regis vivi auribus largiens, & benevolentiam captans, ea tantummodò attigit & prædicavit, quæ ad laudem & gloriam illius amplificandam pertinere videbantur, vel ut textus in fontibus Græcis, pagina quadringentesima, nonagesima nona loquitur: μόνον ἁπτόμενος τῶν πρὸς εὔκλειαν βασιλεῖ φερόντων.

Secundum indicium studii veritatis.

Tertium indicium studii veritatis.

Quamdiu autem juxta vetus Testamentum, non ut dux, sed ut comes & minister Scripturæ sacræ incedit, eique officiose subservit & ancillatur, tamdiu vestigiis Scripturæ diligenter inhæret atque insistit. Addit etiam & immiscet narrationibus religiosa quadam observatione, fidelique custodia circumstantias jucundas ex commentariis Hebræorum, quæ quidem in Bibliis non extant, & tamen eisdem non adversantur. Nam ubi Genesis capite quarto habet nude & simpliciter de Caino fratricida hæc verba: Egressus Cainus à facie Domini habitavit profugus in terra ad Orientalem plagam Eden: Josephus in secundo capite libri primi Archæologiæ isthæc longiùs, latiusque extendit, eum regiones multas cum conjuge emensum, tandem Naida condidisse: ac tantùm abfuisse, ut post castigationem Dei ad sanitatem rediret, aut ad portum pœnitentiæ salutaris sese converteret, ut etiam voluptatibus suis vel cum aliorum injuria indulgens pejor evaserit: facultatesque domesticas vi & rapinis accumulans, accitis undecunque latrociniorum & nequitiæ sociis, ferrum ipsis ad audaciam prætulerit.

Quamdiu juxta Vetus Testamentum incedit, vestigiis Scripturæ diligenter insistit.

Demonstratio de circumstantiis jucundis ex Hebræorum commentariis.

Refert præterea de filiis Caini, ejus sobolem sceleratissimam extitisse, ac posteritatem superiore deteriorem semper fuisse, ut non solùm prioris vitia certatim imitata sit, verum etiam longè superaverit. Meminit quoque Genesis strictim in fine quarti, & in quinto capite Sethi & filiorum Sethi, sed Josephus in eodem capite secundo libri primi Archæologiæ circumstantias dulces adjicit, Sethum studiis virtutis se totum tradidisse: & cùm vir optimus evasisset, ipsum quoque nepotes sui similes reliquisse, qui quandoquidem bona indole præditi erant, & patriam absque seditione incolebant, in perpetua fœlicitate vitam exegerunt, syderumque scientiam, ac cœlestium rerum cognitionem excogitaverunt. Ne autem inventa ex hominum notitia dilaberentur, ac priùs perirent, quàm pernoscerentur, scientes Adamum universalem rerum interitum præcecinisse, unum incendio, diluvio alterum, excitatis duabus columnis, in utraque sua inventa inscripserunt: ut si lateritiam diluvio deleri contingeret, lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret, & quæ inscripta continebat, spectanda exhiberet. Testatur autem ibidem, alteram ab ipsis dedicatam, suis adhuc temporibus in terra Syria reliquam fuisse. De longitu-

gitudine item vitæ, & de morte Noæ patriarchæ ſimiliter in fine noni capitis Geneſeos oratio contractior legentibus occurrit. Sed ibi rurſum Joſephus capite tertio libri primi Archæologiæ cauſſas longævitatis patriarcharum inveſtigat, & nobis ſubjicit, Deo chari cùm eſſent, ac recens illius creatura, commodioreque ad diuturnitatem victu uterentur, meritò ipſos tam annos multos vixiſſe. Denique tum propter ſtudium virtutis excolendum, tum propter utilitatem inventarum artium, ut Aſtronomiæ ac Geometriæ, conditorem illis vitam longiorem conceſſiſſe. At verò ut finem iſti collationi textuum imponamus, in octavo capite prodit, Abrahamum Ægyptiis adhuc rudibus earum diſciplinarum, Arithmeticam & Aſtronomiam benignè communicaſſe: quæ quidem artes à Chaldæis ad Ægyptios profectæ, tandem ad Græcos propter commercia gentis utriuſque & peregrinationes virorum ſapientum pervenerunt. Quapropter reliqua in hoc genere ſtudioſi pietatis & bonarum artium per ſeſe inter legendum ac conferendum accuratè, cogitateque obſervabunt. Alicubi tamen traditione ſuorum decipi, delinquere, atque in errorem induci: neceſſariorumque præteritione in ejuſmodi compendio Scripturæ ſacræ (quanquam rariùs id accidit) labi exiſtimandus eſt. Neque verò iſtud in Opere tam magno, tamque arduo & prolixo, mirum, aut ab imbecillitate humana alienum videri debeat, cùm præſertim nemo ſit tam lynceus, qui in rebus divinis nihil offendat, nuſquam incurrat. Noti ſunt etiam verſus Poëtæ ſapientis:

Joſephus cauſſas longævitatis Patriarcharum inveſtigat.

Finis collationi textuum imponitur.

Joſephus alicubi labitur, ſed rariſſimè.

Joſephus excuſatur.

> Ἔςι τὸ μὲν, χεῖρον, τὸ δ᾽ ἄμεινον γ᾽ ἔργον ἑκάςε:
> Οὐδεὶς δ᾽ ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός.

Nec non & aureoli iſti in oratione Demoſthenis περὶ ςεφάνε:

> Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐςι θεῶν, καὶ πάντα κατορθεῖν
> Ἐν βιοτῇ. μοῖραν δ᾽ ἔτι φυγεῖν ἔπορεν.

Sed hanc ob cauſam nos minimè decet, inerti quadam confuſione vera omnia cum uno atque altero errato repudiare & abjicere.

Cum circumſtantiis authores ethnicos Græcos, qui de eadem materia cum Prophetis ſcripſerunt, in medium producit, ne Biblicæ narrationes incredibiles videantur, ut de univerſali inundatione aquarum Beroſum Chaldæum, Hieronymum Ægyptium, Mnaſeam & Nicolaum Damaſcenum; de longævitate Patriarcharum, Manethonem, Beroſum, Mochum, Heſtiæum, Hieronymum Ægyptium, Heſiodum, Hecatæum, Hellanicum, Acuſilaum, Ephorum & Nicolaum Damaſcenum: de turri Babylonica Sibyllam, & de loco Sennaar in Babylonia Heſtiæum. Cæterùm ubi vetus Teſtamentum definit, reliqua gentis Judaicæ uſque ad annum decimum tertium Principatus Domitiani Cæſaris: ætatis verò ſuæ quinquageſimum ſextum in Archæologia deducit. Sic enim ſcribit libro viceſimo, capite ultimo: Κἂν τὸ θεῖον ἐπιτρέπῃ καὶ περιδρομὴν, ὑπομνήσω πάλιν, τοῦ τε πολέμου, καὶ τῶν συμβεβηκότων ἡμῖν, μέχρι τῆς νῦν ἐνεςώσης ἡμέρας, ἥτις ἐςὶ τρὶς καὶ δεκάτου μὲν ἔτους τῆς Δομετιανοῦ καίσαρος ἀρχῆς, ἐμοὶ δὲ ἀπὸ γενέσεως πεντηκοςοῦ καὶ ἕκτου. In hac autem parte poſteriore plurima complectitur longè utiliſſima, & valde neceſſaria ad Prophetarum vaticinia & Teſtamentum Novum dextrè enarrandum, quæ, quò ad mentis noſtræ cæcucientis caliginem, mirabiliter lucem nobis adferunt: & fidei Chriſtianorum infirmæ ac labenti quaſi præſidium parant, etiamſi aliàs per ſeſe Scripturæ ſacræ abſque his adminiculis conſtanter credendum eſt. Etenim ad explicationem prædictionum divinarum commemorat libro undecimo, capite primo, Cyrum poſteaquam vaticinium Eſaiæ de ſe nominatim editum cognoverit, quod tamen, ſecundum Joſephum, annis ducentis & decem ante ipſius ætatem conſcriptum fuerat, admiratum eſſe Prophetæ divinitatem, & correptum cupiditate exequendi ea, quæ legerat, Judæis permiſiſſe, ut in patriam proficiſcerentur, & urbem denuo Hieroſolymam cum templo exædificarent. Narrat quoque, vaſa aurea & argentea: Pſycteres, Thericleas, Situlas, Libatoria, Phialas: & præterea alia magna mille, quibus olim templum ſpoliaverat Nabogdonoſor, per Cyrum tunc ex Babylone remiſſa eſſe. Deinde verò libro undecimo, capite octavo ait, monſtratum eſſe Alexandro magno à Pontifice & à ſacerdotibus Hieroſolymitanis librum Danielis, prædicendo expectationem futurorum commoventis, de Pardo & Hirco caprarum, ſeu de rege Græcorum, quem ſeipſum eſſe interpretatus, multitudinem lætus dimiſit. Cumque ſequenti die vocatos ad ſe, juſſiſſet, ut quicquid vellent, peterent, non ſolùm ipſis αὐτονομίαν in cultibus, & ſeptimo quoque anno tributorum immunitatem conceſſit, verumetiam promiſit ſe curaturum, ut qui in Babylonia & Media degerent Judæi, iiſdem beneficiis fruerentur. Poſtea ad enarrationem undecimi capitis Danielis, de regibus Ægypti & Syriæ, inter quos Judæa jacens, duriſſime concuſſa & afflictata eſt, atque inprimis de Antiocho Epiphane agit, & de Maccabæis pro cultu Dei propugnantibus, ex quorum familia reges orti ſunt: donec libro decimo quarto, capite octavo, Cn. Pompejus Hieroſolymis expugnatis Ariſtobulum Romam avectum in triumpho duxit. Etenim ut vaticinio Jacobi Patriarchæ Geneſis quadrageſimo nono ſatisfieret, jugum tunc graviſſimum, & malorum omnium civilium extremum, ſervitus in libertate educatis impendere cœpit. Nam etiamſi revera ſceptrum eſt ablatum, quando Herodes συνέδριον, ſeu brachium regni ſuſtulit: tamen Pompeji tempore initium ſervitutis eſt factum, cùm Judæi ſubjecti Romanorum imperio regionem de Syris bello captam reddere, ac brevi tempore plùs quàm decem talentorum millia victoribus pendere coacti ſunt: præterquam quòd regnum, quo priùs Pontifices cohoneſtabantur, ad plebejos homines tranſlatum eſt, quemadmodum idem author illuſtris teſtatur verbis ſequentibus: τήν τε γὰρ ἐλευθερίαν ἀπεβάλομεθα, καὶ ὑπήκοοι ῥωμαίων κατέςημεν. καὶ τὴν χώραν ἣν τοῖς ὅπλοις ἐκτησάμεθα τοὺς σύρους ἀφελόμενοι, ταύτην ἠναγκάσθημεν ἀποδοῦναι τοῖς σύροις. καὶ προσέτι πλείω ἢ μυρία τάλαντα ῥωμαῖοι ἐν βραχεῖ χρόνῳ παρ᾽ ἡμῶν εἰσεπράξαντο. καὶ βασιλεία ἡ πρότερον τοῖς κατὰ γένος ἀρχιερεῦσι διδομένη τιμὴ, δημοτικῶν ἀνδρῶν ἐγένετο. Præterea Teſtamento novo ſubſervit & ancillatur Flavius Joſephus libro decimo quarto, capite viceſimo quinto cum aliquot ſequentibus, ut de Herode Magno, rege Judææ, qui ἐξ ἰδιώτου editus, largitionibus & amicitiis ad ſummum honoris gradum aſſcendit: rex declaratus Romæ, C. Domitio Calvino iterum & C. Aſinio Pollione Conſulibus: ſed vir in omnes ex æquo crudelis, iræ ſervus, juris dominus, fortuna autem propitia uſus. ἀνὴρ ὠμὸς μὲν εἰς πάντας ὁμοίως, καὶ ὀργῆς μὲν ἥσσων. κρείσσων δὲ τοῦ δικαίου. Quanquam enim tam populo, quàm ſuis propter impietatem, ſævitiamque inviſus, in multa & magna pericula incidit: tamen præter omnium expectationem ſemper fœliciter evaſit, donec libro decimo ſeptimo, capite octavo, morbi genere prorſus tragico & fœdiſſimo correptus eſt. Reliquit autem moriens, libro decimo ſeptimo, capite decimo, filios tres, Archelaum, Herodem Antipam, & Philippum, quorum primo pater in diſtributione regnum largitur: Herodem verò Antipam Galilææ ſimul ac Perææ tetrarcham conſtituit: & Gaulaniten, Trachonitin, Batanæam & Paneada regiones Philippo aſſignat. Sed Cæſar Auguſtus li-

Cum circumſtantiis authores ethnicos producit, qui de eadem materia cum Prophetis ſcripſerunt.

Ubi vetus Teſtamentum deſinit, reliqua uſque ad annum decimum tertium Domitiani Cæſaris deducit.

Joſephus conducit ad vaticinia Prophetarum enarranda.

Demonſtratio à vaticinio de Cyro.

Vaticinium de Alexandro Magno, & circumſtantiæ ex Joſepho.

Conducit ad enarrationem undecimi capitis Danielis.

Quando revera ſceptrum de Juda ablatum.

Joſephus Teſtamento Novo ſubſervit & ancillatur.

De Herode Magno, rege Judææ.

De filiis Herodis Magni, Archelao, Herode Antipa & Philippo.

libro decimo septimo, capite decimo tertio, in confirmatione testamenti regnum in duas partes divisit, quarum alteram, continentem Idumæam, Judæam & Samariam cum Ethnarchiæ appellatione Archelao commisit, regnum quoque pollicitus, quamprimùm ille se tali honore dignum redderet. Herodi vero Antipæ transamnanam regionem cum Galilæa attribuit. Philippo Batanæa, Trachonitis, Auranitis cum parte quadam Zenodori domus obtigit. Porrò libro decimo octavo, capite primo agitur de Cyrenio viro consulari, & de æstimatione facultatum, propter quam Judas Galilæus cum Sadduco Pharisæo populum ad defectionem sollicitavit. Et ibidem capite secundo, quemadmodum & libro secundo περὶ ἁλώσεως, capite septimo, de sectis tribus, Pharisæorum, Sadducæorum atque Essenorum pertractat, quæ in senecta gentis Judaicæ inter tot bella & permixtiones ethnicorum natæ erant. Sed multò jucundissimum est, quod capite quarto, libri ejusdem meminit Iesu Servatoris nostri verbis sequentibus: Fuit eisdem temporibus Iesus, sapiens vir, si tamen virum eum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector, & doctor hominum eorum, qui libenter, quæ vera sunt, audiunt. Et multos quidem Judæorum, multos etiam ex gentibus sibi adjunxit, Christus hic erat. Hunc accusatione primorum nostræ gentis virorum, cùm Pilatus in crucem agendum esse decrevisset, non deseruerunt hi, qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertia die iterum vivus, secundum quod divinitus inspirati prophetæ vel hæc vel alia de eo innumera futura esse prædixerant. Sed & in hodiernum diem Christianorum, qui ab ipso nuncupati sunt, & nomen perseverat & genus: γίνεται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων. καὶ πολλοὺς μὲν ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο. ὁ χριστὸς οὗτος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἵγε πρῶτον ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. εἴς τε νῦν τῶν χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.

De Cyrenio & facultatum æstimatione. *De tribus sectis.* *De Jesu Servatore nostro.* *Pagina 552. in Græco exemplari.*

Ne autem hîc longiùs provehamur, & prolixitas nauseam & fastidium pariat, non dicemus nunc plura de Pontio Pilato, libro decimo octavo Archæologiæ, capite quarto, & de Johanne antecursore Domini: de quo Machærunte cæso confirmat, per vindictam & ultionem justam à Deo immissam, à quibusdam existimari, exercitum Herodis concisum esse, ut is pœnas Baptistæ innocenti penderet: neque de martyrio Jacobi, fratris Domini, Episcopi Hierosolymitani, & aliis plurimis, maximè frugiferis & fructuosis, quæ unicuique privato studio & diligentia pervolvenda sunt.

Præcisio de usu Archæologiæ in novo Testamento.

In libris περὶ ἁλώσεως, seu de Bello Judaico eum cuivis Græcorum & Latinorum Historicorum, quò ad fidem historiæ, opponere non vereamur. Nam præterquam quòd eventus vaticinio Servatoris, Matthæi vicesimo tertio & vicesimo quarto: Marci decimo tertio: Lucæ decimo nono & vicesimo primo exactissimè respondet, veritatem solam, tanquam prudens, syncerus & gravis rerum gestarum pronunciator, sibi scopum instituto Operi propositum habuit, ut merito suo in ordine primo reponi debeat. Cumque postulet lex historiæ, ne quid falsi dicere audeat, & ne quid veri non audeat: ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua simultatis: hanc ipsam maximo studio, summaque cura & religione observavit, ne quid vel per ignorantiam negligeret, vel per gratiam commutaret, aut prætermitteret. Deinde, quandoquidem in hoc cardo rei vertitur, in isto bello Dux Galilæorum fuit, quamdiu defendendi facultas erat, & omnibus non solùm interfuit, verumetiam magna ex parte præfuit: αὐτουργὸς καὶ αὐτόπτης τῶν πράξεων, adjutor, administrator & spectator: eumque ab hostibus Romanis vinctum, ac paulò pòst ex singulari imperatorum benevolentia solutum, nihil eorum, quæ gererentur, latere potuit. Etenim tum Romanorum exercitus quotidie intuens, universa diligenter pro ingenii sui finibus contexuit, tum ea, quæ vel à transfugis, vel à dedititiis, aut vi captis nunciabantur, integriùs ac penitiùs considerans atque intelligens, accutissimè secundum seriem temporum disposuit. Quinetiam Vespasiano & Tito filio imperii Romani gubernationem prædixit.

De libris περὶ ἁλώσεως, seu de Bello Judaico quid sentiendum sit. *Veritatem solam habuit scopum instituto Operi propositum.* *In Bello Judaico Dux Galilæorum fuit, αὐτουργὸς καὶ αὐτόπτης τῶν πράξεων.* *Suidas.*

Indicium verò mentis benè sibi consciæ est, quod libros περὶ ἁλώσεως ipsis imperatoribus, liberè, incorruptè atque integrè judicantibus sine ullo metu exhibuit, cùm adhuc recens id bellum penè in hominum oculis versaretur, quorum alter è solis istis rerum earum notitiam peti voluit, & sua manu subscriptos in Bibliotheca publicari jussit. Multis etiam Romanorum, qui unà pugnaverant, obtulit, & plurimis suorum, Græca eruditione imbutorum, ut Julio Archelao, Herodi & Agrippæ regi vænum dedit. Sed audiamus ipsum authorem pagina sexcentesima, quinquagesima prima, sic in vita sua modestissimè descripta, loquentem: οὐ μὴν ἐγώ σοι τὸν αὐτὸν τρόπον, περὶ τῆς ἐμαυτοῦ γραφῆς ἔδεισα. ἀλλ' αὐτοῖς ἐπέδωκα τοῖς αὐτοκράτορσι τὰ βιβλία, μόνον οὐ τῶν ἔργων ἔτι βλεπομένων. συνῄδειν γὰρ ἐμαυτῷ τετηρηκότι τὴν τῆς ἀληθείας παράδοσιν, ἐφ' ᾗ μαρτυρίας τεύξεσθαι προσδοκήσας οὐ διήμαρτον. καὶ ἄλλοις δὲ πολλοῖς εὐθὺς ἐπέδωκα τὴν ἱστορίαν, ὧν ἔνιοι καὶ παρατετεύχεισαν πολέμῳ, καθάπερ βασιλεὺς ἀγρίππας καί τινες αὐτοῦ τῶν συγγενῶν. Imponit autem colophonem controversiæ una inter sexaginta duas epistolas Agrippæ regis, in hanc sententiam scripta: βασιλεὺς ἀγρίππας ἰωσήπῳ τῷ φιλτάτῳ χαίρειν. ἥδιστα διῆλθον τὴν βίβλον. καί μοι πολὺ ἐπιμελέστερον ἔδοξας τῶν ταῦτα συγγραψάντων ἠκριβωκέναι. πέμπε δέ μοι καὶ τὰς λοιπάς. ἔρρωσο φίλτατε.

Indicium mentis benè sibi consciæ in Josepho.

PORRO secundum τεκμήριον veritatis judicetur, quòd accerrimè reprehendit ἐκ τῶν ἀκροαμάτων, vel ex levi auditione impudenter acta belli quoquo modo consuentes, cùm non ad ista loca pervenissent, ac ne quidem solo natali, vel limine potiùs pedem extulissent.

Secundum τεκμήριον veritatis.

Libri duo περὶ ἀρχαιότητος aut ut habet titulus Latinus, contra Apionem confecti, pro vetustate & honore gentis Judaicæ propugnant, & Josepho summæ ac solidæ doctrinæ in disciplinis Græcorum testimonium perhibent.

De libris duobus περὶ ἀρχαιότητος.

Quantùm verò ad characterem & stylum attinet, præparatoriam ac dispensato opere, Græcæ elocutioni Romæ usu operam & studium navavit. Sed oratio plùs virium & nervorum, quàm fucorum continet: atque eo ipso, quòd non calamistris inuritur, ornata est. Author quoque pro sua modestia in primo contra Apionem Græcis gentilibus non solùm splendorem majorem dictionis & phraseos, verumetiam δεινότητα concedit: λόγων ἕνεκα, καὶ ἐν τούτοις δεινότητος δεῖ παραχωρεῖν ἡμᾶς τοῖς συγγραφεῦσι τοῖς ἑλληνικοῖς. Tametsi non est expers ornamentorum omnis generis, quantùm in hac imbecillitate videre atque respicere possumus, sed iisdem planè refertus esse deprehenditur. Quam quidem ob caussam Divus Hieronymus decorans eum laude eloquentiæ, Græcum Livium vocare non dubitat.

De stylo & charactere Josephi in lingua Græca. *Pagina 918.* *Non est expers ornamentorum omnis generis.*

Inprimis verò censoris, vel arbitri honorarii munus & partes Photius Patriarcha Byzantinus susci-

Judicium Photii Patriarchæ.

cipere queat, qui judicat, hiſtoriam Græcam Joſephi omnes elegantiæ flores, omnia eloquentiæ lumina habere, & mira orationis claritate ſplendeſcere: rerum copia, ſententiarumque varietate abundare: in qua omnia ornate narrentur, & regiones aut pugnæ admirabiliter deſcribantur: & conciones, adhortationeſque prudenter & graviſſime interponantur. *Virtuti premia propoſita ſunt.* Pro tanto labore ſcribendi & difficultatibus, quas exorbuit, ob ingenii gloriam Romæ ſtatuam promeruit. Et præter Euſebium Pamphili, divinarum, humanarumque literarum peritiſſimum, libro tertio, capite nono Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Sozomenus Salaminius libro primo, capite primo, eundem hoc elogio, brevi quidem, ſed ſynceriſſimo ornat: *Sozomenus Salaminius vehementer laudat Joſephum.* Ἰώσηπος ὁ ματθίου, ἀνὴρ παρά τε ἰουδαίοις, καὶ ῥωμαίοις ἐπιδοξότατος γενόμενος, ἀξιόχρεως ἂν εἴη τῆς περὶ θεοῦ ἀληθείας: Joſephus Matthiæ filius, vir cum apud Judæos, tum apud Romanos glorioſiſſimus, fide dignus veritatis de Deo teſtis eſt. Excuſa ſunt Opera ejus Græca Baſileæ in officina Frobeniana, anno milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo quarto, in folio, typis ſpectabilibus, majuſculis & perquam elegantibus. *Ubi opera illius Græca excuſa ſint.*

CAROLI DAUBUZ
PRESBYTERI & A. M.
PRO
TESTIMONIO
FLAVII JOSEPHI
DE
IESU CHRISTO
LIBRI DUO:
Quorum priore de variâ ejus fortunâ usuque, necnon Auctoris consilio in eo conscribendo pertractatur; posteriore vero ex stylo ac dicendi modo & sensu, ejus veritas comprobatur.

Cum Præfatione

JOANNIS ERNESTI GRABE.

VENERABILI AC REVERENDO
VIRO

HENRICO JAMES,

SS. THEOLOGIÆ IN ACADEMIA CANTAB.
PROFESSORI REGIO,

IBIDEMQUE

COLLEGII REGINÆ PRÆSIDENTI,

NEC NON

IN UTRAQUE ECCLESIA METROPOLITICA
PRÆBENDARIO,

PATRONO SUO PLURIMUM
COLENDO,

Hanc ſuam TESTIMONII FLAVIANI Defenſionem grati animi ergo

D. D.
CAROLUS DAUBUZ.

BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

JOANNES ERNESTUS GRABE.

IAM pridem ab *Irenæo* [a] bene observatum est, quòd Iesum vivum atque præsentem omnes tam *amici*, quàm *inimici*, ipsique Dæmones, Christum atque Dei Filium confessi fuerint, quódque testimonium non modò cœlitus acceperit *a Patre*, *a Spiritu*, *& ab Angelis*, sed & in terrâ *ab hominibus*, *& ab apostaticis Spiritibus*, *ab erroneis*, *& ab inimico.* Τοῦτο γὰρ τῆς εὐμηχάνου τοῦ Θεοῦ σοφίας, ὅταν καὶ τοὺς ἐχθροὺς τῆς ἀληθείας αὐτοὺς μάρτυρας ποιεῖ γενέσθαι τῆς ἀληθείας. *Est enim hoc omnipotentis sapientiæ Dei opus*, *ut inimici veritatis fiant ipsi testes veritatis*, prout *Joannes Chrysostomus* ait Homil. 57. in Genesin, hanc ibidem rationem insinuans, quòd adversariorum testimonia πολὺ τὸ ἀξιόπιστον habeant. Sed neque sine singulari Divini Numinis providentiâ factum videtur, ut Servatori nostro jam defuncto atque absenti luculentum testimonium perhibuerit præcipuus gentis Judaicæ, ipsi adversæ, Scriptor, ac unicus, quo superstite fruimur, Historicus, *Flavius Josephus* [b]. Equidem haud mirandum, eum in Archæologiâ, quâ res in populo Israelitico gestas narrat, aliquam Iesu Nazareni mentionem fecisse, imò mirum foret, ni fecisset; siquidem munere suo malè defunctus fuisset, si personam dictis factisque tam celebrem, ac res tanti momenti prorsus silentio præteriisset: adeo ut vel exinde testimonii istius in dubium vocati γνησιότης probari queat. Quòd verò Iesum & eximiæ sapientiæ, & insignium miraculorum ab ipso patratorum laude ornaverit, eumque ultra communem hominum sortem evexerit, nec non ejus è morte ad vitam reditum, à discipulis, quibus vivus apparuit, assertum memoraverit, id sane non absque divino nutu vel instinctu factum puto. Decreverat nimirum Deus Pater istum Filio suo conciliare honorem, quem hic Ecclesiæ suæ pollicitus est, Apocalyps. 3. 9. *Ecce dabo de Synagogâ Satanæ*, *qui dicunt se Judæos esse*, *& non sunt*, *sed mentiuntur; ecce faciam illos ut veniant & adorent ante pedes tuos*, *& scient quia ego dilexi te.* Hinc paulo post ascensionem Christi in cœlos non solùm plebis Judaicæ aliquot millia, sed & Sacerdotum plurimi fidem in Iesum susceperunt, Act. 6. 7. donec tempore aliquantum procedente, numerus credentium in multas myriadas excrevit, Act. 21. 20. licet iidem antiquæ, ac à novo Legislatore antiquatæ Legis adhucdum tenaces essent, indeque Gentilibus ad Christum conversis, Mosaica autem statuta negligentibus, sese haud jungerent, vel alias ob causas integram atque publicam cum Ecclesiâ communionem detrectarent. Atqui his accensendum puto *Josephum*, de Iesu Nazareno scilicet, nec non Joanne Baptistâ hujus præcursore, ac Jacobo Apostolo sectatore bene sentientem; saltem non ausum, illius nomen, cujus tot egregia ac divinæ sapientiæ plena dicta, totque miracula, divinæ virtutis signa, memoriæ prodita essent, à plurimis fide recepta, à nullo autem falsitatis convicta, cum reliqua occæcatorum Judæorum turba rejicere; præsertim cum videret, credentes in eum, ipso defuncto, superstites ac in fide constantes mansisse, quin majori indies numero auctos, frémente licet præpotenti Judæorum ac Ethnicorum adversariorum turba, per tot annorum seriem durâsse. Hinc enim divinum id opus esse colligebat, *Gamaliëlis*, celeberrimi Legis Doctoris ratiocinium, Act. 5. 39. bene secutus. Quod autem ad Christianæ Ecclesiæ sacra, aut prorsus non, aut non palam, accesserit, id nimio Mosaicæ Legis atque Pharisaicæ Sectæ studio, vel Politicis, quas vocant, rationibus adscribendum videtur. Extorsit tamen ei vis veritatis amplum hoc charissimi Servatoris nostri elogium; quod qui adeo pertinaciter rejiciunt, nec nisi à Christiano publicè professo proficisci potuisse contendunt, næ isti, multùm vereor, ratiociniis suis inducti inficias quoque irent, ab adversis Spiritibus Christo dictum: *Quid nobis & tibi*, *Iesu fili Dei!* Matth. 9. 29. aut a Centurione & iis, qui cum eo erant, exclamatum: *Verè filius Dei erat iste!* Matth. 27. 54. aut titulum cruci Domini à Pilato inscriptum: *Iesus Nazarenus Rex Judæorum*, Joan. 19. 19. Ista, inquam, mira sane, pari ratione negarent, aut in dubium vocarent Viri eruditi, nisi fides sacrorum Evangeliorum auctoritati debitè habita istud vetaret. Unde eos probe perpendere velim, divinâ providentiâ res humanas sæpenumero ita gubernari, ut qui cæteroqui sunt prudentissimi, rebusque suis optimè consulentes, tamen quædam dicto scriptove proferant, aut facto exequantur, institutis suis parum congrua, imò prorsus adversa, ubi ad Dei gloriam hominumque commodum conducere videantur: quamvis controversa Judaici Scriptoris pericopa nihil contineat, quod non à tali, qualem fuisse *Flavium* antea dixi, proferri potuerit.

Nec volo, nec possum quicquam amplius aut melius pro hoc *Josephi* de Christo dicere Testimonio, quàm quidem dictum est ab eruditissimo Auctore Tractatus jam in lucem prodeuntis: quem cùm primùm legissem manuscriptum, totus totus quidem, maximè vero pars posterior mirificè mihi placuit, utpote quâ modò dictam periocham verbis phrasibusque *Mathatiadæ* aut propriis, aut valde familiaribus, ejusque more compositis constare luculenter probatum, ac hoc ipso egregium Iesu Christi elogium ita confirmatum est, ut jam de eo vix dubitandum, saltem id non tanquam manifestè spurium sit rejiciendum; prout a doctis quibusdam, in *Galliâ* præsertim, viris factum videmus. Unde oportunè accidit, ex eadem natione prodiisse quempiam, qui hunc Judaici scriptoris fœtum fortiùs propugnaverit, quàm quidem ab aliis oppugnatus est, ejusque genuinum parentem ex nativâ similitudine, adeoque firmiori, quàm hactenus allatum fuit, argumento probaverit. Quis enim sibi persuadere queat, duobus proximis à *Josepho* seculis, quo valde rara erat inter Christianos ars Critica, quemquam illius libros adeo studiosè atque accuratè perlegisse, ut eandem scribendi formam ad vivum exprimere, & supposititium fœtum *Flaviana* veste induere potuerit? imò quemnam priscorum Christianorum diversam aliquantùm posteriorum Archæologiæ Judaicæ librorum phrasin à stylo, quo priores exarati sunt, ita solerter di-

[a] Lib. 4. cap. 14. [b] Lib. 18. cap. 4.

distinxisse putes, ut hoc evitato, illi se totum accommodârit? Incredibile sanè, verbi gratiâ, ab impostore observatam sub medium operis sæpius occurrentem formulam, κατ' ἐκεῖνον vel τοῦτον τὸν καιρὸν, propiùs autem ad finem iterumque usurpatam aliam, κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον· quò repudiatâ priori adhiberet posteriorem, hancque de Christo περικοπὴν iisdem inchoaret verbis: γίνεται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον· & sic in cæteris, quæ Auctor noster pro eo, quo pollet, ingenio animadvertit. Cui major idcirco debetur laus, quòd primus internum hoc, ab ipsius Josephi stylo petitum argumentum in se susceperit, ac major ei gratia habenda, quòd non sine magno labore idem plenissimè executus sit, sicque rem omnibus Christum amantibus gratam fecerit. Licet enim ipse *testimonium ab hominibus non accipiat*, Joan. 5. 34. neque illud dignitatem ejus augere queat; nobis tamen tale non potest non esse acceptum, ac robur fidei nostræ addere. *Illa est enim vera & sine contradictione probatio, quæ etiam ab adversariis ipsis singula* (lege *sigilla*) *testificationis præfert*, ut *Irenæus* loco antedicto ait: cujus verbis ut præfationis hujus initium, ita & finem facere placet.

LECTORI SALUTEM.

SI quisquam est alius in quem Defensio Testimonii Flaviani competat, is certè ego sum: qui olim nimis inconsultò abreptus, ac partes accusatorum secutus, iniquissimè de hoc Testimonio senserim; quos necdum perspexissem id magis conjecturarum acumine ac solertiâ, quam rationum pondere damnâsse. At verò cum sedula scriptorum Flavii Josephi lectio, hujusque fortunarum consideratio mihi planissimè demonstraverit, non modò potuisse Flavium de Iesu nostro Servatore benè sentire, sed & istud ipsum scripsisse, quod nunc præ manibus habemus Testimonium; id quod priùs damnabam ipse, nunc pro virili defendere statui, quod verissimum esse reperissem.

Hinc itaque jam video, atque mirari desino, cur ferè solenne sit iis, quibus aliquid quacunque de causa displicuerit, quamque plerumque vix audeant fateri, alias plurimasque prætexere causas, tametsi non multum illis aliàs ipsi fidem haberent; sed tunc acriùs urgere, quòd suis consiliis quodammodo favere videantur. Has qui rem aliter spectant, varias & inutiles potiùs esse deprehendunt, atque Censorum regulas non esse omni ex parte veras, sed pro lubitu ac necessitate tantum susceptas & mutabiles confitentur. Facetè igitur, neque tamen minùs verè, Vir quidam doctus, cui cum altero etiam satis docto non leves intercesserant altercationes: Ego dum, *inquit*, iræ fuerant inter nos, nihil quod ille scriberet, rectum putabam; nunc autem ex quo redacti sumus in gratiam, mutata sunt etiam consilia: nihil in ejus scriptis culpandum video: ipsumque agnosco Scriptorem esse venustum & politum. *Idem quoque profectò Testimonio accidit Flaviano. Qui id amant, aut saltem non oderunt, nihil in eo vident vitiosum: qui verò secus, omnia reprehendunt: & illa ipsa quæ maximis essent laudibus efferenda, damnant.*

Nam quale est illud argumentum Tanaquilli Fabri decantatissimum a stylo Testimonii petitum? quod cùm ipse tam evidens esse crediderit, ut nulla probatione egeret, ego tamen falsissimum esse repperi, & inde pro Testimonio firmissimum comparavi. Et tamen huic adeo commentum placebat, aliisque qui id non diligentiùs quam ipse Faber consideraverant, ut hoc solo totum Testimonium penitùs posse confici crederent. Certè huic argumento male consultum est a Fabro, cùm ne minimam quidem ejus probationem addiderit ipse, neque alii pòst attulerint; cui probando omnes ingenii vires conferre debuissent. Non sic egerunt qui olim & nunc de stylo cujusquam Scriptoris judicare voluerunt. Solent ii saltem aliquam suæ opinionis rationem producere. Sic nempe Antonius Riccobonus M. T. Ciceronis Consolationem oppugnavit; sic defendit Car. Sigonius: & alii quoque alia. Solius est Tan. Fabri ac ejus sequacium, tam insolenter se efferre, & pro imperio nobiscum agere, ac postulare, ut quod ipsis usque placet, nos indictâ causâ, neque dum satis probatâ, ideoque sine ratione rectum putemus.

Quamobrem licet argumentum meum à stylo petitum satis sit validum, præsertim eo quo illud produxi modo, ad confirmandam præstantissimi hujus Testimonii veritatem contra omnes omnium cavillationes, aliasque magis subtilitate quam pondere atque auctoritate pollentes conjecturas, quæ nihili sunt præ ipsis Josephi verbis; cùm ista sint totidem monumenta ab ipso auctore indita, prout à quovis verum esse reperietur, qui eo animo ut probet, atque eâ diligentiâ, quam ego adhibui, omnia Josephi scripta perscrutabitur: quoniam tamen iste veternus adeo nostri seculi hominibus insedit, & multi quamvis ferè ignari scriptorum, styli generisque dicendi Josepho proprii, tam audacter de Testimonio judicant, & simulata auctoritate pronunciant, ideo rationes eorum, seu potius nudas conjecturas, debilesque captiunculas, quibus hi adducuntur ut Josephi negent esse hoc Testimonium, confutare statui, omnes pedetentim secutus.

Historiam itaque Testimonii ejusque fortunæ primùm conscripsi eo modo, ut simul etiam omnia quæ in illam congruenter referri poterant objecta dimoverim. Multi enim non solùm quid ego super hac re dicere possim, scire cupient; sed & quid olim alii de hoc Testimonio senserint. Quod cum pro virili, & ad fastidium usque fortasse aliorum fecerim, statim quoque inde reperisse puto, qui factum sit, ut cùm omnes scriptores constaret, tum Græcos tum etiam Ecclesiæ Latinæ Patres, in eâ fuisse sententiâ, certum esse hoc Flavii Josephi Testimonium, exorirentur tamen quidam nuperi homines, qui accuratiùs isthæc quàm veteres illi, quanquam antiquissimi, tractare pertenderent. Nam cùm hæc dubia primùm sint mota, ubi Christiani recentioris ævi animos ad legendum Judæorum recentiorum libros appulerunt, deque Flavio Josepho, ejusque de Christo sententia judicarent ex istorum placitis; hinc est, ut quod isti Judæi improbant, illis quoque Josephus minùs probâsse videatur. Sed quam longè Judæi recentiores à Josephi mente plurimis in rebus recedant, & à multis est aliàs ostensum, & à me quoque non leviter est pensitatum. Quapropter non quid Judæi sentiant hodierni, sed quid Josephus in eâ quâ fuit conditione collocatus, sentire debuit de Iesu Christo, examinavi. Quo quidem examine contrarium eorum quæ isti ex Josephi conditione eruebant, comperi: ut si ne quidem stylus tam clarè à nostris partibus esset, ac nunc stare à me demonstratum est, attamen ipsum Testimonium verum esse videretur. Atque hæc quidem primo libro sunt contenta discussaque. Altero verò libro ipsum Testimonium aggressus, de ejus stylo fusè dissero; planissimam cum reliquis Flavii scriptis comparationem instituo, sensum eruo atque explico, reliquas adversariorum rationes primo libro prætermissas diluo ac confuto; exemplis controversas Testimonii sententias illustro atque comprobo. Sic igitur tandem, licèt hoc Testimonium à multis Josepho sit extortum quâ vi quâve injuriâ, cùm verò rei furtivæ, vel quæ vi, quanquam istis jure ablata videatur,

deatur, non competat usucapio; curavi ut Josephus proprio eo tanquam auctor & pater potiretur. Hancque recuperationem hisce duobus libris satis, ut puto, effectam dedi.

Deinde hisce non inutile Auctarium præmisi, ipsum scilicet Flavii Josephi Testimonium de Christo, cum omnibus variis lectionibus atque priscis versionibus, quas undique corradere potui, & ad rem meam conferre posse cogitavi. Cæterum ut apertè profitear per quos profecerim, & grati animi me officium explevisse demonstrem, non mihi hac in parte defuit Josephus Vassius Cantabrigiensis, ut est aliàs in his rebus diligentissimus, imprimis verò nostri studiosus, primusque auctor & impulsor, ut ne Flavii Testimonium injuriâ contemptum desererem. Denique quantum Johanni Ernesto Grabe Viro clarissimo debeam, ipse per te, Lector benevole, videre potes. Is enim, cum studia Theologica undique promovere quærat, suis laboribus non contentus, etiam alienis est adjumento, quantum potest. Hinc est quod hujus defensionis libros non modò prælo committendos procuraverit, sed etiam ipse perpoliverit, & amplissimo, quod vides, illustraverit suffragio.

FLAVII JOSEPHI TESTIMONIUM DE IESU CHRISTO

EX ARCHÆOLOGIÆ JUDAICÆ LIB. XVIII. CAP. IV.

Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνήρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή· ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων, καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο. ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν· καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἵγε πρῶτον ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων· εἰς τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένον οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.

Descripta sunt hæc verba ex editione Græco-Latina, edita Coloniæ Allobrogum Anno Christi 1634. ad Codices MSS. Bibliothecæ Palatinæ emendata; quibus operæ pretium est ut etiam addantur variæ Lectiones e Codice MS. Chartaceo, antiquo, ab Augerio Busbequio olim Constantinopoli comparato, & in Bibliotheca Cæsarea reposito: in cujus folio 254. extat hoc testimonium, productum a Lambecio Tomo VIII Bibliothecæ Vindobonensis; & aliæ quædam lectiones, quas quidam Græci Scriptores exhibent, ubi citant hoc testimonium.

Γίνεται δέ.] MS. Cæsar. γίνεται δή· Est autem δὴ μεταβατικόν, ut sit verborum sensus, *Fuit porro circa hoc tempus*, &c. Sic Lambecius; sed de hoc infra.

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον.] Eusebius in Demonstr. Euangel. & Isidorus Pelus. legunt κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. Cedrenus, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον.

Ἰησοῦς.] Euseb. in Historia Eccles. Ἰησοῦς τις.

Σοφὸς ἀνήρ.] Nicephorus Callistus, ἀνὴρ σοφός.

Εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή.] Niceph. λέγειν αὐτὸν χρή. sed Cedrenus αὐτὸν ἐχρῆν.

Τῶν ἡδονῇ.] MS. Cæsar. Euseb. Hist. Eccl. Zonaras. τῶν σὺν ἡδονῇ· sed in Euseb. in Demonstr. Evang. omittuntur. Cedren. legit ἐν ἡδονῇ.

Δεχομένων.] Euseb. in Demonstr. Evang. σεβομένων.

Ἰουδαίους.] Euseb. Hist. Eccles. Nicephor. Suidas, τῶν Ἰουδαίων. Euseb. in Demonstr. Evang. τοῦ ἰουδαϊκοῦ.

Καὶ Ἑλληνικούς.] MS. Cæsar. Isidor. Pelus. Suid. Zonar. καὶ τοῦ ἑλληνικοῦ. Euseb. Hist. Eccles. καὶ ἀπὸ τοῦ ἑλληνικοῦ. Editio Froben. & Euseb. Dem. Evang. καὶ ἑλληνικοῦ. Niceph. καὶ ἀπὸ τοῦ ἑλληνισμοῦ. Cedrenus vero hæc & sequentia sic legit; sed ut videtur, παραφράζων his verbis: πολλοὺς γὰρ καὶ ἀπὸ ἑλλήνων ἠγάγετο Χριστὸς, ὃν Πιλάτου σταυρώσαντος οὐκ ἐπαύσαντο κηρύσσοντες περὶ αὐτοῦ· οἱ δὲ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες μαθηταί. E quibus patet, Cedrenum non secus atque alios legisse in testimonio hæc verba, ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν· contra quam quidam existimavit.

Αὐτόν.] Euseb. Demonstr. Evangel. αὐτῶν ἐνδείξει.

Τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν.] Euseb. Dem. τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχόντων.

Ἐπαύσαντο.] Euseb. Hist. Eccles. ἐξεπαύσαντο.

Οἵγε πρῶτον.] Euseb. Hist. Eccles. & Demonstr. Zonar. Niceph. Isidor. οἱ τὸ πρῶτον. & MS. Cæs. cum Suida.

Ἀγαπήσαντες.] MS. Cæs. Euseb. Hist. Eccles. Niceph. Suid. Cedren. legunt, αὐτὸν ἀγαπήσαντες.

Ἔχων.] Euseb. Demonstrat. Evangel. omittit hanc vocem.

Ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ.] MS. Cæs. Euseb. Hist. Eccl. & Demonstr. Zonaras, ταῦτά τε καὶ ἄλλα, &c. Isidor. ταῦτά τε περὶ αὐτοῦ καὶ ἄλλα. Cedrenus, ταῦτα καὶ ἄλλα μαρτυρησάντων περὶ αὐτοῦ θαυμάσια καὶ εἰρηκότων. Niceph. ταῦτα καὶ ἄλλα περὶ αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων. MS. Cæs. & Zonar. περὶ αὐτοῦ θαυμάσια.

Θαυμάσια.] Suidas, θαυμαστά. Euseb. Dem. Evang. omittit.

Εἰς τε νῦν.] Euseb. Dem. ὅθεν εἰς ἔτι νῦν. MS. Cæs. Euseb. Hist. Eccles. Niceph. Zonar. εἰς ἔτι τε νῦν. Isidor. ἴδε τοίνυν τῶν χρ. Suid. εἰς τε νῦν τὸ τῶν χριστιανῶν. Euseb. Demonstr. ἀπὸ τοῦδε τῶν χρ. οὐκ ἐπέλιπε.

Ὠνομασμένων. Euseb. Dem. omittit. Suidas, ὠνομασμένον, ut & Hermias Sozomenus in sua paraphrasi, quæ alias cum vulgata consentit.

Οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.] Isidor. οὐκ ἐξέλιπε τὸ φῦλον. Suidas, οὐκ ἀπελείπετο φῦλον.

D. HIERONYMI
V E R S I O
Ex ejus Libro
DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

[a] EOdem tempore fuit Iesus [b] Vir Sapiens, si [c] tamen virum eum oportet dicere. Erat [d] enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum, qui libenter vera suscipiunt: plurimos quoque tam de Judæis quam de Gentibus sui habuit Sectatores, & credebatur [e] esse Christus. Cumque invidia nostrorum Principum, cruci eum Pilatus addixisset, nihilominus qui eum [f] primùm dilexerant, [g] perseverârunt: Apparuit [h] enim eis tertia die vivens, multa [i] & hæc & alia mirabilia, carminibus Prophetarum de eo vaticinantibus; & usque hodie [k] Christianorum gens ab hoc [l] sortita vocabulum non defecit.

Variæ Lectiones e Codice MS. Bibliothecæ Noribergensis & Freculpho Episcopo Lexoviensi, Tom. II. Chron. Lib. II. cap. 5.

a Freculph. *Eo.* *b* Freculph. *Sapiens Vir.* MS. Nor. omittit *Vir.* *c* quidam Codices omittunt *tamen.* *d* Frec. *autem.* *e* MS. Nor. etiam habet; sed Frec. id omittit. *f* Frec. omittit *primum.* *g* MS. Nor. *perseverârunt in fide*; Freculph. *perseverârunt in eo.* *h* MS. Nor. & Frec. *autem.* *i* MS. Nor. & Frec. non legunt, *&c.* *k* Frec. hoc omittit. *l* Frec. *Vocabulum sortitæ.*

EXCERPTUM vel PARAPHRASIS
B. AMBROSII † EPISCOPI

Quæ in ejus Translatione ex JOSEPHO *reperitur, subque ementito* HEGESIPPI *nomine vulgata est, Lib. II. Cap. 12.*

QUod fuerit illo in tempore Vir Sapiens, (de Christo nempe loquitur) si tamen oportet, inquit, virum dici, mirabilium [a] patratorem operum, qui apparuerit discipulis suis post triduum mortis suæ vivens [b] iterum secundum prophetarum scripta, [c] qui & hæc & alia innumerabilia de eo plena miraculis prophetaverunt: ex quo cœpit congregatio Christianorum & in omne hominum [d] penetrare genus; nec ulla natio Romani orbis [e] remanserit quæ cultus ejus expers relinqueretur. *Paulo post:* Ita mente devius fuit, ut nec sermonibus suis crederet, sed locutus est propter historiæ suæ fidem, quia fallere nefas putabat; non credidit propter duritiem cordis, &c. Plus addit testimonio, quod nec incredulus & invitus negavit.

† Ut hos de excidio Judæorum Libros D. *Ambrosio* tribuamus, facit Codex MS. in Biblioth. Cantabrigiensi in quo statim fini Libri I. subjecta est hæc Scribæ nota: *Beatissimi Ambrosii Episcopi translatio ex Josepho Liber primus explicit.* Visum est idem quoque aliis. Variæ Lectiones sunt hæ.

a Creatorem. *b* omittitur *iterum.* *c qui hæc.* *d penetravit.* *e remansit.*

VERSIO ANTIQUA ARCHÆOLOGIÆ JUDAICÆ PER
M. AUR. CASSIODORUM
Senatorem V. C. procurata.

Hoc testimonium sic exhibetur in duobus antiquis Bibliothecæ Cæsareæ Codicibus MSS. membranaceis, inter Codices MS. Theologicos Latinos 4970 & inter Historicos primo.

[a] FUit autem hisdem temporibus Iesus, Sapiens Vir, [b] si tamen Virum eum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum [c] effector, & doctor [d] omnium eorum hominum qui audiunt libenter quæ vera sunt, [e] & multos quidem Judæorum, multos etiam ex Gentibus sibi adjunxit. [f] Christus hic erat. Hunc accusatione primorum nostræ gentis [g] virorum, cum Pilatus in [h] crucem agendum decrevisset, non deseruerunt [i] hi, qui ab initio eum [k] dilexerant. Apparuit enim eis [l] tertia die iterum vivus, secundum [m] quod divinitus inspirati prophetæ, vel hæc vel alia de eo innumera miracula [n] futura esse prædixerant. Sed & in hodiernum Christianorum, qui ab ipso nuncupati sunt, & nomen perseverat & genus.

Utcunque versio ista non sit Ruffini, certum tamen est, istum interpretem Ruffini versionem hic consuluisse & descripsisse. Ita enim consentiunt ut nihil supra. Quapropter Codicibus Cæsaris potius quam Vossii & antiquæ editioni quoad omissiones standum esse videtur; præsertim cum nullus codex Græcus his faveat. Addo & aliud argumentum. Vetus interpres Cassiodori amicus habuit proculdubio Sozomeni Historiam; at vero Sozomenus hæc omnia legit, suntque ex eo in Hist. Tripartitam translata. Vidit itaque interpres iste hæc verba, non modo in Græcis Josephi Codicibus, sed & in illis Sozomeni, haud secus ac in Ruffini versione, quam descripsit. Adjiciam itaque, ut hoc pateat, non solum Ruffini versionem & Sozomeni excerptum, sed & ipsam excerpti versionem per Epiphanium concinnatam.

Variæ lectiones ex antiquissima Editione, quæ cum annum non exhibeat, typorum tamen inventionem propemodum æquare videtur, ac Vincentio Bellovacensi, Lib. 7. pag. 229. ut & Codice MS. antiquissimo Isaaci Vossii, ante VIII sæcula exarato.

a Vincent. Bellov. *Fuit his temporibus.* *b* V. B. *si eum virum nominare.* sed Cod. MS. Voss. hæc omittit, & mox legit, *Hic erat mirabilium operum effector.* Quin etiam innuit Vossius sic alia quoque, quæ consuluit exemplaria exhibere. *c* V. B. patrator. *d* Ed. Ant. omittit, *omnium*, & V. B. hoc & sequens, *hominum.* Edit. Ant. legit, *hominum eorum qui libenter quæ vera sunt, audiunt.* *e* V. B. *multosque sibi Judæorum, & multos adjunxit ex Gentilibus.* *f* Omnes sic legunt præter editionem antiquam, quæ prorsus omittit hæc verba: *Christus hic erat.* *g* V. B. omittit, *virorum.* *h* V. B. *cruce erigendum decrevisset.* Ed. Ant. *crucem agendum esse decrevisset.* *i* V. B. *eum hi.* *k* Edit. Ant. *dilexerunt.* *l* Ed. Ant. *tertio.* V. B. *iterum tertia die.* Petrus Comestor. Hist. Evang. legit, *apparuit enim his iterum vivus.* *m* Ed. Ant. *quæ.* sed V. B. omittit, *divinitus.* *n* V. B. *de ipso futura prædixerant. Sed & usque in hod. diem Chr. qui ab eo dicti sunt, perseverat & nomen & genus.*

V E R S I O
RUFFINI AQGILEIENSIS

Ex ejus Versione Eusebii Historiæ Eccles. per Beatum Rhenanum edita, desumpta.

FUit autem iisdem temporibus Iesus Sapiens Vir, si tamen Virum eum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector, doctorque hominum eorum qui libenter quæ vera sunt audiunt. Et multos quidem Judæorum, multos etiam ex Gentilibus sibi adjunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorum nostræ gentis virorum, cum Pilatus in crucem agendum esse decrevisset, non deseruerunt hi, qui ab initio eum dilexerant. Apparuit enim eis tertio die iterum vivus, secundum quod divinitus inspirati prophetæ vel hæc vel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerant. Sed & in hodienum diem Christianorum, qui ab ipso nuncupati sunt, & nomen perseverat & genus.

EXCERPTUM vel PARAPHRASIS
HERMIÆ SOZOMENI
Histor. Ecclesiast. Lib. I. Cap. I.

ΚΑὶ Ἰώσηππος δὲ ὁ Ματθίου ὁ ἱερεὺς, ἀνὴρ παρά τε Ἰουδαίοις καὶ Ῥωμαίοις ἐπιδοξότατος γενόμενος, ἀξιόχρεως ἂν εἴη μάρτυς τῆς περὶ θεοῦ ἀληθείας· ἄνδρα μὲν γὰρ αὐτὸν ἀποκαλεῖν ὀκνεῖ, ὡς παραδόξων ἔργων ποιητὴν, καὶ διδάσκαλον λόγων ἀληθῶν. Χριστὸν δὲ περιφανῶς ὀνομάζει, καὶ

καὶ τῷ σταυρῷ καταδικασθῆναι, καὶ τριταῖον ζῶντα φανῆναι. καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ προειρηκότας τοῖς θείοις προφήταις οὐκ ἀγνοεῖ. πολλοὺς δὲ ὄντας οὓς ἐπηγάγετο Ἕλληνάς τε καὶ Ἰουδαίους διαμεῖναι ἀγαπῶντας αὐτὸν μαρτυρεῖ, καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ ὠνομασμένον μὴ ἐπιλεῖψαι φῦλον.

VERSIO HUJUS EXCERPTI PER EPIPHANIUM SCHOLASTICUM EX HISTORIA TRIPARTITA.

JOsephus autem Matathiæ filius atque Sacerdos, vir apud Judæos nobilissimus, nec non & apud Romanos, dignissimus erit testis de veritate Christi. Vocare namque eum virum non audet, tanquam factorem insignium operum, magistrumque sermonum veracium: Christum vero aperte nominat, & pœnæ crucis adjudicatum, & tertia die apparuisse vivum, & alia infinita miracula de eo a prophetis sanctis non ignorat esse prædicta. Sed het etiam multos tunc extitisse, quos elegit Græcos atque Judæos, & in ejus permanere dilectione, atque gentem ab eo nominatam nequaquam defuisse testatur.

EXCERPTUM. MICHAELIS GLYCÆ

Annalium, Par. III. pag. 234.

TOTE δὴ, τότε Φίλων ὁ σοφὸς καὶ Ἰώσηππος ἤκμαζεν· οὗτος δὴ φιλαληθὴς ἐλέγετο, διά γε τὸ τὸν βαπτιστὴν τοῦ Κυρίου ἐπαινεῖν, καὶ διὰ τὸ τὸν Χριστὸν ὁμοίως ἄνδρα σοφὸν μαρτυρεῖν, καὶ μεγάλων σημείων ἐργάτην, σταυρωθέντα δὲ ζῶντα φανῆναι μετὰ τρίτην ἡμέραν.

ELOGIUM ABRAH. WHELOCI.

TOllatur e medio potius, atque penitus è mundo, Flavius Josephus, quam ut illam à Christiana Ecclesia gemmam, illam intelligo περιοχὴν, tolli patiamur.

EX ISAACI VOSSII

Lib. de Sibyllin. Oracul. Cap. xi.

PRofecto nullos religio Christiana infensiores habet hostes, quam ipsos Christianos; cum vix ullum apud antiquos de Christo aut vaticinium, aut testimonium invenias, quod non complures etiam doctissimi viri labefactare, aut etiam penitus evertere fuerint conati.

PRO TESTIMONIO FLAVII JOSEPHI DE IESU CHRISTO

LIBER PRIMUS.

SÆPE sum miratus, cum animo versarer, quî factum ut quædam scripta, quæ a Viris afflatu divino aliquando, sæpiusque fortasse, inspiratis, Apostolorumque nomine claris sunt confecta, in Ecclesia tamen velut ipsa divinitus inspirata nunquam reciperentur: cum alia quædam scripta, de quibus eorumque auctoribus, & olim & nunc est dubitatum, in fidei tamen regulam sint recepta, & quasi ex hostibus recuperata. Hinc videre licet, etiam optimorum auctorum libros sua quoque non secus ac profanorum habere fata. Qui hoc dubium etiam ante nos moverunt, ut hinc se expediant, ad genuinam solent confugere difficultatem solvendi tollendive rationem. Prima ex recepta in Ecclesia Christiana consuetudine ducitur; tantum scilicet in stabilienda divinorum scriptorum auctoritate Ecclesiæ consensum ac testimonium valere, ut sine illis ne quidem optima recipi, ut inde fidem nostram possimus statuminare, mereantur. Altera ratio est eorum qui, interna quoque, & ex ipsis eruta scriptis argumenta accersunt, qualia sunt vel dicendi genus, vel rerum scriptarum pondus cum divino lumine & majestate conjunctum, quibus probi homines, quique unitatem amant & appetunt, ad illa pro divinis admittenda moveantur.

Tametsi testimonium Flavianum neque fuerit, neque sit unquam inter divina scripta referendum, cùm tamen in illo conscribendo, aliquid, non humano consilio, sed prope divinitus datum esse videatur, non secus ac in ejus conservatione; cumque invitis quamplurimorum doctorum conatibus, longe tamen a pluribus defendatur, utque genuinum habeatur: ad ejus defensionem quam in me jam suscepi, maxime pertinere videtur, si quemadmodum illi, qui scripta divina genuina esse probant, has rationes sequuntur; sic etiam ego eundem rationum ordinem consequar in isto Flavii Josephi testimonio recuperando. Neque mihi quisquam posthac dicam scribat, quod libros Josephi cum Sacris Scripturis hac ratione quodammodo contulerim. Nam siquis recte perpendat, quantum intersit fidei Christianæ, ut eventus vaticiniorum Iesu Christi adversus Judæos probe intelligatur; nullus dubito, quin statim mecum sentiat, quandoquidem nemo melius calamitates cladesque Judæorum exponat quam Josephus, a quo ceu fonte, quicquid est scriptorum inter Christianos qui de his verba faciunt, sua omnia mutuo accepisse con-

constat, quapropter non sine divino consilio, quod nos partim providentiam divinam, partim vero afflatum, vocare solemus, cautum esse videtur, ut Josephi scripta non tantum ederentur, sed & accurate per omnia Ecclesiæ sæcula conservarentur, ut quædam minora fidei, veritatisque monumenta.

At vero cum Flavii hujus testimonium de Christo, quod inter cætera ejus scripta quadantenus eminet, ideoque a multis, neque immerito ut egregia quædam gemma spectatur; utque fieri solet, cum diversa plerumque sint hominum studia, sic altera parte non desint qui id non minus vili pendant, eorum rationes cum mihi displiceant, statui mecum, hoc pro fide Christianâ non leve argumentum stabilire, & ab injuriis adversariorum tutari, idque eo modo ac ratione, quibus solent sacros defendere codices. Hac itaque oratione quicquid ad Ecclesiæ doctorumve consensum, variamque hujus testimonii fortunam spectare videtur, edisseram; & de usu testimonii defensionisque necessitate, ac in quanta, si verum, apud nos auctoritate sit habendum, denique, de Auctoris fortuna consilioque dicam; altera vero, ex ipso dicendi genere, totius orationis tenore, modoque conscribendi, & sententia, adeo Josephi esse proprium ostendam, ut ne quidem ad quenquam alium pertinere possit.

PARS PRIMA, LIBRI I.

De Varia Testimonii FLAVIANI *fortuna.*

1. PRimum quod est mihi pertractandum, est Ecclesiæ doctorumve consensus, in testimonio Flaviano tum citando, tum etiam comprobando. Atque hic universo consensu, ex quo primum usu venit aut necessitate, ut citari cœperit, semper & agnitum & lectum est hoc testimonium: necessitas enim hujus usum introduxit, ut frustra sint qui expectaverint citari testimonium eo tempore, quo vel nulla erat ejus necessitas, neque tum satis scriptorum Josephi usus apud posteros ei scriptori auctoritatem conciliaverat. Ut ut vero hæc sunt, non solum apud gravissimos auctores, per omnia fere sæcula, sed & in omnibus tum Græcis tum Latine versis codicibus, constantissime perlegitur, attestantibus quoque ipsis adversariis.

2. Eusebius Pamphili, Cæsariensis, primus est, quantum scimus, qui citaverit; in cujus scriptis non semel hoc testimonium legitur. Eum autem ducentis non amplius, post ætatem Josephi annis floruisse certum est, eoque tempore vixisse, quo passim in Bibliothecis occurrebant scripta Josephi. Jam tum enim Christiani, non amplius Cæsarum furorem pertimescentes, summa Constantini gratia, per orbem invitis æmulis, dominabantur, & Episcopi, rerum potiti, studia sua cum fructu exequi poterant. Ideoque ipsis ad omnes Bibliothecas erat accessus. Duobus hic locis testimonium citavit: Demonstrationis Euangelicæ Libro tertio, capite quinto; deinde Historiæ Ecclesiasticæ libro primo, capite decimo: ubi sane hoc testimonium sic producitur, ut non longe a vulgata Codicum Archæologiæ lectione recessisse videatur: Adeoque audacter proferuntur utrobique verba testimonii, ut omnino Eusebium bona fide egisse compareat; adeo, ut illum vel dolo, vel negligentia, aliquid immutâsse ne nos quidem cogitare patiatur: tantum abest, ut aliquid fraudis subesse sit suspicandum.

3. Verumtamen adversus hoc Eusebii, viri gravissimi testimonium insurgunt multi, ut eum minus fidelem in citandis testimoniis, vel minus cautum in exhibendis probent. Sed & exortus est aliquis, qui asserat, hanc esse ipsius Eusebii imposturam. Quo quidem judicio ego nihil audacius, ne quid dicam de temeritate, unquam vidi. Tria igitur, ut memini, Eusebio super hac re objiciuntur. Primum est, Eusebium, ut cæteros quoque Patres, bene factum existimâsse, si adjutum irent cœlestem figmentis suis veritatem. Sed ego nullam iniquiorem istâc unquam vidi suspicionem. Fuerunt hoc sæculo & superiore homines, qui cum se horum Patrum auctoritate premi in quibusdam viderent, ut hic se illico expedirent, omnibus ingenii viribus sunt conati, Patrum istorum auctoritatem levare. Licet autem multa primis istis sæculis sint conficta Euangelia, Actus Apostolici, Apocalypses, & similia; ausim tamen dicere, neminem in Ecclesia Catholica Patrem vel Episcopum fuisse, qui his opem tulerit vel fingendo, vel diu etiam comprobando. Omnia ista erant ab hæreticis obtruia, utpote quorum fæces atque pravitatem sententiasque redolerent. Quo factum est, ut jam sæpius ab Ecclesiæ Catholicæ Patribus rejecta, fere penitus exoluerint. Non mea est hæc sed perantiqua querela, & observatio, eo tempore facta, quo has fraudes D. Blondellus valuisse potissimum profitetur. Qui hac de fraude queritur est Hegesippus, cujus verba excerpsit Eusebius, quasi ad suam olim prævidisset defensionem profutura: καὶ περὶ τῶν λεγομένων δὲ ἀποκρύφων διαλαμβάνων, ἐπὶ τῶν αὐτοῦ χρόνων πρός τινων αἱρετικῶν ἀναπεπλάσθαί τινα τούτων ἱστορεῖ. Non decet itaque fraudes hæreticas patribus istis objicere, quasi religionem Christianam mendaciis stabilire voluissent. Falli potuisse Patres facile concedimus; sed fallere quenquam voluisse religionis ergo, id fortiter pernegamus. Causam Sibyllinorum aliorumque monumentorum, quæ damnavit Blondellus, hîc agere non deerevimus, neque Hermetis Trismegisti scriptorum; quamvis quædam partes eorum ante natum Christum pervulgatæ fuisse videntur, ut etiam satis essent aptæ ad juvandum religionis causam, cum ostendant de Messia illo plurimorum expectationem, & de religionis Christianæ veritate sententiam; antequam Messias ille hujus religionis auctor nasceretur.

4. Alterum illud crimen quod Eusebio objiciunt, inde natum est, quod quibusdam parum fidus in citandis auctoribus, ipsoque nominatim Josepho, cujus res hîc præsertim agitur, esse videatur. Hoc ut probent, aliquot, duos scilicet aut tres, ex illo producunt locos, ubi non satis bene capit mentem Josephi; qualis est ille, ubi de vocibus in Templo auditis ante urbis excidium, Josephus loquitur; quod cum Eusebius, & post eum Hieronymus minus caute dicant post Iesu Christi passionem accidisse, (licet hoc etiam sit verum,) quidam tamen nimis urgent, & inclementer interpretantur Eusebii verba, quasi ille dixisset: has voces in Templo fuisse auditas die ipso Pentecostes, proxime passionem sequenti. Nam Eusebio sufficit, si hæc paucis post Christi mortem annis acciderint, ut ostendat quod erat ipsi comprobandum, Templi nempe Judæorum vastationem, Iesu Christi neci fuisse subsecutam. Alios quoque locos profert Tanaq. Faber, de Therapeutis Philonis, & de Carnificina puerorum Bethlemi, & denique de censu sub Cyrenio, in quibus Eusebius non satis recte verba Josephi capit. Sed quid hoc quæso ad rem vestram? Si ea verba quæ citat Eusebius in Josephi scriptis non extarent, vestra hæc oratio aliquid haberet ponderis: sed cum hoc solum crimen Eusebii fuerit; quod ista verba non sint ejus ad quam illa produxerat probatio; si quid commisit, peccavit errando, humanum est. An ergo ea omnia quæ ille citavit perverse, dum sensum eorum male in-

intelligeret pro spuriis sunt habenda? Quid hoc est argumenti? In his hærere quemquam pudet sane pigetque. Certe Dallæus, quem testimonio Flaviano non valde amicum fuisse constat, in alia controversia, Ignatiana scilicet, ut auctoritatem Eusebii qua se premi sentiebat elevaret, noluit hoc uti argumento; *& ad alia ejusdem scriptoris loca excurrere & exempla aliorum σφαλμάτων conquirere, in quæ ille fatentibus eruditis incidit* [a]. Nunquam quidem hoc facturus, si quidquam ad causam suam pollere credidisset. Aliud enim est sensum auctoris male capere, aliud verba supponere, quæ ille nunquam locutus est aut scripsit.

5. Ad tertium illud crimen jam venio, Eusebium hanc periocham in scripta Josephi intrusisse; quod si verum non fuerit, malitiam quandam summa cum temeritate in accusatore prodet. Quo crimine ut Eusebium alliget T. Faber accusator, tantum abest ut aliquod judicium habuerit, ut ne quidem levissima Eusebium accusandi suspicio vel ratio subsit, neque ipse quicquam protulit accusator: Sed cum stultus & temerarius sit Eusebius, teste Fabro, in citandis quibusdam testimoniis, ideo sibi videri hunc esse hujus fraudis auctorem. Mirari subsit mihi perpendenti quale demum sit eorum judicium, qui de fraudis hujus auctore pronunciant, antequam ullam fraudem inesse constet. Siccine quenquam esse adeo præcipitis judicii, ut de rei qualitate loquatur, priusquam de rei existentia certam habeat cognitionem? siccine jura sinunt ut reus quis agatur antequam crimen ullum commissum esse cognoscatur? licet enim Tan. Faber de hac re ita sit locutus, ut neminem amplius dubitare sinat, adeo firmis rem istam se credidit fuisse rationibus consecutum: at vero nondum satis rem in plano constituit, ut non multi gravissimi Viri etiam post illum scriberent, atque fraudem inesse huic testimonio pernegarent.

6. Ego vero, uti spero, eam orationem de periocha ista sum habiturus, quæ inviti consensum accusatoris extorqueat; licet autem in altera parte de fraudis hujus auctore falso suspecto verba sim facturus, attamen quia necesse est ut Eusebio, quem primum esse qui citaverit videmus, sua constet auctoritas, quædam in antecessum de hoc crimine dicam. Quapropter verbis Henrici Valesii Tanaq. Fabrum percontabor; *Cui bono id Eusebius confingere voluisset? An ex testimonio Josephi pendebat divinitas Christi? Annon Eusebii ætate libri Antiquitatum Josephi in omnibus Bibliothecis visebantur; quibus prolatis facillimum fuisset Eusebii fraudem convincere* [b]? Quasi non fuerint tunc temporis multi Gentiles, apud quos etiam extarent Josephi scripta. In conscribenda Historia sua usus est Eusebius Libris ex Hierosolymitana Bibliotheca, ut ipse fatetur, desumptis. Vides igitur quot & quantas regiones peragraverit iste Codex Archæologiæ Josephi, antequam in illa Bibliothecâ Româ delatus deponeretur? idcirco frequentia hujus fuisse exemplaria verum est. Hunc itaque scriptorem, Romæ statuam ob ingenii gloriam meritum, cujus libri in Bibliotheca publica repositi sunt, ab ipso Imperatore Tito subscripti, ne fraus subesset, quisquam ausus esset interpolare? denique ut nullus sit dubitandi locus, infra probabimus habuisse alios alibi scriptores Josephi historiarum codices, in quibus hoc extaret testimonium, quod etiam alterius accusatoris, Blondelli, conjecturam, sæculo nempe Christianismi secundo hanc fraudem, quam inter pias numerat, fuisse confictam, penitus destruit.

7. Sed quid verbis opus est? laterem fortasse lavo, dum studeo Eusebii crimina falso objecta diluere: nam licet inculpabilis esset, *ejus tamen testimonium, utpote hominis ducentis annis* Josepho *recentioris, nullum vim habere*, erunt fortasse, qui Dallæi exemplo prætendent. Nemo enim adhuc hoc objecit, contentus Eusebii auctoritatem destruxisse reliquis argumentis, quæ Dallæus sequi noluit in controversia Ignatiana. Nequis itaque dilutis criminibus, auctoritatem Eusebii in posterum cupiat convellere, isto quem proposuit modo Dallæus; erit operæ pretium, ut hac quoque parte eum restituam in quem meretur locum. Quid ergo spectatis o boni! ut vobis producam auctores Eusebio antiquiores, cum nulla his esset necessitas ad Josephum provocandi? nemo ante Eusebium negabat extitisse Christum, cujus adhuc tum erat recens memoria, supererantque tum nativitatis, tum passionis ejus publica monumenta, ad quæ tum provocare & poterant, & solebant, Christiani Patres, ubi primum de ejus existentia dubitari cœptum est, ibi sufficit, ut producat Eusebius, quæ hoc dubium ab hominum mentibus auferre possent. Sed id genus argumenti, quo negant, quemquam post cujusquam scriptoris mortem de ejus scriptis liquido testari posse, quale demum vocabimus? An ergo non vera sunt quæ protulit Eusebius auctorum loca, licet nemo præter eum horum meminerit? cum cætera omnia sibi invicem satis accurate respondeant; veritas rei scriptæ, Codicum fides locique citati; quid jam quæso objicimus, nullam esse auctoritatem citantis si modo annis post ducentis vixerit? Non enim quæritur an Eusebius viderit Josephum scribentem; tum enim nihil esset hujus testimonium longe post alterum nati; qua sola suppositione nititur objectio; sed id quæritur: utrum Eusebius hoc testimonium in Archæologiæ quos tum vidit codicibus, legerit? Quæ cum ita sint, an ergo non sufficit Eusebii auctoritas, ut probet, hoc testimonium in sui ævi codicibus lectum fuisse? nihil amplius opto. Hoc si concedant, aliunde veritatem testimonii probabo, ut ipsi adversarii id tandem aliquando verum esse fateantur. Hactenus quidem de Eusebii auctoritate, quæ hoc testimonium firmat, satis est hoc loco dictum, quæ mea quidem sententia satis ad firmandam hujus periochæ auctoritatem valeret.

8. Huic tempore proximus est D. Hieronymus, qui laudat testimonium Flavianum. Quæ duo autem in hoc negotio plurimum pollent; vir erat doctissimus, censor acutus, & fere inculpabilis, quodque magis pro nobis facit, Judæorum Magistris addictior quam par est. Attamen in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, cum posuisset Josephum, ejus etiam testimonium de Christo exhibet sine ulla suspicionis notâ: quod utique nunquam fecisset, nisi vel genuinum esse credidisset, vel etiam in suis codicibus legisset. Græcos Archæologiæ Judaicæ codices habuisse constat, & ex A. Cassiodori libro de divinis lectionibus discimus; tradit enim, Hieronymum de vertendis illis in linguam Latinam cogitâsse, sed operis magnitudine deterritum, mutavisse sententiam. Ergo cum nondum versa essent Josephi scripta, ipse suam hujus periochæ versionem dare coactus est. Postea quam enim multa honorifice de Flavio Josepho edisseruisset, nosque quædam quæ alias nesciremus docuisset, his periocham istam subjungit.

9. Hunc itaque tam preclare de istac periocha testantem ut nobis surripiant, eodem quo Eusebium crimine onerant, primo quidem, quod iste falso alibi citet Josephum, cum non satis recte mentem ejus capiat. Deinde huic quoque vitio vertitur, quod incaute Eusebium errantem plerumque sequatur. De primo crimine satis dixi pro Eusebio, quæ hunc quoque tegant. Quod ad alterum illud attinet, quod ajunt Hieronymum, cum Ca-

[a] Lib. II. Cap. 35. [b] Not. ad Euseb. Histor. Eccles. H. Ecc. Lib. VI. cap. 21.

Catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum conficeret, exscripsisse Eusebii collectanea, ideoque Eusebio erroris comitem se dedisse; nunquam quidem injustius vidi crimen cuiquam objici, cum cuivis legenti, vel istum de Josepho articulum, planum sit, immane quantum differre codices Archæologiæ Eusebianos ab illis Hieronymi, ut satis ex hujus versione patebit. In illa enim duo sunt, quæ nullo modo nos dubitare de codicum varietate patiantur. Nam ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν ab Hieronymo vertitur, *& credebatur esse Christus*; deinde vero ἐνδείξει huic Latine sonat, *invidia*. Facile erat emendare & mutare vocem istam in hanc scilicet, *indicio*; sed cum codices omnes manu exarati, & qui descripsit hoc testimonium ex Hieronymo Freculphus, sic constanter legant, neutiquam sinunt ut ad mutandam antiquam lectionem sola suspicione moveamur.

10. Ruffinus Aquilejensis Presbyter, æqualis Hieronymo, in eorum numero est ponendus, qui hoc testimonium suis suffragiis comprobârunt; hic enim Ecclesiasticam Eusebii historiam versionis libertate quasi fecit suam. Pluris autem facio hujus, & Hieronymi auctoritatem quam alii; eam enim certiorem faciunt ortæ inter illos iræ atque simultates. Quod si quid alteruter horum in his rebus innovasset, paratum habebat æmulum, qui hanc audaciam satis acriter reprehenderet. Ergo sapienter & modeste uterque progreditur, dum alterius reprehensionem veretur.

11. Verum enim nescio, annon supra Hieronymo, & Ruffino, præmittere debuissem quem Hegesippum vulgo vocant, sed Ambrosium rectius nuncupares. Huic enim potius, quam illi, malunt Docti Viri libros de Excidio Judæorum tribuere, ajuntque, versos ex Josepho, vel saltem consarcinatos fuisse, cujus nomen sub ficto Hegesippi latitare suspicantur, vel ab ignaris quibusdam corruptum esse librariis. Etenim hujus rei fidem faciunt codices manu exarati, qualis est ille Cantabrigiensis, cui ad finem Libri primi hæc scribæ notula est adjecta, *Beatissimi Ambrosii translatio ex Josepho. Liber primus explicit.* Utique vero non est absimile, Ambrosium juvenem in hac se palæstra animi gratia exercuisse. Iste vero Ambrosius non solum totam hujus testimonii sententiam proponit, eamque suo modo circumscribit & interpolat, sed etiam ostendit, quam probabile sit, Josephum hæc dixisse, adeo, ut quasi primus hujus testimonii defensor haberi mereatur. *Ita*, inquit, *mente devius fuit; ut nec sermonibus suis crederet, sed locutus est propter historiæ suæ fidem, quia fallere nefas putabat, non credit id propter duritiem cordis, &c. plus addit testimonio quod nec incredulus & invitus negavit.* Habemus igitur hic codices Mediolanenses, ut & supra Orientales Æliæ, Aquileienses Ruffini, præter illos quos apud se habuit Hieronymus: qui omnes ducentis aut aliquot amplius annis post ætatem Josephi, in ejus Archæologia Judaica hoc testimonium exhiberent, sine ulla imposturæ suspicione. Quorum auctoritas annon sit omnibus novorum hominum conjecturis & nudis fere judiciis anteferenda, judicent, qui in his rebus aliquid sapiunt præter vulgi modum. De aliis etiam alibi per Orbem sparsis codicibus jam videbimus.

12. Isidorus Pelusiota, Johannis illius Chrysostomi discipulus, hoc etiam utitur testimonio: cujus auctoritas ideo magis est spectanda, quod quidam mirentur, Johannem illum, in illis quos contra Judæos libris scripsit, sive potius habuit pro concione orationibus, tametsi laudet & in medium proferat ex Josepho testimonia, non tamen usum esse hac periochâ. Hinc factum est, ut qui omnia quantum possunt & quasi mordicus arripiunt, ut huic testimonio malefaciant, fere concludant, doctum istum & pium Χρυσοῤῥήμονα de hujus fide vel auctoritate dubitâsse. Sed omne dubium tollit hic Isidorus ejus discipulus; qui nunquam usurpâsset, si magistro sensisset hanc displicere. Is autem Epistolarum Libro quarto N. 225. quamvis agnoscat Josephum fuisse summum legis Judaicæ Zelotam, ex ipso tamen hoc producit testimonium, & producendo comprobat.

13. Hos excipit Hermias Sozomenus, qui in Ecclesiasticæ Historiæ Libr. I. capite primo, hujus periochæ illam dedit paraphrasin, quæ maxime suspectas hujus periochæ sententias comprobat. Sed obstat magis, ut quidam volunt, quam proficit hujus auctoritas: nam cum voluerit ex hac periocha concludere Christum esse Deum, nescio quo pacto id quod defendere debuisset, prodidit; Josephi enim auctoritatem in hoc negotio nimis urgens, nullam fecit. Sed dandum est hoc Sozomeno, aliisque Patribus, qui controversiâ cum Arianis concitati, & nimio calore disputantes, id credunt se videre quod non vident. Sic, quia Josephus κατὰ σχῆμα, vel oratorio dicendi genere usus, de Christo loquens, ut eum laudibus efferat, quasi propter excellentiam vir non esset, isti protinus, quod parce tamen erat datum, nec aliter quam aliis quoque soleat Josephus attribuere, volunt sibi quâdam largitiâ datum: quæ tamen, ubi quis diligentius animum advertit, multum eos non juvat.

14. His quoque addendus est M. Aur. Cassiodorus Senator, qui primus Latine vertendam curavit Archæologiam Judaicam, quod ipse amicorum operâ factum esse memorat. Horum itaque Interpretatio locum hunc Latine versum repræsentat; & eo quidem modo, ut quo nos hoc testimonium, sic illos quoque ostendat in suis legisse; adeo ut horum etiam tempore, sine ulla suspicionis notâ legeretur. Quibus etiam jungendus est ille Epiphanius hujusce Cassiodori amicus, quique hoc jubente Tripartitam Historiam consarcinaverit ex Socrate, Sozomeno & Theodorito. Qui cum in Sozomeni Historiâ hanc periocham citari vidisset, sine censurâ totum hoc in suam farraginem transtulit, sicque majorem huic testimonio conciliavit auctoritatem; cujus opus ipse Cassiodorus, ut è præfatione constat, probavit.

15. His suppar est Johannes Antiochenus Malala, qui hoc etiam testimonium laudat; nec tamen eo quo Sozomenus modo tractat, sed pro more suo satis inconcinne, Libro Chronographiæ suæ X. pag. 319. at vero cum, nec hujus nec aliorum ætate minorum, magna sit apud doctos hujus ævi auctoritas, ideo contenti erimus eorum nomina proferre qui vel hoc testimonium laudant, vel etiam simul ipsis verbis exhibent, ad renatas usque literas, hoc est fere ad inventionem typorum in libris edendis usurpatorum. Primus horum esto Nicephorus Callistus qui Historiæ Ecclesiasticæ, Lib. I. Cap. 39. totum exhibet. Huic fere proximus est Cedrenus Compendii Historici, Tom. I. pag. 196. Deinde Zonaras; nisi & hic sit cæteris anteponendus, non enim admodum sedulo temporum rationem in his non valde necessariis persequor; is autem Zonaras Annalium Lib. I. Cap. 4. Tom. I. edit. ultimæ pag. 267. hoc testimonium descripsit; & Michaël Glycas Annal. Parte III. pag. 234; qui ad hoc videtur allusisse. Hisce omnibus addendus Suidas; quanquam is Sophronium, Hieronymi interpretem, per omnia secutus esse videatur.

16. Transeo jam ad alteram quasi partem, ut eos ex Latinis scriptoribus enumerem qui hoc testimonium comprobant, quorum tamen, utpote recentiorum, auctoritate non multum hujus testimonii fides & veritas adjuvatur, nisi quod ostendant

dant constantem doctorum de hoc testimonio sententiam. Horum igitur antiquissimus est, ut puto, Freculphus Episcopus Lexoviensis, qui Tom. II. Chronic. Libr. II. capite quinto ex Hieronymo hoc testimonium videtur esse mutuatus. Hunc sequatur Johannes Saresberiensis qui claruit sub Friderico Imperatore primo, quique hæc verba citat Lib. II. Cap. 9. Polycratici seu de Nugis Cur. ab initio testimonii ad hæc verba, *Christus hic erat*: ex quo satis patet eum vidisse antiquam versionem. Hunc excipit Vincentius Bellovacensis circa A. C. MCCCXV. qui libro septimo pag. 229. in medium id protulit ex eadem versione; & Petrus Comestor in Historiâ Euangelicâ capite XXIX. ex eadem quoque versione, ut videtur; & Baptista Platina in Libro de Vitis Pontificum.

17. Ad annum itaque Christi cIↄIↄ intemerata hujus testimonii fides mansit & auctoritas, multisque etiam post annis, donec tandem exorti sunt Hubertus Gifanius Juris C. & Lucas Osiander Theologus, M. Lutheri partibus addictus, qui primi, quantum rescire potui, de hoc ausi sunt dubitare. Sed datâ tum portâ, quod isti levissimâ conjecturâ negaverant, alii non modo negare, sed & argumentis pro captu suo validissimis confirmare non sunt veriti. Posteaquam autem posteriorum sæculorum, hoc est decimi sexti & sequentis a Christo nato, hujus testimonii assertores ac defensores enarravero, de illis quoque loquar qui Gifanium ac Lucam Osiandrum secuti, non obiter modo sed & datâ quasi operâ, vel partim etiam libris integris hujus testimonii fidem elevare sunt conati; quibus nominatim quantum possum prolatis, eorum quoque rationes generatim ac leviter, tametsi fideliter in medio proponam; his vero excutiendis non solum hujus quod reliquum erit, sed alterius quoque tractationem sermonis reservo.

18. Cum in eo jam verser ut primo tantum proponam eos qui hoc & superiore sæculo, vel non multo ante, hoc Josephi testimonium vel probaverunt vel etiam defenderunt, eos cæteris præponam qui id tantum nude proferunt, sed eo modo ut id etiam comprobare videantur. Nec tamen omnes hîc advocare possum, sed præcipuos, eosque quorum notitia ad me pervenerit: quibus non solum temporis ratione, sed & nobilitatis prærogativâ præpono Johannem Picum Comitem Mirandulanum, nec minus etiam doctrina clarum. Consulatur ejus Epistola ad amicum ignotum, quæ sic incipit, *Quisquis es*, &c. *In Josepho Græco scio*, inquit, *esse quædam, quæ de Christo & fidelem & honorificam faciant mentionem.* Petrus Galatinus ex Judæo factus Christianus Libro primo de Arcanis Catholicæ veritatis, capite quarto, quo de Judæorum scriptoribus, quos paulo post Christum passum esse contigit, & quid de ipso senserit peroravit. Iste vero non modo hoc testimonium profert, sed & ostendit quales sint illi Judæi qui de Christo nostro prout Josephus sentiunt, de quibus in hoc sermone infra dicemus: quæ quidem viri docti verba si accurate adversarii nostri pensitâssent, nunquam tam acerbe pro hujus testimonii suppositione contendissent. Centuriatores Magdeburgenses hunc etiam locum laudant, utque verum citant Lib. I. Centur. I. Cap. 10. Sebastianus Munsterus in notis ad Libr. V. Cap. 44. Gorionidis, testimonium Flavii vocat, *magnificum præconium.* Sic quoque Sixtus Senensis Tom. II. Libr. IV. Bibliothecæ sanctæ de Josepho loquens, inquit *eum fuisse Christianorum amicum, quanquam Judæus esset, Dominumque Iesum insigni elogio celebrâsse.* Hunc ordine sequitur Cæsar Baronius Cardinalis Annalium Ecclesiast. Tom. I. ad Annum Christi xxxiv. hæc Josephi verba referens, simul etiam se credere profitetur, *hunc non nisi Dei virtute compulsum atque coactum fuisse* ut hæc scriberet. Quum autem, ut suspicor, videret quosdam hoc testimonium rejecisse, id sibi negotii dedit ut aliquatenus vindicaret. Quamobrem ad A. C. xcvi. Sermonem de hoc Flavio repetens de illo sic disserit, ut etiam contra Osiandrum defendere videatur. Ne quid hic dicam de Johanne Gabriële Bisciola, vel de Joh. Spondano, qui cum hujus Annales ad Epitomen redactos ediderint, nemo non videt illos ad hanc classem esse referendos. Antonium quoque Possevinum ea de causa Bibliothecæ suæ Lib. XVI. Cap. XIV. Baronium secutum prætermitto. Vincentius Lupanus in notis suis ad Librum quintum Historiarum Taciti hunc locum tum legisse ostendit, tum etiam comprobâsse. Similiter Franciscus Feuardentius, in notis ad Irenæi Librum IV. Cap. XIV. ubi cum asserat Irenæus, oportere veritatem accipere testimonium ab ipsis extraneis, hoc ipse inter alia refert Josephi testimonium tanquam ab extraneo.

19. Pluris fieri, & quidem jure, solet judicium eorum, qui de rebus controversis agunt, circa res ipsas de quibus est orta controversia, quam eorum qui res tantum obiter pertractare videntur. Quamobrem Isaacum Casaubón. in Exercitat. XI. ad Annales Baronii Ann. xxi. N. ii. cum Baronio disputantem credere licet nusquam prætermissurum fuisse occasionem reprehendendi Annalistam in hoc negotio, nisi hoc esse verum testimonium judicâsset. Sed neque tacuisset, credo, Josephus Scaliger, cui Flavius Josephus admodum placebat, (si de hac suppositione quidquam ei suboluisset.) Tantum autem abest ut Casaubonus sic sentiret, ut contra potius testimonii veritatem vindicet; annorum rationem in Flavio Josepho de Christo testimonium edente, quam nullam esse Baronius culpaverat defendit; asseritque facere hoc sæpissime principes Historicos, Thucydidem, Polybium, Livium, in iis præsertim quibus nolunt immorari; sed & in partibus legitimæ historiæ idem jus persæpe usurpare, neque tamen propterea quemquam illos redarguere. Quam sane Viri docti rationem si perpendissent qui Gifanium Osiandrumque sequuntur Censores, non tam insolenter se efferrent, cum tam acerbe nostræ periochæ cum cæteris connexionem urgeant.

20. Gulielmus Schickardus vir in Judæorum scriptis exercitatissimus, quales hâc de causâ nescio quomodo magis pronos ad omnia nuperorum Judæorum placita recipienda esse compertum est; quorum Judæorum porro non interest, ut hoc Josephi testimonium admittatur: iste inquam Schickardus nihil minus quam Judæorum stat sententiæ. Nam in prooemio ad Tarich, hoc testimonium produxit, ejusque fidem ex ipsis Judæorum scriptis firmare conatur. In quo licet non satis caute progrediatur; cum quem ipsi Josephum admittant nescire videatur; ipsum tamen non movebat illa censorum ratio, quæ facit ut non credant Judæum sacerdotem tam honorifice de Iesu nostro sentire potuisse. In hac quoque classe collocandus est Georgius Calixtus in disputationibus de veritate unica Religionis Christianæ, Them. XXVIII. & Conradus Hornejus disputationum Theologicarum, Part. I. Disp. I. Sect. I. Thes. XLVIII. qui Josephum asserit non alia dixisse quam quæ Judæi in suo Talmude fateantur; necnon Gregorius Gregorii Francus in Lexico sancto Num. LXXVIII. qui rectius quam illi etiam quos jam supra memoravi, super hac re sentiens, nostri Flavii asserit majorem esse quam vel Gorionidis Rabbinici, vel etiam Talmudis auctoritatem. Quinetiam huc referendus est Theodorus Hackspan in Assertione Passionis Dominicæ adversus Judæos & Turcas; Judæum enim introducit confitentem, se si neget Iesum nostrum

in crucem fuisse actum ex ipso Flavio suo falsi fore arguendum. Ad easdem quoque partes vocandus est Paganus Gaudentius, qui de progressu Philosophiæ apud Romanos Cap. LXXVII. perorans, adversus Salianum & Augustin. Mascardum defendit Josephum, ejusque testimonium ut verum vindicat. *An cœperunt*, inquit, *videre Salmeron, Salianus, Mascardus, quod cernere non potuerunt tot Sapientissimi viri.* Cui comitem se dedit Georgius Hornius Historiæ Philosophicæ Libro quinto capite secundo, ubi saniores Judæos in magnâ æstimatione Christum asserit habuisse, quod ex Josephi Eulogio, ut ipse dicit, insigni constat. Nec aliter Joh. Conrad. Danhawerus Act. I. Dramat. Sacri Theatr. I. Phænomen. II. qui id egregium vocat elogium. Has quoque partes sequitur Joh. Micrælius qui Libr. IV. Judæ, Dialogo secundo, hoc testimonium adversus Judæos citat & defendit, necnon Jacobus Usserius Armachanus Tom. II. Annal. Ætat. Mund. VII. ubi lectionem quam exhibet Hieronymus lectioni vulgatæ & Eusebianæ præfert. Cum Micrælio consentit Antonius Hulsius Libr. I. Part. I. de Adventu Messiæ, Sign. VIII. & pariter defendit. Medius quasi inter hos & censores testimonii incedit Johannes Hoornbeck Lib. III. contra Judæos Cap. V. sed eâ tamen ratione ut lubens tanquam verum admitteret, nisi certioribus argumentis uti maluisset. At vero Jacobus Alting Lib. IV. de Schilo, capit. 29. id non concessit, sed adversus Judæos tanquam verissimum, & Euangelio consentiens urget.

21. Quid plura? vereor ne mea nimis excrescat oratio, si longior fuerim in recensendis pro testimonio sententiis, Johannis Tobiæ Majoris in Act. Apost. Cap. II. 22. Johan. Gerh. Vossii de Historicis Græcis Lib. II. Cap. 8. Johan. Cocceji, Virdungi, Hadriani Junii, Uchtmanni, Cælestini Capucini Sacræ Historiæ Lib. IV. Art. 5. fol. 400. Martini Alphonsi Vivaldi in glossis ad Petri della Cavalleria zelum Christi contra Judæos, &c. Num. 1014. Josephi Voysin in Disput. Theolog. Orthod. de sanctissima Trinitate adv. disceptationem Hæretici Antitrinitarii, D. de Iuignè in Dictionario Historico voce *Joseph*, Auctoris Ephemeridum Gallicarum ad Ann. cIↃIↃcLXVII. mensemque Januarium, Severini Waltheri Sluteri in Propylæo Historiæ Ecclesiasticæ; quorum plerique non citant modo, sed defendunt. Difficile enim admodum videtur homini Christiano amplissimum hoc testimonium ab ipsis Christianis levissimâ de causâ rejectum videre, neque simul indignantem defendere conari. Quapropter ne mirum sit quamplurimos ex his quos nude testimonium citâsse dixi, unâ quoque operâ propugnare, licet admodum leviter hoc sit factum.

22. Ad alterum jam ordinem pervenimus eorum qui hoc testimonium non solum comprobant sed & partim obiter, partim data opera, justos ad ejus defensionem ediderunt libellos. Inter quos primum ponimus Sebastianum Lepusculum, cui nomen Huberti Gifanii J. C. debemus, quemque primum accepimus de hoc testimonio suspicatum fuisse, quo vero scripto vel an ore tenus hoc acceperit Lepusculus, nondum mihi constat. Hujus itaque sententiam evertere conatur Lepusculus in Epistolâ ad M. Severinum Ertzbergium scripta Basileæ A. C. cIↃIↃLIX. die XXIV. Febr. quæ inter Epistolas Philologicas Goldasti Num. LXI. habetur. Hunc sequi videtur Robertus Bellarminus Cardinalis, qui in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, posteaquam memorâsset Josephum Hebræum, cujus mirabile quod reddit de Christo testimonium non laudat modo, sed & adversus Hebræos defendit; nullos enim nosse Christianos videtur Bellarminus, qui de hoc testimonio dubitare fuissent ausi; firmissimum ex Eusebii & Hieronymi auctoritate profert indicium atque veritatis argumentum. *Certe*, inquit, *D. Hieronymus & Eusebius, viri doctissimi fuerunt, & omnes pene veterum scriptorum libros pellegerunt: Et nunquam hoc testimonium de Christo, Josepho tribuissent, nisi scivissent, vere ab illo auctore ita scriptum fuisse.* Hucusque Bellarminus. Aubertus Miræus a Photio memorari scribit, quod an verum sit infra videbimus, sic tamen iste quoque defendit. Michaël Waltherus in præfatione Commentar. in Epist. ad Hebr. Num. IV. testimonium istud, quod plane insigne, auro contra carius judicio suo existimabat, defendit, & D. Joh. Mullerus Part. I. Judaismi Libr. I. Cap. 29. Num. VIII. lingua Teutonica editi in eâdem Palæstrâ se exercuit. Atque hi quidem obiter.

23. Nunc de aliis quoque, quorum plerique fere justos super hac re tractatus edidêre, videamus. Atque hîc primos eos nominabimus quorum Philologicas Epistolas simul congessit Christophorus Arnoldus, ediditque A. C. cIↃIↃLXI. Noribergæ, cum responsionibus adversariorum. Primus autem in hac congerie est Christophorus Adamus Rupertus quem ad scribendum movit Johannis Cloppenburgii cum Ludovico Capello altercatio. Triplici hic suam firmat observatione sententiam. Asserit enim primo è criticorum regulâ nihil esse corrigendum, expungendum, infarciendum; nisi vel Manuscripti codices veteres, bonique fidique addixerint, vel conjecturæ claræ, liquidæ, certæ sint. Secundo, non omnes Judæos fuisse cæcos & hostes nominis Christiani. Non videri alienum ab instituto Josephi, qui se alias satis æquum Jacobo fratri Domini præbuit, hoc de Christo testari, præsertim cum multi fuerint in aulâ Domitiani Christi sequaces. Tertio, inconcussam esse Eusebii & Hieronymi auctoritatem. Deinde periocham connexione omnino carere negat, & Photii silentium nihil esse contendit, quæ duo Sebaldus Snellius moverat.

24. Proximus inter istos, qui pro testimonio steterunt, est Thomas Reinesius, quem doctissimum Germanorum sui temporis fuisse, sunt qui dicere non verentur. Hic autem licet obiter tantum id tangat, attamen Josepho non ita defuit, quin ipsum prout in testimonio habetur sensisse credat & comprobet. Quin etiam Abrahamus Whelocus in Epistola sua vehemens est in defendendâ periochâ, vult enim ut *tollatur e medio potius atque penitus è mundo Flavius Josephus, quàm ut illam à Christianâ Ecclesiâ gemmam*, illam intelligit *periocham*, *tolli patiamur*. Nec minus fortiter Thomas Lansius, qui *semper*, ut ipse profitetur, *in eâ stetit sententiâ firmus*, *Josephum singulari divini numinis impulsu de Iesu Christo veritatem scripsisse.* Hos excipit, alieno tamen nomine non suo, Johannes Christophorus Wagenseil, is regulam a Ruperto positam ex amici sententiâ tuetur; deinde fatetur, licet primo aspectu verba majus quid præ se ferre videantur, quam ut a Judæo sint prolata, accuratius tamen considerantibus talem sensum admittere, quasi non ex sui animi, sed assectarum Christi sententiâ loquatur: Denique ipsum dicendi genus Josephi phrasin quam maxime redolere, & verbum ἐπιθυμόω hoc sensu Josepho passim usurpari. Hæc inquam ille ex amici sententiâ; nam ipse tum temporis dubius erat mentis. Nomen amici non comparet, quod quidem male factum, cum rem acu prope attigisse videatur. Ultimus vero in Arnoldi collectione est Thomas Bangius qui censet elogium illud, ut varietati judiciorum expositum, ita dignum ut ejus sinceritas tutius investigata defendatur contra hodiernos Judæos, qui cum nequeant totum Josephum Christianis eripere, nobile hoc tantum membrum de Christo invident. Atque

que hactenus ex Arnoldi collectaneis; ad reliquos festinemus.

24. Postea quam David Blondellus & Tanaq. Faber, quorum ille doctrina & auctoritate, multum hic ingenii vi & acumine valebant, hujus testimonii suppositionem pro viribus asserere fuissent conati, quasi irritâssent crabrones, ingens virorum doctorum numerus in eos insurrexit, ut ipsos hoc pro religione Christiana præsidium eripere vetarent: neque minus quam duodecim notitiam ad me pervenire contigit. Primus fuit Gulielmus Spencerus S. T. P. qui per commentarios omne genus eruditionis refertos in Origenis Libros contra Celsum à se editos satis orbi literario innotuit, is autem in suis annotationibus verba Origenis, quibus maxime præter stilum moveri Faber videtur, nihil tamen contra hoc testimonium facere ostendit, cum eorum sensum non bene intellexisset Faber, non enim ea mens fuit Origeni, ut vellet Josephum contra Christum scripsisse, quæ vana est Fabri suspicio; sed non credidisse in Christum tanquam Judæorum Messiam. Porro ejus testimonium esse ita intelligendum, prout nonnulli Iesum pro Christo & Messia haberi voluerunt. Hæc ille; noluit enim ut mihi videtur ultra Origenem suum latius pervagari.

25. Eodem tempore, hunc enim pede presso sequitur Henricus Valesius, qui cum videret hujus suppositionis crimen in Eusebium, quem tum edebat in lucem, a Tan. Fabro impingi; utrumque & Eusebium & Testimonium Flavianum conatus est defendere. Tollit itaque in notis suis objectionem ex Justini Martyris silentio, Origenis verba explicat, testimonii mentem aperit, Eusebii crimen ut falsum diluit. In eodem campo se Franciscus Regius Juris Conf. Andegavensis exercuit, & dissertatione peculiari hoc argumentum ventilavit. Fertur etiam id fecisse Sutlandus Anglus, & Bosius Germanus, cum de edendis Josephi operibus meditaretur: nec non Fridericus Spanhemius in Epitome Isagogica ad Historiam Ecclesiasticam Novi Testamenti; Natalis quoque Alexander in Historiâ Ecclesiasticâ Veteris Testamenti Tom. VI. diss. X. Tanaquilli Fabri dissertationem adhuc quasi novam Isaacus Vossius in Chronologiâ Sacrâ, scripto de LXXII. Interpretibus subjectâ, pedetentim sequitur confutatque. Dixit etiam aliquid de hoc testimonio in Libro de Sibyllinis Oraculis, nullibi tamen respondet objectioni a stylo petitæ: ut mihi quidem adhuc integra servata esse videatur. Confutationem Fabri ulterius prosecutus est Vir doctissimus Daniel Huetius, Episcopus Suessionum designatus, in magno opere de Demonstratione Euangelicâ, Propositione III. Num. II. ubi nullum non movit lapidem ut hoc testimonium vindicaret. Huetii institutum etiam persequitur Samuël Parkerus, Episcopus Oxoniensis, sed Anglico sermone, in Demonstratione Religionis Christianæ, & adversus Fabrum ingeniose testimonium defendit. Hunc excipit Tillemontius in Historiâ Imperatorum ad sæculum sextum, ejusque rationes urget, & P. Pagi in dissertationibus ad Annales Baronii, qui cum agmen horum omnium qui testimonium defendunt, claudat, stat Huetii rationibus & Lambecii, de quo jam sum aliquid dicturus. Iste enim Tomo octavo Catalogi Bibliothecæ Cæsareæ pagina 4. & sequentibus; longam instituit dissertationem de hoc testimonio, in qua ut illud defendat longe aliam à cæteris omnibus insistit viam: omnia enim hujus testimonii verba in pejorem partem explicat: ut quibusdam satius videatur, vel plane rejicere, vel saltem interpolatum agnoscere quam defendere modo Lambeciano. Hoc autem fecerat Lambecius, ne Josephus nimis Christiane loqui videretur. Sed vanus est hujus metus; nihil enim est in hac periochâ quod dici a Josepho, in eo quo fuit statu, haud potuerit. Atque hactenus ista satis de fautoribus Flaviani testimonii dicta sunto.

26. Quoniam vero quidam sunt qui velut medii inter eos qui hoc testimonium prout nunc legitur in Archæologia Judaica recipiunt, illosque qui prorsus aversantur damnantque ut suppositum, incedunt; ideo placuit medios istos hic reponere. Sunt autem illi qui hoc de Christo testimonium scripsisse Josephum volunt, sed esse tamen quædam, quæ nunc in hoc leguntur, interpolata. Primus eorum, ut dignitate sic etiam ætate præcipuus, est Richardus Montacutius olim Episcopus Norwicensis, qui in notis ad Eusebii Demonstrationem Euangelicam Lib. III. de verbis: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, *proculdubio*, inquit, *glossema est & marginalis cujusdam Christiani lectoris annotatio, licet habeatur in scripto codice, & in Josepho.* Huic succinit, sed ultrà tantisper progreditur Johannes Henricus Ursinus, ut totam periocham non insertam, sed alicubi interpolatam potius divinaret. Videri plane Josephum de Iesu Nazareno honestam aliquam fecisse mentionem; non tamen ejusmodi, qualis hodie legatur. Non probare se Fabri institutum, sed existimare aliquid veri, ut ab Historico, & in laudem Iesu fuisse scriptum. Possem hic de Johanne Henrico Bœclero dicere aliquid, cum sit in ea sententia ut dubitet quidem, sed non plane rejiciat. Inter hos quoque censendus Joh. Hispanicus, in Libro, quem Gallice editum ipse vocavit *Shibboleth.*. Denique multa quidem præclara de Josepho, & hoc præcipue testimonio expectari potuissent a Stephano Le Moyne, qui per viginti annos Josephi editionem fertur esse meditatus. Sed cum is summum obierit diem antequam voti fuisset compos, standum est illis quæ in notis ad Hippolyti Librum dixit, ubi se Montacutii quam protuli sententiam sequi profitetur. Idem quoque de Thoma Ittigio dicendum videtur, qui quædam verba, & nominatim illa, ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, censet esse interpolata. Is autem est qui ad nuperam Josephi editionem prolegomena concinnavit; nisi in alia classe sit ponendus.

27. Jam vero illos, qui adversæ Testimonii fortunæ auctores perhibentur esse, videamus. De quibus, ut ordine progrediatur oratio, dicendum nunc est. Quod ut fiat perspicue, illi in tria genera sunt distribuendi. Primum genus est eorum qui silentio ipso, hoc testimonium damnavisse feruntur: alterum genus est Judæorum, quorum interest scilicet ne Testimonium istud admittatur ut verum: tertium denique genus est eorum inter Christianos, qui primo quidem palam & aperte de Testimonio dubitare, postea vero adversus etiam sustinent scribere. De illis itaque primo loco dicam, quorum silentium ab istoc tertio genere trahitur, ut falsum & suppositium esse hoc testimonium comprobent.

28. De Justino Martyre primo loco dicendum est. Nam cum iste de hoc Testimonio tacuerit, in eo Dialogo quem cum Tryphone Judæo habuit, licet, ut isti volunt, magni fuisset momenti hoc Testimonium in ea Controversia produci; hinc concludit Faber Justini tempore Testimonium, quod jam legimus non fuisse in Archæologia scriptum, sed aliud plane contrarium, nequaquam Christo honorificum. Huic vero silentio sic respondeo: nihil certi generatim ex silentio posse comprobari, præsertim cum Justini Opera omnia quæ scripsit non habeamus: & licet neque hic neque alii, de quibus postea, hujus loci meminissent, certi tamen nihil inde posset elici. Deinde nihil ponderis habere potuit hoc Testimonium adversus Tryphonem. Aliud longe erat Justini institutum, qui non ex Auctoribus profanis, sed ex ipsis

ipſis Prophetarum Libris Chriſtianam Fidem & Divinitatem Ieſu Chriſti voluit adſtruere. Ad hanc rem nihil adjumenti Teſtimonium Flavianum conferre potuiſſet. Denique nimis recens erat Scriptor Flavius Joſephus, nec minus à Chriſti morte quam Juſtini ætate remotus, quo fortaſſe nato nondum exceſſerat è vita Joſephus, eratque præterea Judæis etiamnum fortaſſe inviſus nimium, multiſque nominibus, ut apud Judæum aliquid auctoritatis haberet. Stabat, fuiſſe quendam Ieſum a quibuſdam ut Prophetam agnitum, & poſtea per primores Populi crucifixum, & quem jam multi ut Chriſtum reciperent. Non negabat Tryphon, ea quæ in Teſtimonio continentur, quo minus neceſſe fuit id producere Juſtino, ſed divinos Ieſu Chriſto honores eſſe tribuendos: circa hoc enim Juſtini præcipue verſatur oratio.

29. De T. Flavio Clemente Alexandrino proxima lis eſto. Is autem licet in Libro primo Stromatum profiteatur ſe conſuluiſſe Joſephum; nuſquam tamen hoc citavit ex eo Teſtimonium. Sed neque alias eum citavit, ubi tamen ſæpius optima ſe offerebat occaſio. Vel itaque non habuit Clemens hujus Libros vel ſaltem non tanti duxit, ut ſæpius laudare fuerit neceſſe, in re præſertim ubi Joſephus Clementem non multum adjuvare potuiſſet. Nemo tum negabat Chriſtum extitiſſe; & fortaſſe produxit in illis qui deperditi ſunt Libris. Sed neque eos, qui adhuc ſuperſunt, integros habemus.

30. Tertullianum, ſicubi pro ſe facere videtur, allegat Faber; ubi ſecus, vel negligit, vel etiam plane deſerit. Sane ubi Tertullianus citavit Joſephum, ibi aliquid poterat, ejus auctoritas, cum ſcilicet in Apologetico defendit Judæos ex Joſepho, quod cultus eorum religioſus irrideretur. In aliis, ut negotio de Chriſto, ampliora habuit teſtimonia Tertullianus. Ad ipſos Imperatorum Senatuſque Commentarios publicos provocat. Sed ridet eum Faber & jactat quod nimium avide credulus fuerit Tertullianus: Jure ne an injuria, non eſt hujus loci diſputare. Sed hoc affirmo; licet Tertullianus hujus loci meminiſſet, ei tamen non haberet fidem Faber, ut a propoſito vel minimum hujus auctoritate commoveretur, quem in aliis non probat. Inſtant vero, licet non citaverit in Apologia Tertullianus, cur non utitur hoc Argumento adverſus Judæos? Sed facilis eſt reſponſio, nempe quia hi neque Joſephi auctoritate moventur ut ea credant, quæ in hoc Teſtimonio reperiuntur: præſertim cum eo tempore de Chriſti exiſtentia nemo dubitaret.

31. Nunc ad Origenem ventum eſt: quem Tan. Faber non modo de Teſtimonio ſiluiſſe contendit, ſed & contra illud ſcripſiſſe; adeo ut prout ejus fert ſententia, Origenes ſit ad eorum claſſem, qui creduntur contra hoc Teſtimonium ſcripſiſſe, revocandus. Contra autem ſcripſiſſe creditur, quod aliud Faber plane huic Teſtimonio contrarium in Archæologia ſibi legiſſe videatur. Ex eo duos excerpit locos Faber, quibus præcipue adductus eſt, ut contra hoc Teſtimonium ſcriberet. Primus eſt ex ejus Commentariis in Matthæum, qui Græce ſic ſonat, καὶ τὸ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι τὸν Ἰησοῦν ἡμῶν οὐ καταδεξάμενος εἶναι Χριστὸν, οὐδὲν ἧττον Ἰακώβῳ δικαιοσύνην ἐμαρτύρησε τοσαύτην. λέγει δὲ ὅτι καὶ ὁ λαὸς ταῦτα ἐνόμιζε διὰ τὸν Ἰάκωβον πεπονθέναι. Græca iſta non vidit Faber, ſed Latina tantum, quæ amplius quid ſonare videntur; ſic autem ſe habent; *Quodque mirum eſt, cum non probârit hanc ſententiam, Ieſum noſtrum fuiſſe Chriſtum, nihilo ſecius Jacobo tam magnificum Juſtitiæ Teſtimonium præbet*, &c. Alter eſt è Libro primo contra Celſum, ὁ αὐτὸς, καί τοιγε ἀπιστῶν τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριστῷ. Sed ex his nihil aliud effici poteſt niſi hoc, Joſephum non fuiſſe Chriſtianum, quod quidem omnes lubenter fatentur. Neque quiſquam adhuc eſt, quod ſciam, qui Teſtimonium aliter explicaverit, ſi paucos excipias, & eos qui huic male eſſe volunt. Neque ſane hæc verba ὁ χριστὸς οὗτος ἦν, ut infra videbimus, ſtatim ſupponunt eum qui proferat Chriſtianum eſſe, hoc eſt, agnoſcere Ieſum pro Chriſto, eo modo quo alii Chriſtiani ſolent; ſed ſolummodo ex vulgi captu vel conſuetudine locutum eſſe. Sic ipſi quoque loquuntur adverſarii aliis in rebus; quemadmodum ubi, verbi gratia, Salmaſius & Blondellus quem repudiabant Ignatium, ut falſo nomine ſic vocatum, Ignatium tamen ſæpius nuncupant. Quapropter jure, ut ſibi videtur, carpit Hammondum Dallæus de ſcriptis Ignatii p. 445. quod ſic loquentes ſententiam mutâſſe dixerit. Quod quidem etiam de noſtro Flavio dici poterit, quem injurie Chriſtianum eſſe vellent, quod in iſto Teſtimonio dixerit, ὁ χριστὸς οὗτος ἦν.

32. Sed ut ad Origenem Fabrumque redeamus. Quandoquidem hic & alii tantopere Origenis auctoritate commoveri, ſiquidem ipſis liceat ut volunt interpretari ejus verba, videantur: quidni mihi, quod his liceat, quando ſe Euſebii atque Hieronymi auctoritate premi ſentiunt; ut nempe Origenis ipſius auctoritatem hac in re nihili faciam, qnod hic non ſatis accurate Flavii verba legiſſe reperiatur, ſiquidem verba Joſephi de Johanne Baptiſta & Jacobo Fratre Domini eo trahit, ut nequeant cum verbis Flavii, prout nunc leguntur, convenire: & eodem quidem loco, ubi de Chriſto Joſephum male ſentientem fuiſſe aſſerit. Ideoque cum verba Joſephi tam male accepiſſe conſtet, cur non etiam Teſtimonium de Chriſto male intellexiſſe cenſebitur? Ait enim, ut ipſe ex Joſephi ſententia loqui profitetur, Johannem in peccatorum remiſſionem tinxiſſe; deinde propter Jacobi necem Urbis excidium contigiſſe. At vero neutrum horum, ſi verba Joſephi diligentius perpendantur, ita ſe habet. Dicendum eſt igitur, Origenem verba Joſephi in rem ſuam torquere voluiſſe: quo fit ut in talibus minus valeat ejus auctoritas. Recte itaque quod Euſebio noſtro objecerant his repono. Tantum enim abeſt ut inde quis jure concludat Origenis Codices hoc Teſtimonium de Chriſto aliter ac nunc legiſſe, & minus Chriſto honorifice; ut potius ſi verba de Chriſto in Codice Origenis ejuſdem farinæ atque coloris fuerint cum illis quæ de Johanne Jacoboque referuntur; tum quidem neceſſe eſt ut inde quis jure concludat Origenis Codicem hoc Teſtimonium ſic extuliſſe, ut ne minus ac in cæteris fuerit Euangelio congruum. Adeo ut ego quidem potius contrarium eorum quæ illi præ ſe ferunt, eliciam. Quæ cum ita ſint, de locis Origenis ſic mea fert Opinio; Origenem non fuiſſe quidem ignarum Teſtimonii Flaviani, ut nunc legitur; neque aliter ac nos id intellexiſſe: ſed cum videret Joſephum narrationem de Chriſti nece ſic eſſe in hoc Teſtimonio conſecutum, quaſi ejus Paſſio nihil ad Gentis excidium aut dedecus pertineret, cum tamen ad illam Jacobi perventum eſſet, non potuiſſe Joſephum adeo tacere, quin factum illud Primoribus Gentis Regique diſplicuiſſe fateatur: hinc ultra tendens Origenes credit Joſephum de hujus nece tanquam excidii cauſa perorâſſe. Atque ſic ſatis compertum eſt, nihil adverſariis prodeſſe Origenis auctoritatem; ſed Teſtimonium ab eorum objectionibus inde petitis eſſe liberatum. Verum, ut ingenue fatear, Origenes ex ſola memoria mihi Joſephi verba aut ſententias citâſſe videtur.

33. Origenis ſolidum, ut iſti putant Judicium, illuſtrare conatur Faber iſtis Verbis Theodoriti ex parte poſtrema Commentarii in Daniëlem deſumptis, quæque Fabro Johannes Dallæus in cauſæ ſubſidium ſuppeditavit: Ἰώσηπος ὁ ἑβραῖος τὸ μὲν χριστια-

χριστιανικὸν οὐ δεξάμενος κήρυγμα, τὴν δὲ ἀλήθειαν κρύπτειν οὐκ ἀνεχόμενος. Per me licet, ut Origenes ex his verbis lucem accipiat; at vero cum extrema verba, Josephum non potuisse Veritatem occultare dicentia, (quæ fraude in his rebus non ferendâ, quia causæ suæ noceant reticet Faber) pleno quasi ore clamitent, Theodoritum hoc Testimonium de Christo vidisse; ubi enim gentium, nisi hoc in loco, Veritatem istam agnovit Josephus; tantum abest ut Theodoritus ac Origenes contra nos faciant, ut jam clare persuasum habeam utrumque hoc Testimonium legisse; de Theodorito vero rem esse certissimam.

34. Ingentem edunt strepitum Faber, & alii nonnulli quoniam Photius de hoc Testimonio silere videatur. Ajunt vero si Photius vidisset, utique & annotâsset; deinde si vidit, nec tamen annotavit, magnum argumentum esse ipsum existimâsse fraudem hic inesse. Sed nunquam id efficient quod volunt. Nolo hîc eo confugere ut dicam, non semper ex hac Bibliotheca nosci posse Photii sententiam; siquidem verum sit quod olim Hadrianus Valesius erat pollicitus probare, hanc non esse omnem Photii, sed tertiá & amplius parte interpolatam. His respondebo quasi universa fuisset a Photio consarcinata. Primum ergo rogo, quid si hoc non in Photii Lectionibus perlegatur. An ergo falsum aut suspectum esse debet quidquid ille dicere præteriit. Ecquid non sufficit, tot alios ipso vetustiores hujus Testimonii meminisse. Tantundem est ac si quis diceret, quod etiam rectius ut mea quidem fert sententia dici possit, ea omnia esse supposita in Sacro Codice quæ Josephus narrare neglexerit. Præsertim cum in Archæologia, quæ in Sacris Judæorum Literis habentur, ipse profiteatur isthæc velle se consequi. Photius vero excerptoris partes tantummodo agit; omnia se pertractare velle non profitetur. Sane ubi Photius Archæologiam legebat, non tam notatu digniora excerpere videtur, quam singulorum Librorum nuda Argumenta perscribere, quô factum est ut hoc excerptum adeo sit jejunum, ut nequidem ullam de Johanne Baptista, aut etiam Jacobo, mentionem faciat. Quæ tamen vera esse plerique adversarii fatentur. Quin & Excerptorum hic mos est ac consuetudo, ut multa etiam prætereant notatu dignissima; præcipue quæ nota & pervulgata sunt. Hic itaque cum videret Josephi Testimonium omnibus notum citatumque celebrari, noluit hic excerpere. At vero alia illi alibi mens fuit, nec enim de Testimonio tacuit, ut jamjam videbimus.

35. Urgent porro; Photius [a] iste Justum Tiberiensem perstrinxit, quod communi Judæorum vitio laborans nullam prorsus de Christo faciat mentionem. Postea vero dicit [b] Librum περὶ τοῦ παντὸς, non videri sibi esse Josephi, quod Liber iste de Christo loquatur ut vero Deo, & modo inenarrabili generatum esse asseveret. Responsio vero est in promptu; nam cum hæc scriberet, nondum viderat Archæologiam, ideoque credidit eum eodem quo Justum Tib. laborâsse vitio. Utcunque tamen recte putavit Librum illum, qui est Hippolyti, non esse Josephi, quia nimis Christiane loquitur; quodque non eâ solâ ratione factum est quod Christus ibi nominetur, sed quod Verba fiant de ineffabili ejus generatione tanquam Dei Filii. Ergo si fortasse præ oculis Archæologiam habuisset, cum hoc de Justo Tib. judicium ferret aliam esset viam consecutus. De loco ubi Photius credi possit Testimonium Flavianum legisse videamus. Codice CCXXXVIII. clara fit de Iesu Christo mentio, quasi ex Josepho, his verbis, ἐφ' οὗ καὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ ἡμετέρου γένους παρθενικῆς ἀποτίκτεται μήτρας, καθ' οὗ καὶ μανεὶς Ἡρώδης, οὗ μὲν δεσπότου διήμαρτε, φονεὺς δὲ πολλῶν νηπίων γέγονε. Dixi, *quasi ex Josepho*, Photius enim excerptum Josephi tantummodo videtur excerpere, ait enim, ἀνεγνώσθη ἰωσήπου ἡ ἀρχαιολογία ἧς ἡ ἐκλογὴ, ὅσα τε ἱστορεῖ περὶ ἡρώδου. Licet ista aliter quoque accipi posse videantur: quasi non supra, sed nunc: non integram Archæologiam; sed Herodis facta Bibliothecæ suæ mandare voluisset. Agnosco tamen lubens Photium istud ex sua sententia addidisse: sed cum postea de Johanne Baptista hæc subsequantur, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν μέγαν ἀνελὼν ἰωάννην τὸν πρόδρομον δεδιὼς Ἰώσηπός φησι, μὴ τὸ ἔθνος αὐτοῦ διαστήσῃ. Utcumque priora hujus sententiæ Verba sint Photii, ejusque solum de Præcursore isto sententiam contineant, isthæc tamen quæ sequuntur, non ex ipsius modo Photii confessione, sed per se ipsa Josephi esse compertum est. Nam illa ratio, Johannem in carcerem fuisse conjectum, & capite pœnas dedisse propter Herodis metum, ne Judæos ad rebellionem concitaret, prorsus est Josephi propria & Euangelio contraria. Quo fit ut etiam quæ sequuntur, καὶ τοῦτόν ἐστι τὸ σωτήριον ἐγεγόνει πάθος, non minus ex Josephi sententia, visoque Testimonio dicere potuerit Photius, licet eam suis quodammodo verbis obumbret: cum & illa quæ sequuntur de Anano qui curavit lapidibus cædi ad necem, Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου, ad Josephum quoque pertinere sit verum. Quæ tria notatu dignissima sunt fere præcipua & sola de quibusdam fidei nostræ Principibus viris testimonia, quæ Josephus cum Euangelistis communia habere videatur. Quidcunque vero dicant, de Josephi Testimonio Photium non prorsus siluisse jam patet: nam cum ita cædem Johannis Baptistæ & Jacobi describat, ut ipsum Josephum secutus esse videatur; tametsi illa fere suis verbis more excerpentium efferat, quidni & Passionem Christi juxta eundem consequeretur. Aut si Testimonium Flavianum de Christo non vidit, cur tamen de Christi Passione loquitur, aut cur non monet Josephum non minus ac Justum Tiberiensem de Christi Passione tacuisse. Quod ultimum cum Photius nusquam fecerit, restat ut cum Testimonium de Christo Flavianum perlegisse fateamur. Miscuit equidem sua quædam de Christi natalibus; sed quid vetat excerpentem censoremque, ne sua quandoque interponat alienis. Sunt qui suspicentur Photium, dum alibi Archæologiæ Librorum Argumenta scriberet, rem ita de Industria implicare; fortasse ut consulatur iis, quæ supra scripserat de Libro περὶ τοῦ παντὸς, ne sibi forte nimis aperte contradicere cognoscatur. Sed vanus est hic metus ac suspicio, cum hîc eam de Christo mentionem faciat, quam alibi sicco pede prætererat, brevitati proculdubio consulens. Quæ cum ita sint, tum quidem Photius noster est.

36. Sed neque adhuc relinquimus Photium; quin prius, quod nobis objiciunt ex eo silentium, in ipsos adversarios retorqueamus. Etenim si verum est quod ipsi dicunt, Photium silentio suo Testimonium damnavisse, id enim subnotare neglexisse ea de causa, quod spurium esse tum crederet; cur non ergo Photius, dum tot alios perlegeret, qui id Testimonium pro vero agnoscerent, confutat? Dignum sane fuit isthanc imposturam suâ censurâ, siquidem eam esse imposturam credidit, perculisse. At vero cum hoc nullibi fecerit, hinc pari jure, ac equidem potiore concludamus, eum quoque non minus Flavianum Testimonium comprobâsse. Ergo in posterum sibi caveant, ne damnosum istud silentium, nobis vero utilissimum objecerint.

37. Ad alterum adversariorum genus quod & in ista recensendum Oratione pervenimus. Hi autem sunt

[a] Cod. XXXIII. [b] Cod. XLVIII.

sunt Judæi. Nemo autem negabit quin eorum intersit, ne Testimonium Flavianum admittatur. Quapropter haud mirum esto, si uno ore omnes hoc Testimonium respuant. De omnibus disserere neque possum, neque statui. Fatetur Menasses Ben Israël in Literis ad Arnoldum datis, hoc Testimonium esse *Apocryphum* (sic enim loqui amant) communem Judæorum fuisse sententiam. Quamobrem duo tantum hîc monebo, deque illis solum, quæ ad rem istam maxime pertinere visa sunt, differam. Primum enim cum observavisset Baronius ad A. C. XXXIV. in pervetusto Judæorum Codice Historiæ Flavianæ è Græco in Hebraicum Sermonem translatæ abrasam esse periocham quandam; quamque ipse, hoc esse de Christo Testimonium, suspicatur: quo fit ut in Editione Munsteriana hiulca sit oratio, velut observavit Cloppenburgius; hoc avide arripiunt nonnulli, ut fraudem Judæorum suggillent. Faber autem acute ut omnia, licet minus caute, conatur in rem suam vertere; aitque, ei qui hoc abraserit, fraudem scilicet suboluisse: iste Codex Romanus cum sit proculdubio Josephi Gorionidis inter Judæos hodiernos satis noti, non mirum esset si de Christo hic taceret. Nunquam tamen ego adducar ut credam, in isto Gorionidis, vel alio quovis Hebræorum Codice extitisse hoc de Christo Testimonium. Omnes in atra caligine versabantur & Andabatarum more pugnabant, qui de hac periocha ex Romano Codice abrasa verba faciebant; donec exortus sit Vir in Literis Hebraicis doctissimus Johannes Christophorus Wagenseil, qui ex Editione Hebræa Cracoviense & Germanica Versione Pragæ per Judæos editâ, ostendit in istis verbis, hinc sublatis & abrasis, illinc omissis sermonem esse de Tiberio Cæsare Pilatoque, qui statuas in Urbem Hierosolymorum noctu est conatus inducere, quibus Plebs Judæorum valde fuit commota. Quæ verba cum sint in Tiberium paulo duriora; ne hodiernos Imperatores offenderent, partim ex ineditis Codicibus sunt sublata, partim etiam in editis quibusdam omissa a Judæis Germanis; licet alii in suâ Sarmatiâ, Cæsaris iram non pertimescentes, hæc verba reposuerunt. Hinc cognoscite quam periculosum sit, ut observat quidam, de loco aliquo corrupto aut genuino, sine Codicum auctoritate, judicium facere, vel fidem aliis habere.

38. Vir doctissimus me comiter monuit per literas, Judæos ipsos fraudem nostri Testimonii comprobâsse; imo pugnâsse locum non extare in antiquissimis Josephi manu exaratis Codicibus Mediceis; idque Cosmo I. Etruriæ Duce fuisse compertum. Hæc enim narrare Auctorem Portæ Veritatis M. S. qui floruit & scripsit circa A. C. cIↃIↃc xxx. Quanquam difficile sit de illis loqui Codicibus, quos nunquam vidi, habeo tamen quædam non spernenda, quæ huic Judæo opponam. Primo enim satis constat, Judæos cum de Josepho loquantur, eum intelligere, quem in manibus versant, Gorionidem scilicet Hebræum; de quo ut ait R. Menasses Ben Israël, eundem esse cum Flavio Josepho, nunquam fuit inter Judæos lis suborta: quoniam unanimiter credant, Flavium ipsum, scriptorum Hebraicorum quæ sub Nomine Josephi Gorionidis volitant, auctorem esse. Hunc vero Gorionidem non mirum est præteriisse testimonium de Christo. Sed & Gorionidem esse, quem hic Judæus laudat Veritatis Portitor, Hebræum, vel saltem Hebraice scriptum, nullus dubito; cum nostrum Flavium, cujus Archæologia Græce extat, omnes penitus Judæi hodierni rejiciant, prout infra comprobabo; Gorionidem suum solumque admittant. Sed quem Josephum? Judæum quidem, sed nugatorem, impostorem, ignarum, impudentem, multo recentioris ævi hominem, utpote quem constet non ante IↃcc annos scripsisse, cujusque nemo Judæus ante ccccLXX annos meminit. His enim eum ornat laudibus Scaliger. Quinetiam probat, Turonensem Francum fuisse; & produnt eum sua scripta. Hunccine igitur iste Veritatis Portitor nobis obtrudere pro vero & genuino Flavio? Nihil tamen hic facit, quod non ab aliis in hoc negotio factum sit prius: fertur enim, hac ratione [a] Isaacus Abarbanel Flavii auctoritatem negligere, *non enim*, inquit, *sic extat in Libro F. Gorionis, qui inter nos est.*

39. Quantumvis autem iste Veritatis Portitor asseveraret extare Codices MSS. Flavianos, Græce vel Latine, in Bibliotheca Medicæa, illi tamen nullam fidem haberem, cum asserat in illis non comparere testimonium de Christo Flavianum. Nam cum Isaacus Vossius, Vir candidus & in tractandis id genus literis peritissimus, decem aut circiter, nec amplius annis post hunc Portitorem, & eodem quoque tempore Emericus Bigotius, iisdem laudibus dignissimus, omnes Bibliothecarum Florentinarum forulos excusserint; ac ibi etiam duos codices MSS. Flavianos contulerint, & secum invicem communicaverint; quis dubitat Vossium siquid hujusmodi sibi compertum esset, non fuisse taciturum? Sed & omnes qui de hoc scribunt testimonio, uno ore clamitant hoc testimonium in omnibus legi codicibus, etiam antiquissimis. Neque hoc negavit Blondellus, sed aliunde vim horum omnium conatur eludere. Usquedum vero amplius constet de Florentinis Codicibus; oppono istis Rabbinicis & antiquissimis quod ajunt Flavii Josephi MSS. exemplaribus, primo quidem Codices Eusebii, Ambrosii, Hieronymi, Ruffini, Cassiodori, aliorumque vetustissimos fideique non temeratæ: deinde & alios qui adhuc extant; qualis est ille in Bibliotheca Cæsaris Græcus, ab Augerio Busbequio olim Constantinopoli comparatus, quemque ad partes Lambecius advocat: atque etiam duo alii Latine versi, in eadem Bibliotheca, membranacei; qui omnes hoc testimonium repræsentant. Postea vero etiam oppono codices quibus usi sunt Isaacus Vossius & Emericus Bigotius, partim Græcos, partim vero Latinos; quorum unum habuit Is. Vossius, nugatore Gorionide antiquiorem, hoc est jam ante octo sæcula exaratum, qui quidem antiquam versionem exhibet: Denique Codicem Peirescianum, quem vidit Henricus Valesius: nisi & hunc quoque viderit Bigotius. Eum autem satis esse vetustum credo, quia adscripta habuit Scholia in Testimonium Flavianum, ex quo unum Scholion infra describam.

40. Restat ut jam tertium genus adversariorum, hoc est Christianorum, recenseamus, qui partim de fide hujus Testimonii dubitare, partim etiam contra scribere, & insertum ab aliena manu probare sunt conati. Quem vero primum omnium qui de hoc testimonio dubitâsse feruntur, falsumve pronunciâsse dicam, nondum statui: mens enim inter duos eodem tempore florentes, Hubertum scilicet Gifanium, Juris Cons. & Lucam Osiandrum, Theologum hæret dubia. De Luca Osiandro primo loco perorabo; quia ejus liber in quo adversus Testimonium scripsit, ad manus meas pervenit; de Hub. Gifanio, quem tamen antiquiorem fuisse credo, fando tantum audivi; neque ipse fortasse literis commisit sententiam suam; fierique potuit, ut neuter alterius rationes contulerit cum suis. Lucas Osiander quando floruit, ex eo licet conjicere, quod teste [b] Thuano, A. C. cIↃIↃLXIV. colloquio Maulbrunensi de controversia Eucharistica interfuerit, Notarius ex parte Virtembergicorum

[a] Commentar. in Daniel. vid. Observation. Gul. H. Vorstii ad R. David Ganzii Chronologiam.

[b] Thuani Histor. Lib. xxxv.

rum delectus, cui socius sit adjectus Gulielmus Xylander è partibus Palatinorum. Deinde [a] A. Christi, cIↃIↃcLXXXI. cum M. Crusio junctus, disputationem instituit contra Hieremiam C. P. Patriarcham. Is igitur Osiander cum Historiæ Ecclesiasticæ Epitomen ederet, relictis [b] Centuriatoribus Magdeburgicis, de hoc testimonio sic pronunciat: *Testimonium Josephi de Christo, ego omnino suppositittium esse credo, & ab aliquo sciolo ipsius libris insertum. Si enim Josephus ita de Christo sensisset, ut testimonium illud præ se fert, Josephus fuisset Christianus, cum tamen in omnibus ejus scriptis nihil prorsus, quod saltem Christianismum redoleat, reperiri queat.* Hæc quidem leviuscula est, tamen est ratio: sed Hubertus Gifanius nullam prorsus suspicionis suæ dedit, quantum potui cognoscere, rationem. Audiamus Sebastianum Lepusculum. *Hub. Gifanius J. C. omnium disciplinarum & Antiquitatis studio ornatissimus, existimavit hunc locum esse spurium: & a Christiano quodam Patre, qui Judæis & Christianis factum vellet fucum, interpositum.* Quid non licebit, si supicari modo sit satis ad evertendam scriptorum fidem? Hic sane nihil, præterquam suspicatur.

41. Hos sequuntur Jacobus Salianus, Alphonsus Salmeron, & Augustinus Mascardus; & æquis propemodum passibus [c] Jacobus Capellus, cujus verba pariter atque sententiam sequitur [d] Ludovicus Capellus: cui etiam magna fuit de hoc loco cum Johanne Cloppenburgio controversia; quamvis uterque idem de suppositione Testimonii sentiret; sed de modo & ratione lis erat, altercabanturque de rei qualitate, prius quam de existentia constaret. Istis quoque temporibus hoc Testimonium damnasse feruntur sequentes, (non enim puto sententiam suam palam fecisse, quod cum ita sit, eorum nomina ex aliena fide coactus sum recuperare.) In hoc itaque numero statuunt Danielem Heinsium, M. Z. Boxhornium, Claudium Salmasium, Johannem Fredericum Gronovium, Gulielmum Henricum Vorstium, Johannem Freinshemium, Theodorum Graswinkelium, & Johannem Dallæum: quibus addi potest, [e] Christophorus Noldius, qui Capellum sequi videtur, ejusque comprobare rationes.

42. Isti quidem non multum mali Testimonio Flaviano fecissent, nisi Sebaldus Snellius, & Christophorus Arnoldus, in Germania rem istam aggressi, in eo opere tantis ingenii conatibus desudavissent, ut Testimonium propemodum confecisse videantur. Ille duo tantummodo præcipua objicit; primo quidem connexionis defectum, deinde Photii silentium. Hic vero quasi sibi diffisus, opem amicorum imploravit, quorum sollicitatis sententiis, in causæ subsidium advocavit, præsertim autem D. Blondelli, atque Tanaquil. Fabri, qui, dum cæteri in Germania litem inter se agitarent, in Gallia Judicio constituto, Testimonium prorsus rejicere & damnare voluerunt. Cognoscite igitur quibus rationibus freti, tam insolenter se extulerint, ut ne quidem amplius quemquam de suo judicio dubitare patiantur. Hæc vero proponit D. Blondellus adversus testimonium: Primo, quod desit connexio, cum non cohæreat Testimonium neque præcedentibus, neque subsequentibus. Secundo, falsum esse, quod dicatur de Christo, quasi ille multos Gentiles ad se traxerit. Deinde tertio, in id quoque animadvertit, quod Christus vir esse dubitetur, quia mirabilium operum erat effector. Quarto, negat Blondellus, Christianos ex gentibus ac Judæis promiscue collectos, dici φῦλον potuisse. Quinto denique, absurdum esse, Josephum a Christianismo alienissimum, & ad Gentiles potius inclinantem, prædicare Christum resurrexisse, & in illo completa fuisse divina vaticinia. Habet iste quoque quid peculiare; nempe, cum illud quod occurrit in Archæologia de Johanne Baptista testimonium, rejiciat. Sola vero huic est ratio, quod nec ista bene cum cæteris cohærere videantur.

43. Tanaquilli Fabri dissertatio est longiscula, cumque illa multa complectatur, ut falsitatis hujus testimonii probationem consequatur, rationum capita & argumenta, hic subnectere non gravabor. Primo quidem loco objicit; multa hîc dici, quæ Josepho dicere minime conveniat, Pharisæo, sacerdoti Judæo, religionisque avitæ tenacissimo. Secundo; stylum testimonii negat esse Josephi proprium, sed laxum & hiulcum, secus ac Josephi soleat esse. Tertio vero culpat, quod de Iesu dicatur Ἰησῦς τις, & mox εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ, sine judicio censet scripta, his enim vult innui Iesum fuisse Deum, cum tamen Messiam non alium quam hominem expectarent Judæi. Quarto; quod hujus testimonii auctor non satis Gentilium Lectorum, quibus præcipue scripta est Archæologia, inscitiæ consuluerit. Quinto; quod desit mentio præcursionis Johannis Baptistæ. Sexto; quod desit connexio periochæ cum cæteris, ut jam intrusa videatur. Septimo; conjicit ex Hieronymi versione, huic suboluisse fraudem istam. Octavo argumento, utitur silentio Justini Martyris, Tertulliani, Clementis Alexandrini, Origenis, Theodoriti, & Photii. Nono, producit ex Origenis Commentariis in Matthæum, & Libris contra Celsum, binas sententias, quibus oppugnat testimonium, quale nunc legitur, & contrarium potius in Origenis codicibus scriptum fuisse primus docet. Tandem vero decimo loco, conatur Eusebium, cujus auctoritate testimonium nititur, futilem scriptorem, vanumque comprobare, denique, auctorem & insertorem esse testimonii conjicit.

44. Quinetiam audio extare quendam librum, ab Hispano quodam Latine scriptum, duasque dissertationes continentem: alteram, de nomine Iesu, alteram vero de hoc testimonio, cujus fraudem ex antiquitate conatur detegere. Videant illi quibus est ad manum. Elias Dupinus, auctor nuperus, nihil habet de suo, nec ipse nova se conferre jactat: aliorum argumenta, quæ quidem scopum attingere visa sunt, ad sex capita reduxit; cætera neglexit ut minus valida. Primum ex stylo desumptum est; secundum, quod integra Periocha, cum interrumpatur orationis connexio, post exactam Historiæ seriem inserta fuisse videatur. Tertium argumentum hinc petitur, quod verba testimonii per se sumpta satis ostendant, Christianum hîc induci loquentem, Iesum vocari Deum, agnosci ejus miracula, resurrectionem, vaticiniorum in ipso completionem. Quis hoc credat dicere Josephum, qui de miraculis in Veteri Testamento scriptis, quodammodo dubitare soleat? Quartum, quod non sit verisimile, ut Josephus addictus Judæis, tam honorifice de Christo sit locutus. Quintum, debuisse Josephum cum de Jacobo verba faceret, annotare se loqui de fratre ejus, quem prius in Historia memoraverat. Sextum denique, ignotum hoc esse Veteribus testimonium. Sic ille. Hîc etiam collocandus videtur Thomas Ittigius, qui quantumvis censeat testimonium esse alicubi interpolatum, non tamen satis hoc defendi posse existimat, nec satis validas esse Huetii, nec Lambecii rationes purat, nihil tamen amplius affert quod non ab aliis dictum sit prius.

45. Amici beneficio venit etiam ad manus meas scripta dissertatio cujusdam Sorbonici de hoc Testimonio. Circa quam non est quod diu laborem, cum nihil insit quod Dupino sit intactum, cum quo

[a] Thuani Histor. Lib. LXXIII. [b] Cent. I. Lib. II. Cap. 7. [c] Comm. in Act. Ap. [d] Compend. Hist. Judaicæ. [e] Histor. Idum. Num. XX.

quo fere videtur rationes suas contulisse: & habeat insuper hoc cum illo commune, ut testimonium de Johanne Baptista rejiciat. Atque hactenus de utraque hujus Testimonii fortunâ, tum secundâ, tum adversâ. De cujus fide & auctoritate, si per defensores atque adversarios judicemus, pro Testimonio reperiemus defensores numero quidem plures, ætate vero omnium antiquissimos; cum admodum sit recens quæ adversus hoc Testimonium commota lis fuit. At vero, siquidem res non sola agitur auctoritate, alia quoque ad ejus defensionem sunt argumenta revocanda.

PARS SECUNDA, LIBRI I.
De Usu & Auctoritate Testimonii FLAVIANI.

1. AD alteram orationis nostræ partem transeamus, in qua dicere statui de usu Testimonii, & defensionis necessitate; & in quanta, si verum esse reperiatur, apud nos auctoritate sit habendum: quanquam autem id præclarum esse debet, nec sine honore colendum, quod tot & tanti viri per omne ævum non indignum esse suis laboribus ac laudibus judicârunt: quia tamen illi qui illud flocci faciunt, ut a se hujus negligentiæ invidiam amoveant, dictitare solent, non multum posse religionem Christianam hoc Testimonio promoveri, huic enim non habere fidem Judæos, nec Josephum capere arbitrum: quæ dubia sunt vel falsa rei Christianæ obesse potius quam prodesse, cum ad religionis veritatem comprobandam, quasi vera sint, profetantur: nihil esse commune luci cum tenebris, Christo cum malo Dæmone: veritatem religionis Christianæ cum fraudibus meticulosæ pietatis conjungi non debere: vetuisse Paulum Apostolum ne spiritus impostor quicquam, licet verum, de se prædicaret; non enim egere se hujus testimonio, qui mendax ab initio fuisset repertus: Paulum in eo secutum esse Magistrum suum, qui Dæmonia ipsum pro Christo agnoscere, palamque profiteri vetaret: hæc omnia cum prædicent; ideo, ne operam in hisce dissertationibus perdidisse videar, his respondendum esse aliquid existimo, quo demonstrem, nonnihil usûs esse, ut hoc Testimonium servetur & adhibeatur; nec tam vili ejus auctoritatem esse faciendam.

2. Nemo negaturus est, siquidem verum fuerit hoc Testimonium, quin pro argumento firmissimo possit usurpari contra omnis religionis hostes, quales sunt Athei, & quos nunc Theistas vocamus, præcipue autem contra Judæos, & maximo cum emolumento; nisi, ut olim nimis erant iniqui Josepho Flavio, sic & nunc solerent ejus scripta contemnere. Judæos itaque, si quis humanis ratiociniis confutare voluerit, nequid hîc dicam de divinis auxiliis, illi laborandum est primum, ut ad meliores priscorum Judæorum opiniones fidemque revocentur. Nam ex quo alias amplexi sunt opiniones, quæ sui non admittebant patres, qui nec tanto Christianorum odio flagrârunt, cum necdum ex Christianis mali quidpiam essent passi, difficilior est eos convertendi ratio. Multa enim nunc recipiunt tanquam verissima, quæ nostris conatibus adversa fronte repugnant. Quæ quidem licet antiquis Judæorum opinionibus sint contraria, ab istis tamen admittuntur, quia nempe contra Christianos facere posse maxime visa sunt. Quod ut facilius intelligatur, & ne qua fides dictis desit, quædam eorum hîc apponam, præcipue illa quæ nostrum Flavium propiùs respiciunt. Sunt autem hujusmodi, ut his admissis nihil polleat Euangelium, nihil Josephus, aut quisquam bonæ notæ liber. Nam quale est illud quod ajunt, Davidem ipsum non fuisse vatem, neque Danielem? Nunc Judæos gentem esse sapientem atque prudentem, hoc sibi quod Deus [a] priscis attribuit conferentes. Non licere cuiquam rationem inire de venturo Messia; hæc enim, præter illam mendaciorum farraginem, quam traditionum avitarum nomine recipiunt, nisi penitus ablegent, non est quod quisquam de horum salute sperare possit. His quoque addo, ut opinionem illam putidissimam deponant; quâ nullis præterquam suis Scriptoribus, nedum Historicis se credere fatentur. *Nos*, inquit [b] R. Dav. Ganzius, *Sanctus cœtus Israëlis non credimus historicis, qui non sunt è filiis Israëlis.* Quamobrem eousque insaniæ progressi sunt, ut ipsum Mosem Ægyptium Maimonidem, quod videatur quandoque Talmudis auctoritatem contemnere, & Christianorum interpretationes in locis quibusdam propheticis statuminare, perhorrescant: & passim ab istiusmodi superstitiosis ejus libri flammis adjudicentur, qui infensiore sunt erga Christianos animo. Ergo adlaborandum est, ut Josepho Flavio melius velint: quem si in aliis etiam sequerentur, citius faciliusque ad religionem Christianam amplectendum adducerentur. Prava enim præjudicia iste excuteret, neque ipsi tam bene de hodiernis Magistris sentirent. Pergamus igitur, ac perpendamus, quæ adversus Josephum, tum Judæi generatim objiciunt, tum etiam speciatim alii quoque, contra usum ac necessitatem testimonii. Hoc est, ut ipsius Testimonii fidem atque veritatem confirmemus, Josephi fides est primo loco stabilienda. Multi enim, licet hoc Josephus scripserit Testimonium, in eo tamen acquiescere se velle negant, neque Josephi auctoritatem flocci faciunt, neque tanquam testem idoneum ac fide dignum admittunt. Quas igitur Flavio faciunt injurias, erit operæ pretium nobis Testimonii defensoribus repulisse.

3. Prima quæ fit injuria Flavio Josepho est, quod cum Judæorum Gorionide conferatur; a plerisque vero Gorionides iste Flavio præponatur. Sed frustra; neque enim de hoc Gorionide inter Judæos adhuc convenit. Johanni Pico Mirandulano plures Hebræi sunt confessi, notha esse & adulterina quæ ab illo de variis Judæorum rebus scripta sunt. Ex quo is concludit, illorum Josepho Gorionidi fidem nullam habendam esse. De suo tamen Josepho aliter sentit [c] R. Dav. Ganzius, aut sentire videtur, sed in eo paucos habebit consentientes, si de Flavio intelligatur prout ille Græce scripsit; sin aliter, omnes probum esse scriptorem fatebuntur, & Flavio anteponendum. Nam Flavium Apostatam [d] Isaacus Abarbanel non veretur vocare. Minime itaque illi esse credendum, quia displicent ea quæ de Danielis Hebdomadibus scripsit Flavius, cum quo non conveniat Gorionides, qui inter ipsos est. Ego sane nullam hic inter Flavium & Gorionidem Planum comparationem instituere decrevi. Siccine enim hujus Annales Volusiani cum Græco Livio, uti loquitur Hieronymus, conferentur? Hinc vero solum illud deprehendo; Judæos istos natura quidem ad miseriam esse natos, ut abjectis bonis literis, quæ cum veritate solent consociari, errori & mendacio credant, nec nisi quisquiliis, anilibus fabulis, crassissimâque nebulâ delectentur. Auferendi sunt itaque Judæis Gorionides, aliique similis farinæ nugatores; qui nisi auferantur, nunquam erit de eorum conversione sperandum. Optima igitur fuit illa Cæsarum ratio, qui Judæos perlegere suos scriptores, præcipue autem compilatores traditionum vetabant. Hoc nisi fiat, cur ipsos sem-

[a] Deut. IV. 6. [b] Zemach David Lib. II. pag. 169. [c] Zemach David Lib. I. Mill. IV. ann. 829. [d] Comment. in Dan. Font. 10. palm. 7. vide notas J. H. Vorstii ad Ganzii Chron. pag. 286. &c.

ſemper eadem falſiſſima legentes, ſententiam mutatores eſſe ſperabimus? At vero cum hoc nimis fuerit difficile ac pene impoſſibile, ſtrenue laborandum reſtat, ut tandem aliquando male de ſuis ſcriptoribus ſentiant.

4. Poſthabitâ igitur hâc comparatione, quæ Flavio Joſepho nequit eſſe honorifica, Judæos, condonando ipſis quod petunt, preſſius urgeamus; ut nempe Flavius idem ſit cum Gorionide. Licet autem Ganzius, [a] doctiſſimus eorum ſcriptor Annalium, maxime æſtuet, ut exponat, quomodo Gorionides qui ſe Julio Cæſare Imperante, vel ſaltem anno Julii Cæſaris XIX, natum fuiſſe annos LXX ſcribit, ad excidium ſecundi Templi pervenire potuerit, quo tempore ducenteſimum exegiſſet annum ætatis: quoniam tamen ipſe auribus pronis hanc excepit fabulam, demus Judæis & Gorionidem verum eſſe ſcriptorem, & eundem eſſe quem nos Flavium nuncupamus, qui & Græce & Hebraice Belli Judaici hiſtoriam perſcripſerit, eoque modo, quo & apud nos, & apud illos, habetur. Hinc itaque ſic ad hominem, quod ajunt, argumentabimur, ideoque Judæos ſuo ſibi jugulabimus gladio. Ferunt enim Annales Judæorum, nec non, Digeſta Talmudica, teſte ipſo Ganzio, Joſephum Gorionidem, hoc eſt Flavium ipſum, dictumque Joſippum, fuiſſe fratrem Nicodemi filii Gorionis Sacerdotis: huncque fuiſſe ditiſſimum omnes fatentur. Quid, quod [b] R. Eliezer in Capitulis aſſerit, hunc fuiſſe Judæorum Virum primarium, & ſupremum inter magnates Hieroſolymitanos locum obtinuiſſe; adeo ut & nominis & temporis conditioniſque ratione, iſte Nicodemus nequeat alius eſſe a Nicodemo illo de quo Johannes in Euangelio, idque duplici loco, ſatis longas & honorificas habet digreſſiones. Iſte vero Nicodemus etiam coram de Chriſto præſtantiſſimum dedit Teſtimonium, atque Flaviano ſimillimum. Et poſtea Chriſto accuſato ac ſuperſtite, non ſecus ac paſſo, revera oſtendit quanta fuerit apud ſe Ieſu Chriſti exiſtimatio. Si igitur Nicodemus tam honorifice de Chriſto ſenſerit, palamque ſit profeſſus, ut teſtatur Euangelium; quidni & Joſephus frater pariter ſentiret; cum, ut dixi, nihil ſimilius Teſtimonio Flaviano ſit quam illud Nicodemi in Euangelio. Aut negent ergo Teſtimonium Nicodemi, aut utrumque admittant. Sed de hac comparatione hoc ſatis eſto, cum hanc tantummodo obiter attigerim, ut alias in altera diſſertatione hac uti poſſim tanquam cauſâ integrâ.

5. Sed quid mirum, Judæos hodiernos tam male Flavio velle, qui eorum cauſam nihil prorſus juvare ſoleat; cum & ipſi Chriſtiani, aut ſaltem non pauci inter hos, Flavio parum ſint æqui cenſores. Quoniam non omnia ſcilicet dicat, quæ eum dixiſſe vellent; aut aliena prorſus ab ipſorum rationibus referat. Is enim certe mos eſt hominum iniquiſſimus, qui utilitate quam ad ſuam cauſam conferri cupiunt, ſic etiam ſcriptorum auctoritatem probent. Sane moroſos hic habet cenſores, qui neque loqui quæ voluit, neque tacere quæ iſti vellent dicta, patiuntur. Quidam in Joſepho culpant ſummam ac intolerabilem mentiendi libidinem; quidam negligentiam, alii fraudem & adulationem; nec minima eſt eorum querela, qui acriter in eum inſurgunt, quod antiqua Moſis & aliorum miracula elevare videatur. Sed qui ſic judicant, fere Joſephum, aut ejus conſilium ſe neſcire fatentur. Quum doctiſſimi, hoc, & ſuperioribus ſæculis ſcriptores, de Joſepho aliter ſentiant. Etenim [c] Theophylacto audit φιλαληθής. Quem hîc laudo, quia ſuſpicor eum nunquam hoc de Joſepho dicturum fuiſſe, niſi etiam legiſſet Teſtimonium de Chriſto, pariter ac cæteri Græci ſcriptores. At vero Joſepho Scaligero non ſolum φιλαληθέςατος appellatur, ſed & diligentiſſimus omnium ſcriptorum; cui tutius credatur quam cæteris quibuſcunque, tum Græcis tum Latinis ſcriptoribus. Hoc etiam addo; licet nulla hujus Teſtimonii ratio haberetur, ſi tamen Judæi Flavium admitterent, ejuſque ſcripta legerent, tanta ſunt ac præclara in illis veritatis indicia, ſcripturaſque ſacras ſine præjudiciis legendi ſtudium, ut fieri nequeat, quin Judæi pertinaciâ ſuâ depoſitâ, ſtatim ad partes noſtras tranſirent. Sed ad objectionem illam redeo, quæ rem noſtram propius attingere videtur: non enim ſtatui generalem hîc Joſephi defenſionem ſuſcipere, ſed illorum, quæ tantummodo cum Teſtimonio de Chriſto quadam affinitate conjuncta ſunt.

6. Eſto ſane ut Joſephus de tranſitu Hebræorum per mare Erythræum deſiccatum loquens, hoc παράδοξον, ſic enim ipſe vocat, cum tranſitu Alexandri magni per Pelagus Pamphylium comparaverit, quo magis ei haberent fidem lectores Gentiles, qui hoc factum eſſe in nuperis de geſtis Alexandri ſcriptoribus legiſſent; an ergo dicendum eſt, Joſephum miraculis non crediſiſſe Moſaicis? An quia Hugo Grotius Vir doctiſſimus, idemque acerrimus ac diligentiſſimus pro veritate Religionis Chriſtianæ propugnator fidem de Chriſti reſurrectione, petitis aliunde ex Hiſtoricis profanis exemplis ſtabilire conatur, ergo miraculum reſurrectionis Chriſti cenſendus eſt elevare voluiſſe? non vident iſti quantum hæc adverſâ fronte pugnent. Culpant quod de Chriſti miraculis, ut veris, ſit locutus, cum etiam dubitaſſe de Moſaicis conquerantur. Eſto ſane demum ut neutra vel utraque crediderit Joſephus. Quidni igitur & hæc pariter ac illa in Hiſtoria ſua fideliter recenſere potuiſſet? Ut ut vero de utriſque eſt locutus, diſpar tamen eſt utraque narrandi ratio. Aſſero eum miracula Moſaica crediſiſſe, Chriſti miracula crediſiſſe dubito. Moſaica enim effuſa oratione perſequitur, Chriſti vero pede ſicco tranſit & ſubſultans attigit. Quemadmodum ſidum quidem decuit ſcriptorem, ſed Judæum.

6. Tertio vero, licet Judæi Gorionidem cum Flavio Joſepho confundant, illumque nugatorem, quod pro ipſis ſtare videatur, magni faciant; Flavium tamen, hoc eſt, Archæologiæ Judaicæ Græce conſcriptæ auctorem, rejiciunt ſtultitiâ nullatenus æquiparandâ, & ſervulum adulatorem, aſſentatoremque aulicum vocant; varium denique ac deſertorem, eadem prorſus ratione, quâ Daniëlem è Vatum numero expungunt. De Daniële teſtem audito [d] P. Cunæum, *Nempe audio*, inquit, *quia in aula atque in regum cultu ætatem egit, quia politicus fuit & vatem profeſſus non eſt.* cujus conjecturam fulcit ea Judæorum ſententia, *tempore perſecutionis, ac præſertim quando ſervitur gentibus ceſſare vaticinandi facultatem, ideoque neque captivum, neque ſervum, neque exulem aut ſui non compotem, vatem eſſe poſſe.* De Joſepho quoque Flavio ſic Iſaacus Abarbanel, & alii inter Chriſtianos, qui quod Joſephus fuerit aulicus, neque fuerit ſe Chriſtianum profeſſus, de Chriſto teſtatum nolunt, neque uſquam audiendum eſſe. Et hæc quidem eſt ratio eorum certa ut utrumque abdicent; ſed vera eſt, quod ſtantibus eorum rationibus, cauſâ protinus Judæi cadant. Sic igitur, quia contra iſtos, quod cum ratione dicant, nihil habent, ad hoc tandem confugiunt, ut ſatis ſit illis, ſi utrumque aſſentatorem aulicum poſſint, quo jure quâve injuriâ, nuncupare. At vos Judæi, quæſo cur Gorionidem veſtrum admittitis quem fuiſſe Flavium illum

a Zemach David Millen. IV. ann. 757. b Piru Eliezer cap. 2. c Theoph. in Matth. XXII. 7. Ed. Roman. p. 93.

d De Repub. Heb. Lib. III. cap. 7.

lum confitemini? Si vester Gorionides non fuisset servus, esset fortasse quod Flavium cum quadam rationis specie culparetis; at vero, cum eadem fuerit & similis utriusque fortuna, cur hunc disertum atque verissimum, impostori vestro nugacissimo atque stultissimo posthaberetis? Aut quid tandem causæ cum ratione afferetis? Vos certe O Judæi ea ratione qua Josephum ablegâstis, iniquiores ipso Porphyrio, vestræ haud secus ac nostræ religionis hoste infensissimo, videmini. Nam iste, cum ausus non esset pro Vate non agnoscere eum, a quo tam multa, & tam clara fuisse prædicta sciret, ad id tandem divertitur, ut neget a Daniele scripta esse Vaticinia. Vos vero, qui non inficiamini ejus esse Auctoris, cujus nomen præ se ferunt, facti estis ipsis religionis vestræ hostibus pervicariores, eademque pertinacia Josephum horretis, quod æquus saltem erga Iesum nostrum eousque fuerit, ut de eo aliquatenus honorifice sit locutus. Quæ cum ita sint stulte atque injuste comparata, quid aliud, O miseri, nisi summam amisso pudore cum pervicacia stultitiam proditis?

8. Sed quid vobis tandem O Christiani dicam, qui cum Flavio Josepho præclarum hoc Testimonium invideatis; ut illud simul extorqueatis, creditis multum effecisse dicendo, Josephum fuisse aulicum Virum, nihilque veri testari potuisse: quia semel iterumque adulatus est Hero Imperanti & adhuc superstiti, dum beneficii summi memoria recentissima maneret, neque cum periculum transiisset; nunquam postea mutare sententiam potuisse, ut vel semel sine fuco loqueretur, daretque non valde amplum, dignissimum tamen veritati Testimonium. Quasi qui semel adulando quid dixerunt, in illa plerumque falsissimâ, & ad tempus saltem necessitate receptâ sententiâ permanere cogerentur. Abjicite in posterum omnium quæ ad hanc pervenerunt ætatem Historias optimas, cum plerumque conscriptæ ab aulicis sint viris. Quasi quisquam alius gestorum consiliorumque veritatem istis melius scire possit? Nunquam ergo in posterum credite Jac. Aug. Thuano, vel Paulo Servitæ; Huic Historiâ Concilii Tridentini, Illi vero sui temporis generali clarissimis, quia maximi Principis ille favore frueretur, hic Reipublicæ Augustissimæ consiliarius esset. Atque in sua uterque Republica longe plus polleret quam Flavius Libertus. Quod si quosdam Romanæ Ecclesiæ filios multa ingenue contra matrem scripsisse contigerit, negate demum viros aulicos eo modo de Ecclesia cui isti addicti fuerunt, loqui potuisse: si enim locuti essent, utique popularibus suis dedissent pœnas. Siccine igitur iniqui estis Josepho, ut ne semel quidem contra Judæos, aut bene de illis quos Judæi oderunt, dicere voluisse concedatis? Quasi mores aulicorum vel semper essent mali, vel etiam scriptoribus omnem amorem adimerent veritatis.

9. Contra usum hujus Testimonii quarto loco surgit Tanaq. Faber, afferitque adversarii Testimonium vel mendacis non esse recipiendum, cum Christus ipse, & Paulus Apostolus, Dæmoniorum Testimonia rejecerint, quod eorum ope non indigerent. Imo vero & adversarii & mendacis Testimonium admitterem, præsertim ubi contra se testatur: maximamque veritatis inde firmatæ potestatem fuisse concluderem. Sic enim licet aliquando Christus detractaverit Dæmoniorum Testimonium, sed aliam prorsus ob causam atque eam quam assignat Faber, id tamen modestiæ indicium in magistro, Euangelistæ, ac discipuli gloriæ Christi consulentes, noluerunt tacere; quodque Christus præ modestiâ, vel alia de causa, pro tempore admittere noluit, id isti in omne ævum prædicare voluerunt. Sed & passim Apostoli omnes, adversariorum Testimonio seu confessione maxime innituntur; speciatim autem Petrus, [a] ad ipsius Pilati judicis Testimonium de Iesu Christi innocentiâ provocat. Verum enim, Tanaq. Faber, è quo tu Rhetore hoc didicisti, non prodesse adversariorum confessionem: vel quomodo probas esse prorsus ab omni fide alienum, ut adversarius illa, quæ contra se faciant & aliis prosint placeantve, fateatur? Quem tu Theologum hìc produceres qui diceret, per Euangelium, aut Christi Apostolorumve exemplum, non licere adversarii confessionem ad veritatem stabiliendam advocare. Tecum certe non sentit Irenæus cum ponat, [b] *Oportere veritatem ab omnibus accipere Testimonium, & esse judicium in salutem quidem credentium, in condemnationem autem non credentium.* Neque Novatianus qui lib. de Trinitate, *firmum* appellat, *genus probationis, quod ab adversariis sumitur, ut veritas ab ipsis veritatis inimicis probetur.* Cujus verba mihi, licet sibi ignoto, suppeditavit J. Ernest. Grabe, quem honoris ejus, atque grati animi ergo hìc nomino: Ad te autem T. Faber redeo. Quod enim causam tuam exemplo Pauli fulcire tentas, frustra es; neque melius Lucam intelligis quam Josephum. Nam cum per dies plusculos malus Dæmon Paulum & Silam sua garrulitate, vera quidem confessione, sed importuna, vexavisset; pertæsus ille, dæmonem non a Testimonio dando coërcet; sed puellam ab infesto socio liberat. Neque magis prodest exemplum Christi. Non enim tum expediebat ut fama de Iesu spargeretur. Ad tempus itaque tantum vetat: alioquin omnes a prædicando Euangelio, & Christi miraculis fama efferendis prohiberentur; quia Christus id semel atque iterum ex instituto consiliove speciali prohibuerit fieri. Si falsum esset hoc Testimonium reipsa, aut non esset Josephi genuinum, aliqua subesset ratio, cur nullus ex eo usus esset futurus. Sed a vero aberrant, qui hoc asserunt, ut altera oratione sum probaturus. Quid erit igitur, cur ab usu hujus Testimonii deterreamur? Equidem credo, me hujus facti causam cognoscere. Nam cum isti ideo falsum esse hoc Testimonium asserant, atque Josepho insertum, suppositumque ab iis qui Christianæ religioni bene vellent; vel saltem, ut ipsi putant, contumeliosa in Christum verba ab antiquis Christianis fuisse commutata, qui meticulosâ quâdam feruntur pietate laborâsse: sic & isti nuperi censores usum præstantissimi hujus Testimonii non magni æstimant, licet verum esset, ne quis se haud satis bene velle religioni Christianæ suspicetur. Atque hanc ego puto veram Tanaq. Fabri fuisse rationem. Ferunt tamen bonos esse viros, qui sic sentiant, & optime alias de religione Christianâ, tum doctrinâ tum pietate meritos. At quid id meâ? itane parati sunt suâ negligentia vel socordiâ veritatem prodere? certe qui partes nostras produnt nimiâ indulgentiâ, vel non satis strenue defendunt cum melius possint, ii non aliter ac hostes quidam sunt habendi. Injuste igitur ita comparatum est, pessimeque religioni Christianæ consultum, ut cum quis è viris doctis aliquid adversariis concesserit, id nemini postea liceat iis objicere. Quod si feceris, tum nihil eos pudet eo nomine tantum id rejicere, quod doctus aliquis è partibus nostris concesserit, tanquam debile & infirmum argumentum. Quasi id minus nunc suâ naturâ sit verum, quod quis alius olim aut nunc male defenderit. Apage igitur hanc socordiam & damnosas concessiones, quæ nihil prodesse quidem, sed multum fidei nostræ obesse quandoque possint.

10. Quæ cum ita sint, quid mirum est, si denique quinto loco etiam ultra objiciant, licet verum fuerit hoc Testimonium, non tanti tamen esse, ut quis tantopere pro eo laboret; quia periculum

[a] Act. III. 13. [b] Lib. IV. cap. 14.

lum eſt, ne ſi verum non fuerit, adverſarii rideant, & in malum potius vertatur male concinnata defenſio. Enimvero Ego illos meticuloſos valere jubeo; nam ſi rejicienda ſunt omnia illa ex adverſariorum, vel gentilium confeſſionibus deſumpta Teſtimonia, quæ pro religione noſtra in ſubſidium præter cætera poſſint advocari, quia de illis eſt quandoque dubitatum, nihil reſtabit, quo Chriſtianorum fides adverſus negantes confirmetur: de omnibus enim fere dubia ſunt mota, quæ ad religionem quidquam conferre poſſe viſa ſunt. Sibyllina, quæ Veteres Eccleſiæ Patres toties cum fructu producebant, jam vileſcunt, & tanquam tramæ putridæ ſpectantur. Tiberii præſtantiſſimum de Chriſti miraculis Teſtimonium, negat eſſe verum Faber. Acta Pilati, antiqua illa & genuina, quæ ipſi quoque Gentiles admittebant, jam fere pro falſis habentur. Sed neque pauci Epiſtolam M. Antonini intactam relinquunt. Nec deſunt, qui Luciano ſuum Philopatridem auferre vellent. Multi ea de cauſa, & fere ſola, ſi res accuratius introſpiciatur, Ariſteam rejiciunt, ut omnibus Eccleſiæ Patribus os ſublinant, aut ſublitum eſſe monſtrent, pariter ac Joſepho cæteriſque omnibus, qua Judæis, qua Chriſtianis Veteribus; ſicque Patrum iſtorum auctoritatem nullam eſſe probent. Alii vero etiam propius graſſantur; quas enim ſummâ veneratione excepit Eccleſia priſca, virorum Apoſtolicorum Epiſtolas, aut tanquam ſuppoſititias damnant, aut interpolatas cenſent: idque ea ratione, ut quæ inde contra ſe proferuntur, haud datâ aliâ contemnere poſſint. Quorſum enim hæc omnia, niſi quia velut multi ſunt, qui nollent hæc dicta fuiſſe, quæ ab Apoſtolicis viris dicta feruntur, ſic etiam plures nollent ea dixiſſe Judæos priſcos, aut profanos ſcriptores, quæ Chriſtianorum fidem firmare poſſint. Dabimuſne igitur his manus, ut rejectis externis præſidiis atque teſtibus, tandem ſicubi Euangeliſtas & Apoſtolos coram ſiſtemus, iſtos plauſibiliore quoque prætextu reſpuant, ut minus idoneos in ſua cauſa teſtes. Quamobrem verum eſt, quod vir doctus de horum Teſtimoniorum fortunâ optime pronunciavit, Chriſtianorum eſſe culpam, impune permittentium, ut quælibet ſcripta & quælibet Teſtimonia, quibus præcipue noſtra nititur religio, veluti ſpuria & nullius fidei, non contemnantur modo, ſed & palam explodantur, & conculcentur. Nec deſunt qui aſſerant, ea eſſe certe ſigna quædam ὀλιγοπιστίας, quæ non carent inſana impietate. Quæ cum ita ſint, vanuſque ſit metus eorum; qui ne Teſtimonium Flavianum ſit ſuppoſititium ſuſpicantur; quid vetat, ut Teſtimonium illud contra Judæos & religionis hoſtes citari poſſit? Non recte feciſſe eos, qui aliquem fidei articulum inde certo ſtabilire conarentur, agnoſco: & qui controverſiis finem hinc ſtatuere ſatagerent; quaſi verba Joſephi εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ, Arrianorum dogmata ferirent. Neque committendum eſt, ut ſolis exterorum teſtimoniis, ut fragili & incerto nitantur fundamento, quæ nos credimus; cum copias teſtium confertas habeamus. Sed hinc illuſtrari poſſe factorum quorundam, quibus noſtra nititur fides, & circa quæ præſertim verſatur, certitudinem contendimus. Et cum exteri nobiſcum ſimul eant, & ad noſtram quaſi ſententiam tranſeant, multum id conferre ad conatus hoſtium frangendum, impudentiam & proterviam compeſcendum, erroreſque refutandum. Uſquedum igitur Judæi ſuum abjiciant Gorionidem nebulonem, & Flavium Joſephum, vere ſuum atque noſtrum, audire velint teſtantem ſat honorifice de Ieſu Chriſto; uſurpetur ſaltem hujus Teſtimonium adverſus Atheos, cæteroſque religionis hoſtes cum fructu & emolumento; neque ſine ſummo eorum pudore, ſi tamen eos unquam contingat pudere, rejiciatur.

PARS TERTIA, LIB. I.

De Conſilio FLAVII JOSEPHI in Teſtimonio conſcribendo.

1. VEntum aliquando eſt ad tertiam hujus orationis partem; in qua, ut ad ipſum Joſephum jam propius accedam, de ejus conſilio in Teſtimonio de Chriſto conſcribendo ſtatui perorare, ut cognoſcamus, quale fuerit ejus conſilium, eumque in ea conditione poſitum fuiſſe probem, ut de Chriſto nec aliter loqui, nec ullo modo tacere poſſet; tantum abeſt, ut quoniam Judæus eſſet, Phariſæorumque ſectæ, ut iſti volunt addictus, vel de Chriſto tacuiſſe ut plurimi, vel contra ipſum atrociter ac contumelioſe ſcripſiſſe, cum Tanaq. Fabro ſentiam. Objiciunt quidem Photii quandam regulam, quam ipſe potiſſimum Juſto Tiberienſi, Flavii noſtri acerbiſſimo æmulo applicat, commune eſſe Hebræorum vitium, ut de Chriſti adventu aut miraculis nullam facere ſoleant mentionem; atque ideo ſuffeciſſe contendunt, ut Photius hoc in Juſto Tiberienſe perſtringeret, ne ſi idem aperte in Flavio faceret Chriſtianorum odia in ſe provocaret. Cum itaque Photius de Joſepho taceat, credendum eſſe Photio eam mentem fuiſſe, ut innueret, Joſephum eodem vitio laborâſſe. At vero quam iniqui hac in re ſint Photio ſupra oſtendi. Si tamen iſto Photii de Juſto Tiberienſe judicio aliquid etiam de Joſepho eſſet ſtatuendum, cum iſte Juſtus fuerit perpetuus Joſephi æmulus & inimicus, adeo ut in omnibus fere diſſimiles eſſent; vel hoc ſatis fuit Joſepho, ut de Chriſto ſcriberet. Neque dubito, quin cum Juſtus de Chriſto tacere voluerit, contra Joſephus honorificam de Chriſto mentionem vel ſolo æmulationis ſtudio abreptus feciſſet, quandoquidem alius eſſet utriuſque ſcopus, nec iiſdem vel auctoribus vel amicis uterentur. Ille enim Judæos habuit benevolos, Joſephus vero potiſſimum ac ſolis nitebatur Romanis, quorum plurimi in ipſa Domitiani Regia, & quidem præpotentes, erant Chriſtiani. Quamobrem poſſet hic quis aſſerere, Joſephum in eorum numero collocandum eſſe ſcriptorum, qui ambiguitate quadam lectores ancipites quaſi ſuſpendunt; dummodo alieni, modo recte ſentire videntur. Quale genus hominum in aula fuit admodum frequens, poſtea quam facti ſunt Cæſares Chriſtiani; quoſque modo Gentiles, modo vero Chriſtianos eſſe credebant. Nec deſuerunt ſcriptores qui inter hos erant numerandi; qualis Procopius Hiſtoricus; & de Heſychio Mileſio, idem quoque perhibet Suidas. Alii quoque hujuſmodi fuerunt, de quibus olim, & nunc, a viris doctis ſunt dubia mota. Hoc iſti feciſſe cenſentur, tum ut ſibi Cæſarum gratiam conciliarent; tum quod de religione loqui nollent, quam ipſi quidem non amplectebantur, ſed a Cæſaribus & aliis non ſine magna veneratione erat recepta. Quam quidem fuiſſe Joſephi conditionem, quibuſdam mutatis, ſtatim comprobabo.

2. Quales ſint Judæi nunc dierum, ſatis eſt compertum: at vero ætate Joſephi quales fuerint, & ſuperiori ævo, plerique qui de hoc Teſtimonio dubitant, vel non aſſequuntur, aut ſaltem non aſſequi ſe ſimulant. Iſti tamen de veteribus Judæis ſic judicant atque pronunciant, quaſi ſatis eſſet ſibi perſpecta eorum conditio, qualique de noſtri ævi Judæis res ageretur. Cum tamen ex præconceptis hac ætate, aut etiam poſtquam Chriſtiani rerum ſunt potiti, opinionibus, atque propter mala quamplurima quæ ſunt paſſi, odio in Chriſtianos concepto, longe alieniores animo, & Chriſto & ejus doctrinæ facti ſint: quis non videt aliam

eſſe

esse ac diversam utrorumque conditionem. Quapropter, cum sine exacta horum consideratione fieri nequeat, ut recte de Josephi consilio judicemus, hinc ordiendum est, ut satis explorata sit priscorum Judæorum conditio atque sententia, quantum sane ad Christum attinet; liquidoque cognoscatur, qualis fuerit Josephus, tum superstite republicâ, tum etiam postea subversâ. Quod ultimum, ut etiam plenius fiat, erit operæ pretium cognoscere, quales quoque fuerint illi, ad quos Flavius scripserit, tum & illi, quorum hortatu & auctoritate Archæologiam edidit.

3. Primores Judæorum, a Iesu Christi tempore ad urbis excidium, in duo genera dividi possunt. Primum genus est eorum, qui vel cæteris hæresibus, hoc est, ut plurimum reipublicæ factionibus studentes, vel metu Romanorum, ne quid novi affectare suspicarentur Judæos, omnes gentis seditiones statim compescere cupiebant. Hi non adeo de Religione solliciti, quam suæ potentiæ ac reipublicæ saluti consulentes, cum Christianos tanquam rebelles, rerumque novarum studiosos, legisque Mosaicæ subversionem appetentes spectarent; quo jure, quaque injuriâ sectam Christianorum pessumdare cogitabant. Tales fuerunt Sacerdotes primarii, Cajaphas, alii, & Ananus, qui Josepho teste, Jacobum Iesu Christi fratrem curavit sine jure perimendum. Cujus quidem facti rationem à Josepho improbari, non minus ac bonis omnibus, ut ille videtur innuere, clarum est. Neque enim his tantopere legum Mosaicarum honos fuit cordi, ac sui honores, & apud plebem existimatio curæ fuit. Cum enim plerique Sadducæorum sectæ se applicarent, quos ego quandam Theistarum, ut nunc vocamus, speciem fuisse suspicor, quique tantummodo divina scripta recipiebant specie tenus, ne nimis plebi forent invisi; patet hinc Primores istos non tantam religionis curam habuisse, ac studio vultuque simulabant. Ideoque horum sibi mores Josephus displicuisse profitetur. Quæ cum ita sint, mirari soleo, qui factum est, ut quisquam Flavium Josephum de incredulitate erga Mosis miracula accusare sustinuerit. Cum Josephus à Sadducæorum commercio & sententia abstineret, qui Mosis scripta & auctoritatem propemodum pernegarent. Cum itaque in hoc genere non sit censendus Flavius, videamus in qua potius classe sit collocandus.

4. Erat igitur alterum genus eorum, qui cum bonâ fide Mosaicam religionem admitterent & amplecterentur, ideoque Messiam expectarent, tanquam spem Israëlis optimam atque firmissimam, corde atque animo revera, quæ alii simulate tantum, recipiebant. Hi de providentiâ divinâ, ejusque promissis in Vatum commentariis contentis, bene sentientes, non credebant fore, ut Deus quamvis perniciosam sectam contra populum suum valituram esse pateretur. De consilii ac causæ bonitate ex solo fere successu, hoc est aperto Dei auxilio judicantes. Qui contra, si malus esset, tum etiam malam causam putabant malumque consilium; præcipue vero in negotio de adventu Messiæ, ex quorundam malo fato verisimillimum judicium consecuti. In eorum ego numero pono Nicodemum, deinde & Gamaliëlem illum, Pauli Apostoli præceptorem, virum apud suos magnæ æstimationis, nec minoris potentiæ & auctoritatis. Quem virum, si fatis urbis superfuisse contigisset, atque videre, quanto in honore & existimatione jam tum Christi nomen ætate Domitiani erat, Dei beneficio Apostolorum prædicationi faventis; non dubito quin optime de Christo, ac ejus religione sentientem audivissemus. Nam id probum esse sentiebat, cui Deum reperisset secundum. Hunc cum Josephus impense laudet; credendum est, ei hujus rationem, vitæ modum, sententiamque placuisse. Quamobrem ego puto, Josephum stante republica, in horum numero fore collocandum. An vero necesse sit, ut qui de Christo bene sentiunt, statim etiam fiant Christiani, atque rejiciant legem cæremoniasque Mosaicas, alia res est. Cum multi tanquam prophetam Christum reciperent, qui tamen ut cæremonias relinquerent Mosaicas, nondum adduci possent. Cujus rei præstantissimum & indubitatum habemus exemplum in Johanne Baptista. Quem quidem omnes ut vatem agnoscebant, licet ejus consilium de vita nove instituenda, & recipiendo Messia, nondum probarent. Idem quoque plurimis, Iesum vatem maximum esse putantibus, contigit. Quem licet agnoscerent, non tamen ejus sectæ dabant operam. Ejus quidem doctrinam, ut bonam ac præclaram, atque tanquam legis Mosaicæ quandam adjectionem, spectabant: quam tamen recipere, abjecta Mosaica institutione, non fuerit necessarium, sed cuique liberum vel amplecti, vel in medio relinquere. Denique, esse instar earum institutionum, quas nonnullæ Judæorum sectæ sequebantur: quasque liberi erat arbitrii cuilibet vel probare, vel repudiare: Quod autem Josephus, sæpius sectas Judæorum enumerans, non ponat Christianos, id eâ factum est de causa, quia Christiani plurimi essent ex Gentibus profanis. Noluit itaque inter sectas Judaicas censere Christianos, quod secta eorum non esset Judæorum propria, sed etiam communis gentium. Atque in ea acerbissima fisci Judaici exactione, de qua infra dicam, Christianos Judæis accensere tantundem esset ac si ad fiscum Flavius detulisset. Est autem Josepho cautio, ne quid invidiæ plenum scribat. Ad Judæorum Primores redeo. Minus illud quod dixi mirum videri debet de illis, qui excisæ Urbi, Temploque diruto supervíventes, non parum adducerentur, ut amplius de Christi religione consulerent. Quanquam autem non omnes adeo lumine divino illustrarentur, ut plena fide Christum agnoscerent: eousque tamen afficiebantur, ut saltem de Christo bene sentirent; fierentque quasi semichristiani; cum admodum esset arduum, totum semel & simul exuere Judaismum. Neque vetus hoc aut nimis rarum est exemplum, cum & nostra ætate, patrumque nostrorum memoria, multi fuerint, qui cum suam religionem aperte colerent, ad alienam tamen aliquantum fuerint proniores: neque tamen eousque, ut pro ista alteram illam & avitam relinquerent. Hi igitur cum scribant, soliti sunt hac de causa alteram non sine honoris cujusdam præfatione ac nota nuncupare.

5. Restat ut examinemus, utrum necne ea fuerit Josephi conditio, ut in horum numero, recte ponendus esse videatur? quod ut rite procedat, est altius nobis Flavii Josephi vita repetenda. Fuit autem Josephus Matthiæ sacerdotis filius, ex Ephemeria prima, ipse sacerdos, natus anno Caji Cæsaris primo. Cum annum ætatis decimum & quartum egisset, tantos in disciplinis Judaicis progressus fecerat, ut tum etiam laudem maximæ in legibus peritiæ à Primoribus urbis obtineret. Hic cum sectarum suæ gentis Philosophicarum rationem tentare vellet, Bano Essenq per triennium dedit operam; sed annum agens decimum nonum, cum videret Pharisæos in Republica plurimum posse, ad hos se appulit. At vero cum etiam postea, natus annos sex supra viginti, Felice procurante proficisceretur Romam, ut quosdam sacerdotes in carcere detentos liberaret; in itinere submersa nave in medio Adrio totam noctem pernatavit, ubi tribus aut non multo plus annis Paulus Apostolus eandem fracta nave fortunam expertus est. Re feliciter peracta, & ad pristinum cum Pharisæis commercium

cium reversus, cum vir rebus gerendis idoneus videretur, præfectus est Galilææ, virilem ætatem, hoc est Annum trigesimum adeptus. Ibi Vespasiano bellum Judæis inferente, expugnatisque Jotapatis, in manus victoris captus adducitur. Sed Ulysseâ propemodum versutiâ usus, imperiumque Vespasiano pollicitus, manumittitur; & in honore summo apud Vespasianum habetur. Hinc illi Flavii nomen est impositum. Missus est ab isto cum Tito filio ad urbis Hierosolymæ obsidionem, sæpe vitæ periculum adiit, Judæis eum ut desertorem capere maxime cupientibus, ut extremo supplicio afficerent. Ipsisque Romanis quoties aliqua clades eis accideret, id Josephi proditioni imputantibus, Titoque continenter acclamantibus, ut tolleret proditorem. Urbe Temploque captis ac dirutis, agro in Judæa à Victore donatur; deinde Romam perductus, civitate. Quem tantis honoribus excepit Vespasianus, ut etiam suarum ædium, quæ sibi privato civi propriæ fuerant, participaret. Honorem & emolumenta à Patre Vespasiano concessa Josepho, Titus filius continuavit; auxit etiam Domitianus. Quæ munera, ut olim per Poppæam negotium de sacerdotibus liberandis confecerat, sic etiam nunc per Domitiæ gratiam sibi servavit. In quo patet ejus sapientia seu versutia, ut fœminas ad suum commodum flecteret; cujus ipse meminisse non veretur. Anno Domitiani decimo tertio, ætatis suæ sexto supra quinquagesimum, Archæologiam Judaicam, quam ei fuerat auctor Epaphroditus ut ordiretur ac scriberet, feliciter absolvit, & Epaphrodito dicavit; mox etiam librum de vita sua.

6. Videamus jam & altera parte, qualis fuerit conditio eorum, ad quos scripsit, quorumque potissimum hortatu, & gratia; Archæologiam suam edidit. De ipso Domitiano primum verba faciam. Hunc infensissimum Christianorum hostem fuisse tradunt multi: idque avide ab adversariis nostris arripitur. Si generis humani dixissent, aliqua inesset ratio. Sed eum [a] Henricus Dodwellus, vir celeberrimus, hoc crimine partim absolvit. Persecutio quæ ab eo fuit commota, adeo brevis fuit, ut vix unum annum impleverit. Nam statim extinctum tradit Lactantius. Cœpta demum est, cum annos fere quindecim imperium tenuisset, hoc est, juxta clariss. Dodwelli rationes, A. C. xcv. quo tempore Flavia Domitilla in exilium est relegata. Postea vero suum impetum ipse Domitianus repressit, exulesque revocavit. Eum stupendo miraculo Johannis, in oleum conjecti, salvique prodeuntis deterritum, in innocentes sævire desiisse idem suspicatur. Sed quid nos his movemur? cum satis constet anno ejus decimo tertio, quo scribere cessavit Josephus, absolutâ Archæologiâ, Domitianum nondum cœpisse persequi Christianos. In Davidicam sobolem, hoc est Christi cognatos, inquirere voluit; sed pauperes compertos contemsit, & edictum adversus Christianos abrogavit. Cum itaque Domitiani odium in Christianos, perfecta Archæologiâ, nondum flagraret; ideoque vanus sit metus eorum, qui Josephum pro Christianis bene locutum negent, quod sibi à Domitiano metueret: videndum est, an magis æquus aut mitior in Judæos fuerit, ut hac de causa iste se Judæum profiteri maluerit; tantoque magis in Iesum sævire maledictis. At vero testis est Suetonius, præstantissimus, hoc imperante, [b] *Præter cæteros Judaicum fiscum acerbissime actum esse: ad quem deferebantur, qui velut professi, Judaicam intra urbem viverent vitam, vel dissimulata origine, imposita genti tributa non pependissent. Interfuisse adolescentulum* se *meminit* idem, *cum a procuratore, frequentissimo consilio inspiceretur nonagenarius senex, an circumsectus esset.* Quam *fisci Judaici calumniam sublatam S. C.* Nerva Imperante demum refert Dio. Agnosco, Josephum à Domitiano ἀτέλειαν, ut ipse refert, obtinuisse. Sed licet res ita se haberet erga Josephum, cur jam sopitum sibi leonem suscitaret Josephus, nimia vel intempestiva, & pertinace religionis suæ confessione, cum alienæ exprobratione, quam ipsius fortasse amici colerent? nam usquedum in Christianos sæviret Domitianus, plena erant omnia, Christianorum aperte religionem suam profitentium. Ipsi Cæsaris cognati sua Christo nomina dederant; adeo, ut religio Christiana in maxima tum auctoritate fuisse videatur.

7. Quæ cum ita sint, duo hîc Testimonii Flaviani inimicos rogâsse vellem. Primum est, cur Josephus hoc taceret, quod cæteri Judæi olim & nunc quoque palam confitentur? de præcipuis rebus quæ in hoc Testimonio continentur, intelligo. Tria enim in isto continentur; Iesum miracula fecisse, fuisse Christum, resurrexisse è mortuis postquam passus est sub Pontio Pilato. Iesum Christum fecisse miracula, Judæi fatentur: nam cum ajunt, eum miracula fecisse læva manû, fatentur tamen. De fine ac modo miraculorum tum enim sola lis erit. Deinde, Christum fuisse qualem qualem agnoscunt, atque gentibus idoneum profitentur. Licet autem sibi alium Christum expectent, habemus tamen (vere) confitentes adversarios, & nostrum Christum vaticiniis divinis quadam ex parte respondisse. Tum denique negant quidem Christum resurrexisse, sed neque hoc clare asserit Josephus, sed ait eum apparuisse suis discipulis. Sic illi affirmant; penes eos fides esto. At vero cum necdum cessavisset vis Apostolorum mirifica, quid vetat ut Josephus his credidisse censeatur, licet non eousque progrederetur, ut palam quoque penitusque fidem nostram amplecteretur. Ego sane semper existimavi, Josephum semichristianum esse potuisse. Cum autem ipsi adversarii quandoque concedant, Josephum non valde res Judæorum curavisse; cur ergo illum alibi prædicant in religione sua fuisse tam pertinacem; aut etiam adeo ferocem & iniquum in nostram, ut odio nostri, & amore suorum, male de nostra loqueretur, etsi sciret sibi capiendos fore inimicos homines, potentes, cognatos Cæsaris. Sed de his plura inferius, ne si omnia hic prius occupem, sequentia nimis sicca videantur.

8. At vero, cum & nonnulli sic fere crepent, Josephum ad Gentiles in Archæologia scripsisse: ideoque summo studio cavisse, nequid minus credibile diceret; quo factum est, ut de Veteris Testamenti miraculis loquens, sæpe quasdam excusationes misceat, quasi neque ipse fidem his haberet, aut timeret, ne fides suis dictis apud gentiles deesset. ὁ Ἰώσηπος δὲ δεδοικότι ἔοικε, καὶ εὐλαβουμένῳ, ὡς μὴ προσκρούσειεν Ἕλλησι, inquit Philostorgius in [c] Suidæ collectaneis. Eum igitur qui sic caute agat, non decere illis se intermiscere narrationibus, quas nec ipse crederet, nec lectores esse credituros putaret. Hos itaque qui sic cogitant secundo loco rogatos velim, cur Josephus ea Græcis dicere veretur quæ ipsi de aliis non minus fidem omnem sperantibus crederent? cur Christum extitisse dubitarent, de quo Pilatus ad Tiberium Cæsarem, Cæsar vero pleno in senatu, de collocando inter Deos, ipse retulisset? An miracula fecisse negarent, quæ neque Celsus, neque Porphyrius, neque Julianus ipse Cæsar, multis post annis negare potuerunt? Et recens erat tum memoria prodigiorum ab Apostolis editorum, quæ fidem Christi miraculis astruerent, quorum in Annalibus suis mentio-

[a] Differt. Cyprian. XI. §. 16. [b] Sueton. Domit. Sect. 12.

[c] Voc. φλέγων.

tionem fecerat Phlegon, Hadriani Libertus, teste [a] Origene. Ipsi vero Gentiles scriptores, de miraculorum patratoribus ad nauseam usque narrationes oggerunt. An negarent de Christo loqui potuisse Vates, quod ipsi de Vespasiano verum esse dicebant; ad quem, Josephum fortasse secuti, vaticinia de Rege venturo referre solebant? *Percrebuerat*, inquit [b] Suetonius, *oriente toto vetus & constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judæâ profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano quantum eventu postea prædictum patuit, Judæi ad se trahentes rebellârunt.* Hunc etiam refert idem morbos quoque sanavisse. An denique Christi resurrectionem, ex Apostolorum fide recitatam, ablegarent Gentiles, qui de similibus factis, multa in suis scriptoribus legerant? hujusmodi enim narrationes exhibent Herodotus, Plato, Valerius Maximus, Plutarchus, Plinius, Diogenes Laërtius, Galenus, denique Theodosius Macrobius. Sed & Domitiano Imperante, fertur Apollonius Tyanæus elatam ad funus puellam ad vitam, in ipsa quoque urbe, revocâsse. Si itaque Gentiles hoc de Christo Testimonium culpare voluissent, utpote minus verisimile; sane id tum fecisset Josephus, quod & alibi fecisse reperitur, cum transitum Hebræorum per mare Erythræum expeditioni Alexandri M. per Pelagus Pamphylium similem facit. Eos enim, qui sibi hanc narrationem de Christo ex fide Apostolorum vitio verterent, tunc etiam ad suas Historias amandâsset. Nequis autem vim hujus argumenti, quod partim Josephi auctoritate & exemplo comprobavi, eludere conetur, aut minus validum esse sentiat, adjiciam quoque Origenis sententiam, qua possit in tuto satis collocari. Nam cum Celsus Judæum introduxisset de Christi resurrectione dubitantem, respondet Origenes, inconsiderate hoc esse factum ab eo, quasi res esset impossibilis è mortuis aliquem cum eodem, quod prius habebat, corpore resurgere: hancque addit rationem; [c] οὐκ ἂν γὰρ εἶπεν ὁ ἰουδαῖος ταῦτα, πιστεύων τοῖς ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν ἀναγεγραμμένοις, καὶ τῇ τετάρτῃ περὶ παιδαρίων. ὧν τὸ μὲν ἕτερον Ἡλίας ἀνέστησεν, τὸ δὲ λοιπὸν ὁ Ἐλισσαῖος. διὰ τοῦτο δ' οἶμαι καὶ τὸν Ἰησοῦν οὐκ ἄλλῳ ἔθνει ἐπιδεδημηκέναι, τοῖς ἐθάσι γενομένοις πρὸς τὰ παράδοξα τῇ παραθέσει τῶν πεπιστευμένων πρὸς τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα καὶ περὶ αὐτοῦ ἱστορούμενα, ὅπως παραδέξωνται, ὅτι οὗτος, περὶ ὃν γέγονε μείζονα, καὶ ὑφ' οὗ ἐπιτελέσθη παραδοξότερα, πάντων ἐκείνων μείζων ἦν. Hoc ratiocinium, ut de Judæis verissimum, sic etiam, licet renitente Origene, gentilibus qui multa fidem superantia admittebant, ut supra ostendi, aptissime potest applicari. Josephus igitur, neque quoniam Judæus esset, neque quia ad gentiles scriberet, quidquam debuit metuere, ne sibi vitio verteretur, si quædam de Iesu Christo vel mirabilia, vel cum nonnulla honoris præfatione, aut veritatis confessione literis mandaret. Præcipue vero cum neque tunc pertinax Judaismi confessio, aut contra Christianos defensio cum provocatione ac jurgio, quicquam proficeret; neque quemquam offenderet confessio veritatis: satisque proni essent Gentiles ad audiendum cum voluptate illa de Christo mirabilia, modeste tamen narrata, æque ac illa quæ Josephus de Mosaicis, aliisque narrationibus mirabilibus in sua scripta retulisset. Nam pauci erant scientiæ cupidi, qui non etiam tunc scire cuperent, quis aut qualis esset Christus ille, de quo tam late nomen esset cum laude celebratum: *cum* etiam, ut ait [d] Cicero, *fictas fabulas è quibus utilitas nulla duci potest, cum voluptate legerent.*

8. Porro quoniam jactare solent, adulandi causa Josephum ea, quæ de Christo prædixerint vates, Vespasiano tribuisse, cum libros de Bello Judaico conscriberet, adeoque vix esse verisimile, eum postea cum Archæologiam ederet, mutavisse sententiam: erit operæ fortasse pretium si perpendamus, annon etiam adulandi gratia, ea quæ de Christo in Archæologia sunt scripta, literis mandaverit. Primum enim omnium satis constat, Epaphrodito auctore & impulsore, Flavium nostrum ad gentis suæ Historiam literis tradendam edendamque se appulisse. Hunc ipse Flavius in procemio asserit doctum fuisse virum, tum omne genus disciplinarum, tum etiam rerum gestarum scientiæ imprimis avidum, ut qui ipse in maximis negotiis, variisque fortunæ casibus versatus, in omnibus eximiam indolem præ se tulisset. Istum vero Epaphroditum, Neronis Libertum fuisse docet [e] Tacitus, eumque [f] Suidas σωματοφύλακα, sed rectius fortasse *a libellis* Neroni & postea Domitiano fuisse scripsit [g] Suetonius; à quo etiam capitali pœnâ damnatus est, atque Dione teste necatus. Cujus necis causâ factam esse conjurationem idem tradidit. Licet Suetonius ob necem Flavii Clementis, maturatum fuisse Domitiano exitium afferat. Fortasse utrumque verum est. Et ut morte conjuncti sunt, sic etiam in vita erant amicitiâ & necessitudine vincti. Hunc igitur Epaphroditum constat in aula Imperatorum, non sine magna omnium existimatione ad extremum Domitiani annum commoratum, a quo propter suspiciones levissimas, ut erat omnium suspiciosus Domitianus, utque suos ab audacia simili deterreret, (ferebatur enim Epaphroditus Neroni manus intulisse) est interemptus. Josepho fuerat auctor uti dixi Epaphroditus, Archæologiam edendi; ea autem est edita duobus aut circiter annis, antequam tolleretur Epaphroditus, hoc est anno XIII. Domitiani.

9. Erit autem videndum, annon hic Epaphroditus sit ille, de quo Paulus Apostolus aliquoties in Epistolis suis meminit, quique Paulo in vinculis suis multa signa ac notas benevolentiæ præstitit. Hunc sane eundem fuisse cum illo Neronis Liberto, suspicatus sum; quoniam utriusque conditio & tempus maxime conveniunt. Atque hujus meæ suspicionis aliquot indicia & argumenta, quæ hoc admodum esse probabile ostenderent, habebam. [h] Paulus enim in Epistola quâ de Epaphrodito loquitur, etiam innuit in aula Neronis, aut si malis, in ipsa familia fuisse plurimos Christianos. Epaphroditum vero illo tempore servili fuisse conditione probant, tum quod Paulus asserit, [i] eum in vincula fuisse conjectum, & συναιχμάλωτον, tum quod fuit Phryx, ejusque nomen decurtatum servili modo proferatur. Præter hæc, ubi Paulus hujus nomen decurtatum per Ἐπαφρᾶν extulit, [k] ibi quidam Codices Orationum Johannis Chrysostomi legunt Ἐπαφρόδιτον. Hinc quoque recte conjiciemus, Ἐπαφρόδιτον atque Ἐπαφρᾶν unum esse nomen, ut voluit H. Grotius, qui etiam ostendit, isthæc nomina contracta esse è longioribus. Iste autem Epaphroditus, primo quidem Neronis servus, ac postea libertus, in Cæsarum familia perstitit, donec jubente Domitiano plecteretur. Sic itaque & nomen & conditio, atque etiam fortasse patria, utriusque fortunæque, non minus ac tempora congruunt, ut eundem esse suspicemur.

10. Posteaquam hæc omnia è mera suspicione ac conjecturâ orta, sic tamen congruentia reperissem: commodum affuit [l] Abrahami Berkelii plena affirmatio, quæ animum meum statim explevit: hunc Epaphroditum, libertum quidem Neronis, Epicteti vero Philosophi herum, esse proculdubio re-

a Lib. II. contr. Cels. b Sueton. Vespas. Sect. 4.
c Origen. c. Celsum, Lib. II. pag. 95.
d De finibus Bon. & Malor. Lib. V.

e Tacit. Annal. Lib. XV. p. 259. f Vo. Ἐπίκτητος.
g Neron. Sect. 49. & Domit. Sect. 14. h Philip. I. 13. & IV. 22. i Philem. v. 23. k Coloss. IV. 12. l Præfat. in Epicteti Enchirid.

recenſendum inter illos Chriſtianos, in ipſa Neronis familia degentes, & eſſe ipſum qui Paulo vincto, etiam lubens, nec advocatus, aſtiterit: atque propter eum, hoc eſt Chriſti nomen, fuerit carceri mancipatus. Nam quod ait Paulus eum eſſe παραβολευσάμενον τῇ ψυχῇ, [a] hæc verba non ſunt ita intelligenda ut vulgo ſolent, quaſi Epaphroditus in morbum incidens de vita ſit periclitatus: cum & illud ἀσθενεῖν, quod ibidem quoque uſurpatur, ſit *pati perſecutionem*, ut obſervavit aliud agens [b] Johannes Chryſoſtomus: ſed eum tam audacter coram Hero Nerone Pauli cauſam egiſſe, ut ipſe truderetur in Carcerem. Ideoque, ut in codice Puteani vertitur teſte [c] Caſaubono, *Parabolanus fuit de anima ſua.* Nihil enim obſtat quod [d] alii teſtantur ibi legi, *Parabolatus fuit de anima ſua*; [e] alii denique, *Parabolatus eſt animam ſuam*; quæ eodem ſpectant. Nam Parabolani non ſunt qui morbo ægrotant, ſed qui ſponte ſuâ vitæ diſcrimen ineunt, ut aliis opitulentur. Quo ſenſu etiam Joſephus uſurpat vocem παραβαλλόμενος maxime proprie, ut omnia, in libro de vita ſua, [f] ἔρημα ἢ παραβαλλόμενος χρήσασθαί τι ἐκ τόλμης. Cui ſuffragantur Grammatici. Ex iſto Epaphrodito, Chriſtiano ut videtur, vel etiam ex Paulo ipſo Apoſtolo, quo cum conſueverat Epaphroditus, eorumque colloquiis de fide Chriſtiana, fortaſſe etiam & commentariis, ſua omnia vult ac conjicit Epictetum hauſiſſe Berkelius, quæ doctrinam redoleant Chriſtianam. Epictetus enim ſervus quoque fuit Epaphroditi, Neronis liberti, & συνδημώτης illius quem laudat Paulus; uterque Phryx, Epictetus Hierapoli, Epaphroditus Coloſſis, prope Laodiceam atque Hierapolin oriundi. Phryges vero atque Aſiatici Romæ plerumque ſervi, ut tum pene proverbio ſit notum, quod uſurpat Cicero, [g] *Phrygem plagis fieri ſolere meliorem*, & [h] alibi apud eundem legimus, *Venales Aſiaticos.* Quod vero dicatur Epaphroditus in Epiſtola Pauli, Apoſtolus ſeu Nuncius Philippenſium, id de illo ſic exponendum eſt, qui Paulo horum nomine pecuniam numerari curaverit. Nec obſtat, quod de illo Paulus loquatur, quaſi in poteſtate ſua quodammodo fuiſſet, non autem Heri; ut ejus miniſterio Paulus uti poſſet; nondum enim ad id fortunæ culmen quo poſt illa pervenerat. Et cum primam Neronis iram atque ferociam evitâſſet, liberum ei erat quamvis legationem aut negotium ſubire. Licet ſubiiſſe non conſtet, ſed forſan Romæ manſit, atque Nerone uſus eſt multo quam antea mitiore.

11. Huic igitur Epaphrodito quod eſſet Chriſtianus blandire cupiens Joſephus, hoc de Chriſto Teſtimonium & potuit, & voluit ſuæ Hiſtoriæ interſerere. Id enim aulicorum eſt ingenium, neceſſitaſque eos premit, ut multa ad aliorum mentem cogantur, vel dictis vel ſcriptis, quanquam non averſo animo, ſæpe tamen præter animi ſui ſententiam, perſequi. Eam autem eſſe aulicorum in his rebus conditionem, quotidie videmus; ac niſi videremus, vel ex iſto Epaphrodito facile poſſemus aſſequi: cujus vitæ ratione cognitâ, cum neceſſariorum, & eâdem fortunâ utentium ſimul, unum plerumque aut ſimile ſit ſtudium, ſimiliſque ſententia, de Joſephi quoque ſententia poterimus judicare. Quamobrem uſus erit, ut hic apponamus quæ ex ore Epicteti decerpta narrat Arrianus, de Epaphrodito iſto Epicteti Hero. Sic autem ille in [i] diſſertatione de modo quo tractandi aut colendi ſunt Tyranni. Εἶχέ τινα Ἐπαφρόδιτος σκυτέα, ὃν διὰ τὸ ἄχρηστον εἶναι ἐπώλησεν. εἶτα ἐκεῖνος κατά τινα δαίμονα ἀγορασθεὶς ὑπό τινος τῶν Καισαριανῶν, τοῦ Καίσαρος σκυτεὺς ἐγένετο. εἶδες ἄν, πῶς αὐτὸν ἐτίμα ὁ Ἐπαφρόδιτος. τί πράσσει Φηλικίων ὁ ἀγαθός, φιλῶ σε. εἶτα εἴ τις ἡμῶν ἐπύθετο, τί ποιεῖ αὐτός; ἐλέγετο, ὅτι μετὰ Φηλικίωνος βουλεύεται περί τινος. Ergo cum Joſephus hunc Epaphroditum Chriſtianum coleret, oportet etiam, ut de Chriſto bene ſit locutus. Non ſatis erat tunc Domitiani gratiam captare, niſi Epaphrodito, qui erat à Libellis, etiam adularetur. Ea enim eſt aulicorum conditio, ut idem obſervat Arrianus, non ſolum ut Tyrannos colere debeant, ſed & eorum cubicularios. Quapropter licet Domitianus non eſſet Chriſtianus; neque ideo fuerit opus Joſepho ut de Chriſto loqueretur honorifice; cum tamen Epaphroditus Flavii amicus eſſet, atque Chriſtianus, nolentem eum ac quaſi invitum adduxiſſet ut ſcriberet. Neque hic obſtaret quidquam impenſus amor religionis Judaicæ, quem tamen alibi negant in Joſepho fuiſſe.

12. Nequis autem putet me hæc omnia eo fine tantummodo excogitâſſe, ut hoc Teſtimonium defenderem; neque quidquam ineſſe huic argumento virtutis aut roboris, ut aliquis mutaviſſe putetur ſententiam pro variâ fortunâ, vel prout cum variis fuerit verſatus, quorum opinionibus ac conſiliis ipſe loquens aut ſcribens ſua quoque verba accommodaverit, atque ſententias; producam aliud exemplum in D. Hieronymo, viro magno, & ut ita dicam, in ſuo genere Joſepho pari, cuique propter opiniones ſingulariter admiſſas graviſſima fuerunt cum multis Eccleſiæ Patribus jurgia. Hunc autem, qua ego ratione Joſephum explicare, quo modo Judæus cum eſſet, honorifice tamen de Chriſto ſit locutus; eadem quoque tum defendere; tum etiam frequentiores ejus de auctoritate, ac inſpiratione interpretum LXXII. contradictiones explicare conatur Arnoldus Bootius, acerrimus Hieronymi contra Morinum & Capellum defenſor. Verba ejus quæ totum hoc negotium mirifice illuſtrant hæc ſunt; [k] *Nihil igitur mirum, quum adeo immani ob novam ſuam tranſlationem flagraret invidia Hieronymus, ſi ad illam amoliendum aliquid interdum locutus eſt, contra quam ipſe ſentiret. Sed & cum amicis ſuis ſic agere ſolebat, ut quoties in eos incideret, qui iſta de* θεοπνευστίᾳ τῶν *LXXII. opinione erant penitus imbuti, affectibus ipſorum verba ſua accommodaret, quo facilius eos corrigeret, atque veritati recipiendæ aptiores experiretur. Facilius enim credebant, ſolo veritatis amore illum nova moliri, atque a veteri verſione diſcedere, de cujus auctoribus ipſe tam honorifice ſentiret.* Habemus itaque Hieronymum, non minus ac Flavium noſtrum verſipellem, & pro temporum vel hominum ratione mutantem; ideoque alterum in verbis ac ſententiis Theramenem. Nequis hoc novum eſſe in noſtro Flavio crediderit aut ſingulare.

13. Verum enim, ut tandem huic orationi aliquem modum ac finem ſtatuam, licet Epaphroditus iſte non fuerit Chriſtianus, quod tamen ego veriſſimum eſſe credo, verum tamen Chriſtiana erat Flavia Domitilla, tunc temporis, cum ſcriberet Flavius Joſephus, & poſtea ob Chriſti confeſſionem in Pontiam inſulam relegata. Erat etiam Chriſtianus T. Flavius Clemens, Conſul, interfectus ob impietatem, ut ferunt, hoc eſt, Chriſti fidem. Quem Domitianus tamen, quo ſcribebat tempore Joſephus, impenſe amabat; cujuſque filios etiam tum parvulos ſucceſſores palam deſtinaverat. Hunc cum Suetonius *contemptiſſimæ inertiæ* fuiſſe dicat, ego de ſummo Chriſtianæ religionis ſtudio intelligo; quam qui tunc colebant, hujus quaſi vitæ contemptu, plerumque fere rem publicam negligebant. Hoc Suetonius *inertiam* vocat. Iſtos Flavios coluiſſe noſtrum, & magis etiam fortaſſe quam ipſum

a Philip. II. 30. *b* Orat. XXV. in II. ad Corinth. *c* Epiſt. CCCCXXXVIII. *d* Joh. Crojus in obſ. ad N. T. p. 118. *e* Hugo Grotius. *f* pag. 1010. *g* Orat. pro Flacco. *h* In Verr. V. *i* Arrian. Epict. Libr. I. cap. 19.

k Vindic. pro Heb. veritat. cap. XI. p. 109.

ipſum Domitianum, immanem atque intractabilem belluam, nullus dubito: ideoque voluiſſe coram in os lædere male de Chriſto dicendo, aut animo malevolo tacendo, nunquam adducar ut credam. Certe, Joſephum magis eſt probabile Flaviis iſtis familiariter uſum eſſe, ac Epaphrodito, quam ipſo Cæſare. Quapropter ipſis potius adulatum eſſe conſtat. Joſephus nemini non blandiebatur, qui aliquid apud Domitianum polleret; cum etiam de Domitiæ Longinæ, licet hujus uxoris, probri tamen plenæ, gratiâ gloriaretur. ἡ δὲ τοῦ Καίσαρος γυνὴ Δομετία οὐ διετέλεσεν εὐεργετῆσαί με, inquit ille Libro de Vita ſua extremo. Aliorum igitur Flaviorum, Cæſariſque cognatorum gratiam neglexiſſe, non eſt veriſimile. Quam ſi minime neglexerit, ſed omni conamine tentaverit conſequi, non ſolum à maledicendo de Chriſto abſtinuit, ſed neque quidem tacere potuit. Non enim mihi videtur, Joſepho de Chriſto tacere fuiſſe liberum arbitrium. Neque hic quidquam Juſti Tiberienſis exemplum valet. Aliud erat in ſcribendo Juſti, qui de Chriſto tacuiſſe fertur, propoſitum; aliud Flavii Joſephi. [a] Ille enim eo fine Hiſtoriam ſcripſit, ut veritati fucum faceret, cum eſſet vir malus, & Judæus Zelota, hoc eſt religioni ſuæ addictiſſimus, Romanorum ac Chriſtianorum oſor. Huic vero ſola veritas erat cordi, quam ubique ſe cupere aſſequi profitetur, quantum poſſit; etiam ubi contra ſe ſtet, nec tam religioni ſuæ addictum ſe oſtendit, quin multa in ſe admittere deprehendatur ſui propoſiti gratiâ, quæ non ſatis congruere cum illo Judaico Zelo atque ſuperſtitione videantur. Cum itaque & rei veritas, & amicorum gratia, Joſephum ad bene de Chriſto ſentiendum, bene etiam atque honorifice ſcribendum hortarentur; quid nos miramur, illum de Chriſto Ieſu hoc Teſtimonium ſcribere voluiſſe, aut etiam potuiſſe pernegamus?

14. Hactenus de conſilio Flavii Joſephi, cum Archæologiam ſcriberet, egimus; quo manifeſtum fiat, eum voluiſſe ac debuiſſe de Chriſto loqui. Nunc tandem ex ejus conſilio, atque Hiſtorias deſcribendi modo, cognoſcite eſſe impoſſibile, ut quis totam hanc de Chriſto periocham Archæologiæ interpolaret. Hoc ſi fecero ut cognoſcatis, quid reſtat, niſi ut uno ore ſimul omnes hoc Teſtimonium tanquam veriſſimum excipiamus. Satis enim conſtat, facilius eſſe integrum aliquem tractatum, aut librum alicui ſupponere, quam verum inſigni aliqua parte aut lacinia interpolare. Illud enim ut recte fiat, nihil opus eſt, niſi ut quis, quod voluerit ſcribat, nomenque quod placuerit ſupponat. Deinde ſi temporum rationem accurate obſervaverit; vel etiam ſcriptoris, ſi qua ſint ejus alia ſcripta, ſtylum, & orationis colorem fuerit imitatus, omnia recte ſe habebunt, & latebit dolus: fortaſſe tamen latebit; multa enim ſunt non expectata quæ fraudem ſubolere faciant: Ut vero quis in verum cujuſdam ſcriptoris librum aliquid novum infarciat, ei opus eſt atque neceſſarium, ut omnes per orbem hujuſce libri codices ſcriptos immutet; aut ſaltem, ut codices ad pauciſſimos redactos in ſua poteſtate habeat immutandos, aut ſupprimendos, illis editis qui fœtum ſuppoſitum geſtent. Hoc niſi fecerit, non eſt quod ſperet diu fraudem ſuam latere poſſe, cum adhuc ſuperſint alii codices, quorum collatione fraus detecta citius apparebit. Hac enim comparatione, non ſolum interpolata patent, ſed & omiſſa reſarciuntur, & incaute ſine dolo malo intruſa rejiciuntur. Videndum eſt itaque, an Joſephus non curaverit, ut multa fuerint ſuorum ſcriptorum exemplaria; quod ut aſſeram facit, quod libro de vita ſua ſcripſit de ſuo more libros in publicum edendi. Ut ut enim hoc eſt de libris Belli Judaici dictum, nihil tamen obſtat, quin eum quoque morem atque inſtitutum in aliis ſervaverit. Ait enim ſe libros Veſpaſiano atque Tito obtuliſſe, quos Titus, manu ſua ſubſcriptos, in Bibliotheca publicari juſſerit. Deinde & aliis quamplurimis, Regique Agrippæ eam Hiſtoriam communicâſſe. Hunc morem ſi in aliis quoque ſcriptis ſervaverit, eumque ſervâſſe nullus dubito; atque ut vidimus, ducentis poſt ejus ætatem annis horum exemplaria ubique proſtarent diſperſa, neque minima pars in manus gentilium perveniſſet, quorum cauſâ eos edidit: quî fieri poſſit, ut aliquis Chriſtianus, eos inſigni hac periochâ augeret; quam quidem exhibuiſſe omnes olim codices ſupra compertum eſt? Concoquant ſane iſtam fabam adverſarii, & quibus dura eſt ingluvies: mihi longe ſatius eſt, nunquam iſtam in me admittere ſtultitiam, quam miſſis ambagibus verum eſſe hoc Joſephi Teſtimonium confiteri.

[a] Joſeph. de vita ſua pag. 1001.

PRO

TESTIMONIO FLAVII JOSEPHI DE IESU CHRISTO.

LIBER SECUNDUS.

De ſtylo ac vero ſenſu Teſtimonii FLAVIANI.

1. NEminem jam latet, quantum hæc quæſtio per omne genus hominum celebretur; quorum ut vidimus plurimi locum eſſe ſpurium contendunt. Hi labaſcenti opem veritati ſe conferre credunt, licet aliquantum ab argumentis, quibus fulcitur fides Chriſtiana auferre videantur. Ut autem Flavio Joſepho hanc extorqueant periocham, multa comminiſcuntur etiam extrinſecus producta, quæ ut ab illis gratis atque leviter ſunt aſſumpta, facile quoque ut incerta refelluntur. Fundamentum vero incœpti, ad quod tanquam ad ſacram anchoram nuperi cenſores Teſtimonii confugiunt, præcipuum eſt ſtylus dictionis: quem ut a partibus ſuis ſtare putant, ita κριτήριον in his rebus eſſe certiſſimum exiſtimant. Lubens hunc judicem accipio, eâ viciſſim lege, ut ſi à noſtris ſtet partibus, tum protinus & hoc Teſtimonium

monium fere amissum recuperetur; & ad pristinas sedes, quas ei Josephus in Archæologia destinaverat, in omne ævum sine ulla dubitatione retineatur. Primum autem erit operæ pretium exquirere, quomodo hîc se expediant, ut stylum esse spurium, ac proinde totam ῥῆσιν esse supposititiam comprobent. Primus aut saltem præcipuus adversarius, qui de stylo Testimonii hujusce sic judicavit, quemque sine ullo examine cæteri postea sunt secuti, is est Tanaq. Faber, qui edito super hac re libello, omnem lapidem adversus hoc Testimonium movit; de stylo vero sic decernit potius quam argumentatur. *stylus vero*, inquit, [a] *stylus certissimum in his rebus κελήελον, quam aperte, si nihil aliud adjumenti haberemus, rem ipsam proderet! Nemini profecto homini unquam minus cum altero convenit, quam* Josepho *secum, si hæc* Josephi *sunt. Ut frigidus! ut laxus! hæret, sudat, balbutit*, neque proficit hilum. *Male profecto de posteris judicavit, quisquis hanc næniam tam probo scriptori affinxit, credidit que, fore neminem a quo doli tam male consuti explicarentur: saltem id accurate decuerat præstari: nam ut ait Comicus*, Aliter catuli longe olent, aliter sues. *Is quippe scriptor est* Josephus, *qui nihil remisse, nihil ignave facere soleat: quod hic contra fit.* Mox infit: *quod nunc nobis præ manibus est, inerter ac putide compositum.* Hucusque ille, satis quidem pro imperio. Nam ut hoc confirmet leviculas affert rationes; & cum rationum pondere careat, nec veritate sit adjutus, in quasdam exclamatiunculas divertitur, quæ vices rationum suppleant.

2. Mihi vero longe alia est sententia. Affero enim filiam nunquam melius formâ suâ matrem referre, aut germanos fratres esse similiores, quam hæc periocha sit cæteris Josephi scriptis stylo & dicendi genere similis. Nam & verba, & phrases, & λέξεως χρῶτα si spectes & invicem contuleris, ut purpura ad purpuram collata, sic & ista se mutuo illustrabunt, atque genuina ostendent. Verum tamen antequam de periochæ stylo speciatim tractare incipiam, aliquid generatim de stylo Josephi præmonendum, in rem nostram fore duximus. Licet autem passim ac promiscue voces istas, nempe stylum, ac dicendi characterem, & genus usurpaverim; stylus tamen proprie à dicendi genere distinguendus est; ut aliud sit stylus, aliud dicendi genus; cum per varia dicendi genera stylus idem manere possit, & genus dicendi sit fere rei proprium, stylus vero scribentis. Nam dicendi genus circa sermonis quantitatem, stylus circa qualitatem versatur. Dicendi genus non modo sententiarum & verborum pondus atque delectum spectat, sed etiam sensum. At vero stylus de sensu parum sollicitus, in sola verborum & phrasium electione versatur: quæ phrasium aut verborum electio cuilibet auctori sive casu, sive potius studio & exercitatione frequentius usurpatorum, in oratione characterem aut colorem inducit, quem stylum docti soleant nuncupare. Adest etiam quædam sermonis formatio & circumscriptio, hoc est verborum nominumque, una cum particularum orationis certa dispositione, eodem modo & ordine subinde quasi familiariter recurrentium, unumque totius orationis sonum, ut loquitur Cicero, efficientium, quem non solent alii observare: quique æque varius est ac sint hominum ingenia, studiorumque rationes. Hinc fit ut ne quidem eidem homini constans sit semper stylus, mutatis rerum, temporum, vel studiorum rationibus. Nam licet dicendi genus sit vel tenue, vel mediocre, vel uber & magnificum, quæ sunt tria dicendi genera ab auctoribus usurpari solita; etsi quoque verba & phrases quædam sint propriæ cuique generi deligendæ, nullus tamen erit stylus manifestus, nisi easdem phrases & verba atque verborum phrasiumque formationes sæpius occurrentes reperiamus. Nunc vero isthæc omnia Josephus qua tractet arte videamus. Is autem Josephus est scriptor, qui polite atque ornate loquitur, & Græcarum literarum est peritissimus; ut nequeam eorum accedere sententiæ, qui eum judicant more Hellenistarum perorare; siquidem eos Hellenistas velint & Judæos, qui non Græcam phrasin, sed idiomate Hebræo corruptam usurpabant. Josephus enim prorsus Græce loquitur, ut nequidem melius, ut mea fert opinio, quisquam scribere possit.

3. Quod ad ejus igitur stylum spectat, hoc est phrasium verborumque sæpius usurpatorum delectum, ut in dicendi genere, sic quoque in stylo varius est. Nam in libro de Maccabæis, ut passim in orationibus, & in quibusdam narrationibus, est sublimis atque magnificus. In aliis vero in mediocrem dicendi rationem quandoque delabitur; in tenuem rarius aut nunquam; adeo, ut quod illi à quibusdam est attributum, Græcorum Livius nuncupari jure mereatur. Quoad stylum vero, ut multa scripsit, ita quoque varius est; licet non sit admodum varietas ista manifesta. Factum est tamen ut in quibusdam libris quidusdam utatur prasibus, quas in aliis negligit, Hinc est, ut ista diligenter excutienti comparuerit, alium esse stylum librorum de Bello Judaico à libris Archæologiæ, alium esse stylum quoque librorum contra Apionem, aliumque prorsus orationis de Maccabæis. Quodque non leviter est observandum, alius est stylus librorum Archæologiæ Judaicæ priorum, alius vero posteriorum: hoc est, verba quædam atque locutiones in posterioribus frequentius comparentes, rarius in prioribus adhibentur. Quinetiam sæpe factum est, ut quibusdam libris quasdam interponat phrases, quæ nusquam alibi observari potuerunt. Si qua tamen est in ejus stylo differentia, ea talis est, ut saltem ab eodem producta videatur: neque major est ac sint inter fratres geminos, aut iisdem prognatos parentibus oris forma & differentia. Quorum ne fides dictis desit, in sequentibus aliquot exempla subjeci; cum plura possem si tanti esset; utque omnem cavillandi ansam præriperem, si contigisset, quod tamen in hac periocha factum fuisse nego, ut in hac Josephus a cæteris ejus scriptis & oratione diverteretur. Tantum enim abest ut hoc illi contigerit, ut contrarium potius appareat. Quo proxima sunt alia scripta, eo quoque periochæ simillima.

4. Horum autem causas indagare, quemadmodum non inutile forsan erit; ita nec ab instituto nostro alienum. Quoniam multum intersit ea summâ conquirere diligentiâ, quæ vel nebulonis imposturam, si qua sit impostura, vel ipsius scriptoris indolem atque ingenium illustrare possint. Primum enim & locus, & tempus, & lectio varia, aliquid in sermone solent innovare. Deinde potest etiam Historiæ scriptoris stylum mutare, non modo rerum & materiæ differentia, sed & stylus modusque dicendi, quibus usi sunt auctores illi, quorum subsidio suam recentior comparaverit. Denique nonnihil huc confert, correctorum amicorumque sedulus labor & ingenium, qui si plures, aut vario tempore varii fuerint, prout cuique sua magis placent; sic quoque nonnihil à se invicem immutari necesse est ea, quæ judicio sint submissa variorum.

5. Quæ quidem omnia in Flavio Josepho concurrunt, variæ lectionis studiorumque viro, variisque si quis alius fulto præsidiis, scriptorumque monumentis. Siquidem ea quæ scripsit in libris de Archæologia non modo sua non sunt, sed è peregrinâ quoque linguâ conversa. Hebræi priorum ma-

[a] Tan. Faber. Lib. I. Epist. XLIV.

materiam suppeditàrunt, Græci vero posteriorum. Sed Historiam de Bello Judaico ipse composuit. Hinc & illa fortasse à cæteris aliquantum differt. Porro etiam, non omnia sunt eodem scripta tempore, neque iisdem elaborata subsidiis. Varios denique correctores advocavisse certum est, quippe quod illud de se contra Appionem scribendo, jactans ut puto, profiteatur. Ait enim libro primo, χρησάμενός τισι πρὸς τὴν ἑλληνίδα φωνὴν συνεργοῖς, οὕτως ἐποιησάμην τῶν πράξεων τὴν παράδοσιν. Quod si istos συνεργοὺς, non correctores voces, sed adjutores, jam mirum non esset, etsi major cerneretur in stylo differentia, quam sit ea quam nunc in ejus scriptis videmus.

6. Eum decet igitur, qui aliquâ periochâ Josephi libros suffarcire voluerit, horum omnium non solum fuisse acutissimum indagatorem, & observatorem diligentissimum, *sed etiam omnino memorem.* Quæ cum ita sint, periocham nostram à nemine interpolatam fuisse hinc concludo; nam hisce omnibus spectatis, ea cum cæteris Josephi scriptis accurate convenit: proximis locis est simillima, nec est aliena à remotioribus. Stulte tamen ajunt hanc imposturam fuisse consarcinatam, licet Eusebium Pamphili, virum maximum auctorem habuerit. Ego vero sic sentio; si hæc sit dolo conficta, & Josepho consuta, assero, eum mirabili quadam arte usum esse, qui adeo dolum suum astu coluerit, ut quod longe post Josephi ætatem texturæ consutum volunt, potius una cum subtemine contextum existimem. Ideoque periocha ista non alium quam Josephum auctorem habere potuit; quia si fuisset inserta, fraus illa tam diu latere non potuisset.

7. Quoniam autem illi ad stylum, certissimum indicium, provocant, accipio conditionem; & vicissim rogo, ut postposito partium studio, ipsi non testentur de stylo, qui partes accusatoris occupant. Ne quod olim sunt professi, inviti negare recusent. Ipse de suo det testimonium opere Josephus. Eum ego & solum dabo testem amplissimum, & omni exceptione majorem. Hunc si testem admittant, nullius ego judicium vel arbitrium detrectabo. Istam enim periocham, quam fœtum esse Josephi negant, ipse si reviviseret Josephus proculdubio ut suam agnosceret. Quippe quod formam orisque characterem, quem Josephus indidit, non magis immutatum esse scio longo temporis intervallo, quam sint cætera, quæ ab ipso vel ab aliis ejusdem ætatis sunt auctoribus producta. Ejus formam qualis nunc est edita, qualemque sum defendere paratus, ut lectoris memoriam refricem, hîc exhibebo. Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων, καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο. ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἵγε πρῶτον ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. εἰς τε νῦν, τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων, οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.

8. Hæc sunt verba quæ tam male agitant quosdam viros, doctos quidem, sed nimis fastidiosos. Primum autem quæritur an debito hæc stent loco? Sunt qui hoc negent. Ajunt enim hæc debuisse ad finem capitis quinti rejici: quæ cum alieno sint loco posita, & scriptoris orationem abrumpant, pro supposititiis sunt habenda; ipse enim Josephus non huc illa intrusisset. Sed hoc commentum facile diluitur. Nam cum Christus sit passus sub Pilato, cumque rebus Pilati gestis caput quartum & quintum Josephus tribuerit, si ad finem capitis quinti Testimonium de Christo fuisset intrusum, necesse esset Christi passionem ad annum Pilati nonum vel etiam decimum referre: qui tamen multo ante passus est. Instant, divelli hîc duas narrationes calamitatum quas passi sint Judæi; At quid hoc quæso ad rem? An etiam non satis dividuntur Historiæ illæ duarum calamitatum, longâ illâ narratione de Paulinâ Romanâ, & Decio Mundo, quæ nihil facit ad res Judaicas. Et illa erat pari rejicienda ratione. Quippe quod cum isto de Christo Testimonio sexies sit amplior, longe magis divellit Historiæ seriem. Sed lepida illa narratio, ne quid pejus dicam, melius quorundam sapit palato quam luculentum de Christo Testimonium. Verum enim ut uno jam verbo hoc absolvam, hisce duobus capitibus non exactam rerum seriem complectitur, sed tres aut quatuor mirabiles eventus, nulla sibi invicem præterquam temporis ratione connexos simul refert. Et admodum jejuna videtur narratio eorum, quæ sub Pilato gesta sunt, quod utique vel deficiente rerum gestarum copiâ accidit, aut commentariorum defectu. Neque tamen hæ duæ calamitates adeo sibi invicem sunt connexæ, quin septem, aut etiam octo, inter primam & alteram anni sint elapsi. Non male itaque rejicitur hoc Christi Testimonium medio temporis intervallo, cum Christus in cruce fuisse passus inter utramque videatur. Omnia igitur hîc recte se habent.

9. Sunt, qui hæc objecisse non contenti, etiam amplius addant, atque se maxime in hoc argumento efferant, sibi videri hanc periocham post absolutam demum Historiam & orationem huic loco fuisse insertam. Quoniam apertum sit eam filum orationis intersecare. Siquis vero respondeat, ab ipso Josepho inseri potuisse: tum instant & acrius urgent, hoc responsum suppositionis insimulare totam periocham, cum vel ab alio pariter ac Josepho potuerit interpolari; esse autem verisimilius ab alio esse interpolatam. Ego vero non sic respondeo. Neque licet concederem, hanc periocham filum orationis interrumpere, ideo tamen & statim censerem quod periocha fuisset interpolata; cum non necesse sit, ut auctor Historiæ eo ordine semper scribat, quo res rem quasi protrudat, & gesta sibi invicem haud interrupta connexione ne vinciantur. Thucydides sane cujus laus in Historia fere supra omnes reliquos effertur, hanc ob rem à [a] Dionysio Halicarnassensi ἀσαφὴς καὶ δυσπαρακολούθητος nuncupatur. Nam ut ejus rationem, quæ sane præclara est atque huic loco aptissima, apponam, πολλῶν κατὰ τὸ αὐτὸ θέρος ἢ χειμῶνα γιγνομένων ἐν διαφόροις ὡς εἰκὸς τόποις, ἡμιτελεῖς τὰς πρώτας πράξεις καταλιπὼν, ἑτέρων ἅπτεται τῶν κατὰ τὸ αὐτὸ θέρος ἢ χειμῶνα γιγνομένων. πλανώμεθα δὲ, καθάπερ εἰκὸς καὶ δυσκόλως τοῖς δηλουμένοις παρακολουθοῦμεν ταραττομένης τῆς διανοίας. Dicit frequentius interrumpi rerum narrtionem, quo factum est, ut lectores mente jam turbata, summâ cum difficultate res expositas consequantur. Quid mirum igitur si perturbentur isti, hac de Christo in Flavio digressione quod orationis nexum quodammodo secare videatur. Quam ergo duri in Flavium sunt censores, ut quod Thucydides frequentius commisit crimen, ejus ne semel quidem Josepho gratiam faciant.

10. Reponent fortasse, Thucydidem esse horridiorem & στόμφακα, incultum porro atque negligentem. Hunc non sequi Josephum, utpote qui sit tersus, politus, perspicuus, ut tanquam limpidum flumen ejus effluat dictio: denique sequi potius Herodotum quam Thucydidem. Quasi vero Herodotus non suas quoque habeat digressiones? Photium igitur audiant, cujus isti tantopere & solâ fere commoveri auctoritate videantur. Verba ejus

[a] Epist. ad Pomp.

ejus hæc ſunt, κέχρηται δὲ μυθολογίαις καὶ παρεκβάσεσι πολλαῖς, δι' ὧν αὐτῷ ἡ κατὰ διάνοιαν γλυκύτης διαρρεῖ, εἰ καὶ πρὸς τὴν τῆς ἱστορίας κατάληψιν, καὶ τὸ οἰκεῖον αὐτῆς καὶ κατάλληλον τύπον, ἐνίοτε ταῦτα ἐπισκοτεῖ, οὐκ ἐθελούσης τῆς ἀληθείας μύθοις αὐτῆς ἀμαυροῦσθαι τὴν ἀκρίβειαν, οὐδὲ πλέον τοῦ προσήκοντος ἀποπλανᾶσθαι ταῖς παρεκβάσεσι. Hic itaque crebris utitur digreſſionibus quæ quandoque obſcuritatem pariant, & accuratam in veritate ſubtilitatem obfuſcent, cum non liceat nimium à re propoſita ſcriptorem digredi. At vero quidni ſemel iterumque liceret. Alibi Photius Cteſiam cum Herodoto conferens, ait, hunc πρὸς ἐκτροπάς τινας ἀκαίρους ἀπάγειν τὸν λόγον. Sunt itaque in Herodoti ipſius ſcriptis diverticula quædam, quæ cenſoribus importuna videantur. An itaque φορτικοί non ſunt illi & nimis acres cenſores, qui unam hanc ut iſti putant digreſſionem importunam eſſe nimis cenſeant. Verum tamen magis ipſi importuni, qui hac ſola freti ratione hanc periocham ab aliena manu judicent eſſe inſertam & interpolatam. Præſertim cum nulla intercedat ratio, vel norma ac ſcribendi conſuetudo, quæ non ſinat ſcribentes quandoque digreſſionibus ſecedere: à quibus diverti ſoleant & orationis nexum interciſum arripere, præmiſſis formulis ut ſequentia ad ſuperiora, tum quidem intermiſſa, referantur. [a] Obſervavit Iſaacus Caſaubonus, eſſe Hiſtoricorum principibus in more poſitum, variis obſervationibus, quas Græci ἐπιστάσεις melius appellant, ſuas narrationes ornare. Quamobrem dum varia conjungunt, ea minus concinne lectori inter ſe cohærere videntur. Et maxime id fieri amat, ſi quando memorabile quidpiam ſubindicare volunt; tunc enim ſermonem aliqua ex parte quaſi abrumpere neceſſum eſt. Iſtæ autem digreſſiones cum ornent ſimul & onerent orationem, non idcirco tamen dicuntur contaminare, licet interpolare videantur. Nam cum digreſſionibus peractis ad conſequentia dilabantur, voces quaſdam præmittunt, quæ ſatis oſtendant, narrationem abruptam hîc repeti; quaſi ſimul dicant, interjectorum non habendam eſſe rationem.

11. Eſto tamen non licere hoc aliis, quod tamen licere omnibus eſt probatum; at vero hic ſane mos erat Joſephi; tales enim digreſſiones, quas ἐπιστάσεις ille ſupra nuncupat, Photius vero παρεκβάσεις & ἐκτροπὰς ἀκαίρους, quandoque ſunt ab ipſo Joſepho uſurpatæ. Legantur modo quæ libri quinti capitibus decimo, undecimoque referuntur. In his enim poſt longas digreſſiones & quidem numero plures, nulloque alio nexu niſi tempore conjunctas, atque finitæ antea de bello quodam narrationi ſubjectas, ſequitur alia de ſimili bello narratio, quam hujuſmodi quoque qualem in Teſtimonio & poſt Teſtimonium reperimus, eſt formulâ conſecutus. Nam cum dixiſſet capitis decimi initio, Palæſtinos ab Iſraëlitis exegiſſe tributum, è qua ſervitute Samſon illos tandem recuperavit, cujus vitam & geſta Joſephus digreſſione longiuſcula perſequitur; deinde etiam capitis undecimi principio, poſt hujus necem rebus Hebræorum Elim Pontificem præfuiſſe monuiſſet: atque iterum in longiſſimam de Rutha digreſſionem eſſet collapſus, quæ nihil cum rebus Samſonis aut Palæſtinorum communis haberet; ad aliud bellum enarrandum, cumque Palæſtinis confectum revertitur, quaſi prioris partem ſecundam, de quo ſic præfatur, Ἑβραίων δὲ τῶν πραγμάτων αὐτοῖς ὑπενεχθέντων πάλιν πόλεμον ἐκφέρουσι Παλαιστινοῖς. Ipſorum jam cenſorum liberum eſto judicium vel arbitrium, an illa formula, πάλιν πόλεμον ἐκφέρουσι, qua bellum iſtud ſecundum cum illo ſuperiore conjungitur, non prorſus ſit ſimilis illi, quam, abſoluto per digreſſionem breviſſimam de Chriſto Teſtimonio ſubjicit, καὶ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἕτερόν τι δεινὸν ἐθορύβει τοὺς Ἰουδαίους, ut hanc narrationem ad illam priorem, quæ de ſeditione ſub Pilato tractabat, referre videatur. Sane prorſus ſunt ſimiles; ideoque ſe mutuo firmant, ut ne quidem aptior defenſio quam ex ipſo Joſepho poſſit adhiberi.

12. Poſſem hîc aliam eamque ſimillimam ex Joſephi Archæologia digreſſionem producere, ubi ſcilicet de Johanne Baptiſta loquitur; ſed cum ea in dubium quoque revocetur, licet non ſine ſumma injuria, hîc omittere malo. Sed & plures hujuſmodi digreſſiones, ſimili quoque formulâ exceptæ, quæ ſequentia ad antecedentia referant, in ipſa ſcriptura ſacra reperiuntur. Conſulantur ſi placet, quæ Judicum Hiſtoriæ Cap. XIII. 1. extant, atque cum illis quæ Cap. X. 5. legimus conferantur. Quod cum factum fuerit, rogabo, cur non intermedia iſta tanquam ſuppoſita & intruſa confodiuntur: Præterea, neque nos fortaſſe rectè legimus, neque adverſarii ſatis intelligunt Flavii mentem. Nam quid ſi non γίνεται δὲ ſed γίνεται δὴ ut in codice Cæſareo legamus? Quomodo etiam hanc particulam uſurpavit Michaël Glycas, ubi de hoc Teſtimonio loquitur, τότε δὴ τότε Φίλων ὁ σοφὸς καὶ Ἰώσηππος ἤκμαζον. Cum vero δὴ Latine ſonet *etiam*, tantum abeſt ut narrationem divellat hoc Teſtimonium, ut admiſſa hac particula, potius conjungere videatur. Sed levia ſunt iſta, ut & adverſariorum rationes, tametſi hanc ſcripturam non admittamus. Quorſus igitur hîc nobis negotium faceſſunt, quaſi novum hoc eſſet ac inſolitum, aut ſaltem tanti, ut propter has leviuſculas & inanes rationes præſtantiſſimum hoc Teſtimonium, per tot ſæcula in Eccleſia Chriſtiana celebratum, ſit nunc tandem è ſede ſua propter quorundam lubidinem rejiciendum.

13. Neſcio certe, an hîc producere debeam Johannis Cloppenburgii de ſuppoſitione hujus periochæ ſuſpicionem; quoniam quo prodiit tempore à Ludovico Capello, viro clariſſimo, eſt optime ſolideque refutata, licet Capellus non alias huic periochæ eſſet ſatis amicus. Nequid vero negligere videar quod ad rem faciat, pauca utrinque ſum excerpturus. Ait autem Cloppenburgius, voluiſſe Joſephum parallelismo Paulinæ, ſua opinione à Deo, revera à Decio Mundo impraegnatæ, aut ſtupratæ, ridere fidem Chriſtianam de conceptione Ieſu Chriſti, & nativitate ex Virgine per operationem ſpiritus ſancti. Propter quam blaſphemiam, ita ſuſpicatur, à Chriſtiano aliquo caſtigatum & caſtratum fuiſſe eo loco Joſephum, ut jam illa pericha ſit ἀσύνδετος. Huic igitur reſpondet Capellus, Joſephum hanc præmiſiſſe de Paulina narrationem, poſteriori calamitati, quatuor millium Judæorum, in Sardiniam pulſorum, ob inſignem impoſtoris Judæi, religione ſui Templi dolo malo abutentis fraudem. Nequis autem Romanus impoſturam illam Judæis per convicium in os objiceret, præmittere voluiſſe aliam longe graviorem Equitis Romani religione ſacrorum Templi Iſidis ad turpiſſimum facinus abutentis; ut ſiquis vellet Judæis impoſturæ crimen objicere, illic in promptu haberent reſponſionem paratam. Hæc enim inter ſe argumenti ſimilitudine atque affinitate cohærent, adeoque aperte à Joſepho in Hiſtoriæ ſuæ narratione non ſine ſtudio connectuntur. In utroque facto impoſtura eſt hominum, religione ſuâ turpiter abutentium, & utrobique Saturninus eſt tum Paulinæ, tum Fulviæ maritus. Quam quidem viri docti rationem nemo non probabit, qui obſervaverit, quanto cum ſtudio Joſephus ſategerit, ne illam de Fulvia per Judæos decepta narrationem exordiretur, priuſquam hanc de Paulina per ſacerdotes Iſiacos conſtuprata præmitteret, ea de cauſa quam Capellus attulit. Sed & ipſe

[a] Ad Annal. Bar. Exercit. XIII. Sect. 63.

ipſe narrationis ordo ſatis oſtendit, iſtas narrationes ſe mutuo reſpicere. Ex quibus videre licet, Flavium noſtrum in omnibus ſemper gentis ſuæ honori conſulere.

14. Tranſeamus tandem, his de recta Teſtimonii poſitione præmiſſis, ad ipſum Teſtimonium, quod cum aliis Joſephi verbis ac phraſibus ſimillimis componere ſtatuimus: ut inde eluceſcat, quam genuinus ſit Joſephi fœtus, ſuiſque fratribus ſimillimus. Hoc autem fiet, totam ſedulo percurrendo periocham, ſingulaque verba atque phraſes cum paribus comparando verbis ac phraſibus, phraſiumque circumſcriptionibus, in quibus ſtyli conſiſtit ratio & orationis character.

I. ΓΊΝΕΤΑΙ. In ſtylo dignoſcendo duo ſunt obſervanda, frequens uſus vocum atque phraſium modorumque loquendi, & ſimilis vocum poſitio ſeu ſtructura. Utrumque, ut recte principium ponamus, de hac voce probandum eſt. Etenim non inſolitum Joſepho, ſicubi filo orationis abrupto, in aliam rerum ſeriem tranſit, hoc verbum præponere. Sic enim libro Archæologiæ XVIII. cap. 12. cum ſuperiore capite de imagine Caji Cæſaris in Templo Hieroſolymæ ſtatuenda diſſeruiſſet, ad res Babylonicas converſus his exorditur verbis, [a] Γίνεται δὲ περὶ τοὺς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ καὶ μάλιστα τὴν Βαβυλωνίαν οἰκοῦντας Ἰουδαίους, συμφορὰ δεινή. Sic libr. XX. cap. 2. [b] Γίνεται δὲ πρᾶξις αὐτῶν καλάφωρος τοῖς ὑπηκόοις. Unum tantum addam ex eodem libro cap. 6. [c] Γίνεται δὲ καὶ τῶν καισάρειαν οἰκούντων Ἰουδαίων, στάσις πρὸς τοὺς ἐν αὐτῇ Σύρους. Confer Lib. I. cap. 3. Archæologiæ pag. 6. D. & cap. 16. pag. 24. F. Lib. XX. cap. 5. pag. 691. E. & de Bello Jud. Lib. I. cap. 1. pag. 709. G. Et cap. 4. pag. 715. E. & Lib. IV. cap. 15. pag. 876. B. & iterum Archæologiæ Lib. III. cap. 6. pag. 82. F. & cap. 8. pag. 84. B. Quinetiam dignum eſt obſervatu, Joſepho eſſe fere ſolenne verbum, quod vocant principale, in ſententia ſtatim à principio ponere; quippe quod verbum ſic poſitum, tanquam fundamentum, vim ac pondus addat orationi.

II. ΚΑΤᾺ ΤΟΥ͂ΤΟΝ ΤῸΝ ΧΡΌΝΟΝ. Hæc eſt formula quâ connectuntur ſequentia cum ſuperioribus, non tam naturali nexu quam tempore ſimul exiſtentia. In prioribus autem Archæologiæ libris aliquantum ſtylum variat, ſed ſine inſigni differentia. Lib. VI. cap. 14. [d] κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀκούσας Δαβίδης. Ibidem mox, [e] ἀποθνήσκει δὲ κατ᾽ αὐτὸν καιρὸν καὶ Σαμουῆλος ὁ προφήτης. Et lib. VIII. cap. 2. paulo aliter, [f] κατ᾽ ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν. Dixerat paulo ante eodem capite, ὑπερῆρε δὲ καὶ διήνεγκε σοφίᾳ καὶ τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν δόξαν ἐχόντων παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ἐπὶ δεινότητι. Plura ſunt in eodem capite exempla pag. 271. A. & pag. 274. A. & lib. IX. cap. 1. pag. 300. B. & cap. 2. pag. 321. A. ἦν δέ τις κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν προφήτης ναοῦμος τοὔνομα. At vero quo propius accedit ad periocham, eo ſtylum quoque propius aſſimilat; nam Lib. XIII. cap. 9. eaſdem uſurpat voces, aitque, [g] κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον. A quo non multum diſtat, quod lib. XIV. cap. 27. [h] reperitur: ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἀντώνιος μὲν ἐτρίβεν ἐν Ἀθήναις. Nec multum ab iſta formula quod eſt Lib. XIII. cap. 21. [i] κατὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον. Sed & Lib. XVI. cap. 16. [k] habemus, κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἧκοντος ἀπὸ καππαδοκίας πρεσβύτου παρὰ Ἀρχελάου. Lib. XVII. cap. 1. [l] Ἡρώδῃ δὲ τῷ βασιλεῖ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον συνῴκουν ἐννέα γυναῖκες. Nec deſunt plures ejuſmodi formulæ eodem quo hæc periocha continetur libro XVIII. cap. 3. [m] τελευτᾷ δὲ καὶ Φραάτης ὁ παρθυαίων βασιλεὺς κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. Et eodem quo periocha capite; quæ verba periocham ſequuntur, [n] καὶ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους. Mox etiam legas, [o] τῶν ἐν Ῥώμῃ Ἰουδαίοις κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον συντυχόντων. Libro etiam proximo, hoc eſt XIX. cap. 2. iſtud occurrit exemplum, [p] στασιάζεται δὲ κατὰ αὐτὸν τὸν χρόνον Ἰουδαίων τὰ πρὸς Ἕλληνας ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως. Et alia hujuſmodi ſexcenta, quæ ex quavis pagina afferre potuiſſem. Nemo igitur eat inficias, hanc phraſin non eſſe Joſephi genuinam ſine ratione contendens. Sunt alii, inter quos Sebaldum Snellium numeres, qui tametſi non negent quin hæc verba ſint ſecundum Joſephi ſtylum genuſque dicendi, tamen inſuavem in tam pauculis illis lineis repetitionem non ferant. Enim vero aures delicatas & nimis faſtidioſas! ut elegantes ſunt! credas ſi datum eſſet iſtis ut in aliquo ſcriptore Hiſtoriarum cenſuram exercerent, ita animum ibi eſſe, ut ſtatim etiam leviſſima culparent; neque condonaturos Thucydidi ſua, ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει, vel τοῦ δ᾽ αὐτοῦ θέρους, vel τοῦ δ᾽ αὐτοῦ χειμῶνος, & denique κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, & alia hujuſmodi, quæ ſexcenties occurrunt, & quamlibet fere paginam occupant. Hi homines ſi legerent Homeri Iliadem, credas ſtatim exortos Zoilos, qui vel ſpuria & interpolata, vel ſaltem inſuavia damnarent ea omnia ubi Poëta ſuum repetit τὸν δ᾽ ἀπαμειβόμενος. Ut jam neceſſe non ſit, pluſcula ex ipſo Joſepho petere hujus repetitionis exempla, quæ ubique fere extant, & in eo capite quo continetur Teſtimonium ſæpius.

III. ἸΗΣΟΥ͂Σ ΣΟΦῸΣ ἈΝΉΡ. Hæc eſt non ſolum lectio vulgatorum Joſephi codicum, ſed & Codicis Cæſarei eorumque omnium qui vel Græcam Joſephi periocham citant, aut verſiones exhibent Latinas, ſi ſolum excipias Euſebii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ codicem Græcum: in quo legitur Ἰησοῦς τις σοφὸς ἀνήρ. Sed neque hæc videtur eſſe genuina Euſebii lectio, cum in demonſtratione Euangelica voculam τὶς omittat; atque ejus interpres Latinus Ruffinus Aquilejenſis, & omnes Græci qui Euſebium exſcripſiſſe videntur. Ut melior iſta quam retinent vulgati codices Flaviani ſit lectio, quam Euſebiana. Opus autem fuit, ut iſta notarem, quia Tanaq. Faber ſibi monſtra hîc larvaſque ſuſcitavit quibuſcum luctaretur, de quibus jam videbimus.

IV. ἸΗΣΟΥ͂Σ. Non ignotus erat Joſepho Ieſus Chriſtus, utpote quem alieno etiam loco commemoret & quaſi aliud agens. Cum enim de cæde Jacobi juſti loquitur, aſſerit eum fuiſſe fratrem Ieſu τοῦ λεγομένου Χριστοῦ. Et ſane ſtultum eſſet credere, Joſephum nuſquam alibi de ipſo fuiſſe locutum. An quod neſciret Ieſum extitiſſe; at vero id quidem falſum eſt; cum & in Galilæa, ubi ſua potiſſimum edidit miracula Ieſus, ſatis diu fuerit verſatus quadraginta poſt ejus necem annis; & in eo vico Galilææ, quem Cana vocant Joſephus & Euangeliſta. An neſciebat ille Chriſtum, qui præceptorem habuit Banum, quemque diſcipulum aut ſectatorem ejus fuiſſe tradunt, cujus erat Chriſtum omnibus oſtendere, is autem erat Johannes Baptiſta. Inſtant quidem, ipſum quoque Juſtum Tiberienſem noviſſe Ieſum; de ipſo tamen tacuiſſe. Verum id quidem eſt; ſed aliud erat Juſti propoſitum, aliud Joſephi. Nam Juſtus Regum Judæorum Hiſtoriam conficere aggreſſus eſt; Joſephus vero univerſas Judæorum Origines ac geſta recenſere. Tantundem igitur hoc erit, ac ſiquis ratiocinetur ad hunc modum: Joſephus in libris de Bello Judaico altum de Chriſto ſervavit ſilentium, licet de eo loqui non rara ſe obtuliſſet occaſio: Ergo in libris Originum de eo non eſt locutus. Quamquam autem vel Juſtus, vel alii Judæi, exciſâ urbe de Ieſu tacerent, nemo tamen tunc auſus eſſet eum olim

a pag. 644. C. b pag. 688. B. c pag. 695. G. d pag. 197. G.
e pag. 200. B. f pag. 273. E. g pag. 442. D. h pag. 502. D.
i pag. 458. F. k pag. 575. A. l pag. 583. G. m pag. 619. G.

n pag. 622. D. o pag. 623. D. p pag. 673. F.

olim in terris cum cæteris mortalibus versatum negare. Quid autem id tunc negarent, quod ne nunc quidem audent. Sane illi Judæi qui Josephi ætate vivebant, vix aliter quam Josephus de Christo sentiebant. Si qui pejus sentirent, non tamen eousque insaniæ progrediebantur, ut nunquam prorsus extitisse contenderent. Multi enim inter eos, & passum, & miracula fecisse agnoscebant; nec non è mortuis resurrexisse. Hoc solum negabant, divinos ei honores tribuendos, aut ritus Judæos esse deserendos. Progressu vero temporis odio reciproco moti, hostes Christianorum sunt facti: idque quod olim credebant tandem omnino negare ausi sunt. Frustra sunt qui censent, ex hodiernis Judæis aliquid certi de priscis illis esse statuendum. Quid quod proximâ post Josephum ætate, siquidem libro Zoharis sit credendum, quem ferunt scriptum ad mentem, aut etiam ab ipso R. Simeone F. Jochai, & R. Akibæ, qui Hadriano imperante floruit, discipulo; adeo, ut Aquilæ Pontici fuerit coætaneus: in illo obscurissimo loco ad Geneseos Cap. II. 4, 5, 6. quem exercitatione illustravit Ludovicus Capellus, Judæi duos agnoscunt Messias, alterum filium Davidis, hoc est Regem magnum, victoremque, alterum filium Josephi pauperem contemptum, quia ut ait Capellus, liberationem à Romanorum aliarumque gentium servitute, quam à suo Messia expectabant, per eum non sunt nacti; ideoque relegant ad Christianos, ipsisque relinquunt colendum. Licet autem hæc prave sint intellecta, cum potius de gemino Christi adventu essent exponenda, hoc humiliationis, illo altero gloriæ: habemus tamen, ut ita dicam, confitentes reos, qui Iesum pro qualicunque agnoscunt Christo, seu Messiâ. Horum autem sententiam recipere potuit Flavius.

Istum Zoharis locum, qui probare videatur veteres Judæos circa Josephi tempora Iesum nostrum pro Christianorum Messia recepisse, adeo, ut satis bene illis cum Josephi Testimonio convenerit: quod si verum fuerit, nihil magis ad rem nostram facere possit, erunt fortasse qui afferant, nihil proficere, cum per Messiam filium Josephi non intelligant nostrum Christum, sed alium è tribu Ephraimi, vi oraculi Jacobæi quod Geneseos Cap. XLIX. 26. occurrit expectandum, atque Josephi Patriarchæ gratia concedendum. Agnosco sic velle Judæos hodiernos; sed cum illud posteriorum effugium esse videatur, ut ipse testatur Capellus, judicent docti, utrum alter iste Messias, quem filium Josephi nuncupant, pauper, infirmus, mendicus, leprosus, quemque etiamnum delitescere comminiscuntur inter mendicos ad portas urbis Romæ, dici possit Messias, Josephi Patriarchæ gratia concessus. Præclaram sane gratiam isti Josephi optime de gente Hebræorum merito sic reponunt. Certe hinc videre liceat, quo magis in obstinata infidelitate persistunt Judæi, eo cæciores esse atque stultiores; qui ut suæ causæ patrocinentur perquam debili fultæ tibicine, absurdissima nunquam excogitare vereantur. Ego vero longe aliam fuisse Judæorum post eversam urbem sententiam existimo. Nam cum viderent ex vocatione gentium, per Iesum nostrum ejusque nomine & auctoritate facta, eum non alium esse quam Messiam: præsertim, cum Vates omnes nominatim satisque clare prædixerint, Gentes ad Dei cognitionem per Messiam esse revocandas; ne istum omnino recipere cogerentur, aut vates mendacii insimularent, hoc sunt usi commento, ut Messiam istum Josephi filium Christianis relinquerent, sibi vero alterum Messiam, potentem, magnificum, & pro captu suo vere Regium, venturum esse affirmarent. At vero, cum etiam Judæi posteriores hoc ipsum sibi fraudi esse cernerent; ad aliud effugium convolârunt: quod quidem priore illo suorum majorum est longe stultius. Sic igitur mihi nova Judæorum commenta objiciuntur, cum ego primis & antiquissimis illorum concessionibus stare mallem: istæ autem concessiones optime quadrant cum sententia Testimonii Flaviani. Non mirum est itaque, si Josephus Iesum agnoscat, quem alii etiam prisci Judæi agnoverunt. Josephus enim ille, quem Messiæ patrem esse perhibent, maritus est Mariæ Virginis, Iesuque matris.

V. ἸΗϹΟΥϹ ΤΙϹ. Huic voculæ τις, dicam inscribit Tanaq. Faber, *Isne*, inquit, *qui pro Christo habitus, ab aliis certe ita cognominatus, is inquam à Josepho fuerit hoc loco dictus* Iesus quidam? *Deinde iste ignobilis* Ἰησοῦς τις *ita in hoc Josephi, ut volunt Testimonio describitur, ut veteres prophetas facile superaverit omnes.* Mirum quidem hanc voculam tantopere derideri, quam etsi facile Josepho abjudicem propter rationes supra allatas, nequeo tamen ita præterire, quin & recte, & secundum Josephi consuetudinem usurpatam esse nunc asseram; siquidem verum esset ut Josephus sic esset locutus. Quis enim scriptorum ubi de ignoto antea viro, postmodum vero quasi è tenebris in lucem emergente non sic loquatur? non potuit mea quidem sententia hoc melius exprimere. Etenim in aliis ejusmodi casibus ab hac non divertitur forma loquendi. Nemo magis famosus in Archæologia Judaica quam Jeroboamus filius Nabatæi. Qui decem tribus à Roboamo Solomonis filio extorsit; is vero Jeroboamus antea ignotus, cum primum in Historiæ serie compareat, hac voce celebratur, quæ sane vel in bonam vel in malam solet partem accipi. Libr. VIII. cap. 2. [a] ἐπιτίθεται δὲ Σολομῶνι, καὶ τῶν ὁμοφύλων τις Ἱεροβόαμος υἱὸς Ναβαταίου. Nec aliter loquitur, etiam cum de propheta res est, ut ex iis verbis apparet quæ supra de Nahumo posuimus. Similiter de Juda Vate simul & Esseno sic habet Lib. XIII. cap. 19. [b] μάλιστα δ' ἂν θαυμάσειε τις Ἰούδαν τινά, Ἐσσηνὸν μὲν τὸ γένος, οὐδέποτε δὲ ἐν οἷς προεῖπε διαψευσάμενον τἀληθές. Idem dixit de Nehemia, illo Judæorum instauratore maximo, atque è regiâ, ut multis visum est, stirpe Davidis oriundo, Lib. XI. cap. 5. De Abrahamo quoque Berosum sic inducit loquentem, Lib. I. cap. 8. παρὰ Χαλδαίοις τις ἦν δίκαιος ἀνήρ. Neque aliter de præceptore suo loquitur in Libro de Vita sua, πυθόμενος τινα Βανοῦν ὄνομα κατὰ τὴν ἐρημίαν διατρίβειν —— ζηλωτὴς ἐγενόμην αὐτοῦ. Legantur porro quæ de Ceniaso & Jephtha, aliisque multis similiter efferuntur. Denique, quod cardo rei est, non aliter loquebantur de Christo, illi qui Christum aut Messiam esse negabant, inter quos suum nomen Josephus, ut isti volunt, profitetur. Etenim sic de Christo verba facit Festus, apud Lucam in Historia Apostolica. Plura possem producere, sed hæc ad institutum nostrum sufficiant; ne sit necesse ad illud confugere, depravata scilicet esse Josephi exemplaria, utque simul quoque notetur, quælibet culpari posse quæ nobis displicent, quantumvis alioquin recta esse videantur.

VI. ϹΟΦῸϹ ἈΝῊΡ. Multæ passim occurrunt in Archæologia Judaica magnorum virorum descriptiones, ac elogia, quæ solet Josephus plerumque morte commemoratâ subjungere. Istis fere descriptionibus ac elogiis vocem ἀνὴρ, inutilem certe plerumque, sed tamen emphaticam solet accommodare. Raro aliquod elogium sine ista voce legimus. Huic vero alias adjungit pro re nata convenientes. Harum multas descriptionum consului, quæ à se invicem fere sunt diversæ, ut nemo magis quam Josephus copia verborum abundare videatur. Quapropter nemo miretur, si vocem σοφὸς nul-

[a] pag. 273. G. [b] pag. 455. C.

nullis adjunctam descriptionibus commonstrem. Ausim enim asseverare, Josephum de nullo alio præterquam de Iesu Christo hac usum esse. Sed ne hoc quisquam carpat, viros excellentes variis & à se invicem distinctis attributis honestat, ut fere nunquam quemquam deprehendatur eadem qua alium laude celebrare. Hoc ut compareat quod de utraque dixi voce, præcipua Heroum Elogia ac descriptiones, quantum ad rem nostram sit satis, subjeci. De Abrahamo è Beroso Chaldæo Lib. I. cap. 8. παρὰ χαλδαίοις τις ἦν δίκαιος ἀνήρ. Ipse Josephus de eodem cap. 17. ἀνὴρ πᾶσαν ἀρετὴν ἄκρος. De Isaaco Lib. I. cap. 20. ἀνὴρ θεοφιλὴς καὶ πρόνοίας πολλῆς ἠξιωμένος ὑπ᾽ αὐτοῦ. De Jesu Naveci filio Lib. V cap. I. ἀνὴρ δὲ μήτε συνέσεως ὢν ἐνδεὴς, μήτε δὲ τὰ νοηθέντα πρὸς τοὺς πολλοὺς σαφῶς ἐξενεγκεῖν ἄπειρος. De Samuele Lib. VI. cap. 14. ἀνὴρ οὐ τῆς τυχούσης ἀπολαύων παρὰ τοῖς ἑβραίοις τιμῆς; mox, ἀνὴρ δίκαιος καὶ χρηστὸς τὴν φύσιν. De Nathane Vate. Lib. VII. cap. 7. ὁ δὲ Νάθαν, ἀστεῖος ὢν καὶ συνετὸς ἀνήρ. De Chusi Lib. VII. cap. 8. φίλος ἀνὴρ καὶ βέβαιος. Ibidem de Achitophele. ἀνὴρ ὢν φρενήρης καὶ συνιδεῖν τὸ λυσιτελὲς ὀξύτατος. De Davide Lib. VII. cap. 12. οὗτος ἄριστος ἀνὴρ ἐγένετο. De Elisæo Lib. IX. cap. 9. ἀνὴρ ἐπὶ δικαιοσύνῃ διαβόητος. De Polybio Megalopolitano Lib. XII. cap. 13. ὃς ἀγαθὸς ὢν ἀνήρ. De Juda Maccabæo Lib. XII. cap. 19. ἄνδρα γενναῖον καὶ μεγαλοπόλεμον γενόμενον. De Johanne Baptista Lib. XVIII. cap. 7. κτείνει γὰρ τοῦτον ἡρώδης ἀγαθὸν ἄνδρα. Unum exemplum addam è Lib. IV. cap. 18. de Bello Judaico, quo voluit Ananum Pontificem celebrare, σεμνὸς ὁ ἀνὴρ καὶ δικαιότατος. Morem suum quoque servat etiam de muliere loquens, sic enim Alexandræ Reginæ elogium orditur Lib. XIII. cap. 24. γυνὴ τῷ ἀσθενεῖ δὲ φύλε καὶ οὐδὲν χρησαμένη. Hinc satis patebit in nostra periocha Josephum, licet attributum σοφοῦ ἀνδρὸς adhibuerit à cæteris omnibus discrepans, quod nisi fecisset non esset hic similis sui; quoad modum tamen sententiæ ac elogii suis moribus obsecutum fuisse. Etenim hoc, ut mea fert opinio, non minus stylum declarat, quam si centies alibi integrum σοφοῦ ἀνδρὸς attributum dedisset.

VII. ΕἼΓΕ ἌΝΔΡΑ ΑΥΤῸΝ ΛΈΓΕΙΝ ΧΡΉ. Hanc omnium Græcorum codicum lectionem, non agnoscunt Codices manu exarati antiquæ Versionis Latinæ, quos penes se fuisse testatur Isaacus Vossius, inter quos fuit unus ante octo secula descriptus. Hinc suspicatur ille ab aliena manu accessisse. Sed frustra, cum repugnet aliorum omnium consensus, tum Græcorum tum etiam Latinorum, atque eorum quidem, quos secutus est iste Vetus Interpres, quique cum sint eo antiquiores, hanc tamen periocham cum ista sententia perlegerunt. Esto tamen, aliquid Codici Vossiano esse tribuendum; At quam proclive sit talia librariorum in curiâ in optimos libros irrepere, nemo est qui nesciat, eorum qui in hisce literis tractandis operam suam collocant. Fieri enim possit, ut aliquis Christianus, cum apud Josephum legisset, Iesum Christum elogio σοφοῦ ἀνδρὸς solummodo insignitum atque celebratum, margini indignabundus adnotaverit, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Quæ verba ignarus postea librarius in ipsius verba scriptoris intruserit. Sic quidem ista defendi possent, nisi alia quoque suppeterent quæ me non sinant istis rationibus commoveri. Non opus est ut de codicum nostrorum fide aliquid pertimescam: omnia se in illis recte habere credo. Cum nemini mirum videri queat, in scriptis codicibus quædam deesse quæ ex aliis cito suppleantur. Hæc itaque esse Josephi lubens agnosco: quid aliud quærunt adversarii? me quidem habent confitentem. Dictum hoc est à Flavio: & recte dictum existimo. Phrasin à stylo tutam reddit hoc è libro primo contra Apionem, statim à principio, εἴγε δεῖ μὴ ταῖς ματαίαις δόξαις ἐπακολουθεῖν. Ut ne sic quidem desint exempla quæ hanc phrasin esse secundi Josephi stylum comprobent.

Ad sensum hujus phraseos illustrandum defendendumque veniamus. Qui postulaverit sibi rationem dari, quomodo Josephus id de Iesu testari potuerit, hoc accipito responsum. Ista verba non statim supponunt, Josephum dixisse, Iesum esse Deum, ut putavit Tanaq. Faber, cum diceret, *Quid, quæso aliud innuere vult, nisi Iesum Dominum esse Deum? in quo graviter peccat hic pius impostor.* Peccat ipse potius Faber, cum verba istæc ultra protendit quam ipsa verba patiantur. Sunt enim solummodo dubitantis, qualis fuerit Homo ille de quo tam multa atque mirabilia audivisset. Tales dubitationes Judæorum animis insedisse, testes sunt Euangelistæ. Erant enim, qui Iesum vatis pridem mortui phantasma esse crederent, Eliæ puto aut Jeremiæ, aut etiam Johannis Baptistæ. Quæ satis ostendunt, eos plane nesciisse quid de Iesu sentirent. Inde fortasse ortæ quorundam Gnosticorum opiniones, quasi Christus non fuerit verus homo, neque corpore passus esset. Isti qui sic credebant, dicere cum Flavio, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, potuerunt. Utrum Josephus in ista fuerit opinione non judico. Sic tamen credere potuit, licet esset Judæus, ac proinde dubitare, quo potissimum nomine Iesum indigitaret. An quia ejus Discipuli olim dubitarent ac quærerent, Matth. VIII. 27. ποταπός ἐστιν οὗτος, ideo nesciebant esse hominem, aut Deum esse affirmabant? Ex sola ac mera dubitandi formula Christum Iesum à Josepho θεολογούμενον affirmare, eorum est, qui nodum in scirpo quærunt, ansamque cavillandi quocunque modo arripiunt. Quid, ad hunc fere modum [a] Terentius dixit, *Si tu sis homo, hic faciat.* Hoc est, si tu sis qualem ego te velim esse. Nemo sanus dixerit ideo, dubitare Demeam utrum filius sit homo necne. Ad eundem fere modum Josephus ipse de Judæis obsessis; centurionemque Julianum ἀνδραγαθήσαντα fugientibus dicit, οὔτε τὴν ἰσχὺν, οὔτε τὴν τόλμαν ἀνθρωπίνην ὑπολαμβάνοντες. De Bello Jud. Libr. VI. cap. 7. pag. 947. an ergo vel Judæi vel Josephus qui hæc narrat, Julianum fuisse Deum, non fuisse hominem crediderunt? Ergo fuit ejus virtus non humana sed plane divina, ut illi quidem suspicari possent. Hic etiam conferre possim quod de Agrippa Rege, Cæsareæ concionem habente adulatores dixerint, referente Josepho Archæologiæ Lib. XIX. cap. 7. θεὸν προσαγορεύοντες, quem Lucas in Actis Apostolicis Herodem appellat, aitque, dixisse populum acclamantem θεοῦ φωνὴ, καὶ οὐκ ἀνθρώπου. Quod si dicant hanc vocem esse adulantium, sic & nostra vel dubitantis vel admirantis est; nam utrumvis accipiant & omnia in nostra periocha recte se habent. His simile est quod libro XVI. Ann. Taciti legimus de Thrasea Pæto. *Audiret senatus voces quasi ex aliquo numine supra humanas.* Sic Æneas dubitans,

> *O, quam Te memorem, Virgo? namque haud tibi vultus*
> *Mortalis nec vox hominem sonat, ô Dea certe.*
>
> Virg. Æneid. I.

quamquam enim illa Venus esset, nihil hoc ad rem; cum Æneas id nesciret. Sed quam formâ præstantissimâ respicit, dubitat esse mulierem. Atque iterum, licet illa, *Haud equidem tali se dignetur honore*, tamen Æneas illam sic alloquitur, *O dea, si prima*, &c. sic etiam mirantis est istud in Flavio nostro Lib. XV. cap. 2. καὶ Δέλλιος ἐπεφθέγγετο λέγων οὐκ ἐξ ἀνθρώπων αὐτῷ δοκεῖν, ἀλλὰ θεοῦ τινος γενέσθαι τοὺς παῖδας. Verum tamen ut te Tan. Faber, pressius

[a] Adelph. Act. V.

ſius aliquantum urgeam, quid de illis quæ de Moſe ſcripſit Joſephus Lib. III. cap. 13. rogare velim ſentias? inquit enim, καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα τεκμήρια τῆς ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ δυνάμεως ἐστίν. An ergo Moſes non fuit Homo? ita vides quod tamen irridebas non modo dubitâſſe Joſephum, Moſes an eſſet homo, ſed quod magis ad rem noſtram conducit, plane aſſeruiſſe, vim ejus ſupra humanam fuiſſe Majus eſt etiam quod de Eliſæo dixit Lib. IX. cap. 9. ὡς μετὰ τὴν τελευτὴν ἔτι δύναμιν ἔχει θείαν δεδηλώκαμεν. Quod ſi hoc te non tetigerit, quid nobis negotium faceſſis, Joſephum cum videas de miraculis Ieſu Chriſti teſtantem, atque ob eam rem dubitantem, an vis ejus aut natura eſſet ſupra humanam? præſertim vero cum videas Joſephum tantundem, aut etiam aliquid amplius de Juliano centurione quam de Chriſto Ieſu Servatore noſtro locutum. Sic quoque referente Luca Paulum à vipera morſum, neque mali quicquam paſſum Barbari ſtupefacti [a] ἔλεγον θεὸν αὐτὸν εἶναι.

Porro, quoniam in iſta ſententia inſit cum dubitatione figurata locutio, quæ multiplici quoque modo conſiderari poteſt, ne quid prætermittam quod planiſſimum efficiat à Joſepho hanc efferri potuiſſe ſententiam; dabo ſimul operam ut pateat iſtum loquendi modum in eorum eſſe numero, qui à Joſepho, quem in dicendo ferunt non reſpuere ſchemata orationis, quandoque ſunt uſurpati. Ineſt itaque huic ſententiæ multiplex ſchema; nam præter ἀπορίαν quæ in dubitatione, de qua prius dixi, & ἐπανόρθωσιν, quæ in revocatione ſui, ſeu verborum correctione, conſiſtit, vocis ἀνὴρ repetitio πλοκὴν, integra vero locutio quandam hyperbolen conſtituit. Ubi enim eſt πλοκὴ, neceſſe ut ſint plures, utpote quæ fiat ex permiſtis figuris. Poſteaquam igitur de πλοκῇ quædam dixero, quæ ad hanc rem maxime viſa ſuut pertinere, eloquar quid ſit iſtæc hyperbole, & quam non dura, vel nimis audax ſit, licet vehementior eſſet, quam nunc legitur, ut ultra modum fidemque tendat, nec ſit etiam præter Joſephi morem & aliorum. Tunc enim eſt hyperbole virtus, definiente Quinctiliano, cum res ipſa de qua loquendum eſt, naturalem modum exceſſit, quod de Ieſu Chriſto fatentur omnes eſſe veriſſimum. Quamobrem etſi Joſephus non εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ, ſed εἴγε οὐχὶ καὶ θεὸν αὐτὸν λέγειν χρὴ dixiſſet, ne ſic quidem male.

Πλοκὴ eſt, quando vox quædam uno loco hominem, perſonam aut rem, altero, mores aliamve qualitatem ſignificat. Eſtque ſpecies quædam παρωνομασίας; nam in παρωνομασίᾳ eodem verbo quaſi falſum quid augetur. Harum finitionem & exempla nobis Phœbammon Sophiſta præbet aptiſſima: cujus Scholia Rhetorica cum necdum ſint typis edita, integra verba è codice manuſcripto apponam. Παρωνομασία δέ ἐστι παραποίησις ὀνόματος πρὸς παραπλήσιον ἐγγὺς κείμενον, ὡς εἰ λέγοιμεν. στρατήγιος στρατηγὸς εὑρέθη. ἤγουν λέξις τῆς αὐτῆς λέξεως, ἐπ' ἄλλου καὶ ἄλλου σημαινομένου, καὶ ἐναλλαγὴν νοῦ, ὁ πλοκῆς ἴδιον. ὡς ἵνα εἴπωμεν. ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπός ἐστι. τὸ μὲν τῇ φύσει, τὸ δὲ τρόπῳ. Et in alio loco, καὶ ἡ πλοκὴ περιποιοῦσα μὲν τὴν διάνοιαν, ἀναφέρει δὲ εἰς τὸ αὐτὸ ὄνομα. Mox etiam, τῆς δὲ πλοκῆς τὸ χάριεν ἐστίν. ἄνθρωπος ὅταν ᾖ ἄνθρωπος. καὶ τῷ μὲν ὀνόματι τῷ αὐτῷ ἐχρήσατο. ἐνήλλαξε δὲ τὸ σημαινόμενον. τὸ μὲν γὰρ κοινῶς εἴρηται ἐπὶ παντὸς ἀνθρώπου. τὸ δὲ, ἰδίως ἐπὶ τοῦ χρηστοῦ ἀνθρώπου. Atque ſic σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ hoc ſchema conſtituit, cui ſimillimum exemplum ex iſto Sophiſtâ exhibetur; quod quidem exemplum ex aliquo oratore petitum eſſe videtur; atque fere ſenſu ac voce conſentit cum his verbis Demoſthenis, ex oratione contra Timocratem; τὸ μὲν γὰρ, χρηστῶν. τὸ δ' ἀνάνδρων ἀνθρώπων ἔργον ἐστι. Quaſi quis dicat, malos non eſſe viros, bonos vero ſupra humanam naturam eſſe collocandos.

Tametſi hæc omnia in oratore ferri poſſint; nec in illo culpentur locutiones, quæ augendo vel minuendo, quod proprium eſt hyperboles, fidem ſuperare videantur: in noſtro tamen Flavio ſolent hanc culpare loquendi rationem. Sed fruſtra & injurie; cum iſtum audaciorem ornatum è ſententia Quinctiliani, nec alii, nec ipſius Joſephi ſcribendi ratio vel modus reſpuat. Dedi ſupra hujus exemplum ex Adelphis Terentii, nunc etiam exemplorum numero & pondere adverſarios urgere ſtatui. Primum autem exempla petentur è Terentii Fabulis, ubi quis iratus vel indignans in hanc invehitur hyperbolem, cum primum cœperit intumeſcere, aut indignari. [b] Sic Parmeno contra Gnathonem Paraſitum cum ſic dicat, *Ex homine hunc natum dicas?* Cum bellua ſcilicet comparare vult. Laches iratus ſenex ſic uxorem ſuam alloquitur,

Tu inquam, mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem, putas. Hecyr. Act. II.

& mox, Philippus uxorem Myrrhinam iiſdem propemodum verbis,

Vir ego tuus? tu virum me, aut hominem adeo eſſe deputas?
Nam ſi utrumvis horum, mulier, unquam tibi viſus forem,
Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem.

Hecyr. Act. III.

An ergo neſciebant uxores, utrum vel Laches vel Philippus eſſent viri vel homines? Mores itaque hæc ſpectant verba, vel hominum qualitatem. Plenus fere hujuſmodi locutionum eſt M. T. Cicero in Orationibus. Libro III. actionis in Verrem, dixit, *contempſit Siculos, non duxit homines.* Libro IV. de ipſo Verre, *mirari ſolebam, iſtum in his ipſis rebus aliquem ſenſum habere, quem ſcirem nulla in re quidquam ſimile hominis habere.* Necnon Libro V. *Vir accumbebat nemo, præter ipſum & prætextatum filium. Tametſi recte ſine exceptione dixeram, virum, cum iſti eſſent, neminem fuiſſe.* Denique haud multo poſt, *Cum homine enim crudeli nobis res eſt, an cum fera atque immani bellua?* Et in M. Antonium Philippicâ tertiâ. *Hunc igitur ego conſulem, hunc civem Romanum, hunc liberum, hunc denique hominem putem?* nec magis mulieri parcit, nam in oratione pro A. Cluentio, de ejus matre ſic inquit, *cujus ea ſtultitia eſt, ut nemo hominem; ea vis, ut nemo fœminam; ea crudelitas, ut nemo matrem appellare poſſit.* Mox, *eo jam denique adducta eſt, ut ſibi, præter formam nihil ad ſimilitudinem hominis reſervârit.* Nec diſſimile Flaviano εἴγε ἄνδρα λέγειν χρὴ eſt iſtud ex divina Philippica, II. *Verumtamen homines quamvis in turbidis rebus ſint, tamen ſi modo homines ſunt, interdum animis relaxantur.* Atque hæc ſunt exempla eorum qui malos quoſdam, vel pro malis acceptos, non homines eſſe exiſtimant. Tranſeo jam ad alios qui bonos ac præclaros viros, ob id ipſum, non verentur inter Deos collocare, atque ſic per audaciorem quodammodo hyperbolen, majori quoque laude celebrare. Utriuſque rei exemplum hic M. T. Ciceronis ſermo complectitur, in Oratione pro Q. Ligario; *Hæc nec hominis, nec ad hominem vox eſt: quâ qui apud te C. Cæſar, utetur, ſuam citius abjiciet humanitatem, quam extorquebit tuam.* Hinc notum eſt proverbium, [c] *Homo homini Deus*, & vice verſa; [d] *Lupus homo homini, non homo; quom qualis ſit non novit*, apud Plautum. Græcum Oraculum de Lycurgo Spartano ſic repreſentat Herodotus Lib. I. c. 65.

Ἥκεις ὦ Λυκόεργε ἐμὸν ποτὶ πίονα νηὸν,
Ζηνὶ φίλος, καὶ πᾶσιν ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
Δίζω ἤσε θεὸν μαντεύσομαι ἢε καὶ ἄνδρα.

Ἀλλ'

a Act. XXVIII. 6.

b Eunuch. Act. III. c Cæcilianus apud Symmach. d Plaut. Aſinar. Act. II.

Ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι ὦ Λυκόεργε.

De quo oraculo ſic olim apud Plutarchum in vita Lycurgi legeram; quod etiam ad hæc exempla attinet, [a] πρῶτον ἀπεδήμησεν εἰς δελφοὺς καὶ τῷ θεῷ χρησάμενος καὶ θύσας, ἐπανῆλθε τὸν διαβόητον ἐκεῖνον χρησμὸν κομίζων, ᾧ θεοφιλῆ μὲν αὐτὸν ἡ πυθία προσεῖπε, καὶ θεὸν μᾶλλον ἢ ἄνθρωπον. Hinc apud Suidam legas, ὃν καὶ θεὸν ἡ πυθία προσηγόρευσεν. Equidem, quantum videre liceat, non minus decantatum fuit illud oraculum inter priſcos illos Hellenas, quam eſt hoc de noſtro legiſlatore apud Chriſtianos teſtimonium Flavianum.

Vel ſolus M. T. Cicero talium exemplorum faſciculum nobis ſuppeditare poſſit. Ea vero in duo genera diſtribui poſſunt. Quorum primum eſt, ubi Cicero rectâ viâ atque aperte aliquem *Deum* appellat; alterum vero, ubi cujuſdam virtutem, conſilium, vim aut gloriam *Divinam* nuncupat, aut aliquid *Divinitus* factum eſſe ab eo aſſerit. Exempla prioris generis hæc ſunto. De P. Lentulo Oratione ad Quirites poſt reditum, *P. Lentulus conſul, parens, Deus, Salus noſtræ vitæ.* De Quiritibus ipſis in eadem oratione, *Numenque veſtrum æque mihi grave, & ſanctum, ac deorum immortalium in omni vitâ futurum.* Quæ propemodum repetit in Senatu Oratione poſt reditum, *Princeps P. Lentulus, parens ac Deus noſtræ vitæ,* &c. Ibidem, *Ego vos univerſos Patres conſcripti, deorum numero colere debeo.* De lege Agraria contra Rullum Oratione ſecundâ, *Hæc qui proſpexerint, majores noſtros dico, Quirites, non eos in Deorum immortalium numero venerandos a nobis & colendos putatis?* Quemadmodum etiam de Q. Metello loquitur Oratione in Piſonem, *Quem ego civem meo judicio cum Deorum immortalium laude conjungo.* Et de ſeipſo in eadem oratione, *mihi Populus Rom. univerſus illa in concione non unius diei gratulationem, ſed æternitatem, inmortalitatemque donavit.* Et Oratione pro Cn. Plancio de ejus pietate erga parentem loquens, *quem veretur*, inquit, *ut Deum, neque enim multo ſecus parens liberis*; Libro primo de Oratore, *Equidem te in dicendo ſemper putavi Deum*, propter facundiæ laudem. Quemadmodum etiam Libro II. de Oratore; *Vide quam ſim in iſto genere inquit, Catule Deus, non mehercule mihi niſi admonito, veniſſet in mentem.* Dixerat enim ille, *In qua tu mihi ſemper Deus videri ſoles.* Denique ex aliorum ſententia ſic loquitur Oratione pro Flacco. *Mithridatem, Deum illum patrem, illum conſervatorem Aſiæ, illum Euium, Dionyſium, Bacchum, Liberum nominabant.* Quæ omnes locutiones inde natæ ſunt, quoniam ut inquit Plinius [b], *Deus eſt mortali juvare mortalem.* Hinc Cicero pro Ligario, *Homines enim ad Deos nullâ re propius accedunt, quam ſalutem hominibus dando.* Et illud Strabonis, [c] εὖ γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι θεοὺς ὅταν εὐεργετῶσιν. Hinc orti Dii Ethnicorum, atque Reges divinos honores conſecuti ſunt; quorum exempla infra dabo, poſtquam exempla alterius generis ex Cicerone protulero.

De Pompejo Magno itaque hæc habemus oratione pro lege Manilia, *Cn. Pompeji divino conſilio, ac ſingulari virtute depulſum eſt.* Et mox, *Tantam ne unius incredibilis ac divina virtus, tam brevi tempore lucem afferre reipublicæ potuit?* Et mox, *Eſt hæc divina, atque incredibilis virtus imperatoris.* Hic quidem τὸ παράδοξον τῶν ἔργων vult non ab alia quam divinâ naturâ ac virtute profluxiſſe. Oratione pro Flacco, *Illa eſt enim Gloria divina Pompeji*; & Philippicâ II. *Quid vero ille conſularis vir ac pene divinus de me ſenſerit, ſciunt qui eum de Pharſalica fuga Paphum perſecuti ſunt.* De Cajo Cæſare initio Orationis pro M. Marcello, *Tam denique incredibilem ſapientiam ac pene divinam tacitus nullo modo præterire poſſum.* De C. Cæſare Octaviano, Philippica III. *Incredibili ac divina quadam mente.* Philippicâ V. *Divinum adoleſcentem* appellat. Philippicâ X. *Incredibilis ac Divina virtus Cæſaris.* Et Philippicâ XIII. *Cæſaris enim incredibilis ac divina virtus.* De Legionibus Cæſaris Octaviani, Philippicâ III. laudat militum *divinum atque immortale meritum;* atque Philippicâ XIV. etiam in ſententia proferenda, ubi maxime ſimpliciter loqui ſolent, laudat tamen eorum *divinam virtutem.* Et Philippicâ V. vocat, *divinas Legiones.* De Serv. Sulpicio Philippicâ IX. *Nec vero ſilebitur admirabilis quædam & incredibilis, & pene divina ejus in legibus interpretandis, æquitate explicanda, ſcientia.* De Planco Philippicâ XIII. *Plancum participem? cujus memorabilis ac divina virtus lucem affert reipublicæ.* De C. Piſone oratione ad Quirites poſt reditum, *me* inquit, *C. Piſonis, generi mei divina quædam, & inaudita auctoritas, atque virtus — a vobis deprecatæ ſunt*; oratione pro domo ſua, *Nam quid ego illa divina, atque immortalia municipiorum, & coloniarum, & totius Italiæ decreta commemorem?* De Galba Libro primo de Oratore, *Equidem & Servium Galbam memoriâ teneo divinum hominem in dicendo.* Ergo homo eſt, tamen divinus. Ad eundem modum hæc quoque quæ ſequuntur dicta ſunt. Initio orationis pro Domo ſua, *Cum multa divinitus, Pontifices, à majoribus noſtris inventa ſunt, tum nihil præclarius*, &c. Oratione ad Quirites poſt reditum, *ut intelligere poſſitis, neminem unquam tanta eloquentia fuiſſe, neque tam divino, atque incredibili genere dicendi*, &c. Sic etiam Libro de Oratore primo, *Quo quidem in ſermone multa divinitus a tribus illis conſularibus Cotta deplorata & commemorata narrabat.* Eodemque libro, *Etſi Plato de rebus, a civilibus controverſiis remotiſſimis, divinitus eſt locutus.* Neque de ſeipſo iſtuc dicere veretur; etenim oratione pro P. Sulla hæc jactat, *In quo ego tam ſubito, & exiguo & turbido tempore multa divinitus, ita ut dixi, non mea ſponte providi.* Ideoque *divinam* hic ſibi *providentiam* vendicat. Huc etiam referendum procemium actionis in Verrem.

Diximus ſupra Reges propter beneficia quibuſdam collata ab illis honores divinos ipſumque Dei nomen conſecutos fuiſſe, cujus rei ſupra exemplum in Mithridate protulimus ex Cicerone. Hic etiam plura lubet addere. Cum obſideret Furius Camillus Faliſcos, proditos ſibi a præceptore, pueros parentibus dimiſit; hunc illi Deum ideo nuncupârunt; Plutarchus in vita Camilli. [d] τὸν δὲ Κάμιλλον, σωτῆρα καὶ Θεὸν καὶ πατέρα ἀνακαλοῦντες. Pompejus M. ut ſcribit idem, Athenis ſacrificans concione ad populum habitâ cum abiret ſtatim, [e] ἀνεγίνωσκεν εἰς αὐτὸν ἐπιγεγραμμένα μονοστιχα τὸ μὲν ἐντὸς τῆς πύλης,

Ἐφ' ὅσον ὢν ἄνθρωπος οἶδας, ἐπὶ τοσοῦτον εἶ θεός·

τὸ δ' ἐκτός,

Προσεδοκῶμεν, προσεκυνοῦμεν, εἴδομεν, προπέμπομεν.

[f] Iidem Athenienſes, teſte Plutarcho, Demetrium & Antigonum propter exactum Demetrium Phalerea, non ſolum Reges, quod nemini ante ſucceſſorum Alexandri M. fecerant, vocaverunt, ſed etiam σωτῆρας ἀνέγραψαν θεούς. Hæc quoque habet Plutarchus de Dione Syracuſano, quem propter reſtitutam non ſemel Rempublicam, & à Tyranno Dionyſio recuperatam, hoc nomine decorârunt. [g] ἀνήει, inquit Plutarchus, διὰ τῆς ἀχραδινῆς, ἑκατέρωθεν παρὰ τὴν ὁδὸν, τῶν συρακουσίων ἱερεῖα καὶ τραπέζας, καὶ κρατῆρας ἱστάντων, καὶ καθ' οὓς γένοιτο, προχύταις τε βαλλόντων καὶ προτρεπομένων, ὥσπερ θεὸν κατευχαῖς. Atque iterum [h] τὸν μὲν Δίωνα, σωτῆρα καὶ θεὸν ἀποκα-

a Ed. Ald. fol. 13. b Hiſt. Nat. lib. II. cap. 7. c Libro X.

d Aldi. Ed. fol. 42. e Aldi. Ed. fol. 107. f V. Demetrii, edit. Ald. fol. 285. g Dione fol. 313. h Fol. 316.

πολλῶν. Milites Romani Siccium Dentatum propter navatam fortiter & feliciter ipsius ductu operam, Patrem, Servatorem, & Deum appellant, apud Dionysium Halicarnasseum, Libro X. Virgilius, Cæsarem Augustum servatorem suum, eodem verbo in carmine celebravit.

O Melibæe, Deus nobis hæc otia fecit.
Namque erit ille mihi semper Deus; illius aram
Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

Hinc Menecrates Medicus se *Jovem*, Empedocles *Deum* apud Agrigentinos professus initio καθαρμῶν, quod exhibet Diogenes Laërtius, & exagitavit Tertullianus Libro de Pallio. Neque ab hujusmodi locutionibus abstinent Christiani ipsi, qui non minus ac Judæi religione distinentur, ne nomen illud vilifaciant. Antonius Augustinus, Venetorum legatus ad Cæsarem Maximilianum oratione quam exhibet [a] Guicciardinus, profitetur rempublicam Venetorum colere ac venerari Cæsarem, & ut *Deum* respicere. Sed & Paulus Jovius, Matthiæ Corvini, Regis Hungarorum epitaphium profert, in quo non minoribus ille laudibus effertur. Sic autem est.

Corvini brevis hæc urna est, quem magna fatentur
Facta fuisse Deum, fata fuisse hominem.

Ecquid audacius fingi possit? nemo tamen a Christiano hoc fuisse scriptum negabit; præ istis quidem nihil est Testimonium Flavianum. Sed nequis mihi novum hoc esse objiciat, aliquot etiam antiquissima adjiciam, quorum primum erit fere ætate par testimonio nostro. Nam sic de Peregrino loquitur Lucianus, in vincula propter Christianismum, fictum tamen conjecto; καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν ἐκεῖνοι ἡγοῦντο. Quid jam audio? hoccine stolidum gloriæ animal Christianos ut Deum existimâsse? factum id tamen est, aut factum putat Lucianus, qui hanc hyperbolen audacem nimis non putavit. Sed neque alii inter Christianos hanc hyperbolen nimis duram esse existimârunt. Hæc dixit Gregorius Nazianzenus de beneficiis à Deo in Christianum collatis; [b] υἱὸν, inquit, γενέσθαι θεοῦ, συγκληρονόμον χριστοῦ, τολμήσας εἴπω, καὶ θεὸν αὐτόν. Quin & Hieronymus, Huetio indice, hominem jubet fieri *Deum* ut mentiri desinat, omnem quippe hominem esse mendacem; & cum *Deus* fuerit effectus & desierit esse homo, tum & mentiri desiturum. Quid jam dicam? nisi tritam esse hanc hyperbolen, ut magis etiam Oratoribus atque Poëtis esse condonanda videatur. Q. Horatius: *Palmaque nobilis Terrarum Dominos evehit ad Deos.* Ne quid hîc de Plautino dicto afferam, & *Humanis Jovibus*, eo quod sit dictum minis comice, quia Parasitice; ut & illud Plautinum. ER. [c] *Ut sacrifices.* HE. *Cui Deorum?* ER. *mihi Hercle! nam ego tibi nunc sum summus Jupiter.* Quemadmodum etiam in Asinaria [d] ille alter dixerat,

—— Siquidem mihi statuam & Aram statuis,
Atque ut Deo mihi hîc immolas bovem: nam ego tibi Salus sum.

Ut scilicet quos miramur, aut quibus indigemus, iis vota tanquam Diis nuncupemus. Hinc etiam Terentianum illud,

[e] *Laudarier te audit libenter, facio te, apud illum Deum.*

Nec non & alterum istuc ex eodem, quod etiam est Plautinum, nam in Curculione dixit quidam, *Deus sum, si hoc ita est.*

Verum enim ut tandem aliquando finem aliquem huic argumento ac modum orationi statuam: certum id quidem est, τὸ παράδοξον τῶν ἔργων in qualicunque demum id extaret homine, semper effecisse ut vulgus aliquid in eo *divinum* inesse suspicaretur. Cujus opinionis aliquot hic instantias subjiciam. [f] De Fabio Maximo cunctatore sic Plutarchus, ἡ γὰρ περὶ τῆς μάχης Φαβίου δειλία καὶ ψυχρότης λεγομένη, μετὰ τὴν μάχην εὐθὺς, οὐδὲ ἀνθρώπινος ἐδόκει λογισμὸς, ἀλλὰ θεῖόν τι χρῆμα διανοίας καὶ δαιμόνιον ἐκ τοσούτου τὰ μέλλοντα προορωμένης, ἃ μόλις ἦν πιστὰ τοῖς πάσχουσι. Nec aliter Appianus de Hannibale ipso: ὅδε, ὡς ἐν βαρβάροις τε καὶ τεθηπόσιν αὐτὸν, καὶ δι' ἄμφω δυναμένοις ἀπαλλάσσειν, τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν κόμην ἐνήλλασσε, συνεχῶς ἐσκευασμέναις ἐπινοίαις, καὶ αὐτὸν οἱ Κελτοὶ περιιόντα τὰ ἔθνη, πρεσβύτην ὁρῶντες, εἶτα νέον, εἶτα μεσαιπόλιον, καὶ συνεχῶς ἕτερον ἐξ ἑτέρου, θαυμάζοντες, ἐδόκουν θειοτέρας φύσεως λαχεῖν. Sed neque Philosophi ab hac opinione liberi erant, de Pythagora enim ita scriptum est, καὶ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ δόξαν εἶχον περὶ αὐτοῦ, ὡς εἴη Ἀπόλλων ἐξ ὑπερβορέων ἀφιγμένος. Quæ verba sunt Diogenis Laërtii, neque aliter [g] Porphyrius; quem consulere præstat, quam ejus verba describere; quod observare non neglexit [h] Lucianus, Θεὸς, οὐ βροτὸς εἶναι φαίνεται. Neque Ælianus in varia Historia; & post Porphyrium [i] Jamblichus, horum quoque meminit, ut minus utique mirum videatur. Si ejus discipuli sententias magistri vocarent θεοῦ φωνάς, ut testatur Diogenes Laërtius & Philostratus apud [k] Suidam. Quamobrem non modo hujus exemplum viros sapientiæ laude celebratos pro diis habitos a rudiori vulgo vel disciplinæ suæ sectatoribus, sed & Zamolxis, Abaris, Orphei, Lini, aliorumque declarant. Dicent fortasse hæc omnia vetustatem illam redolere, quæ id quod nesciebat, omne *Divinum*, existimabat; quasi vero non ipse Plutarchus, Syllæ Dictatori tribuat θειότητα, verba ejus hæc sunt, [l] ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς θειότητος, τὸν δ' ἄλλον τρόπον, ἀνώμαλός τις ἔοικε γεγονέναι καὶ διάφορος πρὸς ἑαυτόν. Quod si bene memini, Philostratus Apollonium Tyanæum, ἔργων παραδόξων ποιητὴν, vel à se vel a Damide Apollonii socio, deprehensum fuisse naturæ supra humanam excellentioris participem asserit. Si bene inquam memini, neque enim nunc licet librum consulere, at vero si hoc verum non fuerit, tamen verum est, Eunapium Jamblicho θειότητα ascripsisse, quem etiam vult fuisse παραδόξων ποιητήν. Neque certe alia mens fuit Tiberio, cum audivisset de Christi miraculis, atque ad senatum retulerit, ut in Deorum numero collocaretur. Nam cum credere nollet eum esse hominem, qui tam incredibilia posset efficere, dubius igitur mentis inter Deos collocat. Neque alia erat ratio illorum Lystrensium, qui Paulo & Barnabæ tanquam Jovi & Mercurio vota nuncupare voluerunt. Neque novum hoc erat, eum, qui pro mortuo fuerit reputatus, iterum vero statim apparuerit, tanquam Deum ab Ethnicis existimari; *Epidium Nuncinonum*; inquit [m] Suetonius, *ferunt olim præcipitatum in fontem fluminis Sarni; paulo post cum cornibus extitisse, ac statim non comparuisse, in numeroque Deorum habitum.* Idem, aut prorsus simile de Zamolxi refert [n] Herodotus. An non igitur Josephus, qui ad Græcos scripsit, usurpare potuerit schema in oratione, ac sententiam illis prorsus familiarem, ac suæ ætatis hominibus usurpatam; ut sic Ethnicos alloquens, dicta Ethnicorum imitaretur, usurparetque sententias? Sed & ipsi Ethnici a Tiberio Cæsare edocti, jamdudum fortasse bene de Christo sentire potuerunt; quem sciebant solius senatûs intercessione abfuisse, ne colerent ut Deum.

Licet ista satis fuerint ad os cujuslibet quantumvis fastidiosi opprimendum: ne quid restet subterfugium, etiam aliquid reponam illis, quæ affert, ut objectionem supra factam stabiliat Tan. Faber.

Ju-

[a] Lib. 8. [b] Orat. XVI. περὶ φιλοπτωχίας, pag.253. [c] Capteiv. Act. IV. [d] Act. III. [e] Adelph. Act. 4.

[f] Vita Fab. Max. Aldin. ed. fol. 58. [g] V. Pythag. p. 189. [h] Vir. Auction. [i] De Vit. Pythag. [k] V. πυθαγόρας. [l] Plut. Sylla, fol. 150. [m] De Clar. Rhetor. cap. IV. [n] Lib. IV. cap. 95.

Judæi enim, inquit, *ne suspicabantur quidem*, *Messiam seu Christum fore Deum*, *sed præstantissimum aliquem principem ex semine Davidis.* Atque hîc iterum primum illum videmus errorem eorum, qui ex ista sententia putant asseri Iesum fuisse Deum, quia dubitans Josephus dixit, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή; quæ mirantis vox est potius, quam asserentis. Utcunque vero hæc sint intelligenda; esto sane, ut quidam Judæorum non usque adeo in arcana vaticiniorum penetravissent, non tamen omnium erat ista sententia. Quin etiam, si quosdam Saducæos, aut Sacerdotes ab eorum partibus stantes excipias, necesse est, ut contrarium potius plebem saltem Judaicam aut ipsos scribas sensisse fateamur. Porro infelix omnino fuit Faber, qui hoc e Matthæi cap. XXII. 42. conatus est probare, quod vel ad rem suam nihil facit vel contra se. Judæos enim expectâsse Messiam qui esset Filius Dei, & hic locus probat, licet Pharisæi Christi respondere objectioni nequiverint, vel quod ego potius censeo, noluerint, atque multi alii, quales sunt isti loci Matt. XXVI. 63. Joh. I. 49. Filius autem Dei non minus esse Deus credebatur, quam Regis cujuslibet filius est Rex, ubi Pater eum Regni sui participaverit, cum hac tamen differentia, Dei filium ipsum fuisse semper Deum. Deus enim esse nequit, qui aliquando non fuit.

Agnosco Tryphonem Judæum, attestante Justino Martyre in Dialogo quem cum ipso habuit, in alia fuisse sententiâ, cum diceret, καὶ γὰρ πάντες ἡμεῖς τὸν χριστὸν ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων προσδοκῶμεν γενήσεσθαι, καὶ τὸν Ἠλίαν χρίσαι αὐτὸν ἐλθόντα. Sed quid inde conficias? certe nihil aliud quam Judæos quosdam urbe dirutâ mutavisse sententiam. Longe alia illis mens erat aliquot ante Christum natum annis, cum famam de Rege magno venturo per orbem sparsissent, editis nomine Sibyllarum carminibus, quæ Deum regnaturum esse prædicerent, quale est hoc, Lib. II. circa fin.

> Τότε δὴ βασιλεία μεγίστη
> Ἀθανάτου βασιλῆος ἐπ' ἀνθρώποισι φανεῖται.

Qui versus, cum reliquis huic proximis [a] M. T. Ciceroni visus est, ut ipse significat; nequit autem aliter explicari quam de Deo venturo, ideoque Tryphonis opinioni contrarius est. Neque sane aliunde peti possunt vel origo, vel intellectus eorum, quæ Virgilius de Vatis Cumææ ultimâ cecinit ætate, nam eum quidem Regem futurum esse Dei filium, vel hic versus indicat, quem nemo aliter possit intelligere,

> *Chara Deum soboles, magnum Jovis incrementum.*

Ridet Eusebium Tan. Faber, adeo illi inveteratum est odium contra omnia de Christo testimonia, quoniam istam Virgilii Eclogam de Christo explicet; ipse potius ridendus, qui aliter explicari posse credat. Alio quidem hoc Vaticinium ipse transfert Virgilius, sed præter ejus auctoris mentem à quo illa mutuatus est. Quem quidem Vatem Cumæam fuisse credit; sed qui non alius esse possit quam Judæus, qui istæc vaticinia ex priscis Vatibus desumpta cecinerit.

Ne quis vero in posterum a nobis postulet, undenam ista Virgilius hauserit, vel tam familiare cum Judæis commercium habuerit, ut ab illis fieret arcanorum particeps, hoc adjiciam. Quod nequis me accuset nimium pervagari, intra meos me limites continebo, atque ex Flavio Josepho potissimum comprobabo. Herodes Magnus, Rex Judæorum Romæ designatur C. Domitio Calvino II. & C. Asinio Pollione. Iste Pollio factus erat tunc temporis Herodi amicissimus, erat enim ut narrat Josephus Lib. XV. cap. 13. Τῶν μάλιστα σπουδασάντων περὶ τὴν Ἡρώδου φιλίαν· quippe, quod ei filios suos Herodes, Alexandrum, & Aristobulum, ex Mariamne dilectissima conjuge susceptos, commiserit hospitio excipiendos. Apud eum longo satis temporis intervallo vixerunt, ut disciplinis instituerentur liberalibus, quod etiam testatur idem Lib. XVI. cap. 1. Iste autem Pollio, negotio de reducendo in urbem Alexandriam Ptolemæo Rege ex mente Sibyllæ, *non interfuit solum sed præfuit*, ut me docet [b] M. T. Cicero. Tunc enim longe lateque personabant ista Vaticinia Sibyllina. Habemus itaque Pollionem Sibyllinorum carminum plenum; quique ad eorum mentem negotium peregerit maximum. Habemus etiam domi ejus juvenes duos regios, & quidem Judæos cum pædagogis instituendos, in quorum libraria supellectile carmina Sibyllarum a Judæis composita defuisse, vix adducar ut credam. Sed & tunc cautum erat à Judæis Alexandrinis, ut ubique carmina ista spargerentur, quosque, ut magis auctoritate pollerent, sub ementitis Sibyllarum nominibus venditabant. Erant autem istæc carmina ut vaticiniorum apud Judæos receptorum commentarii. Quamobrem cum Virgilius in Pollionis familia his quoque temporibus, quibus ferveret negotium Sibyllinum, fuisse videatur, natusque Pollioni filius Saloninus; quid mirum si Virgilius huic puero istos Sibyllæ versus censeatur accomodare voluisse.

Quoniam vero in eo sum, ut etiam gentilium scripta antestari necesse sit, ad priscam Judæorum fidem & opiniones cognoscendum, cum adeo sint iniqui hujus ætatis Judæi, ut ea omnia penitus negent atque rejiciant, quæ sibi damno esse, & a Christianis in rem suam conferri vident, licet a patribus suis olim sanctissime sint recepta; adjiciam his testimonium Chalcidii Platonici, *Sane notanda est*, inquit, *alia sanctior & venerabilior historia, quæ perhibet de ortu stellæ cujusdam, non morbos mortesque denunciantis, sed descensum Dei venerabilis ad humanæ conversationis, rerumque mortalium gratiam, quam stellam cum nocturno itinere suspexissent Chaldæorum profecto sapientes viri, & consideratione rerum cœlestium satis exercitati, quæsisse dicuntur recentis Dei ortum; repertaque illa majestate puerili, venerati esse & vota Deo tanto convenientia nuncupâsse.* Euangelicam sane narrationem! sed quid, an ergo hunc esse Platonicum negabimus? quasi non sit de Dei descensu Platonis dogma. Deum certe Plato ipse, Deum, inquam ipsum quem maxime coli volebat, descensurum pollicetur. In secundo cum Alcibiade Socratis dialógo, promittit philosophus discipulo: *Aliquem* venturum esse, qui eum doceat quomodo sit precandum; & roganti quis esset ille, aut futurus esset tantus Doctor, respondet Socrates, οὗτός ἐστιν ᾧ μέλει περὶ σοῦ, & mox ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνος θαυμαστὴν ὅσην περί σε προθυμίαν ἔχει. Quæ omnia de alio præterquam de Deo nequeunt ullatenus intelligi. Et nisi Platonem hæc ex Judæis hausisse dicamus, omnem prorsus humanam sapientiam istud dogma superabit.

VIII. ἮΝ ΓẺΡ ΠΑΡΑΔΌΞΩΝ ἜΡΓΩΝ ΠΟΙΗΤΉΣ. Sic legunt omnes tum Græci tum Latini codices, præter unum Vossianum antiquæ versionis qui omissis præcedentibus hæc ita vertit, *Hic erat mirabilium operum effector.* Quasi legisset in suo codice interpres, οὗτος τῶν παραδόξων ἔργων ποιητής. Malo tamen hic vulgatam lectionem sequi, ea de causa quam supra protuli. Negent fortasse sic loqui potuisse Josephum; sed quid eum a veritate agnoscenda commoveret? an quisquam magis infensus Iesu Christo esse potuit quam ipsi Sacerdotes primarii, & Pharisæi, qui eum Pilato tradiderunt in cruce perimendum. Hi autem non negabant Iesum miracula fecisse. [c] Τί ποιοῦμεν, inquiunt, ὅτι οὗτος

[a] In Catilin. III.

[b] Epist. VI. ad Lentulum. [c] Johan. XI. 47.

ὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ. Nemo igitur inter Judæos id tunc pernegabat, Iesum fecisse mirabilia opera, cum & Pharisæi, & Judæorum Pontifices, id agnoscerent. Si autem Josephus de hac re dubitavisset, multi illum ab hac opinione revocassent. Tuti ergo sumus a sensu, potuisse Josephum agnoscere Iesum multa mirabilia opera fecisse. Quamobrem potius ad cognoscendum Stylum transeamus: Ποιητὴς vox est propria & signata, ut exemplis non indigeat: restat ut ἔργα παράδοξα miracula significare in Josephi scriptis demonstremus. Illa quæ de Mose scripsit sunt his rebus aptissima Lib. II. cap. 5. De Mose Rex Pharao inquit, [a] τοῖς γὰρ ἐπ' αὐτῷ παραδόξοις ἀναφέρων, πιθανὸς ὡς παρ' ἀπαιδεύτοις ὑπάρχειν. Quin & σημεῖα vocantur ἔργα. Paulo enim ante Deus sic Mosem alloquitur, [b] καὶ ἐὰν δέῃ μὲν λόγων, πειθὼ παρέξειν, ἐὰν δ' ἔργων, ἰσχὺν χορηγήσειν. Ista enim ἔργα sunt σημεῖα ut passim loquuntur Euangelistæ. Sic etiam postea ait, [c] περὶ τὸ παράδοξον ἀμηχανῆσαι ὁ βασιλεύς. De Elisæo dicit, θαυμαστὰ γὰρ ἐ παράδοξα διὰ τῆς προφητείας ἐπεδείξατο ἔργα. Atque hæc sufficiant ad phrasin istam extra dubium collocandam.

IX. ΔΙΔΑ'ΣΚΑΛΟΣ ἈΝΘΡΩ'ΠΩΝ ΤΩ͂Ν 'ΗΔΟΝΗ͂ ΤἈΛΗΘΗ͂ ΔΕΧΟΜΕ'ΝΩΝ. Qui hanc periocham suppositionis insimulant hæc verba vocant, *tristem & putidam elegantiam.* Istam tamen elegantiam non negligit alibi Josephus, sed usum esse loquendi modum passim ostendit, & quidem adeo sæpe, ut nihil supra. Effecit enim ut bene de tota primo sentirem periocha, & ut pleniorem ejus cognitionem adipiscerer incitavit. Quo tandem factum est, ut qui olim nimium Fabro, aliisque Testimonii adversariis crederem, nunc sim factus pro virili defensor, atque despiciam illorum cum temeritate arrogantiam, qui nullis productis testibus, volunt tamen ut tanquam jure constituta judicia suas admittamus sine ratione conjecturas, factasque pro lubitu censuras. Ut ad nostram vero sententiam redeamus, stylum illa Josephi & orationis sonum cum primis refert, ut nihil magis aptum sit natum ad cognoscendum Testimonii auctorem. Hanc itaque simul & per partes examinare juvat.

X. ΔΙΔΑ'ΣΚΑΛΟΣ. Jesus ille Naveci filius, Mosis alumnus ac successor, ipse magister Hebræorum sic suo loco nuncupatur, nempe Lib. III. cap. 2. [d] καὶ μωϋσῇ διδάσκαλον τῆς περὶ θεὸν εὐσεβείας πεποιημένον. Quibus simile est quod extat Lib. XVII. cap. 14. [e] τοιαύτης κακίας διδάσκαλον αὐτῷ γενόμενον. Plura in re non valde necessaria referre supersedeo. Sic de Iesu loquitur Nicodemus, ipse non magis fortasse Christianus, quam Josephus, [f] οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος.

XI. ἈΝΘΡΩ'ΠΩΝ ΤΩ͂Ν 'ΗΔΟΝΗ͂ ΤἈΛΗΘΗ͂ ΔΕΧΟΜΕ'ΝΩΝ. Ecquid similius possit afferri, quam quod ex eodem Libro, ac capite, scilicet XVII. cap. 14. sum allaturus, αἴτιον γὰρ ἦν τῆς ἀνθρώπων τὸ ἡδονῇ δεχομένων τοὺς λόγους ἐπὶ τῷ φερεγγύῳ τῆς μορφῆς. Res est quoad Josephum admodum similis, loquitur enim de falso Alexandro multos ad partes suas attrahente. Ubinam vero sunt illi, qui jam hoc triste ac putidum aut inelegans dicent? sed ampliemus usque judicium: si enim causa nondum sit probata, aderunt jam plures testes non minus fide digni. Hæc enim insunt Lib. XIX. cap. 2. [g] Σέντιος μὲν τοιούτοις ἐχρῆτο τοῖς λόγοις, καὶ τῶν βουλευτῶν ἡδονῇ δεχομένων, καὶ ὁπόσοι τῶν ἱππέων παρῆσαν. Nec minus apta sunt quæ leguntur Lib. XVIII. cap. 1. [h] καὶ ἡδονῇ γὰρ τὴν ἀκρόασιν ὧν λέγοιεν ἐδέχοντο. Quibus adjungas & hæc è Lib. eodem cap. 4. quod quidem caput nostram periocham continet. [i] Γυμνοῦντες τὰς σφαγὰς, ἡδονῇ δέξεσθαι τὸν θάνατον ἔλεγον. Et hæc quidem periocham proxime præcedunt. Antequam vero caput illud deseram, aliud etiam hujusmodi locutionis exemplum proferam quod illam periocham sequitur & imposturæ suspicionem omnino diluet, nempe hoc, [k] καὶ δεχομένου τὴν ἱκετείαν ἡδονῇ. Josephus hic sane, ut mihi videtur, quasi deditâ operâ periocham de Iesu Christo utrinque munivit, eaque indidit monumenta, quibus fœtum suum quilibet agnosceret: quasi ipse prævidisset, olim tanquam ὑπόβλητον iri suspicatum.

XII. 'ΗΔΟΝΗ͂. Familiare hoc verbum Josepho & fere proprium, nisi dicam eum id à Demosthene mutuatum esse. Etenim affirmare ausim, nullam locutionis speciem sæpius a Flavio fuisse usurpatam. In prioribus libris Archæologiæ multas præpositiones huic voci dedit comites: in posterioribus vero, solam plerumque ponit. Rarius, idque bis, aut ter cum aliqua præpositione. Quandoque utitur τῷ διὰ, ut Lib. I. cap. 18. δι' ἡδονῆς συνάψασθαι συγγένειαν. Quandoque præponit εἰς, ut Lib. III. cap. 4. εἰς ἡδονὴν λαμβανόντας ἰδίαν. Est ubi ἐν adhibet, ut Lib. XI. cap. 4. οὐκ ἦσαν ἐν ἡδονῇ τοῖς προειρημένοις ἔθνεσιν. Est ubi ἐπὶ, ut Lib. XVIII. cap. 5. καὶ ἐφ' ἡδονῇ τῆς πληθύος, & ejus libri cap. XI. idque bis, pag. 642. E. & pag. 643. F. in quibusdam locis apponit κατὰ, ut Lib. XVI. cap. 16. de Herode loquens, καὶ τοῦτο μὲν ἦν καθ' ἡδονὴν τὸ πάντων ἥδιστον ἡρώδης ἐλάμβανεν. Addit etiam περὶς, ut Lib. II. cap. 3. περὶς ἡδονὴν ὑπερφέρων. Quorum omnium plura sunt exempla, quæ jam prætereo; illa enim parum ad rem faciunt. Attamen observandum est, rectius hic legi cum vulgatis exemplaribus ἡδονῇ, quam σὺν ἡδονῇ, prout in Codice Cæsareo, & apud Eusebium in Historia Ecclesiastica & Zonaram. Nam sane hæc duo nunquam, quod meminerim, in totis Archæologiæ Judaicæ Libris viginti, nedum in cæteris Josephi scriptis simul juncta reperiuntur. Sed ἡδονῇ ut hic, in tertio casu sæpissime usurpatur. Soletque Josephus similes loquendi normas adhibere, ut ὀργῇ, ὁρμῇ & alias hujusmodi. De ἡδονῇ vero, ut hic in tertio casu quærant otiosi locos jam designandos, quos è pluribus selegimus, quique proximi sunt periochæ falsitatis accusatæ, Lib. XVII. cap. 7. pag. 591. G. & cap. 8. pag. 595. G. mox eodem capite pag. 597. A. tum etiam cap. 9. pag. 599. B. Deinde prope periocham nostram, Lib. XVIII. cap. 1. pag. 616. E quædam etiam periocham sequuntur; Lib. XVIII. cap. 8. pag. 633. G. Mox in fine capitis pag. 636. D. habes ἡδονῇ φέροντες, quod tantumdem est fere ac δεχόμενοι. Et mox pag. 637. C. ἡδονῇ δεχομένου. Libr. ejusdem capite 12. pag. 646. C. ἡδονῇ δέχεσθαι. quæ duo exempla ad præcedentem pertinent sectionem. Denique Lib. XIX. cap. 3. pag. 671. ἡδονῇ μὴ φέρουσαν ἄρχεσθαι. In reliquis Josephi scriptis, quod ut mirum, ita nec ab instituto nostro observare alienum est, id nusquam quantum potuerim observare reperitur; quamvis sæpius interserendi non defuisset locus. Semel, idque Lib. II. contra Apionem dixit, ἡδέως δεχόμεθα. Sic igitur quod illi ut putidum rejiciunt, id propter Styli convenientiam potius laudibus censeo maximis efferendum. [l] Et sunt tamen qui dicant hanc phrasin Stylum ac sententiam Christianorum luculente redolere. Sed fruantur suo judicio, ipsosque sibi sine Equite plausum concitare patiamur.

XIII. ΚΑΙ' ΠΟΛΛΟΥ'Σ ΜΕ'Ν 'ΙΟΥΔΑΙ'ΟΥΣ, ΠΟΛΛΟΥ'Σ ΔΕ' ΚΑΙ' 'ΕΛΛΗΝΙΚΟΥ'Σ 'ΕΠΗΓΑ'ΓΕΤΟ. Hanc dicendi formulam, & phraseos non modo sonum, sed & constructionem, ac circumscriptionem, in multis locis observat Josephus. Quosdam è multis apponam. Et primum quidem sumam è Lib. III. cap.

[a] Pag. 62. B. [b] Pag. 60. G. [c] Pag. 63. B. [d] Pag. 75. A. [e] Pag. 612. D. [f] Johan. III. 2. [g] Pag. 666. C. [h] Pag. 616. E. [i] Pag. 621. D.

[k] Pag. 622. D. [l] J. H. Boecl. Ep. ad J. Chr. Wagenseilium.

cap. 13. Ubi de Mose verba facit, καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα τεκμήρια τῆς ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ δυνάμεως ἐστίν. Huic exemplo succedat aliud è Lib. XX. cap. 2. πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, πολλοὺς δὲ ζῶντας ἔλαβεν, αὐτόν τε τὸν Θευδᾶν ζωγρήσαντες, ἀποτέμνουσι τὴν κεφαλὴν καὶ κομίζουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα. Ejusdem Libri capite 4. hoc reperies, καὶ συλλαβὼν πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, πλείους δὲ ζῶντας ἔλαβεν. Nec desunt in libris de Bello Judaico hujusmodi phrases, qualis est hæc Lib. I. cap. 5. πολλὰ τὸν Ἀριστόβουλον εἰς τὸ ἦθος διαβάλλων, πολλὰ δ᾽ ἐπαινῶν τὸν Ὑρκανὸν. παρῄνει δέξασθαι. Quæ sequitur instar omnium esse posset Libr. IV. cap. 41. ἔνθα δὴ πολλοὶ μὲν τῶν ξένων ἔμποροι, πολλοὶ δὲ τῶν ἐπιχωρίων ἀπώλοντο. Plura possem, sed hæc sufficiant; præsertim cum phrasis sit optima. Quidam legunt, πολλοὺς μὲν τῶν Ἰουδαίων. Phrasis huic simillima occurrit in Libro de Vita sua, [a] πολλοὺς τῶν Ἰουδαίων ἀπέκτεινε. Hujusmodi quoque multa alibi occurrunt.

XIV. ἙΛΛΗΝΙΚΟΥ͂Σ. Omnes Ethnicos qui Deum verum non colebant, cujuscunque fuerint gentis, quinetiam Syros, & Phœnices, Judæi ἕλληνας aut ἑλληνικοὺς vocabant, ut ex Euangeliis, & aliis novi fœderis scriptoribus satis patet. Eusebius hoc loco non legit ἑλληνικοὺς, sed ἀπὸ τοῦ ἑλληνικοῦ; & in Demonstratione Euangelica sic constanter legisse, non periochæ solummodo exemplar, sed & ejus annexa paraphrasis satis ostendunt. Quædam editiones legunt καὶ ἑλληνικοῦ. Utrumque rectum est. Quare nihil necesse est, ut quis Nicephori lectionem, quam sequitur Isaacus Vossius, ἀπὸ τοῦ ἑλληνισμοῦ sequatur. Frobenii lectionem tuetur hæc phrasis illi similis, Lib. II. cap. 23. de Bello Judaico [b] τὸ δὲ ἑλληνικὸν (περιεῖχε) τῇ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἀμυνῇ. Vulgatam lectionem refert quod Lib. II. contra Apionem dicitur, [c] τοὺς μέντοι κατ᾽ ἀλήθειαν ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς φιλοσοφήσαντας, οὔτε τῶν εἰρημένων οὐδὲν διέλαθεν. Ad eundem modum dicitur τὸ ἰουδαϊκὸν, capite periocham subsequente, [d] κελεύει πᾶν τὸ ἰουδαϊκὸν τῆς ῥώμης ἀπελαθῆναι. Plura qui volet quærat otiosus; ad alia transeo.

Adversus hanc vocem turget & excandescit Blondellus, & quidem solus. Credit enim falsum esse, immo ipsiusmet Christi verbis & expressæ protestationi contrarium, cum de ipso dicitur πολλοὺς δὲ καὶ ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο. Quos enim gentiles, inquit, si unam Syrophœnissam, cujus filiam sanavit excipias, convertisse legitur? His alia quædam addit de muliere Hæmorrhoousa, quæ tanti non sunt, ut vel exscribere vel respondere sit necesse: cum iste quidem prius Testimonium damnare voluisse; deinde sui judicii causas invenire videatur. Næ tu quidem, O Blondelle, nimis es iniquus in nostrum, qui ne quidem id quod ratione ac jure quoque licet, eum dicere patiaris; ut quod quis vel per se, vel per alios fieri curaverit, ab ipso qui curaverit factum esse pronuncietur? Sed quid verbis opus est? Quasi Josephus non sit intelligendus prout ipse suam mentem aperit, nempe inter sectatores qui Christo partim ex Judæis, partim vero ex Ethnicis nomen dederint, quosque proinde ille sibi adjunxisse dicitur, concludi quos ipse Josephus mox asserit ad ætatem usque suam pertigisse. Quam iniquum vero in tam paucis lineis, quibus hoc Testimonium constat, tantam expectare in his rebus ab historico scriptore subtilitatem & ἀκρίβειαν? Ut vero etiam amplius pateat adversarios nostros satis inclementer, ne dicam nimis atrociter, nobiscum agere, & omnia arripere etiam falsissima, quæ ad rem suam vel facere vel solummodo spectare videantur: neque tamen vel unum succedere ipsis feliciter; negamus veram esse objectionem; ideoque verum esse multos ex Ethnicis, Christo nondum passo, in ipsum credidisse asserimus.

[a] Pag. 1002. D. [b] Pag. 797. E. [c] Pag. 1079. [d] Pag. 623. F.

Nam in quo numero ponemus eos Magos qui ex oriente Christum puerum adoraturi convenerant? Illosne solos qui crediderint ex gente sua putabimus? siccine viros omnium gentium sapientissimos non alios quoque populares adduxisse, nedum ut crederent voluisse? An cum Eunuchus Candaces Reginæ solus suffecerit, ut religionem Christianam Æthiopiam usque transmitteret ad hanc ætatem duraturam; non etiam sufficiebant Magi, ut istam religionem suos homines, aut saltem quasdam ejus partes docerent? Mihi sane sæpius mirari subit, quorsum isti Magi Christum officiose tantum salutarent, adorarentque, nisi ejus etiam adventum ethnicis, aut suis certe popularibus publicarent? Adeone infructuosam fuisse tantam horum peregrinationem, ut ad neminem alium hominem, præterquam istos, Christi cognitio pertingeret: sed nos hic veteres omnes deserunt historiæ: nemo est, qui doceat, quid de his tandem factum sit Magis. At enimvero, si fuerit hîc conjecturæ locus, puto me illos reperisse homines ad quos hi Magi suum præconium pertulisse videantur.

Magos è Perside venisse Clementi Alexandrino, Johanni Chrysostomo, Theodorito, aliisque permultis visum est: & hæc opinio jam omnibus reliquis antefertur; cum etiam Herodotus, Suidas aliique, Magos in Perside collocent. Adhuc vero etiam in Perside genus hominum reperio indigenarum, antiquum sane, quos nunc *Gauros* vocant. Hi quoque singularem colunt religionem. At vero de Vate aut Propheta suo, quem filium sculptoris fuisse, ac religionis suæ auctorem perhibent, multa prædicant adeo Christi natalibus, Magorumque itineri, denique omnibus illis quæ de Christo tum Magi scire potuerunt convenientia, ut ab illis Gauri edocti fuisse videantur. Nec futurum esse quemquam adeo pervicacem existimo, qui collatis sedulo quæ de his scripsit [e] *Joh. B. Tavernerius*, vivâ quod ajunt voce ab ipsis edoctus, cum Euangelistarum narrationibus de Christi natalibus, non etiam statim mecum sentiat. Habeo certe ipsum Tavernerium super hac re mihi fere consentientem. Hinc enim, inquit, facile judicatu est, eos confusam de Mysteriis Religionis Christianæ cognitionem habere, ut & multi alii. Habere autem ipsos, hic docet multos ritus aut mores a religione Christiana satis alienos, sed quos etiam profitentur non a propheta suo accepisse, sed diu ante acceptos retinuisse. Hos vero Gauros esse Magorum discipulos vel ostendit quod refert Herodotus, Magos in Perside fuisse & maxime horruisse animantia reptilia: quem morem adhuc isti Gauri conservâsse reperiuntur. Eos autem esse semi-Christianos declarat Baptismus, & fides de Resurrectione cum aliis quibusdam. His addo, Turcos hodie quoque Christianos vocare *Ghiauros*, hoc est ut quidam suspicantur lingua Chaldaica גיור vel גורא, qui Græce γιώραι appellantur, Exod. XII. 19. & Esaiæ Cap. XIV. 1. Ubi sane nemo est qui neget verba Vatis esse intelligenda de Christianis. Qui autem *Gauri* vocantur a Persis, voce fortasse Turcicâ, nam & illâ plerumque linguâ loquuntur Aulici Persarum, hi vero se Persicâ *Behdin*, ut ex [f] Petro Vallensi discimus, nuncupant: hoc est *Fideles*, πιστοὺς voce, qua etiam Christiani passim denotantur. Denique quodammodo pro me stare videtur [g] Hottingerus, vir in his rebus scientiæ ac peritiæ laude celebratissimus, cum asserat, *Christianismi primitias ex hoc ordine ortas. Unde non pauci postea secuti Christo nomen dederint.* Sed quid istum ego

[e] Itiner. Persic. Lib. IV. cap. 8. de Gaurorum Religione.
[f] Epist. II. P. II. [g] Compend. Theatri Orient. Part. II. cap. 2. pag. 93.

ego recentiorem advoco, cum Johannes ipse Chrysostomus id conceptis verbis asserat de Magis in Perside primis Euangelii præconibus. Sic enim ille, [a] ὅθεν ἐμοίγε δοκοῦσιν οὗτοι καὶ οἱ διδάσκαλοι γενέσθαι τῆς ἐγχωρίου. οἱ γὰρ ἐνταῦθα μὴ παρρησιασάμενοι τοῦτο εἰπεῖν, πολλῷ μᾶλλον εἰς τὴν αὐτῶν ἐπαρρησιάσαντο, ἅτε καὶ τὸν χρησμὸν τὸν παρὰ τοῦ ἀγγέλου λαβόντες, καὶ τὴν παρὰ τοῦ προφήτου μαρτυρίαν. Et alibi postea, [b] ἅπερ οἱ μάγοι εἶδον, οἱ τῆς ἐκκλησίας πρόγονοι, οὐδὲ γὰρ αἰσχύνομαι οὕτως αὐτοὺς καλῶν. Et Homilia proxima de Angelo loquens, qui eis postquam Iesum vidissent apparuit, τοὺς δὲ μάγους ἐκπέμπει ταχέως, ὁμοῦ μὲν διδασκάλους ἀποστέλλων τῇ Περσῶν χώρᾳ.

At vero si minus hoc sit verum, non sic tamen causâ cadimus. Solamne illam fuisse putabimus Syrophœnissam quæ in Christum crediderit, neque aliis è gente sua persuasisse ut eum agnoscerent, qualem ipsa summo beneficio atque insigni miraculo comperuisset? Mitto jam Abgarum Edessenorum Principem ad fidem in Christum ex ethnico conversum, cujus meminit Eusebius. Licet enim pauci hanc admittant narrationem, non tamen desunt viri docti qui eam ut veram recipiant. Ajunt quidem non esse admittendam quoniam non extet in Euangelio. Sed quid hoc ad rem? quasi vero omnia quæ Christus dixerit aut fecerit extent in Euangeliis. An ergo mentitus est Euangelista ultimus qui asserit se propemodum infinita prætermisisse? At vero non modo hujus conversionis constans fuit traditio apud Armenos; sed & eorum ferunt [c] Annales, tunc primum Armenos religionem amplexos fuisse Christianam. Et an [d] Samaritæ illi qui feruntur credidisse pro Judæis sunt sumendi aut Ethnicis? Annon potius ex Josephi sententiâ inter Ethnicos numerabimus? Sed nequis mihi dicam scribat, rogetque ut multos producam Ethnicos ad Christi fidem conversos ante ejus necem, idque cognoscatur ex probatis fidisque monumentis: eorum votis obtemperabo, modo credant ea quæ ab eodem Euangelistâ Johanne cap. XII. com. 20. sequentibusque conscripta sunt. Hic enim quidam Græci cupere ut Iesum visant feruntur. Hoccine igitur vel animi tantum causâ, vel fidei factum fuisse comminiscemur? Utcunque tamen, nonne recte dicuntur ἐπάγεσθαι, qui animi quoque causâ curiosi ad aliquem doctorem accedunt? Pudeat tandem adversarios illa protulisse, ut nobis hanc eripiant periocham præstantissimumque testimonium, quæ partim inania, partim etiam falsa esse reperiuntur.

XV. ἘΠΗΓΆΓΕΤΟ. Quamquam quæ supra dicta sunt sufficerent, inest tamen huic voci quid peculiare: hoc enim in loco significat, *ad partes vel sectam ac consilium trahere.* Solet quoque Josephus alibi hoc verbum huic usui accommodare. Etenim Lib. XIII. cap. 22. sic legimus, [e] οὐκ ἀρκούμενοι ἀγωνίζεσθαι καθ' σφᾶς αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ ἀλλοφύλους ἐπαγόντων. Quin etiam de falso Alexandro factionem cogente hoc verbo utitur, Lib. XVII. cap. 14. [f] ἀλλὰ κρήτῃ προσενεχθεὶς, ἰουδαίων ὁπόσοις εἰς ὁμιλίαν ἀφίκετο ἐπηγάγετο εἰς πίστιν. Quo nihil amplius requiri possit. Nec admodum est dissimile illud Lib. XVIII. cap. 8. de Agrippâ in vinculâ conjecto, quem sic alius alloquitur, [g] ὦ νεανία, κατέχεθεν μέν σε τὸ αἰφνίδιον τῆς μεταβολῆς, πολλήν τε οὕτως καὶ ἀθρόαν ἐπαγαγὸν τὴν τύχην. Hic enim τύχη tanquam persona ad partes τοῦ αἰφνιδίου τῆς μεταβολῆς attrahitur, ut junctis viribus Agrippam contristent. Est ubi etiam *sollicitare* significat, ut Lib. XV. cap. 4. [h] μετὰ ταῦτα καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐπῆγεν ἀεί τε τῶν ἄλλων ἀφαιρουμένην αὐτῇ χαρίζεσθαι· de Cleopatra enim Reginâ loquitur.

XVI. Ὁ ΧΡΙΣΤΟ`Σ ΟΥ̓͂ΤΟΣ ἮΝ. Hic est ille locus qui potissimum doctos homines induxit, ut totam damnarent periocham. Quid de hoc senserit Faber, cuilibet videre præsto est; meum enim non est singula refutare, neque sane expedit. Docet enim ipsum Josephum quod scribere debuerit, parum sollicitus an suæ rationes cum illis quas habuit Flavius conveniant. Sed cum eo tempore quo Josephus Archæologiam edidit, anno scilicet Domitiani XIII. hoc est non multo ante centesimum annum Christi, ubique jam personaret Christi nomen, propter quod tam multi Nerone Imperante, tamque gravia paulo ante passi erant; satis ut puto fuit Josepho solum nomen Iesu Christi proferre, id est autem cum eo cognomine quod passim innotescebat. Nam hæc verba ὁ χριστὸς οὗτος ἦν nisi fallor, innuere videntur Christum satis tunc fuisse notum. Quamobrem abunde quidem Græcis satisfactum est, ubi Josephus eis ostenderit eum hominem quem nomine Christi solummodo cognoscerent. Ideoque ex mente Flavii Josephi non incommode per alteram formulam hæc explicabitur sententia: ut ita ὁ χριστὸς οὗτος ἦν, idem sit quod, ὁ λεγόμενος χριστός. Quomodo etiamnum præsente Christo Pilatus eum appellabat, [i] τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον χριστόν. Sic sæpe vulgo loquuntur, nomen assumptum, veréne an falso, tamen sine correctione aut exceptione efferendo. Profecto Tan. Faber id nunc culpare videtur, quod est olim objectum quoque Pilato a Judæis Pontificibus cum titulum Crucis conscripsisset in quam Iesus est erectus, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων· quod cum Judæi mutatum vellent, non tamen eorum querelis Pilatus movetur. Mansit enim in sententia. Sed neque Flavium aliter locutum esse opus est ut cupiamus: ipse se alibi explicat non minus, nec aliter quam Pilatus: cum quod hic scripserit per se satis intelligatur. Nam quidcunque dicant nunquam efficient, ut Judæus nequeat sic loqui, quantumvis Christi adversarius. Sed & nostri quoque adversarii loquuntur aliis in rebus non aliter ac nunc Josephus, ut libro superiore monebamus. Optime autem sensum hujus loci intellexit Hieronymus ut ex ejus versione comparebit; vertit enim, *Et credebatur esse Christus.* Quam versionem probat & admittit Isaacus Vossius, quasi in Græco fuisset scriptum, καὶ ἐπιστεύετο εἶναι χριστὸς· vel, ut ipse in Testimonio describendo Vossius inseruit ἐπιστεύετο δὲ εἶναι χριστὸς· tametsi ne sic quidem sibi satis Vossius fecerit, quin vulgatam lectionem præferat. Quod ad eos vero spectat, qui Testimonium quidem admittendum censent; sed hanc sententiam ut interpolatam tolli cupiunt; non magis isti sapiunt quam priores, neque eos juvant Cedreni auctoritas & antiquæ Versionis editio, quorum ille tantummodo videatur hæc verba omittere, hæc vero non tantæ sit auctoritatis ut cæteris omnibus tum Græcis, tum etiam Latinis codicibus debeat anteferri. Quapropter nunquam his adductus sum ut communem lectionem horum auctoritate immutare voluissem. Quid enim mirum est si tam celebris locus, tot doctorum manibus tractatus, & a pluribus exscriptus, quasdam sit passus in lectione vel versione diversitates?

Operæ prætium erit hic diluere quod Tanaq. Faber objecit D. Hieronymo; quoniam id supra cum de illo verba facerem prætermisi. Ait autem Faber eum doli conscium, emollire sua versione voluisse, sed fraudem eâdem operâ patefecisse, quâ illam obtegere studuit. Nostri sæculi homines, ut mea quidem fert opinio, eâ mente priscos auctores legunt, ut culpent. Atque errores, si tamen errores quandoque sunt, notare; non ut vitare,

[a] Hom. VI. in Mat. [b] Hom. VII. [c] Vid. Tavern. Itiner. Persic. Lib. II. cap. 4. [d] Johan. IV. 39. [e] Pag. 461. D. [f] Pag. 612. E. [g] Pag. 633. G. [h] Pag. 518. A.

[i] Matth. XXVII. 17.

tare, ſed ut ridere atque damnare poſſint. At vero ſi ſatis erit accuſâſſe, quis innocentiâ ſolâ ſe tueri poterit? Sufficiat hîc reſpondiſſe, iſtæc verba longe ante Hieronymi ætatem fuiſſe lecta: neque proinde ſciri poſſe, utrum in Hieronymi codicibus, ut ille vertit, aut velut nos legimus in noſtris lectum fuerit, necne. Quin etiam ſæpe fieri, ut qui in aliam linguam quid vertunt, id plerumque ſoleant, non verbum verbo reddere; ſed prout ipſi mentem ſcriptoris capiunt. Quod ipſum Ruffino atque etiam antiquo Interpreti Archæologiæ accidit, dum uterque verba hæc, οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον, vertunt, *& nomen perſeverat & genus.* Hæc monuiſſe nihil opus fuit, niſi eam mihi legem impoſuiſſem, nequid objectum retorquere prætermitterem.

XVII. καὶ αὐτόν. Iſtâc loquendi formulâ in principio periodi utitur Joſephus paſſim, tamque frequenter ut pluſquam ſexcenties occurrat. Aliquot hic tantum, duo vel tria exempla prælibabo. Lib. III. cap. 2. [a] καὶ ταύτην μὲν τὴν μάχην πρώτην μαχεσάμενοι πρὸς τοὺς καταπολμήσαντας αὐτῶν. Lib. XVIII. cap. 12. [b] καὶ αὐτοὺς, παῖδες δ' ἦσαν ὀρφανοὶ, ἡ μήτηρ προσέταξεν. Lib. XX. cap. 2. [c] καὶ τοῦτον δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἐξ ἐπιβουλῆς τελευτήσαντα.

XVIII. ἐνδείξει. Non memini quidem iſtam vocem alibi legi. Sed parum id obſtat: non enim eſt è ſingulis verbis adeo certe de Stylo judicare, ac phraſeos conſtructione. Vox tamen iſta cum ſit huic ſignificationi ac loco propria, non eget defenſione; neque uſum hujus vocis poteſt improbare Joſephus, cum alias voces, huic tamen cognatas ut idem denotaret, uſurpaverit. Verbum enim huic nomini cognatum plerumque uſurpat, ut Lib. XVII. cap. 1. [d] ὡς ἐπ' ἀσφαλείᾳ σωτηρίας τοὺς ἀδελφοὺς ἐνδεδειχώς. & Libro VI. de Bello Jud. cap. 44. [e] καὶ λῃστρικοὺς πάντας ὑπ' ἀλλήλων ἐνδεικνυμένους, ἀπέκτεινε. Lib. VII. cap. 9. [f] καὶ τοὺς ἄλλους ἐνεδείκνυτο κατηγορῶν. Libro de Vita ſua pag. 1024. ἐνδειξαμένων δὲ τοὺς ἄνδρας, ἐκείνους μετὰ δεδεμένους εἰς τὴν ἰωτάπην πόλιν ἐξέπεμψα. Plura exempla nolo mihi comparare. Sed oſtendam quod olim ſum pollicitus, ſcilicet ſcholium illud quod in Manuſcripto codice legitur, qui fuit olim Peireſcii, quodque produxit Henric. Valeſius. Id autem vocem ἔνδειξιν huic loco maxime propriam eſſe oſtendit. Sic vero ſe habet, ὅτι ἔνδειξίς ἐστι κατηγορίας ὄνομα κατὰ πλειόνων μὲν λαμβανομένη· μάλιστα δὲ κατὰ τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ καὶ πολιτεύεσθαι μελλόντων. Conferri poſſunt ad hanc vocem Grammatici, Harpocration, Etymologus & Suidas, vocibus ἔνδειξις & ἐνδείκνυμι, ubi etiam Suidas Flavii citat ſententiam. Photius de Joſepho atque ejus cognomine Flavio differens, quod ſibi ille Flaviorum, Veſpaſiani & Titi beneficio accepta libertate tribuebat, ſic inquit, [g] καὶ οὐ μόνον ῥωμαῖον αὐτὸν καὶ φλάβιον ἀναγράφων οὐδαμοῦ ξενίας ὁ Ἰώσηπος ἑάλω· καί τοι πολλῶν τῷ φθόνῳ κατ' αὐτοῦ βαλλόντων ἀλλ' οὐδ' ἔνδειξιν εἰσήχθη· vox ἔνδειξις hîc minus eſt propria: niſi quis dicere voluerit, Photium de Joſepho loquentem, ipſumque hoc Teſtimonium in animo habentem, maluiſſe vocem minus quidem propriam, ex Joſepho tamen de quo loquebatur mutuatum uſurpare.

XIX. τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν. Viros primarios aut Proceres eſt ubi vocat Joſephus τοὺς ἐν τέλει, eſt ubi etiam ut hîc. Cum vero de Judæis loquitur nunquam eos vocat μεγιστᾶνας· at vero cum de alienis res eſt, hanc vocem non reſpuit. Ut verbi gratia Lib. XX. cap. 2. pag. 687. E. ubi de Parthorum primoribus agitur. Quod ad τῶν πρώτων attinet, habemus multas inſtantias, & quidem noſtræ periochæ proximas. Prima eſto è Lib. XIV. cap. 25. [h] αἱ τῶν πρώτων καὶ οὐ γένους τῶν αὐτῶν ἔμελλον ἔσεσθαι. Lib. XV. cap. 10. [i] ἐπανιόντων ἀπ' αἰγύπτου τῶν πρώτων. Sic enim Romanorum Primores nuncupat. Etiam Lib. XVIII. cap. 1. [k] διαφθοραῖς ἀνδρῶν τῶν πρώτων. Poſt periocham hæc ſequuntur, Lib. XVIII. cap. 6. [l] οἵ τε πρῶτοι τῇ τῇ δὲ ἐκτείνοντο ἀνδρῶν. Quod vero ſequitur aptiſſimum eſt, Lib. ejuſdem cap. ultimo: [m] ἐγίνοντο οὖν ἀφ' ἑκατέρων λόγοι, καὶ τῶν πρώτων παρ' ἑτέροις ἀνδρῶν προσιόντων ἐπὶ διαλλαγὰς τάχιστα ἡ σύμβασις ἐγένετο. Epiſtola Petronii Lib. XIX. cap. 6. ſic incipit, Δωριέων τοῖς πρώτοις. Izates Rex Adiabenorum Lib. XX. cap. 2. dicitur miſiſſe dono, [n] πολλὰ χρήματα τοῖς πρώτοις τῶν ἱεροσολυμιτῶν. Denique Lib. XX. cap. 5. [o] οἱ δὲ πρῶτοι κατὰ τιμὴν καὶ γένος τῶν ἱεροσολυμιτῶν. Mox etiam, [p] κελεύει δὲ καὶ τοῖς τῶν σαμαρέων πρώτοις, καὶ τοῖς ἰουδαίων. Atque hæc hactenus: nam ut alibi ſæpius, ita & libro de vitâ ſuâ frequentiſſime præ cæteris ejus ſcriptis reperitur: quæ autem in medium produxi, ſunt ſatis ad ſtylum ejus declarandum.

XX. παρ' ἡμῖν. Parum refert exhibere quoties uſurpetur iſta loquendi formula; Ne tamen plane ſit ἀσύμβολος quædam apponam loca, ubi eo ſenſu eſt uſurpata quo hîc. Lib. III. cap. 10. [q] τῷ δὲ ξανθικῷ μηνὶ ὃς νισὰν παρ' ἡμῖν καλεῖται καὶ τοῦ ἔτους ἐστὶν ἀρχή. Lib. XV. cap. 3. [r] καὶ τῆς σκηνοπηγίας ἐνστάσης, ἑορτὴ δ' ἐστὶν αὐτὴ παρ' ἡμῖν εἰς τὰ μάλιστα τηρουμένη. De Bello Judaico Lib. III. cap. 25. [s] τοὺς γοῦν ἀνελόντας ἑαυτοὺς, παρὰ μὲν ἡμῖν, μέχρις ἡλίου δύσεως ἀτάφους κρύπτειν ἔκριναν. Denique libro de vitâ ſuâ ſtatim ab initio, [t] ὥσπερ δὴ παρ' ἑκάστοις ἄλλη τίς ἐστιν εὐγενείας ὑπόθεσις, οὕτω παρ' ἡμῖν ἡ τῆς ἱερωσύνης μετουσία τεκμήριόν ἐστι γένους λαμπρότητος.

XXI. σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου. Si quid ſit quod ſtylum Joſepho proprium, ejuſque orationis colorem repræſentet, hoc eſt: nam ἐπιτιμᾶν pro τιμωρεῖν dicere non omnium eſt auctorum. Hoc autem verbum non ſemel eâ ſignificatione uſurpavit Flavius, licet vox illa, & apud eum ipſum, & apud alios plerumque contrarium potius ſignificare videatur. Ea enim *objurgare* denotat, quandoque etiam & *honore afficere*, prout & vox [v] τιμὴ à quâ ἐπιτιμᾶν eſt natum, non ſolum δόξαν ſed & τιμωρίαν deſignat, atque etiam ἀντέκτισιν, quæ propria eſt vocis ſignificatio. Quo autem ſenſu *objurgare* ſignificat, uſurpat Flavius Lib. XVI. cap. 12. [x] τὸ μὲν ἐπιτιμᾶν, ἢ φάναι γενέσθαι τι περιπετὲς αὐτῷ τελέως ἀνοίκειον εἰς τὸν καιρὸν ἡγήσατο. Sed apud Flavium plerumque, ut in hoc Teſtimonio idem eſt ac τιμωρεῖν. Habemus itaque Lib. XIII. cap. 18. [y] τιμησαμένων αὐτὸν τῷ μέτρῳ τῆς δίκης, πληγῶν ἔφασαν καὶ δεσμῶν. Quin Lib. XVIII. cap. 9. dicitur. [z] καὶ ἡρώδῃ γυναικῶν ἀκροασαμένῳ κουφολογιῶν, δίκην ταύτην ἐπετίμησεν ὁ θεός. Quo vero capite Teſtimonium exhibetur de Chriſto, ſtatim poſt bis hoc verbum hac ſignificatione uſurpavit. [a] ἐνδείᾳ σιτίων θάνατον ἐπιτιμᾶν αὐτῷ καλῶς ἔχειν ἐνόμιζεν. Atque mox [b] Μούνδῳ δὲ φυγῆς ἐτίμησεν. Adeo ut, quo tempore teſtimonium iſtud ſcripſit, hanc vocem præ aliis amâſſe videatur. Habemus vero hîc modum pœnæ poſt ἐπιτιμᾶν quarto & ſecundo caſu; ſed in teſtimonio tertium ſubjecit, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος. Neque deſunt hujuſmodi exempla; Libro enim II. de Bello Judaico & cap. 15. invenimus [c] ἐπιτιμᾶται φυγῇ. Redeo ad Archæologiam atque librum ipſum quo Teſtimonium continetur. Etenim Lib. XVIII. cap. 6. legimus, [d] καὶ τιμωρίας τε ἐπετίμα τοῖς ἀλοῦσι, καὶ ἠφίει τοὺς ἀδίκως ἐν ἐγκλήματι γενομένους. Libro vero de Bello Judaico II. cap. 23. [e] θάνατον ἐπιτιμῶντες τοῖς

a Pag. 76. E. b Pag. 644. E. c Pag. 688. A. d Pag. 582. C. e Pag. 968. C. f Pag. 973. C. g Epiſt. CCXLVII.

h Pag. 498. F. i Pag. 527. E. k Pag. 616. E. l Pag. 625. B. m Pag. 650. B. n Pag. 686. E. o Pag. 691. G. p Pag. 692. E. q Pag. 93. A. r Pag. 514. D. ſ Pag. 853. A. t Pag. 989. A. v Vid. Heſych. V. τιμὴ & ἐπιτιμᾶ. x Pag. 569. F. y Pag. 453. F. z pag. 639. B. a pag. 622. C. b pag. 623. C. c pag. 790. D. d pag. 625. G. e pag. 797. C.

τοῖς πειθαρχᾶσι τῇ ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ. Denique Lib. III. cap. 25. [a] ἑαυτοῖς βίαιον ἐπιτιμήσομεν, id est θάνατον, ut sensus postulat. Sed neque ubi hoc verbum negligit, ibi quoque nomina aliasque voces cognatas, cognatæ quoque significationis recusat. Nam ἀνυποτιμήτως sic impune significat, ut Lib. XVI. cap. 13. [b] ἀνυποτιμήτως τὴν ἡρώδε πᾶσαν ἄγοντες καὶ φέροντες διετέλεν. In libri fine habemus quoque ἀσεβείας τεκμήριον ἀνυποτιμήτε. Nec aliter ἐπιτίμησιν legimus Lib. II. contra Apionem. [c] ἐδὲ γὰρ τὴν ἀπ' ἀγνοίας ἐπιτίμησιν ἐνέχετο καταλιπεῖν· Et mox ἐπιτίμιον, ut [d] καὶ θάνατος τἐπίτιμον εἰ ἐπιχειρήσειεν. Quanquam hic legendum τἐπιτίμιον videatur: ἐπίτιμος enim aliud est. Alibi vero sæpius ἐπιτίμιον ut de Bello Jud. Lib. I. cap. 12. [e] ἐπιτίμιον τῆς μεταβολῆς εἰσεπράξατο παρὰ τῶν πολεμίων ἑκατὸν τάλαντα. Et Lib. II. cap. 10. [f] μηδίοις δὲ ἤρκεσεν ἐπιτίμιον τῆς ἀνοίας τὰ ἀναλώματα. Cui respondet in loco Archæologiæ ubi hæc ipsa refert καταδίκη. Denique Lib. IV. cap. 22. ὃ καὶ τοῖς αὐτομολᾶσιν ἐπιτίμιον, θάνατος ἦν. Ut nemo in posterum hæc stylo Josephi convenire sit denegaturus.

XXII. ΟΥ'Κ ἘΠΑΥ'CΑΝΤΟ ΟἹ ΓΕ ΠΡΩ͂ΤΟΝ ἈΓΑΠΗ'CΑΝΤΕC. Mallem cum Eusebio utrobique, Isidoro, Nicephoro, Zonara & Codice MS. Cæsareo legere οἱ τὸ πρῶτον. Etsi postea non sit necesse, ut multis lectum est, hîc inserere αὐτὸν· etenim superius αὐτὸν sequi posse ἀγαπήσαντες existimo. At vero nequeo Eusebii lectionem & aliorum qui legunt ἐξεπαύσαντο probare: hæc enim vox nusquam in Flavii scriptis quod sciam comparet. Sed neque Eusebius aliter legisse videtur cum Demonstrationem Euangelicam conscriberet, ac in nostris codicibus jam legatur. Cæterum formula τὸ πρῶτον sæpius occurrit, inter alias & Lib. XVI. cap. 16. [g] λῃσαὶ δὲ τὰ τράχωνα κατοικᾶντες τεσσαράκοντα τὸ πρῶτον, εἶτα αὖθις πλείονες, sic enim est legendum. Quod ad τὸ ἐπαύσαντο ἀγαπήσαντες, plurimas hujusmodi loquendi formulas habemus. Sic dicitur, [h] ἐ διέλειπε προσκαλέμενος, Lib. VI. cap. 10. [i] τιμῶντες ἐ διέλειπον, Lib. VII. cap. 2. [k] ἐ διέλειπεν ἐξυβρίζων, Lib. VIII. cap. 4. [l] ἐ διαλείπεσι περὶ τᾶτο ἐνεργᾶντες, Lib. VIII. cap. 6. & alia hujusmodi sexcenta, quæ nunc recensere nimis esset longum. Quod ad ipsa verba ἐπαύσαντο ἀγαπήσαντες: & illa quoque sæpius extant. Satis sit unum & alterum locum indicâsse. Sic Lib. VII. cap. 10. ἀγαπᾶν μὲν αὐτὸν τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς μεγαλοψυχίας ἔλεγε. Quod ideo contuli quia hic ἀγαπᾶν est *mirari* aut *probare*, ut & in periochâ nostrâ significare videtur. Quin & in ipso capite quo periocha continetur legimus, οἱ δὲ, ἐκ ἠγάπων τοῖς ἀμφὶ τὸ ὕδωρ δρωμένοις. Non probabant quæ Pilatus fecerat circa aquam in urbem deducendam. Ad ἐπαύσαντο referantur ista; Lib. III. cap. 9. Pag. 90. ἐπαύσαντο δὲ λάμπειν. Lib. XV. cap. 4. Pag. 517. A. ἐπαύσαντο μὲν ἐκείνης τῆς ὁρμῆς. Deinde in Lib. de Bello Judaico habemus pag. 738. A. ἐπαύσατο τῆς πρὸς ἀντώνιον ὁρμῆς. Pag. 811. E. ἀκεσθέντες ἀνεπαύσαντο. Pag. 816. F. παύσαντο νεωτερίζοντες. Pag. 817. B. δὲ φονεύειν ἐπαύσαντο. Sed quid longinqua petimus exempla, cum & ipsum caput quod Testimonium exhibet plura suppeditet. Ibi enim legimus, εἰ μὴ παυσάμενοι θορυβεῖν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἀπίοιεν. Et mox κατεβόων αὐτᾶ παύσασθαι δὲ ἐπὶ τοιέτοις προθυμεμένε. Sic quidem neque hac parte quicquam a Josephi stylo est recessum. Ut frustra sint, qui in istis stylum aut orationis colorem desiderent.

Quod denique ad integram sententiam attinet: licet phrasis sit Josephi, eam tamen in scholis Christianorum natam voluit esse [m] Boeclerus, atque inde ejus originem arcessendam. Sed profecto nihil hic dicitur quod non alius in simili negotio diceret. Quam similis est huic Josephi de Christo isthæc de M. Lutheri morte Jac. [n] Aug. Thuani sententia! *Ut certatim*, inquit, *cum vivum multi complexi, sic nec morte quidem ab ejus amore divelli potuerunt.* Quam similis, inquam ego, ratio Josephi cum Christo, & Thuani cum illo Patre Protestantium!

XXIII. ἘΦΑ'ΝΗ ΓΑ'Ρ ἈΥΤΟΙ͂C. Non modo de hominibus, sed etiam de Deo ipso sic dicit, phrasin hanc servans. Lib. VII. cap. 7. [o] τῷ προφήτῃ Νάθαν φανεὶς κατὰ τὲς ὕπνες. Similiter de Deo Solomoni apparente Lib. VIII. cap. 2. his verbis apparitionis modum consecutus est, [p] φανεὶς γὰρ αὐτῷ κατὰ τὲς ὕπνες ἐκείνης τῆς νυκτὸς, ἐκέλευσεν αἰτεῖσθαί τινας ἀντὶ τῆς εὐσεβείας δώσειν αὐτῷ δωρεάς. Sic quoque Lib. XIII. cap. 20. [q] φανέντα κατὰ τοὺς ὕπνες αὐτῷ τὸ θεὸν ἐπηρώτα. Sic denique Lib. I. contra Apionem de Iside, ὅτι κατὰ τοὺς ὕπνες ἡ Ἶσις ἐφάνη τῷ ἀμενώφει. A stylo itaque salvi sumus.

Verumtamen improbat hanc sententiam Tan. Faber; licet non disertis verbis, transverso tamen impetens jaculo. Nam cum Eusebium hujus, ut sibi videtur, imposturæ accusaverit, eumque scriptum a Josepho vituperium in Iesum Christum mutasse suspicetur in laudem; huc usque non subsistit; sed tantum abest ut hoc admittat tam celebre de Christi resurrectione testimonium, ut potius hujus periochæ, ac speciatim hujus sententiæ loco, olim plane fuisse contrariam suspicetur. Atque pro eo quod hic de Christo dicitur, eum tertiâ die vivum discipulis suis apparuisse, contendit a Josepho descriptum esse illud Sacerdotum Judæorum commentum, quasi Christus clam per discipulos suos ex sepultura fuisset sublatus. Cujus commenti meminit Euangelista Matthæus. His quoque addit Justini Martyris tempore, ut ex ejus Dialogo cum Judæo Tryphone constat, eadem adversus Iesum dici solita; quibus ut puto innuit, Josepho nostro intermedio viventi tempore eandem placuisse rationem. Sed fugit eum ratio. Nam illa ex quibus hoc instruxit argumentum, partim quidem dubia, partim vero etiam falsa sunt. Primum enim dubium est quomodo sit intelligendus Matthæus ubi dicit, [r] καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ ἰεδαίοις μέχρι τῆς σήμερον. Quidam enim intelligunt ut λόγος οὗτος sit ea fama mendax de corpore Christi per Discipulos substracto: quam famam divulgâsse sacerdotes Judæorum missis per orbem universum nunciis ex Justino discimus. Alii vero sic intelligunt, hanc Sacerdotum fraudem hucusque non latuisse, sed sparsum fuisse de fraude rumorem. Uti vero Grotius priorem explicationem præfert; ita sane neutiquam posteriorem improbat. Quanquam autem Sacerdotes nuncios miserint; ecquid absurdum hoc mendacium in publicum tandem emanâsse, atque statim ut mendacium fuisse compertum. Hinc factum est, ut plurimi Judæorum initium nacti conversionis in Christum crederent, atque Sacerdotum multi. Quod utique verum esse testatur [s] Lucas in Actis Apostolicis. Nam Pilatum doli conscium tandem fuisse constat ex Tertulliano; cum sit admodum verisimile Tiberium Cæsarem id ex ipso nec alio cognovisse, & adversarii id quoque fateantur. Ridet hoc [t] Tanaquillus Faber, dicitque falsum esse Tertullianum, qui hanc narrationem ex Actis Pilati hauserit. Sed bis peccat Faber, cum hæc Acta Pilati prorsus omnia falsa fuisse prædicet, tum etiam quod asserat Tertullianum ex his totum pendere. Quasi Tertullianus

[a] Pag. 852. C. [b] Pag. 571. A. [c] Pag. 1072. C. [d] Pag. 1074. C. [e] Pag. 737. D. [f] Pag. 784. B. [g] Pag. 576. F. [h] Pag. 187. G. [i] Pag. 217. A. [k] Pag. 280. A. [l] Pag. 284. A. [m] Epist. ad Chr. Wagenseilium.

[n] Histor. Lib. II. pag. 42. Edit. Par. An. cIↃ IↃcvi. [o] Pag. 226. F. [p] Pag. 255. E. [q] 456. C. [r] Cap. XXVIII. 15. [s] Act. Ap. VI. 7. [t] Lib. 2. Epist. 12.

nus non potuisset Tiberii commentarios ac Senatus Consulta consulere. At vero in dubium fides Tertulliani acutissimi scriptoris doctissimique revocatur. Sic nempe solent Athei, aliique religionis hostes. Sibi non esse verisimile comminiscuntur quod displicet, adeoque falsum. Sed si hoc admittamus, quid erit tandem vel in religione vel in historia fide dignum? Satis hoc sit, cum vir doctissimus Johannes Pearsonus Episcopus Cestriensis hujus loci Apologiam conscripserit in operibus posthumis. Unum hic tantum monebo de Actis illis Pilati, quæ rejicit Faber, atque quidem sine ullâ quantum video ratione, Diocletiano & Maximiniano Coss. Maximum Præsidem Numerianum hæc [a] Acta Pilati pro genuinis agnovisse, prout fidem faciunt passionis Tarachi Probi & Andronici Acta, genuina illa quidem quæ in lucem edidit Bigotius. Si igitur hæc vera fuerint, atque Pilatus Christum resurrexisse resciverit, patefactâ demum Sacerdotum fraude, quidni Josephus id quoque nunc agnosceret, quod & multi Romanorum scire potuerunt? Quanquam ille fraudem Sacerdotum, ut eorum existimationi consultum iret, prætermittens, rem potius dixerit. Utique enim fit potius verisimile, Sacerdotes Judæos, cum rem ipsam occultare non possent, dolum etiam dissimulâsse. Est tamen quod opponat Tanaq. Faber, [b] ait enim ex Justini M. Dialogo cum Tryphone constare suo tempore hoc commentum perduravisse, idque duobus in locis asseri. Hoc est falsum illud quo argumentum suum astruit. Nego ita factum esse a Justino. Extant hi loci nisi fallor, alter pag. 181. Editionis Sylburgii, & alter pag. 262. neuter vero id ait quod vult Faber. Hunc quia alterum etiam in se continet hîc apponam. καὶ οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε, μαθόντες αὐτὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, ἀλλ' ὡς προεῖπον, ἄνδρας χειροτονήσαντες ἐκλεκτοὺς, εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπέμψατε, κηρύσσοντας ὅτι, Αἵρεσίς τις ἄθεος καὶ ἄνομος ἐγήγερται ἀπὸ Ἰησοῦ τινὸς Γαλιλαίου πλάνου· ὃν σταυρωσάντων ἡμῶν, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κλέψαντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ μνήματος νυκτὸς, ὁπόθεν κατετέθη ἀφηλωθεὶς ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, πλανῶσι τοὺς ἀνθρώπους λέγοντες ἐγηγέρθαι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνεληλυθέναι. Justinus alloquitur Judæos qui Christum cruci affixerant, eos vero tanquam in Tryphonis persona præsentes. Hinc autem famam istam ejus tempore celebratam asserere à vero est alienum.

Fabro displicet Josephus quod verum dixerit: quid si falsum quid dixisset de Christo? Forsan tum quidem placuisset. Conjecturam nostram firmat ejus de Johanni Baptistæ exhibito testimonio judicium. Impense laudat illud Faber; inest tamen meâ saltem sententiâ insignis ignoratio veritatis. Consentiunt Euangelistæ Marcus & Lucas, Paulus etiam in Actis Apostolicis, Johannem prædicâsse βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Omnes oculati testes pluris quam Josephus faciendi. Ille autem disertim hoc negat; ait enim de Johanne, [c] οὕτω γὰρ καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν αὐτῷ φανεῖσθαι μὴ ἐπὶ τινῶν ἁμαρτάδων παραιτήσει χρωμένων, ἀλλ' ἐφ' ἁγνείᾳ τοῦ σώματος, ἅτε δὴ καὶ τῆς ψυχῆς δικαιοσύνῃ προεκκεκαθαρμένης. Hîc itaque quia sacris scriptoribus adversatur Josephus, plauditur: Illîc quia consentit, improbatur. Verum de Christo testimonium vocatur *Nænia*; hoc de Johanne falsiloquium; *Luculentissimum testimonium.* Exclamat tandem Faber, *Quid quæso simile est inter illam de Christo næniam, & hoc luculentissimum testimonium?* Nihil sane, aut potius quantum est inter verum & falsum similitudinis. Cogitanti mihi quî factum fuerit, ut Josephus, qui non potuerat nescire qualis esset Johannes, tam insigniter in ipso doctrinæ Johannis fundamento falleretur, tandem in mentem venit, hîc ut sæpe alias Josephum res suas agere. Essenorum enim opinionibus imbutus quo scripsit tempore, insignem hunc virum ad partes suas attrahere conatus est. Nam quod dicit de Johannis Baptismo, dogma est Essenorum. Vide sodes Josephi de Bano ac ejus institutionis ratione testimonium in Libro de Vita sua. Ut autem quam mitissime de Josepho statuamus, forsitan satis erit dixisse, Josephum cum audivisset Johannem cæteris in rebus fere cum Essenis consensisse ut etiam baptismum instituerit, statim inde sine longiore institutâ super hac re quæstione, ansam arripiendo dixisse, Johannem eâdem de causâ lavisse qua Esseni.

His ita constitutis, quid vero tandem de Origenis super hac quæstione verbis credendum est? Is enim in suis Archæologiæ codicibus aliter legisse videtur. Nam Josephum producit de Johanne B. loquentem tanquam [d] καθάρσιον τοῖς βαπτισαμένοις ἐπαγγελλομένῳ· atqui καθάρσιον est peccatorum expiatio, quod negat disertis atque conceptis verbis Josephus. Vel igitur dicendum Originem hîc memoriâ lapsum & nimis properantem hæc descripsisse, vel saltem codices nostros ejus esse integriores. Magis enim placet Josephus cum Johannem Baptistam ad suam, hoc est Essenorum sectam & sententiam conatur attrahere. Sic enim moribus suis magis est obsecutus. Sed redeo jam ad institutum meum; nam omnes Fabri errores hac in parte confutare immane quantum hanc orationem produceret.

XXIV. ΤΡΙ'ΤΗΝ ἜΧΩΝ 'ΗΜΕ'ΡΑΝ ΠΑ'ΛΙΝ ΖΩ͂Ν. Cum isthæc sententia sit de illis rebus quæ semel acciderunt; adeoque sententia ipsa τῶν ἅπαξ λεγομένων necesse est, ut sit; quia solus Christus tertiâ die vivus resurrexit, frustra essem si apud Josephum plures hujusmodi phrases quærerem. Licet autem non defuerit occasio hac uti phrasi cum de miraculis Eliæ ac Elisæi diceret, sed cum Josephus copiâ verborum uti soleat, nihil mirum si pluribus loquendi modis hæc efferat. Sic igitur usurpat primo vocem, [e] ἀνεβίωσεν; deinde vero [f] ἀναζωπυρῆσαι. Habeo tamen phrasin huic similem: nam Lib. III. cap. 14. de Bello Jud. dixit, καὶ τοῖς ποσὶν ἐμπλεκόμενοι πάντες εἴχοντο. Satis hæc sit ad stylum & orationis sonum demonstrandum; etenim verba ἔχων πάλιν ζῶν sunt similia verbis ἐμπλεκόμενοι εἴχοντο quoad loquendi modum, qui prorsus alias Græcus est.

Levius erit igitur fortasse animadvertisse, si Christianus hoc testimonium inseruisset, vix aut ne vix quidem usus esset hâc locutione, ut Christum resurrexisse diceret. Cum enim isti de hâc re loquuntur, Christum dicunt ἀναστῆναι & ἀναστήσεσθαι & similia. πάλιν ζῶν non est Christiani, sed hominis non multum cum Christianis versantis, qui hunc loquendi modum rarius aut nunquam usurpant. Unum tamen hic magnique momenti monendum duco; & hæc & alia quæ sequuntur satis commode interpretari posse, quasi Josephus ex Apostolorum Christi mente loqueretur: hoc autem satis innuunt verba præcedentia ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς. Adeoque ipsum sic sensisse nondum patet. Ipsis, inquit, apparuit Iesus iterum vivus, penes eos fides esto; ego me quidem indicem tantum statuo, non judicem.

XXV. ΤΩ͂Ν ΘΕΙ'ΩΝ ΤΑΥ͂ΤΑ ΚΑΙ' ἌΛΛΑ ΜΥ'ΡΙΑ ΘΑΥΜΑ'ΣΙΑ ΠΕΡΙ' 'ΑΥΤΟΥ͂ 'ΕΙΡΗΚΟ'ΤΩΝ. Nulla est hic exemplarium varietas, nisi quod τὸ, μύρια absit in aliquot codicibus, quod licet abesse possit sine sententiæ detrimento, est tamen omnino in hac locutione retinendum. Singula

[a] Pag. 280. [b] Epist. XLIV. Lib. I. pag. 149. [c] Lib. XVIII. cap. 6.

[d] Lib. I. contra Cels. pag. 35. [e] Lib. VIII. cap. 7. [f] Lib. IX. cap. 5.

gula hujus ambitûs aut periodi verba etiam alibi sæpius extant, quæ jam non afferam, contentus monuisse τ̃ χρῶτα τ̃ λέξεως extare Lib. XVIII. cap. 10. de Apione Mundi Cymbalo πολλὰ ἢ καὶ χαλεπὰ Ἀπίων εἰρηκότος. Itemque Lib. II. contra Apionem, τ̃ κατηγόρων ὅτι νεώταλόν ἐστιν εἰρηκότων. Atque hactenus de sono ac structura orationis. De sensu ac ἐννοίᾳ alia res est. Hoc enim, siquid alias, naso suspendit Faber. Inquit enim, *quid dicas aliud, quam eum a quo hæc scripta sunt*, εἰς ἄκρον μωρίας ἐλάσαι; Satis quidem dicaciter, sed parum verecunde. Quia hæc vera sunt, nimis excandescit Faber, si falsa fuissent, probaret. Licet autem isthæc ex iis quæ superiore sectione diximus defendi possent, alium tamen hîc ordinem persequar. Ut igitur hoc nunquam Josepho in mentem venisse probet Faber, satis est illi dixisse, *Josephum fuisse Sacrificatorem, ideoque ut par est, religionis Judaicæ tenacissimum; Deinde sectâ Pharisæum & reliqua.* Et Josephum & Sacrificatores Pharisæosque Judæos probe cognôsse vult videri Faber, cum tamen nobis nullos horum satis nôsse videatur. Quasi vero non multi è Sacerdotibus in Christum, uti supra dixi, credidissent, qui tamen non deserebant avitam religionem. Undenam ergo tam crebræ Pauli Apost. & aliorum disputationes, nisi ex eo quod plurimi Christiani nollent religionem deserere Judaicam. Et quasi multi non etiam in Christum crederent, qui nolebant ejus amplecti ceremonias. Quasi mentitus sit Lucas in [a] Actis Apostolicis qui asserit multos sectâ Pharisæos fidem recepisse Christianam, quanquam vellent etiam fideles ex Ethnicis conversos circumcidi, legesque observare Mosaicas. Quo satis patet ipsos neutiquam ejus legis observationem neglexisse, quam aliis imposuere celebrandam. Quasi etiam mentitus sit idem, cum [b] Sacerdotum multitudinem Christo fidem habuisse asserit. Porro satis clara ut puto sunt hæc Justini M. verba quæ; ut vidit Faber, ita certe diligentius considerare debuit. [c] ἐπειδὴ ἐγνώκατε αὐτὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀναβάντα εἰς τ̃ οὐρανόν, ὡς αἱ προφητεῖαι προηγμένον γενησόμενον, οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε ἐφ' οἷς ἐπράξατε κακοῖς, ἀλλὰ ἄνδρας ἐκλεκτοὺς ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐκλεξάμενοι τότε, ἐξεπέμψατε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, λέγοντες, αἵρεσιν ἄθεον χριστιανῶν πεφηνέναι. Quamobrem ut sunt qui veritatem tametsi, non inscii; non tamen agnoscant; sic & alii esse possunt, qui eam quidem agnoscant, nec tamen ejus ita rationem habeant, ut jam institutum vitæ ordinem non amplius persequantur.

Quid vero de Nicodemo non solum Pharisæo sed è Primoribus Populi, ex eorum numero quos gentis suæ πρώτους ἄνδρας Josephus nuncupat, & Euangelista Johannes ἄρχοντα τ̃ ἰουδαίων, dicam? Hunc quidem recentiores Judæi suum esse fatentur, atque in eo se imprimis efferunt. Hic autem, licet Judæus, sic de Christo sentiebat: [d] οἴδαμεν, inquit, ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος. οὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν ἃ σὺ ποιεῖς, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ θεὸς μετ' αὐτοῦ; Quam similia sunt ista verbis Justini Martyris atque id quod Martyr ille dixit de Judæis comprobantia. Unde autem illud οἴδαμεν nisi ex prophetiarum cum Christi gestis collatione? Quid etiam similius Flavii testimonio quam sit hæc ad Christum salutatio cum laude celebrata? Non legimus tamen hunc Nicodemum relictâ reipublicæ Judaicæ administratione, totum se religioni Christianæ colendæ dedisse. Quæ cum ita sint, licet iste non sit amplexus Euangelii prædicationem, non tamen veritatem occultare voluisse reperitur. Ergo quis non videat, verbi gratiâ, hæc Theodoriti quæ de Josepho scripsit, similiter posse Nicodemo accommodari, τὸ μὲν χριστιανικὸν οὐ δεξάμενος κήρυγμα, τὴν δὲ ἀλήθειαν κρύπτειν οὐκ ἀνεχόμενος. Quibus fere respondent, licet obscurius aliquanto, Origenis de Flavio verba, τ̃ ἰησοῦν ἡμῶν οὐ καταδεξάμενος εἶναι χριστόν. Quod si vel Origenes vel Theodoritus hæc de Nicodemo scripsissent, non dubito quin pari ratione, nec minore jure exortus esset aliquis Faber, qui contenderet fraudem D. Johannis Euangelio fuisse factam, eâ de Nicodemo interpolando, quæ homini Pharisæo, & Populi Judaici principi, ex hujusmodi Fabri sententiâ nullatenus convenire potuissent. Si vero Nicodemi verba cum Josephi de Christo testimonio componere vellem, amplius quid dixit Nicodemus quam Josephus. Nam ἀπὸ θεοῦ διδάσκαλος, magis est quam διδάσκαλος ἀνθρώπων τ̃ ἡδονῇ τ' ἀληθῆ δεχομένων. Itemque σημεῖα ἃ σὺ ποιεῖς non minus est quam ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής. Denique, ὁ θεὸς μετ' αὐτοῦ, longe magis est quam quod in Testimonio Flaviano dicitur de Prophetarum vaticiniis. Quin etiam, ut mea quidem fert opinio, verba illa ἀπὸ θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος sunt quasi Mosis vaticinii explicatio, Deuteronomii cap. XVIII. 15, 18. Ubi Vates quidam promittitur qui Judæos doceat, quemque sint audituri si salvi esse velint. Hoc enim tam celebre vaticinium semper eos in ore habuisse patet. At vero verba Nicodemi augustum quid sonant ac sacrum, & multo quidem præstantiora sunt quam cum noster dixerit dubitans, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Nec minus est illud Nicodemi ὁ θεὸς μετ' αὐτοῦ quam quod de Mose noster dixit, τ̃ ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ δυνάμεως. Siquis autem vellet in dubium istæc Nicodemi verba revocare, conjecturam suam firmare viderentur ea quæ Nicodemus hic dixisse fertur, nemini præterquam paucissimis Christi discipulis fuisse patefacta. Quapropter isthæc cum nostra de Christo pericha ex Josepho componenti videretur longe pericha nostra verisimilitudine præcellere, illa de Christo quæ omnes sciebant referens, hancque de Nicodemi testimonio in Johannis Euangelio periocham post se relinquere; cum hæc ea quæ pauci tantummodo è Christi discipulis resciverint, contineat; illa vero de Christo, quæ omnes tum scirent, referat. Sicque tandem videmus in quantas hujusmodi rationes nos præcipitent absurditates. Quid non audebimus, quid non conabimur, non omnibus historiis solum, sed & sacris literis injurium? Nihil itaque vetat quin Josephus Sacerdos, quantumvis religionis Judaicæ tenacissimus, atque ut isti volunt Pharisæus, ea quæ in istâ leguntur periochâ de Iesu Christo cogitaret, aut scriberet.

Nondum tamen hic pedem figo. Erunt enim fortasse qui nihil me profecisse existimabunt, nisi etiam ostendero Josephum non aliter sensisse de Messiæ aut Christi adventu ex vaticiniis innotescente, quam hic fere hoc Testimonio est consecutus. Id vero sic conficio. Primum autem quid de sua vaticiniorum scientia senserit ac cognitione videamus. Postquam itaque in manus Romanorum captus venisset, dicit se somnium habuisse, quo Deus suum ipsi fatum, & Romanorum futurum imperium ac victoriam ostenderet. De hoc negotio autem sic verba facit, de seipso loquens Libr. III. cap. 24. de Bello Judaico, [e] ἦν δὲ περὶ κρίσεις ὀνείρων ἱκανὸς, συμβάλλειν τὰ ἀμφιβόλως ὑπὸ τοῦ θείου λεγόμενα· τ̃ γε μὴν ἱερῶν βίβλων οὐκ ἠγνόει τὰς προφητείας, ὡς ἂν αὐτός τε ὢν ἱερεὺς καὶ ἱερέων ἔκγονος, ὃς ἐπὶ τ̃ τότε ὥρας ἔνθους γενόμενος; καὶ τὰ φρικώδη τ̃ προσφάτων ὀνείρων ἀνάσας φαντάσματα, προσφέρει τῷ θεῷ λεληθυῖαν εὐχήν. Quo quidem argumento utitur Johannes in [f] Euangelio de Cajapha Pontifice loquens. Ex oratione vero quæ verba Flavii sequitur eum rescivisse gentis

[a] Act. XV. 5. [b] Act. VI. 7. [c] Dial. cum Tryph. pag. 181. Ed. Sylb. [d] Joh. III. 2.

[e] Pag. 851. D. [f] Joh. II. 51.

tis ſuæ perniciem futuram patet. Porro erit etiam operæ pretium ſcire annon cæteri quoque Judæi id æque noverint. Hoc autem ſic fuiſſe cognitum ipſe teſtatur Flavius in oratione ad Judæos, quæ extat Lib. VI. cap. 8. de Bello Judaico. [a] τίς οὐκ οἶδε, inquit, τὰς τῶν παλαιῶν προφητῶν ἀναγραφὰς, καὶ τὸν ἐπιῤῥέποντα τῇ τλήμονι πόλει χρήσιμον, ἤδη ἐνεστῶτα. Inde patet quoque vulgatam fuiſſe hanc Judæorum, de melioribus ſaltem loquor, expectationem ac vaticiniorum expoſitionem. Ut autem ſciamus, unde hanc ſcientiam ſumſerint vel Joſephus vel Judæi, his omnino ſunt ſequentia verba ex Archæologiæ Lib. X. cap. ultimo conferenda. Sic enim rem iſtam definit Flavius, τὸ αὐτὸν ᾗ χρόνον Δανιῆλος καὶ περὶ τῆς ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀνέγραψε, καὶ ὅτι ὑπ᾽ αὐτῶν ἐρημωθήσεται. Si quis autem hæc cum Danielis verbis capite IX. 25, 26. conferat, a quo illa mutuatus eſt Flavius, ſtatim videbit aliter fieri non poſſe quin Joſephus crediderit Chriſtum jamdudum veniſſe; nec ſolummodo veniſſe, ſed etiam è medio ſublatum fuiſſe. Nam quocunque modo verba Danielis exponantur, aliud nunquam ex illis efficient. Quapropter noſtræ ætatis Judæi Danielem rejiciunt: nam ſtantibus ejus vaticiniis, nequeunt ſane Judæorum ſtare rationes. Qui vero Danielem admittunt, illi hoc in loco de Chriſto ac ejus nece prædictum eſſe fatentur. Stultum igitur eſſet credere Joſephum, qui tam bene numeros Danielis prophetiarum alibi ſit conſecutus, hìc tam longe à vero aberrare. Iſtud ſane conſtat, ut probavit [b] Iſaacus Voſſius, Flavii Joſephi calculum optime cum Danielis Hebdomadibus congruere. Hinc itaque liquido cognoſcitur, etiamſi verba iſta de Chriſto apud Joſephum non extarent, illum tamen de Servatore noſtro ita ſenſiſſe, ut eum verum Meſſiam fuiſſe crediderit. Dices, cur non igitur factus eſt Chriſtianus? recte quidem id quæſitum eſt. Sed aliud eſt Chriſtum Ieſum pro Vate ac Meſſiâ agnoviſſe, aliud eſſe Chriſtianum. Fuiſſe quoſdam qui cum prius crederent, neque tamen eſſent Chriſtiani declaravi, atque exemplis ut puto ſatis lucide demonſtravi.

Si quis tamen objiciat Joſephum exiſtimaſſe Veſpaſianum fuiſſe illum Chriſtum: næ ille Flavium Joſephum Danieli atque ſuis opinionibus manifeſto contradicentem affirmaverit. Etenim ex Daniele patet, Chriſtum de medio tollendum eſſe antequam everteretur Templum & Urbs Hieroſolyma. Nihil clarius admittenti Danielis Vaticinia, eorumque divinam auctoritatem; longe aliter ac nunc Judæi ſoleant hodierni, qui Vatem eum fuiſſe negant; vel ſaltem, ut ſuam malitiam diſſimulent, poſtremo inter Vates collocandum loco ſentiunt. At vero Veſpaſianus diu poſt everſam Urbem ac Templum imperavit. Quis ergo tam ſtultum eſſe credat Flavium ut hoc in ſe abſurdum admitteret? Quapropter Joſephus id ex animo non dixit. Licet autem veritatis in hiſtoria ſit amantiſſimus, cum tamen hos de Bello Judaico libros conſcriberet, ut Veſpaſiani libertus, ita ſane vero comparatus fuit ut tantiſper fortunæ ſuæ ac temporum rationibus inſerviret. Adulatur ubique Veſpaſiano à quo multis eſt affectus beneficiis; neque auſus eſt aliter famam illam de Rege magno futuro exponere quam de Veſpaſiano; iſque eſt ut puto qui Suetonio ac Tacito Hiſtoricis anſam dederit hanc quoque famam de Veſpaſiano filioque Tito interpretari; cum [c] Tacitus hoc & alia ſimillima ex Joſepho exſcripſiſſe videatur. Ergo Joſephum nihilominus aliter ſenſiſſe de his rebus perſuaſum habeo, cum nemo Judæus unquam id de aliquo Ethnico crediderit, quia conſtans fuit fama Chriſtum illum fore de tribu Judæ, ac ſtirpe quidem Davidica. Ea enim erat Scribarum in concionibus doctrina, ut declarant Euangeliſtæ. Conferenda ut hoc pateat, ſunt loca ſequentia Matthæi cap. XXII. 42. & Marci cap. XII. 35. atque cum Vaticinio Eſaiæ cap. IX. 7. comparanda. Quinetiam ſic ſenſiſſe Joſephum hinc licet ſuſpicari, quod Veſpaſianus ipſe ſic putaverit: [d] adeo ut omnes è genere Davidis ortos tolli curaverit, ne quis in poſterum è regia ſtirpe ſupereſſet facem ſeditioni præbiturus. Quæro jam unde Veſpaſianus ſpem Iſraëlis ac Vaticiniorum ſenſum cognoverit, niſi dicamus eum vel ex Judæis vel ex Joſepho ipſo didiciſſe. Quæ quidem fama eſt Domitiano imperante renovata, ſed ſine ulla ſanguinis effuſione. Ut nemo tandem ſit adeo pertinax ut Joſephum ſic fatuum fuiſſe cogitet, ut crederet Imperatorem Romanum futurum eſſe Judæorum, quem ipſi expectabant, Meſſiam. Aut quaſi etiam Romani Imperatores non fuiſſent æque Judææ Domini, etiam ante Veſpaſianum, ac ſunt facti poſtea. Eſto tamen ut Joſephus ſic tum, cum ſcriberet, ſenſerit: at mutatis temporibus, mutatam eſſe ejus ſententiam quid vetat? Deinde volunt Joſephum fuiſſe Phariſæum, quid igitur tantopere a Phariſæorum doctrina & fide nunc receſſit; cum libera & ſentiendi & ſcribendi data eſſet occaſio.

Ne quis autem miretur Joſephum has verſutias in ſe admiſiſſe, etſi jamdudum ſimilis verſutiæ exemplum in Teſtimonio de Johanne Baptiſta dederim, tertium quoque in hoc viro, licet maximo, certiſſimum exhibebo: ut liquido appareat ipſum ſæpius ſuam pro ratione temporis permutaſſe ſententiam. Cum juvenis admodum ac pene puer eſſet ad Eſſenos Banumque acceſſit, & eorum eſt inſtitutus diſciplinis: ſed ad rempublicam adminiſtrandam converſus, cum videret Phariſæos apud plebem plurimum pollere, his quoque tunc ſe adjunxit, idque non ſemel: nam & Româ reverſus antequam annum ageret ætatis trigeſimum, vitam atque mores Phariſæorum eſt ſecutus. Cum eam ſolam atque efficaciſſimam diu ſtandi in republica adminiſtranda viam haberet comparatam. Quamobrem cum leve eſſet ac varium ejus conſilium, republica tandem everſâ ſtatim ad priſtinas reverſus eſt opiniones. Nam cum libros Archæologiæ ſcriberet, omnino Eſſenus erat. Ubique laudat Eſſenos, carpit vero Phariſæos. Nec non Urbe obſeſſâ, Eſſenorum opiniones affectaviſſe probat quod Lib. V. cap. 22. ſcripſit; quas hinc ſatis conſtat, tunc & poſt illa retinuiſſe. Sordes enim aut cadavera ad ſolem expoſita, Dei vultus conſpurcare, Eſſenorum erat commentum. Eſſeni autem neque de Johanne Baptiſtâ, neque de Chriſto male ſentiebant; ideoque facile ad eam ſectam tranſibant quæ poſt ſub Gnoſticorum nomine innotuit. Et dogmata & nomina ipſa Eſſenorum Gnoſticorumque idem fere deſignancia id ſatis probant. Quod tamen pluribus verbis jam exponere non eſt meum, neque multum ſane expedit. Denique Joſephus neque de Johanne Baptiſtâ, neque de Jacobo Juſto fratre Domini Ieſu Chriſti male ſentit, cujus mortem a primoribus Judæorum injuſte procuratam aſſerit. Fruſtra itaque ſunt qui male de Ieſu Chriſto vel ſenſiſſe vel etiam locutum fuiſſe contendunt.

XXVI. ΕΙΣ ΤΕ ΝΥΝ. Hæc locutio variis modis effertur, qui omnes ad idem fere recidunt. Quidam legunt εἰς ἔτι νυῶ. MS. Cæſar. cum multis aliis εἰς ἔτι τε νῦν. Sic ipſe Joſephus alibi de uxore Loti in ſtatuam converſâ loquitur, inquit enim Lib. I. cap. 22. [e] ἔτι γὰρ καὶ νῦν διαμένει. Et Lib. X. cap. ulti-

[a] Pag. 948. F. ubi legendum videtur χρησμὸν, niſi mavis τὸ χρήσιμον ὀνειρός. [b] Lib. de Sibyllin. Oracul. cap. XI. [c] Hiſtor. Lib. V. Edit. Par. pag. 119.

[d] Euſeb. Hiſt. Eccl. Lib. III. cap. XI. [e] Pag. 20. G.

ultimo de Daniele, [a] ἀναγινώσκεται παρ' ἡμῖν ἔτι καὶ νῦν, καὶ πεπιστεύκαμεν ἐξ αὐτῶν, ὅτι Δανιῆλος ὡμίλει τῷ θεῷ. Hunc ego hic produxi locum quem alias producere potuissem, ut duos simul unâ fideliâ dealbarem parietes; tum ut exemplo huic locutioni inserviret, tum etiam ut notum facerem, quam bene de Daniele cogitaret; quia Danielis non vagas ut cæteri fere vates res prædixisset, sed etiam tempus annosque numerâsset.

XXVII. ΤΩ͂Ν ΧΡΙΣΤΙΑΝΩ͂Ν. Sæpe miratus sum, qui factum esset, ut Josephus qui toties de Sectis Judæorum disserit, nunquam Christianos tanquam Sectam descripserit. An quia non Judæos fuisse existimavit, quoniam etiam Ethnicos Christianum dogma fuissent amplexi? Sane illos non alibi præterquam hîc nominavit; opportuno quidem loco, sed admodum modeste. Nihil etiam quod non sit verum affirmat. Sed neque quemquam eorum edocet dogmata, vel etiam laudat institutum. Hæc vero digressio ita est confecta ut magis ad historiæ seriem atque veritatem, quam ad religionem Christianam docendum comparata videatur. Istæc tamen dixit eorum gratiâ quos ipse sibi amicos conciliaverat dogmati Christianorum faventes, quales fuerunt ille Flavius Clemens, quem postea Consulem designatum Domitianus interfecit, & Flavia Domitilla; & fortasse ipse Epaphroditus, qui fuit auctor Josepho ut Archæologiam ederet. Aut igitur oportet ut plenius à Christianis non edoceretur, qui ne tunc quidem quoslibet facile suorum dogmatum participabant, aut si quos participabant, statim etiam sinebant illa, quorum facti fuissent participes, effutire. Archæologia vero eo fine est conscripta ut ab Ethnicis etiam legeretur.

XXVIII. ἈΠῸ ΤΟΥ͂ΔΕ ὨΝΟΜΑΣΜΈΝΩΝ. Hic modus dicendi omnino genuinus est. Sic enim alibi loquitur, ut Lib. I. de Bello Jud. cap. 4. [b] καθάπερ ἀπό τε τοῦ σεβαστοῦ καὶ ἀγρίππα, σεβαστὴ καὶ ἀγριππίας πόλεις ἕτεραι μετωνομάσθησαν. Iterumque Lib. VI. cap. 13. [c] καὶ τελοῖ τοῖς ἡδίστοις προσώποις ἀφ' ὧν ὠνόμαζε τοὺς πύργους. Nec dissimile quod sequitur mox, ἀπὸ τοῦ φίλου προσαγορευθείς. Denique Lib. I. contra Apionem, [d] τὸν ἡγόν σέθων τὸν καὶ ῥαμέσσην ἀπὸ ῥαψῆς τοῦ πατρὸς ὠνομασμένον, πενταέτη ὄντα, ἐξέθετο πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον. Satis hæc sonum orationis & modum ostendunt.

XXIX. ΟΥ̓Κ ἘΠΈΛΙΠΕ ΤῸ ΦΥ͂ΛΟΝ. Satis erit pro nostro instituto tres aut quatuor hujusmodi vocum instantias proferre quæ passim fere alias occurrunt. Nam quod ad verbum ἐπέλιπεν attinet, inter alia etiam reperitur Lib. II. cap. 5. [e] δεδιὼς ὑπὲρ τοῦ παντὸς ἔθνους μὴ σπάνει τῆς ἐπιτροφησομένης νεότητος ἐπιλείπῃ. Quo loco de Hebræis in Ægypto verba facit. Res cum sit eadem iisdem quoque verbis effertur. Alibi de Eliâ Thesbonæo cum viduâ muliere colloquente, sic infit Flavius, Lib. VIII. cap. 7. [f] προλέγω γάρ σοι μηδέποτε ἐπιλείψειν ἀλεύρων ἐκεῖνο τὸ ἀγγεῖον. Et mox οὐκ ἐπέλειπε δ' οὐδὲν αὐτοὺς τούτων. Atque hæc sufficiant de istac voce; nam ad ultimam est tandem aliquando transeundum.

XXX. ΤῸ ΦΥ͂ΛΟΝ. Sæpissime hanc vocem fuisse usurpatam a Josepho non est necesse ut moneamus. In solâ Agrippæ Regis ad Judæos oratione, quæ Lib. II. de Bello Judaico cap. 28. extat, quater & amplius adhibetur. Atque Lib. III. cap. 24. ipse Flavius in precatione ad Deum, gentem suam vocat ἰουδαίων φῦλον. Quanquam vero sic legant Codices omnes, aliquid tamen amplius legisse videntur interpretes, Ruffinus quidem Eusebii, atque ille ignotus ac priscus Archæologiæ, nam uterque vertit *& nomen perseverat & genus*, quasi apud Josephum legissent οὐκ ἐπέλιπε τὸ ὄνομα καὶ τὸ φῦλον. Nisi dicamus eos sic hujus vocis τὸ φῦλον sensum efferre voluisse. Quin etiam Tan. Faber posuit hîc γένος, non τὸ φῦλον, cum hanc periocham describeret. Quod unde accersiverit prorsus nescio. γένος autem quomodo de Christianis dici possit, nescio, qui ut verbis utar Tertulliani, *fiunt non nascuntur?* Verum enim ne sic quidem male. Nam γένος pro sectâ usurpare omnino rectum est & Josepho proprium, qui sectam Sadducæorum Lib. XIII. cap. 18. vocat τὸ σαδδουκαίων γένος· & quod magis etiamnum ad rem facit, sectam ipsam Essenorum, quorum plerique neque uxores ducebant, neque liberis operam dabant, capite sequenti γένος quoque appellat, ait enim μάλιστα δ' ἄν τις θαυμάσειε καὶ ἰούδαν τινὰ ἐσσηνὸν μὲν τὸ γένος, οὐδέποτε ἐν οἷς προεῖπε διαψευσάμενον τἀληθές. Sic etiam ventriloquos Lib. VII. cap. 15. quos Saulus consuluit nuncupat, τὸ τῶν ἐγγαστριμύθων γένος ἀνάγον τῶν νεκρῶν ψυχάς. Itaque nec in minimis vocibus quicquam a Josephi consuetudine vel stylo est recessum. Eant nunc quibus displicet hujus periochæ stylus: quique tam insolenter se jactant, eosque qui secum sentire nequeunt irrident.

Quemadmodum vero fuerunt qui vel primas hujus periochæ voces, quasi insuaves culparent, stulteque repetitas; ita neque huic ultimæ voculæ parcitum est. Ajunt enim Christianos ex Ethnicis atque Judæis collectos promiscue, quo scripsit tempore Josephus, φῦλον dici nequaquam potuisse. Eum profecto oportet esse valde morosum qui nodum in hoc scirpo quærat. Nam quid aliud nomen his daret jam collectis ac mutuo se fratrum nomine appellantibus, nisi illud quo unam quasi gentem esse ex Judæis cum Ethnicis permixtam significaret? Vel novum itaque hic nomen erat reperiendum, quod utique magis isti culpandum censerent: vel saltem iis erat utendum quæ ad manum jam essent, quibusque jam satis sine censurâ in simili negotio esset usus. Fortasse vero Blondellus, cujus est ista censura, in hâc enim neminem habet adjutorem, credidit non posse dici vocem φῦλον, nisi de illis qui cognatione simul juncti essent, vel collecti, respiciens scilicet, ad primam vocis originem. Sed hoc quidem non solum est præter morem Atticorum, penes quos optime Græce vel loquendi, vel scribendi ratio fuit ac norma, sed etiam aliorum, adeoque ipsius Josephi, qui non semper solent ad vocis hujus originem respicere. Athenienses enim φυλὰς suas vocabant quasdam populi Attici partes, non quidem cognationis, sed solâ domicilii vel fundi ratione conjunctas. Uti neque Heroës ἐπώνυμοι tribubus nomina dederant, quod ab illis originem ducerent tribules, sed solâ id honoris causâ factum fuisse videtur, longe aliter ac apud Hebræos. Hinc igitur recte alii quemlibet gentium hominumve concursum, olim quidem dispersorum, postea verâ quâcunque de causâ vel ducis ergo vel consilii communione conjunctorum, nunquam vocare φῦλον verentur. Sic illam gentium plurimarum colluviem quæ Brenno duce Delphos spoliatum ducta, ibi magnam cladem est perpessa, Callimachus hymno quem in Delum cecinit, φῦλον vocat.

[g] Αἱ γαλάταις κακὴν ὁδὸν ἄφρονι φύλῳ Στήσονται.

Hi autem cum ex omnibus Galliis essent collecti, ex gentibus ut minimum trecentis erant; tot enim narrat Plutarchus a Cæsare fuisse superatas. Quin & noster quoque Flavius cum narravisset Archæologiæ Lib. XIII. cap. 17. Hyrcanum Idumæis superatis, eos amplecti ritus Judaïcos & cæremonias coëgisse, ex quo primum Judæi atque Idumæi in unam gentem sunt conflati, ambos postea populos, ubique fere vel Judæos vel ἰουδαϊκὸν φῦλον nuncupat. Quidni igitur & illos, quos cum Judæis quibusdam unam sectam & quasi gentem constituentes considerans

[a] Pag. 354. A. [b] Pag. 717. E. [c] Pag. 914. D. [d] Pag. 1053. D. [e] Pag. 55. B. [f] Pag. 286. A.

[g] Pag. 253. Ed. Ald.

deravit, hoc ipſo nomine vocaret? Equidem αἵρεσιν vel philoſophiam Joſephus hoc vocare potuiſſet, prout de reliquis Judæorum Sectis agens fecerat. Sed cum idem voce γένος de illis etiam uſus eſſet, quid etiam vetaret de Chriſtianis Semijudæis & tanquam Judæorum novâ ſectâ ſpectatis vocem φῦλον adhibere? Siquidem iſthæc Chriſtianorum ſucceſſio ab ætate Ieſu Chriſti ad tempora Joſephi permanentium ſatis fuit ut dici φῦλον optimo jure mereantur.

Quæ cum ita ſint, tantum abeſt ut credam totam hanc periocham quæ teſtimonium exhibet de Chriſto, Joſepho abjudicari debere, ut potius jam ſit planum nullius eam niſi ejus eſſe. Quam vanum itaque eſt eorum judicium qui Euſebio dicam ſuppoſitionis impingunt. Etenim ſi hoc ſit verum, oſtendant noſtra methodo ac de ſtylo judicandi ratione totam ῥῆσιν ſtylo Euſebii eſſe ſimilem. Hoc ſi fecerint, tum ego quoque in eorum tranſibo ſententiam. Quod ſi tamen id nequeant facere, velut ego pro certo aſſeverare auſim, meam ſaltem probent admittantque rationem; quam ſi nolint admittere, ſciant quidem ad id certamen ſe provocatos, aut laborem detractâſſe aut inutilem fore exiſtimâſſe. Quo ut onere leventur, aſſero me deprehendiſſe ſtylum Euſebii prorſus eſſe Teſtimonii Flaviani diſſimilem, atque in totâ hâc periochâ vix ineſſe unam phraſin quæ ſonum orationis Euſebio familiaris repræſentet. Mirum autem eſſet, ſi ne unam quidem impoſtor ille ſui notam in Teſtimonio, monumentumque reliquiſſet. Neceſſe eſt itaque ut quos dolos eſſe ſuſpicantur, optime etiam conſutos eſſe fateantur. Illos etiam qui ſecus ſentiant ac nos, horum præcipue ignari quæ ad Stylum Joſephi pertineant, oportet ſe præcipiti abreptos judicio confiteri. Nam ſicut illi admodum ſunt temerarii, qui de Stylo ſcriptorum definire non ambigunt, cum nulla eorum ſuperſint ſcripta quibus comparentur, præterquam ipſa de quibus lis eſt; quales ſunt verbi gratia qui de Stylo Epiſtolarum Clementis, Barnabæ vel Ignatii decernunt, quorum præter iſta quæ in quæſtione ſunt, nullum aliud ſcriptum poſſit recuperari: ita eos multo magis temerarios eſſe quis non videt, qui ea ſcripta quaſi ſuppoſititia redarguunt, extantibus eorundem ſcriptorum indubiis monumentis, quæ in cæteris ſuſpicari nullam fraudem impoſturamve patiantur. Qualem in hoc Joſephi Teſtimonio nullam ineſſe demonſtravi, cum reliquis ejus ſcriptis nunquam ſuſpectæ fidei comparando.

Cæterum non adeo facile iſtiuſmodi nectuntur doli. Hinc fit ut Tanaq. Fabri rationem ſatis mirari nequeam; qui cum extent genuina auctoris verba de quorum Stylo ipſe tam male judicavit, auſus eſt tamen dolum comminiſci quem huic præferre periochæ non erubuit. Videamus & nos an hæc Fabri impoſtura ſtare poſſit, vel an ſit noſtro Teſtimonio præferenda? Primum enim multis utitur dicendi formulis quæ Joſephi ſtylum non ſapiunt, ut eſt hæc inter alias, τοῖς ἐσχάτοις ἐζημίωσεν. Nuſquam quantum memini in ſcriptis Flavii extat hic loquendi modus: legimus quidem Lib. XV. cap. 2. [a] μέλλοντα θανάτῳ ζημιοῦσθαι, & occurrit quandoque τὸ, ἐν ἐσχάτοις ut vitæ terminum deſignet, ſed ut ſit pœna, nunquam. Tum vero quale eſt iſtud quod ſequitur, οὗτινος ἀνδρὸς οὐδὲν οὐδὲ πώποτε εἶδεν ὁ βίος πλείονος ἄξιον? De phraſi ac locutione nihil dicam, hoc tantum volo; plenum fuiſſe Terentii, vel Luciani, aut utriuſque Tan. Fabrum cum hæc ſcriberet; ſic enim loquitur Phormio Terentianus, *At quem virum! quem ego viderim in vitâ optimum.* Hæc duo a ſe invicem non adeo differunt, quin illud ab hoc oriundum eſſe exiſtimem. Oſtendant in ſcriptis Joſephi ſimile quid vel ſecundum verbis iſtis, εἶδεν ὁ βίος. Nequeo hîc ſuſtinere quin obſervem, hanc vocem, hoc quidem ſenſu, è Luciani Peregrino hauſiſſe Fabrum. Fidem dictis facient tum verba Luciani, tum Fabri annotatio ad ea, τὸν μέγαν γοῦν ἐκεῖνον ἔτι σέβουσιν ἄνθρωπον, τὸν ἐν τῇ παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα, ὅτι καινὴν ταύτην τελετὴν εἰσήγαγεν εἰς τὸν βίον. Nota Fabri non tam Lucianum reſpicit, quam Teſtimonium Flavianum, quod tunc primum hîc in dubium ſuâ animadverſione revocavit. Si tam ſedulo Joſephum legiſſet Faber, ac Lucianum, & hujuſmodi religionis hoſtes, non tam male de Stylo judicâſſet. Conſtat igitur eum hoc loco, non tam de Luciani verbis illuſtrandis, quam de Teſtimonio Flaviano damnando cogitâſſe. Dum enim ubique fraudes Chriſtianorum ſuſpicatur, non vidit hunc Luciani locum haud adeo eſſe corruptum aut detruncatum, quin leviuſculâ mutatione poſſit corrigi. Etenim ſi τὸν μέγαν, mutes in τὸν μάγον, non ſolum Luciani verba ab omni fraude liberabis, ſed & ſimul Suidæ verbis ſatis facies; qui dixit, Lucianum βλασφημεῖν τὸν χριστὸν ἐν τῷ τοῦ Περεγρίνου βίῳ. Magis autem, ut mea fert ſententia, Luciano convenit quando Chriſtum fertur τὸν μάγον ἄνθρωπον vocare, quam cum μέγαν. Hoc enim laudis eſt, illud vero vituperii atque blaſphemiæ.

Pergamus porro contra Fabri impoſturam, atque inſtitutum ordinem perſequamur. Pilatum dixit Faber ἐπιτροπεύοντα; agnoſco Pilatum vocari ἐπίτροπον in Libris de Bello Judaïco, ſed in Archæologia cujus conſuetudinem ſervare debuiſſet Faber, ſemper vocatur ἡγεμὼν, ut ab ipſis etiam Euangeliſtis. Deinde inquit, ὅτι ἀηδισθήσονται τοῖς ὑπ' ἐμοῦ γραφομένοις οἱ δημόται, μάλιστα δὲ πάντων οἱ Φαρισαῖοι, ὧν εἷς κἀγὼ τυγχάνω ὤν. Quaſi Joſephus ſibi metuiſſet a popularibus, præcipue vero a Phariſæis. Iſtud ſane eſt perjucundum. Multas ille quidem popularium ſtante republica evitavit inſidias: At quis tandem metus popularium jam penitus fractorum eſſe potuiſſet? Joſepho, inquam tum cum ſcriberet, Romanorum Imperatorum gratiâ freto. Multo minus Phariſæorum, quorum ſecta, ut in republica plurimum pollebat, ſic etiam ſimul cum urbe penitus interciderat. Certe credo neminem auctorem ſcripſiſſe poſt everſam urbem harum ſectarum veſtigia ſupereſſe. Sunt qui ex iſtis Juſtini Martyris verbis elicere conantur eos hujus tempore etiamnum ſupereſſe, [b] μηδὲ Φαρισαίοις πειθόμενοι διδασκάλοις, τὸν βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισκώψητέ ποτε, ὁποῖα διδάσκουσιν οἱ ἀρχισυνάγωγοι ὑμῶν μετὰ τὴν προσευχήν. Sed fruſtra; hæc enim potius contrarium declarant. Eſſeni denique in Sampſitas degeneraverunt; vel Ebionitis, utrique autem erant Gnoſtici, adjuncti ſunt, ut Epiphanius teſtatur. Lepidum quoque eſt, Flavium Joſephum producere ſectam adhuc Phariſaïcam profitentem. Tantum enim abeſt, ut tunc eſſet Phariſæus, cum Archæologiam ſcriberet, ut fere nunquam de Phariſæis loquatur, quin ſimul carpat. Fatetur in Libro de vitâ ſuâ ſe Phariſæos aliquamdiu ſecutum fuiſſe; ſed ſimulato id feciſſe ſtudio ſatis etiam innuit, quia ſine Phariſæorum gratiâ non pateret via ad honores in republicâ Judaïcâ.

Denique de Stylo multa crepuit Tan. Faber, cum de Teſtimonio iſto verba faceret, quod in honorem Chriſti Flavius ſcripſerat; vellem ut ille in ſua impoſtura convaſanda ſe ad ſtylum Joſephi melius imitandum appuliſſet: nihil enim interſperſit quod Stylum Joſephi in oratione redoleret. In noſtrâ certe periochâ, cujus ipſe Stylum, aliique poſt illum, tantopere redarguunt, nihil admiſſum eſt, quod non in aliis quoque Joſephi ſcriptis, quo propius ad periocham accedant eo ſimul etiam aptius atque ſimilius reperiatur. Cujus veritatis demonſtrationem, licet non ingenio & acumine, labore tamen aliquo non uſquequaque pænitendo mihi videor conſecutus.

[a] Pag. 511.

[b] Dial. cum Tryph. p. 287.

FINIS.

XXX. EPISTOLÆ PHILOLOGICÆ ET HISTORICÆ, DE FLAVII JOSEPHI TESTIMONIO, QUOD IESU CHRISTO TRIBUIT

Lib. XIIX. Antiq. cap. IV.

CHRISTOPHORUS ARNOLDUS

fideliter illas recensuit,

ARGUMENTA PRÆMISIT,

ET

JUDICIA VETERUM AC RECENTIORUM

ex Scriptis Eorundem excerpsit.

OMNIA CUM INDICE NECESSARIO.

PROLEGOMENA, DE FLAVII JOSEPHI TESTIMONIO.

Tertullianus, *vir Scriptorum* [a] *nobilissimus*, bene ac prudenter in libro, *adversus Valentinianos* (ut cum *Augustino* [b] de hoc ipso Auctore, dicam) eloquentissime scripto: *Nihil VERITAS erubescit, nisi solummodo abscondi. cap. 3.* Quam vocem cum sæpe pensiculatius æstimarem, ac Viri præterea eruditi has apud me Variorum, de celebri loco Josephi, Epistolas latere haud ignorantes, me commonefacerent; ut impertirem eas aliis quoque, communicaremque cum bonis ac doctis Lectoribus: nullus equidem potui, quin & horum voluntatibus obtemperarem, ipsamque Veritatem diligentissime observarem; quæ *tutius* (ait Præsul ille [c] Hipponensis) *auditur, quam prædicatur.* Sed terrorem mihi *periculum* ferme præbuit, cum complexus essem cogitatione *Bernhardum*, [d] ita scribentem: *VERITAS humiliter auditur, sed sine periculo non prædicatur.* Percussit me etiam *Hieronymus*, [e] novumque injecit terrorem his verbis: *Hæc est conditio VERITATIS, ut eam semper inimicitiæ sequantur.* At enim à bonis nil metuo, malos non curo; quorum tam præfracta in mansuetiores Musas petulantia, ac tanta protervitas est, ut Nemesin haud reverenter habeant; sed ultro in se provocent, concitentque. Sapiant hi sibi, queis nempe anima pro sale, aut nasus pro salino est: Istis non refragabor.

Ad illos nunc revertor, qui velut moderatores, quasi temperatores veræ eruditionis, in judiciis modeste se gerunt; & omnia temperate agunt. Quivis facile (cui pectus sapit) ex harum Epistolarum editione intelliget, me ex animo agere, & sine dolo malo: De illis ad Lectorem nihil occulto; nihil dissimulo; nihil mihi aliisve indulgeo. Haud raro (fateor) eruditissimo *Snellio* (cujus sanctissimos Manes ob veram pietatem, improborum invidia certe dignissimam, & præclara in me olim merita, constanter colo) fictam intendi liticulam; quasi manibus pedibusque in Clarissimi *Ruperti* P. M., Præceptoris quoque mei fidelissimi, sententiam illico abiturus: Sed pertentando utramque sententiam, ad eruditum certamen, quo magis exprimeretur Veritas, calamos elicere, haud supersedi: Cumprimis, ubi Vir integerrimus petivisset à me, in Belgio tum temporis degente, maxima contentione; ut celeberrimorum Virorum ea de re judicia perscriberem: Nam leniter & verecunde (qua is erat modestia) ac sine detestatione nimia, sineque opprobratione acerba reprehensionis, caussam suam, in *Abravanele* propositam, porro tueri atque defendere, illi quidem propositum erat. Sed immatura morte præventus, quod animo intenderat, ex constituti fide (ut cum Floro dicam) resignavit; neque ultimas meas vidit. Exaravi quidem ad varios varia quoque epistolia; sed reculas, vel nugas potius meas, contemsi semper, ac pro nihilo putavi: Quare pauciores literas, à beatissimo *Snellio* inter schediasmata sua relictas, & ab amico dein mihi communicatas, cæteris immiscui. Ad me vero quod attinet, vel verbo nunc ostendam, qui sit meus sensus de hoc testimonio: Idem cum *Osiandro*, *Snellio*, *Blondello* (cui & *Ursinus* meus adstipulatur) aliisque sentio; & cum his libenter facio, quia Historicorum auctoritatem (cujus superstitione unus & item alter fortassis obligatur, conflictaturque) tanti non fecére; ut fraudem manifestam, *ante ipsam Origenis ætatem* studio factam, quæ jam oculis cernitur, detegere tandem, & nudare, propter nescio quam timiditatem, dubitarent. Hæc mea quidem sententia est, quam nemini obtrudo; neque etiam in hoc Flavii testimonio ab ea dissentientibus, succenseo: Si tamen alii, quodam repugnandi studio, in contrarium forte, accingantur; vel propriam auctoritatem suam studiose defensitent, penes eosdem lis esto; quam meam (crede) non faciam. Inter hæc autem confido, & magis magisque in spem venio; hanc quoque libertatem illos mihi remissuros, quos ea patior sentire, quæ velint.

Adhæc silentio prætereundum non est, quod Vir commemorabili eruditione ac prudentia præditus, *Henr. Valesius* (quem *seculi delicias* merito vocamus) in pereruditis annotationibus suis *ad Eusebii Historiam Ecclesiasticam*, hunc ipsum, quam potuit accuratissime, tutatus, *Tanaquilli* (ceu videtur) *Fabri* impetus propulsavit; qui τεχνάσματος, sive fraudis hujus auctorem esse Eusebium, scripserat. Ante hunc illa de Christo fuisse Josepho addita, ostendit & ipse *Snellius*, *Disp. ad Abrav. th.* 29. Vota pro Valesio, communique reipub. literariæ nuncupamus, uti ea res, quam Vir illustris de *Theodoreto* pariter atque insimul (ni fallor) *Socrate*, eadem cura & diligentia edendis, in animo habet, & Historiæ & Nomini Valesiano bene ac feliciter eveniant.

Nec mirum videri debet, falsarium quendam, in Josepho, ad fallendos sive Christianos sive Judæos, talem dolum intendisse, ut vana accresceret fides: Nam doli machinatores, in Codicibus maxime sacris, vel aliqua saltim ex parte ad Christianam religionem attinentibus, inserebant tollebantve ad libitum, quæ vellent. *Philip. Melanchthonem* testor, qui *Part. II. Consil. Theol. sub finem A.* 1559. de sententia verborum cœnæ, ad Jo. Cratonem sic scribit: *In* THEOPHYLACTO *Oecolampadius bona fide reddidit verba* περὶ μετασοιχώσεως, *quæ invenit in suo Codice. Tota illa sententia deest in nostro Codice. Ita veteribus libris insertæ sunt corruptelæ.* Nonne & ea verba ex Euangelio LUCÆ, *cap. XIX.* §. 41. quibus flevisse Christus dicitur, & humanæ in eo affectiones probantur, veteribus exemplaribus abrasa fuerant, & Epiphanii ætate desiderata; quæ tamen hodie in omnibus exemplaribus Græcis, & apud Syrum, veteremque interpretem Latinum leguntur? Vide, si placet, *J. Drusium lib. VII. Observ. cap.* 2. Adde Josephum, in loco de Habele corruptum, *lib. VI. cap.* 12. Illud de *emto*, *ex proditionis pretio*, *agro in* JEREMIA *olim extitisse* (quo inclinat *Eusebius lib. X Demonstr. Euang. cap.* 5.) disputat Socinus; quod *Theod. Thummius in Impiet.* Pho-

a *Ruffin. lib. II. Hist. Eccl. c.* 24. b *Lib. de Hæresib.* c *Tract.* 57. *in Johan.* d *Serm. II. in Cœn. Dom.* e *In cap. IV. Epist. ad Galat.*

Photin. Art. de Script. Sacr. pag. 118. negat. Sed hîc omni cautione opus est, ne navigemus, nisi explorate.

Num ad vetera Fl. Josephi MSSta hîc recurrendum sit, *Dav. Blondellus in Epist. sua, pag.* 210. 211. sententiam pro me dicat. De his olim Codicibus exquisivi in Bibliothecis publicis: *Lugdunensi*, *Oxoniensi*, *Cantabrigiensi*: item in *Domo Petri*, & *Johannitica*, quæ Cantabrigiæ celebrantur: Londini in *Regia*, *Westmonasteriensi*, *Cottoniana*, & *Sionis*. Exploravi etiam privatas *Jac. Usserii*, *Mer. Casauboni*, & *Jo. Seldeni*: Sed frustra. *Viennense* illud *vetustissimum* esse, Magnæ Britanniæ Oraculum, *Seldenus* me edocebat; hæc insuper de *Cantabrigiensi* addens Codice: *Non didici*, ait, *ullibi in Anglia, vel in tribus etiam Regnis, esse Josephum MStum!* Præterea *Codices tres Ruffini* possidere Britanniam, Vir summus affirmabat; qui Presbyter Aquilejensis *Eusebii Cæsariensis Historiam Ecclesiasticam* (ubi & testimonium istud Josephi reperitur) ex Græco convertit: Verum *Eusebius* ipse trecentis demum post Josephum annis scripsit: Hunc *Ruffinus*, post annos sexaginta, insecutus est; ita ut vel parum, vel nihil omnino, è *triplici* quamvis Ruffini *Codice*, à nobis colligi possit, quod fidem Josephi augeat, vel tueatur. Ab omni cura ac solicitudine liberat nos *Casaubonus Exerc. I. ad Appar. Annal. num.* 99. his verbis: *Non obstat, quod apud* Photium *vulgata extat lectio; aut quod* Ruffinus *multo antiquior eandem agnoscit. Verissimum enim est, quod multos ante annos* ad Suetonium *dicebamus, & argumentis aliquot demonstravit postea ὁ μακαρίτης* Jos. Scaliger, *Josephi Codices depravatissimos circumferri; neque hodie aut heri esse corruptos, sed* ante Ruffini *ætatem.* Et post paullo: *Tanta autem fuit* Ruffini *in hoc præclaro incepto* infelicitas, *ut libris illi uti contigerit etiam hodiernis nostris interdum depravatioribus.* Fuit præterea penes *Seldenum* prima Josephi *editio Græca*, hoc est, *Aldina*, in quam *Isaacus* quidem *Casaubonus* ex aliis Coddd. Regiis multa Parisiis quondam enotavit; sed hanc ipsam de Christo περιοχὼ intactam prorsus reliquit. Hic & genuinam esse, censuit *Exerc. XI. ad Annal. Eccles. Ann. XXI. Num.* 2. Hujus collationis ipse meminit *Exerc. I.* ante citata: *Græci Codicis scripturam*, inquit, *in editione Basiliensi (nupera enim priore deterior) locis prope infinitis esse corruptam, & sæpe vocibus aliquot mutilatam, est ubi periodis integris, docuit me diligens comparatio cum vetustissimis exemplaribus, quæ in Regis Christianissimi Bibliotheca servantur. Collationem illam ante annos quinque institueram, opera adjutus doctissimi Viri & amicissimi*, Caroli Labbæi, *Jurisconsulti; quum id à nobis illustrissimus* Scaliger *petiisset, de editione nobilissimi Scriptoris tum cogitans.* Hæc Casaubonus.

Auctor ipse, Flavius, laudatur ab his, culpatur ab illis; ceu varia de hoc judicia Vir singularis industriæ, *Mart. Zeillerus Part. I. Historic. Chronol. & Geogr. Celebr. pag.* 74. fideliter consignavit. Idem *ambitiosus & fallax* vocatur à *Guil. Sossio in Dial. de Numine Historiæ, cap.* 46. Contra strenue illum defendit *Paganinus Gaudentius, lib. de Philos. apud Roman. cap.* 77. & 114. Nec non *Casaubonus*, velut *Historicum nobilissimum* contra Baronium, *ingratum* Josephomastigem. *Exerc. XI.* Contra *importunam calumniam* hujusdem Baronii, *Rich. Mantacutius, Tom. I. Orig. Eccles. Part. poster. num.* 87. Dein illum appellat *gravissimum virum, & Historicum diligentissimum, Scriptorem laudatissimum.* Vide sis eum in *Analect. Exerc. Eccles. X. sect.* 4. Imo *in historia & diligentissime & veracissime versatum* (sed ne quid nimis!) *sect.* 6. Denique *doctissimum Judæorum Historicum* (quod facile crediderim) *sect.* 7. Super hæc *Schikardus* eundem, *Scriptorem alioquin probum*, itemque *exploratæ fidei autorem* vocat in *Proœm. ad Tarich, pag.* 58. 68. Nam multa profecto illi debemus, quæ *recta* (Judice Balduino) *præclara, necessaria, ad ipsam quoque sacram historiam illustrandam.* Consule mitius de hoc cum aliis sentientem *Deg. Whear in Relect. Hist Part. I. sect.* 32. Nec probat divinus ille *Vossius* istorum audaciam, *qui qualicunque auctoritate, vel minuta ratiuncula defendere contrarium sibi posse videntur.* Hist. Græc. *lib. II. c.* 8. Errores mollissime tangit, atque excusat *Melch. Canus lib. XI. Loc. Theol. c. ult.* hunc in modum: *Errores fuere ignorantis, non mendacia fallentis.* De ipsius historia hæc præmittit: *Quin & Josephus ipse historiam suam gravibus, probabilibusque rationibus commendavit: Quæ non minorem faciunt fidem, quam si eædem ab Hieronymo, aut alio quopiam auctore, positæ fuissent.* Dandum autem inter tot judicia hoc temperamentum existimo, ut modum in istis teneamus; nec mali semper, nec boni ubique Historici leges observasse, arbitremur. Tres enim historiæ leges *Cicero lib. II. de Orat.* commemorat: *Primam*, ne quid falsi dicere audeamus; *alteram*, ne quid veri non audeamus; *tertiam*, ne qua suspicio gratiæ sit, ne qua simultatis. Ex his tertiam significari apud *Cicer. lib. V. Ep. Fam.* 12. monet *P. Manutius in Comment.* Peccasse istum in has leges, *H. Grotius* ad historiam Pilati, sanguinem Galilæorum miscentis cum sacrificiis eorum, *Luc. XIII. §.* 1. jam observavit: *Historiam hanc à Josepho prætermissam, non magis mirum est, quam infanticidium Bethlehemiticum. Fuerit hoc forte inter illa, quorum Judæi Pilatum apud Cæsarem accusarunt.* Simile quid in historia Herodis, & Euangelistæ Johannis, *Georg. Calixtus lib. III. Concordiæ cap.* 2. deprehendit: *Quicunque quidem*, ait, *quantumcunque vir magnus fuerit, Scripturæ contradicit, falsum dicit; neque excipi debet Josephus. Interim vix verisimile est, Josephum hæc tam celebria, & ipsius propemodum ætate gesta ignorasse, &c.* Interdum & sectæ Pharisaïcæ, cui addictus erat, aliquid indulgens, longe secus de factis, vel consiliis potius judicabat, atque ingenui Scriptores solent. Sane Antiochum, in templum Dianæ sacrilegum (si licuisset) futurum, *lib. XII. cap.* 13. excusat: *Voluisse tantum*, ait, *ac non etiam perfecisse sacrilegium, non videtur res digna supplicio.* Hac de causa & concupiscentiæ originalis malitia, Paullo, adhuc Pharisæo, res inaudita videbatur. *Rom. VII. §.* 7. Ceu præclare, ut omnia, *Jo. Conr. Danhawerus* id ipsum nos edocet *Act. I. Dramatis Sacri, Theat. I. Phænom. II.*

At ne quem forte offendat *Ben Matthiæ* cognomentum, quo in Epistolis (ubi cum *R. Menasse* mihi res fuit) *Gorionidem* una & item altera vice appellavi, hoc ex abundanti adjicio; me nimirum, *ex Judæorum sententia*, cum Judæo locutum, qui *Josephi continuationem* cogitans, in privato sæpe colloquio Gorionidem, *suum Ben Matthiæ*, tantum indigitabat. Quare & *Munsterus præf. ad Gorion.* serio contendit, appellari eum *Gorionis filium*, in Hebraico volumine, à parente propinquiore, in Græcis autem *Matthiæ*, sive *Matathiæ*, à remotiore; sed rebus gestis, & nominis celebritate nobiliore. Quod Josephus, *filius Gorion*, ipse nominet se *filium Matthiæ*, monuit *Schikardus in Proœm. ad Tarich, pag.* 91. Et ante Schikardum *Vossius* ac *Scaliger* (quorum integra, de Josepho, *Matthiæ filio*, æque ac Josippo, *Ben Gorionis*, judicia, his ipsis præmisi Epistolis, ut eo melius intelligi *possent*) fraudem hanc plane commonstrarunt *pagg.* 13. 16. Fusius contra Judæos (qui è *lib. II. de Bell. Jud. cap.* 25. probare conantur, Josephum sacerdotem, *filium Gorionis*, universæ Galilææ gubernatorem; & *filium Matthiæ*, quæ præfectura huic etiam in Græco Codice tribuitur, eundem fuisse) disputant *Seb. Snellius in Disp. ab Abrav. th.* 23. & *seqq.* atque *Ant. Hulsius in Theol. Judaic. lib. I. part. I. sign.* 8.

Postre-

Postremo fallacem istum Gorionidem (quem cum Fl. Josepho eundem faciunt Judæi) *ab otiosis hominibus*, *ante quadringentos annos*, aut præter propter, *interpolatum*, imo *falsatum* fuisse; ejusque historiam *hominem quendam imperitum nimium auxisse*, dudum conjecit *J. Drusius in Henoch*, *cap.* 18. Inde, ut autumo, delineatio ista prosapiæ Josephi, quam *Sam. Bochartus* (ut & alia multa, quæ in *Basiliensi* editione desiderantur) in *Veneta* A. C. 1644. se reperisse, testatus est, *lib. III. Phaleg. c.* 15. Nec immerito amicus meus, *Epist. XXI.* dubitavit, *annon præter illum*, *quem Hebraice*, *atque in vernacula nostra*, *nobis dedere Judæi* Gorionidem, *aut potius ex sese finxere*; alium *vel* habeant, *vel* habuerint *in secretioribus thesauris*. Hæc igitur in antecessum dare volui, & quasi proludere; ut ne res esset obscurior, & difficiles explicatus haberet. *Lege*, quisquis es, & *judica*.

DESIGNATIO EORUM, QUÆ IN HOC OPUSCULO CONTINENTUR.

1 # GERARDUS JO. VOSSIUS
DE
FLAVIO JOSEPHO
Lib. II. de Hist. Græc. cap. VIII.

FLavius Josephus, Mattathiæ filius, natus fuit anno primo *Caji* Cæsaris, cognomento *Caligulæ*: maternum genus ducebat à regia *Hasmonæorum* stirpe, sive, ut vulgo vocant, *Maccabæorum*: secta fuit *Pharisæus*, quam ipse ait ad illam, quæ Græcis *Stoica* vocatur, proxime accedere: annos natus XXVI. Romam iit, ut pro sacerdotibus aliquot
2 suæ gentis intercederet; quos *Felix*, Judææ procurator, ob culpam leviculam, vinctos miserat Romam: ea occasione per *Aliturum* mimum, genere Judæum, ac *Neroni* charum, innotuit *Poppeæ* Augustæ: nec modo impetravit, ut dimitterentur sacerdotes; sed etiam donis ab Augusta ornatus in patriam rediit. Ubi, gliscente seditione, *dux Galilæorum* ab Hierosolymitanis factus, multa prudenter, & fortiter gessit; usque dum, *capta Jotapata*, *vivus in manus Romanorum venit*, ut ad Neronem mitteretur; quo cognito, *postulavit*, *ut cum Vespasiano loqui posset*, Tito filio, & duobus amicis præsentibus. Ibi ille *Vespasiano imperium prædixit*. Cujus etiam rei Suetonius meminit. Nam cum de Carmeli DEI apud Judæam oraculo dixisset, subjicit ista: *Et unus ex nobilibus captivis*, *Josephus*,
3 *cum conjiceretur in vincula*, *constantissime asseveravit*, *fore*, *ut ab eodem brevi solveretur*; *verum jam Imperatore.* Nimirum *vaticinium* propheticum *de Messia* Rege, quem iis temporibus Judæi etiamnum exspectabant, *Vespasiano* accommodabat: eamque vanissimam interpretationem eventu postea comprobatam fuisse, gentiles putarunt; quibus ignotum erat regnum spirituale, quod per universum orbem habet Sospitator noster Iesus. Hinc idem Tranquillus paullo ante dixerat: *Percrebuerat Oriente toto vetus*, *& constans opinio*, *esse in fatis*, *ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano* (*quantum eventu postea patuit*) *prædictum*, *Judæi ad se trahentes rebellarunt.* Ac similiter Tacitus lib. V. Histor. *Pluribus persuasio inerat*, *anti-*
4 *quis sacerdotum literis contineri*, *eo ipso tempore fore*, *ut valesceret Oriens*; *profectique Judæa rerum potirentur*: *quæ ambages Vespasianum*, *ac Titum*, *prædixerant.* Nempe, ut videmus, in sublesta hac interpretatione gentibus præivit Josephus, postquam res Judæorum retro cedere, ac Vespasiano omnia ex voto fluere, perspexit. Est ea de re egregius quoque locus apud Zonaram, Annalium Tom. II. pag. 193: Ὁ γὰρ Ἰώσηπος, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ἱστόρησε, χρησμόν τινα ἐν γράμμασιν ἱεροῖς εὑρηκὼς, δηλοῦντα ὡς ἄρξει τις ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῶν τῆς οἰκουμένης, διὰ τὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ στάσεις, καὶ τὰς ἐκεῖ βασιλέων τὰς συνεχεῖς ἀλλαγὰς, εἰς τὸν Οὐεσπασιανὸν τείνειν ὑπείληφε τὸν χρησμὸν, καὶ τὸ κράτος προεμαντεύσατο. Τούτου δὲ τοῦ χρησμοῦ μέμνηται καὶ Ἀππιανὸς ἐν τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ λόγῳ τῆς ἱστορίας αὐτοῦ
5 Ῥωμαϊκῆς. Δικαιότερον δ᾽ ἂν, ἢ ἀληθὲς μάλιστα νομισθείη, τὸ ἐπὶ τὸν σωτῆρα τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν χρησμὸν ἐκληφθῆναι. Οὐ γὰρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης Οὐεσπασιανὸς ἐβασίλευσε, κατὰ τὸν χρησμὸν, ἀλλὰ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίους μόνης. *Josephus enim*, *ut ipse narrat*, *cum in sacris literis oraculum reperisset*, *fore*, *ut quidam ex Judæa orbi terrarum imperaret*: *id oraculum*, *ob Romanorum seditiones*, *ad Vespasianum retulit*, *eique vaticinatus est imperium. Ejus oraculi meminit etiam Appianus Historiæ Romanæ lib. XXII. Rectius autem*, *ac verissime id oraculum de Servatore humani generis*, *Domino nostro Iesu Christo*, *intelligetur. Neque enim toti terrarum orbi imperavit*: *sed Romano imperio duntaxat.* Quod & judicium fuit Eusebii, Histor. Eccles. lib. II. cap. XIX. Sunt vero ejusmodi: Σὺ μὲν, Οὐεσπασιανὲ, νομίζεις αἰχμάλωτον αὐτόμολον εἰληφέναι τὸν Ἰώσηπον. Ἐγὼ δὲ ἄγγελος ἥκω σοι 6
μειζόνων. Μὴ γὰρ ὑπὸ θεοῦ πεμπόμενος οὐκ ᾔδειν τὸν Ἰουδαίων νόμον, καὶ πῶς στρατηγοῖς ἀποθνήσκειν πρέπει. Νέρωνί με πέμπεις; τί δαί; οἱ μετὰ Νέρωνα μέχρι σοῦ διάδοχοι μένουσι; Σὺ Καῖσαρ, Οὐεσπασιανὲ, καὶ παῖς ὁ σὸς οὗτος. Δέσμει δέ με νῦν ἀσφαλέστερον, καὶ τήρει σαυτῷ. Δεσπότης δὲ οὐ μόνον ἐμοῦ σὺ, Καῖσαρ, ἀλλὰ καὶ γῆς, καὶ θαλάσσης, καὶ παντὸς ἀνθρώπων γένους. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τιμωρίαν δέομαι φρουρᾶς μείζονος, εἰ κατασχεδιάζω καὶ θεοῦ. *Tu quidem*, *Vespasiane*, *tantum hoc putas*, *Josephum te habere captivum*: *ego autem majorum ad te nuntius venio*, *præmissus à DEO*: *alioqui Judæorum legem sciebam*, *& quemadmodum duces exercituum mori deceret. Ad Neronem me mittis? quid ita? quasi qui Neroni usque ad te successuri sunt*, *maneant. Tu es Cæsar*, *Vespasiane*, *& Imperator*, *atque hic filius tuus*: *me autem colligatum arctius tibi asservato*: *nam Dominus* 7
quidem non mei solius es tu, *Cæsar*; *verum etiam terræ*, *marisque*, *ac totius humani generis*: *me autem ad majorem pœnam custodiri oportet*, *si ex tempore*, *& subito*, *in Deum ista confingo.*

Cæterum etsi Vespasianus putaret, callide ista Josephum esse commentum, quod dimitteretur: tamen ubi cognovit Neronis, & Galbæ mortem; ac civile inter Othonem & Vitellium bellum; ubi item Tiberius Alexander, Ægypti præfectus, in Vespasiani verba legiones adegit: mox *Josephum veste*, *& ornamentis donavit*; qui vinculis solutus, & eo mactus honore, *cum Tito ad Hierosolymorum obsidionem profectus fuit.*

Hoc peracto bello, edidit Josephus *libros VII. de* eo ipso *Bello Judaïco*: quibus Romæ, ob ingenii
& eruditionis gloriam, statuam meruit: ut Hiero- 8
nymus quoque narrat in Ecclesiasticorum Scriptorum catalogo. Eos se primum Vespasiano, & Tito, obtulisse ait, quod eorum judicium minime expavesceret. Quin refert, Titum ex solis istis peti voluisse ejus belli historiam: præterea illum manu sua iis subscripsisse, & jussisse, ut in Bibliotheca publica asservarentur. Adhæc commemorat, ut Regi eos Agrippæ ostenderit, & ab eo acceperit epistolas septuaginta duas, quibus quam verissime historiam à se exaratam fuisse, planum fiat. Multa quoque alia adfert, quibus fidem historiæ suæ conciliet: imprimis, quod *prope omnia oculis suis* viderit: cætera ab iis acceperit, qui ipsi rebus præfuerunt.

Adhæc edidit *XX. libros Antiquitatum Judaïca-* 9
rum; quas decimotertio Domitiani anno absolvit. Orditur vero eas *ab orbe condito*, ac perducit *usque ad duodecimum annum Neronis*: quo Judæi injuriis Flori, qui Albino successerat, coacti, arma adversus Romanos ceperunt. His libris *adtexuit Vitam suam*; unde peti debent, quæ præteriimus. Scripsit quoque *libros II. contra Apionem*; qui à gen-

gentilibus legatus Romam missus, librum adversus Philonem ediderat, quo Judaïcæ gentis vituperationem complexus erat. Fecit & *librum* περὶ τοῦ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, *de imperio rationis.* Qui & Μακκαβαϊκόν, *de Maccabæis*, inscribitur. Cæterum Porphyrius quoque lib. IV. περὶ ἀποχῆς, *de abstinentia ab animalibus*, quædam de triplici apud Judæos secta adducit ex Josephi *duodevigesimo Antiquitatum*
10 libro: item ex *secundo Historiæ Judaïcæ*; ac *septem* fuisse addit historiæ ejusce libros. Hoc Judaïcæ historiæ opus signat & Stephanus in Φασαηλίς; ubi eum citat ἐν τῷ α' πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πολέμῳ, *libro primo de bello adversus Romanos.*

De stylo ejus ita censet Photius Cod. 47. esse eum *candidum*, *purum*, *elegantem*, ac *jucundum*; in concionibus etiam *disertum.* B. Hieronymus, libello ad Eustachium de custodia virginitatis, *Græcum Livium* nominat. *Quantum* autem *fidei* mereatur, *minime* nunc *convenit inter eruditos*: Sunt, "quibus usque adeo fides ejus suspecta sit, ut plane susque deque habeant, quid Josephus dicat; "dummodo vel alterius qualicunque auctoritate, "vel minuta ratiuncula, defendere contrarium sibi
11 "posse videantur. Contra magnus Scaliger Prolegomenis ardui operis de Emendatione Temp. "censet, ubique elucere Josephi, & eruditionem, "& fidem, in tantum, ut non solum in rebus Judaïcis, sed etiam externis, tutius ei credatur, "quam omnibus Græcis, ac Latinis.

Illustre apud eum *de Christo testimonium* habemus in duodevigesimo Antiquitatum libro: unde illud etiam citat Hieronymus in Ecclesiasticorum Scriptorum catalogo, item Suidas in Ἰώσηπος. *Mirum* vero, *non meminisse ejus Photium* in Excerptis suis, cap. LXXVI.

IDEM IBID.
DE
JOSIPPO GORIONIDE.

12 ÆQualis huic Josepho, juxta Genebrardum, in Chronologia; imo si Munsterum audimus, idem plane fuit Josephus is, qui vulgo dicitur *Josippus Gorionides*; (Præfat. in lib. Josephi edit. Basil. ann. 1541.) Scriptor historiæ de bello Judaico, quæ Hebraïce exstat; ac beneficio Munsteri, *mutile* tamen, in lucem prodiit *Basileæ*; *integrius* vero excusa est *Venetiis.* Sed *neque* hic *idem* est, ac Flavius Josephus; *neque æqualis.* Siquidem lib. III. cap. XV. *Gotthos in Hispania* ponit: etiam *partem Africæ* vocat *Barbariam*: item lib. V. c. I. ait, *Francos* à Julio Cæsare subactos. Quo tempore nomen id non erat *Gallis.* Imo ejusdem libri cap. XLII. (*in Lat. translat. sed in Hebr. XLI.*) *Francorum* meminit, qui *Gallias* occupassent. At *aliquot* demum *seculis post* natio ista has terras obtinuit. Quid,
13 quod *multa* adeo dicat, quæ *Flavio Josepho*, ac veritati ipsi, *repugnent*? Quocirca non possum dissentire ab illis, qui pro *supposititio Scriptore* habent: ut sunt Baronius Tom. I. Annal. ad ann. LXXII. num. XXVII. Possevinus in Apparatu, voce Hegesippus, Ribeira comment. in Obadiam, num. CX. & Maldonatus in Matth. cap. XVI. Amplius dico; Gorionides iste *non librariorum culpa* titulum mentitur: sed *ipse*, *quantus quantus est*, *impostor est.* Quod pluribus probandum duxi. Scriptor ejus operis legerat apud Josephum, *ex interpretatione Rufini* (hac enim usum liquet) *Josephum*, *Gorionis filium*, quem Γωρίωνα Fl. Josephus nominat, una cum Amano mœnibus fuisse præfectum: *Josephum* autem, *Matthathiæ filium*, præfuisse Galilææ. Horum ille *utrumque in*
14 *unum conflavit*: & bonus vir nobis persuadere est conatus, *se* nempe *esse sacerdotem* illum Josephum, qui de excidio Judaïco scripserat. Sed vide hominis stuporem. Ipse commenti sui interdum obliviscitur. Uti quando ait; *non quivisse se sanctuarium ingredi*, *eo quod solis sacerdotibus fas esset.* Quam belle cum eo hoc convenit, quod se finxerat sacerdotem? Et tamen genti suæ, ut ad istiusmodi credula est, potuit persuadere, esse se celebrem illum Fl Josephum. Solent vero Judæi *nobilem* illum *historicum*, de quo antea dictum, vocare *Josephum*, sive *Josippum Longum*: nempe ut distinguant ab ea Josippi Epitome, quam Hebraïco-Latinam Basileæ edidit Sebastianus Lepusculus. Quod ad gentem, & ætatem Pseudogorionidæ, fuisse *Judæum Gallum*; & quidem *nuperum Scriptorem*, saltem vixisse *post annum Christi sexcentesimum*, satis verisimiliter probat Josephus Scaliger: quem vide Trihæresii elencho cap. IV. & V. 15

JOSEPHUS SCALIGER
DE
JOSEPHO PSEUDOGORIONIDE.

loc. cit.

NOn opus est tot verbis de Josepho Gorionide, quibus cap. 9. quæritur (à Nic. Serrario) quis fuerit ille? Satis est, si ostendero, cujas fuit, quando vixit, cujusmodi Scriptor est. *Gallum Judæum* fuisse, ex agro *Turonensi*, non difficile est colligere; ut qui *plus de illis*, quam de aliis Galliæ *tractibus* agat. *Recentem admodum* fuisse, arguunt verba locorum recentia, quibus utitur, *Tours*, *Amboise*, 16
Chinon. Quæ loca post DC. annos à natali Christi adhuc *Turones*, *Ambasia*, *Kainon* vocabantur. Quare cum Munsterus videret, eum *Francorum* & *Gothorum* mentionem facere; & *Francos* interfuisse exequiis *Herodis*, quos Γαλάτας Josephus vocarit; ex eo solo potuit odorari, hunc Scriptorem recentissimum esse, ac proinde Planum, qui nomen Josephi Historici sibi vindicarit. Doctus sane vir fuit Munsterus, cui multum debent literæ Hebraïcæ; quem tamen non nisi contumeliose appellat Serrarius, civilitate solenni Sociorum usus; tamen in præfatione, quæ editioni Gorionidæ Basiliensi præposita est, multum æstuat, ut probet Josephum Matthathiæ, & hunc impostorem eundem esse: & tota illa præfatione nihil aliud quam se traduxit. 17
Vides igitur, quam *recens* sit Scriptor.

Inscitiam plusquam Judaïcam produnt infinita in illius libris sparsa. Quod *David* in *Neapolitano* agro fuerit, quod multi veteres *Patriarchæ*, aut *Judices* Hebræorum in *Europa* bellum gesserint. Opus suum excerpsit ex Latino Rufini. Antiochum *Pium* nominat Latine, non εὐσεβῆ Græce. *Mariamen*, ut Rufinus ex Josepho. Atqui in eo etiam sui Ebraïsmi oblitus est. Nam Μαριαμμή Josephi nihil aliud est, quam Μαριάμ, non מרימי, ut ipse ex Rufino hausit. Impudentiam etiam hinc portentosam, cum insigni imperitia, deprehendes. Fingit enim Æram, sive ἐποχήν, quam vocat שנות לאמפראוס, *Annos Imperatoris.* Cujus anno 60. Romani Calabriam & Messanam ceperunt, ut inquit ille: quæ sunt verba ex Chronico Eusebii, anno 3. Olymp. 126. Paulo post, anno 134. illius 18
epochæ se natum dicit, hoc est, annis 139. ante excidium Templi. Quid plura? Judæum agnoscas, sive inscitiam sive impudentiam spectes. Major vero ea fuit & impudentia & stupor: Dicit enim, Æra Imperatoria 182. natum Julium Cæsarem; se vero tunc fuisse annorum 51. anno autem ipsius Cæsaris 19. se septuagenarium fuisse. Josephus vero Matthathiæ scribens anno 13. Domitiani, erat tantum annorum 57. Omnem ἀναισχυντίαν & ἀναισθησίαν superat, quod cum legisset apud *Rufinum cap. 25. lib. 2.* de excidio Jerosolym. Josephum filium Gurionis (Γωρίωνα Fl. Josephus vocat) una cum Anano

nano Pontifice præpositum mœnium sartis tectis fuisse, & Josephum filium Matthathiæ Galilææ
19 præfectum: ipse duos illos Josephos unum Josephum Gurionis filium esse, suspicatus est; eundemque sacerdotem, & excidii Jerosolymitani Scriptorem. Hinc splendido mendacio persuasit genti suæ, se eum ipsum esse Scriptorem belli Judaïci, Josephum, filium Gurionis, sacerdotem. Certe absque eo impostore esset, Judæi omnem *historiam Maccabæorum*, & excidii Jerosolymitani ignorarent. Eodem enim modo, quo ipse interpolavit, omnem historiam illam Judæi hodierni, & paulo vetustiores Bibliorum enarratores referunt. Ne quis dubitaret, se Joseph esse illum, qui à Christianis *Josephus* vocatur, ita scribit: *Sic dixit Joseph, filius Gurion, sacerdos. Ipse est Jopsiphun, & quidem nomine diminutivo Josiphun. Ipse est, qui vo-*
20 *catus est Josiphus, Græce;* & גושיפוס *Guschipus, Latine.* Et Crassus ipse, qui ἀγέλαςος dictus fuit, hæc sine risu non legeret.

Hunc nugatorium Scriptorem primus Christianis publicavit Sebastianus Munsterus cum Latina interpretatione sua, & notis; sed admodum mutilum, ut ex editione Veneta colligitur, quæ est foliorum 155. Editio Munsteri incipit à folio 7. Venetæ, desinit in folio 92. pagina posteriore: ut de 155. foliis editionis Venetæ *sexaginta tria desint* in Munstero. Præterea in editione Munsteri multa commata desiderantur, multa verba omissa. In non paucis etiam scripti Codicis lectionem Munsterus assequi non potuit, &c. Ejus Josephi Epitoma publicata est Basileæ à Sebastiano Lepusculo, ad cujus differentiam liber totus Pseudogurionidæ
21 vocatur ab Abraham Zacuth ספר בן גוריון הארוך, *Liber Gorionidæ longus*, id est, totus, integer.

Videmus igitur, quis fuerit iste Pseudogurionides, qua impudentia, qua inscitia. Et tamen non solum Munsterus, sed & multi hodie ei potius in rebus Judaïcis credunt, quam Flavio Josepho. Quod si illis aliquis sensus esset Critices, ne nominarent quidem. Præterea cum inquinatissimum eum ediderit Munsterus, ejus menda velle defendere, quod facit Serrarius, neque eruditi hominis est, neque modesti. *Dupliciter* enim peccatur, & quod auctorem futilissimum producunt; & quod ex editione Munsteri potius, quam Veneta.

Quod de Pseudogurionide dixi idem de *Pseudohegesippo*, infimæ vetustatis Scriptore, dictum vo-
22 lo: non quod in eo ea portenta sint, quæ in Pseudogurionide: sed quia multa in rebus Judaïcis non minus eo utuntur teste, quam Flavio Josepho; propterea castigandos dico, qui malint à rivulo, quam à fonte haurire. Quid enim ille habet, quod non à Josepho, nisi in paucis, ubi strenue mentitur.

In eodem capite 9. præclara argumenta (Serrarius) colligit, quibus probet, Flavium Josephum, præstantissimum Scriptorem Pseudogurionidæ larvato σύγχρονον fuisse. Judæi, inquit, illum Gorionidem perantiquum statuunt. Credite, οἰκοθεν γὰρ μάρτυς. Perantiquissimum esse, qui *infra sexcentos annos* est, & cujus nullus Judæus ante 370. annos meminit, qui credit, illi summa vetustas sit, quod abhinc 400. annis gestum sit.

23 FL. JOSEPHI
LOCUS CONTROVERSUS
Lib. XVIII. Antiq. Judaic. cap. IV. vel VI.

Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων, τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων. Καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο. Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ᾽ ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἵγε πρῶτον ἀγαπήσαντες. Ἐ- 24
φάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. Εἴς τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.

SIGISMUNDI GELENII
INTERPRETATIO.

Eodem tempore fuit Iesus vir sapiens, si tamen virum eum fas est dicere. Erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum, qui libenter vera 25
suscipiunt; plurimosque tam de Judæis, quam de Gentibus sectatores habuit. Christus hic erat; quem accusatum à nostræ gentis Principibus Pilatus cum addixisset cruci, nihilominus non destiterunt eum diligere, qui ab initio cœperant. Apparuit enim eis tertia die vivus, ita, ut divinitus de eo vates hoc, & alia multa miranda, prædixerunt; & usque in hodiernum Christianorum genus ab hoc denominatum non deficit.

B. HIERONYMI 26
VERSIO,
Quæ in Ejusdem libro Illustrium Virorum, Cap. XIII. de Josepho, *juxta Codicem MS. Bibliothecæ Noribergensis*, sic legitur:

Hic in XVIII. Antiquitatum libro manifestissimè confitetur, propter magnitudinem signorum Christum à Pharisæis interfectum, & Johannem Baptistam verum Prophetam fuisse, & propter interfectionem Jacobi Apostoli Jerosolymam dirutam. Scripsit 27
autem de Domino in hunc modum: Eodem tempore fuit Iesus sapiens, si tamen virum eum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum, qui libenter vera suscipiunt. Plurimos quoque tam de Judæis, quam de Gentibus sui habuit sectatores, & credebatur etiam Christus. Cumque invidia nostrorum Principum cruci eum Pilatus addixisset, nihilominus qui eum primum dilexerant, perseverarunt in fide. Apparuit autem eis tertia die vivens. Multa hæc & alia mirabilia
carminibus Prophetarum, de eo vaticinantibus. 28
Et usque hodie Christianorum gens ab hoc sortita vocabulum non deficit.

Exhibito Fl. Josephi textu Græco (una cum duplici versione) Disputationis Theologicæ, *ab Eruditissimo Viro*, M. Sebaldo Snellio, Alumnorum Noric. *olim* Inspectore, *P. M. in Academia Altdorffina A. C.* cIↄ. Iↄc. xlvii. *conscriptæ* (qua, quæ Isaac Abravanel ad cap. xxxiv. Esaiæ, atque Obadiæ prophetiam, contra fidem Christianam scripsit, expenduntur) *particulam ipsis epistolis (pleræque enim ex illa disputatione fluxerunt) præmittere volui. Et quoniam* eodem anno, *in Academia Jenensi*, D. Jo. Tobias Major *Snellii sententiam, in* Exegematibus Locorum difficiliorum ΠΡΑΞΑΠΟΣΤΟΛΩΝ, *erudite impugnaverat, illam quoque περιοχὴν (cujus in Epist. II. ipse Snellius meminit) excerpere, ac Snellianis thesibus subjungere, haud ingratum fore, putavi.*

ISAAC ABRAVANEL 29
Commate XXIII. in Esaiæ cap. 34. & 35.
interprete Seb. Snellio,
pag. 6. & 7.

Si igitur maxime Italia fuerit terra Romanorum, atque ex filiis Javan ab initio & ab ortu creationis, & diebus diluvii; quid tamen prohibet, quo minus post hæc, tanta temporis intercapedine, populi descenderint è filiis Edom; eamque incoluerint? Præsertim, cum inveniamus magnum

huic fulcrum in verbis Josephi Gorionidis, scribentis: cum ascenderet cum fratribus Josephus ex Ægypto, ad sepeliendum patrem Jacobum, magnaque cum ipsis esset Ægyptiorum turba; obtulerunt se illis in via duces Esavi, adversus quos, pugna conserta, gravis fuit manus Josephi; cepit
30 enim filium Eliphasi, nepotem Esavi Zepho, ejusque selectos, quos etiam vinctos in Ægyptum deduxit. Evasit autem fuga Zepho cum viris suis ex Ægypto, & venit in Africam ad Annium, Regem Carthaginis atque Africæ, qui illum Zepho magno honore suscepit, & ducem exercitus sui constituit; ac Zepho etiam gessit prælia Regis adversus Romanos, qui sunt incolæ Italiæ, ac (tum temporis) fuerant hostes Africanorum & Carthaginis. Postea profugit inde Zepho, venitque in terram Romanorum, Italiam scilicet, ipse omnesque ejus viri; ubi multo cum gaudio susceptus, & copiis præfectus, ita cum turmis Africanis & Carthaginensibus depugnavit, ut hæ à facie ejus fugerent; subegitque filios Tubal, qui habitabant in Pisa. Romani igitur conspicati successus viri in
31 præliis, & cuncta roboris & fortitudinis tantæ specimina, Regem sibi eum præfecerunt, nomen ejus Zepho indigitantes Janum; erat enim ei nomen Zepho, sed illi appellarunt eum Janum, q. d. Saturnum. A stella enim Saturni ipsum denominarunt, quam istis temporibus colebant; dum existimabant, vim & influxum hujus esse in illo. Regnavit autem super Romanos quinquaginta annis in planitie Campaniæ, & de suo nomine vocavit, ibique sepultus est; quæ Jani sepultura nota est in hunc usque diem. Similiter Palerma, urbs Siciliæ primaria, ab ipso extructa scribitur. Nam regnavit super totam Italiam, sub cujus complexu illa fuit, ac post ipsum regnavit filius ejus; pariter secuti sunt Reges alii ex ejus posteris. Et juxta tra-
32 ditionem Sapientum f. m. fuit ex illis (*Jani posteris*) quidam dux Magdiel, qui primum cœpit habitare tractum Romanorum, antequam veniret Romulus; qui deinceps extruxit urbis muros, & portas statuit. En tibi testimonium clarum è verbis Josephi, qui princeps Historicorum etiam inter ipsos (*Christianos*) audit, in terra Romanorum regnasse, qui fuerunt è filiis Edom!

SEB. SNELLIUS

in ipsa Disputatione Theologica à *th.* 22. usque ad *th.* 35. sic ait:

22. QUomodo autem assertionem suam probet noster, animadvertamus. Producit *Josephum Gorionidem* illum, tot eruditorum stylis pri-
33 dem confossum, & multiplicis falsi convictum autorem. Rejiceremus eum, si maxime vera diceret; si quidem jus, quod nobis dixit Autor *Zemach David*, sibi quoque suisque dici pateretur. Sic enim ille pag. 169: *Nos cœtus sanctus Israëlis non credimus Historicis, qui non sunt è filiis Israëlis; proinde corrigemus hoc, atque dicemus, &c.* Quasi vero sancta Veritas: vobis, dixisset, ô Judæi, me

Conjugio jungam stabili, propriamque dicabo!

Cum tamen ipsi fateamini in *Midrasch Echa* ad c. 2, 9. p. 73. c. 2.: *Si quispiam tibi dicat: est inter gentes sapientia, crede id per Obadiæ vers.* 8. Magna autem ejus pars est historia, quam ab orbe condito deducere, judicio doctorum, est nihil aliud, *quam fundamentum universæ eruditionis cum divinæ,*
34 *tum humanæ jacere, & principia veritatis tum divinæ, tum exoticæ exponere.*

23. Sed hoc modo non urgeo. *Tria* omnino *circa* istum *Gorionidem* in quæstionem veniunt: I. utrum Flavius Josephus sit ille ipse Josephus Gorionides, loquendo de persona, non opere? Hoc affirmat Abravanel; negandum vero est, quod prior sit filius Matthiæ, Josephi nepos, atque ejus genealogia ab ipso autore ad Hasmonæos deducatur, sub initium Vitæ suæ, quam descripsit; adeo ut Matthias sit pater ejus proximus, alius ab illo Hasmonæi nominis conditore; alter vero sit Gorionis sive filius sive nepos. Nam eum אבן גוריון vocari in editione Veneta, autor est *Jo. Drusius in Præteritis ad Act.* 13, 21. *& Apocal.* 22, 16. אבן au-
tem ex usu Rabbinico, ut docet CL. *Schickardus in* 35
Bech. Happ. p. 174. non significat simpliciter filium, sed filii filium, h. e. nepotem. Et si maxime usitatam appellationem בן גוריון retineas, adhuc nepos esse poterit, quomodo scilicet loc. cit. & p. 175. R. Abraham, qui patrem habebat quendam Mejer, dicitur בן עזרא nepos Esræ, & qui libros Enac Beth Israël comportavit, inque prima operis facie audit R. Jacob F. Salomonis nepos Chafif, eum vocat *Zemach David p.* 149. R. Jacob בן חביב.

24. Ac fit omnino in Talmude mentio Abbæ Gorion, cujus sententia recitatur in *Jalkut p. 2. n.* 1044. *f.* & R. Gorion, in *En Isr. p.* 61. 2. [רבי חמא בר גיריון, *in Midrasch Esther ad c. 2. v. 7.*] & Nicodemi F. Gorion, valde pii & miraculis clari,
Beth Isr. p. 157. 3. atque in fine quidem traditionis 36
ab *En Isr. p.* 133. 4. repetitæ additur, nomen Nicodemi fuisse ipsi ab eventu impositum שנקרה לו המת בעבירו, quod ob preces illius Sol iret purior, cum alias diceretur בוני Bonai; de quo nomine aliam ob causam vide *Dn. D. Const. L'Empereur ad Gramm. Mosis Kimchii p.* 92. & *Vorstium ad Zemach David p.* 259. nec non alterius etiam Nicodemi F. Gorionis, viri divitis, sed avari; cujus filia à summis divitiis ad stupendam paupertatem descenderit, in *Beth Isr. p. 13. col.* 1. Hujus quidem Nicodemi fratrem ait fuisse Josephum Gorionidem *Zemach David p.* 86. Unde dicere non licet, Gorion fuisse *familiæ nomen*, utrique Josepho, revera autem inde uni, commune. *Patris* potius *nomen* est, quem isti fratres denominationem filiorum ab
ipso sortiti patrem agnoverunt. Accedit, Flavium 37
aperte satis sese ab illo Josepho distinguere dum *libr. II. A. J. cap.* 25. hunc dicat Hierosolymis tuendis, se autem Galilææ utriusque rectorem in pugna contra Romanos designatum fuisse: ubi non videtur Flavius probatæ fidei scriptor è Gorionide moderno quam plurimis, ut dicam mitissime, additamentis deformato, corrigendus eo in loco, quem in fine præfationis sistit Seb. Munsterus; potius enim probabile est, recentiores utrumque ibi Josephum in unum conflavisse, scenæ inservientes suæ. Vide hîc CL. Virum, *Gerh. Jo. Vossium de Histor. Græc. lib. II. cap. 8. p.* 160.

25. Quid? quod Flavius *libr. II. de Bello cap.* 18.
circa fin. memorat istum Josephi illius fratrem, Ni- 38
codemum F. Gorionis, qui missus sit, cum cæteris daturus dextras & sacramentum Romanis deditionem facientibus? Et *libr. IV. c. 5. in med.* Josephum F. Gorionis inter eos fuisse, qui cum præstare cæteris videbantur, hortati sunt populum ad libertatem, contumeliamque Sacerdotali ordini factam vindicandam. Et *libr. V. c. 1. fin.* occisum fuisse virum, dignitate simul & genere præstantem, plenum spiritu, libertatis amantem, &c. Atque hæc tum temporis Hierosolymis gesta sunt, cum Flavius in Galilæa degeret, captusque postea à Romanis excidio multis annis superesset. Non igitur unus, sed *duo* divisi fuerunt *Josephi.*

26. Seb. Münstero tamen prior sententia, quæ etiam Abravanelis & Judæorum communiter est, tantopere probatur, ut scribat in *Notis ad libr. V.*
c. 44. lit. c: *Incertum est, an Judæi eraserint ex E-* 39
braico volumine magnificum illud præconium, quod Josephus tribuit Salvatori nostro Iesu Christo cap. 6. libr. 18.

18. *Antiq. aut ipſe Autor data opera id omiſerit, ne ſuis illudere videretur.* At tantum abeſt ut alterutra conjectura eruditis noſtra ætate ſe probet, ut *D. Jo. Cloppenburch in diſceptatione Epiſtolica cum CL. Viro Lud. Cappello p. 159.* cenſeat, Joſephum narratione ſimili illi, quam de Paulina à Decio Mundo ſub ſpecie DEI ſubſtrata ſubjicit, eludere voluiſſe fidem Chriſtianorum, qui Ieſum è virgine natum confitebantur. Favent admodum, quæ ſub initium *libr. V. cap. penult.* in Gorionide Munſteriano leguntur:

27. בי בימי תיבריאוס קיסר לא לבד ביהודה
40 נעשו נבלות כיאם ברומה בעיר מלכותו נעשו
נבלות הרבה וכו׳: Hoc eſt: *Nam in diebus Tiberii Cæſaris non in Judæa tantum contigerunt flagitia impudiciſſima, ſed complura Romæ, in urbe ejus regia, &c.* Obſerva 1. cauſalem כי, NAM, quæ omnino arguit præcedens aliquid, à quocunque tandem ſublatum fuerit; ſufficiunt autem iſta uti cuivis intelligenti, modernis inprimis Judæis, unde deeſſe quidpiam intelligant, atque hi quidem diſpiciant, ut viva voce, quod ſolent, ſuppleatur. 2. Ne quem moveat mentio Tiberii Cæſaris, cum Salvatoris noſtri benedicti nativitas ſub Auguſto contigerit; *nihil enim novi hoc eſt* (dicam verbis magni Buxtorfii Patris, in Lex. Talm. p. 146.) *in libris Judæorum; ſed ſtudio id faciunt, ut tanto minus impoſtura à Chriſtianis animadvertatur.*

41 28. Id diligenter perpendatur, phraſi Scripturæ, quam ille Gorionides ſectatur, נבלה ſignificare flagitium, ſtupro vel adulterio commiſſum, *Gen. 34, 7. 2 Sam. 13, 12. ſq. Prov. 6, 32.* Tale igitur innuit Gorionides in Judæa commiſſum, cui ſimile de Paulina ex ipſa Roma ſubjungit. Ergo concludit D. Cloppenburch, *propter hanc blaſphemiam ita ſuſpicor ab aliquo Chriſtiano caſtigatum & caſtratum eo in loco Joſephum, ut jam illa περιοχὴ ſit ἀσύνδετος.* Nec obſtat Cardinalis Bellarmini judicium *libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis p. 26.* S. Hieronymum & Euſebium viros doctiſſimos fuiſſe, & omnes pene libros veterum Scriptorum legiſſe, qui nunquam hoc teſtimonium de Chriſto, Joſepho tribuiſſent, niſi ſciviſſent, vere ſic ab eo autore
42 fuiſſe ſcriptum. Vixit enim uterque ſeculi III. hic quidem A. 26. ille vero 90. teſte eodem *ib. p. 70. & 104.* Cæterum notavit *Iſ. Caſaubonus Exerc. I. ad Apparatum Annal. Baron. p. 54. col. 1.* primis Eccleſiæ temporibus quam plurimos extitiſſe, qui facinus palmarium judicabant, cœleſtem veritatem ſuis figmentis ire adjutum; quo facilius videlicet nova doctrina à gentium ſapientibus admitteretur: id quod poſtea exemplo Juſtini è ſecundo, & Clementis Alexandrini, Tertulliani item aliorumque è ſeculo tertio conſtare ait.

29. Itaque hactenus nihil obſtat, quo minus ante Hieronymum atque Euſebium illa de CHRISTO ſint Joſepho addita, per quæ cohæſio luxata eſt, optime ſibi conſtitura, ea ſi tollantur (nec non
43 ſuppleantur, quæ ſublata olim indicio eſt locus è Munſteriano Gorionide *theſi* 27. citatus.) Illa enim cum antecedentibus & conſequentibus nihil habere commune, agnoſcit in reſponſione ad propoſitam quæſtionem p. 169. CL. Cappellus; etſi aliam connexionis cauſam ſuggerat. Nec meminit illorum in Excerptis ſuis ſeculo IIX. Photius, quod miratur *Gerh. Jo. Voſſius de Hiſt. Gr. libr. II. c. 8. p. 159.* Uti igitur Judæos ſublati teſtimonii de Salvatore noſtro è Gorionide non inſimulamus, quod à noſtris in Flavio forte ſuppoſitum non inficiamur: ita viciſſim eos blaſphemiæ de eodem relationis è patrio Scriptore ſublatæ per ea, quæ in exemplari *Baſileënſi* extant, arguimus. Quæ ſi inſuper cæteris editionibus, *Cracovienſi* ſcilicet, &
44 *Venetæ* abfuerint, jam immutati codicis penitus habemus convictos; quod quidem ad tertium pertinet quæſitum.

II. Quæritur: utrum Joſephus Gorionides aliùs à Flavio Matthiæ F. quædam geſta Judaïca ſcriptis ſermone patrio ſit complexus? Quod forte poteſt concedi; non enim de nihilo videtur tam conſtans Judæorum traditio, cui in ſuæ gentis homine appellando hiſtoricam fidem negare non poſſumus. Hinc *Jo. Druſius l. de Henoch. c. 18. p. 24. Accidit*, inquit, *ante 400. annos, quod aliis multis autoribus bonis, quorum lucubrationes ab otioſis hominibus interpolatæ, imo falſatæ fuere; aut præter propter Joſepho Gorionidi, qui & Aben Gorion, quem cum Fl. Joſepho eundem faciunt Judæi; cujus hiſtoriam agyrta quidam homo imperitus nimium auxit, ne dicam, corrupit.* Et dicere forte de eo licet, quod 45
Bernhardinus Baldus divinatione in tabulam æneam Eugubinam, lingua veteri Hetruſca perſcriptam, anno hujus ſeculi XIII. ad Marcum Velſerum de Anniano Beroſo, ſcilicet, *perſpicaciores nonnullos in tam denſis nugarum nubibus alicubi emicantes veritatis radios obſervaſſe; itaque Scriptorem, quem à priſco genuino Gorionide longe alium eſſe neceſſario fateantur, neque tamen —— aut non multo ſuperiori ætate confictum, ſed tum mala manu corruptum, & interpolatum fuiſſe exiſtiment; non omnino abjiciendum, ſed cum delectu legendum ſentire.*

31. Exemplo ſit illa de Johanne Baptiſta, quem Herodes Antipas interfecerit, eo quod reprehenſus ab illo eſſet ob ductam Herodiadem fratriam, marito Philippo adhuc vivo, narratio deſcripta in 46
exemplari Munſteriano *libr. V. cap. ult. ab init.* Cracovienſe exhibet in notis *ad Zemach David Vorſtius p. 283.* Venetum *Jo. Druſius de Sectis J. cap. 8. n. 25.* Ubi obiter noto, ſuperfluam videri correctionem אשר נטבל &, quod in hoc & iſto occurrit, in טובל vel המטבל, cum illud habeat: יוחנן אשר עשה טבילה, *Johannes, qui baptiſmum frequentavit*, cujus verſionis veritatem docet *Dn. D. Glaſſius Phil. Sacr. lib. III. p. 296.* Nominaſcit etiam hoc loco participium Niphal, itaque actionem denotat, vel *Druſio* judice, in *Parallelis Sacris p. 94. a.* Quin Rabbinis inſolens non eſt, ejus conjugationis participium pro Benoni ponere. Sic legitur in *Schemoth rabba ſect. 44. p. 152. col. 4.* parabola de Rege, qui iratus conjugi ſpernit interceſſoris pro ea preces, ולא היה נשמע לו, quod ſequenti 47
ſtatim linea tertia effertur, ולא היה המלך שומע לו:, *neque illi Rex obtemperavit.*

32. Quanquam autem Flavium etiam Ebraice ſcripſiſſe probat l. cit. Druſius ex Euſebio, & ipſius Joſephi ad libros de Bello præfatione, non longe ab initio; quin & extare illum codicem in Hebraïcum ſermonem, è Græco tranſlatum, in bibliotheca Vaticana affirmat Card. Baronius apud *Iſ. Caſaubonum Exercit. 16. ſect. 154.* Gorionidis tamen ſcripta (demptis etiam illis patentioribus) neque huic, neque ut *th.* 30. dictum, omnia recentiorum cuipiam tribui poſſunt. Sane Flavius non ſcripſerit, Johannem Baptiſtam ab Herode occiſum, quod reprehenſus eſſet ab illo ob fratriam, præter fas conjugio ſibi junctam; cum non probabile ſit, il- 48
lum, qui *libr. XVIII. Antiq. c. 7.* aliam cauſam attulerat, in re tam recenti, quam ab αὐτόπταις haurire poterat, ſui oblitum, vel etiam ſtudioſe pugnantia ſcripſiſſe; & quomodo eundem, quod facit Cracovienſis editio, Sacerdotem maximum vocaret? Vide ſeriem Pontificum è Flavio collectam à *Jo. Seldeno libr. I. de Succeſſ. Ebr. in Pontific. cap. 11.* Neque ea recentioribus tribuas, qui pro virili tollunt potius, quæ Chriſtianorum cauſæ quam minimum prodeſſe queunt. Eſt autem hoc illuſtre veritatis Euangelicæ teſtimonium; quanquam incarcerationis potius cauſam dixiſſet Gorionides, quam necis. Ad hoc etiam quæſitum jam non parum faciunt, quæ recenſet, Seb. Munſterus præfat. ſæpius dicta, ibi: *utitur ſtylo Ebraico; &c.* per li-

49 lineas 16. Adde *Jo. Drusium de Sectis p.* 208. *n.* 261. *videri*, scribentem, *illum Scriptorem usum historia Josephi Ebraïca, unde pleraque quæ libro sexto, qui peculiariter inscribitur: Liber bellorum Domini.* Si usus est Ebraïco Flavii libro, non est ipse Flavius. Recentior autem facile per dicta excluditur, ne sit ille totus ab isto profectus.

III. Utrum, quæ nunc extat sub nomine Gorionidis historia, sit illius antiqui, ut ab ipso profecta est, nullam mutationem, additionem passa, de quo secunda agit quæstio? Atque hoc negant Viri doctissimi, luci expositis falsis, quæ liber ille continet, atque suos prodit natales, nimirum *D. Constantinus L'Empereur præf. in tit. Middoth signo* (* 5.) *a. Is. Casaubonus contra Card. Baronium Exer-*
50 *cit. XIII. num.* 26. & *Exerc. XV. num.* 154. *Rob. Cocus in Censura Veterum Scriptorum p.* 90. atque ipsarum insuper editionum, Venetæ & Basileënsis collatione ostendit illustris *Scaliger in Elencho Trihæresii* passim, cumprimis *cap.* 3. *num.* 37. & *cap.* 4. *num.* 42. & *cap.* 18. *num.* 139. *seqq.* Illustris Comes *Picus Mirandulanus in Epistolis lit. E. a.* ipsorum Hebræorum appellat fidem. Sic enim ad amicum ignotum scribit Epistola, quæ incipit: *Quisquis es, noster eris, &c.*

34. *Quod petis de Josepho, scias justum Josephum apud Hebræos non reperiri; sed Josephi epitomen quandam, in qua & multa sunt commentitia, & quæ de X. Tribubus ibi leguntur, quæ post Babylonicam captivitatem postliminio non redierunt, ea esse notha & adulterina, ex Hebræis mihi plures sunt confessi. Qua-*
51 *re illorum Josepho nulla prorsus fides adhibenda.* Fatetur etiam Munsterus, *quod quarundam vocum Græcarum in eo Josepho fit mentio, & citantur quædam gentes, quæ longe post Josephi tempora in mundo surrexerunt, —— hæc plane arguere, Josepho quædam accessisse per posteros Judæos, expositionis*, inquit, & *præfationis gratia.* Et quanquam ad principium dicta mavult restricta, de cæteris tamen negare non potest, quod vel subjectum è *libro V. cap.* 42. exemplum docet; insuper in præcedentibus fatetur, alia ratione Josephum scripsisse gentibus, & alia Judæis; *gentibus ab initio mundi juxta seriem in libris sacris observatam; Judæis vero, ubi historiæ Biblicæ desinunt, incipit scribere res consequenter gestas, à captivitate scilicet Babylonica initium sumens, & continuans Judæorum facta usque ad tempora sua, &c.*

52 35. Hæc ultima si vera sunt, jam illud de Zephone merito inter ea refertur, quæ recentiores de suo addiderunt. Sint enim aliqua, quæ vere ab ipso Gorionide perscripta ad nos pervenerunt; at talia ea esse, quæ noster ex ipso recenset, unde constabit? Dicamus sane cum *Jo. Drusio de Sectis, pag.* 61: *Autor* (hodiernus Josephus Judæorum) *est recentior; neque ulla ei fides apud me, nisi ubi verum dicit, ac tunc etiam Josepho Græco præfertur*, quod exemplo, *th.* 31. allato, declarat. Sed h. l. nec cum suis, nec cum veritate Nostro convenit. Illi eam narrationem vel ignorant, vel tacent, vel contraria relatione evertunt. Commentatores Biblicos, Abenesram & Kimchium, Gorionidem, quem passim citant, habuisse oportet; sed vel hæc non
53 habuisse in suis exemplaribus, cum scilicet Historici Judæi, uti quidam nova, ea nondum concinnassent; vel, si habuere, non credidisse. Alias enim posteriori traditioni non accessissent, quæ istam priorem tollit, supra *pag.* 5. *fin.* & *p.* 12. *ab init.*

D. JOH. TOBIAS MAJOR

Part. I. Exegematum Loc. Diffic. Πραξαπ.
Cap. II. v. 22. *seqq.*

Προσφωνήσει utitur Orator κατὰ πάντων στόμα, ad auditores directa, qua in historiam vitæ & mortis *Iesu Nazareni* compendifecit; quem *virum* dicit, *orbi divinitus ostensum*, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον, tot *miraculis clarum*, & illustrem. Videri poterat, Josephum *lib. XVIII. de Ant. Jud. cap.* 6. secundum alios 4. insigne encomium, quod 54
de Salvatore nostro tulisse legitur, inde mutuo accepisse, quando eum vocat ἄνδρα παραδόξων ἔργων ποιητὴν, *Virum mirabilium operum patratorem*, διδάσκαλον ἀνθρώπων, τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων, & *eorum, qui veritati applaudunt, doctorem*; qui insuper ὑποχωρητικῶς addit, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ, *si modo virum*, בן אנוש hominem plebejum, terræ filium, salutare liceret. Ita quidem hactenus creditum est, Flavium scripsisse, ac honorificam Christi mentionem injecisse, ut ut de eo apud Photium altum sit silentium. Verum suspecta ea videntur *L. Cappello, Compendio H. J. p. CX.* eo quod *nulla eorum, quæ isthic dicuntur, cum antecedentibus & sequentibus connexio appareat; ut omnino jure videatur ab aliquo Christiano eo loci insulta περιοχὴ illa, falsoque Josepho adscripta.* Addit insuper: 55
Si Josephus de Christo revera ita sensisset & scripsisset, proculdubio nativitatis ejus memoriam non tacuisset suo loco, Magorum adventum non siluisset, neque cædem infantum Bethlehemiticorum ab Herode factam; imo fusius & latius totam Christi historiam enarrasset, cujus tamen alibi in tota illius historia ne obscurum quidem vestigium apparet; uti nec Christi discipulorum: quod non aliunde videtur profectum, quam ex odio in Christum, & Christianam religionem, cum ipse Judæus esset pertinax. Atque ut Cappellum juvemus, mirum omnino est, apud Josippos, abbreviatores Josephi, encomii illius nec volam extare, nec vestigium; an illud perfidiæ Judaicæ sit adscribendnm, quam in verpo præsumere licet, an brevitati, cui litarunt, ambigo. Meminit equidem minor, p. LXXXII. alterius ישו הנצרי Iesu Nazareni, 56
cujus passim in Talmud scelera enarrantur, hominis magi, ex adultera geniti, qui tandem ob facinora נתפש ותלוי comprehensus & suspensus fuit. Verum alium ab illo fuisse, ipsimet Judæi fateantur necessum est, per ea, quæ è Christianis natis evicerunt. *Sebastianus Lepusculus* præfatione Josippi, de bello Judaico, *Joh. Coccejus ad Excerpta Gemaræ Sanhedrin, cap. XI. num. XXXVII.* è conversis Judæis, *Petrus Galatinus de Arcanis Catholicæ Veritatis lib. I. cap.* 7. Posset itaque gravior adhuc suspicio de Josephi codicibus alicui oriri, eo quod neque apud epitomatores ejus vel γρῦ occurrat: nisi id forsan eis condonandum est, qui modo fusiores sunt, modo contractiores illo, quem exscripserunt. Hoc magis urget, tum quod historia il- 57
la encomiastica in quibusdam codicibus Græcis non compareat; tum quod pridem suboluit cordatioribns, connexionem cum sequente historia æque esse ἀπροσδιόνυσον ac illam, quam cum antecedente habet, qua in fit mentio Christi. Videtur itaque I. Cloppenburgio, *voluisse Josephum παραπληλισμῷ Paullinæ, sua opinione à DEO, revera autem à Decio Mundo imprægnatæ aut stupratæ, ridere fidem Christianam, de conceptione Iesu Christi, & nativitate ex Virgine per operationem Spiritus S. Propter eam blasphemiam* suspicatur *à Christiano aliquo castigatum* fuisse *Josephum, ut jam illa περιοχὴ sit ἀσύνθετος.*

Nobis argumenta illa tanti ponderis non esse videntur, ut in partes eorum descendamus, qui lo- 58
cum Josephi, non luxatum tantum, quod facile concessero; sed & studio à Christiano homine interpolatum esse, credunt. Etiamsi enim Flavius, genealogiam Christi, ejusque res gestas, silentio præterierit, nondum tamen illud probat omnimodam ejus oblivionem; quin potius sufficere videtur, quod semel ipsius cum prolixa honoris præfatione meminerit. Proinde addenda potius nonnulla, quæ fortean injuria temporum è Codice Flavii per-

perierunt, quam demenda esse omnino arbitror, ut ordo & connexio sibi constet: quænam autem illa sint, nemo absque MSS. codicibus divinabit. Nec etiam subscribimus Cloppenburgio, cujus conjecturam Cappellus laudat, ut acutam & ingeniosam; qui locum quidem integrum non expungit,
59 miram tamen connectendi rationem instituit. Quis etenim, Deum immortalem! crediderit, hominem Judæum, calumniandi & blasphemandi animo, in laudes hostis ἀσπόνδου evagari? Posito autem, hoc modo utramque Christi & Paullinæ historiam connecti debere, anne calumniose quoque Verpus addidit: τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μύρια θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων, *prout divinitus inspirati Prophetæ hæc & mille alia stupenda de eo prædixerunt?* adeo, ut nemo fortius contortam illam connexionem infringat, quam ipse Flavius; qui utique nativitatem Christi singularem, vel verbulo tetigisset, si illam similem stupro in Paullina, sub persona Anubidis à Decio patrato, credidisset. Perparvi denique pendenda est utriusque Josippi, quos vernaculæ linguæ Scriptores Latio descripsit Sebastianus Munsterus, autoritas; eo quod ovis arietem sequatur, nempe Epitomator Ψευδο-Gorionidem lib. V. c. XLIV. quem pag. CCVIII. nominat 60
מלחמת משוח הכהן quæ, si vertere liceret, *ducem bello consecratum*, caderet censura doctorum Virorum, quasi se falso Sacerdotem venditasset Gorionides.

61

VARIORUM EPISTOLÆ DE FL. JOSEPHI TESTIMONIO.

63

EPISTOLA I.

M. SEBALDO SNELLIO *Christ. Adamus Rupertus* S. P. D.

Virdungi *de loco Josephi*, & Ruperti *de Snelliano Examine Is. Abravanelis*, judicia. *ARGUMENTUM I. contra Snellium, à* communi Criticorum regula. *ARGUM. II. Fl. Josephus cum Apostolis, aliisve, colloqui potuit. Idem Josephus* æquior Christianis, *quasi* in lucis confinio positus. *Rupertus hanc pericopen habuit pro genuina.* Flavii *prænomen.* Flavii *aliquot* Christiani. *Ex his fuisse* Flaviis *videtur* Clemens Alexandrinus. *Fortassis* ad petitionem Flaviorum *Auctor talia inseruit.* Græcus Livius. *ARGUM. III. à Scriptorum Ecclesiasticorum auctoritate. Oracula* Sibyllina *sunt* supposititia.
64 *Historia Judaica* à Tito subscripta. *Scriptores varii* in Bibliothecis publicis *repositi. Snellii* suspiciones duæ. *Historia de Paullina. Ægyptiorum ac* Judæorum *sacra cur conjungantur?* Photii silentium. *Excerptorum consuetudo. Antiquitas ut plurimum defendenda.*

PRæstantissime Dn. Magister, in loco *Josephi libr. XVIII. c.* 4. dissentire me à sententia, quam partim è Cappelli & Cloppenburgii, amœbæis, partim ex ingenio tuo proposuisti in *Examine Isaaci Abravanelis num.* 27, 28, 29. inaudivisti; & propterea poscis, ut scripto communicem meam. Facio lubens, sed eo animo, ut eliciam meliora, quibus vel confirmes, vel ita redarguar, ut in posterum jure silere possim. Certe si quis est, qui eruditam hujus narrationis censuram
65 cognoscere velit, is ego sum. Unde jam ante XII. annos de illa ipsa CL. VIRDUNGUM consului, qui rescripsit, *genuinam* sibi *videri*. Schedam nescio quo sepositam jam non reperio; mitterem alias. Neque hactenus sufficientem discedendi rationem me invenire potuisse, ingenue confiteor. Tuum examen quod attinet, industriæ & eruditæ lectionis admirandum est, sed postquam de hoc loco, qui ad nostrum usque seculum, ut arbitror, à nemine Criticorum solicitatus est, dicere cœpisti, nil attulisti, nisi *suspiciunculas* quasdam nimis *invalidas*; quarum in hoc Censorio genere continentissimos nos esse jubent doctissimi Viri.

Nam (quod *primum* argumentum meum est) communis Criticorum regula sic habet: *Nil esse* 66
corrigendum, expungendum, infarciendum; nisi vel MSSti veteres boni fidique addixerint, vel conjecturæ claræ, liquidæ, certæ sint. Nosti hoc tum ex aliis quam plurimis, tum è *Lipsii Satyra Menippea.* Et hoc à veris Criticis religiose solet observari, in minoris momenti locis; quanto magis decorum est, in isto, quem dignum existimârunt Patres, qui pervicacibus Judæis objiceretur? At nil à libris manu exaratis auxilii tibi est ὤγαθὲ; quos, si fortassis è nupero *Jenensi scripto*, quod vidisti, allegare voles, demonstrandum erit, quam vetusti sint, & quibus in Bibliothecis lateant? Mihi videtur doctissimi Theologi doctissimus ille Filius è Vossio collegisse: *Quia Photius in Excerptis non habet istud testimonium de Christo, verosimile est, non reperisse in* 67
suis Codicibus. Sed hâc de suspicione dicam infra. Editio Josephi Aurelianensis A. S. 1611. ad MSS. Cod. Bibliothecæ Palatinæ castigata locum, uti hactenus legebatur, integrum repræsentat. Alias jam habere non potui. Sed nec conjecturas tuas esse tales, quales Lipsius desiderat, fateberis ipse, si eas pensiculatius examinaveris.

Secundo: Quid tantopere stupemus ad luculentum illud de SALVATORE testimonium? Ἐπὶ τὴν καρδίαν (τῶν Ἰουδαίων) τὸ κάλυμμα κεῖται, ut loquitur S. Apostolus *II. Corinth. III.* 15. Sed non omnium; & qui per ætatem cum uno vel altero ex Apostolis & quingentis illis testibus (de quibus idem ille Paulus *I. Cor. XV.* 6.) colloqui potuit, qui vatici-
nio Salvatoris de excidio Hierosolymitano eventum 68
respondere vidit; qui à sceleribus & impietate reliquorum Judæorum prorsus abhorruit (videndus tum alibi passim, tum *l. VI. de B. J. cap.* 16.) non

tam

tam facile honestam de sese opinionem aboleri patitur. Profecto fuisse Christianis æquiorem, & in confinio lucis positum, à Judæis tamen non prorsus recessisse, quia χαλεπῶς ἐςὶ μεταδιδάσκειν, memini judicare *Virdungum*. Non esse frivolam hanc conjecturam (quod secundi argumenti vicem erit) ex aliis Josephi locis colligere licet. *Libr. XVIII. cap.* 7. laudat *Joannem Baptistam*, fuisse Virum optimum, Judæos excitâsse ad virtutum studia: & in primis ad pietatis & justitiæ, simulque ad Baptismi lavacrum. Refert ibidem, fuisse commu-
69 nem Judæorum opinionem, ob hujus cædem divinitus punitum fuisse Herodis exercitum. *Lib. XX. cap.* 8. execratur cædem Jacobi, fratris Iesu Christi, *factum illud*, inquiens, *omnibus in Hierosolymitana civitate bonis, & Legum studiosis, vehementer displicuisse*. Tam bene sensit de istis, præcursore altero, altero fratre: de Christo ipso potius omnia alia judicasse putes, quam, quæ hodie legimus, scripsisse? De Magistro fœda atque abominanda narrâsse, cum ejusdem discipulum, ob fidem in Magistrum cæsum, innocentem pronuntiet, ac magnifice commendet, allato omnium bonorum judicio? Ego vero inde argumentari malim, de Christo quoque sensisse quam honorifice, qui sævientem in fidei Christianæ præconem
70 sic aversatus est. An hîc etiam admovebis scalpellum Criticum? Quo more id facies? Quo exemplo? Ista quidem vis erit, ut ajebat Cæsar. Addam hactenus dictis conjecturam, sed quam accipies, quo voles, modo. Per me quam vilissimum illi pretium ponere licet. Fuit hic Josephus Flaviorum Vespasianorum cliens, ac beneficiarius; *Flavii* nomen ferebat ipse, quia Vespasianus jus civitatis Romanæ dederat; atque adeo *Flavios*, ut opinor, sectabatur & colebat omnes, qui quidem *Vespasiani propinqui* & gentiles essent. Sed ex iis tum vivebant nonnulli, Christianis sacris addictissimi, *T. Flavius Clemens*, T. Flavii Sabini F. T. Flavii Vespasiani & Domitiani Imperatorum frater patruelis, Cos. A. U. 847. ob Christianæ fidei professionem cæsus est,
71 quem Dio, Scriptor Ethnicus, refert interfectum *ob impietatem*. Vid. *Baron. in A. C.* 98. [Ab istis originem traxisse puto *T. Flavium Clementem*, Alexandriæ Episcopum, & ob id Alexandrinum dictum, cujus προτρεπτικὸν πρὸς Ἕλληνας, Pædagogum, & libros Stromatum habemus. *T. Fabium Clementem* appellat Heinsius in dedicatione, immemor MSStorum, quæ ipse laudat in Notis.] Ejusdem è sorore neptis & uxor, *Flavia Domitilla*, ob eandem causam iisdem temporibus in Pontiam (ut legimus apud *Eusebium lib. III. Hist. Ecclesʃ. cap.* 14. & in *Chron. num* 2112. & apud *Hieronymum in Epitaphio Paulæ*) sive Pandatariam insulam, ut apud gentiles, relegata est. Quid si igitur Josephus, *ad petitionem* Christianissimorum *Flaviorum*, historiæ suæ tam honorifica de *Christo*, *Johanne*, & *Jacobo*
72 inseruit? Sciebant eam immortalem fore, auctor ipse *Græcus Livius* dicebatur; nec, cum Antiquitatibus ultimam manum imponeret, in Flavium Clementem & Domitillam, gentiles suos, grassari cœperat Domitianus. Florebant adhuc fama, opibus & honoribus. Sed hæc, ut dixi, *conjectura* est: illud manifestius sententiæ nostræ propugnandæ argumentum, quod ex narratione de Johanne Baptista & Jacobo Apostolo prætulimus.

Atque hinc *tertio* inconcussa stat Ecclesiasticorum Scriptorum autoritas, *Eusebii* & *Hieronymi*. Casauboni quidem observatione premere conaris illas, *quod multi facinus palmarium judicârint, cœlestem veritatem suis figmentis ire adjutum*: & sane,
73 quin *Sibyllina* illa *carmina*, quibus suffarcinati contra gentiles incedebant multi veterum, ὑποβολιμαῖα sint, nemo sanæ mentis negabit. Sed hic attendenda tibi fuit diversitas. Vaticinia & hujusmodi alia spargere in trivia, & iis plebem circumvenire (quales imposturæ ne nostro quidem seculo incognitæ) uti facile, ita multis solitum jam ab antiquissimo ævo. Vide præter alios *Tacitum lib. VI. Annal. c.* 12. Sed non tam facile, affingere & immittere tot alienas narrationes autori, qui ab Imperatoribus in publicas Bibliothecas, omnium oculis expositas fuerat receptus. Hoc enim falsi crimen tum majus periculum, majorem infamiam erat pariturum. De historia Bell. Jud. ipse Autor refert in Vita sua p. 1026. *Titi Imp. manu subscriptam in Bibliotheca publicatam*. De universis libris, 74
& simul de Autoris existimatione, *Eusebius Hist. Eccl. libr. III. cap.* 9. *Non solum apud gentem suam, verum etiam apud Romanos Judæorum illius temporis facile præstantissimus habebatur, ita ut tum statuæ honore in urbe Roma decoraretur, tum libri ab eo industria elaborati confectique in Bibliothecam publicam merito reponerentur*. Ita Tacitus, Suetonius, Plinius Junior, & alii in publicis Bibliothecis repositi, non castrati, vel correcti sunt ea parte, qua Christum & Christianos impie calumniantur. Quod ad *Hieronymum* solum, remisisti me ad vetus illud Epicharmi: ΝΑΦΕ, ΚΑΙ ΜΕΜΝΑΣΟ ΑΠΙΣΤΕΙΝ, quod de Jacobo quæ narret, non reperiantur in Josepho nostro. Atqui ea reperi, & supra recitavi; & si quæ porro adjicit, scire potes ex ipsa Hieronymi 75
indicina, esse Clementis Josephi verbis interspersa. Illa quidem ejusdem Hieronymi: *Tradit item Josephus, tantæ eum sanctitatis fuisse, & celebritatis in populo, ut propter ejus necem creditum sit subversam Hierosolymam*, in Josepho ipso non legi; neque ipsum Hieronymum legisse reor, sed in alio quodam, qui ex consequentia, ut ita loquar, rem narraverat. Josephus enim *libr. II. Antiq. cap.* 6. refert, *multos pietatis ergo in urbem venisse, patrasse cædes in ipso templo; unde fas sit credere, Deum tantam impietatem aversatum Hierosolyma & templum lustrare decrevisse Romanorum facibus quasi lustralibus*. Atqui, subsumsit ille, quisquis hæc legit, ex istis in sacro loco, & religionis causa, interfectis præcipuus fuit Jacobus, Christi frater; ut ipse Josephus nos docet *cap.* 8. *ejusdem libri*, collatus cum 76
nostris. Ergo. Quicquid sit, unus iste locus testimonium de Salvatore suspectum non facit. Ut denique cognoscas, nec sequentium temporum Scriptores dubitâsse de sinceritate hujus, conferre te velim *Isidorum Pelusiotam lib. IV. ep.* 225. ubi Judæis confidentissime resistit, hoc solo fretus; & *Hermiam Sozomenum Salaminium libr. I. Histor. Eccl. cap.* 1.

Venio nunc ad suspiciones tuas, quibus persuadere nobis conaris, vel nimis credulos fuisse Patres, vel credulitati temporum suorum illudere voluisse. Si recte mentem vestram capio, *duo* sunt, quæ urges: *Primum*, totam περιοχὴν esse apud Josephum ἀσύνδετον; videri, turpiculum aliquid de S. Virgine narrâsse, ut respondeat historia sequens de Paulli- 77
na, quæ cum Anubidis complexibus sese dignatam existimaret, saltem Decio Mundo substrata fuit. Huic conjecturæ favere dicis nonnulla Josippi Gorionidis. *Secundo*, non de nihilo esse Photii silentium.

Primum quod attinet, locum Josephi non inspexi limis; legi totum caput quartum & quintum: post lectionem surrexi, &, quæ legeram, mecum examinavi, dispexi πρόσω καὶ ὀπίσω, nec ullam causam, idem vobiscum statuendi reperire potui. Videbantur enim omnia non bene, sed quam optime inter se devincta; nusquam hærebat, vel præter morem Historicorum diffluebat Auctor. Idem fac, quæso, & fortassis statues aliter. Narrat Josephus ab initio capitis gravem *Judæorum cladem*, quam 78
perpessi sint ob motam seditionem. Tum subjungit *hæc de Christo*. An ut sub oculos poneret, quanta

ta calamitas ſupplicium de illo ſumptum exceperit? Quemadmodum poſt expoſitam Herodiani exercitus *cladem* ſtatim ſubjicit *cauſam*, cædem Joannis Baptiſtæ? Sed mittamus hanc rationem, ut divinatoriam; ipſe Auctor connexionis rationem reddit haut obſcuram, cum ait: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνήρ. i. e. *Circa ea tempora fuit Ieſus vir ſapiexs.* Temporis igitur ratione motus, hoc inſeruit valde memorabile. Pulchre deinde infortunio ſuperiori Judæorum adjicit *aliam* ejuſdem gentis *cladem*; ſed memor boni Hiſtorici eſſe, ἄνωθεν τὴν πηγὴν διορύττειν, & ad fontes ipſos, unde 79 eventus ſcaturierunt, adſcendere, hoc de *Paullina* & *Decio Mundo* præmittit, velut *non poſtremam cauſam* perſecutionis Judaicæ. Etenim Tiberius improbitate ſacerdotum Anubidis, *Ægyptii numinis*, exacerbatus, etiam de *Judæorum* peregrino *ſacro*, propter unius ſcelus, acerbius ſtatuit. Quod ſi profanos Hiſtoricos conſulere vis, animadvertes hanc ipſam *Ægyptiorum* & *Judæorum* calamitatem conjungere. *Suetonius in Tiberio cap. 36: Externas ceremonias, Ægyptios, Judaïcoſque ritus compeſcuit.* Item *Tacitus lib. II. Annal. cap.* 85. §. 4: *Actum eſt de ſacris Ægyptiis Judaiciſque pellendis.* Ita Joſephus utriuſque gentis pœnam conjungit, ejuſque cauſas. Vides jam, *mi chariſſime*, ut omnia cohæreant, quamque inepte negotioſus ſit *Cloppen-* 80 *burgius*, in comminiſcenda alia connexi ratione. Referenda ſunt, inquam, *iſta de Paullina*, non ad ſuperiora de Chriſto; ſed *ad inferiora de pulſis Ægyptiorum & Judæorum ſacris.* Doleo celeberrimi Theologi vicem; qui cum fortaſſe provectioris ſit ætatis, nondum deſiit hariolari: Tironum enim hoc eſt, nec dum Philologiæ ſacris initiatorum. Jam & nihil hûc faciunt, quæ multa cum cura diſputas de ſenſu *verborum Gorionidis* tui. Etiamſi concedam tibi, te latentem illam Gorionidis blaſphemiam protraxiſſe feliciter, num ex illo ſtatim reformandus erit Joſephus, legitimus & genuinus è ſpurio; vel, ſi mitius agere me vis, è corrupto & interpolato?

Alterum de *Photii ſilentio* eſt aliquid, & eſt ni- 81 hil. Scimus quæ ſit Excerptorum conſuetudo. At, inquis, excerpunt maxime memorabilia. Indulgebo tibi hoc quoque, quamvis non ſim neſcius, quid factum ſit aliis magnæ famæ Hiſtoricis: ſed tamen hîc addi patieris, NISI PERVULGATA, VEL AB ALIIS OBSERVATA SINT. Photius cum videret Joſephi locum de Chriſto notum omnibus, totieſque ab antiquioribus citatum, non duxit operæ pretium excerpere.

Et hæc ad petitionem tuam, *Præſtantiſſime Dn. M. Snelli*, reſpondere volui, imo debui. Virginalis verecundia in hoc loco tractando decere videbatur: atque adeo cauſam meam longe favorabiliorem jam apud te futuram ſpero, quam Cloppen- 82 burgii; qui conjecturis ſane leviſſimis impulſus, in Joſephi & Patrum famam quorundam impetum fecit; Judæis vero inſultandi præbuit occaſionem. "Ut Cicero defenſiones quam accuſationes ſuſci- "pere maluit, ita optimus quiſque facere debet in "cauſis antiquiorum; niſi VERITAS aperte ſe con- "tra ſiſtat. Et annon in eadem mecum ſententia *CL. Dn. Hackſpanius?* Niſi memoria me fallit, Joſephi locum, ut γνήσιον, objecit Judæis in *Dialogo quodam;* ſed qui nunc non eſt ad manus. Quod ſi ita eſt, ab eo miror te tam facile receſſiſſe ad ficulnea iſta Cloppenburgii. Sed ſatis eſt, & jam papyrus, ut vides, deficit. Tu quam optime vale, & incomptæ libertati meæ ignoſce! Scribebam d. xx. Novemb., Altdorffii, A. S. cIↄ. Iↄc. XLVI.

EPISTOLA II.

CHRIST. ADAMO RUPERTO 83

Sebaldus Snellius

S.P.D.

Photii ſilentium. *Juſtus Tiberienſis* Ebræorum vitio *laborans. Judæi Scriptores in quo deprehendendi? Communis* Criticorum regula *infringitur.* Connexio *urgetur. Patres decepti, alios in errorem abripuerunt.* Hieronymi *&* Euſebii *error. Inſerere aliquid Scriptoribus*, olim facile *fuit.* Integri *ſæpe* libri *&* Vaticinia *ſupponebantur.* Chriſten- *Maſchiach.* Meſchichiim. *Ἀνὴρ non idem, quod* Filius hominis; *aut*, Terræ filius. *Joſepho* perſona, ſecta, *&* ſapientia. *Cloppenburgii ſententia.* Munſteri ſuſpicio *de Gorionide Ebræo.*

CLariſſime Vir, Domine & Præceptor honoratiſſime: pro benevola ſententiæ tuæ circa Jo- 84 ſephi locum communicatione gratias Tibi ago maximas; ac viciſſim, quid in ea deſiderem, & meæ patrocinari videatur, ingenue expono, paratiſſimus cedere, quam nobis utrinque propoſitam habemus, VERITATI; vel ſi minus, ut in re obſcura hanc attingere datur, dicenti, quod eſt probabiliſſimum. *Photii ſilentium* (ab hoc enim ordiar, quod plurimum ejus Viri autoritatem hîc poſſe mihi perſuadeam) omnino infert, eum iſtam pericopen in Flavio non legiſſe. Nam *Codice XLIIX.* memorat librum *de Univerſi natura*, Joſephi nomen gerentem, quique nihil dicendi genere à reliquis iſtius ſcriptis diſcedat. At cum idem liber *aptiſſime de Chriſto loquatur*, quando & ipſam Chriſti appellationem illi attribuit, & inenarrabilem ex patre ge- 85 nerationem citra reprehenſionem deſcribit, hinc colligit Photius: *Hæc res ambigendi fortaſſe cuipiam cauſam præbeat, ſitne hoc opuſculum Joſephi?* Si jam in Antiquitatibus præſentem pericopen legiſſet, annon putas iiſdem prope verbis fuiſſe uſurum? Nam & ibi, & in relatione de cæde Jacobi Apoſt. *Chriſti appellationem* Salvatori noſtro tribuit; & quanquam æternam à Patre generationem non exprimit, adſignat tamen illi, è quibus divinitatem collegit. *Sozomenus lib. I. c. 1. lin. 23.* videri, inquiens, *Joſephum clara propemodum voce pronunciare, — Chriſtum eſſe Deum.* Atqui Photius iſtis verbis circa præſens uſus non eſt. Ergo non legit. Dein *Codice XXXIII.* perſtringit *Juſtum Tiberienſem*; quod, communi Hebræorum vitio laborans, Judæus ge- 86 nere cum eſſet, de Chriſti adventu, deque iis, quæ ipſi acciderunt, aut de miraculis ab illo patratis, nullam prorſus fecit mentionem. Nolim hinc inferre: ergo habuit Flavius aliquam iſtorum mentionem; ſecus enim & ipſum perſtrinxiſſet. Sufficit, quod reprehendendum in Judæis Scriptoribus ſibi Photius ſumſerat, in hoc Juſto monuiſſe; cavitque, credo, prudenter, ne ſi idem in Flavio aperte faceret, Chriſtianorum offenſionem in ſe provocaret. Ergo ſic potius coucludo: *Si inveniſſet apud Flavium aliquam dictorum mentionem, & pro genuina agnoviſſet, utique collaudâſſet ingenuam in hoſte quoque virtutem; uti contrarium in Juſto vituperaret. Atqui non laudat. Ergo illam non invenit.* Certe Photius in *Cod. XXXIII.* ponit majo- 87 rem: *Qui eſt Hebræus, is communi gentis vitio nihil de Chriſto noſtro meminit.* Subſumit in *Cod. XLIIX.* ab init: *Atqui Flavius eſt Hebræus.* Quæ ad mentem ejus ſubdenda ſit concluſio, mea ſcilicet aſſertio, puto ita liquere. Eſt autem hæc: *Photium illam pericopen in ſuo exemplari vel non legiſſe, vel pro genuina non agnoviſſe.* Limitationem tuam: *Excerpi maxime memorabilia, niſi pervulgata, vel aliis jam ſint obſervata*, utut ſe in aliis habeat, Photio ap-

applicare non potes; sic enim & signa, excidium
Hierosolymitanum præcedentia, dicto Cod. xliix.
non excerpsisset, compluribus notata.
Deinde *connexionem* adhuc *urgeo*. Equidem mo-
tui sub Pilato occasione sacræ pecuniæ, in usus
alienos conversæ, excitato recte subjungi novum
88 incommodum, scio; atque hoc recte etiam à *Cap-
pello* adversus *Cloppenburgium* urgeri sentio *p.* 168.
sed & Paullinæ Historiam commode interponi, lar-
gior eidem, Tibique; quanquam non video, quî
hanc dicas extitisse causam pellendorum Roma Ju-
dæorum; cum huic facto non Paullinæ negotium,
sed Judæorum Romanorum improbitas ansam sup-
peditâsse Josepho dicatur *cap.* 5. & Scriptores gen-
tiles conjungunt eventus, quorum causæ erant sa-
ne diversæ. Cæterum illa de Christo pericope un-
de? Et annon insuavis illa in tam pauculis illis li-
neis repetitio: Γίνε) ἢ κατὰ τȣ̃τον τ̃ χρόνον, *eodem
tempore fuit, &c.* Et: Καὶ ἀπὸ τȣ̃ς αὐτȣ̃ς χρόνȣς, *cir-
ca ea ipsa tempora* (quod ultimum non potest ad
Christi miracula patrantis, passi ac resurgentis; sed
89 prioris seditionis tempora referri; per illam ipsam
etiam conjecturam tuam, quam mox adducam)
Græco Livio indigna Tibi videtur? At Tu tem-
poris ratione testimonium hoc insertum censes val-
de memorabile. Hîc igitur Tibi incumbunt, quæ-
cunque objicit Cappellus apud *D. Majorem lit. E. b.*
non minus memorabilia. Detur enim ratio, cur
Flavius ea itidem suis locis non commemoravit?
Imo ut Historiæ Euangelicæ satis negligentem, si
non penitus imperitum agnoscas, causam incarce-
rationis Baptistæ eam assignat; ubi qui Josephum
maxime excusatum eunt, fateri necesse habent, si
non contraria Euangelistis, diversa tamen ab eis
scripsisse. Conjectura tua de ista pericope, hûc
loci relatâ à Scriptore, quasi causam reddere vo-
90 lente præcedentis infortunii, firmatur testimonio
Eusebii libr. II. cap. 6. atque arguit, non fuisse plum-
beo ingenio, qui de suo, ut mea quidem fert opi-
nio, aliqua Josepho assuit, adeo convenienti loco
id facere aggressus est, ubi probabiliter lateret.
Mittis autem eam, & facile apparet, Eusebium,
qui ipse sentiret, exposuisse. Quicquid hujus sit,
oportet ante constare, *sitne ille locus Josephi*, quam
hîc eo ipso ad dictam causam respexisse statuatur.
Hieronymianæ citationi adhuc insisto, atque *Eu-
sebii libr. II. cap.* 23. percurrens, non possum non
sentire, hos Patres hactenus fuisse deceptos; se-
cumque alios in errorem abripuisse. Allegant e-
nim tanquam formalia Josephi verba, quæ hodie
nuspiam, aut aliter, in Josepho legas. Ita *Euse-
91 bius* lit. B. *Josephus non detractavit etiam hoc scripto
testari, cum his verbis loquitur: Hæc contigerunt Ju-
dæis ultionis causa propter Jacobum justum, qui erat
frater Iesu, quem Christum nominant. Judæi siqui-
dem illum, cum justissimus esset, occiderunt.* Subji-
cit deinde alium locum è *libro XX. Antiq.* de cæde
Jacobi fratris Iesu, qui Christus dicebatur; hodie
comparet: *Jacobus frater Iesu Christi.* Equidem
Photius Cod. CCXXXVIII. p. 978. de Flavio agens,
vocat *fratrem DOMINI*; non ex hujus, sed
propria mente, quomodo *p.* 967. *med.* occasione
Herodis nascentis Christi, & Bethlehemitici infan-
ticidii mentionem facit. Similiter *Suidas*, etsi pe-
ricopen de Christo exhibet, *tribuit* tamen *Flavio*,
scripsisse, propter cædem Jacobi Apostoli vastata
92 fuisse Hierosolyma, & Baptistam vere fuisse Pro-
phetam; quorum *neutrum* hodiernus *Flavius asserit*.
Cæterum locus *Eusebii* Tibi persuadebit, quæ *Hie-
ronymus* in eundem sensum allegavit, non scripsisse
eum, quasi secutus sit loquentem ex consequentia.
Ac textus *libr. XX. Antiquit. cap.* 6. loquitur de pri-
vatis; Jacobus à Concilio publica autoritate damna-
tus est: ille de occisis in templo, in Jacobo au-
tem tollendo ordinarium supplicium servatum est,
ipse scilicet urbe eductus ad modum Stephani *Act.
VII.* 57. Vide etiam *Majmonidem* apud *Schickar-
dum in Mischp. p.* 104. *ab init.* Quid igitur miri,
Hieronymum & Eusebium in recipienda aliqua par-
ticula Josephi errasse; qui toto errasse libro Flavii
videntur; certissime autem Eusebius, qui *lit. F.* &
A. in fine, bis Ἰώσηππον memorat; qui Hieronymi 93
indicio, erat *Egesippus?* Frustra autem objicitur,
non fuisse facile, aliquid in Josephum inferre; cum
in relatione de Jacobi obitu id aperte prodant *E-
gesippus*, *Clemens Alexandrinus*, *Eusebius*, *Hieronymus*,
Suidas? Fuerit periculi plenum, at non majoris,
quam in Novi Testamenti Codicem dictum inge-
rere. *Si quis propterea secundo exosculatus fuerit, quod
id illi placuerit, &c.* ut est apud *Justinum Martyrem
Tom. I. p.* 263. *in Athenagoræ pro Christianis Oratio-
ne.* Et quid ipse *Justinus Tom. II. p.* 142. de textu
lxx. Interpretum circa quædam loca sentiat, lege-
re est apud *D. Glassium Phil. Sacr. libr. I. p.* 141. *sq.*
Qui itaque integros libros in negotio fidei, non
tantum vaticinia supposuere, ut *loc. cit.* & *p.* 22. *a.*
item *p.* 144. testatur Casaubonus, qui manum ne à
Divinis scriptis abstinuerunt, hos periculum me- 94
tuisse putabimus, cujus erant in tam pia causa, ut
ipsis quidem videbatur, ego tamen probare non
possum, appetentissimi? Ita olim altaria gentilium
diruerunt, idola confregerunt, Judæorum Syna-
gogas succenderunt, ausu privato, bono (ut pu-
tabant) inducti zelo; sed revera *errore non excusan-
do, quem sæpe postea martyrii falx correxit*, ut lo-
quitur *S. Augustinus.* Illa autem *Sozomeni* senten-
tia, quam *libr. VI. c.* 2. *pr.* proponit, plane ut im-
pia, ab omnibus, vera de officio subditorum erga
Magistratum edoctis, rejicitur. Sed & in publi-
cas Bibliothecas recepti sint libri Josephi, quan-
quam hic ipse, & *Hieronymus* & *Suidas* non nisi de
libris, bellum Judaicum complexis, loquuntur;
Eusebius autem indefinite, non universaliter: Quid 95
sanctius putamus asservatum Actis Pilati præsidis,
in causa Christi, quæ pressisse iniquum suo etiam
judicio virum, credibile est, quantum licuit. Ad
Christianos tamen emanârunt, ut est apud *Euse-
bium libr. II. c.* 2. Et jam circa medium seculi *ter-
tii* imperio præfuit *Philippus*, Christianis sacris ini-
tiatus; sub *secundi* autem annum xx. floruit *Cle-
mens Alexandrinus*, qui forte aliquid in gentili re-
formando molitus. Hoc magis appareret, si præ-
sto essent *libri Hypotyposeon*; vel constaret de auto-
re *libri de Universi natura*, quem allegabat Photius;
liqueret item, hunc inter alios referendum, quos
scripsisse Flavium, memorat *Eusebius libr. III. cap.*
10. E dictis tamen hoc relinquitur, aut vacillare
Patrum autoritatem in allegando Josepho, aut hunc 96
malam manum passum. Hoc posterius non etiam
in Ethnicis Scriptoribus contigisse, forte causa est,
quod parce ac verecunde talia tentanda prudenter
judicârint infartores; ne dolus patesceret citius ju-
sto in auctoribus, qui gentilibus magis erant triti,
quam Flavius Judæus: præsertim cum alias essent,
quibus istos urgerent, à Judæis vero instructis co-
gnitione Bibliorum in authentico, Christianis hâc
in parte imparatis, plus esset, præsentisque peri-
culi; ideoque dolo bono viderentur revincendi,
medio bonitatem sibi à fine, quem rectissimum si-
bi persuadebant, propositum habere, pollicente.
Hæc mihi istorum intentio fuisse videtur.
Accedit ipsa Josephi consideratio. Non vocat 97
Salvatorem, ut supra apud Eusebium, *quem Chri-
stum nominant*, vel: *qui Christus dicitur*, ab asseclis
scilicet, & vulgari verbo, uti moderni adhuc Ju-
dæi eum appellant der Christen *Maschiach*, & nos
Meschichiim, sed: *Christus*, inquit, *hic erat.* Du-
bitat, fasne sit, eum *virum* nominare, intelligens
humana conditione superiorem; adeoque *Deum*, uti
censuit etiam Sozomenus. Nam, quod apud Te
di-

dictum sit, cum *D. Major lit. E. a.* ἄνδρα dixisse vult Josephum, ut respexerit ad Ebræorum *filium hominis*, i. e. plebejum, terræ filium; male æstimat Scriptoris stylum, si cujusquam, græcissantem ex Hebraïsmo; ut alia omittam, quæ hic dici possent. Eadem de causa frustra *D. Müllerus* in Judaismo exempla è Veteri Testamento congerit,
98 quibus ostendat, non ineleganter à Flavio dictum: κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον &c. Et: ἀπὸ τῆς αὐτῆς χρόνης &c. Insuper cum tantum, talemque descripsisset, confirmat, *vivum suis tertia à morte die apparuisse*; idque *juxta testimonium Prophetarum divinorum*. Hæc quidem Autorem non in confinio, ut loqueris, sed claro lucis jubare positum arguere mihi videntur, *Rom. X. 9. Joann. XX. 31.* Fateor non omnibus Judæis velamen incubuisse, fuisse aliquas electas reliquias, *Rom. XI. 7.* At si in harum numerum fuerit Josephus collocandus, ut illud testimonium ab ipso sit profectum; jam necesse est, dicamus, fuisse ad Christum conversum. *II Cor. III, 16.* quod illi ipsi Scriptores Ecclesiastici, quos citas, non admittunt. Non ipsi nego virtutem, atque odium
99 vitiorum; Christianismum, quem illud testimonium plenis velis invehit, ipse ei tribuere non audes. Aut enim ex animo, quod ita sentiret, scripserit; aut in gratiam Flaviorum, quod conjicis. Vide autem quantum de ejus laudibus datrahas, dum sentis scripsisse in gratiam gentilium ea, quibus ipse in conscientia adstipulari nequibat. Et num voluisse ita gratificari arbitraris *Flaviis*, ut non dubitaret se *Domitiani* odio, quod in apertam persecutionem paullo post erupit, exponere? Quæ de Baptista & Jacobo scripsit (intelligo autem de hoc posteriori ea, quæ citat ex ipso *Eusebius* è *lib. XX. Antiq.*) genuina credo; quanquam ut supra audivisti, de Joanne aliquantum dissentit *Suidas*. At unde constat, Josephum novisse, illum fuisse Chri-
100 sti præcursorem? Neque etiam hunc dicit fuisse Apostolum, & laudes, quos in utrumque congerit, præscindunt à religione; secus in Salvatore nostro se res habet. Et quomodo in Antiquitatibus modo *Christum* appellet, modo *eum, qui Christus dicebatur*? Quare illud de Christo minime redditur probabile, è facta Baptistæ & Jacobi mentione. Abominandam an fecerit Flavius, postea dispiciam; hactenus enim Cappellum tueri placet. Et quid ille Apostolos cæterosque Christianos curârit, ab ineunte ætate sectas Judæorum pervagatus, postea miles, qui meminerat gentem suam per fictitios Christos toties delusam; nunquam sibi persuasurus, eum esse verum, cujus discipulos, ut vulgo audiebant, tam abesse à Messiæ requisi-
101 tis videbat, qualia passim in animis Judæorum obtinuerant, scilicet de regno terreno? Mihi, potius videtur è numero Sapientum hujus seculi fuisse, de quibus Paulus *I Cor. I, 26. & cap. II, 6, 8, 14.*

De MSS. rogo, ut moram tantisper feras, dum responsum à *D. Major Jena* recipio, quem eo nomine compellavi. Et fac, nulla vel illum, vel me exhibere posse; spero Te aliter judicaturum, ubi modo dicta expendere dignaberis. Hæc Tibi videbuntur evincere, pericopen de Christo Flavii non esse: Jam ulterius dispiciendum, malisne cum Cappello eam nude tollere; an in sublatæ locum cum Cloppenburgio substituere scævam relationem de Christi nativitate, quam è Rabbinorum traditione hauserit Flavius? Aliquam enim fuisse, indicium
102 feci è Gorionide *th.* 27. & è Juchasin *th.* 139. patescit itidem è loco Talmudico, qui in *Synagoga Judaica* citatur *p.* 107. cum iis collato, quæ conversi è libro *Toledoth Jeschu* recensent; de quo tamen nunc non admodum laboro, uti nec, cum in Abravanelem scriberem, de sententia, quam nunc assero, eram solicitus. Id enim tantum spectabam, ut Munsteri suspicionem amolirer, de Gorionide Hebræo, qui malitiose sustulerit magnificum de Christo præconium.

Et monebo utique sub finem sectionis posterioris lectorem, ut in *th. 29. lin. 3.* pro (*vel, quod verisimilius factum fuisse*, substituat: *nec non*, & *lin. 5.* pro: *hæc, illa*, & *lin.* 10. pro: *Flavio*, *Gorionide*, & *lin.* 11. post illa: *à nostris*, suppleat: *in Flavio.*

Virginalem verecundiam apud Judæos vix requires, quibus ipsa se in hoc præsertim fidei negotio 103 nunquam credidit; & nescio, an non istorum risui nos exponamus, urgendo testimonium autoris, quod quî genuinum esse confirmemus, atque adversus objecta vindicemus, fateor, me adhuc ignorare; atque adeo Te rogo, *Vir Clarissime*, si quid est, quo mihi succurras, in regiam me allabores reducere. Ego obsequium ac gratitudinem nunquam intermorituram ex animo promitto. Bene vale, & me Tibi commendatum habe. Scribebam die 1. Decembris, Anno 1646.

CL. atque Excell. Tuam impense æstimans.

EPISTOLA III. 104

M. SEBALDO SNELLIO
Christ. Adamus Rupertus
S. P. D.

Photii silentium defenditur. *Ejus in excerpendo lectio interrupta. Locus ille non est luxatus. Historici veteres* non curiosi verborum. *Notatur Sigonius.* Repetitiones Livio *non inusitatæ. Historici multa*, quæ debebant, *non commemorarunt. Petitio Flaviorum.* Fluctuantes in religione, *ritu Aulicorum. Tales erant* Procopius, Hesychius Milesius, *&* Joannes Lydius. *Cappellus* præfertur *Cloppenburgio. Utriusque in* L. Æmilio Paullo *lapsus. Cappellus* Q. Æmilium Paullum, *male pro*, L. Æmilio Paullo *Consulem constituit.*

P*Ræstantissime Dn. Magister:* Acceptissimis literis tuis respondere cogor ἀκηδῶς, quia mentem di- 105 versæ cogitationes huc illuc trahunt. Forte nec istis opus est. Video Tibi placere Helenam tuam, nec ego rapere velim, Paridi, ut nosti, dissimillimus. Ecquis, quæso, disputandi finis erit? Quum, deficientibus MSS. conjecturis, saltem hîc agendum sit, eæ nunquam Te, nunquam me, deficient; fietque adeo, quod dicitur, *Thuscum jurgium.*

De silentio Photii, quæ debebam, haut dixi, fateor. *Lassa manus spectabat ad epistolii clausulam*, ut ita cum *Seneca* [a] loquar. Tu fecisti, quod Oratores facere jubet *Cicero*, [b] & argumentum fortissimum validissimumque constituisti in prima acie. Nondum tamen (quod pace tua dicam, *mi doctissime SNELLI*) plene persuades, ut credam, 106 Josephi locum in codice, quem Photius excerpsit, haut extitisse.

Primo notabis *interruptam Photii lectionem.* Quum excerperet libros belli Judaici, & alterum suppositititium de Universo, nondum erat ad manus volumen Antiquitatum. Cur enim alias interpositi essent autores XXVII? Hinc illa, ut opinor, calidior ratio: *Quia CHRISTI nimis honorificam mentionem facit hic liber, non est Josephi.* Aliter respondisset, si libros Antiquitatum habuisset junctos. Nosti tumultuarias esse id genus Ἐκλογάς, & has quidem in aliena terra, dum Legati munere fungitur, scriptas. Multa levi brachio manuque transmissa, quod ea Tarasium jam scire crederet, fate- 107 tur ipse. Accuratior fuisset ἐν ἐπιτομαῖς, quarum gustum nobis dedit in *Philostorgio.* Conjectura hæc est, inquis, alga vilior. Esto vel re viliori vilior. Interim Codex CCXXXIX. suspicionem mihi facit, testimonium illud de Salvatore Photium in eo reperisse. Ita cædem Joannis Baptistæ, passionem Chri-

[a] Epist. XXVI. [b] II. de Orat. 77.

Christi, & præcipue Jacobi lapidationem narrat; ut Josephi filum secutus videatur. Admiscet, nescio quo jure, sua, & inter hæc fortasse nativitatem quoque Christi; de qua in Josepho nostro ne γρῦ quidem. Absolvam me (tædet enim plurium) & quod sentio, dicam; & quantum decet, largiar. Videri potest Photius, suspectum habuisse testimonium Josephi; nec tamen ausum resistere aliis nu-
108 dis suspiscionibus inductum. Hinc ita rem simul & posteritatem intricavit, ut nesciamus, illane tota ipsius sint, an ex parte Josephi? Simul censuræ suæ prospexit *Cod. XLIIX.* Quod si adhuc urges, instas, invadis, facies ut incalescam; &, posita virginali verecundia convertam in Te horribilem machinam tuam: *Quia Photius obscœnam illam narrationem silet, quam immittere vultis Josephi textui, somnium est, & Nævii butubata.* Hoc argumentum credo me facilius probaturum doctis.

Secundo, videtur Tibi luxatus etiamnum locus. Concedis historiam Paullinæ insertam ideo, ut pateret causa pulsorum Ægyptiacorum sacrorum; cui parem aliquam narrationem nuper quærebas in superioribus, mihique adeo præbebas occasionem lon-
109 gius à Te recedendi. Conjecturam etiam meam firmas ex Eusebio. Nihilominus diverticulum de Christo nimis molesta res est. Impostorem, qui assuit, non fuisse plumbeo ingenio censes; & tamen in nexu & verbis deprehenditur ut sorex. Sed, quod caput est, indigna *Græco Livio* (ita Josephum appellavi ex *Hieronymo*) repetitio: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, *&c.* Et mox: Καὶ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, *&c* Miror, Te tam delicatos, tamque verborum ubique curiosos putare Historicos veteres! Ipsum *Josephum* consule *libr. XX. Antiq.* & habebis in uno *cap.* 6. repetita eadem verba: Ἀφικνεῖται δέ τις, inquit, ἐξ Αἰγύπτου κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. Et post non multas lineas: Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ὁ βα-
110 σιλεὺς Ἀγρίππας, *&c.* Non dubito, quin & alia sint, sed non otium mihi colligendi. In Romanorum Livio quondam *Sigonius* aspernatus est, non quidem similem, repetitionem tamen. Unum eundemque, dicebat, quis credat iterum iterumque *Prætorem Urbanum* appellari? Sed docuit ætate nostra *Gronovius* ad *Livii libr. XXXIII. c.* 21. non esse Livio insolentes id genus repetitiones. Profecto ita res est. Sæpius in Auctoribus frustra regnum exercent logodædali. Liberiores illi sunt, & in angustioribus occupati verba jungendi, ut ita loquar, & similia insuper habent. Παρεκβατικοὶ quoque λόγοι diverticula passim magno numero. Remittis me ad Cappellum, ut illi respondeam. Ni fallor, illud est quod æstimas: *Si Josephus ita de Christo*
111 *scripsisset, meminisset etiam nativitatis, &c.* Iterum dico, abesse debet à lectione Veterum hic rigor. In historia Romana quanta multitudo eorum, quæ debebant, nec memorata sunt! Homines sunt, & bibunt aliquando de flumine Lethes. Tam varia, tam multa mentem obruunt. Nec omnia statim ad institutum faciunt, etiamsi in animo sint. Quam leve est, quod ex odio in Christianos & Salvatorem nostrum siluisse putat cædem infantum Bethlehemiticorum? Potuisset cædem commemorare, suppressa causa, quam apud Euangelistam legimus. Quam falsum in tota historia Josephi nec volam nec vestigium extare de discipulis Christi! Tollat illud de Jacobo, si potest. Atque hæc ad *binas conjecturas* tuas. Intelligis, ut opinor, nihil hîc firmiter
112 concludi. Sinendus igitur locus intentatus, ut nos jubent, qui emendandi regulas tradiderunt. Si MSS. codices indicaverit *D. Major*, vel alius, dabo victas manus. In istis potissimum situm est. Sine iis tota nostra disputatio nil erit, nisi Andabatarum pugna; quoniam conjecturæ certæ & liquidæ desunt. Expectabo lubens, dum *Jena* responsum veniat, sed nec Te festinare jussi.

Cetera epistolæ tuæ, quibus doces, Josephum corrumpi potuisse, Hieronymum & Eusebium errasse, de libris Antiquitatum incertum esse, an in Bibliothecam publicam sint recepti, jam mitto. Neque etiam hic monebo, quæ alicubi pro me dici possunt, & alicubi contra Te; præsertim de *Philippo latrone & parricida*, non Christiano. Profecto vix tempus est auribus, quod ajunt, scalpendis.

Josephi personam quod attinet, certum est, non 113
parum me detrahere autoritati, si conjecturam meam locum habere volo, de *petitione Christianorum Flaviorum.* Hoc stante, cadit illud, sincere fuisse Christianum: Sed eam tantum proposui, non recipiendam dixi. Num vero tam absurdum est, si dicam, modo *in mero lucis* Christianæ *meridie* videri positum, modo in *crepusculo?* Tales omnes, qui nutant fluctuantque. Dubia miscent certis, progrediuntur & resiliunt, constantes in levitate sua. E veteribus Scriptoribus occurrit hujus commatis *Procopius*, qui *de nostræ religionis mysteriis ita dicit, ut ab iis modo alienus, nonnunquam recte sentire videatur;* quæ sunt verba *Nicolai Alemanni præf. in Arcan. Historiam p.* 10. ubi notat, *Hesychium Milesium* & *Joannem Lydium* eadem ambiguitate lusisse; 114
nec raram fuisse istiusmodi hominum turbam, *Justiniani tempore;* & quidem *in aula Imperatoria.*

Pro Cappelli & Cloppenburgii epistolis, mecum communicatis, ago Tibi gratias. Risi suaviter, cum utrumque de *L. Paullo Æmilio* Consule judicantem legerem. Magni facio Cappellum præ Cloppenburgio: Sed profecto hîc cœcus cœco viam. L. Æmillius Paullus, quem *Valerius Max. libr. I. cap.* 2. *ext.* 3. scribit *Isidis & Serapidis fano securim primum infixisse*, Consul est anni 703. ante Christum natum 47. collega C. Claudii Marcelli. Nam *eo anno SCtum factum est de Serapidis Isidisque fanis diruendis*, ut aperte scribit *Dio libr. XL. p.* 142. In aliis annis, quibus ex Paullorum familia oriundi Consules fuere, nihil reperimus tale. Unde mirum in *Pighio*, tanto antiquario, cepisse locum Valerii 115
de *L. Æmilio Paullo* Coss. A. U. 534. cujus res memorabiles omnes fuse descriptas habemus à Livio; sed in eo hac de re silentium altum. Cloppenburgius & Cappellus falluntur, si quicquam ad historiam, de Paullina & pulsis Ægyptiis sacris, à Josepho relatam, facere putant. Ut dixi; quod Valerius scribit, referendum est ad annum 703. hoc, quod Josephus ad annum 771. quo Consules fuerunt M. Junius Silanus, L. Norbanus Flaccus, si *Tacito* credimus; vel, si *Josephum* sequimur, ad recentiores Imperii Tiberiani annos. Deinde non bene docet Cappellus, anno Imperii Augustæi XLIV, Consulem fuisse non *L. Æmilium Paullum*, sed *Q. Æmilium Paullum;* corruptissimi fuerunt Fasti, qui 116
hoc illum docuerunt. Imo Consul eo anno cum C. Cæsare, Augusti F. adoptivo *L. Æmilius Paullus*, *L. Æmilii Paulli Lepidi Censoris F. L. Æmilii Paulli*, qui fano Serapidis primus admovit manum, *Nepos.* Vide Inscriptionem Neapolitanam, apud *Pighium in A. U.* 753. *p.* 531. & Indiculum Consulum apud *Dionem p.* 548. *edit. Leuncl.* Et hæc hactenus. Bene vale, *mi charissime*, Dabam Altd. d. III. Decemb. A. S. CIƆ. IƆC. XLVI.

Virtutum ac Eruditionis Tuæ cultor perpetuus.

EPISTOLA IV. 117

CHRIST. ADAMO RUPERTO

Sebaldus Snellius

S. P. D.

Snellius pro monstratis erroribus gratias agit. Responsum à D. Majore Jena *expectat.* Codicum Græcorum *fidem explorat.*

Clarissime, atque Excellentissime Domine Professor, Præceptor honoratissime: Quæ transmisisti, magna cum voluptate perlegi; ac sunt aliqua, in quibus Tibi absentire non possum: adeoque *gratiæ* à me debentur *non vulgares*, quod *errores comiter* mihi *monstrare* dignatus es. De cæteris mentem Tibi aperiam meam, cum *Jena* responsum accepero;
118 quod propediem futurum confido. Paucas scripsi ad *D. Majorem* lineas, neminem nominavi; saltem rogitans, indicium mihi faceret istorum, quos laudat, *codicum Græcorum*; *quot*, *& cujus antiquitatis sint*: & num *visi*, vel *auditi* tantum? Bene vale, Vir Excellentissime, & fave. Scribedam d. VIII. Decembr. Anni 1646.

Cl. atque Excell. Tuæ observantissimus.

EPISTOLA V.

D. THOMÆ REINESIO
Christ. Adamus Rupertus
S. P. D.

Josephi testimonium à Patribus *pro* genuino *habitum. Communis* Criticorum Regula. *Ille* de Christo *judicavit* honestius. *Veterum Scriptorum* ambigui-
119 tas. *Connexio rerum ostensa.* Cloppenburgius *notatur.* Repetitiones *Flavio familiares.* Potissimum *Snellii* argumentum. *Photii lectio* interrupta. *Scriptio Eclogarum* tumultuaria. *Idem Flavius rem de industria implicuisse videtur.*

Vir Nobilissime, & Excellentissime, Adfinis pl. honorande: Ad Epistolas Tuas [a] acceptissimas suavissimasque nihil me per totum annum rescripsisse, magno mihi dolori est. Quod quia tam ingenue confiteor, puto Tibi satisfactum: Tædet pigetque veteris illius næniæ: Occupatus fui; rerum mearum is status erat, qui meliorum literarum tantum non oblivisci coëgit — Locum apud *Josephum lib. XVIII. Antiq. c.* 4. de Salvatore nostro an
120 γνήσιον judicas? Quem à tot seculis intentatum reliquere Critici, & pro genuino habuerunt *Hieronymus*, *Eusebius*, *Isidorus Pelusiota*, *Sozomenus*; & è recentioribus *Casaubonus Exerc. II. adv. Baron. num. 2. p.* 170. Eum hodie solicitarunt *Cloppenburgius* & *Cappellus*; quorum sententiam secutus est *M. Sebaldus Snellius*, juvenis doctissimus, Alumnorum Noricorum Inspector, in *Examine Abravanelis, num.* 27. *& seqq.* Misi hîc *Examen:* sed desunt quædam, nondum impressa, quæ accipies alio die. Suasi ego, sequeretur potius communem Criticorum regulam, *nihil esse corrigendum*, *expungendum*, *infarciendum*; *nisi vel MSSti veteres boni fidique addixerint*, *vel conjecturæ claræ*, *liquidæ*, *certæ sint.* Addidi, non esse mirum, Josephum de Salvatore nostro judicasse benignius, qui Johannis Baptistæ
121 *l. eod. c.* 7. & Jacobi, fratris Iesu Christi, *lib. XX. c.* 8. honorificam mentionem fecerit. Et quamvis hîc in mero meridie lucis Christianæ videatur positus, alibi tantum in crepusculo; non id illum turbare debere. Χαλεπὸν εἶναι μεταδιδάσκειν. E Scriptoribus veteribus simili ambiguitate lusisse *Procopium*, *Hesychium Milesium*, *Joannem Lydium*; de quibus *Alemannus Præf. in Arcanam Historiam*, *pag.* 10. Argumenta denique *Cloppenburgii* & *Cappelli* nimis esse invalida. Videri enim omnia in *d. c.* 4. quam optume inter se devincta, nusquam hærere vel diffluere auctorem. Cum narratione superiori de Judæorum clade *pulchre connecti*, quæ paullo post narret de iisdem Roma pulsis: *Paullinæ historiam* insertam ideo, ut pateret *causa pulsorum Æ-*
122 *gyptiacorum sacrorum*; quorum fortunam cum Judæorum calamitate similiter jungant *Tacit. lib. II. Ann. c.* 85. §. 4. *Sueton. c.* 36. Inepte negotiosum esse *Cloppenburgium*, qui comminiscatur aliam connexi rationem. Nihilominus ille retinet Helenam suam. Indigna Josepho, inquit, repetitio: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, &c. Et mox: Καὶ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους. Respondi, frustra hîc regnum suum exercere Logodædalos. Ipsum *Josephum lib. XX. c.* 6. legere jussi, ubi bis eadem verba, non multis interjectis lineis. Potissimum est, quod urget ex *Photii Cod. XLVIII.* Si Photius *librum de Universo* non credit esse Josephi, quod nimis clare loquatur de Josepho; sit consequens, testimonium illud *lib. XVIII. c.* 4. in Codice non reperisse. Colligit etiam nonnihil è *Cod. XXXIII.* ubi *Photius* notat Justum, quod communi Hebræo-
rum nihil dixerit de Christo. Sic igitur conclu- 123
dit: *Si Photius invenisset apud Flavium aliquam de Christo mentionem*, *utique collaudasset ingenuam in hoste quoque virtutem*; *uti contrarium in Justo illo vituperat.* Rescripsi, notandam in Photio *interruptam lectionem.* Cum excerperet *libros belli Judaici*, & alterum suppositum *de Universo*, nondum ad manus fuisse *volumen Antiquitatum.* Cur enim alias interpositi essent auctores XXVII? Hinc illam videri calidiorem rationem: Quia Christi nimis honorificam mentionem facit hic liber, non est Josephi. Aliter responsurum, si libros Antiquitatum contulisset una. *Tumultuarias* esse has ἐκλογάς, *& in peregrinatione* scriptas: accuratiorem futurum
fuisse ἐν ἐπιτομαῖς, quarum gustus superfit in *Philo-* 124
storgio. Spreto hoc responso, dedi aliud, *Codicem CCXXXVIII.* suspicionem mihi facere, testimonium de Salvatore à Photio lectum. Ita cædem *Johannis Baptistæ*, *passionem Christi*, & præcipue *Jacobi lapidationem* referre, ut Josephi filum secutus videatur. Admiscere quidem alicubi sua, atque ita rem implicare, forsan de industria; ut consulatur iis, quæ scripserat *Cod. XLIIX.* Hæc, & alia multa, inter nos dicta, scripta, quæ valde rogo ut censeas. Viden', quantum de humanitate Tua mihi pollicear? — Bene vale, *Vir Nobilissime*, mihique favere perge. Scr. *A.* 1646. XVI. Decemb. ob parentis mortem jam ab anno 1623. furvo, & inauspicato. Ignosces igitur, si quid à me scriptum secus.

EPISTOLA VI. 125

CHRIST. ADAMO RUPERTO
Thom. Reinesius
S. P. D.

Testimonium hoc à variis solicitatum. *Josephus æque ac Pilatus Christum* τὸν λεγόμενον *vocarunt. Vanus* Osiandri *metus. Photium* recentiorem vetusti *prævalent. Photius in Excerptis haud raro à Josepho* abit in historia N. T. *Photius ea* infarcit, *quæ in Josepho nusquam inveniuntur.*

Adfinis suavissime: Merito habuisti fiduciam animi mei, cum mihi satisfactum existimas de tam diuturno silentio ingenua confessione, quam amplector. Procul habeo omnia, quantum ad Te,
quæ ut male suspicentur, irritare solent homines, 126
& angere. Redditæ mihi sunt tuæ, etsi serius; altero nimirum mense, ex quo scriptæ essent: nihilo tamen minus plusquam gratissimæ ob desiderium, quod auxerat cunctatio. — Testimonium, quod *Fl. Josephus lib. XVIII.* Ἀρχαιολ. *cap.* 4. Servatori nostro perhibuit, non hodie primi solicitârunt *Jac. & Ludov. Cappelli*, *& Johannes Cloppenburgius.* Nam & *L. Osiander Cent. I. Hist. Eccl. lib. II. cap.* 7. à sciolo quodam; & *Hub. Gifanius JC.* teste *D. Seb. Lepusculo in Epist. ad M. Severinum Ertzbergium*, Ord. Philos. Decanum scripta *Basileæ A.* 1559. d. 24.

[a] *Integram in Th. Reinesii Epistolis, num. LXIIX. invenies, ex qua hæc de loco Josephi excerpsimus.*

24. *Febr.* à Christiano quodam Patre insertum esse existimârunt. Etiam *Rich. Montacutius in Var. Lect. & Notis ad Euseb. lib. III. Demonstr. Euang.* ista apud
117 Josephum verba: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, è glossemate & marginali annotatione lectoris Christiani irrepsisse: cui neque hoc adsentior. Cur enim Josephus Judæus de gentili suo Iesu, quod *vulgo haberetur pro Christo* (sic enim etiam *lib. XX. cap.* 8. Jacobum fratrem Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ appellat, quæ Verba *Photius* non expressit, satis habens ἀδελφὸν κυρίου, cum ore tamen Josephi loqui videri vellet, nominâsse) dicere non poterat; cum Pilatus multo à Christo alienior, & cum invincibili Messiæ ignorantia Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστὸν, *Matth. XXVII*, 22. sonuerit? Uterque nimirum ex opinione hominum tum vulgata locutus est; & propterea metus vanus est, quo cruciatur *Osiander*, ne, si Josephum ita scripsisse asseramus, Christianum fuisse ipsum nos
128 dicere oporteat. Sentin' acùmen viri? Imprimis autem futile est, quod à Photio negative contra Te argumentari ausus est *M. Snellius*, qui de eo satis responsi abs Te ex intima Photianæ πραγματείας, & instituti excerpendi autores ratione accepit; & cedere igitur debet, si est εἰρηνικὸς, ἐπιεικὴς, εὐπειθὴς, quales facit ἡ ἄνωθεν σοφία, *Jacob. III.* 17. Unum *Photium* recentiorem tot vetusti, puto, prævalebunt. Ipsa Excerpta Antiquitatum Josephi, quæ *Cod. CCXXXVIII.* exhibet, quota quæque particula sunt diffusi operis? Et quis fidem ejus, è Josepho non alia plura excerpsisse, vel excerpturum fuisse, si integrum opus instituisset ἀνακεφαλαιῶσαι, *Photium*, nobis facere poterit? Quantum *abierit à Josepho*, cuivis contendenti ob-
129 vium est; *præsertim* in illis, quæ *Novum fœdus*, & *Historiam Euangelicam Apostolicamque* attinent. Infercit *fol.* 976. de Jacobo, decollari jusso ab Agrippa; & de Petro, quem Josephus scilicet κορυφαῖον τῶν μαθητῶν indigitaret, ad supplicium rapiendo: quæ *Act. XII.* leguntur, in nostris Josephi exemplaribus nusquam; quantum memini. Quæ desunt in Snellianis, ea mihi curabis; & si quæ præterea edentur hujus generis. Aveo etiam legere Cl. Hackspanii notas in R. Lipmanni Nizachon. Τὸ לתרבות רעה in *th.* 39. velim mihi interpretetur *M. Snellius*, &c.

Nota: Integra epistola, quæ apud Reinesium extat *num. LXIX.* post obitum B. Ruperti Altdorffium fuit allata, dataque d. XII. Maji, cIↃ. IↃc. xlvii.

130 Epistola VII.

D. THOMÆ REINESIO

Sebaldus Snellius

S. P. D.

Reinesii judicium de silentio Photii *probatur*. Osiander *defenditur*. Hieronymi *exemplar* cum nostris *non convenit*. *Scrupulus*, defensionem Montacutii *concernens*.

IN judicio tuo, *Vir Excellentissime*, de silentio Photiano circa locum Josephi ingenue acquiesco. Hoc unicum quærere liceat, quomodo non recte inferat *Osiander*, si ita scripsisse Josephum asseramus, sicut nostra habent exemplaria, Christianum fecisse ipsum dicere nos oportere, sive, *ut ego lo-*
131 *quor*, Christianismum illud testimonium plenis velis invehere? Neque enim nostra exemplaria, quod sciam, legunt, Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστὸν, quomodo sane *S. Hieronymus* præter alios, quos attuli, *Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum*, in Josepho allegat; ubi nihil diceret Osiander: sed, ὁ Χριστὸν οὗτος ἦν, &c. quod contra *Montacutium* defendis esse genuinum. Hunc ut mihi *scrupulum* eximas, valde oro. Apponam vero etiam verba *Dn. D. Majoris* è literis, quas ad me dedit, &c. Altdorffi, d. vii. Jul. A. S. cIↃ. IↃc. xlvii.

Epistola VIII. 132

M. SEBALDO SNELLIO

Jo. Tob. Major D.

S. P. D.

Josephi Codex MS. in Academia Cantabrigiensi. *Locus ipse* suspectus. *De Notis Snellianis* in Abarbanelem. *Illius* judicium.

VIr *Clarissime & eximie Docte, fautor & amice honorande!* Citius equidem ad quæsitum tuum epistolicum respondissem, si per occupationes multas licuisset. Nunc jam occasionem nactus sat commodam significo, me *ad Acta* loqui, non de Codicibus impressis, sed manu exaratis; quorum copiam mihi aliquando fecit Vir amicissimus, *Abraham Whelocus*, *Bibliothecarius Academicus Cantabri-* 133
giensis, & tum temporis, cum Angliam peragrarem, *Professor Linguæ Arabicæ*. Eos recentissime ex Oriente allatos, cum de his talibus confabularemur, juxta cum aliis cimeliis sat pretiosis, pro ea, *qua exteros prosequebatur*, adlubentia & prothymia, mecum communicabat: Ex eo *dubium* mihi, & *suspectum* usque visum fuit testimonium illud incomparabile, quod Josephus Salvatori nostro dedisse *vulgo creditur*; donec in scripta adversaria *L. Cappelli* & *J. Cloppenburgii* incidissem, qui *me non parum confirmârunt*. Ceterum ad rem ipsam quod attinet, video Te illis esse ὁμόψηφον *in notis ad Abarbanelem* eruditissimis, quas summa cum jucunditate & aviditate perlegi, ultimam manum abs Te non tam expectans, quam efflagitans. Ita e- 134
nim Te *genuinum pullum* Viri & amici mei *Hackspanii* ostendes, quem, nisi grave fuerit, summa salute meo nomine imperties, & ex voto valere jubebis. Sed & Tu Vir Clarissime! bene vale, & de amore reciproco nequicquam dubita. E Musæo Jenæ, d. xxi. Febr. cIↃ. IↃc. xlvii.

Claritatem Tuam sincere amans æstimansque.

Epistola IX.

M. SEBALDO SNELLIO

D. Thomas Reinesius

S. P. D.

Osiandri *collectio claudicans*. Pilatus eadem *dixit*, *quæ Josephus*. Montacutius *pro* glossemate *habuit istam pericopen*. Fidem D. Majoris *poscit*, *in citatione MSS.* Fidei *Codd. manuscriptorum* latitudo. 135
Verba D. Lepusculi. *Etiam* Gifanio *locus is videbatur* spurius. *Scriptores veteres quomodo censendi?* *Josephus*, ita de Christo sensisse, *defenditur*. *Hæc* περιοχὴ, Judæorum *malitia*, *in* Ebræo scilicet *Codice* abrasa. *Casaubonus in hoc non credit* Baronio. *Hunc excusat* Reinesius.

TArdius, quam oportebat, & quam volebam, Tibi respondeo, *mi carissime SNELLI.* Morbus qui me lecto affixum aliquandiu detinebat, & curarum, cum paullum convalescere viderer, continuus æstus fecit, quo minus, quod destinâram, exequi possem. Ignosce igitur; nihil quidem Tibi deerit apud me, qui amare constanter soleo, & quemvis solvendæ amicitiæ semel initæ prætextum execror. Circa Josephi testimonium de Salvatore 136
nostro Te admittere tandem, quod verum esse judicarunt docti, contra negantes, id vere esse Josephi, bonum factum. *Osiandri collectio* ideo claudicat, quia è male intellecta ῥήσει Josephi procedit, ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν: *Hic erat Messias ille, quem tum appellabat vulgus*: Hieronymus: *& credebatur esse*

Christus. Hanc mentem Josepho fuisse, patet è *cap.* 8. *lib. XX.* ubi Dominum vocat Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστὸν, quod sane minus est, quam si dixisset τὸν ὄντα, vel ὄντως Χριστὸν: Idemque plane dixerat Pilatus *Matth. XXVII.* 22. & tamen nondum auditus fuit, qui propter ista verba eum fidelium numero aggregaret; reliqua in hanc rem legisti in *Epist. ad Rupertum b. m.* mea. *Montac. p. 2. b. Not. ad Eusebii libr. III. Dem. Euang.* textum Josephi αὐτοῖς
137 ῥήμασι quibus & *Hieronymus*; *Isidorus Pelusiota lib. IV. cap. 225. Zonaras, Suidas*, recitantem ita: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν: *procul dubio*, inquit, *glossema est*, & *marginalis cujusdam Christiani lectoris annotatio, licet habeatur in scripto Codice, & in Josepho.* Viden', eum *sibi contradicere*, dum dubitat sine gravi causa de re, quam in Cod. MSS. & excusis extare noverat; quod nihil aliud, est, quam ἀρχῆς παρούσης, ἴχνη ζητεῖν; vel cum habeat patentem januam, latentem rimam quærere. *Dn. D. Majorem*, dum historiam illam *encomiasticam* in quibusdam Codd. Græcis non comparere ait, fortassis fefellit memoria; neque potest indicare, quinam illi, quot, apud quem, & quando sibi visi? quod fateri satius
138 puto fuerat, quam quod inadvertenti & properanti exciderat, incrustare tali adsertione, cui nemo sine alio teste credet. Admirabilem solertiam hominum tegendis erroribus, sæpe etiam fraudibus suis, subinde deprehendere est. Si autem in Anglia vidit ejusmodi Codices Josephi; qui eam particulam non habebant; proximum erat, & negotio, quod agebat, & ingenio ejus, qui libenter solet prædicare, quid apud exteros viderit audiveritque, conveniebat, ut diserte de visis sibi ejusmodi manuscriptis *ex Oriente* allatis *in Angliam*, qui in ista narratione dissentirent à nostris, exprimeret. Quod cum non fecerit in scripto publico, quî succurrit ipsi rei notabilis memoria tandem, cum Epistolam privatim scriberet equidem, & non
139 adeo longo intervallo? Imo cum XXI. Febr., ut ais, ista ad Te scripserit, mense vero demum Majo ejus *Exegemata Loc. Diff.* Περίξαπ. prodierint, quomodo ejus, quod mense secundo cum tot circumstantiis sciebat, mense quinto oblitus esse potuit? Mihi ita hebes sum, ista videntur ἀσύγκλωστα, & propterea ἀπέχω, dum aliunde ab iis, qui istos *Codices Cantabrigiæ* etiam ipsi inspexerint (neque enim raro commeant eo docti, præsertim Belgæ) scilicet quod *D. D. Major* sibi persuadere voluit, re vera ita habere edoceatur. Qui ad Manuscripta provocant, vel se talibus usos jactant, ii si neminem præterea alium conscium eorum ostendant, cujus testimonio fidem suam adminiculentur, merito suo sunt incredibiles. Imo etiam *fidei Codd. manuscriptorum latitudo quædam est*, eoque non nisi
140 cum summa accuratione & cautelose recipi debet. *D. Lepusculi verba*, quæ desideras, hæc sunt: *Hub. Gifanius JC. omnium disciplinarum & antiquitatis studio ornatissimus, existimavit, hunc locum esse spurium; & à Christiano quodam Patre, qui Judæis simul & Christianis fucum factum vellet, interpositum: sed hoc pacto, si censere veteres Scriptores volumus, ecquid tandem erit, quod non in dubium vocare possimus? Et nimis est temerarium, contra omnes libros veteres stare, quem Judæi vel maximum putant. His igitur, qui etsi Græce hæc scripserit, Judæus tamen fuit, paternarumque traditionum acerrimus æmulator; nisi ea, quæ per Prophetas illi de Messia prænunciati fuerant, recte intellexisset, neque de Christo tam bene sensisset; neque ea, quæ de ipso dixerant, tam bona fide retulisset.*
141 *Quare neque dubium est, qui hæc de eo Græce scripserit, quin alia quoque longe plura, Legem & Prophetas exponens, Ebraice scripserit; cum ipse utramque linguam optime calluerit, & sacris literis ab ipsis incunabulis incitatus fuerit. Unde & credi quoque par est, alios etiam plurimos præter eum iisdem temporibus extitisse, qui de Domino Iesu Christo recte senserint, & Prophetarum vaticinia explanantes vera de eo scripserint.* Hactenus ille. Cum *Gifanio* eadem sentit *Jac. Cappellus Comment. in Acta App.* cujus verba pene eadem sunt cum iis, quæ Major l. d. è *Lud. Cappelli Comp. Hist. Jud. p. CX.* refert. Illam ipsam περιοχὴν *è Codice pervetusto Judæorum* dum Romæ requireretur, *abrasam* inventam fuisse, adserit *Baron. Tom. I. f.* 214. *edit. Plantin.* adeoque nullam ad excusandum scelus potuisse adferri defensionem, cum membrana ipsa id exclamare videre- 142
tur; quod *Cornelio à Lapide* in certamine cum Judæo, cujus meminit *Comm. in Acta p.* 9. non succurrisse, mirum videri potest. *Casaubono* relatio Baronii non probatur, quod nusquam extent libri Ἀρχαιολ. à Josepho Hebraice scripti. Atqui neque id dixerat Baronius, sed hoc: Codicem quendam Ebræum Josephi apud Judæos fuisse repertum. Et probabile valde est, à Judæo quodam, uno ex iis, qui primo secundove Ecclesiæ seculo plurimi Christianismo nomen dedere, versionem Ebraicam è Græco Josephi eam, in qua testimonium sæpe laudatum legebatur, elaboratam fuisse; quam gentiles ejus, βαθεῖς Ἑβραῖοι, in quorum manus devenerat, mutilatam isto membro de Christo conservârunt, & circum tulerunt: Ἀλλ' ἄλις δρυός. — CL. 143
HOFMANNUM, cum familia, meis verbis amantissime saluta; amorem vero tuum mihi persevera, *mi optime SNELLI.* Scrib. Altenb. prid. Cal. Febr. ANNO CIↃ. IↃCC. XLIIX.

EPISTOLA X.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Sebaldus Snellius

S. P. D.

Snellius apologiam *meditatur.* Gentius *de scriptis* Karaïtarum *edendis admonetur.* Manassis Ben Israel *de doctrina Christi* effugium. *Responsum theologicum ad* Remonstrantis *cujusdam* argumentum, *de Filii deitate. Egregia* Snellii *de fide sua in Christum* Confessio. *Augustini precatio.*

SAlve plurimum, *mi Amantissime Dn. M.* Est 144
omnino, cur impense gaudeamus, nobisque gratulemur mutuo de valetudine commoda; quam utrique, quin nostris, atque adeo omnibus perennem ipse jubeat Altissimus! Memini, cum serenitatem ejus, qua nunc per DEI gratiam utor, in tempestate mea prædiceres; quod si igitur aliquid Tibi evenit, quod me olim non vanum fuisse augurem ostendit, id quoque sit mutuum: Pergamus autem officiis, amore, ac precibus fovere cæptam feliciter amicitiam. Vidi *tuum panegyricum*, & pro transmisso exemplo ago gratias; probo maxime institutum, bonum factum. Iter tuum *in Angliam* fortunet bene Christus! Certumne vero id Tibi est, & nihil deterret belli eas oras depascens
flamma? Denuo Te rogo, *Charissime Dn. M.* ut, 145
si Tibi suppetunt loca *Heinsii* & *Gronovii*, eorum mihi facias indicium; videbo, ubi tandem nanciscar dictos Autores. Nam *D. Major in Acta* meam sententiam ad *disp. Abravanielem* impugnavit. Allegata, inquam, tantum describe; verba ipsa non peto, forte pluscula. De *Schiedamensi* Tibi plane assentior *virgine.* Noster *Dn. Hackspan* plurimum Te salvere jubet, ac lætatur ob *Menassis* librum *in Prophetas*, quem scribis sub prælo esse; etiam ob alterum *Gentii*, quem vult, ut salute impertias, dicasque, *Hackspanium* orare, ut maturet editionem unius vel alterius è *Caraitis*; quos sibi esse manu descriptos, ac se publicaturum esse, coram asseveraverat. Etiam *Persici operis* mentio eum delectavit. Memini, *mi Dn. Magister*, Te nuper illi 146
No-

Nostro scribere, Menassen venum proponere libros
Judaicos. Quæso, si ita habet, & Tibi suppetit
occasio, vide utrum mihi acquirere possis, & quo
pretio aliquos, v. c. *Jalkut*; *En* & *Beth Israël*,
Midrasch Tillim. Si pretium est tolerabile, perscri-
be; & videbo, quid fieri à me possit. *Utinam eum
virum nobis accedere contingat!* Intellexi quoque *ef-
fugium*, quo usus est apud Vorstium *de fœminis.*
Sed quid diceret ad *exemplum Pauli*, certe primo
persecutoris, non amici, I *Cor. XV*, 8. Tandem ad
argumentum tuum ita respondeo: Si τὸ ῥητὸν spe-
ctas, nec Pater, nec Spiritus S. dicitur uspiam,
quod sciam, *à se Deus.* Falsa est igitur hoc mo-
do major. Si τὴν διάνοιαν, sive rem ipsam, ne-
147 ganda est minor. Nam dicitur Filius aperte *Deus
verus*, 1 *Joh. V*, 20. Unde argumentum: *Deus ve-
rus est à se ipso, Christus est verus Deus, E. Christus
est à seipso.* At, inquis, Christus sive, *Filius DEI
est à Patre.* Quomodo ergo *à se ipso?* Utrumque
verum est, quia utrumque dicit Scriptura: Hoc,
quod sit *à Patre*, quia *Filius* est: Illud, quod sit
à se, quia Deus verus est, non secus ac Pater &
Spiritus S. Imo hi tres, sive, hæ tres personæ,
sunt *unum*, hoc est, *una essentia* divina, *l. cit. v.* 7.
Vide autem, *mi Dn. Magister*, de diversa termini
metaphysici, *à se*, acceptione; quæ eleganter do-
cet noster *Scheiblerus Tom. I. Metaph. c.* 21. *num.* 22.
Quæ huc recidunt, *Filium esse à Patre*, ut princi-
piatum à principio; non ut dependens aliquid, vel
causatum, aut effectum, aut creatum ab indepen-
148 dente, causante, efficiente, vel creante: Hoc e-
nim sensu ipse Filius, æque ac Pater, & Spiritus S.,
est ens independens, hoc est, à nullo cæterorum
finitorum & creatorum entium; sed à quo ipsa po-
tius omnia dependent, producta & creata sunt.
Hæc, *mi Charissime Dn. Magister*, judico vera, &
verbo Dei consona; quod secutus, & fœderis in
baptismo initi memor, & *sistens mihi* in cogitatio-
ne *historiam Servatoris* nostri, *in Jordane* tincti,
Matth. III. hunc Deum meum adoro, ipsi gratias
ago, confido; pro viribus, quas largitur, obtem-
pero; quin vivum ac mortuum me commendo,
cum *Augustino* ingeminans, ad quemvis horæ pul-
sum: *Te Deum Patrem ingenitum, Te Filium Iesum
149 Christum unigenitum, Te Spiritum S. paracletum, san-
ctam & individuam Trinitatem toto corde & ore con-
fiteor, laudo atque benedico: Tibi sit gloria in perpe-
tuum!* In hoc Domino ac Deo nostro vale felici-
ter, *Amantissime Dn. Magister*, & mei in preci-
bus tuis perge esse memor. Adversus tentationes
scribam Tibi breve verbum: *Lege ac meditare divi-
nam Scripturam, & ora! Ephes. VI*, 16, 17, 18.
II Timoth. III, 16. Hoc sensi optimum remedium.
Iterum vale, *mi Charissime.* Altdorph. d. 26. Sept.
An. 1650.

150 Epistola XI.

M. SEBALDO SNELLIO

Christophorus Arnoldus

S. P. D.

Heinsii, Gronovii, Boxhornii, Salmasii, Vorstii
*de hoc testimonio judicia. Anonymus Scriptor, Hi-
spanus, etiam pro spurio agnovit.* Voisin *sequitur*
Hieronymum. *Judicium* D. Cocceji laudatur.
Mira *Christianorum* dubitatio. *Josephus* titubans.
Additamentum istud nimis abruptum. Ἀνὴρ.
אנשים. *Sibyllina Oracula cum hoc loco comparan-
tur. Pseudo-Gorionides à Flavio plane diversus.* R.
Menasse Ben Israël *utrumque* pro uno *habuit.* R.
David Ganz *in Tzemach eundem laudat, quem* R.
Abravanel *vituperat. Spes versionis Mischnajoth.*
Conciliatoris partes quatuor, *in lingua Lusita-
nica.*

Debeo sane responsum amicissimis tuis, *Vir Cla- 151
rissime*, quas a d. xxvi. m. viibr. ad me dedi-
sti; sed variis impeditus negotiis, illud citius ex-
solvere haud potui. Loca nempe *Heinsii* & *Gro-
novii* desideras, quorum copia mihi non suppetit;
neque alia scio, quam quæ uterque in colloquiis
subindicarunt: Fraudem scilicet non tectam, ne-
que obscuram esse, sed exploratam satis, apertam-
que; nexum illorum (quæ Josepho tribuuntur)
verborum omnino disparilem videri, ac plane dis-
solutum, divulsumque. Pro pia veterum Christia-
norum fraude eundem Josephi locum *Boxhornius*
dudum apud me habuit, & (ceu dixi) *Gronovius*;
cujus sententiam è literis, quas jam expecto, bre-
vi forte intelliges. *Vorstius* interpolatam Histori-
ci fidem in hoc accusat, quod scilicet non sensim 152
sine sensu, sed *ex abrupto* magnificam Servatoris
laudem fictis verborum lenociniis extollere incipit.
Salmasius, ὁ πάνυ, Oraculorum Sibyllinorum veri-
tatem cum hac ipsa περικοπῇ comparavit, licet hæc
verba in MSS. codicibus observasset. Hinc idem
cum *Salmasio* statuit *Vorstius*, eamque lectionem
fucosorum, hoc est, *posteriorum seculorum* esse, con-
tendit. Extat præterea liber ἀκέφαλος, ab *Hispa-
no* quodam Latine scriptus; duas continens disser-
tationes: *alteram* quidem de nomine Iesu, *alteram*
vero de hoc Josephi loco, cujus fraudem ex anti-
quitate & ordine Patrum satis fideliter detexit; ceu
summus Vir ille, *Theod. Graswinckelius*, nuper *Ha-
gæ Comitis* cum essem, primum significavit. Li-
brum Hispani nondum vidi, cujus sententiam (hoc 153
est, dolum subesse) assensione approbavit Vir do-
ctissimus.

Sunt & vicissim, quibus sincerum ac sanum pror-
sus videtur testimonium Josephi, eo quod *Hierony-
mus in lib. de Vir. Ill.* id ipsum recte observaverit.
Hac motus ratione *Josephus Voisin in Disput. Theolog.
Orthod. de Sanctissima Trinitate, adversus disceptatio-
nem Hæretici Antitrinitarii* (cui *Slichtingius* in notis
suis ad concionem *Georgii Vechneri*, ob argumenta
quædam Rabbinico-Targumica haud sane absimi-
lis, si non unus idemque est) *Anonymi* sic explo-
dit §. *XI.* ejusdem consequentiam, hunc in modum:
*Quæ est ista consequentia? Recentiores Judæi impu-
gnant mysterium Trinitatis; ergo & antiquiores impu-
gnarunt. Si ex Chaldæis Targumim mysterium Trini-
tatis erui possit, cur nullus recentiorum Rabbinorum eo- 154
rum doctrinam est amplexus? Conclude ergo similiter: Si
Josephus ex Judæis antiquis Iesum Christum laudaverit,
eumque supra hominem commendaverit; cur nemo ex
Judæis recentioribus ejus sententiam amplectitur? Lib.
enim Antiq. Jud. XIIX. cap.* 4. *hæc habet, &c.* Ver-
bis igitur (quæ quidem ex auctoritate *S. Hieronymi*
esse credidit) ordine recensitis, hæc tandem sub-
jungit Voisin: *Et hoc testimonium Josephi recte obser-
vavit S. Hieronymus in lib. de viris illustribus.* Sed è
diverticulo ad Viros in Belgio celebres (quorum
judicia cum primis à me expetis) illico redeundum
est. Admirandæ humanitatis Vir, jamque vicinus
meus, *Dn. D. Coccejus* constanter, locum hunc esse
"suppositium, negat: Nos Christiani, ait, mi-
"ramur, fidei ac veritatis religionis nostræ (quæ
"à Christo Christiana dicitur) testimonia apud 155
"profanos extare Scriptores; ceu hodienum id
"genus hominum fere solet, mirantium ac demi-
"rantium, in V. T. Deum toties ea esse locutum,
"quæ in N. T. repetita, salutem humanam spe-
"ctant: Causa vero hæc est, quod Prophetæ pa-
"riter ac Apostoli non nisi ex Lege loquebantur.
"Quod si vero (pergit is) mentionem fecisset Eu-
"angeliorum, nulla interim Christi mentione fa-
"cta; tunc utique de ipso Christo (nec de testi-
"monio tantum) prorsus dubitarent. Numquid
"*Taciti* (addit idem) vel *Suetonii* testimonia de
"*Chresto*, sive Christo, suppositia quoque dica-

 mus?

"mus? Sunt ea certe, inquit, signa quædam ὀλι-
156 "γοπιςίας, quæ non carent insana impietate.„ De
cætero illi Josephus (ceu ultro fassus est) *Phari-
sæus*, & *titubans* quidem videtur; qui non nisi ho-
neste de Christo senserit: nec sine caussa. Cum
enim hæc ipsa quæstio inter Judæos semper agita-
retur: Num Christus solus homo, vel etiam Deus
aliquis esset? Opus omnino esse duxit, plura hac
de re in Historia sua referre, & quidem (Agellii
vox est) cum additamento; quod *Vorstius* (ceu di-
xi) nimis *abruptum* esse, censet.

Verba, pensiculatius æstimanda, hæc sunt: Γί-
νεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνήρ. Et dein
notanter: Εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Dixit ἄνδρα,
id est *hominem* (de quo inter illos erat quæstio)
more ac sensu, Græcis usitato; quibus ἄνδρες haut
raro idem, quod ἄνθρωποι notant: nec absimili E-
157 bræorum, qui אנשים, proprie *homines*, pro vi-
ris sæpe ponunt. Porro Josephus *passionem* pariter
ac *resurrectionem* Christi admirabilem subnectit,
prout Historicum decet; ne quid forte silentio
prætereat, quod memoria ac fide haud indignum
sit. Super hæc *D. Coccejo* Salmasii de *Sibyllinis O-
raculis* judicium, quo his omnem derogat fidem,
non multum arridet; utpote cui mirum videtur,
tam ingeniosum fraudis suæ artificem vel unquam
extitisse, qui Patribus cunctis glaucoma objiceret,
Oracula illa ὁμοθυμαδὸν pro se allegantibus. At ve-
ro litem hanc, nostram non faciemus, quam *Dav.
Blondellus* jam dudum suam fecerat in singulari *de
Sibyllis* libro Gallice perscripto. *Gorionidem* unum
cum *Flavio* eundemque fuisse, tantum abest, ut
158 Vir ille perspicacissimus credat; ut potius affir-
met, id sibi persuasurum neminem, eo quod *mul-
ta nugatoria* Judæus iste Pseudo-Gorionides *de gen-
te sua* immisceat.

Responsum, vel saltem eclogam ex literis Viri,
in sententiis aliorum modestissimi, familiarissimi-
que, *Menassis Ben Israël*, diu à me expectas? De
Josepho Gorionis, vel *Matthiæ* potius, aut *Matta-
thiæ*, judicium accipies ex inclusis illius literis Gal-
licis; festinante calamo Latine à me versis. Miror
sane, *Menassen* inibi de se, suisque sectatoribus id
affirmare (*nous crojons unanimement*) se *unanimiter*
credere, *Josippum* ac *Flavium* ab ipsis pro *uno eo-
demque* haberi. Rescripturus propediem, de ver-
bis illis ad aurem (velut memoriæ sedem) molli-
ter eum, more antestantis, admonebo, quæ in
159 *Tzemach David ad annum* 829, *millen.* 4. de eximia
Josippi fide (judicio Abravanelis de *Flavio* plane
contraria) leguntur; & si *uterque unus* fuerit, e-
undem simul *fidelem*, ac *cum immutatione veritatis
scribentem*, Historicum testantur. Illa vero hæc
sunt: והוא קודם בזמן מחכמי הגמרא כמה מאות
שנה וראה את כל הנעשה בימיו כן אין אנו
מהזיקין אותו לסופר הבלתי נאמן: Id est: *Et
tempore antecessit Sapientes Gemaræ aliquot centenis an-
nis; viditque omnia, quæ sua ætate gesta sunt: nec
est, cur eum censere debeamus inter Historicos minus
fideles.* At vero *Gemara* injecit mihi scrupulum
(quem ex animo meo evellas, rogo) & quandam
dubitationem; cum illa sit, significetque *supple-
mentum*, scilicet *Mischnæ*; quam una cum *Mikra*
160 Moses in monte legisse, scribit *R. Eliefer Capit.
XLVI.* At dicas forte: *Gemaram*, hoc est, *sup-
plementum*, ætatis non esse ejusdem cum *Mischna;*
cujus est supplementum? Neque me latet hoc
ipsum discrimen; nihilo tamen minus id semper in
mentem est: *Aliquot centenis annis ante Sapientes
Gemaræ.* Ita vix ac ne vix quidem verisimile erit,
ejusdem ætatis, vel (ut clarius dicam) unum idem-
que *Flavium* & *Gorionidem*, sive *Josippum* fuisse;
cum hic quidem *centenis*, imo *aliquot centenis* (co-
gita, quæso) *annis ante* Sapientes Gemaræ vixerit;
ille vero temporibus Vespasiani floruerit. Sed de
his plura in proximis ad Menassen, ubi commo-
dum fuerit.

De cætero utinam legisset olim beatus *Rupertus*
noster elegans nempe *R. Abravanelis* judicium, quod
de Flavio habet *Comment. in Daniel. Fonte X. Pal- 161
ma* 7. cujus verba hæc sunt: ואף שנורה להם
שיוסף כתב זה לא נקבלהו מה שהעירו עליהם
כתבי הקדש כדי להסיר פנים לרומיים כעבר
העומד ביד ארונים קשים שידבר כרצונם:
Id est, interprete Voritio: *Confessum quoque illis
est, cum Josephus istud scribit, nos non recipere illud
ab illo, quia plurima scribit cum immutatione verita-
tis, ac perversione istius, quod Scripturæ sacræ de illis
testantur; ut elevaret faciem Romanorum* (hoc est,
honorem iis exhiberet) *tanquam servus existens in manu
Domini sui duri, qui loquitur ad beneplacitum illius.*
Hac ipsa scilicet de causa, quod *Flavius* in pluri-
bus adversatur *Josippo*, non magni illum Judæi fa-
ciunt. De rebus Judæorum (quos magnus ille 162
Coccejus *hæresium Patriarchas* interdum vocat) hac
vice plura scribere non habeo, nisi quod *Borelii fi-
lium* (ope Judæi cujusdam conversi, Constantino-
politani) *Mischnajoth Latina versione* adornare ajunt.
Menassis Conciliator, Lusitanica conscriptus lingua,
& in partes quatuor divisus (ceu auctor ipse ite-
rum rescripsit) Latina deinceps veste superbiet.
Gentium de promisso *Karaitarum* admonui sedulo.
Ob pium atque eruditum responsum tuum, è me-
dio sinceræ Theologiæ petitum, est, cur mihi
gratuler; & consuetæ humanitati tuæ gratias agam
singulares. Vale, ac ama feliciter! Lugd. Bat. a.
d. XXIV. m. Jan. st. n. A.C. cIↃ. IↃc. LI.

EPISTOLA XII. 163

A Monsieur Arnauld.

MONSIEUR,

Bien, que je sois fort occupé, toutesfois j'ay
pris cette occasion de satisfaire a mon devoir.
Sçachez donc, que je n'ay pas a vendre les livres,
desquels vous avez fait mention. Quand a mon
Conciliateur: j'espere, que *les IV. parties* s'impri-
meront *en Latin*, au commencement du printemps.
Touchant ce, que doutez de *Flave Josephe*, il est
certain, qu'il a *tousjours* esté *constant en la religion*
Judaique, de la secte *Pharisienne;* comme il tesmoi-
gne lui mesme au commencement de sa vie, qu'il
a escrit *a la fin de son Histoire*, *& du* 6. *chapitre du* 164
16. *livre des Antiquitez; & au chap.* 5. *du* 7. *livre
de la Guerre Judaicque.* Tellement, qu'il n'a ja-
mais *chargé*, ni *vacillé* jusques a sa mort: Car les
Gentils & Juifs n'eussent jamais oublié de luy re-
procher, estans ses capitaux & mortels ennemis, a
cause de la grande privauté, qu'il avoit avec Ve-
spasian; comme il appert de son tesmoignage *au cha-
pitre* 4. *du livre* 7. *de la Guerre Judaicque.* Et ce
qu'aucuns alleguent a l'encontre *du chap.* 6. *du liv.*
18. *des Antiquitez*, ne fait rien a cecy, a cause que
nous l'estimons *apocryphe*, & non canonique: Ce
que je vous pourrois tesmoigner avec diverses &
indissolubles arguments, que je vous pourrois
mieux dire de bouche, que par lettres; pource
que j'evite autant, qu'il m'est possible les occasions 165
de faire presumer, que je voulusse offenser quel-
qu'un. Touchant *Flave Josephe* escrit *en Hebreu*,
plusieurs en doutent, & entre autres le tres docte
& celebre *Gerard Vossius.* Toutesfois cela n'entre
jamais en question entre nous, a cause, que nous
crojons *unanimement*, que *Flave Josephe* en est *l'au-
theur.* Le mot, ויפח est verbe, & vient de la ra-
cine פוח, il signifie: *Et parlera jusques a la fin.*
Et se parle de la *redemption* de la *captivité* Babylo-
nienne. Voila le peu, que l'embaras de mes af-
faires me permet de vous escrire: Desirant donc
des

des nouvelles occasions de vous rendre quelque service ; je vous recommande au tres haut , & demeure vostre tres affectionné.

A dieu , ce 7. Decembre 1651. (50)

Menasseh ben Israël.

166 ## VERSIO LATINA.

una cum

ARGUMENTO.

Conciliatoris partes quatuor *veste Latina ornandæ. Josephi* in religione constantia. *Hostes ejus acerbissimi exprobrassent* titubanti *levitatem.* Testimonium *Josephi* negat *esse* canonicum. *R. Menasseh Christianos non facile læsit. Flavio scripta Ebraica, quæ hodie exstant* , unanimi *tribuit* consensu *Judæorum. Verbi* פוח *significatio.*

QUamvis sim valde occupatus , nihilo tamen minus hanc arripui occasionem , uti debito meo satisfacerem. Scias igitur , me non habere venales libros , quorum in tuis mentionem fecisti. Ad *Conciliatorem meum* quod attinet , *partes ejus quatuor* (ceu spero) imprimentur *Latine* , sub initium veris. Quod de *Flavio Josepho* dubitatis, cer-
167 tum id est , quod *semper* fuerit *constans in religione* Judaica, sectæ *Pharisaicæ* addictissimus, se ipso teste *in princ. Vitæ suæ*, quam *in fine Histor.* descripsit ; ut & ex *cap. 6. lib. XVI. Antiq.* nec non ex *cap. 5. lib. VII. Bell. Jud.* apparet. Ita ut *nunquam mutaverit* (sententiam) vel *titubaverit usque* ad mortem. Neque enim cum à Gentibus , tum ab ipsis Judæis in hoc quicquam fuisset intermissum , quin hoc ei objicerent ; utpote qui tum temporis acerbissimi infensissimique hostes ejusdem exstitere, ob insignem amicitiam illam , quam coluit cum *Vespasiano ;* ceu ex ipsius testimonio apparet *cap. 4. lib. VII. Bell. Jud.* Quod vero nonnulli opponunt è *cap. 6. lib. XIIX. Antiq.*, nihil ad rem ; quoniam pro apocrypho (supposititio) nec pro canonico
168 (genuino) habemus. Quod melius Tibi ad oculum demonstrare possem variis indissolubilibusque argumentis ; sed facilius ore , quam literis id significavero : Nam , *quantum in me est* , *occasionem omnem refugio* , *ut ne quis de me suspicetur* , *quasi animo lædendi tale quid facere sustineam.* De *scriptis* Fl. Josephi *Ebraicis* non pauci sane dubitant , ac inter alios doctissimus æque ac celeberrimus *Vossius :* Sed hac de re quæstio plane nulla apud nos suboritur, quoniam *unanimiter* credimus , *Fl. Josephum auctorem illorum* esse. Vox ויפח est verbum , veniens à radice פוח, significansque : *Et loquetur usque ad finem.* Sermo hic est de *redemtione* ex ipsa *captivitate Babylonica.* En pauca , quæ impedimentum negotiorum meorum me Tibi scribere permisit ; velut desiderantem occasiones novas deinceps
169 inserviendi. Commendo te Altissimo , constanter Tibi favens. Bene vale.

d. VII. Decemb. 1651. (50.)

EPISTOLA XIII.

R. MENASSI BEN ISRAEL

Christophorus Arnoldus

S.P.D.

Josephus titubans *porro asseritur* ex Abrabaniele. *Quia is* immutavit veritatem. *Idem* adulator *fuit*, *&* blandiloquentulus. *Verba* Prophetarum neglexit. *Ipsi Judæi* probationes *Josephi* rejiciunt. *Ebræus & Græcus* non unus *idemque. Inter utrumque ipsi distinguunt Ebræi. Josippus ben Gorion maxime ab istis* laudatur , *Flavius contra Josephus* culpatur.

NOn sine magna voluptate, *Rabbinorum Sapientissime* , humanissimas tuas accepi ; pro quibus 170
gratias Tibi ago , quas debeo , sane haud vulgares. Miror equidem lectionem Josephi accuratissimam, quem velut de facie nosti : At vero vel ipse ego persuadere mihi vix potero , Josephum in religione, vel etiam secta sua , non *inconstantem* , nedum *titubantem* fuisse ; in primis si data opera multa scripserit *in gratiam Romanorum* , in plurimis adversatus & Josippo, & placitis sæpe Magistrorum. Judicium *Isaaci Abrabanielis in Comment. Danielis, Fonte X. Palma VII.* de hoc Scriptore Flavio , jam dudum ab ipso *Vorstio in Observat. ad Tzemach David* , *sive Chronologiam Sacroprofanam R. Ganz* productum , ignorare haud potes ; ubi inter alia fides ei derogatur à Judæis , qui id expresse fatentur:
שיוסף כתב זה לא נקבלהו ממנו׃, *cum Josephus* 171
scripsit istud , *nos non recipimus illud ab illo.* Cur, quæso , non recipitis ? Causa sequitur illico : כי הרבה דברים כתב בחילוף האמת׃ , *quia plurima scripsit cum immutatione veritatis.* Sic vero scripsisse Josephum, ulterius idem affirmat his verbis: כדי להסביר פנים לרומיים כעבד העומד ביד ארונים קשים שידבר כרצונם׃ , *ut elevaret faciem Romanorum* , *tanquam servus existens in manu Domini sui duri* , *qui loquitur ad beneplacitum illius.* Cumque aliquot recensuisset (sit venia verbo) mendacia *Abravaniel* , sic pergit : ואלו רבות עמו שמיראתו פן יכצפו עליו בדברו עמם דברי יתרונות שלא הגיו להם והחניפם בדבריו כלבבם׃, *Atque ejusmodi plurima apud ipsum sunt* , *quia metuebat sibi* , *ne irascerentur sibi* , *cum loquere-*
tur ad eos excellentia (sive , hyperbolas) *quas non* 172
apprehendebant ; atque iis adulatus est verbis suis juxta illorum animum. Ecquis constantem in religione diceret Josephum, quem מחליק לשון *blandiloquentulum* pro ratione (ut ajunt) status his porro coloribus depingit : שמאשר ראה עצמו ברומי עם מלכים ויועצי ארץ להיות בעיניהם כמוצה שלום וכמהליק לשון כתב הדברים. כפי מה שראה שהיו מוטבעים בהם בסברותיהם הכוזבות׃ , *Cum videret se Romæ esse cum Regibus & Senatoribus terræ* , *ut esset in ipsorum oculis* , *veluti pacem colens* , & blandiens lingua ; *conscripsit res* , *prout videbat infixas esse illorum falsis opinionibus:* Ne vacillasse , vel titubasse quidem Scriptorum istum , credamus , qui verbis Prophetarum susque deque habitis , *non firmiter* retinuit verita-
tem? Sic ille : גם בדברי הנביאים שראה בהם 173
זרות כפי ההרגל שנה והחליף אותם ולא חלק כבוד הנביאים מקום שהיה לו לקדש השם בתוכם ילהחזיק את האמת והוא באמת בכלל כי דבר ה׳ יבזה ולמה אב׳ נקח ראיה מדבריו׃, *Cum enim : videret in verbis Prophetarum inusitatum quid* , *mutavit atque pervertit illa ; neque locum honoris concessit verbis Prophetarum* , *ubi decebat illum sanctificare Deum inter illos* , & firmiter *retinere* veritatem. *Atque ipse revera fuit in classe:* Verbum enim DEI sprevit. (Num. xv, 31.) *Cur itaque reciperemus probationem ex verbis ejus?* Ad ultimum cur nolint Judæi accipere probationem ex verbis ejus , omnino liquet : כהיותו בלתי עומד בדבורו ומחליף את משכורתו עשרת מונים׃ *Cum sit inconstans in sermone suo* , *atque immutet mer-*
cedem suam decem vicibus. Gen. xxxi, 7, 41. Hæc 174
brevi verborum compendio excerpere sustinui , *Vir Celeberrime*, ne singula demum evolvere molestum esset. Sed pensiculatius , si placet , æstima, quæso , verba illa Abrabanielis ; cujus non parva apud vos auctoritas: *Non firmiter retinuisse veritatem*, &, quod super omnia est, *verbum Domini sprevisse* eum, quem Tu *vacillasse* pernegas. Hæc profecto *constantem in religione Judaica* virum haud addecent. Verbo me expediam : *Adulator* fuit , *blandiens linguæ ;* itemque *inconstans in sermone suo.*

Su-

Super hæc *Flavium Josephum*, ut & *Josippum*, hunc quidem *Ebræum*, illum vero Scriptorem *Græcum*, prorsus diversos & satis distinctos fuisse, quis non videt? Utrumque enim (hoc est, Ebræ-
175 um & Græcum, ceu semper discordantes inter se) ipsi Judæi solicite conciliare allaborantes, distinctis quoque appellant nominibus; velut *Abrabaniel* statim sub initium loci citati: *Ego vero*, ait, *dico numerum hunc*, *quem* בשם יוסיפון, *nomine Josephi memorant*, *falsum esse*; *non enim sic exstat in libro* בן גוריון, *F. Gorionis*, *qui inter nos est*. Nec illud silentio involvendum, ceu *Flavius Josephus* ab Ebræis modo contemtus fuit, ita *Josippum*, *Filium Gorionis* sacerdotis, vel *Matthiæ* potius, magni ab illis fieri; dilaudatur is enim in *Tzemach David ad annum* 829. *num.* 4. tanquam *vir sapientissimus & prudentissimus*, *vir justus & rectus*; qui cum Sapientes Gemaræ aliquot centenis annis antecesserit, *non esse*, *cum referre* Ebræi *debeant*, לסופר הבלתי נאמן,
176 *inter Historicos minus fideles*. Quo igitur modo *Josippus*, *Ben Matthiæ*, unus idemque cum *Fl. Josepho* nunquam *titubante* fuerit, usque adhuc non vidi. Hæc ad tuas respondeo, Vir Sapientissime, etiam atque etiam rogans, ut deinceps mihi occasione ostendas, ubi erraverim. Bene vale.

Lugd. Bat. a. d. 2. m. Febr. 1651.

Epistola XIV.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Sebaldus Snellius

S. P. D.

Heinsi, Cappelli, Cloppenburgii, Gronovii, & Boxhornii *una eademque sententia*. Vorstius *notatur*. *Quæstionis status*, *de his laudibus*. Priora *potius*, secula, *quam posteriora sunt* fucosa. *Se-
177 culi IIX. suspicio*, *concessa à Ruperto*, *p. m.* Patres decepti *fuere*. *Differunt* rumor, assensus, confessio. *Sententia* D. Cocceji *expenditur*. Ὁ λεγόμενος *notat fere* Messiam impostorem. *Christum* esse Deum, *pro* blasphemia *habitum*. *Discrimen* nudæ mentionis & confessionis *repetitur*. *Scrupulus de* Gemara & Gemaristis *eximitur*. Versio Vorstiana *corrigitur*. Menassis Ben Israël sententia *Snellio arridet*. *Preces disputatiunculis præferendæ*.

Salve plurimum, *mi Amantissime Dn. M.* Dolorem meum è silentio tuo longiori sedarunt binæ tuæ, uno mihi tempore redditæ; pro quarum communicatione, & responsio ad quæsita fusiore, gratias Tibi ago longe maximas. Quod si grave Tibi non est audire, habeo unum atque alterum, quod bono animo proponam; non dubito, quin optime sis interpretaturus. *Heinsii*, *Gronovii*,
178 & *Boxhornii* sententiam intelligo, quæ est eadem cum *Cloppenburgii* & *Cappelli* asserto. Cum *Vorstio* nolim *fictas laudes* appellare, quæ sunt verissimæ, & Servatori nostro maxime competunt. Sed hîc quæritur; an eæ profectæ sint à Scriptore Flavio? Nisi tamen fallor, ob illam causam stomachatur *Coccejus*, ut paullo post dicam. Neque cum eodem Vorstio *fucosa* dicam *secula* posteriora, cum certum sit, vel *prima* fuisse talia, fatente *Casaubono contra Baronium*; & mutationem oporteat factam *ante Eusebium*, *Hieronymum*, *alios*; hi enim, ut notum, jam citant hodiernam sectionem. Hoc ipsum opponitur recte MSS. in quibus ipsa exstat. *Rupertus* tamen b. m. largitus mihi est, *suspectam* eam jam fuisse Photio, Seculo IIX. Decepti sunt boni Patres, ac passi sibi imponi; quod *in prima*
179 *Epistola* Ruperto nostro ostendi. Et profecto longe differunt, *rumor* de passione & prodigiis, à Christo editis, passim sparsus; qui notitiam potuit horum apud plures excitare: aliud est *assensus*, eumque secuta *confessio* adeo illustris in tali homine, quam ea verba inferunt. De illa accipio *Hieronymum*; & fac, fuisse Flavio, non illico hanc dabo posteriorem. Ac proinde, ut ad *Coccejum* accedam, non mirarer, à Flavio fieri mentionem fidei ac veritatis Christianæ etiam hoc loco controverso (sicut admitto libens, alibi integrum esse, & sanum Scriptorem, ubi appellat Iesum τὸ λεγόμενον Χριστόν, vel Johannem memorat, ubi præscindit à religione) si *nudam* faceret *mentionem*; sed *testimonium* edere, confiteri, scribere, quæ hodie exstant, Flavium, nunquam probaverit; qui, quid
dicatur, & à quo, & quorum respectu, expendat. 180
Titubantem fuisse, etiam Rupertus dixit; *sensisse* de Christo nostro *honeste*, non apparet: Ego contrarium credo, quod dicit τὸ λεγόμενον Χριστόν; quo ipso eum refert in classem Impostorum, qui sæpe Messiam jactantes, Romanos molestia, plebem Judaicam damno mactarunt. Nec semper *honoris verbum* deputandum, si quis dicat: *Hic est ille Demosthenes*. Præterea quis, obsecro, illis temporibus quæsitum dicat, *Messias* φιλὸς ἄνθρωπος *sit*, *an Deus*? Vide *Matth. XXII*, 46. Et fac, paucis probis constitisse de hae posteriori, ut *Joh. I*, 49. &, ex institutione Servatoris, discipulis, *Joh. VI*, 69. & *Matth. XVI*, 16. Publice de hoc altum fuit silentium; imo cum emanasset, habitum pro blasfemia.
Joh. V, 18. & *c. X*, 33. *Matth. XXVI*, 65. Et ipse 181
Servator suis interdixit, *Matth. XVII*. 9. Quid ergo sciverit, vel crediderit de hac quæstionis parte Flavius, primo *Pharisæus*; deinde *miles*, in Magistratum legitimum Romanum seditiosus? Ne nunc addam alia. De *Tacito* & *Suetonio* est longe dispar ratio; nihil hi quicquam commune cum Flaviana sectione habent. Repeto superiorem distinctionem inter *nudam mentionem*, & *confessionem*; hæc *suspecta* est, & facit autorem suum; non illa. Εἴγε ἄνδρα Patres *ad Deitatem* referunt, id quod probabilius est, voluisse eorum verborum autorem.

Sed ad dubium tuum de *Gemaræ initio*. Hoc *ad Mosen* referunt, ut solent; sed *Gemaricos Doctores* invenies apud *Vorstium in Chronologiam Jud. pag.* 112.
quibus *ducentis annis*, *ac pluribus* superior est ipso- 182
rum *Josippus*, *ibid. pag.* 92. Nulla ergo pugna, si, *Gemara* seposita, *Gemaristas* attendas; quos dicto spatio *Flavius* & *Gorionides* præcedunt. *Abravanelis* autem *judicio* de Flavio oppone eundem *Vorstium d. l. pag.* 286. & *seqq. Menassen in Concil. p.* 151. Illud vero, ואף שנודה להם, verti debet: *Etiamsi vero largiamur ipsis*, &c. Sed hæc nunc excutere plenius, non vacat. Certe *de nihilo non videtur*, quod ipsi impingit crimen *Abravanel*; ita memini, eum in *de Bello Jud.* appellare *Poppeam* Neronis, *piissimam fœminam*; & (ni fallor) legi alicubi, *suspectum* fuisse Domitiano *ob nimiam familiaritatem cum uxore* Augusta. Quid vero futurum ipsi crederes, si Christianismi, illi Principi tam exosi, vel
tenuem umbram præ se scripto, non dicam tam 183
aperte, tulisset? Atque hæc hactenus. Te, mi amantissime Dn. M. rogo, ut omnia dextre interpreteris; scribo, quod sentio, paratus cedere omni, meliora monstranti. Nominavi viros sine honoris præfatione, omni laude majores: Nunc ad relicta in tuis me accingo. De Sibyllinis nihil moveo, quod ea nihil ad meam Andromachen. Testimonium *Menassis* de Flavio valde mihi arridet; pro communicatione habeo magnas gratias. Nec vulgariter gaudeo de insignibus scriptis, quæ ais proditura; id me discruciat, quod nihil eorum, quæ pridem significasti, ad nos pervenit. Placuisse responsum meum, est, quod Deo gratias agam; qui Te porro Spiritu bono suo dirigat in veritate,
quod scis ejus esse verbum; hoc ama, tracta, ad- 184
mixtis precibus vel è *Meditationibus* atque *Exercitio*

Pie-

Pietatis nostri *D. Gerhardi*, qui libellus elegantissi-
me apud vos prodiit; & plus senties emolumenti,
consolationis atque lucis, quam è difficilioribus dis-
putationibus. Excerpta, quæ *Blondelli* & *Grono-
vii* sententiam contineant, libens præstolabor. De-
um ex animo veneror, ut bene Tibi eveniat iter
Anglicanum; sed heus Tu, *Cantabrigiæ* vide in
Mercatores Batavos ut incidas; quos mittet explo-
ratum meus *Thomas*, ὁ ὀλιγόπιςος. Liceat mihi
apud Te jocari, Charissime; nam & paulatim ri-
dere incipio. *Dn. Hornio* salutem ex me plurimam,
ac reverenter, velim, dicas. Dominus noster Ie-
sus Christus Te propitius servet, Tibi benedi-
185 cat jugiter, ac justo tempore salvum incolumem-
que Tuis restituat, Amen. Scrib. Altdorfii d. 24.
Martii, Anni 51.

Epistola XV.

M. SEBALDO SNELLIO
Christophorus Arnoldus
S. P. D.

Uchtmanni *sententia. Talia quoque de Christo retu-
lisse* Philo *videtur. Comparatur hic, ut Philoso-
phus cum* Seneca, *&* Josepho. *Quæ vulgo nar-
rantur, referre*, Historici officium *est. Mos eo-
rundem*, ex abrupto *aliquid recensendi*. Vox hi-
storica, ἰδού, *velut* Ebræorum ויהי, *&* Arabum
وهي. *Eædem sunt*, Erat, Credebatur, *&* Λεγό-
μενος. Jo. Saresberiensis *hoc testimonium citat*.
G. Hornii *sententia. Josephus Historicum egit. Te-
stimonium istoc* Vorstius *testimoniis Alcorani de
CHRISTO æquiparavit. Christianis* crimen cor-
186 rupti Alcorani *impegit*. Alcoranum *à corruptela*
defendit Jac. Golius. *Excusatio prudens* Grono-
vii. *De hoc loco* Hadr. Junii *judicium*. Blasphe-
mia *R. Menassis*.

Gaudeo sane, *Vir Clarissime*, geminas meas tan-
dem aliquando ad Te fuisse perlatas; ex qui-
bus mentem potius meam (vel saltem promissa)
quam res præclaras accepisti. Promissis tamen sta-
re jam debeo, quæ etiam (sed, quo ære, nescio)
libens exsolvam. Verum sacra Manibus adhuc fa-
cere ante omnia me oportet, umbras venerantem
optimi Præceptoris mei; qui quondam aliter sen-
sit, ac Tu soles. *Uchtmannus* nuper monuit, *Sui-
dam* illustrem Josephi περιοχὴν totidem recensere
verbis. De cætero idem esse, ait, ac si quis lo-
187 cum *Philonis Judæi* in legatione ad C. Caligulam *de
Pilato* negare vellet; ubi dicitur, Pilatum quam
plurimos (quibus utique & Christus continetur)
vel levi, vel prorsus nulla de caussa, morti dedis-
se. En, Philosophus, & Judæus, & ex genere
Sacerdotum Judaicorum talia referre non dubita-
vit? Nimirum *Philo*, philosophiæ studio simul ac
ritibus patriis deditus, quæ ad fidei dogmata atti-
nebant, parum curabat. Alias vero *Scaliger in E-
lencho adversus Jesuitas* Philonem Hebraismi adeo
imperitum fuisse, contendit, ut dubites, an et-
iam legere sciret Hebraice. Porro sic & Roma-
nus Sapiens (admonente iterum *Uchtmanno*) philo-
sophiæ tribuit omnia; nec de religione Christiana
tam solicitus unquam fuit, ut in eam inquireret.
Hoc etiam modo Josephus, recutitis traditionibus
188 suis contentus, & Romanorum insuper, nec non
gentis suæ publicis onustus negotiis, non singula
tam circumspecta perlustravit cura, ut rem ipsam
perscriberet; sed satis erat tum temporis, vel ea
saltim memoriæ dedisse, quæ viritim ac vulgo de
Christo narrabantur. Hinc ipse Pilatus apud *Mat-
thæum* Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστὸν vocat *cap. XXVII.
§. 22.* Nota, λεγόμενον, quem omnes vocabant
Χριστὸν, sive, משיח. Opus igitur fuit, *Historici*
officio fungi, hoc est, ea referre, quæ omnes uno
ore enunciant. At, *ex abrupto*, dicit *Vorstius*,
hæc inseri verba? Is ipse Historicorum mos est,
ut, dum varia conjungunt, ea minus concinne in-
ter se cohærere, Lectori videantur; & maxime id
fieri amat, si quando singulare quidpiam subindi-
care volunt; tunc enim sermonem aliqua ex parte 189
quasi abrumpere necessum est. Frequens hoc ad-
modum *Livio*, ut notat *Cl. Gronovius ad lib. XI.
cap. 32.* hujuscemodi abruptas, & nexu (ceu vi-
dentur) destitutas parentheses facere. Ex abun-
danti voculam ἰδού adjicio, Historicis narrationibus
magno opere inservire, ritu Ebræorum, ויהי, nec
non Arabum وهي, qua formula *Achmed* in *Timuri*
Historia, & *Georgius Elmacinus* in Historia Sara-
cenica, sæpicule usi sunt. *Salianus in Annal.* ob-
servat, τὸ *erat* in Hieronymo mutatum fuisse in,
credebatur esse. Quicquid vero sit, *credebatur*, in-
dicat famam atque opinionem vulgarem; & notat
τὸ λεγόμενον. Adde, quod nec *Jo. Saresberiensis* (qui
claruit, *Trittenhemio* teste, sub Friderico Imp. pri-
mo, Anno Domini M. C. XL.) metuens ullius frau- 190
dis, *lib. II. Policratici, cap. 9.* hæc ipsa citavit ver-
ba, tali modo incipientia: *Fuit autem iisdem tempo-
ribus Iesus, &c.* quorum is est finis: *Christus hic
erat.*

Sed ne nimis sententiæ Ruperti b. m. studere vi-
dear, eorum quoque sententias (studio atque amo-
re veritatis) illico subjungam, qui tuis partibus fa-
ventes, verba Josephi genuina esse, pernegant. *Ge-
orgius Hornius* (Te amicum veterem multa salute
impertiens) sic fere sentit: Josephum, linguæ E-
braicæ satis peritum, utique non ignorasse, quid
esset משיח, nimirum Χριστός; quem hoc ipso nomi-
ne appellare non ausus fuisset. At vero (juvat,
aliquando esse contrarium!) id ipsum *fidelis Histo-
rici munus* esse, supra diximus; ut non solum nuda
personarum nomina, sed etiam res ipsas, uti sunt, 191
ex ore narrantium recenseat; ita tamen, ut nihilo
minus incertum sit, utrum is illorum verbis (quæ
modo recensuit) calculum suum addat, ac probet,
nec ne? *Tacitus*, itemque *Suetonius* commemorant
Christum, sive *Chrestum*: Quid tum postea? Per-
git idem *Hornius*: Aliud est, inquit, Christi no-
men apud Gentiles legi; aliud, apud Judæos: Ne-
que me hic ictus ferit; oratio integra, sive à Ju-
dæo, sive à Gentili profecta fuerit, penitius sem-
per inspicienda est, quid in ea de aliquo dicatur,
vel (ut barbare magis loquar) prædicetur. Addit
Hornius, vir amicissimus: Si ita sensit Josephus,
mirum est, quod in religione sua permanserit. Ec-
quis vero nescit eundem (*Abravanele* teste *in Da-
nielem*) fuisse titubantem? Dein fabulis affectibus- 192
que suis occœcatus, civilibusque negotiis graviter
onustus, aliter sentire noluit, nec potuit. Tan-
dem hæc adjecit Vir Clarissimus: Nugator nugas
Judaicas hinc inde plurimis sæpe verbis ac lineis
descripsit; ea vero, quæ ad historiam Christi at-
tinent, brevi admodum calamo perstrinxit. Non
mirum, & Judæum, & militem, & hominem po-
liticum talia tanti non facere, quæ penitioris sunt
Theologiæ; sed breviter, & ex sententia potius
aliorum perscribere. Candide agat Historicus, opor-
tet; & aliorum referat mentem, quamvis ipse non
ita sentiat. Quod si Scriptor aliquis orthodoxus,
ex ore ac mente Pontificiorum alicubi diceret, *Pa-
pam esse caput universæ Ecclesiæ*, numquid exinde
concluderem recte, Scriptorem illum Pontificiis 193
favere, nec aliter revera sentire? non autumo.

Cl. *Vorstius* Josephi (quod ferme oblitus essem)
locum cum Muhammedicis de *Christo Iesu*, *filio
Mariæ* (المسيح عيسى ابن مريم) aliquot testimo-
niis, in compendium historicum à *Levino Warne-
ro*, duce *Golio*, fideliter collectis editisque com-

parans,

parans, constanter asserit, ea omnia in eodem habenda esse pretio, quo nempe Josephi locus; hoc est, esse supposititia. Causam desideranti, hoc ulterius responsi dedit: Tot *Christianos in Arabia*, *Persia*, *& Indiis*, facili negotio talia inserere, & sic nos, perinde ac Infideles, eadem arte ludere istos omnino posse. Sed audiamus ea de re sum-
194 mum virum, *Jac. Golium*, ita censentem: Literulas Alcorani omnes esse numeratas, ita ut affirmare non dubitet, majorem (vel certe haud imparem) in illo certitudinem lectionis deprehendi, quam in S. Bibliorum codice. Vocales interdum (ex amanuensium incuria) variare, libenter concedit; quod MSto parum, vel prorsus nihil detrahit, dummodo characteres literarum in numerato habeamus. Quid? quod *septem* gentis Arabicæ *sectæ*, in Theologia sua sæpissime dissentientes, in Alcorano fideliter exarato semper concordant inter se. Cæterum ipsi Arabum Theologi in commentariis suis subtilissimis doctissimisque ea ipsa de Christo loca, sive testimonia, totidem citant verbis; dum de his disputant. Exstant præterea in
195 magni illius Golii Bibliotheca, MStis Orientalibus refertissima, MSta etiam Alcorani exempla, in *India*, *Arabia*, *Persia*, *Turcia*, nitidissime descripta; quæ optime inter se conveniunt. Silebone MStum ejusdem, *à Mauris* ante *quingentos* annos in ipsa Mauritania; & aliud *Meccæ*, in Muhammedis patria, nec non fragmentum aliquod, insigne prorsus ac splendidum, ante *nongentos* annos exaratum; in quibus omnibus eadem, salvo atque integro sensu, leguntur. Sed hæc, *ὡς ἐν παρόδῳ*.

Gronovius, Musis suis canens, calculum album vel nigrum addere, in amicissimis suis nuper ad me datis, modeste satis recusavit; consulens famæ suæ, ne impietatis notam pateretur; ceu *Scaligero*, *Casaubono*, *Grotio*, *Salmasio*, aliisque magnis nominibus non raro accidit: Excerpsi autem verba
196 illius, quæ me Tibi excusatum reddent. [*Vide sis Epist. sequentem.*] Herbam Te porrigere juberem, Amice dulcissime, nisi linguam mihi occlusisset singularis amicus meus, *Dav. Blondellus*; qui tam accurate ac solide omnia explicuit, ut nihil habeam, quod reponam. Sic enim ille, cum MSti Codicis in Anglia apud *Whelocum* aliquam in meis mentionem fecissem. [*Adi Epist. XVII.*]

Ad ultimum subjungo viri sublimis judicii, ac mirificæ eruditionis, *Hadr. Junii*, sententiam, quam modo coram exposuit: *Josephum* scilicet in Græca historia sua *liberius* fuisse *locutum*, eo quod Judæi linguæ illius essent ignari; hinc non mirum videri, etiamsi hæc ipsa verba in *Gorionide* non leguntur. At *ex abrupto* posita nemini hypobolimæa
197 videri debere, ait, quia hæc scribere, proprii ejus instituti non erat. Postremo dum Josephus, *ἔργα* quædam *παράδοξα* commemorat, non est (inquit) cur quisquam subesse fraudem metuat; ipsi enim Judæi credunt, & scripto perhibent, IESUM schedulæ cujusdam, in sura absconditæ, beneficio multa patrasse miracula. Quod nec ipse (ceu olim in meis significavi) *Menasseh Ben Israël* negabat, Christum, inquiens, miraculis suis (absit verbo blasphemia) imposuisse fœmellis. Verbo me expediam; si possum: Josephum hujus rei indicem potius, quam judicem fuisse, arbitratur; quod de se quondam, *ὁ πάνυ*, *Vossius* affirmavit in *Historia Pelagiana*; quam nobis recensuit, sed sine præjudicio. Nimis profecto longus sum, in re-
198 censendis virorum apud nos doctissimorum judiciis, quæ vehementer desiderasti; quare nunc finem scribendi facio. Bene vale, mi Charissime! meque, ut soles, ama. Dat. Amstelodami, a. d. XVII. m. Apr. A. C. cIↃ. IↃc. LI.

ADDITAMENTUM.

QUantus honor, *Christiane Lector*, etiam apud Muhammedanos, Iesu Christo, Domino nostro habitus fuerit, non solus nos docet *Lev. Warnerus in Compendio Historico eorum, quæ Muhammedani de Christo, & præcipuis aliquot religionis Christianæ capitibus tradiderunt*; quod in lucem emisit Lugd. Bat. A. C. cIↃ. IↃc. XLIII. Verum etiam *Jo. Seldenus Comment. in Eutychii, Patriarchæ Alexandrini, Origines Ecclesiæ suæ, pag.* 59. ad Precationem Iesu, Filii Mariæ (quæ quasi Dominica altera est) in libello MS. extantem, cui titulus: *Preces dierum*, singularum scilicet hebdomadis, annotavit sequentia:

NEque mirum videatur, quod D. N. Iesu Christi, 199
aut Beatæ Virginis nomen adeo reverenter habeant Mahumedani. Ut cum de Patriarchis veteris Testamenti, aliisve, quos magni æstimant, demortuis; sic etiam cum de hisce, sive simul sive seorsim loquuntur, infrequens non est adjectio illa: Super eos sit pax! (*aut* super eum, *aut* eam.) *Quemadmodum nominibus mortuorum, quotquot sine reverentia memorare nolunt Ebræi, subjicere plerumque solent*, עליו *seu* עליהם השלום, super eum, *aut* super eos sit 200
pax! *Et in Alcorano, summo cum honore, mentio fit non rara D. N. Iesu Christi. Repetitum legitur in* Azoara 2. *velut ex persona Numinis*: Dedimus Iesu, Filio Mariæ, virtutes notissimas (*miracula faciendi interpretatur* Mahumedes Ben Achmet, *egregius Alcorani Paraphrastes Mahumedanus*) & fortem eum reddidimus per Spiritum Sanctum. *Salutatio item Angelica ad hunc modum se habet* Azoara 3. *Arabice, sed Latine quinta*: O Maria, Deus bonum nuntium tibi mittit per Verbum suum, quod ex eo est. 201
Nomen ejus Messias (*seu Christus*) Iesus, Filius Mariæ, potens in præsenti seculo, & futuro; scientissimus, qui loquetur hominibus in cunabulis (*infantulis*) & senibus, vir optimus. *Ubi Mahumed Ben Achmet, Paraphrastes, expressim illud*, Verbum suum, quod ex eo est, *interpretatur per* Filium, *nempe Mariæ tantum. Nec enim aliter vult secta illa. In præsenti autem seculo intelligi eum, ait ille, potentem fore* prophetia; *atque in futuro*, intercessione & præparatione cœlesti. *Compluria ibi* 202
sequuntur, quibus maximi fit apud eos tum D. N. Iesus Christus, tum Euangelium ejus; uti Azoara 5. *Arabice, seu* 12. & 13. *Latine; &* Azoara 17. *Latine, quæ Arabice est*, 61; *alibique in farragine illa. Et vide sic* Joannem Cantacuzenum in Apologia 4. *κατὰ τοῦ Μωαμέθ*.

Hæc *Seldenus*. Hac ipsa de re (quod nimirum Alcoranus Christum habeat pro *Dei Legato*, & *Ejus verbo*; nec non Euangelium pro *verbo Dei* agnoscat) egit etiam Anglus ille doctissimus, *Laurentius Sarson*, sed idiomate Britannico, in *Analysi of the I. Timoth. I. 15. pag.* 74. 75.

EPISTOLA XVI. 203

CHRISTOPHORO ARNOLDO
Jo. Fredericus Gronovius
S. P. D.

Gronovii curæ secundæ in Livium. *Amica* Richterorum *mentio. Lis istæc erudita* Theologis *relicta. Magnis viris* impietas *objecta.* Gronovii pietas.

LIbenter vidi tuas, & sane citius illis respondissem, ni me multa identidem impeditum tenuissent. Nam eodem tempore & libellum, quem vides, donoque Tibi mitto, edebam; & *Noctes Atticas Gellii* Elzevirio ad editionem parabam; & *Livium*, quem aut reddiderunt jam, aut reddent prælo propediem, qui istuc incolunt Elzevirii, recensebam;

204 ſebam; in quo quidem tantum ſecundarum curarum mihi naſcitur, ut quæ finis futura ſit, nondum prævideam. Multæ interea non publicæ tantum, ſed & privatæ in gratiam ſtudioſorum ἀκροάσεις faciundæ; ut taceam de officiis quotidianis vel præſtandis vel excipiendis, quid mihi vacui temporis relinquat, facile tibi erit rationem inire. *Richterorum*, *Patris* venerandi Senis, & omnibus virtutum honorumque ſtipendiis emeritis, *Filii* in paterna ornamenta præclare ſuccedentis, conſtanti erga me amore & judiciis mirifice delector. De loco τοῦ ἑλληνίζοντος Ἑβραίου noli me in palæſtram iſtam vocare. Τοῖς μαθοῦσι γράμματα res expeditiſſima eſt: "Sophiſtis non poteſt perſuaderi, qui ſtatim ad
205 "impietatem, bonis viris objiciendam, & Grammaticos eſſe Theologiæ (quam iſti in Sophiſticen converterunt) ignaros, decurrunt. Hoc "*Scaligero*, *Caſaubono*, *Salmaſio* accidit. Itaque "conſtitui anſas illas calumniaturis non dare, & "vita potius ac ſententiis pietatem, & ſi quid in "ſacris profeci, oſtendere; quam quæſtiones, quæ "ſui fori eſſe putant, tangendo oſtentare. **** "Vale, mi Chriſtophore, & me ama. Non. Febr. Daventr. cIↃ. IↃCC. LI.

EPISTOLA XVII.

DAVID BLONDELLUS

Chriſtophoro Arnoldo

Εὐπράττειν.

Blondelli humanitas *ſingularis*. *Scripta ſua is recen-*
206 *ſet*. *Snellio herba porrigitur*. *Ad MSta hic non recurrendum*. *Fraus* ante Origenis ætatem *facta*. Seculum II. *propter impoſturas* infeliciſſimum. *Hinc fraudes piæ* Pſeudo-Eſdræ, Pſeudo-Sibyllæ, Euangeliorum, Actuum, Apocalypſeon, Hiſtoriarum, Prophetiarum, Oraculorum, Triſmegiſti, Hyſtaſpis. *Somnium eſt*, Joſephum, Philonem, *&* Senecam *Chriſtianiſmo imbutos fuiſſe*. *Mala connexio fraudem indicat*. *Hæc pericope* expuncta, *ſenſus* planus *oſtenditur*. Virum *non recte* negavit *Flavius*. *Chriſti verbis contrarius eſt*, *in* converſione Gentilium. *Sola ex his* Syrophœniſſa. *Additur* Hæmorrhouſa, *ex fama tantum*. Statua, *Chriſto poſita*. *De* multis Gentilibus *quæſtio eſt*. *Chriſtiani*, ex Gentibus & Judæis, φῦλον *dici nequeunt*. *Abſurdum eſt*, *Joſephum de* Prophetarum oraculis, *&* *Ieſu* reſurgente die tertia, *hæc ſcripſiſſe*. *Parænesis de* pace Eccleſiaſtica.

Quas ad me 4. Nonas decurrentis menſis de-
207 deras, hodie deferente *Reverendo Domino Viſſero*, *Auguſtanæ confeſſionis fratrum Eccleſiaſte*, accepi; & commendatiſſimas tam tuo, quod reconditiorem eruditionem ſpirat, quam *Nobiliſſimi Dn. Harſdörfferi*, & *Clariſſimi Dn. Snellii* nomine habui. Eorum ſemel ſuſceptis mandatis tanta ſuperſtitione teneri non debueras, ut vel ad momentum me eorum voluntatis certiorem facere differres. Non adeo ſunt pretioſa mea ſive tempora ſive ſtudia, ut quenquam juſta & pia poſcentem à me arcere debeant; mihi me non natum memini, quique quam curta ſupellex mea ſit, novi, tam à venditandis reculis meis, quam à deneganda earum communicatione alienus eſſe, per Dei gratiam didici. Utinam penes me eſſet, quod *Valerium* tuum *Catonem*
208 magis ac magis emacularet, offerrem lubens; ope, quam exigis, deſtitutum, nihil quod in uſum tuum ſit polliceri, non moleſte feres. Quo magis *hiſtorica mea* commendavit *Dn. de Elz*, eo ſolicitius mecum repeto, quid tanta commendatione dignum publico dare potuerim; vix enim quicquam tractavi, quod *hiſtoria* dici mereatur, ante annos 30. libellum edideram *Apologeticum pro Proteſtantium Eccleſiis*, in quo nonnulla hiſtorica attigeram; ſed vix ullum hodie exemplar extare puto, aut de juvenili opuſculo nobiliſſimum virum cogitaviſſe. Ante decennium ſpiſſum volumen *de Primatu in Eccleſia adverſus Baronium*, *Bellarminum*, *Perronium* Cardd. alioſque Rom. ſedis palpones, publici juris feci; nec id tamen, ut multa veteris Eccleſiæ facta contineat, hiſtoriæ nomen ferre poteſt. Anno 209
1646. *Diatriben de formula*, *Regnante Chriſto*, in qua Henrici IV. Imp. & Philipporum I. & II. Francorum hiſtoria ex parte elucidatur; eodemque fere tempore *Apologiam* pro ſententia *Hieronymi*, *de Epiſcopis & Presbyteris*, ac tandem *Elucidationem familiarem* famoſæ quæſtionis: *An fœmina inter Leonem IV. & Benedictum III. Papas media ſederit?* elucubravi. Hæc tria Blaewius noſter ſub prælum ſuum miſit. Excudit nunc idem primum volumen *Everſionis Vindiciarum Hiſpanicarum*, quas adverſus Regis mei gentem & dignitatem per orbem Chriſtianum diſſeminavit ** *Chiffletius*; quem pro ſuo merito excepturus ſum. Nihil horum in mentem *Dn. de Elz* veniſſe crediderim; ſed forte nactus diſſertatiunculam *de Regni Neapolitani jure*
pro Tremollio Duce, ab ejus Legato Principum ple- 210
nipotentiariis Monaſterii & Oſnabrugis congregatis oblatam, non improbavit, rogatoque auctoris nomine, *à me profectam* audiit; ſed certi nihil pronunciaverim, nec eam ejus præconio dignam cenſuerim. Si qua in re officia qualiacunque mea *Dn. Harſdörfferus* deſideret, ſimul ac exegerit, toto affectu bene de eo mereri ſtudebo.

Ad *Dn. Snellium* venio, qui tam vere *aſſutam Joſepho laciniam* aſſeruit, quam inconſiderate negavit *Doctor*, quiſquis ille eſt, *Jenenſis*; quibus ſe firmamentis ſubnixum putet, divinare, meum non eſt; ratione omni deſtitutum eum, certo certius eſt; nec ad *Cantabrigienſes Codices*, ut hallucinatio ejus revincatur, recurrere neceſſe eſt. Facile crediderim, antiquiora recentioribus puriora non eſſe; 211
imo *ante annum* 200, ipſamque *Origenis* ætatem, inquinatiora fuiſſe, res ipſa clamat; cum *Origenes* adverſus *Celſum* anno circiter 235. *Euſeb. Hiſt. lib. III. c.* 23. *Ruffinus* in verſione, *Hieronymus* in Catalago, *Cedrenus*, *Nicephorus*, *&c.* Joſephum ſcripſiſſe dicant, *Judæos pro vindicta Jacobi Juſti debellatos*, *& dira paſſos*; quod nemo in exemplaribus hodiernis, hac in parte ſincerioribus, deprehenderit. Quod de DOMINO IESU ei infartum eſt, *Euſebius lib. III. de Euangel. Demonſtr. lib. I. Hiſt. c.* 10. & ex eo *Ruffinus* & *Hieronymus* genuinum crediderunt; nec advertere dignati ſunt, *ſecundum* Chriſtianiſmi *ſeculum* (ſive *impoſturam* facientium effrænem *audaciam*, ſive patientium *ſecuritatem* plane deplorandam, ſpectare libeat) infeliciſſimum 212
fuiſſe; nec ullum unquam *fraudes* plures *pias* venditaſſe: Hoc enim, regnante Nerva, *Pſeudo-Eſdram*; Hadriano deſinente, *Pſeudo-Sibyllam*, ſuppoſita *Euangelia*, *Actus*, *Apocalypſes*, *Hiſtorias*, *Prophetias*, propemodum infinitas protulit: Eodem decurrente, immani auſu & *Monarchia divina*, & *Incarnationis veritas*, & *regenerationis neceſſitas* oppugnata eſt; quoque molimine falſis Chriſtianis commenta ſua pro *Sibyllinis Oraculis* Gentibus obtrudere placuit, eodem & *Pſeudo-Hermetem Triſmegiſtum* ſubornare, & *Hyſtaſpem* confingere, & Joſephum non uno loco interpolare, & *Philonem* cum *Seneca* Chriſtianiſmo imbutos ſomniare viſum eſt; ſed æque falſo. Ne à *Joſepho aſſictis* abſcedam, res ipſa clamat, intruſa eſſe; non enim cohærent præcedentibus, non ſequentibus; *iiſdem* 213
vero *expunctis ſenſus planus eſt*, ei nihil deeſt; imo priora poſterioribus optimo ordine ſuccedunt. *Antiq. lib. XIIX. cap.* 4. de Judæorum, ob tumultum à Pilati milite cæſorum, calamitate verba cum feciſſet,

cisset, ad aliud eorum infortunium, ne syllaba interposita transierat, hæc ad verbum scribens: Πολλοὶ μὲν αὐτῶν ταύτῃ καὶ ἀπέθνησκον, οἱ δὲ καὶ τραυματίαι ἀνεχώρησαν, καὶ οὕτω παύεται ἡ στάσις. Καὶ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἕτερόν τι δεινὸν ἐθορύβει τοὺς Ἰουδαίους. Sed *inter utriusque calamitatis narrationem* suam de Christo περικοπὴν mediam inseruit, & consimili audacia lætiores ludos faciens, *cap.* 7. corrupit. Scripserat *Josephus*, ταῦτα Ἡρώδης γράφει πρὸς Τιβέριον. Ὁ δὲ ὀργῇ φέρων τὴν Ἀρέτα ἐπιχείρησιν, γράφει πρὸς Οὐϊτέλ-
214 λιον, πόλεμον ἐξενεγκεῖν, καὶ ἤτοι ζῶον ἑλόντα, ἀναγαγεῖν δεδεμένον, ἢ κτεινομένου πέμπειν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Καὶ Τιβέριος μὲν ταῦτα πράσσειν ἐπέστελλε τῷ κατὰ Συρίαν στρατηγῷ. Οὐϊτέλλιος δὲ παρασκευασάμενος ὡς εἰς πόλεμον, *&c.* At nebulo, ut suo de *Johanne* commento locum faceret, *narrationis filo abrupto*, post στρατηγῷ *lineas* 20. nec prioribus nec posterioribus cohærentes *intrusit*. Falsa etiam, & inconvenientia, de CHRISTO DOMINO & Christianis scripsit; cum *virum sapientem* eum dixisset, *virum* negare maluit, quo argumento? ἦν παραδόξων ἔργων ποιητής, quasi vero, *quæ præter opinionem fiunt*, viro convenire nequeant; sic *Mosen*, *Eliam*, *Elisæum*, παραδόξων operatores *viros* jure negaveris. *Secundo* falsum, imo Christi ipsiusmet verbis, & expressæ
215 protestationi contrarium, quod de eo addit, πολλοὺς Ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο. Quos enim Gentiles (si *unam Syrophænissam*, cujus filiam sanavit, excipias) convertisse legitur? ad eos *se missum* negat, Chananeam *canem* vocat, & *pane filiorum* indignam pronunciat; Discipulos, Euangelii prima semina jacturos, *in viam gentium abire*, *& in urbem Samaritanorum ingredi* vetuit; nec ante *demissum cœlo linteum* Gentes ad participationem gratiæ suæ vocandi potestatem fecit; qui ergo Ἑλληνικοὺς induxerit? *Hæmorrhousam*, Cæsareæ Palæstinæ, seu *Paneadis*, civem fuisse, ex fama narrat *Euseb. lib. VII. c.* 18. Ab eademque *ex gentili more* Christo positam statuam, quam tamen ipse non viderit; & sub *Juliano*, post ejus mortem, confractam refert *Sozomen.*
216 *lib. V. c.* 20. Sed de *mulieris* gente, in *Herodi & Judæorum* terra *sanatæ*, nihil Euangelium; ut vero *Paneade* ortam demus, non ex ejus conversione conficitur, quod volebat Pseudo-Josephus, *multos Gentiles* à Christo vocatos fuisse. *Tertio* Christiani ex *Gentibus* & *Judæis*, quo Josephus tempore scripsit, promiscue collecti, φῦλον dici nequaquam potuerunt. *Quarto* absurdum, Josepho à Christianismo alienissimo, & ad Gentilium vanitatem magis, quam Apostolorum disciplinam inclinanti, tribuere, quod *Prophetas* de DOMINO IESU, quem nunquam coluit, *locutos* aut *die tertia excitandum* prædixisse agnoverit. Ut finem faciam, nihil in tota illa περικοπῇ, quam Pseudo-Christiani
217 ante annos 1300. ejus operi assuerunt, si quid capio, Josepho conveniens, nihil (quicquid in contrarium *Jenensis Doctor* moliatur) sanum video. "Pudeat Christi servos, mendacia, quia antiquos "propitios habuerunt, & credulæ & ad fabulas ni"mium facili fidelium multitudine fucum fecerunt, "tantisper dum *Nocentius ex Vaticano* adversus pa"cem publicam detonet, & Protestantibus uni"versis dira minatur, mordicus tueri; & de lana "caprina adversus fratres libere, pro suo jure, "quod credebant verius, efferentes digladiari: "Deus Opt. Max. universos ad pacem componat! Tu vero, *mi Arnolde*, mei in precibus tuis memor, magnis illis Viris, qui de me consultando mandata dederant, quandocunque se occasio offe-
218 ret; respondebis; meque acceptæ hujus epistolæ certiorem facies. Vale in Domino. Dabam Amstelodami A.D. 1651. 8. Kal. Martias.

EPISTOLA XVIII.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Abrahamus Whelocus

S. P. D.

Longissimæ *de hoc testimonio* literæ *Wheloci* perierunt. *Josephi MS.* nullum in Bibliotheca Cantabrigiensi. *Josephum appellat* nobilem Judæum, *nec non*, oculatissimum *&* optimum Judæum, *item*, Virum probum, *&* nobilem Scriptorem. *Hanc pericopen* Christianæ Ecclesiæ gemmam *vocat. Fundamenta fidei Historiarum infantiæ non committenda sunt. Angli Germanos amant.* Arnoldus *quidem in Epist.* ad Diegum *fatetur*, *se testimonium illud in Cod. MS. invenisse. Antiquitas pro eodem allegatur.* Eusebii *encomium*, *& locus.* 219
Sozomenus *Josephum* laudat. *Is ipse ex Josepho* Christi divinitatem *adstruit. Editio* Persicorum Euangeliorum *promittitur.*

SAlve, *Ornatissime Domine Arnolde:* Gratulor mihi jucundissimam amicitiam tuam, cum multas ob causas; tum propter illam potissimum, quod veritati impensissime faveas, & nobilium Polyhistorum veracitati. Literas quidem, easque prolixas, elegantioribus tuis responsorias, accepit à me delicatulus civis noster, & juvenis, *Baretius*; satisque (si illum probe noveris, quod in laudem dico) λογοδαίδαλος. At ille (quas accepisse se & lætor hoc teste) fatetur, legatas ait per comitem quendam Legati, Lugdunum Batavorum. Verum
ego in via excidisse sentio, & doleo; sed dolorem 220
minuit amissi epistolii, cum ipso doctissimo Te, & comtissimo viro tam propinqua confabulatio; & propinquior in posterum, si Tibi huc ad hanc civitatem nostram, & *Athenæum antiquissimum*, veniendi sors tua attulerit. Aisne (Vir præclare) famigeratissimam & decantatissimam illam περιοχὴν *Josephi lib. XIIX. Antiq. cap.* 4. tot in Germania viros celeberrimos exercuisse? & disputationes acerbiores inter illos jam, nescio quam levi, aut plane nulla de causa ortas; easque auctiores demum factas *fabula* quadam & *somnio*, Bibliothecam *Cantabrigiensem Codicem habere MStum*, qui eam particulam, ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν (ut in prioribus literis tuis) non habebat? vel (ut in proximis hisce) licet isthæc apparebat quidem, supposititiam
Doctor eximius Jenensis forte suspicatur? Sed nec 221
verum, nec supposititium, hoc est, nec verum (in hanc sententiam) nec (quod mireris) falsum, affirmat Codex MS. Bibliothecæ publicæ Cantabrigiensis: Qualem Codicem MStum neque hodie, neque majorum nostrorum ætate vidisse autumo, imo credo, Academiam nostram. Neque hinc ajo, magnum illum Theologum falsum esse, fallacia certe & suspicione fraudis *majorem*; Doctorem quippe in Academia nobilissima veritatis supremæ Professorem: Nam, ut hominem tamen scias, & licet non fallere, at falli; vel ad fallendum proclivem, quod aut *Oxonii* vidit, aut *Londini*, alibive; non mirum, si vir occupatissimus, locorum & rerum multarum oblitus, putaret, vi-
disse se *Cantabrigiæ*. At liceat mihi & hoc etiam 222
atque etiam premere: Si tale quippiam contra fidem illam *nobilis Judæi*, in MSto ullo Codice vidisset, proclivior ego sum, ipse ut credam, *ipsam* etiam *corrumpi magis antiquitatem*; quam ut tam gloriosum & spectabile inter ipsos convertendos Judæos testimonium aut extingueretur, aut ullo modo premeretur. Tollatur è medio potius, atque penitus è mundo, *Flavius Josephus*, quam ut illam à Christiana Ecclesia *gemmam* (illam intelligo περιοχὴν) tolli patiamur. Verum (Vir eruditissime)

me) veritas palmam, non fraus ſpecioſa pietatis ceruſſa, obtineat: Idque vel maxime, cum admiranda & veneranda canities antiquitatis acceſſerit. Cur non ipſe *oculatiſſimus*, *& optimus Judæus*, ſi quis illa ætate ullus, diceret; cum nihil, præter-
223 quam, quod *virum probum* decuit, dixiſſet. Faveant Judæi, ſi & quod valde volumus, & in illam juramus ſententiam, facile credimus: Sed non adeo faciles, qui *fundamenta fidei* noſtræ, Petra æterna in cœlo fundata, *fragilitati* aut *infantiæ hiſtoriarum* committamus. Sed non ingratum benevolis veritati Chriſtianis, ſi antiquitas, atque etiam novitas (licet in multis clauda utraque) eant curantve, ut poſſint, in ſententiam noſtram. Liceat mihi in cauſam hanc vitæ æternæ noſtræ à Joſepho, homine Judæo, non ſine mira Dei providentia defenſam, hinc à *Cantabrigia* in *Germaniam* veſtram, & noſtram quoque (*è Germania etenim nos oriundos gloriamur*) unum aut alterum ſpargere argumentum.

224 *Alter* familiæ tuæ (Vir egregie) & nominis, *Arnoldus*, Vir eruditione atque auctoritate conſpicuus, *in epiſtola ſua ad Nobiliſſimum Diegum*, in laudem editionis Flavii Joſephi data, ante illam Joſephi Hiſtoriam typis mandatam, *eandem* videbat *Codice MSto diſerte demonſtratam.* Numquid deſiderant MStum Codicem in hoc teſtimonium Chriſtiani? rogitent manes Domini *Arnoldi* illius τοῦ μακαρίτου; aut rogitent librum hunc, quem verſamus, in lucem datum: *Unde tu liber impreſſus originem ſortiris?* à fonte, reſpondet, antiquitatis, & Codicis, è Græcorum ſcriniis huc ad oras Occidentales venientis MSti. Tantum certe MSto Codici *Venetorum*, aut *Baſileenſium* tribuendum, quantum *Cantabrigienſi*, ipſa experientia ſatis proclamat.

225 Quid, quod hoc ipſum de CHRISTO teſtimonium, ut ab antiquis uſque temporibus, inter Hiſtoricos, veritatis cuſtodes, receptiſſimum, ornare geſtiat *Euſebius*, autor ſane, in quem (ut hiſtoricarum rerum mirabiliter gnarum) nemo vel demum hiſcere audebit. Sic ille, vel ipſius Joſephi hac in re diſcipulus, *lib. I. Eccleſ. Hiſt. cap.* 11. Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, Ἰησοῦς τις σοφὸς ἀνήρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής. Διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν σὺν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων. Καὶ πολλοὺς μὲν τῶν Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἀπηγάγετο. Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Et ut eundem eſſe Chriſtum, quem fatemur, noſtrum, agnoſcamus; ita paullo poſt reſurrectionem depingit: Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἡμέραν ἔχων πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ
226 εἰρηκότων. Hæc *magnus* ille *hiſtoricæ veritatis myſtagogus* nobis reliquit. Nec non *Sozomenus* (in eodem argumento & multus quidem, & dilucidus) *lib. I. Hiſt. cap.* 1. Nec ipſum gravat auctorem Joſephum ſtilo celebrare: Ἰώσηππος ὁ Ματθίου ὁ ἱερεύς, ἀνὴρ παρά τε Ἰουδαίοις καὶ Ῥωμαίοις ἐπιδοξότατος γενόμενος ἀξιόχρεως ἂν εἴη μάρτυς τῆς περὶ Θεοῦ ἀληθείας. Ἄνδρα μὲν γὰρ ἀποκαλεῖν ὀκνεῖ, ὡς παραδόξων ἔργων ποιητὴν, καὶ διδάσκαλον ἔργων ἀληθῶν. Et ne quid admirandæ huic deſit *nobilis* quidem *Scriptoris* auctoritati, CHRISTI etiam ex eodem Joſepho *Divinitatem* ſic paullo poſt plane adſtruit: Καὶ μοὶ δοκεῖ ταῦτα ἱστορῶν μονονουχὶ βοᾶν ἀναλόγως τοῖς ἔργοις Θεὸν εἶναι τὸν Χριστόν, ὑπὸ δὲ τοῦ παραδόξου πράγματος καταπλαγεὶς
227 ὡδί πως μέσος παρέδραμε, μηδὲν τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύσασιν ἐπισκήψας, μᾶλλον δὲ καὶ συνθέμενος. Sic argute pieque, atque intrepide *Joſephus*; atque è Joſepho *Sozomenus*, non contra veritatem quantillumcunque muſſitantes, pro veritate contendunt.

In *Perſica Euangelia*, prælo brevi mandanda, pro virili adlaboro: Characteres cum & grandiores non adeo terſos nacti ſumus, *annotationes multas*, oræ libri dandas, ſubterfugio. Vale, *Vir Clariſſime*, & meis horridioribus, & Perſicis apicibus vexato interdum, ignoſcere digneris.

Cantabrigiæ, Auguſti 12. cIↃ. IↃc. LI.

EPISTOLA XIX. 228

JO. FREDERICO KRESSIO à KRESSENSTEIN,

Thomas Lanſius

S. P. D.

Teſtimonium hoc olim nequiter eraſum ſtatuit. Criticorum cenſuram improbat. Semper pro genuino *habuit. Ex hoc ipſo non ſtatuminandum Chriſtianæ religionis myſterium. Chriſtus in* S. Scriptura *quærendus eſt, quæ* ſola *nobis* cynoſura.

Nobiliſſime KRESSI, *Amicorum Chariſſime!*

SCheda à *Dn. Arnoldo* P. P. Norico miſſa fuit, omnino mihi gratiſſima: quippe quæ nova me beavit amicitia. Quod theſauri genus ego in primis facio magni, tanquam ſuaviſſimum ſenectutis 229
præſidium condimentumque. Quod autem ad locum *Fl. Joſephi* ex *lib. XIIX. cap.* 4. productum attinet, ſic breviter accipe. Quamvis non ignorem, & olim fuiſſe nefarios λειπωδέρμους, qui alicubi tam illuſtre de IESU CHRISTO teſtimonium nequiter eraſerint; ſciam quoque, extitiſſe poſtea nonnullos, qui Criticam cenſuram admolientes *Græco illi Livio* (uti à *D. Hieronymo* honorifice appellatur Joſephus) fidem memorabilis dicti εἰς ἑκάτερον raptaverint prælicenter: nihilominus ego *ſemper in ea ſteti ſententia* firmus, Joſephum *ſingulari Divini Numinis impulſu* de IESU CHRISTO *veritatem ſcripſiſſe*; hactenus tamen me æſtimare teſtimonium Joſephicum, ut credam, parum Chriſtiane facturum illum, qui 230
eo ſacroſancta Religionis noſtræ myſteria & capita ſtatuminare velit. In talibus enim S. Scripturam ſcrutari, CHRISTUM ipſummet in Verbo revelatum audire & ſequi debemus. Et erraverit, qui aliam Cynoſuram finxerit. Nec plura addere poſſum, negotiis aliis impeditus. Hoc unum Te rogo maximopere, *mi Kreſſi*, ut & *Nobiliſſimum Dn. Parentem Tuum*, *Summatem*, *atque de Repub. optime meritum Virum*, ut & CL. Dn. Arnoldum honorifice & officioſe ſalutes. Ita vale ſuaviſſime Amicorum, & me amare perge. Tubingæ, 7. Jul. A. C. 1657.

Tuus omnibus officiis.

EPISTOLA XX. 231

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Jo. Henricus Urſinus

S. P. D.

Amicitiæ pactum. De multis, non penitius excuſſis, non dubitamus, facile credentes Scriptoribus. Rationes duæ Cloppenburgii. *Dubia* Cappelli *reſponſio.* Bellarminus, verum *eſſe hoc teſtimonium, cenſet. Gorionides* fabulator. *Hujus* contrarium *de Ieſu Nazareno* judicium. *Jeſus quidam ante nativitatem Domini noſtri. Ratio* prima *dubitandi, quod Flavius Prophetarum* vaticinia frigide *explicuiſſet.* Secunda, *qui factus tam* cito Chriſtianus *eſſet?* Tertia, *videtur* gloſſema *interpoſitum. Flavio* non adeo cordi *fuit* religio. *Nova ſententia, hanc pericopen* non inſertam, ſed interpolatam *fuiſſe.* Semi-Judæi, *ut &* Pagani, *honeſtius* 232
de Chriſto locuti. Hoc judicio veteres quidam abuſi ſunt. Contraria *quoque* ſententia *expenditur.* Gorionides *etiam aliquam* Ieſu Nazareni, *ex Flavio forte*, mentionem *facit. Ejus* σκληροκαρδία *Judaica. Modeſta* Urſini ſententia. *Aliqua Ieſu* mentio, *ſed* non talis. *Ipſe* Origenes aliter, ac nos

hodie, *legit*. *Iesus noster* suffragio *istorum*, qui foris sunt, *non indiget*.

PRævenisti, *Amice exoptatissime*, & amoris nexu fecisti me tuum. Ea enim, amicitiæ indoles est, ut inter eos, quos studiorum morumque, & adeo animorum similitudo conciliat, facile coalescat. Habeo à Te pignus geminum; elegantissimum munusculum, & amabilem judicii errorem, quo labi solemus amantes omnes. Δειναὶ γὰρ αἱ εὔνοιαι δεκάσαι τὰς ψήφους. Ita oculis amor solet glaucoma
233 objicere, ut majora videamus, aut plura quam sunt, quæ amamus. Habeo pro utraque maximas gratias; relaturus pro isto proxime, ἀντιδώρῳ quidem impari, pari tamen affectu. Nam in amore non sinam mihi primas eripi. Et tametsi Tu prævorteris, alacriter ad hanc laudem contendam æquo passu. Testes erunt hæ meæ deproperatæ, inter Scholasticas occupationes, eo fere articulo, quo tuæ mihi reddebantur. Erubescebam enim relinqui, & post primum mutuæ humanitatis officium præreptum, secundum mihi vendicandum arbitrabar. Erant horulæ illæ diribitioni præmiorum Scholasticorum constitutæ, Ampl. Senatus decreto, cui me quoque cum Dnn. Collegis Scholarchis interesse oportebat. Quo nomine excusatio-
234 nem mihi paratam velim, si exspectationi tuæ non satis fecero. Quanquam quo jure vos, quibus ab ineunte ætate optimis Magistris in capacissimo illo Philologiæ studio uti licuit, à me in isto genere aliquid expectatis, cui ætas in concionando fere omnis exacta est, non video. Malui tamen maciem ingenioli mei, ut cum Symmacho dicam, publicare, quam spem tuam frustrari.

Quæris; quid de Josephi, Ἀρχαιολογίας Judaicæ conditoris, testimonio, quod Salvatori nostro perhibuisse legitur & creditur, statuam? Exponam paucis: Quantisper nulla dubitandi esset causa aut ratio; sic à pluribus laudatum Scriptoribus antiquis & recentibus approbabam, ut solemus, cum rem non penitus excutimus. Primus injecit scrupulum *Cloppenburgius in Ep. ad Ludov. Cappel-*
235 *lum*, Amstelodami edita anno 1643. Merito, inquit, suspecta videantur, quæ isthic de Christo dicuntur. Quid ita? *Primo*, quia illius περιοχῆς, ita pergit, nulla est cum antecedentibus & sequentibus connexio. *Deinde*, quia verisimile; fuisse illo loco à Josepho factam Christi mentionem ejusmodi quæ ἀναλόγως perfidiæ Judaicæ, blasphemam habuerit connexionem cum sequenti historia, scilicet de Paullina à Decio Mundo imprægnata. Hinc conjicit, castigatum à Christiano aliquo, castratumque Josephum, insertamque hanc περιοχὴν ἀσύνδετον. Respondit *Cappellus*, & συνάφειαν quidem conatus est in historia Josephi ostendere; de testimonio vero ipso, obelóne con-
236 figeret, an calculo suo approbaret, videtur nutavisse. Ego tum quidem hanc velitatiunculam annotavi ad *Bellarmini* Scriptores Ecclesiasticos, qui verum & germanum hoc esse Josephi testimonium, censet; & Hebræos refellit, argutantes; illud in suis libris, in *Josepho Gorionide*, non haberi, & ideo superadditum videri. At in eo ipso *fabulatore*, qui Josephi historiam sic in compendium misit, ut nugis suis passim corruperit, de Iesu Nazareno contrarium, etsi subobscurum, repereram elogium, ἀνάλογον plane Judaicæ blasphemiæ, quæ in Talmude apertius eructatur: quod quidem in meo libro *pag.* 82. legitur. Nam quod Viri quidem docti hoc Gorionidæ, *alteri* cuidam *Iesu cognomini* tribuunt, qui *centum & decem* circiter *annis* Dei ac Domini nostri nativitatem in terris præ-
237 cessisset, vereor ut rem acu, de quo *Gregorius Gregorii Francus in Lexico Sancto p.* 102. Itaque mihi dubiam traxit sententia mentem. Argumenta, quæ animum huc illuc dividebant, ut calculum interim suspensum tenerem, accipe: *Primo* sciebam, quam frigide Josephus alibi diserta Prophetarum, de Christo Rege è Judæis prodituro, eique æterno & sine fine dato imperio, vaticinia explicuisset; suisque applicuisset. *Deinde*, non poteram ratione assequi, quî tam cito fieri potuerit Christianus? *Tertio*, suspectum omnino erat illud: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Glossema à pio aliquo interpositum, non poteram non arbitrari. Nam cætera, quæ præcedunt, quæque sequuntur, talia sunt, quæ à Judæo, *homine imprimis politico*, & cui *religio non adeo esset cordi*, 238
scribi potuisse videantur, si paucula hinc inde subtrahantur. Ut totam περιοχὴν *non insertam*, *sed interpolatam* potius divinârim. Ita enim de Domino judicat, quomodo & alii *Semi-Judæi* olim, & *Pagani* forte ipsimet; quorum oracula, si non & illa hypobolimæa, fuisse dicunt, -- σοφὸν, τερατώδεσιν ἔργοις: Uti Josephus totidem fere syllabis, σοφὸν, παραδόξων ἔργων ποιητήν. Adhæc piæ istius fraudis non ignorabam plurima manifestissima exempla, qua tamen quo judicio Veterum quidam abusi fuerint, nescio: *Veritas nuda pulcherrima non egebat isto mangonio*, *&c.*

Ex adverso, ne censoria virgula damnarem totum illud testimonium, non pauciora vetabant. An aliquis Veterum Doctorum *ante Origenem* illud citarit, non recolo. Ille vero sic adducit, ut, ne 239
vacillaret fides, tibicinibus quibusdam substruxerit. Locus est *lib. I. contra Celsum* post medium. Certe qui *Johanni Baptistæ* tam præclarum tribuit elogium, qui injustæ cædi *Jacobi Justi* imputat ultimam cladem Judæorum, urbisque ἅλωσιν, cur de *Iesu Nazareno* non aliquid in partem meliorem testari potuerit, equidem non video: sed neque *hiatum in historia*, eo loco, quo de hoc mentionem fecit: occupatur enim in variis eventis enarrandis. Nec in Annalium Scriptore requiritur talis connexio. Ipse ille nugo Gorionides, de Iesu Nazareno aliquid se reperisse in Josepho, insinuat. Quod vero tempora confundit, & in *Aristobuli* regnum eum removet; ac denique *de doctrina*, *& miraculis tacens*, de sola comprehensione & supplicio, gar- 240
rit, more suo solens facit: ut σκληροκαρδίαν & nigrum illud fel hominis Judæi manifeste videre sit. Nam de Johanne Baptista contra, quam magnifice, יוחנן כהן גדול, *Johannes*, inquit, *Sacerdos magnus*. Quid multa? si sententiam mihi, ut pedario, ferre licet, ita censeo: Videri plane, *de Iesu Nazareno honestam aliquam fecisse mentionem; non tamen ejusmodi*, *qualis hodie legitur*: *Prius* ideo; quia non reperio causam, cur historiam tam celebrem debuerit, aut & potuerit, prætermittere? & quia de Domini præcursore, ejusque fratre dicto, Jacobo, non sine laude, historiam texit: Nam si eam quoque in dubium vocaverimus, quid certi relinquemus? Si hoc argumentum in Schola tractandum haberem, pro mea sententia adferrem *volunta-* 241
tem Josephi, & *facultatem*, & *signa*, & *circumstantias*, & *testes* tot *Ecclesiasticos*: his causam, *in statu conjecturali*, apud æquos Judices, me obtenturum confiderem. *Posterius* vero cur videatur, argumenta jam dedi, & quidem *palmarium*: quia personam, non credo quenquam fore, qui statuere possit tam fuisse Christianam, quam hoc ejus testimonium est. Et nisi me *Gelenii* interpretatio fallit (nam Græcum exemplar non erat ad manus) *Origenes* ipse indicat; *suo* adhuc *ævo non ita lectum* fuisse illud in Josepho: ait enim, Josephum *Iesum nostrum parum agnovisse pro Christo*; quasi dubitarit. At qui testimonium ejus, ut hodie extat, & ut *post Origenem* primus forte *Eusebius* adduxit *lib. III. De-* 242
monstr. cap. 7. & *lib. I. Histor. Eccles. cap.* 14. legit, si dubitasse Josephum putet, oculos suos mentemque amiserit oportet. Hæc, quoniam ita jubebas, ex-

extemporali studio; plura tamen, quam proposueram: Qua causa abstinui citata loca ex *Origene*, *Eusebio*, *Gorionide*, *Bellarmino*, *Gregorio Franco*, & ex amica collatione *Cloppenburgii* ac *Cappelli* inprimis, exscribere. Qualia tamen, ut in Lectorum conspectu sint, si doctissimorum illorum Virorum judiciis, quæ editurum in Te recipis, subjungantur, non putem ingratum fore, aut supervacaneum. "Denique quicquid sit, habet Iesus noster, qui est "Deus super omnia benedictus, testes suos omni "majores exceptione: neque enimvero necesse est,
243 "prensare illos, qui foris sunt: & emendicare suf-"fragium. Ajant, non ajant, nihil illi accedit, nihil decedit.

Salve, Virorum optime, amicorum desideratissime; & si verbositate offendo, Tibi imputa; qui, quod ajunt, cicadam ala: Tu boni hæc consule, & ut cœpisti, amare persevera.

Ratispon. 23. *Martii*, 1659.

Nota: In proximis suis Vir Excellentissimus, unum atque idem se cum *Dav. Blondello* sentire, significavit his verbis: *Cum Clarissimo* Blondello *de tempore confecti aut falsati testimonii illius plane mihi convenit. Eo ipso die scribebam contra eos, qui Mercurium Trismegistum, Zoroastrem. Sanchoniathonem, Scriptores Mose antiquiores nobis obtrudere volunt, ut nuper in Oedipo suo Kircherus; & censebam, pleraque id genus scripta partim ab* Hæreticis, *partim* à Magis, *qui se* Platonicos *appellabant*, altero *post Christum* Seculo *videri excusa*, &c. *De quo alias plura.*

244 Epistola XXI.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Jo. Christophorus Wagenseil

S. P. D.

Locus genuinus *esse* videtur. *Ut aliquis locus pro* corrupto *habeatur*, evidens necessitas *requiritur. Provocatio ad veteres Codices.* Conveniens *Servatoris nostri* mentio. *Josephus* ex aliorum sententia *loquitur. Ejusdem* Josephi phrasis *est. Verbum* ἐπιλιμάω *urgetur.* Freinshemius *contra* supposititium *esse*, *affirmat*, *ob* locum inconvenientem, ævi istius fraudem, & phrasin discrepantem. *Josephi Ebræi*, *sive* Gorionidis, *Codex* in Vaticana *hodienum exhibet* abrasum à Judæis *testimonium.* Gorionidem *forte* alium *vel habent*, *vel habuerunt* Judæi. *Spes* Polybii, cum Animadversionibus *celeberrimi* Bœcleri, *proxime* prodituri.

245 Veniam deprecor, *Reverende Vir*, si parum in tempore ad tuas rescribo; nec enim voluntas defuit, multo prius hoc officio defungi; facultatem autem causa gemina hactenus ademit. Nempe veredarius, qui tuas cum cæteris attulit, dum itinere Basileam confecto, reversurum sese, unaque laturum, quæ remittere vellem, fidem dederat, fefellit eam; & per dies tam multos suspensum me tenuit, qui ejus inprimis opera uti decreveram; ut ea occasione unum & item alterum exercitium Academicum epistolæ adjungerem, quæ cum vili comitatu apud internuncios viam minus commodam inventura esset. Cæterum dum vehementer mihi formido, ne aliqua sinistra de mea tarditate oboriatur suspicio, quod in præsentia-
246 rum queo, me velle necessitas jubet; quamque olim fastidiveram occasionem, arripere, aliaque alium in diem reservare. Quare, si jam animus nulla sui parte ostendere potest, quanto Tibi devinctus sit opere, quod denuo de *Vorstii ad Lipmannum* collectis benignam spem fecisti; erit tamen, cum ejus clarissima documenta edam, effi-ciamque, ne Te hujus favoris pœnitere possit. *Josephi locum* quod attinet, egi ea de re cum N. N. qui suam, & magnorum antesignanorum, *Schmidii*, *Dannhaveri*que mentem testatus, *genuinum esse* locum illum, nec ab aliena manu intrusum; pro-que hac sententia pugnare principio immotum illud: *Nullum locum pro corrupto habendum, nisi id nos facere evidens compellat necessitas*; quam in hoc 247
negotio obtinere, nondum à quoquam esse evictum: Nondum productos veteres Codices, in quibus fragmentum illud abesse conspiciatur: Gratis fieri, quod quidam aliena in sede illud locatum causentur; nam *convenienter ibi Servatoris mentionem injici*, ubi ejus ætatis Romanorum Præsidis res gestæ pertractantur: Fatendum, primo adspectu verba *majus quid* præ se ferre, *quam ut à Judæo prolata* videri queant; sed accuratius considerantibus talem sensum admittere, quasi *non ex sui animi*, *sed assecclarum Christi sententia* loquatur: Denique ipsum *dicendi genus Josephi phrasin* quam maxime *redolere*; & verbum ἐπιλιμάω aliis non ita facile, Josepho autem, eo, quo hîc occurrit sensu, passim frequen- 248
tatum. Hæc fere sunt, quæ Vir laudatus mecum communicavit; quæ an Tibi satisfactura sint, etiam atque etiam dubito: Nam, ut ingenue fatear me quoque ἀναμφισβήτητον relinquunt; quanquam de iis nunc quidem disquirere, parum interest; attamen & ipsi statim regerebam, *duo*, in quæ maximum robur collocaret, minus, quam pro opinione esset, conficere; nempe illud de *aliena hypothesi* contortum esse, & *verbum* illud ἐπιτεθμηκότος, quod urgeret, id quidem in mea editione non comparere. Annus nunc agitur, cum Heidelbergæ agerem, ibique Amplissimum *Freinshemium* aliquando convenirem: tum vario sermone etiam ad hunc nobilem locum deventum nobis est; cumque illius judicium exposcerem, *supposititium* illum sibi videri, 249
serio edicebat, causas allegans, quod *loco minime convenienti* de Servatore mentio instituatur; quæ alibi multo fieri poterat commodius, si tale quid Josephus scribere præsumsisset: notum esse, quid *illo ævo* in aliis *ad arripienda undecunque contra infideles argumenta* sit commissum: denique nimium quantum *discrepare phrasin* τῆς περικοπῆς istius *à recepto* Josephi *loquendi genere*; & *Angli* vel *Galli* alicujus (nomen memoriæ excidit) noviter editas *quæstiones epistolicas* producebat, qui fuse operoseque hæc probabat. Operæ pretium erit, & illud hoc loco subjungere; quod, cum olim in Austria apud Illustrissimum, & incredibilis eruditionis lectionisque Heroëm, *Theophilum*, *Comitem de Windischgrätz* hoc de argumento quæsitus, pro tenui an- 250
gustaque re nostra aliqua dissererem; illudque *Baronii* commemorassem, prodentis, inventas fuisse Romæ membranas vetusti voluminis, *Josephi in Ebræum conversi*, in quibus malitia Judæorum *abrasum* fuerit illud *testimonium*; ipsus adhuc hodie in Vaticana illud asservari, sibique ostensum esse, subjecerit. Certe jure merito dubitandum videtur, annon præter illum, quem Hebraïce atque in vernacula nostra nobis dedere Judæi *Gorionidem*, aut potius ex sese finxere; alium vel habeant, vel habuerint in secretioribus thesauris; deque eo, nisi totus fallor, capiendus *R. Gans parte priore* § צמח, *pag.* 38. *b.* Apertissime *Juchasin pag.* 24. *b.* מצאתי ביוסיפון בן גוריון גדול, qui num genuinus horum locorum senius sit, Tu nos, Vir Clarissime, quod precor, edocebis. De incomparabilis *Bœcleri* men- 251
te nihil adhuc constat; & ne quid dissimulem, is altera causa est tarditatis in scribendo; scilicet pauci sunt dies, ex quo ejus familiaritate gaudeo: & absque Te fuisset, tuisque jussis, nunquam forte illi innotuissem. *** Tanta humanitate & benevolentia me non solum excepit, sed etiam postridie nos rursus invisendo ita ubertim ejus perpetuitatem pollicitus; ut magnæ potius rei, quam illius favoris jacturam ferrem. Quod Josephi locum concernit, calamo se magis quam ore animi sensa declaraturum, ultro statim spondebat; quod gauderet de oblata materia & Tibi mihique inservien-di:

di: nondum autem fidem liberavit, etsi die ab-
hinc tertio rursus promissi eum admonui; excusat
252 autem Virum eruditissimum, quod acidulas potat,
ne ægre feramus hanc moram. Certum est, lima-
ta & docta futura, quæ ipse suggeret, inprimis
cum Josephum familiaris & domestici loco habeat,
atque à *Gothofredo*, *Spanhemio* patre, *Forstnero*,
Palmerio, aliis sæpe sit admonitus, librum com-
mentarium ederet; in quo quanquam ipse, utpo-
te qui ab aliis nullam quietem habet, desperet;
tamen variis hactenus de Josepho dissertationibus
salivam eruditioribus, majusque desiderium movit.
Amstelodami propediem evulgabitur ejus cura ad-
ornata *Polybii* editio *cum Animadversionibus*, quibus
maximam partem bellica pertractat. Vale, &
ignosce festinanti calamo, quo scripsi ipsis Nonis
Jun. Argentorati, 1660.

253 EPISTOLA XXII.

JO. CHRIST. WAGENSEILIO

Illustrissimi Comitis Hardeccii, &c. Ephoro, o-
mnibus ad id muneris ingenii dotibus & ani-
mi artibus instructissimo, &c.

Jo. Henricus Bœclerus

S. P. D.

Scripsisse ea Flavius videtur, quæ Patres, *& alii ha-
ctenus eruditi, constanter* allegarunt. *Codicum* per
tot secula *consensus*. Cohæsio *antecedentium ac
sequentium accurate* examinatur. *Accedit* lectio-
num varietas. *Mitigatio est*, Credebatur, *pro*,
Erat. *Vox Græca* ἔνδειξις *hîc* non habet invidiam.
Hieronymi consilium, cur dubitarit? *Josephus hæc
ipsa*, si scripsit, non credidit. *Non vidit* ocu-
lis Christianis. Παράδοξα ἔργα *non sunt* Messiæ
254 miracula, *à Prophetis descripta.* Periphrasis se-
ctæ Christianorum. *Ostenditur &* stilus *&* sen-
tentia *eorundem.*

GRatulor Academiæ nostræ plurimum de *Illu-
strissimi DN. Comitis Hardeccii* indole, & Tua
singulari virtute; mihi autem privatim gaudeo de
amico tam exquisitæ eruditionis, & ad eam æsti-
mandam parum in me opis esse, lubens meritoque
agnoscam atque sentiam. Quanquam enim S. lite-
rarum studio inde à pueris flagraverim, & quæ ex
Hebræis fontibus, aliisque linguis Orientalibus pe-
ti vel possint vel debeant subsidia, non ignorave-
rim; multum tamen de qualicunque Hebraicæ li-
teraturæ peritia detraxit aliorum studiorum assidua
exercitatio, quæ non patiebatur me Rabbinorum
255 loculos excutere; aut, quantum vellem, illorum
disciplinæ vacare. Quo fit, ut nec rarissima Ju-
dæorum monumenta MSS. quæ magno numero
possides, eo, quo par est, judicio penetrare, nec
Tua in his rebus singulari doctrina, satis frui va-
leam. Veneror tamen, & *in bonis seculi* numero
has opes; Deumque precor, ut rempublicam lite-
rariam, hac tam rara eruditionis parte, Tui inge-
nii viribus attollat ornetque. Petis autem, ut in
gratiam Amici Tui, viri doctissimi, quid mihi de
elogio Christi Servatoris nostri apud *Fl. Josephum*
Judæum (*Antiquit. lib.* 18. *c.* 4. vel 6.) videatur,
exponam. Non sunt mihi nunc ad manum alio-
rum libri, quibus suam de hac re sententiam con-
signarunt. Igitur, cum Tuæ voluntati repugna-
re fas non esse credam, vel cum periculo æstima-
256 tionis meæ, aliquid disserendum mihi video: quod
Tu excusabis, primum Tibi, deinde & aliis. *Scri-
psisse* ea Josephum, *& his ipsis verbis*, quæ hodie
legimus, *scripsisse*; pauci sustinuerint dubitare. Re-
tulit in suam Historiam Ecclesiasticam *Eusebius*,
interpretatus est *Hieronymus*; descripserunt avide
juniores, viri magni, multi, eruditi: quibus vel judi-
cium vel curam abfuisse, nemo ausit suspicari. Acce-
dit *Codicum* Josephi *consensus*, per tot sæcula propa-
gatus. Sunt tamen aliqua, quæ considerari probe
mereantur, si rem in expedito esse non sinant.
Quomodo *hæreat* ista narratio iis, quæ *antecedunt*,
& quæ *sequuntur*, non examinabo curiosius. Præ-
cesserat de *incommodo Judæorum*, quod *sua sibi se-
ditione* acciverant: Sequitur, cum nota connecten-
dæ historiæ, καὶ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἝΤΕΡΟΝ τι
δεινὸν ἐθορύβει τοὺς Ἰουδαίους; *sub idem tempus & ALIUD* 257
incommodum Judæos perculit. Hoc ALIUD pertinet
ad comparanda & connectanda incommoda: quibus ac-
censeri non potest, quod *de Iesu interjectum* est,
nulla *ratione contextus* apparente. Ita ut hoc ἀπο-
σπασμάτιον *insertum sine occasione*, ac veluti *in medio
destitutum* videatur. Varietatem lectionum, quæ
in *Josephi* Codice, *Eusebio*, & *Suida* (voce Ἰώση-
πος) occurrit, nolo in argumentum suspicionis
trahere; nisi quod majoris ad dubitandum momen-
ti est, quod in *Josepho* legimus, cæterisque Græ-
cis Codicibus: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, in *Hieronymo* au-
tem: *credebatur esse Christus.* Facile autem credi-
derim, Hieronymo idem visum esse, quod cuivis
diligenter cogitanti videri oportet: *Josephum nun-* 258
quam asseverare potuisse, Iesum MESSIAM fuisse.
Hinc illa *mitigatio* forte *interpreti* subnata: *Credeba-
tur*, pro, *Erat.* Atque hoc ipsum existimo *pal-
marium argumentum.* Itane Josephus asseveraret,
Iesum, à Pilato damnatum, esse Messiam? ὁ Χριστὸς
(significanter loquitur) οὗτος ἦν. An Josephus di-
ceret: *invidia Principum nostrorum* hoc accidit, ut
Hieronymus habet? quanquam *Græca vox* (ἔνδειξις)
latiore accusandi significatu hîc posita, *invidiam
non habet.* Ut rursus cogitandi occasio offeratur,
de S. Patris consilio. An enim locutus est *ex sua
mente*, & negotii indole, quo invidiam Judæorum
dubitabilem esse non scivit? At enim, quis doctis-
simo Patri eam tribuerit *incogitantiam*, ut oblivi-
sceretur, cujus ex persona hæc dicerentur? quan-
tumque *piaculum* esset Josepho, ita loqui? Iterum 259
hoc repetendum est, an Josephus potuerit dicere:
Hunc (Iesum) *fuisse illum Messiam; illum Messiam,
cujus miracula Prophetæ abunde prædixerint?* hoc e-
nim subjicitur. Profane impius fuisset Josephus,
si hoc credidisset, & Messiam in Iesu non adoras-
set; non aliquam notam suæ sententiæ de exhibi-
to, nec venturo, Messia, addidisset. Credidit
ergo, inquies, hunc Iesum fuisse Messiam. Somniat,
qui *hoc* eum *credidisse*, neque eo minus *Judæum
fuisse*, & more Judæorum ac disciplina, infinita
scripsisse, id est, frontibus adversis pugnantia di-
xisse, credit. Quì autem potuit credere? an ora-
cula Prophetarum, ut Judæi tum interpretaban-
tur, in Iesu impleta vidit omnia? Ergo *oculis* vidit
Christianis; ergo agnitum Messiam sequi, sive se- 260
ctam ejus profiteri voluit, quæ non alia quam
Christianorum erat, sicut ipse hoc loco fatetur.
Capere enim non possum, si quis dicat: Hic Ju-
dæus Iesum agnovit Messiam, sive Christum, &
tamen non secutus est ejus auspicium; non elegit
eum ducem. Sed nimirum Judæus hic non vidit,
Iesum esse Messiam. An credent, *Messiam* esse,
qui *suspensus* est; qui accusantibus Judæis suppli-
cio affectus? Si hoc Josepho tribuis, κάλυμμα Ἰου-
δαϊκὸν oculis ejus detrahis, *quo ipse se impediri* pas-
sim & ubique *testatur.* An crederet, resurrexisse
Christum, qui crucifixus erat; an diceret: inter
eos, quibus תלוי ludibrio est, & qui famam re-
surrectionis vel irriserunt, vel mendacii arguerunt?
Fateatur Josephus cum Judæis, fuisse Iesum παρα- 261
δόξων ἔργων ποιητήν. Hoc enim facile poterit fieri,
ut crederent, qui Iesum non colerent. Sed fuisse
illa ipsa παράδοξα ἔργα, *non alia, quam Propheta-
rum prædictionibus descripta Messiæ miracula*, id ve-
ro

ro *Josephi captu* altius est. Nisi solus ex Judæis omnibus tum vixit, qui etiam reliqua oracula Prophetica, *μύρια θαυμασὰ περὶ Χριςȣ̃* continentia, & ad multum externum splendorem, potentiam, dominationem pertinere visa (hic enim vulgo sensus erat) in Iesu hujus humilitate invenit, id est, ut diximus, *non Judæus* religione, *sed Christianus* fuit. Qui hæc ad concordiam redigere volet, non parum sibi negotii datum animadvertet. In phrasi, estne illa *periphrasis sectæ*, *οἵ γε πρῶτον ἀγαπήσαντες*, sive, *οἱ τοπρῶτον ἀγ.* ut *Eusebius* & *Suidas* habent,
262 aliunde quam *è scholis Christianorum*, in quibus nata est, arcessenda? Jam illud, *διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων*, veritatis doctorem Christum iis, qui veritatem amant, divinitus datum, *Christianorum stilo* & *sententia* tam luculente signat, ut quivis intelligat, de eo sermonem esse, qui dixit: *πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας ἀκȣ́ει μȣ τῆς φωνῆς.* Quid ergo dicemus tandem? *ἐπέχω*, donec meis dubitationibus medelam afferat Tua, *Vir Clarissime*, & amici Tui eruditio, cui libenter meritoque debebo hoc beneficium. Valete. Scr. Argentorati 13. Jul. 1660.

263 Epistola XXIII.

JO. CHRIST. WAGENSEILIO

Jo. Henricus Bœclerus

S. P. D.

Singularis Bœcleri *modestia. Gorionidis* Cracoviensis supplementum. *Lectores Flavii non faciles ad credendum, nec promti ad* judicandum. *De difficultate judicandi verba Concil. Florentini.* Bœcleri *eadem, quæ* Ursini, *sententia.*

Nobilissime, Clarissimeque Vir, Fautor & Amice honoratissime:

Tuæ literæ sicut amorem spirant dulcem mihi, & optatum, ita non parum suffuderunt ruboris, dum ea mihi tribuis, quæ in me nulla es-
264 se scio, & agnosco. Si quid proficio in literis, non alia æstimatione id metiendum indico, quam ut magis magisque intelligam, quantum nesciam. Igitur vide in posterum, quid agas; & amico Tibi sincere dedito sufficere crede, si mutui animi documenta, familiaritate magis simplici, quam laudatione immerita velis edere. Altera pars epistolæ seriam & maturam mihi voluptatem attulit, quando *supplementum Gorionidis Cracoviensis Hebræum & Germanicum* mecum communicare non gravatus es. Memorabilis est observatio, & cujus nomine nobiscum Cl. Arnoldus Tibi debebit. Cujus benevolentiæ ut me commendes, plurimum rogo. Legi & cetera avide *Snellii*, *Hornbeckii*, *Majoris*,
265 quæ liberaliter submisisti. Satis video, *non* esse abunde *faciles ad fidem* lectores Josephi: sed *nec promtos* tamen *ad judicandum.* Quapropter à tantæ *modestiæ* exemplis *invitus* recesserim. Obversabantur paullo ante animo meo verba magni Ecclesiarchæ in Concilio Florentino (*sect. 9. cap. 3.*) Τὸ γὰρ διακρῖναι τὸ νόθον ἀπὸ τȣ̃ γνησίȣ, πολλὴν ἔχει δυσχέρειαν, καὶ μεγάλης δεῖται σκέψεως ἐπισημονικῆς· Uno verbo: Sicut *γνήσια esse omnia hujus loci* Josephi *nec credere, nec dicere ausim;* ita *qua ratione* omnia, an aliqua sint vel inserta, vel immutata, vel *corrupta*, *expedire nequeo:* id est, ad silentium redigor. Atque hanc clausulam, sive potius totam epistolam ad eruditissimum nostrum Arnoldum perferri cuperem, si Tibi ita videtur, *Nobilissime Domine*, cu-
266 jus judicio fidere, & benevolentia gaudere opto.

Tuus omni observantia obsequioque.

Epistola XXIV.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Jo. Christophorus Wagenseil

S. P. D.

Eusebii *Historia Ecclesiastica* cum Annotationibus Henr. Valesii. *Hujus de loco Josephi judicium, à magno Bœclero indicatum.* Libellus singularis *de hoc ipso loco.* Justinus *quare* non citarit *in disputatione* adversus Tryphonem? *Argumento ex Origene respondetur. Josephus* Christi fidem non amplexus. *Numquid* Eusebius *hujus* fraudis auctor? *Accuratum* Bœcleri *τȣ̃ πάνυ de* Ruperti Observat. ad Hist. Univers. Synopsin Besoldianam *judicium.* Tacito laus *sua restituitur.*

Literæ tuæ, *Reverende Vir*, non mediocri me 267
sollicitudine liberarunt; vix enim postremas meas ad internuntium perferri jusseram, & illico pudere ac pigere me cœpit festinantis præjudicii; veritusque, ne homini innoxio injuriam fecissem, & grande crimen nulla legitima conjectura permotus, impingerem. Gestio igitur, quod frustra non fui. Pro fide & opera, quam locasti, maximopere me Tibi obstrictum profiteor. Prodiit anno superiori *Parisiis*, cura *Henrici Valesii*, nitidissima *Eusebii* editio, cujus exemplar quia ante triduum nactus Cl. noster *Bœclerus*; simulque comperit, tam avidos inventos emtores, ut in ipsa Gallia nullum amplius prostet; adeoque vix fieri posse credat, ut ad vos liber iste perferatur: idcirco
rem gratam me Tibi facturum censebat, si ea, 268
quæ *Valesius in lib. I. Historiæ Ecclesiast. Eusebii, pag.* 20. de Josephi loco annotavit, describerem, Tecumque communicarem:

Jam superius mentionem feci libelli *cujusdam, qui nuper est editus:* in quo hic locus Josephi *de Iesu Christo* expenditur. *Auctor hujus libri* duo *nobis persuadere tentavit:* Primum *est*, *locum illum Josephi falsum ac subditicium esse:* Alterum *est*, *Eusebium nostrum ejus* fraudis auctorem *extitisse. Quod attinet ad primum caput disputationis, jam pridem viri docti*
eum Josephi locum in dubium revocarunt. Sed cum 269
nudis indiciis, *&* suspicionibus *ad id judicandum impellerentur, conjecturam suam silentio premere maluerunt, quam quidquam temere affirmare. Quod quidem prudenti consilio ab iis factum esse, nemo negaverit. Quamobrem Scriptor illius libelli, in eo mihi reprehendendus videtur, quod cum* nullis *nitatur* demonstrationibus, *tamen ita pronunciat, ut nos posthac de ejus loci falsitate dubitare minime patiatur. Quænam porro sunt argumenta illa, quibus hoc ad-*
struit? Justinus, *inquit*, in disputatione adversus 270
Tryphonem nullam hujus rei mentionem fecit. *Quasi vero necesse fuerit Justino, Josephi testimonium adducere; aut quasi testimonium Josephi, historiarum Scriptoris, magnum pondus habiturum fuisset apud Tryphonem. Atqui non* hoc est propositum *Justino, ut ex profanis Scriptoribus*, *sed* potius, ut ex sacris Prophetarum libris *Christi fidem ac divinitatem probaret. Quare nihil opus erat, ut Josephi testimonium afferret; præsertim cum Josephus* Scri-
ptor *esset etiam* tum recentissimus; *quippe qui* sub 271
extrema Domitiani tempora *Antiquitates Judaicas publicasset. Ad illud autem argumentum, quod ex* Origene *ducitur, facilis est, & expedita responsio.* Negat *quidem Origenes* in libris contra Celsum, *Josephum* agnovisse Iesum Christum, *id est, credidisse Christo, seu Christianum fuisse: sed neque ex hoc Josephi loco, quem hic citat Eusebius, sequitur, Josephum Christi fidem amplexum fuisse. Quamvis enim dicat,* ȣ̃τος ἦν ὁ Χριςὸς, *subaudiendum est,* λεγόμενος; *id est*, hic est, qui dicebatur *Christus. Jam* 272

vero quod scribit auctor illius libelli, Eusebium *nostrum hujus* falsitatis Architectum *fuisse*, *nunquam profecto cordatis hominibus id persuadere poterit. Nam* cui bono *id Eusebius confingere voluisset? An ex testimonio Josephi pendebat* divinitas Christi? *Annon Eusebii ætate libri Antiquitatum Josephi in omnibus Bibliothecis visebantur; quibus prolatis, facillimum fuisset, Eusebii fraudem convincere?*

De *Ruperti Historia* Viri summi judicium, *egre-*
273 *gium plane* illud *scriptum* esse, *quod facem præferat ad multa obscura penitus perspicienda; nec orbem literarium sine magno detrimento eodem carere potuisse: quare invidere sese felicitati, quæ Besoldianis affaniis obtigit, ut tanto Commentario illustrarentur, in quo omnia præclara, nihil protritum sit.* Sed illud de Tacito *liberum nimis judicium*, vovet, ne Viro eruditissimo excidisset; cum rationes, quas afferat, nulli unquam rem recte æstimanti persuadeant; ut *laudi*, quam doctior orbis communi suffragio, ob sollicitum veritatis studium, *Tacito* tribuit, quicquam derogent. *** Cæteroquin, ut dixi, liber ille apud eum *in multo maximo* est *pretio*; & sæpissime ad eum provocat in Prælectionibus suis, quibus res à Christo nato, mira industria & eruditione,
274 nunc ab exordio pertractat. Vale, *Vir Clarissime*, & à Bœclero nobisque salve.

Argentorati, d. 13. VIIbris. 1660.

EPISTOLA XXV.

CHRISTOPHORO ARNOLDO
Jo. Henricus Ursinus
S. P. D.

Tanaq. Fabri Epistola *transmittitur. Inter hunc & Ursinum* convenit. *Alter ab altero* dissentit. *Etiam* Pharisæi *Christo* laudem tribuere *potuerunt*.

Libero fidem meam, Tibique, ὦ φίλτατον κάρα, promissum exemplar *Epistolæ Fabri* mitto. Dedi id describendum: Relegi post cœnam, oculis jam connivis, & semisomnis, propter diurnas va-
275 rias occupationes. Puto recte se habere. Nihil forte novi afferet doctissimus *Faber*, post tot alios; jucundum tamen est, de eodem argumento diversas audire sententias. Et videtur hic *in Gallia primus* illud tractavisse. Inter me & illum in eo convenit, *quod Josephus* aliquid de Domino Iesu scripserit: Dissentimus autem, *quale illud fuerit?* Ille atro *carbone dignum*, ut *à Judæo profectum*, & à Christianis ideo ablatum, censet: Ego, ut ab Historico, *aliquid veri; & in laudem.* Quale quid Pharisæi ipsimet non potuerunt non Domino tribuere, ut *Matth. XXII.* & *Johann. III.* Neque argumenta deessent, si tueri conjecturam hanc mens esset. Et *facilior* adeo fuisset correctio, aut verius, *corruptio.* Sed hæc pluribus persequi non va-
276 cat. Salve plurimum, *Vir Clarissime*, &c., quod facis ama.

Ratisp. prid. Calend. Octobr. 1660.

EPISTOLA XXVI.

CHRISTOPHORO ARNOLDO
Jo. Christophorus Wagenseil
S.P.D.

Cloppenburgii de lacuna Gorionidis *conjectura. Codicis* Münsteriani defectus. *Hunc supplent* Cracoviensis *editio*, *&* Versio *Germanica* Pragensis. *Longe* aliud castratum *fuit. Exemplar* Cracoviense *omnino inspiciendum.*

De iis, quæ *Vir Reverende*, alio die ad Te transmiseram, jam pridem receptis, minime ambigo. *** Commodum tum de vexato hoc loco, quædam in manus venere, ea ad Virum ma-
gnum (*Bœclerum*) proferri jubebam; quodque a- 277
nimadvertissem. *Cloppenburgii ad Cappellum* conjecturam *de Gorionidis lacuna*, nimium aliis aut placere, aut saltem negotii facessere, monere simul eundem sustinui, frustra illos omnes esse; nostramque tum *Cracoviensem* Gorionidis *editionem*, tum ejusdem *Germanicam versionem*, quæ ipsismet Judæis curantibus *Pragæ* prodiit, utrobique supplere *Münsteriani Codicis* defectum; palamque testari, quam longe aliud, quam quod Servatorem attineret, fuerit castratum ** Cæterum supplementum Gorionidis pigebat ad Te perscribere, quod Te hæc jam perspecta habere crederem; & à tot tantisque nominibus, quibuscum hac de re egeras,
dubio procul inculcata; fierique neutiquam possit, 278
ut non aliquis eorum *Cracoviense exemplar* inspexerit. Plura ob festinationem non addo, nisi ut ames me, Tui observantissimum.

Argentorati, a. d. 12. *VIIIbr.* 1660.

EPISTOLA XXVII.

CHRISTOPHORO ARNOLDO
Jo. Christophorus Wagenseil
S.P.D.

Gorionides truncatus. *Indicium ejus est* כי, *particula.* Non *fuit* erasum è Gorionide *testimonium. Codicis* Münsteriani defectus *ostenditur. Non testimonium* de Christo, *sed sermo* de Tiberio *omittitur. Ratio*, cur *hic* omissus? *Exhibentur ea*, *quæ* in Ebræo omissa *sunt. Consonat* versio Germanica. *Bœcleri* de locis corruptis *assertum* confirmatur.

Binas tuas, *Reverende Vir*, eadem die gratabun- 279
dus accepi: quare æquum est, ut ad earum responsum mature me accingam. *** *Gorionidem* quod attinet, hoc circa eum accidit: Animadverterat Cl. Cloppenburgius, in *Münsteriana* editione *libri V. caput penultimum* sui principio truncatum esse; cum nullo modo sit verisimile, in hæc verba potuisse eum ordiri: כי בימי תיבריאוס קיסר לא לבד ביהודה נעשו נבלות כי אם ברומה העיר מלכותו נעשו נבלות הרבה: , *Nam in diebus Tiberii Cæsaris non in Judæa tantum contigerunt flagitia*, *sed etiam Romæ*, *in urbe ejus Regia*, *multa abominanda perpetrata.* Illud enim causale כי arguit, præcessisse aliquid, quod autor, tanquam nefandum atque atrox reputaret; at Tiberii, ejus-
que regiminis, nulla prius facta mentio. Quare 280
viro erudito in mentem venit, *erasum* hoc loco illud Flavii Josephi *de Christo testimonium*, aut certe aliquid ejusmodi; voluisseque Gorionidem narratione simili, quam de Paullina, à Decio Mundo sub imagine Dei vitiata, subjicit, illudere fidei Christianorum, qui Iesum de virgine Maria sanctissimi Spiritus adumbratione conceptum, & natum crederent. *Hæc*, quantum ex iis, quæ varii citant, colligere licet, *Cloppenburgio mens*, quam primum sibi, deinde & aliis persuasit; ut eam conjecturam, tanquam acutam & ingeniosam, utroque, quod ajunt, pollice collaudarent. Verum enim vero, uti palam est, *laborare Münsterianum Codicem defectu*, ita & hoc non minus in proclivi nobis ostendere, alia omnia, quam quod Servato-
rem attingeret, castrata. *Cracoviensis* enim Gorio- 281
nidis *editio*, simul & *Germanica* ejusdem *Versio* (quæ opera Judæorum *Pragæ* prodiit) utrobique supplet "illum defectum, atque *de ipso Tiberio* Cæsare *ser*-"*monem* esse ostendit; qui *ne hodiernos Imperatores*, "ut pote paulo durior, *offenderet*, ideo insulsissi-"mi quidam recutitorum, & temporum, suo pro "more, & religionis discrimina ignorantes, eum "*è quibusdam Codicibus sustulerunt*; quem tamen a-"lii,

"lii, vel quod se magis sapere, aut saltem in *Sarmatia* sua minus formidandum crederent, recensere non dubitarunt. Sic autem habet, quod *omissum* est: ובימים ההם מת אגוסתוס הקיסר החסיד ואחריו מלך תיבריאוס חקיסר והיה תיבריאוס איש רע ורשע וישלח פילאטוס שר צבאו
282 לירושלם וצלם דמות תיבריאוס קיסר בידו: ויבקש להביא הצלם העירה וימנעוהו העם מלבא בו אל העיר כי אמרו העם אליו לא יבא צלם אדם בעיר הקדש: ויקצוף פילאטוס שר צבא רומה על עם יהודה ורבים מאנשי עיר ירושלם המית בחרב גם רבים מגדודיו הוצעו פגרים מתים ארצה:, Tum deinceps illi succedunt, כי בימי תיבריאוס קיסר וכו׳:, Non pigebit adscribere *versionem vernaculam:* In den Tagen denselbigen da ist gestorben der Käiser *Augustus*, der חסיד (fromme) und nach ihm hat gekönigt der Käiser *Tiberius*, und er ist gewesen der *Tiberius* ein Mann ein böser, und ein schalkhaftiger, und er sandt gen *Jeruschalaim* seinen obersten Feld-Hauptmann *Pilatus*, und ein צלם (Bildnisz) das war gemacht
283 in der Gleichnus desz Käisers *Tiberius*, das führet er in seiner Hand: Und er begert, dasz er wolt bringen das צלם hinein in die Stadt *Jeruschalaim*, aber das Volk das wolt ihm nicht lassen hinein kommen, in die Stadt, den sie sagten das Volk zu ihm, es sol nicht hinein kommen kein Bildnus des Menschen in die Stadt die heilige; da ward derzürnt *Pilatus* der oberste Feld-Hauptmann der *Romijim* über das Volk *Jehuda*, und viel von den Mannen der Stadt *Jeruschalaim* lies er darnider schlagen mit dem Schwert, und auch viel von seinen Heerscharn, die wurden niedergeschlagen zu der Erden. Und in den Zeiten des Käisers *Tiberius* nicht allein in den Land *Jehuda* wurden gethan solche grosse Schalkheit, den auch zu *Roma*
284 und in allen Land seiner Gewaltung thäten sie Schalkheit viel, &c. In hisce autem nostris editionibus est hoc *libri VI. cap. 62.* Cæterum confirmant ista Amplissimi nostri *Bœcleri* assertum, *periculosum* esse, de loco aliquo corrupto aut genuino, *sine Codicum autoritate*, judicium facere, vel fidem aliis habere. Vale, decus nostrum, & quod facis, fave Tui observantissimo.

Argentorati, a. d. 5. Nov. 1660.

EPISTOLA XXVIII.

CHRISTOPHORO ARNOLDO
Jo. Fredericus Gronovius
S. P. D.

Nic. Heinsii *in arte Critica laus.* *De* Tanaq. Fabro *judicium.* Is. Vossius *Flavianum istud testimonium*
285 *γνήσιον esse, affirmat.* *Ejusdem* de LXX. Interpretibus *liber singularis.*

HOc triduum, quo cessant operæ publicæ, donec decessor meus ejuraverit, libet absentibus amicis dare: nam mox aliquandiu toti præsentium erimus. Etsi nunc quoque tot occurrant, quibus responsum debeo, ut τίνι πρώτῳ, τίνι δ' ἔπειτα, vix decernam. *Ovidio* vestro utitur fruiturque, quo nunc in terris nemo potest melius, *Heinsius* noster, cis paucas tempestates in Sueones iturus pro Ordinum Legato, eoque festinantior. ***** De *Josephi loco* vidisti, opinor, quæ in Epistolis nuper homo Gallus, οὐ τῶν τυχόντων, qui παρεμβεβλημένον esse disputat. At vicissim [a] ὁ πάνυ, quem scis magni facere τοὺς ό, pro explorato habet, γνήσιον
286 εἶναι τοῦ πατρὸς Φλαβίου παιδίον, quod mihi ex illo audire gratissimum fuit. Magnopere auctor fui, ut opusculo, [b] quod in manibus habet, περὶ τῶν Ἑβδομήκοντα hanc περικοπὴν insereret. *** *Cl. Dilherrum* plurimum resaluto. *Lugduni in Batavis*, Non. Febr. Gregor. cIↄ. Iↄc. LXI.

a *Is. Vossius.* b *Lib. de LXX. Interp.*

EPISTOLA XXIX.

CHRISTOPHORO ARNOLDO
Thomas Bangius
S. P. D.

Testimonium Josephi Mich. Walterus *auro pretiosius esse, censuit. Illius sinceritas* contra Judæos *defendenda. Sine* MSStorum *notitia* Bangius *non vult judicare. Prolixiores hac de re pollicetur.*

PAucis lineis prolixam εὐπροσηγίαν signaturus,
Vir Rev. Clarissime, & Doctissime, Amice hono- 287
ratissime, Frater in Christo Iesu conjunctissime, gratissima mente complector literas tuas, quia literatæ erant, atque pulcherrimis interiorum literarum thesauris divites. Tales decent literatos literæ, quæ utilibus atque eruditis Quæsitis floridæ, uberem literariæ Reip. fructum spondent; nec nudis foliis, aut literarum ambagibus luxuriant. Quibus dudum respondissem, nisi *plane insigne, auro margaritisque contra pretiosius* (judicio magni Viri, *Michaëlis Walteri*) testimonium Fl. Josephi de Servatore CHRISTO & certiores & pleniores vindicias suo quodam jure postulasset. Nam Elogium illud ut varietati judiciorum expositum, ita dignum, ut ejus *sinceritas tutius investigata defendatur contra*
hodiernos Judæos; qui cum nequeant totum Jose- 288
phum CHRISTIANIS eripere, nobile hoc tantum membrum de CHRISTO invident. Meam vero symbolam, quam amice expetis, quod spectat, morem geram tuo erga me amori, si non rei dignitati aut omnium votis; à quibus incolumi amicitia dissentire cogor. Ceterum in antecessum amice rogaris, ne justo celerius hîc festines. Meditandi spacio opus erit, & incorruptorum antiquorum MSStorum notitia. De his exteræ consulendæ Bibliothecæ. Scripsi in spem tuæ gratiæ ad eruditum virum, qui jam *Madriti* in Hispania vivit, ut exemplaria Græca MSSta, quæ in Regia *Escuriali* Bibliotheca inveniuntur, viseret ac conferret; à quo brevi responsum exspecto. Uti-
nam ab erudito aliquo amico impetrares σύγκρισιν 289
Codd. MSStorum Græcorum, qui in Regia Bibliotheca *Parisiensi* exstant; valde tuo proposito conduceret. De ant. vol. manu exaratis apud *Oxonienses* Anglos cogitationem ac curam suscipiam. Plura angustia temporis negat; quam brevitatem compensabo, Deo benedicente, prolixitate, quam primum licebit occupato his vacare literis. Interea Deo, pervigili Israëlis custodi, devotis votis commendatus vale. *Hafniæ, XXII. Jun. V. S. M. DC. LXI.*

AMICE LECTOR:

Ne *Tanaquilli Fabri*, Galli certe doctissimi (quem & *Gronovius* noster *Epist. XXVIII.* οὐ τῶν τυχόντων esse censebat) *Epistola* prorsus careres *ad Jo. Chabrolium, Theologum*; hanc ipsam è primo Epistolarum, *Salmurii* A. C. cIↄ. Iↄc. LIX. editarum, volumine, *num. XLIV. pag.* 125. cæteris subjungere, haud incongruum fore, autumavi.

EPISTOLA XXX. 290

V. CL. JOHANNI CHABROLIO
Tanaquillus Faber
S. P. D.

Flavii Josephi de D. Iesu locum *suppositum esse.* Argumenta *quædam* probabilia. *Si à Josepho esset hic locus, longe plura haberet, quam nunc habet.* Joannis *Baptistæ* elogium *apud Josephum* certum *esse.* Banus *non erat* Hemerobaptistes. *Si Josephus de Iesu D. scribere voluisset, non eo loco scripsisset,*

psisset, sed sub finem lib. V. Hieronymus dubitanter *locum illum convertit, & fortassis fraudis aliquid suspicabatur.* Justinus Martyr & Tertullianus *adversus Judæos scribentes, ut &* Clemens Alexandrinus, *illo testimonio Josephi usi non sunt. Quæ περὶ τῆς προϋπάρξεως Christi scripsit* Eusebius
291 lib. I. Historiæ Ecclesiasticæ, *à quo auctore sint? Locus ex Davide à* Justino *citatus de* cruce Domini, *qui tamen apud Davidem non est. Josephus contra D. Iesum scripserat; quod inferius probabitur.* Celsus Epicureus, *contra quem scribit* Origenes, *is est, ad quem* Lucianus Pseudomantin *misit.* Theodoreti *locus contra illud Josephi testimonium.* Photium *in recensione Josephi, hujus loci* non meminisse; *imo contra scribere; gravissimum argumentum.* Origenis testimonio *ostenditur, Josephum contra Iesum Dominum scripsisse.* Quando *illa* fraus *admissa videatur; & à* quo? *Credibile fit, esse τέχνασμα* Eusebii. *Exemplum insigne falsitatis in* Eusebio *de* SS. Innocentibus, *& ibidem error contra temporum doctrinam. Aliud exemplum, &c. Quod verisimile sit, à Josepho contra D. Iesum fuisse scriptum.*

CUm non ita pridem, *Chabroli Clarissime*, scriptum à me fuisset, posse *Origenis auctoritate*
292 perquam facile refelli illorum hominum opinionem, qui ita existimant, Iesum D. fuisse olim à Josepho, rerum Judaïcarum Scriptore, laudatum, bene multi extitere; & in iis nonnulli, quorum nomen jam pridem in literis clarissimum est, qui missis ad me hinc illinc epistolis percontati sunt, ubinam illa Origenis testimonia reperirentur: Ejus enim momenti esse ea, ut iis deberent, qui meliorum literarum studia amplecterentur, nota esse omnibus. Addebant præterea, debere me propter quæstionis nobilitatem diligenter dispicere, num id, quod ab Origene asseri dicebam, *aliis quoque argumentis* posset confirmari. Iis itaque gratum ut faciam, & eorum causa multis, uti spero, aliis, decrevi diatribam hanc paucis conscribere; & rem
293 ipsam ita enucleare, ut nullus in posterum dubitandi locus relinquatur; nisi forte iis, quibus perpetuo dubitare decretum sit. Idque adeo ut recte, & uti res postulare videtur, inchoëmus, Josephi testimonium, quo de agitur, apponemus, uti Græce se habet: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς τις σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ [al. σὺν ἡδονῇ] τ' ἀληθῆ δεχομένων, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο. Ὁ ΧΡΙΣΤΟΣ οὗτος ἦν. Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐξεπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἡμέραν ἔχων πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων. Εἰσέτι τε καὶ νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασ-
294 μένων οὐκ ἐπέλιπε φῦλον. *Hoc tempore fuit quidam Iesus, homo sapiens, si modo hominem eum par est dicere; mirabilium enim operum perfector erat, eosque docebat, qui vera libenter accipiebant. Multos autem cum ex Judæis tum ex Ethnicis adduxit. Hic erat Christus. Quamvis autem deferentibus eum gentis nostræ principibus in crucem sublatus sit Pilati sententia, non ideo tamen cessarunt, qui illum initio amaverant; nam tertia die revixit, illisque apparuit, cum de eo tum hæc, tum infinita alia plane miranda, divini prophetæ prædixissent; & in hunc usque diem genus hominum, quibus ex ipso Christianis nomen est, perseverat.* "Locum istum Josephi (ita enim existimari "volunt) à plerisque omnibus video non sine ve-"nerationis honore produci; neque ullum me ex "iis legere memini, qui fidem D. Iesu scriptis suis
295 "munire studuerunt, quin ita existimet, magnum "aliquid præstitisse se, ubi illum literis uncialibus "κατὰ πλάτος exposuit. Periculum itaque fuerit "fortasse, hæc movisse, & errorem hunc, cui tot "jam secula, totque præstantissimi Viri pondus "atque auctoritatem addidisse videntur, conari ex "animis hominum evellere. Quamquam autem id fortasse verum erit, nihilo secius hanc lucubratiunculam amori veritatis dabimus, quam nemo unquam semel visam deserere, nisi plane θεοσεχθείας μεστὸς, sustinuerit. Si quis tamen aliter judicaverit, & meum scribendi consilium in crimen detorserit, is, ut ait ἠθικώτατος Poëta,

Stulte nudabit animi conscientiam.

Quemadmodum enim & recte & vere olim pro- 296
nunciavit Amphis,

Ὅστις ὀμνύοντι μηδὲν πείθεται,
Αὐτὸς ἐπιορκεῖν ῥᾳδίως ἐπίσταται.

Sic non minus vere dici potest, qui ob rem nullam alios impietatis insimulant, eos satis aperte ostendere, quam leve peccatum existiment tam dirum scelus. Verum ad rem veniamus, idque demus operam, ut probemus, sublitum os in hac re bonæ potestati fuisse (quod & sæpe alias usu venit) ostendamusque ῥῆσιν hanc tam insulse ac negligenter intrusam fuisse, ut Origenis testimoniis, quæ à nobis infra proferentur, facile carere possimus; ita res ipsa fallaciam, piam illam quidem, (quis negat?) sed fallaciam tamen nobis apportatam esse vociferatur.

Jam primum, qua causa factum præcipue est, 297
ut hoc testimonium tanto studio ac plausu homines exceperint; ea ipsa, uti videtur, fieri debebat, ut in suspicionem vocandum, atque adeo explodendum esset, *Chabroli Clarissime*: Non enim saltem meminisse decuerat, ea apud Judæum Scriptorem lectitari, quibus ampliora, aut magnifica magis habere nequeant Scriptores ii, qui ritum Christianæ religionis sequuntur? Id certe unum, cætera ut mittam, animos hominum arrigere debuerat. Dein, cujus magis intererat, ea ne in vulgus emanarent, quam Josephi? Qui ipsum, qui ipsius vitam, sectamque norunt, næ illi haud unquam dubitabunt, quin hic sibi multum permiserint inconsulta hominum studia. Nisi rem paucis absolvere decretum foret, totam hominis vitam percenserem;
sed erit, opinor, satis dixisse, *Sacrificatorem* fuisse, 298
ideoque, ut par est, religionis Judaïcæ tenacissimum: dein *secta Pharisæum*, id est, ex eo hominum genere, quos sibi præcipue exagitandos D. Iesus existimaverat; utpote Ecclesiæ Mosaïcæ principes, & vanissimis hominum commentis præcepta Dei obruentes. Sed hæc missa facio. Stylus vero, stylus, certissimum in his rebus κριτήριον, quam aperte, si nihil aliud adjumenti haberemus, rem ipsam proderet! Nemini profecto homini unquam minus cum altero convenit, quam Josepho secum, si hæc Josephi sint. Ut frigidus! ut laxus! hæ-"ret, sudat, balbutit, neque proficit hilum. Ma-"le profecto de posteris judicavit, quisquis næ-"niam hanc tam probo Scriptori affinxit, credi-
"ditque, fore neminem, à quo doli tam male con- 299
"suti explicarentur. Siquidem hominum facilitati imponendum fuerat; saltem id accurate decuerat præstari: nam, ut ait Comicus, *aliter catuli longe olent, aliter sues.* Is quippe Scriptor est Josephus, qui nihil remisse, nihil ignave facere soleat: quod hîc contra fit. Operæ pretium erit, *Joannis Baptistæ elogium*, quod infra ex eodem Scriptore afferam, legere; atque, ubi diligentissime fuerit examinatum, ibi demum existimare, fierine unquam potuerit, ut à quo illud magnifice adeo, tantaque ἐμμελείᾳ conditum fuerit, ab eodem hoc ipsum, quod nunc nobis præ manibus est, tam inerter ac putide compositum fuerit. Verum, ut singula examinemus, quis non miretur *illius, qui hoc nobis*
*suppos**uit*, *socordiam*, cui in mentem non venerit, 300
Jo-

Joſephum alibi (*libro XX.* ubi *de morte Jacobi* obi-
ter agit) ſatis ſignificare, noſſe ſe quis eſſet Ieſus
Dom. neque pro ignobili aliquo homuncione ha-
bitum? Et tamen iſtius ſuppoſitionis primus auctor
Joſephum nunc inducit ſcribentem, Ἰησοῦς τις. Qua-
ſi iſtuc, Ἰησοῦς τις, is ne, qui pro Chriſto habitus,
ab aliis certe ita cognominatus, is inquam, à Jo-
ſepho fuerit hoc loco dictus *Ieſus quidam?* Deinde
iſte ignobilis Ἰησοῦς τις ita in hoc Joſephi, ut vo-
lunt, teſtimonio deſcribitur, ut veteres Prophe-
tas facile ſuperaverit omnes. Non poſſum itaque
quin exclamem, O vim veritatis! quanta ſolertia,
quamque exprompta memoria iis opus eſt, qui hu-
juſmodi technas moliri ſtudent? Incurioſum vero,
301 ſi hujus fraudis auctori credendum eſt, Joſephum,
qui virum totius hiſtoriæ, quam ipſe ab origine
gentis ad ſua tempora perduxit, longe maximum,
ignoraret. Sed quo judicio ſcriptum eſt, quod ſe-
quitur, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή? *Si modo hominem
eum vocare par eſt.* Quænam, quæſo, *dubitandi
ratio* eſt? quia, inquit, παραδόξων ἔργων ποιητὴς
ἦν, *mirabilium operum perfector erat.* Itaque adeo,
quando ita vult, dubitabitur in poſterum à nobis,
Dii an homines appellandi ſint Moſes, Elias, Eli-
ſæus: nam & illi fuerunt παραδόξων ἔργων ποιηταί.
Deinde, cum ait, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, quid,
quæſo, aliud innuere vult, niſi Ieſum Dominum
eſſe Deum? in quo graviter peccat hic pius im-
poſtor. Judæi enim ne ſuſpicabantur quidem *Meſ-*
302 *ſiam* ſeu Chriſtum *fore Deum*; ſed *præſtantiſſimum*
aliquem *Principem*, ex ſemine Davidis. Itaque ad-
eo obmutuiſſe Phariſæos legimus, cum illos ſic in-
terrogavit Ieſus: Τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; τίνος
υἱός ἐστι; λέγουσιν αὐτῷ, τοῦ Δαβίδ. Λέγει αὐτοῖς· Πῶς
οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι κύριον αὐτὸν καλεῖ, λέγων, εἶπεν
ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ
τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Εἰ οὖν Δαβὶδ κα-
λεῖ αὐτὸν κύριον, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν; Καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο
αὐτῷ ἀποκριθῆναι λόγον, οὐδὲ ἐτόλμησέ τις ἀπ' ἐκείνης
τῆς ἡμέρας ἐπερωτῆσαι αὐτὸν οὐκέτι. Id eſt: *Quid vo-
bis videtur de Chriſto? cujus filius eſt? Dicunt ei,
Davidis. Ait illis: Quomodo ergo David in ſpiritu
vocat eum Dominum, dicens:* Dixit Dominus Do-
mino, ſede ad dextram meam, donec ponam ini-
micos tuos ſcabellum pedum tuorum. *Si ergo Da-*
303 *vid vocat eum Dominum ſuum, quomodo filius ejus eſt?
Et nemo poterat ei reſpondere verbum: neque auſus
fuit quiſquam ex illo die eum amplius interrogare.* Se-
quitur mox triſtis & putida elegantia, διδάσκαλος
ἀνθρώπων τῶν τἀληθῆ σὺν ἡδονῇ δεχομένων, *docens eos,
qui vera libenter audirent.* Ad ea autem, quæ ſe-
quuntur, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία
περὶ αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων, quid dicas aliud, quam
eum, à quo hæc ſcripta ſunt, εἰς ἄκρον μωρίας ἐλά-
σαι? Ea enim ut recte ab homine Chriſtiano dice-
rentur, ita à Judæo Sacrificatore ſcribi quis cre-
“dat? Mirari certe mihi ſæpe contigit, non ex-
“titiſſe aliquem, qui ſcriberet, Joſephum, de-
“ſerto religionis Judaicæ ritu, in Aſiam minorem
“ad Joannem Theologum ſeſe contuliſſe, & ibi
304 “pleroſque vel gentis vel θρησκείας, qui per Pon-
“tum, Galatiam, utramque Phrygiam, Lydiam,
“Ioniamque, &c. ſparſi erant, ad cognitionem
“Euangelii adduxiſſe. Deus bone, quam pronis
“id auribus acceptum fuiſſet!

Sed alio convertamus animum. Locus hic etſi
primo ampliſſimus videatur, & ſpecioſa fronte le-
ctorem inducat hiantem; non eſt tamen is, qui vi-
detur. Pro certo enim haberi poteſt, Judæum ho-
minem, qui exiſtimaſſet, D. Ieſum fuiſſe Chri-
ſtum, totas & animi & ingenii vires hîc collectu-
rum fuiſſe, ac longe plura, multoque firmiora de
Meſſia ſcripturum; qui ſcilicet à Patriarchis Pro-
phetiſque tamdiu expectatus fuerat: Qui legis Mo-
ſaicæ finis ultimus erat: Qui regnum Judaicum
tot concuſſum caſibus reſtauraturus vulgo credeba- 305
tur. Satin' Joſepho fuiſſet, ut Judæorum popu-
lorumque ἀλλοφύλων liberatio orbi innoteſceret; ſa-
tin', inquam, ei fuiſſet dicere, οὗτος ἦν ὁ Χριστός,
hic erat Chriſtus! Græci, propter quos maxime
libros Ἀρχαιολογίας ſcripſit (ait enim in præfatio-
ne: Ταύτην δὲ τὴν ἐνεστῶσαν ἐγκεχείρισμαι πραγματείαν,
νομίζων ἅπασι φανεῖσθαι τοῖς Ἕλλησιν ἀξίαν σπουδῆς;) Græ-
ci, inquam, ſatis cum venia poterant ignorare,
quidnam omnino eſſet Chriſtus; quippe qui nec
vocem illam quidem intelligerent, ut ex nonnullis
veterum obſervare eſt, qui *Chreſtum* malebant quam
Chriſtum vocare; quia videlicet *Chreſtum bonum* &
commodum Græce ſignificat, *Chriſtus* vero *unctum*;
cum ungere vel Reges, vel Pontifices, vel Au-
gures, Athenis aut Romæ in more non eſſet: Po- 306
terant, inquam, Græci ignorare, quænam &
quanta adventus Chriſti vel neceſſitas vel utilitas
foret: Quænam eſſent illius officia, quænam ſub
ipſius regno vivendi ratio inſtitui deberet; atque
alia multa, quæ prudens & ſciens omitto. Ea au-
tem omnia ut explicaret Joſephus, ſatin' ei fuit
dicere, *hic erat Chriſtus?* Cras credo, nihil hodie,
ut ait Varro. Ea certe prudentia eſt Joſephus, ut
ſibi nunquam in re tam gravis momenti defuiſſet;
neque adeo leviter tranſiliiſſet, quod ipſi præter
cætera ab ultimo gentis exordio fuerat ſtudioſiſſi-
me repetendum. Sed enim, quando de *Joannis
elogio* ſupra injecta mentio eſt, non abs re fuerit,
quo huic quæſtioni major lux accedat, illud ex-
ponere; idque ubi lectum ab iis fuerit, qui ani-
mo libero ſunt, neque obnoxio, non minus for- 307
taſſe diſcriminis inter utrumque reperietur, quam
Joannem inter & Ieſum D. ſeu *dicendi character*
ſpectetur, ſeu *vis* & δεινότης τῆς διανοίας. Sic au-
tem ſe habet, *lib. XVIII. tmemate VII.* Τισὶ δὲ τῶν Ἰου-
δαίων ἐδόκει ὀλωλέναι τὸν Ἡρώδου στρατὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ
μάλα δικαίως τιννυμένου κατὰ ποινὴν Ἰωάννου, τοῦ ἐπικα-
λουμένου Βαπτιστοῦ. Κτείνει γὰρ τοῦτον Ἡρώδης ἀγαθὸν ἄνδρα,
καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκοῦσιν, καὶ τὰ πρὸς
ἀλλήλους δικαιοσύνῃ, καὶ πρὸς τὸν θεὸν εὐσεβείᾳ χρωμένοις,
βαπτισμῷ συνιέναι, οὕτω γὰρ καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν
αὐτῷ φανεῖσθαι μὴ ἐπί τινων ἁμαρτάδων παραιτήσει χρωμέ-
νων, ἀλλ' ἐφ' ἁγνείᾳ τοῦ σώματος, ἅτε δὴ καὶ (lego, ἅτε
δῆτα) τῆς ψυχῆς δικαιοσύνῃ προεκκεκαθαρμένης. Id La-
tine ſic converti debet: *Erant ea tempeſtate, qui
exiſtimarent, numinis ira periiſſe exercitum Herodis,* 308
*qui juſtas ob interfectum Joannem, cognomento Bapti-
ſtam, pœnas dabat. Herodes enim Joannem necari
juſſit virum optimum, quique Judæos hortabatur, ut
per exercitationem virtutis ad Baptiſmum accederent,
mutuam inter ſeſe juſtitiam colentes, & pietatis in De-
um officiis ſatis facientes. Ita enim Deo acceptum iri
lavacrum, ſi eo uterentur; non ad quorundam pecca-
torum veniam obtinendam, ſed ad corporis tantum
munditiem; utpote animis juſtitia prius juſtificatis.*
Quid, quæſo, ſimile eſt inter illam de Chriſto
næniam, & hoc luculentiſſimum teſtimonium.

Sed unum eſt, quod haudquaquam præteriri
deceat: Cum enim Ieſus D. à Joſepho, ut vulgo
contendunt, pro Chriſto habitus ſit; quî tandem
poteſt fieri, ut in eo, quod modo allatum eſt,
teſtimonio, nulla ſit περὶ προδρομίας Joannis Bapti- 309
“ſtæ mentio? Qui locum hunc de Ieſu D. obtru-
“ſere, *Chabroli Clariſſime*, næ illi minus aſtuti
“fuerunt, quam in tali fraude ſtruenda eſſe decue-
“rat. Complures ego memoria noſtra novi, qui,
“ſi cauſa integra uti liceret, ejuſmodi τεχνίδιον
“longe aliter ſtruerent. Huic enim de Joanne te-
ſtimonio nonne aliquid aſpergere debuerant, in
quo de Ieſu D. vel tantillulum quid ageretur? Sed
qui iſta ſcripſit, haud dubie, ut Davus Terentia-
nus, *hanc rem ſperavit adjuturos Deos.* Et tamen
illud commentum refelli quoque potuiſſet, ut mox
oſtendam. Ceterum, ut hoc ἐν παρέργῳ dicam,

non

non est quod quis testimonium istud Josephi de Joanne Baptista elevare conetur. Nam mihi satis
310 constat, Joannem magnam apud Judæos dignationem esse consecutum, non modo, quia in Euangelio legimus, φοβούμεθα τὸν ὄχλον, πάντες γὰρ ἔχουσι τὸν Ἰωάννην, ὡς προφήτην: Sed quia mihi plane persuasum est, ejus ἄσκησιν (τὴν διὰ βαπτισμοῦ scilicet) diu perseverasse, & in ea institutum fuisse ipsummet Josephum, sub Magistro quodam, qui Banus dicebatur. En quo fretus, dico: locus est in libro Josephi de vita sua. Ubi dixit, expertum esse se tres sectas, quæ tunc temporis apud Judæos florebant, *Pharisæorum*, *Sadducæorum*, *Essenorum*, tum addit: Πυθόμενός τινα Βανοῦν ὄνομα κατὰ τὴν ἐρημίαν διατρίβειν, ἐσθῆτι μὲν ἀπὸ δένδρων χρώμενον, τροφὴν δὲ τὴν αὐτομάτως φυομένην προσφερόμενον, ψυχρῷ δὲ ὕδατι τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα πολλάκις λουόμενον πρὸς ἁγνείαν, ζηλωτὴς ἐγενόμην αὐτοῦ, καὶ διατρίψας
311 παρ' αὐτῷ ἐνιαυτοὺς τρεῖς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τελειώσας, εἰς τὴν πόλιν ὑπέστρεφον. Id est: *Cum comperissem, Banum quendam in deserto agere, amictum sibi ex arboribus parantem, alimentisque sponte provenientibus vescentem, crebrisque noctu & interdiu lavacris frigidis utentem, ad puritatem* (notandum istud ob ea, quæ mox afferentur) *castitatemque corporis tuendam, cœpi ejus institutum imitari: exactisque in ejus contubernio tribus annis, cum jam ea, quæ expetiveram, perfecissem, in urbem redii.* Josephus itaque, qui vel eandem ἄσκησιν, vel plane similem illi, quam Joannes usurpabat, secutus erat, non poterat non laudare tantum virum. His addas *Origenis locum* ex libris adversus Celsum: *Judæi*, inquit, *Joannem cum Christo non conjungunt.* Videlicet alterum
312 laudabant, alterum secus. Unde, ut dicebam supra, refelli potuisset commentum τῆς προδρομίας, si ab aliquo pio impostore inductum fuisset in laudationem Joannis, quæ apud Josephum legitur. Ceterum non est, quod quis existimet, Banum illum fuisse Hemerobaptisten, quod scio nonnullis in mentem venire posse; sed nil tale asseri potest. Illa enim αἵρεσις τῶν Ἡμεροβαπτιστῶν, ut constat ex *Epiphanio lib. I.* ἐλούετο οὐχ ἕνεκεν πλύσεως σώματος, ἀλλὰ ἕνεκα τῶν ἁμαρτημάτων. Id est: *Lavacris utebatur, non ad corporis munditiem & puritatem, sed ad detergenda peccata.* Banus autem contra faciendum esse censebat, ut ex Josephi loco, superius allato, constat: Itaque idem cum Joanne Baptista (secundum Josephum) de lavacro sentiebat; atque inter
313 Hemerobaptistas referri non potest. Verum ad propositum revertamur.

Nunc magnum operæ pretium erit, examinasse, quam prudenter hæc nænia in hac potius Josephi parte, quam alibi, scripta fuerit. Sane, ut simplicitate Latina utar, non potuit hoc παρεγχείρημα alibi ineptius admitti. Rem ipsam paucis aperiam: In ea historiæ parte, unde hoc Josephi testimonium producitur, præter cætera *duæ calamitates* narrantur, quarum descriptionem huc convehere nihil necesse est. Priorem ubi absolvit Josephus, hæc verba addit: καὶ οὕτω παύεται ἡ στάσις. [*Atque ita seditioni finis imponitur.*] Alteram autem, quæ demum *cap. V.* describitur, cum priori connectit his verbis: ΚΑΙ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἕτερόν τι δεινὸν ἐθορύβει τοὺς Ἰουδαίους, &c. [*Sub idem*
314 *QUOQUE tempus Judæos alius casus mire turbavit.*] Quis igitur satis miretur illius hominis, qui nobis imponere studuit, simplicitatem? Neque enim divellendæ illæ historiæ erant; nil minus; sed locus aliquis opportunior quærendus, & hæc pia fraus sub finem *cap. V.* conjicienda; ubi scribit Josephus, Pilatum à Vitellio ex Judæa Romam missum, ut coram Tiberio ad objecta responderet: Ibique luculentum aliquod testimonium in hanc ferme sententiam erat assuendum: Quid enim vetat, quo minus & nos aliquid comminiscamur?

Vos æquum cognoscere, atque ignoscere,
Quæ veteres factitarunt, si faciunt novi.

Οὗτος δ' ἐκεῖνός ἐστιν ὁ Πιλάτος, ὅστις τὴν Ἰουδαίαν ἐπιτροπεύων Ἰησοῦν τὸν Ναζαραῖον τοῖς ἐσχάτοις ἐζημίωσεν, οὗ τινος ἀνδρὸς οὐδὲν οὐδεπώποτε εἶδεν ὁ βίος πλείονος ἄξιον· ὅθεν δὴ καὶ οὐκ ἄλλως μέχρι τοῦ νῦν ὁ Χριστὸς 315
ὑπάρξαι ἐνομίσθη. Tum pleraque ex iis erant exponenda, quæ à Iesu D. apud Euangelistas facta legimus; & ostendendum magnifica oratione, quid esset Christus; & illius promissiones ex veteribus omnium ætatum Prophetis repetendæ, atque enucleandæ; sed ea ratione tamen, ut aliquid discrepantiæ inter sacros Scriptores & Josephum relictum fuisset; ne cui nasuto fraus potuisset subolere, si plane convenisset inter utrosque: atque ubi illud τέχνασμα docte & affabre perpolitum fuisset, tum vero ea addenda erant, quæ sequuntur: Καί τοι οὐκ ἐμὲ τοῦτο διέλαθεν, ὅτι ἀηδισθήσονται τοῖς ἐπ' ἐμοῦ γραφομένοις οἱ δημόται, μάλιστα δὲ πάντων οἱ Φαρισαῖοι, ὧν εἷς κἀγὼ τυγχάνω ὤν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι πρὸς γυναῖκα συγγραφέως τὴν ἀλήθειαν προδιδόναι, &c. Hanc, aut 316
aliam hujusmodi orationem si Josepho affinxisset ille φέναξ, à quo hodierna nænia composita est, quis non dejeraret, ab ipsiusmet Josephi manu esse? Sed id maturè præstitum oportuit: Nam, ut infra videbimus, si quis ex antiquis Josephum legisset nondum corruptum, tum dolus ille, dolus non fuisset: refelli enim potuisset.

Nunc aliud specta (jam enim rem urgebimus;) *Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum* locum hunc cum faceret Latinum, non vertit, *Hic erat Christns*, itidem ut Græce legitur, sed, *Hic credebatur esse Christus.* Id quamobrem, quæso?
"Videlicet sagacissimo viro, cuique librariæ fraudes probe notæ erant, paullo durius visum est in ore Judæi hominis istuc dictum: quamobrem e- 317
mollire tentavit, dum τὸ εἶναι τοῦ χρήματος ad δόξησιν & existimationem hominum traduxit; & cum dicere debuisset, *Erat Christus*, erubuit scilicet, scripsitque, *Credebatur Christus.* Sed ô factum bene! fraudem enim eadem opera patefecit, qua illam obtegere studuit.

Justinus Martyr, quem Martinus Polonus non sine magna oscitantia eundem facit cum eo *Justino*, qui *Pompeji Trogi* historias in compendium coëgit, ejusque, si eidem Polono fides est, discipulus fuit; is, inquam, Justinus, Scriptor Græcus, secta Platonicus, genere Samarites, Antonini Pii tempore (nam ad eum Apologiam scripsit) circa annum Christi CXLII. florebat, fidei Christianæ propugnator acerrimus. Is librum scripsit ac- 318
curatum sane, prout illa ferebant tempora; ex quo, id ut obiter moneam, satis inverecunde descripsit Eusebius, quæ de præexistentia (Græci προΰπαρξιν dicunt) Christi dixit *lib. I. Ecclesiasticæ Historiæ.* In eo seu dialogo, seu melius libro, cum id daret operam, ut Tryphonem, hominem Hebræum, ad fidem nostram adduceret, nil prorsus intentatum reliquit; sed *curas animum diduxit in omnes.* Quin etiam (quod pudet referre; neque facerem, nisi operæ pretium foret) cum ad crucis ignominiam ventum est, nimio pietatis amore cœcus non dubitavit locum è Davide producere. *Psal. XCVI.* (Secundum Just. est *XCV.*) his verbis: Εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσι, ὁ κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου. Id est: *Dicite in gentibus, regnasse Dominum à ligno;* quæ postrema verba, *à ligno*, quibus 319
tota rei illius, quam susceperat, probatio stabat, nusquam extant: Et tamen hodieque canitur,

David fideli carmine
Dicens: In nationibus
Regnavit à ligno Deus.

Neque adeo mirum; *Tertulliani* enim id, & *Leonis Pontificis* auctoritate fit, qui post Justinum non dubitarunt ita citare Psalmisten. Sed ad rem redea-

deamus: Is igitur Justinus, cum toto dialogo, qui
sane operosus est, & quo *pulmo animæ prælargus*
anhelet, omnis generis argumenta conquisiverit,
quibus id efficere posset, quod sibi faciendum pro-
posuerat; credibile ne est, omissurum illum fuis-
se hunc Josephi locum, si quidem ea tempestate
320 apud Josephum extitisset? mihi quidem hercle non
fit verisimile, neque verum puto. At, inquies,
ne Josephum quidem Justinus fortasse noverat, at-
que ita ejus testimonio uti non poterat. Imo et-
iam, inquam; nam cum Samarites fuerit (*pag. LII.*
& CCCXLIX. edit. ultimæ Parisiens.) qui, quæso,
fieri potuisse credas, ei ut Josephi scripta ignota
fuerint? hominis nomen non audierit? Plane in-
credibile. Sed ne quis tricetur, is Justinum Mar-
tyrem evolvat; reperiet lectum ab eo Josephum
fuisse; nam ipsum alicubi ab eo citari memini.
Quidnam autem validius adversus Judæum homi-
nem, quam Judæi Sacrificatoris testimonium; e-
jus, inquam, cujus & scripta & nomen magnam
semper auctoritatem habuerint? Verum, mirari
non est æquum, id à Justino Martyre factum non
321 "fuisse. Nam non modo hæc, quæ hodie legun-
"tur, non scripserat Josephus; sed plane contra
"Dom. Iesum scripserat, ut mox cuilibet homini
"constabit; quod longe ab opinione nostrorum
"hominum remotum est. Josephus enim ab ea
sententia, quæ hodie ipsi adscribitur, plane erat
alienus.

Quid autem? Nonne & *Tertullianus* (qui sub Se-
vero Imp. scribebat) *librum integrum adversus Ju-*
dæos strinxit? Atqui de hoc ipso Josephi testimo-
nio altissimum apud illum silentium est; quod ta-
men secus eventurum fuisse, satis conjicient ii, qui-
bus Tertulliani genius notus est. Fortasse, itidem
ut de Justino, dixerit quispiam, Josephum non le-
gerat Tertullianus: At eum, qui ea de re dubitet,
322 nunquam perlegisse Tertullianum ajo, qui plane
sciam ab eo *Josephum citari in Apologetico.*

Quid? *Clemens Alexandrinus*, quem sub Severo
quoque vixisse constat, testimonii hujus cur non
meminit? & tamen Josephum legerat, ut ex I. il-
lius Στρωματέων discere est.

Addo aliud: *Celsus*, Philosophus Epicureus (il-
le ipse, ad quem *Lucianus*, uti aliquando probabi-
mus, elegantissimum libellum, Commodi Impera-
toris tempore, misit, cui nomen *Pseudomantis* est,)
olim adversus Christianos scripsit. Illius librum,
qui *verus sermo* dicebatur, refutavit Origenes (qui
circa annum Christi CCLVI. mortuus est, ut ex Eu-
sebio constat) allatis hinc illinc omnis generis ar-
gumentis; (& est hoc opus inter Origenis opera,
323 meo judicio, longe pulcherrimum atque amplissi-
mum.) Quid autem? adeone immemor fuit Ori-
genes, ut adversus hominem Ethnicum, quippe
sacrorum Codicum auctoritatem non admittebat,
Josephi testimonio usus non fuisset, Scriptoris Ju-
dæi, & cujus tanta esset auctoritas?

Præterea nonne Josephus, si Iesum D. fuisse
Christum scripsit, pro Christiano habere debuit?
κατάγε τὸν ἄνθρωπον dico. Deus enim, qui solus καρ-
διογνώστης est, novit, an is historice scriberet; an
vero *ad salutem ore confiteretur*; posteri autem, hoc
testimonium legentes, haud dubie hominem Chri-
stianum fuisse existimare debebant. Et tamen *Theo-*
doretus, Episcopus Cyri, ut mihi per Epistolas in-
dicavit *Joannes Dallæus*, Vir παντοδαπῆς ἀναγνώσεως
324 μεστὸς, extremis *in Danielem commentariis* affirmat,
Ἰώσηπον τὸν Ἑβραῖον οὐ δέξασθαι τὸ χριστιανικὸν κήρυγμα.
Id autem qui potuisset scribere Theodoretus, si
apud Josephum reperisset, quod hodie legimus, οὗ-
τος ἦν ὁ Χριστός? Plane contraria affirmare poterat
Theodoretus; videri scilicet ipsum fuisse Christia-
num. Ad *Theodoreti* vero *ætatem* quod attinet, hinc
cognoscitur, quod *Concilio III.* Oecumenico *E-*
phesino, & interjectis circiter XX. annis, *Chalcedo-*
nensi interfuit, anno Christi CCCCLI.

De *Photio* vero quid censendum? Is *nono seculo*
medio, & adulto vixit; fuitque, ut de illo scribit
Zonaras, ἐν λόγοις ὀνομαστότατος: Josephi scripta le-
gerat diligentissime: quæ notanda visa sunt, excer-
psit: de Josepho judicium tulit: ejus vitam recen-
suit. Quid? verine simile est, eum Scriptorem
tanti momenti locum prætermissurum fuisse? Si, 325
quod hodie apud Josephum legimus, vidisset *Pho-*
tius, haud dubie annotasset, (est enim *acerrimi &*
exquisitissimi judicii vir) aut si vidit, neque tamen
annotavit, magnum argumentum est, existimasse
ipsum, meram stropham esse. At tandem, tan-
dem, inquies, quanta illa diligentia sit, cui non
aliquid excidere possit? Concedam id quoque: Sed
ad id elevandum, quod à me jam dicetur, quid
tandem afferri potest? *Photius titulo XLVIII.* ait,
legisse se Josephi librum περὶ τοῦ Παντὸς, vel περὶ τῆς τοῦ
Παντὸς οὐσίας, vel περὶ τῆς τοῦ Παντὸς αἰτίας; addit dein-
de: Διέξεισι δὲ περὶ τῆς κοσμογονίας κεφαλαιωδῶς· περὶ
μὲν τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν ὡς ἔγγιστα θεολογεῖ.
Κλῆσίν τε αὐτὴν ἀναφθεγγόμενος, καὶ τὴν ἐκ πατρὸς ἄ-
φραστον γέννησιν ἀμέμπτως ἀναγράφων. Id est, doctis- 326
simo Andrea Schotto interprete: *De mundi quoque*
generatione per compendium differit: de Christo autem
vero DEO aptissime loquitur (melius vertisset, ἡμῶν
ἔγγιστα, *in nostrum ferme modum*, vel *proxime ad no-*
stram fidem) *& ipsam Christi appellationem illi attri-*
buit [mallem vertere, *& ipsam Christi appellatio-*
nem explicat] *& inenarrabilem ex patre generationem*
citra reprehensionem describit. Mox addit: Ὃ τινὰς
ἴσως δὲ ἀμφιδοξεῖν ὡς Ἰωσήπου εἴη τὸ συντάγματιον ἀνα-
πέπεικεν. Id est: *Quæ res ambigendi fortasse cuipiam*
causam præbeat, sitne hoc Josephi opusculum? Ex quo
loco Photii hoc elicio, Josephi Ἀρχαιολογίαν, in
qua legimus hodie testimonium de Iesu D., fuisse
mutilatam in Photii Codice, & id sublatum fuis-
se, quod adversus Dominum Josephus scripserat 327
(nam *contra Dominum scripserat:*) alioqui nullus
plane dubitandi locus fuisset de auctore libelli il-
lius, qui inscribebatur περὶ τῆς τοῦ Παντὸς οὐσίας. Si
quis enim Josephi locum, in quo Iesum D. nega-
bat esse Christum (qui locus à primis Christianis
post Origenis mortem sublatus est) vidisset, næ
ille haud unquam dubitasset, num tractatus περὶ τῆς
τοῦ Παντὸς οὐσίας Josephi Judæi esset: cum contra li-
quido constare potuisset, utrumque librum ejus-
dem Scriptoris esse non posse, cum ab altero pro
Christo haberetur Iesus D. ab altero plane secus.
Verum quod addit Photius, omnem plane dubi-
tandi, atque adeo argutandi, causam præcidit:
Ait enim, εὗρον δὲ ἐν παραγραφαῖς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ λό-
γος Ἰωσήπου, ἀλλὰ Γαΐου τινὸς πρεσβυτέρου ἐν Ῥώμῃ διά-
τρίβοντος, &c. Ἀνεπιγράφου δὲ καταλειφθέντος τοῦ μό- 328
γου, φασὶ τοὺς Ἰωσήπου ἐπιγράψαι, τοὺς δὲ Ἰουστίνου τοῦ Μάρ-
τυρος, ἄλλους δὲ, Εἰρηναίου, &c. Id est: *comperi an-*
notatum fuisse, non esse Josephi hoc opus, sed Caji
cujusdam presbyteri Romæ agentis, &c. Cum enim
sine titulo opus relictum esset, alii quidem Josepho in-
scriptum retulerunt; alii Justino Martyri, nonnulli
Irenæo, &c. Ex his, quæ supra a nobis allata sunt,
id efficitur, testimonium hodiernum de Iesu Do-
mino nostro in Codice Photii non fuisse: alioqui
eo usus fuisset, ut probaret librum illum περὶ τῆς τοῦ
Παντὸς οὐσίας, Josephi esse: Contra autem plane dis-
serit Photius: nam ex eo, quod in illo libro de
Iesu D. multa honorifice dicebantur, ait, dubi-
tandi causam existere, an Josephi Judæi illud opus
esset, an Caji? Ceterum, ut obiter hoc quoque 329
dicamus, *Cajus presbyter* is ille est, cujus in Ec-
clesiastica Historia meminit *Eusebius:* quippe *E-*
pistolam ad Hebræos Pauli non esse, primus censuit;
quemadmodum post illum *Hippolytus in libello con-*
tra hæreses, ut ex eodem Photio constat; qui ta-
men

men Photius illud judicium improbat alicubi.

Nunc autem ad *Origenem* veniendum. Et si, quæ sunt à nobis allata superiùs, abunde illud probent, quod probandum susceperamus: Tamen ut dictis ultima fides astruatur, & doctissimorum hominum cupiditati satisfaciamus, locos eos, quibus præcipue ad scribendum adducti sumus, exponemus, Latine tantum; cum Græca mihi non occurrerint. Eorum alter petitus est *ex II.* illius *vo-*
330 *lumine, p. VIII. columna I. editionis Calderianæ Parisiis*, quam, ut opinor, curavit Genebrardus: *In tantum*, ait, *in populo refulsit hic Jacobus propter justitiam, ut Josephus, qui viginti libris descripsit Antiquitatem Judaicam, dum vult causam adducere* (dicam alias, quidnam super hac re sentiendum videatur) *quare Judæorum populus tam acerba passus sit, ut etiam templum subverteretur, dixerit, per Dei vindictam hæc illis evenisse, ob ea quæ in Jacobum fratrem Iesu, qui dicebatur Christus, ausi fuerant. Quodque mirum est*, (verba sunt Origenis) CUM NON PROBARIT HANC SENTENTIAM, IESUM NOSTRUM FUISSE CHRISTUM, nihilo secius Jacobo tam magnificum justitiæ testimonium præbet. Alter vero petitus est ex libris *adversus Celsum* Epicu-
331 reum, & ita se habet: JOSEPHUS, QUAMVIS IESUM NON AGNOSCENS PRO CHRISTO, &c. Quid? Satin' aperte, satin' diserte Origenes? Quid magis ἀναμφίβολον, quid magis ἀναντίῤῥητον? Si morum id meorum esset, rem ipsam prolixa oratione amplificare, nil facilius; verum mihi satis est, liberasse fidem; ostendisseque, non temere (quod animadverti quosdam suspicatos fuisse) asseruisse me nuper in *Notis ad Peregrinum Luciani*, ῥῆσιν hanc, qua de nunc agitur, in Josephum intrusam fuisse ab iis, qui cum bene animati essent, existimarunt Josephi testimonium adversus Ethnicos, qui sacris Codd. fidem non adhibebant, magnam vim habiturum. Sed nostrum non est, mala facere, ut boni quid inde oriatur.

332 Sane isthæc Origenis verba non sunt perplexabilia, ut ait Comicus; quin contra, nil planius. Clare enim, & ut audiant omnes, ait Josephum, hanc sententiam improbare, Iesum nostrum esse Christum. Unde ex hoc quoque Origenis loco constat, *Vir Clarissime*, à Josepho Iesum D. laudatum non fuisse, sed contra: itaque adeo id verum esse, quod antea sæpe significavi, adversus Iesum D. scripsisse Josephum. Quorsum enim diceret Origenes, CUM NON PROBARIT, &c. Et iterum, QUAMVIS IESUM NON AGNOSCENS PRO CHRISTO? At hodie agnoscit.

Mitto dicere, quanquam id restat, quis & quantus vir fuerit Origenes. Quorsum enim? cum id accuratissime à veteribus præstitum sit. Docuit il-
333 le, scripsitque omnium maxime, idque temporibus asperrimis; labantem Ecclesiam constantissimis laboribus, ac indefesso studio sustinuit: Librorum conquisitor acerrimus (quod ad rem præsentem inprimis facit) postremo tantæ in literis præstantiæ, ut ab ipsomet Porphyrio meruerit laudari, viro, siquis alius fuit, religioni Christianæ & ejus cultoribus infestissimo. Quamobrem non est, quod Scriptoris illius testimonium, ejus esse generis putemus, qualia quotidie è vanissimis auctoribus proferuntur. Neque enim, ceteros ut omittam, eo in numero habitus unquam est, vel ab *Hieronymo*, vel ab *Erasmo*, acerrimis harum rerum æstimatoribus: Sed ab illo præclaris ornatus laudibus, ab hoc princeps Theologorum passim in notis ad N. Testamentum nominatus.

334 Postquam satis, ut videtur, à nobis probatum est, in hoc testimonio Josephi fraudem posteris factam fuisse, unum nunc superesse videtur, quod quis ex me percontetur, quonam scilicet tempore suspicer illud παρεγχείρημα admissum fuisse? Quæ res haud difficulter inveniri potest: Id enim *ab Origenis tempore ad Eusebii ætatem* factum, mihi liquet dejerare. Ille autem circa annum CCXXII. & paullo inferius florebat; at Eusebius sub Constantino Magno. Constat autem ex iis, quæ sunt à nobis scripta superius, nondum eam corruptelam in Josephi libros irrepsisse, quo tempore scribebat Origenes: Itaque constet necesse est, id intra illud tempus admissum fuisse, quod *ab Origene ad Eusebium* fluxit. Mihi autem inprimis credibile fit, auctorem hujus τεχνάσματος esse Eusebium. *Pri-*
mum, nemo omnium est, quorum ad nos scripta 335
pervenerint, qui testimonii hujus vel tantillulum quid ante Eusebium meminerit; ideoque ut videtur, haud par est, ut in quemquam alium hujus fraudis suspicio conferri debeat. *Dein*, quid obstabat, quone Origenem studiose legeret Eusebius? quod ab eo si factum fuisset, sapere haud dubie di- "dicisset. *Præterea* sæpissime deprehendi, Scri- "ptorem illius nerrationis speciem sequi libentius, "quam fidem. *Tum* hoc in eo vel maximum vi- "tium est, quod ubi quid in animum induxit, "pervicaci confidentia grassatur; quod in iis omni- "bus animadvertas, quod imprudens veritatis amor "transversos agit. Quis enim (erit hoc exemplum) 336
satis rideat ineptam illam hominis sententiam, ut quæ à *Philone* de quibusdam Judæis, rerum divinarum contemplationi vacantibus, scripta sunt; ea de primis Christianæ religionis cultoribus, quos ille Marco, Petri discipulo, subjicit, accipienda existimet? Id ut vincat Eusebius, quid non molitur? interim vel mediocriter eruditi facile pervideant, nil quicquam fingi posse, quod anilibus fabulis consimilius sit; &, ni princeps bonarum literarum id in Animadversionibus Eusebianis refutasset, à nobis pro modulo nostro perfici posset.

Addam aliud exemplum, quod ingenium hominis penitissime aperiat. *Lib. I. Ecclesiasticæ Historiæ, cap. VIII.* ubi de crudeli illa infantum carnificina agit, qui ἀπὸ τοῦ διετοῦς καὶ κατωτέρω, ut ait Euange- 337
listes, suspiciosi Herodis imperio contrucidati fuerant, scribit: Ὡς δὲ ἅμα τῇ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ τῶν ἄλλων νηπίων ἐπιβουλῇ, θεήλατος αὐτὸν καταλαβοῦσα μάστιξ εἰς θάνατον κατήλασεν, οὐ χεῖρον ἐκ τῶν φωνῶν τοῦ συγγραφέως ἐπακοῦσαι κατὰ λέξιν, ἐν ἑπτακαιδεκάτῃ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας τὴν καταστροφὴν τοῦ κατ' αὐτὸν βίου, τοῦτον γράφοντος τὸν τρόπον. Id est: *Ceterum quomodo statim post insidias Servatori nostro, & aliis infantibus factas, cœlitus invecta plaga, illum ad extremum afflictarit, non erit alienum, vocibus auctoris* [Josephi scil.] *ad verbum citatis attente auscultare: qui quidem in decimo septimo Judaïcæ Antiquitatis libro vitæ illius exitum accurate scribit ad hunc modum.* Tum Josephi testimonium producit, in quo post multa,
quæ nihil necesse est transscribere, inter cætera 338
hæc leguntur: Ἐλέγετο δὲ οὖν ὑπὸ τῶν θειαζόντων, καὶ οἷς ταῦτα προαποφθέγγεσθαι σοφία προὔκειτο, ποινὴν τοῦ πολλοῦ δυσσεβοῦς ταύτην ὁ θεὸς εἰσπράττεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως. Id est: *Dicebatur ab iis, qui divinandi arte multum pollebant, quique in sapientia ac scientia rerum hujusmodi interpretandarum omne suum studium collocabant, Deum has pœnas à Rege, ob variam & multiplicem impietatem, expetivisse.* Sed istuc quidnam aliud est, quæso, quam ex hac statua caput demere, ut in illum transferas? nam in eo Josephi loco de teneris infantibus ab Herode interfectis, ne Mu quidem Lucilianum, ut ajunt; sed de Juda Sariphæi, & Matthia Margalothi, filiis, Herodis jam morientis jussu interfectis, ibi agitur: Et tamen fidelis Eusebius, sublata altera historiæ parte, &
prætermissis illorum νομοδιδασκάλων Judæ, & Mat- 339
thiæ nominibus, Josephum auctorem producit. Quid, quæso, isthuc sit aliud, quam στροφὰς στρέφειν? Quin, *tempora* ipsa *non conveniunt*; quod saltem vidisse debuerat Eusebius, si personas mutare de-

decreverat. Nam quod ait idem Scriptor, ἅμα τῇ, &c. *statim post*, &c. & antea, μηδὲ σμικρᾶς ἀναβολῆς γεγενημένης [*nulla vel minima quidem dilatione interposita*] falsum est. Quid ita tandem? Quia, quod ibi à Josepho narratur, anno demum septimo post βρεφοκτονίαν evenit. Quid autem, cum *quartam Virgilii eclogam de Christo* τῷ μέρει exposuit, aut certe explicandam probat? (in illo libro cui titulus est: *Oratio Constantini ad Sanctorum Cœtum*) quis festiviores ludos præberi vidit? Nil equidem
340 per viginti annos, quos legendis veterum qua meliorum qua nequiorum Scriptorum libris impendi, magis ridiculum vidisse me, dejerare possum. Sed nunc nuper doctissimus ille temporum magister, *Blondellus*, id omne acerrime exagitavit *in libro de Sibyllis*.

Iis, quæ modo annotavi, unum addam etiam, unde hominis vanitas & levitas appareant. Beatus *Lucas cap. II.* ait, natum esse Christum D. tempore primi census, seu primæ descriptionis, quæ à Cyrenio, seu Quirino, facta est: Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ, ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. Quid ibi molitur *Eusebius? lib. I. Hist. Ecclesiasticæ cap. V.* hunc B. Lucæ locum confirmari ait, Josephi testimonio; quo nihil quicquam vel magis falsum, vel magis impudens dici potuit. Tantum enim abest,
341 ut Josephus hanc descriptionem census sub Herode M. statuat, ut contra post pulsum Archelaum Herodis filium factam fuisse scripto prodat, *lib. XVII.* Ἀρχαιολογίας *cap. ultimo sub finem*, *& lib. XVIII. cap. I. primulo initio*. Et tamen bonus Eusebius Josephum citat. Βαβαὶ, fidem vero historicam, si Diis placet. Possem & alia multa τοῦ αὐτοῦ κόμματος ex eodem Scriptore afferre: sed, ut opinor, non est tanti. Si qui tamen erunt, qui ea de re dubitent, eos ego magnopere rogatos velim, ut illum cum judicio prius legant, quam quicquam decernant. Atque utinam ii omnes Scriptores extarent, quorum testimoniis utitur Eusebius; haud dubie multo minus dignationis haberet, quam apud quosdam viros bonos obtinet.

342 Verum, antequam manum de tabula, roges fortasse, quid ego censeam à Josepho olim hujus testimonii loco adversus Iesum D. scriptum fuisse? Nil equidem habeo, ἐξαιρέτως quod suspicer, ita multa scribi potuerunt; sed in iis tamen mihi perquam verisimile est, omissum non fuisse, quod apud Matthæum legimus *cap. XXVIII. à versu XI. ad XV.* cum præsertim ibi dicatur: Καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον. Bene autem, μέχρι τῆς σήμερον, nam eadem plane à Judæis dicebantur adversus Iesum D. etiam tempore *Justini*; ut constat ex *Dialogo* πρὸς Τρύφωνα, duobus in locis; quorum in altero ait, etiam vulgo appellatum fuisse Γαλιλαῖον πλάνον.

Nunc autem illud fortasse refellendum esset, quod à *Baronio* de hoc testimonio ad Ann. Chri-
343 sti XXXIV. & XCVI. scriptum fuit: sed operi parcam, cum satis superque refellatur, si vera illa sunt, quæ fuere à nobis dicta superius: Et quod *in veteri quodam codice Hebraico totum illud testimonium abrasum fuisse* ait, minime mirum. Ei videlicet, qui id abrasit, si verum est, quod ait Baronius, fraus suboluerat.

Et hæc quidem paucis, in magnis temporis angustiis, raptim scripta sunto. Si Tibi, quod sane pervelim, probabuntur, mihi equidem gratulabor, qui Tibi placuero; sin minus, mihi gratulabor quoque, qui animi mei conscientiæ morem "gessero. Si qui porro erunt, ut sunt varia ho"minum judicia, qui existiment, *non satis pie fe"cisse me, qui hæc moverim*; ex iis perconter li-
"bens, ecquid commune esse putent lucem inter 344
"& tenebras, Christum inter & Belialem. Ni"hil, ut opinor: Quid autem? Veritas Christia"næ religionis cum fraudibus timidæ pietatis "conjungi debeat? ne dixeris. Alioqui, *nugatoria* illa *scripta*, quæ vulgo sub *Sibyllarum* nomine leguntur, & alia id genus, quibus de Iesu D. multa & vere & magnifice memorantur, cur, quæso, non amplectimur? Cum olim, ut in Actis SS. Apostolorum, Spiritus Pythonis diceret, & vere quidem, Paulum & Silam esse δούλους τοῦ θεοῦ ὑψίστου, & ab iis viam salutis doceri; quamvis vera prædicaret Spiritus impostor, non tamen existimavit Paulus, egere se eo testimonio, quod à Cacodæmone edebatur; qui jam inde ab initio rerum mendax repertus esset: Ita ego non abs re, ut opinor,
dixerim, nos hac laudatione D. Iesu, quæ ex frau- 345
de orta sit, haudquaquam egere. Deinde, qui hoc à me parum pie fieri dixerint, metuo, ut id ipsi satis pie faciant, qui ita temere de aliis judi"cent. Scio equidem, & ultro confiteor, longe "me ab illa lacrymosa & *meticulosa pietate*, quam "hodie video in vulgus tantopere placere, natura "& moribus abhorrere, ut qui maxime; sed veræ "tamen sinceræque pietatis officio digressum un"quam fuisse, me qui probet, hominem scio natu "neminem. Videlicet de Deo nil parvum, nil "humile sentio; nihil, quod eum ad corporis no"stri ministerium deprimat: Quin contra, mihi "plane persuasum est, istos, qui in templis orantes
"sibi oculos misere pervertunt, manusque ad cœ- 346
"lum perpetuo jactant; quique suspirabundi in"dentidem exclamant, Domine, Domine, illa"que ratione popello imponunt, falso se religio"nis nomine tutari: usque adeo magnum interesse "discrimen arbitror inter gesticulationem, & ger"manam pietatem; inter theatrum & templum; inter scenicum artificem, & ἀληθινὸν προσκυνητὴν, ὅστις, ut ait Christus apud Joannem, τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνεῖ. Vale plurimum, *Vir Clarissime*, & illius memineris, quod à Platone scriptum est, ΚΑΛΟ'Ν Ἡ ἈΛΉΘΕΙΑ, Ὧ ΞΈΝΕ, ΚΑΊ ΜΌΝΙΜΟΝ.

ADDITAMENTUM 347
ex
EJUSDEM FABRI Epist. LXVII
ad Alexandrum Morum
pag. 222. 223.

Σχεδίασμα illud nostrum de Josephi loco lectum à Te fuisse, nec improbatum, *More Doctissime*, summopere gaudeo. Quod autem scribis, repertos esse isthic nonnullos, qui *scripturam* illam, ut ait Comicus, *in pejorem partem rapuerint*, minime equidem mihi novum accidit; & tamen præter *unicum memoriæ sphalma* (cui suppetias tulerit Photii locus) ubi de Hegesippo ago, quem ego pæne puer legeram, neque tunc in his regionibus nancisci potui, uti tum monui, nihil est, quod vel puer tueri non possit. Tamen idem hic quoque evenit, quod isthic factum dicis.

349 # EXCERPTA
EX
ANTIQUIS NOVISQUE SCRIPTORIBUS, *QUI TESTIMONII HUJUS MEMINERUNT.*

351 I.
ORIGENES
Contra Celsum

Lib. I. pag. 35. 36.

Ex editione Guil. Spenceri.

Ἐβουλόμην δ᾽ ἂν Κέλσῳ, προσωποποιήσαντι τὸν Ἰουδαῖον παραδεξάμενόν πως Ἰωάννην ὡς βαπτιστὴν, βαπτίζοντα τὸν Ἰησοῦν, εἰπεῖν· ὅτι τὸ, Ἰωάννην γεγονέναι βαπτιστὴν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτημάτων βαπτίζοντα, ἀνέγραψέ τις τῶν μετ᾽ οὐ πολὺ τοῦ Ἰωάννου καὶ τοῦ Ἰησοῦ γεγενημένων. Ἐν γὰρ τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας ὁ Ἰώσηπος μαρτυρεῖ τῷ Ἰωάννῃ, ὡς βαπτιστῇ γεγενημένῳ, καὶ καθάρσιον τοῖς βαπτισαμένοις ἐπαγγελλομένῳ. Ὁ δ᾽ αὐ-
352 τὸς, καίτοιγε ἀπιστῶν τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριστῷ, ζητῶν τὴν αἰτίαν τῆς τῶν Ἱεροσολύμων πτώσεως, καὶ τῆς τοῦ ναοῦ καθαιρέσεως· δέον αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι ἡ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ ἐπιβουλὴ τούτων αἰτία γέγονε τῷ λαῷ, ἐπεὶ ἀπέκτειναν τὸν προφητευόμενον Χριστόν· ὁ δὲ, καὶ ὥσπερ ἄκων οὐ μακρὰν τῆς ἀληθείας γενόμενος, φησὶ ταῦτα συμβεβηκέναι τοῖς Ἰουδαίοις κατ᾽ ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα ἀπέκτειναν. Τὸν δὲ Ἰάκωβον τοῦτον ὁ Ἰησοῦ γνήσιος μαθητὴς Παῦλός φησιν ἑωρακέναι, ὡς ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου· οὐ τοσοῦτον διὰ τὸ πρὸς αἵματος συγγενὲς, ἢ τὴν κοινὴν αὐτῶν ἀνατροφὴν, ὅσον διὰ τὸ ἦθος καὶ τὸν λόγον. Εἴπερ οὖν διὰ Ἰάκωβον συμβεβηκέναι λέγει τοῖς Ἰουδαίοις τὰ κατὰ τὴν ἐρήμωσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ, πῶς οὐχὶ εὐλογώτερον διὰ Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦτο φάσκειν γεγονέναι; οὗ τῆς θειότητος μάρτυρες αἱ τοσαῦ-
353 ται τῶν μεταβαλόντων ἀπὸ τῆς χύσεως τῶν κακῶν ἐκκλησίαι, καὶ ἠρτημένων τοῦ δημιουργοῦ, καὶ πάντ᾽ ἀναφερόντων ἐπὶ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἀρέσκειαν.

SIG. GELENIO INTERPRETE.

Hic vellem Judæum, cujus personam Celsus inducit, monitum, quando *non inficiatur, Iesum à Joanne baptizatum*, mentionem Joannis in peccatorum remissionem baptizantis facere Scriptorem, qui mox secutus est Joannis & Iesu tempora: nam *Josephus in decimo octavo Antiquitatum* testatur, Joannem fuisse Baptistam, expiationemque baptizatis esse pollicitum. Idem, *quamvis Iesum parum agnoscens pro Christo*, dum quærit *causam Hierosolymorum excidit, templique demolitionis* (cum debuisset
354 dicere, id accidisse *propter ejus populi contra Iesum insidias, quia Christum à Prophetis promissum interemissent*) quasi invitus haud procul à veritate discedens, ait, hæc contigisse Judæis *in ultionem Jacobi, cognomento Justi, fratris Iesu, qui dicitur Christus; quia justissimum hominem occiderant.* Hunc Jacobum, germanus Iesu discipulus, Paulus ait (*Gal. I, 19.*) à se visum, ut fratrem Domini; non tam ob sanguinis cognationem, communemque ipsorum educationem, quam ob mores & doctrinam. Ergo si *propter Jacobum* dicit, accidisse Judæis *desolationem Hierusalem;* annon probabilius est, *propter Iesum Christum* id contigisse, cujus *divinitatis* testes extant tot hominum exemtorum è vitiorum colluvie Ecclesiæ, opificique suo adhærentium, & cuncta referentium ad illius placitum?

II.
EUSEBIUS 355
Lib. I. Hist. Eccles. cap. 11.

Ex editione Rob. Stephani, & Henr. Valesii.

Capitis argumentum est: Τὰ περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, καὶ τοῦ Χριστοῦ μεμαρτυρημένα, *Testimonia de Johanne Baptista, & Christo.* In contextu affert *duo* Josephi *testimonia;* prius *de Johanne*, alterum *de Domino.* Atque hæc quidem, præmissa præfatiuncula hac: Ταῦτα περὶ τοῦ Ἰωάννου διελθὼν, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ συγγράμματος ἱστορίαν, ὧδέ πως μέμνηται. Wolfg. Musculo interprete: *Hæc ubi de Johanne commemoravit, etiam Servatoris nostri in eadem commentarii hujus historia sic meminit.* Sequitur ipsum Josephi testimonium, ut in ipso extat,
nisi quod habet: Καὶ πολλοὺς μὲν τῶν Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ 356
καὶ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο, quod in editis Josephi paullo aliter legitur. Denique epilogum subjicit: Ταῦτα τοῦ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων συγγραφέως ἀνέκαθεν τῇ ἑαυτοῦ γραφῇ, περί τε τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, παραδεδωκότος, τίς ἂν ἔτι λείποιτο ἀποφυγὴ, τοῦ μὴ ἀναισχύντους ἀπελέγχεσθαι, τοὺς κατ᾽ αὐτῶν πλασαμένους ὑπομνήματα· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐχέτω ταύτῃ. Id est: *Quum hæc igitur Historicus iste, ex ipsis Hebræis oriundus, commentariis suis olim de Baptista Johanne ac Servatore nostro tradiderit, quodnam amplius effugium relinquitur, quo minus impudentes esse deprehendantur, qui commentarios istis contrarios confinxerunt? Sed de his hactenus.*

III. 357
FRECULPHUS,
Episcopus Lexoviensis,

Tom. II. Chronic. lib. II. cap. 5.

Ex edit. Commelin.

Hic *in XVIII. Antiquitatum libro* manifestissime confitetur, *propter* magnitudinem signorum *Christum à Pharisæis interfectum: & Johannem Bapt.* vere Prophetam *fuisse, &* propter interfectionem Jacobi *Apostoli* Hierosolymam dirutam. *Scripsit autem de Domino in hunc modum:* Eo tempore fuit Ie-
sus sapiens vir; si tamen virum eum oportet dice- 358
re. Erat autem mirabilium patrator operum, & doctor eorum, qui libenter vera suscipiunt. Plurimos quoque tam de Judæis, quam de Gentibus, sui habuit sectatores, & *credebatur* Christus. Cumque invidia nostrorum Principum cruci eum Pilatus addixisset, nihilominus qui eum dilexerant, perseverarunt in eo. Apparuit autem eis III. die vivens. Multa hæc & alia mirabilia carminibus Prophetarum de eo vaticinantibus: & usque hodie
gens ab hoc vocabulum sortita, non defecit. *Re-* 359
fert etiam idem Historiographus, oraculum *quoddam,* in sacris literis *repertum; quod per idem tempus* virum *designaret*, ex eorum religione processurum, *qui* totius orbis *potiretur imperio. Cujus oraculi præsagium* Vespasianum *declarare suspicatur. Sed Vespasianus non aliis, quam illis* solis Gentibus, quæ Romano imperio *videbantur* subditæ, *dominatus est: nec de prosapia aut religione Judæorum processit. Un-*
de justius ad Christum *hæc responsa referuntur, ad* 360
quem

quem Pater: Pete à me, & dabo tibi gentes hæ-
reditatem tuam, & possessionem tuam terminos
terræ. *Et cujus per idem tempus, per Apostolos suos*,
in omnem terram *exierat sonus eorum*, *&* in fines
orbis terræ *verba eorum*.

IV.
NICEPHORUS CALLISTUS
Lib. I. Hist. Eccles. cap. 39.
Ex interpr. Jo. Langi.

Reliquum nunc esse puto, Josephum quoque
veritatis amantem apud Hebræos *Historicum*, in
medium producere; & quæ is in decimo octavo
361 Antiquitatum libro de Servatore nostro IESU CHRI-
STO scripta reliquerit, primo huic Historiarum li-
bro, tanquam coronidem apponere. Quum enim
de præcursore Johanne ea, quæ paullo ante recen-
suimus, exposuisset, deinde de CHRISTO verbis
hisce ita scribit: *Extitit eo tempore IESUS, vir sa-
piens, si quidem virum eum dicere fas est. Erat enim
operum, opinionem fidemque omnem excedentium, ef-
fector; & hominum eorum, qui libenter veritatem
complecterentur, magister. Multos enim simul ex Ju-
dæis, & ex Græcorum superstitione, in disciplinam
suam ascivit. CHRISTUS is fuit. Et quum eum
principum apud nos virorum delatione, Pilatus crucis
supplicio affecisset; non tamen, qui ante eum erant com-
plexi, consectari supersederunt. Apparuit quippe illis
362 tertio post die superstes ac redivivus. Quandoquidem
divini Prophetæ & hoc, & alia de eo admiranda, va-
ticinati fuerant. Et ad hodiernum usque diem, quæ
ab eo est cognominata, Christianorum gens non defecit.*
Hæc Josephus.

V.
JO. TRITTENHEMIUS
in Lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Josephus Judæus, natione Hierosolymitanus, re-
ligione Sacerdos, Mathatiæ Sacerdotis filius,
Philosophus, Rhetor, temporumque Scriptor
insignis; quem in catalogo nostro non ponerem,
nisi & ejus scripta legeret Ecclesia, & beatus Hie-
ronymus id porro fecisset. Post excidium Hiero-
solymæ, captus à Vespasiano & Tito Principibus,
363 Romam ducitur; & propter ingenii excellentiam,
à Senatu & populo Romano magnifice honoratur.
Qui *etsi Judæus permanserit*, *genus tamen Christia-
norum sæpe laudavit*, & de Domino nostro Iesu
Christo, in decimo octavo Antiquitatum libro,
insigne testimonium descripsit.

VI.
GALATINUS
Lib. I. de Arcanis Cathol. Veritat. cap. 4.
cujus hoc lemma est:
*De Judæorum Scriptoribus, quos paullo post Christum
passum esse contigit; & quid de ipso senserint?*

GALAT. Ex quibus nonnulli quidem juxta ve-
rum sensum prophetias de Christo loquentes,
364 recte enucleare videntur: nonnulli vero *de ipso Do-
mino Iesu, deque Christianis bene senserunt*, ut in u-
trorumque scripturis liquido patet. Et ut cæteros
nunc taceam, duos duntaxat, quorum apud Ju-
dæos plurimum valet autoritas, *Philonem* scilicet,
sacerdotali ex genere progenitum, & *Josephum*,
Matathiæ filium, exempli gratia adducam. Qui
suis in Codicibus Dominum nostrum *Iesum Chri-
stum* non modo confitentur, verum *miris* quoque
ac divinis exornant *laudibus*; ejusque sectatores ma-
xima prosequuntur laude. Nam *Philo* quidem eo
libro, quem *de vita nostrorum*, hoc est, *de viris
Apostolicis* scripsit, primam sub Marco Euangelista
apud Alexandriam Ecclesiam describens, *Christi se-
quaces mirum in modum honestavit*; eos non ibi tan-
tum, sed in multis quoque provinciis esse memo- 365
rans, eorumque habitacula monasteria dicens. **
Josephus autem (ut ea, quæ de Johanne Baptista,
& de Jacobo Apostolo, cognomento Justo, magna
cum eorum laude narrat, omittam) in XVIII. An-
tiquitatum libro, Tiberii Cæsaris, sub quo Chri-
stus passus est, tempora describens, hæc de Chri-
sto ipso Græce refert: Τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς
ἀνήρ. *Hoc tempore Iesus, sapiens vir, &c.* Hæc
Josephus ille, quem Judæi vel maximum putant.
Hi igitur viri tam excellentes, *Philo & Josephus*;
qui etsi Græce scripserint, Judæi tamen ambo fue-
runt, paternarumque traditionum acerrimi æmu-
latores, nisi ea, quæ per Prophetas de Messia præ-
nunciata fuerant, recte intellexissent, neque *de
Christo* tam *bene opinati* fuissent; neque, quæ de
ipso dixerunt, tam veridice retulissent. ** Unde 366
& credi quoque par est, alios præter eos, eisdem
temporibus permultos extitisse, qui & de Domi-
no Iesu Christo recte senserint; & Prophetarum
vaticinia explanantes, vera de eo scripserint. HO-
GOSTR. Si ergo isti veritatem agnoverunt, quare
ipsam amplecti neglexerunt? Constat enim (ut a-
lios prætermittam) & *Philonem*, & *Josephum*, quos
exempli gratia attulisti, *haudquaquam Christo adhæ-
sisse*; sed usque ad obitum in Judaismo permansisse.
GALAT. Id quidem *verum est*, & *de Josepho præ-
sertim*; ne de *Philone* dicam, qui cum gentis suæ
legatus ad Cajum Caligulam Romam venisset, *ad-
modum familiarem cum Petro*, Apostolorum princi-
pe, consuetudinem duxit. Te tamen non igno-
rare velim, post Domini resurrectionem in *triplex* 367
Judæos divisos fuisse genus. *Quidam* enim viden-
tes Prophetarum dicta in eo consummata, & fide
& opere illi adhæserunt; ut Gamaliel ille senex fe-
cit, cujus dicta apud Talmudistas maximæ sunt
auctoritatis. Quod & alii pæne infiniti fecerunt,
non de plebejis, aut ignaris tantum, sed de nobi-
lioribus atque sapientioribus. Nam ut in Actibus
Apostolicis scribitur, maxima pars Sacerdotum
obtemperabat fidei. ** *Quidam* vero eorum cre-
debant quidem, ipsum Dominum Iesum fuisse Mes-
siam illum, de quo Prophetæ locuti fuerant; Mo-
saicas tamen observantias deserere nolebant. Hi fi-
de tantum, & non opere, Christo adhæserunt:
Quia Christum quidem confitebantur, in Judaismo 368
tamen perseverabant. *Qualis* (ut arbitror) *Jose-
phus fuit*; ac alii fere innumeri. De quibus Actuum
Apostolorum liber meminit XV. & XXI. cap. ubi sic
dicitur: Vides frater, quot millia sunt in Judæis,
qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt Legis!
In hoc tamen maxime errabant. Omnes namque
veteris Legis ceremonias, cum Christi gestorum-
que ejus figuræ extiterint, in ipso omnino finem
habuisse, clarum est. Horum etiam quam pluri-
mi & vera nonnulla de Christo scripserunt, & pro-
phetias in multis recte exposuerunt. *Alii* denique
Judæorum, nec fide nec opere Christo adhærere
volentes, in perfidia sibi pertinaciter permanen-
dum, tanquam cœci elegerunt. Qui neque tamen
veritatem (vide, quanta veritatis sit vis) omnino 369
negare valuerunt. Nam Legem Prophetasque ex-
planantes, sola veritate compulsi, ipsam in multis
penitus tacere nequiverunt. Quod absque divina
dispositione factum fuisse, putandum non est; ut
contra veritatis inimicos, eamque negantes, ab
eisdem ipsius veritatis testimonia haberemus. Nec
tamen id veritati præjudicat, quia ipsi non credi-
derunt; sed plus testimonio addit, quia nec incre-
duli, & inviti ipsam negaverint.

VII.
SIXTUS SENENSIS
Tom. II. Bibliothecæ Sanctæ, lib. IV.

370 JOSEPHUS Mathatiæ Sacerdotis filius *** *amicus fuit Christianorum*, quanquam Judæus esset; & Dominum nostrum Iesum Christum in 18. Antiquitatum libro *insigni elogio* celebravit. *Qua de causa* D. Hieronymus eum in catalogo Ecclesiasticorum Scriptorum digna cum laude recenset.

IDEM SENENSIS.
Lib. VII. Bibl. Hæres. II. Dissol. Object. §. 14.

SI Josephus inter alias Herodis sævitias hanc *occisorum infantium* crudelitatem non recensuit, nihil id Christianum virum movere debet; præcipue cum ipse *Josephus* alia fere *innumera*, multo etiam *majoris momenti*, multoque illustriora, vel *oblivione*, vel *incuria*, vel potius *malitia* præterierit; sicuti eum Egesippus, pervetustus Historicus, accusat, *quod divinam Domini nostri Iesu Christi RE-*
371 *SURRECTIONEM, ejus divina opera, VOLENS SCIENSQUE tacuerit.* Quin & *Euangelii autoritas*, à Spiritus Sancti, & Ecclesiæ catholicæ autoritate pendeat, & *non à testimonio Josephi*, vel cujuspiam alterius prophani Scriptoris, quantumcunque probati.

VIII.
CÆS. BARONIUS
Tom. I. Annal. Ecclesiast.
A. C. XXXIV.

POst sanctos Euangelistas, Josephus (*lib.* 18. *Antiq. c.* 4.) Judæus reperitur, qui post annos quinquaginta, Græco sermone, res gestas Judæorum est prosecutus: Qui *res* etiam *gestas Christi* addens, eas his paucis perstrinxit: *Eo*, inquit, *tempore fuit Iesus*, *vir sapiens*, *&c.* Hæc Josephus;
372 cujus testimonium in pervetusto Judæorum Codice, in quo ejus historiæ, è Græco in Hebraïcum translatæ, antiquitus scriptæ sunt, cum hîc Romæ requireretur (ô perfidorum imprudentiam!) abrasum inventum est; adeo ut nulla, ad excusandum scelus, possit afferri defensio, cum membrana id ipsum exclamare videretur. Habes ejusdem Josephi de Christo testimonium, ab Eusebio (*lib. I. Hist. Eccles. cap.* 11.) recitatum, atque ab aliis compluribus. Cæterum *de rebus Christi*, ab eodem Josepho scriptis, *parum* est, quod illi *debeamus*; quippe qui temporum ordinem invertendo, complura (ut superius est demonstratum) ambigua potius & obscura, quam facilia & certa reddidit. *** At certe credo, hunc, quatenus *Christum Dei fi-*
373 *lium esse fatetur*, non nisi *Dei virtute compulsum* atque *coactum* fuisse: Quandoquidem cum agit (apud *Euseb. lib. I. Hist. cap.* 22.) de immensa clade, Judæis à Tito illata, illius belli causam Jacobi potius neci, quam Christi atroci supplicio adscribendam putavit: ut videre sit, ipsum *erga Christum*, & res Christianorum, *parum æquum* fuisse *Historicum*. Hinc merito de eo conqueritur Hegesippus (*de Excid. Hierosol. in præf.*) Judaïcarum rerum Scriptor (non ille, ut falso quidem multi existimant, qui proximus fuit temporibus Apostolorum; sed, ut ex ejus scriptis, *lib.* 3. *c.* 5., probatur, qui scripsisse noscitur post tempora Constantini) sic dicens: *Utinam tam religioni & veritati attentus, quam rerum indagini, & sermonum sobrietati fuisset:* Consortem *se enim* perfidiæ Judæorum *et-*
374 *iam in ipso sermone exhibuit*, *quem de* eorum supplicio *manifestavit*; *& quorum arma deseruit*, *eorum tamen sacrilegia non dereliquit: Deploravit flebiliter ærumnam*, *sed ipsius* causam ærumnæ *non intellexit.* Hæc juste in eum expostulans Hegesippus.

IDEM A. C. XCVI.

CUm Romæ videret Ecclesiam CHRISTI florentissimam, quæ in dies magis ubique gentium, ac potissimum Romæ, & apud Nobiles, ipsosque Cæsaris affines, feliciter propagabatur; *licet Christianus non esset*, tamen *ne inofficiosi Historici querela tam justa urgeri posset*, quod rem, toto orbe perspicuam, silentio obvolutam reliquisset; *illud de CHRISTO elogium suis scriptis intexuit:* Cum enim Judæorum res inspiceret, penitus esse collapsas, Vespasianumque defecisse; cui vaticina- 375
tus tribuerat, quod CHRISTO revera oraculis Prophetarum prænuntiatum erat imperium, jamque tempus Messiæ adventus præteriisse videri posset; *prudentis potius*, *quam pii hominis*, *partes agens*, illud de IESU, *quod CHRISTUS haberetur*, *à plurimis tam Judæis*, *quam Gentilibus*, protulit testimonium.

IX.
ANT. POSSEVINUS
Lib. XVI. Bibl. cap. 14.

SEd & illud in primis *summi momenti* est, quod cum res gestas Judæorum post Christum Dominum attigisset, ejusdem Christi Domini non potuit non mentionem facere, cum ita locutus est: *Eo tempore fuit IESUS*, *vir sapiens*, *&c.* Hæc Josephus. Cujus testimonium (inquit *Cæsar Ba-* 376
ronius Cardinalis tomo primo suorum Annalium) in pervetusto Judæorum Codice, &c. *** In *causa excidii Hierosolymitani*, quam potius *Jacobi neci*, quàm *morti Christi* Domini illatæ tribuit, lapsus est; ut item in aliis nonnullis.

X.
ROB. BELLARMINUS
Lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis.
A. M. 4057.

JOsephus Ebræus * * libro decimo octavo Antiquitatum c. quarto reddit Christo *mirabile testimonium*, affirmans, eum *fuisse plus quam hominem*, & *vere Christum*, in operibus magnificum, in verbis veracissimum; & à Pilato quidem occisum, sed tertia die resurrexisse: cujus testimonii 377
meminit *Eusebius* libro primo Histor. Ecclesiast. cap. undecimo, & sanctus *Hieronymus* in libr. de Scriptoribus Ecclesiast. in Josepho. Quod autem Hebræi dicunt, testimonium illud de Christo in suis libris non haberi, & ideo videri superadditum à Christianis; facile refelli potest. Nam Hebræi *non habent Josephum*, *filium Matathiæ*, qui Græce scripsit libros Antiquitatum, de quo nos loquimur; *sed Josephum*, *filium Gorionis*, qui aliquid simile scripsit Hebraice: Proinde non est mirum, si Judæi in suo Josepho hoc testimonium non habeant, cum in nostro habeatur; & non sit superadditum, sed verum & germanum Josephi testimonium. Certe sanctus *Hieronymus*, & *Eusebius*, viri doctissimi fuerunt, & omnes pæne libros veterum Scriptorum legerunt: Et *nunquam* hoc te- 378
stimonium de Christo, Josepho *tribuissent*, *nisi scivissent*, *vere* ab illo auctore *ita scriptum* fuisse.

XI.
LUCAS OSIANDER
Epitom. Hist. Eccles. Cent. I. lib. II. cap. 7. *f.*

TEstimonium Josephi de Christo ego *omnino suppostitium* esse credo, & *ab aliquo sciolo* ipsius li-

libris *insertum.* Si enim Josephus *ita* de Christo *sensisset*, ut testimonium illud præ se fert, Josephus *fuisset Christianus:* Cum tamen *in omnibus* ejus *scriptis nihil* prorsus, *quod* saltem *Christianismum redoleat*, reperiri queat.

379 XII.

IS. CASAUBONUS.

Exercit. XI. ad Baron. Annal. Ann. XXI. Num. II.

IN anno Domini XXI. Tiberii quinto, sine justa causa Josephus reprehenditur; qui nusquam dixit, post passionem Christi *Paullinæ historiam* accidisse: licet *mortis Domini* prius meminerit. Nam quia propositum illi non erat, *res Servatoris nostri* per annos digestas explicare; *vitæ illius, passionis, & resurrectionis brevem mentionem conjecit in tempus, quo certum erat, illum vixisse:* annorum rationem nullam habuit. Faciunt hoc sæpissime principes Historici, *Thucydides*, *Polybius*, *Livius*; in iis *præsertim*, *quibus nolunt immorari.* Sed & in par-
380 tibus legitimæ historiæ idem jus persæpe usurpant, ut dicebamus *in præfatione Chronologiæ Polybianæ.* Neque tamen propterea quisquam illos reprehendit. Quare non sunt ferenda hîc de Josepho ista verba: *more suo plurimum à veritate temporum discrepat.* Taceo alia, quæ poterant in eam rem dici.

IDEM CASAUBONUS

Exerc. XVI. ad Ann. XXXIV. Num. CCXXI.

VAlde vereor, ne *ex aliena fide* scribat auctor, quæ narrat *de Codice Hebraico* Josephi, è Græco translato; quem ait extare *in Vaticana*, & servare *manifesta vestigia imposturæ* Judæorum, qui *locum de Christo*, è libro XVIII. cap. IV. *eraserint.* Ego vero non puto extare hodie in rerum natura Jo-
381 sephi opera, è Græco in Hebræum, ut ait Baronius, conversa. Extat quidem Historia ejusdem argumenti Hebraico sermone eleganter contexta, sub nomine *Josipon ben Gorion*, sive *Josephi Gorionidæ:* qui *impostor insignis* sic opus suum concinnavit, ut vellet videri à vero Josepho illud fuisse scriptum. Sed aliter catuli, aliter leones olent. Adeo enim antiquus Josephus hic non est, ut *recens* admodum sit *Scriptor*, & quidem *Gallus;* ut certis argumentis demonstravit *Scaliger in Elencho.* Porro etsi planus hic in multis Josephum sequitur κατὰ πόδα, vel potius ejus interpretem Latinum; totius tamen operis textura longe diversissima: Neque in hunc Scriptorem, quantum existimo, potest cadere, quod suaviludius aliquis Baronio persuasit.

382 XIII.

WILH. SCHIKARDUS

in Procemio ad Tarich, pag. 91. 92.

AUdiatur Josephi, *gente* quidem *ac mente Judæi*, sed, Rabbinorum quoque judicio, *veracis Historici* testimonium, quod de Salvatore nostro perhibet lib. 18. Antiq. c. 4: *Eodem tempore fuit IESUS, vir sapiens, &c.* Et ne fides authoris apud Judæum periclitetur, quæso vide paradoxum, quomodo eum *R. David* ipsis præferat Scriptoribus Talmudicis, *Part. I.* sui *Zæmach fol.* 38. *b.* (interpete eodem Schikardo:) *Josephus filius Gorion* (ait ipse nominat se FILIUM MATTHIÆ) *fuit de prosapia Sacerdotum in Jerusalem, unctus ad bellum* (h. e.
383 Sacerdos castrensis, de quorum officio & authoritate pridem in *Jure Regio* tractavi *Theor.* 18. *fol.* 140.) *Quamvis vero quædam ejus verba, materiæ de Tito, videantur contradicere sermonibus Rabbinorum nostrorum piæ memoriæ, qui habentur in capite Nezikin* (quod est quintum in libro Gittin) *scito tamen, quia vir iste magnus fuit sapientia & intellectu, præterea probus & rectus, tum vero anterior in tempore Doctoribus Gemaræ, aliquot seculis, qui vidit ipse cuncta, quæ contigerunt suis diebus: ideo non teneamus eum pro Scriptore haud veraci.*

XIV.

GEORG. CALIXTUS

in Disput. de Verit. Unic. Relig. Christ. th. XXIIX.

JOsephus, Matthiæ filius, genere Judæus, per patrem è sacerdotali primæ vicis, per matrem è 384
regia Asamonæorum familia oriundus, prudentia & eruditione omnes post Christum natum Judæos superans, qui tamen *Christianis sacris initiatus nunquam fuit* (certe nihil ea de re constat) *præclara* tum ipsi Christo, tum Johanni præcursori, tum Jacobo fratri & Apostolo *testimonia* perhibet. Nam, quod observandum, quæ de Apostolis diximus, de ipso etiam Domino, & sine dubio urgentiore adhuc ratione, dici possunt: nempe si se, Dei filium & mundi Redemtorem professus, non fuit, qui credi voluit; portentosæ sive improbitatis, sive superbiæ, sive stultitiæ, absolvi nequit. Quibus vitiis si obnoxius fuisset, pluribus etiam aliis modis ea sese prodidissent; quorum tamen nulla exempla memorantur, sed contraria omnia. *Jose-* 385
phus de eo scribit, quæ subjicio, utpote *notatu apprime digna:* Γίνεται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, *&c.*

XV.

CONR. HORNEJUS

Disp. Theologic. Part. I. Disp. II. Sect. I. thes. XLIIX.

HUc accedit, quod ipsi infideles Judæi, acerrimi alioqui Christi & Christianorum hostes, Christum miraculis claruisse, in Talmude suo fatentur. *Eximium* etiam *testimonium* est, quod ex eadem gente veritati dicit insignis Scriptor, Josephus lib. XVIII. Antiq. Judaic. cap. IV: *Eodem tempore*, inquit, *erat Iesus, vir sapiens; si tamen virum eum fas est dicere: erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum, qui libenter vera suscipiunt.* Et rursus: 386
Apparuit eis (discipulis suis) *tertia die vivus, ita ut divinitus de eo vates hoc & alia multa admiranda prædixerant.* Ita ille, qui *nec ipse* tamen *Christianus*, quod sciatur, fuit.

XVI

GREGORIUS GREGORII FRANCUS

in Lexico Sancto, num. LXXVIII.

CÆterum est in primis animadversione dignum, Josippum & Talmud cujusdam ישו הנצרי, *Iesu Nazareni* meminisse, de quo turpia multa prædicant; quem tamen imprudentes quam plurimi, ipsum ישוע Iesum Salvatorem nostrum fuisse, arbitrantur. Monuit hoc *Sebastianus Lepusculus*, cujus Epistola extat in Centuria, a *Goldasto* edita, *p.* 247. *num.* 61. ostenditque, hunc ישו fuisse cx. circiter annis ante Iesum Salvatorem nostrum, regnante Hir- 387
cano Machabæo, Simonis Machabæi filio; eumque adulterа ac polluta natum, idololatram, magum, & tandem ob scelera sua suspensum fuisse. Tantum errorem aluit hactenus, & roboravit, Historiæ & Chronologiæ ignoratio; nec non recentiorum Judæorum cœca perfidia: *quos* Josephi Historici de CHRISTO IESU testimonium ex lib. 18. Antiq. Judaic. cap. 6. *abunde refellit.*

NOTA: De hoc Iesu fabulam Talmudicam uberius recenset *Galatinus lib. I. Arcan. cap.* 7. sed censuram non effugisse *Rainoldi Prælect. CLIII. de libris Apocryphis*, observavit *Jo. Coccejus in Not. ad Excerpta Gemaræ Sanhedrin, cap. XI. num. XXXVII. pag.* 365, *& seqq.* Adde *Schikardum in Procemio ad Tarich, pag.* 83.

83. *usque ad pag.* 96. *Micrælium lib. IV. Judæ, dial.* 2. *p.* 45. & *Dav. Christiani, Disp. II. de Messia, th.* 135. 138. qui omnino consulendi sunt.

388 XVII.

JO. CLOPPENBURCHIUS
in Epistola ad
LUD. CAPPELLUM,
pagg. 158. 159.

ALterum problema habe, occasione observationis tuæ ad Historiæ Judaicæ Compendium ex Josepho, de Iesu Christi Domini nostri *mentione perhonorifica*, quæ extat apud Josephum. *Merito suspecta* Tibi videatur, quæ isthic de Christo dicuntur; & *falso adscripta Josepho* περιοχὴ illa, cujus *nulla* est *cum antecedentibus & sequentibus connexio.* Cogita, quæso, accuratius, annon vero simile sit, fuisse illo loco a Josepho factam Christi mentionem ejusmodi, quæ ἀναλόγως perfidiæ Judaicæ blasphemam habuerit connexionem cum sequenti historia;
389 quæ magis ἀπροσδιόνυσος est, ut jam quidem jacet, quam mentio Christi; ut voluerit Josephus parallelismo Paullinæ, sua opinione a Deo, revera a Decio Mundo imprægnatæ, aut stupratæ, ridere fidem Christianam de conceptione Iesu Christi, & nativitate ex Virgine per operationem Spiritus Sancti. Propter quam blasphemiam ita suspicor, a Christiano aliquo castigatum, & castratum eo loco Josephum, ut jam illa περιοχὴ sit ἀσύνδετος.

XVIII.

LUD. CAPELLUS
in Responsoriis ad
JO. CLOPPENBURCHIUM
pagg. 168. 169.

AD conjecturam tuam de Josephi Historici pe-
390 riocha, quæ de Christo loquitur; agnosco & eam esse acutam, atque ingeniosam: sed nescio an satis sit Josephi eo loco menti & scopo, adeoque & verbis accommodata. Refert nempe isthic Josephus aliquot *gentis suæ*, quas a Romanis passi fuerant Judæi, *clades* atque *injurias*. Nam ante periocham de Christo narrat, quomodo Hierosolymis male accepta fuisset a Pilato clamosa, atque in ipsum contumeliosa Judæorum turba; post eam vero, quomodo *Romæ pulsi* sint, Tiberii jussu atque edicto, *tota Italia* Judæi; ac quatuor eorum millia sub prætextu militiæ fuerint in Sardiniam insulam missa. Jam vero quia hæc posterior Judæorum calamitas illis acciderat, ob *insignem impostoris* Judæi religione sui Templi dolo malo abutentis, *fraudem:* ne quis
391 Romanus imposturam illam Judæis per convitium in os objiceret, præmittere voluit *aliam longe graviorem* Equitis Romani, religione sacrorum templi Isidis ad turpissimum facinus abutentis, *imposturam;* ut si quis vellet Judæis facinus impostoris illius, Doctoris nomen mentientis, objicere, haberent illi in promptu, quod statim regerere possent *Decii Mundi longe turpissimum factum.* Hæc inter se *argumenti similitudine* atque affinitate *cohærent*, adeoque aperte à Josepho in historiæ suæ narratione connectuntur, si periocham de Christo (*quæ cum istis nihil habet commune*) detrahas. Nam ante eam, hæc sunt ultima Josephi verba, καὶ ἕτω παύεται ἡ στάσις, sublata, quæ de Christo est, periocha sequitur: Ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἕτερόν τι δεινὸν ἐθορύβει
392 τοὺς Ἰουδαίους. Quæ verba aperte satis cohærent cum illis, ἕτω παύεται ἡ στάσις. Narratio autem de *Paullina* inserta est, ac præmissa narrationi de *Fulvia*, ob eam, quam ante dixi, causam, tum etiam ob argumenti similitudinem: quia *in utroque facto impostura est* hominum, religione sua turpiter abutentium: & *utrobique Saturninus* est, tum Paullinæ tum Fulviæ *maritus.* Hæc mihi videtur commodissima τῆς συναφείας in Josephi historia ratio.

XIX.

THEOD. HACKSPAN
in Assertione Passionis Dominicæ, adversus Judæos & Turcas, Dialogo inclusa.

JUDÆUS. Varia commisces; de Messiæ passione nil fando accepi, nil sacræ suggerunt literæ, nil 393
Moses, nil Prophetæ, nil postremo Hagiographa memorant: Iesum autem illum Mariæ filium, à majoribus nostris in crucem actum, *si maxime inficias iverim, Josephus noster falsi me argueret;* qui *lib.* 18. *cap.* 4. diserte testatur, eum accusatum à nostræ gentis principibus, à Pilato condemnatum, execranda crucis morte peremtum.

NOTA: *CL. Hackspanius* P. M. olim apud *D. Calixtum*, σῶμα πρὸς σῶμα de hoc Flavii testimonio; quod Vir magnus tum temporis, ceu genuinum, firmiter defendit; ut ipsius testatur *Disp. de Verit. Unic. Relig. Christ.* Noluit igitur optimus illi Hackspanius refragari, veterem secutus sententiam, ut nomen impietatis evitaret. Hunc ipsum Præceptoris locum *Rupertus Snellio*, illius discipulo, *Epist. I pag.* 82. impegit.

XX. 394

PAG. GAUDENTIUS
de Progressu Philosophiæ apud Romanos, Cap. LXXVII.

S*Alianus* aliquis, aut *Augustinus Mascardus* Salianum secutus, dicent, eum *corrupisse sacras antiquitates*, & invertisse, ut *adularetur Vespasiano, Tito, Domitiano;* imo pleraque omnia, & insigniora miracula, quæ exstant apud Mosen, aut negasse, aut interpolasse, *rem facturum gratam iisdem Principibus.* Sic ergo indignum esse, qui Philosophiæ nomine commendetur; cum Philosophia generosa sit, & palpum non obtrudat, sed libertate in dicendo Vero utatur. Sed non est difficile, defendere Josephum adversus impudentiam *Saliani*, & *Mascardi;* nam quod *veridicus* fuerit *Historicus*, docent libri de *bello Judaico*, qui repositi sunt in pu-
blica Bibliotheca Romæ; quosque ne ipse quidem 395
Salianus, & *Mascardus*, ut falsos reprehendere sunt ausi. Quod vero in *Antiquitatibus* noluerit *adulari*, ex eo constat, quia non apparet, Principes illos valde fuisse sollicitos de ejusmodi opere. Certe id absolutum est anno XIII. Domitiani. *Non* ergo *voluit adulari Vespasiano*, *& Tito;* qui mortui erant: *nec Domitianus ipsum impulit* ad ejusmodi opus, *sed* potius *Epaphroditus*, vir insignis, & omnimoda rerum cognitione instructus; cui etiam Antiquitates dedicavit. *** Tantum abest, ut Josephus evertat miracula Mosis, ut multa alia recenseat, quæ faciunt ad ostendendam divinitatem earundem sa-
crarum literarum. Vide narrationem ejus, quan- 396
do agit de translatione S. literarum sub Ptolemæo Philadelpho: Vide, quæ habet, quando agit de Machabæis, de *eversione Hierosolymorum.* Quid? quod *insigne testimonium* perhibuit Domino nostro Iesu Christo, dum dixit, *eum operatum esse miracula:* Quæ narratio procul dubio non placuit Imperatoribus, præsertim *Domitiano*, qui *S. Johannem* expulit urbe. Usque ad *Salmeronem*, & *Salianum*, non exstitit, qui ejusmodi scelus impegerit Josepho. S. Hieronymus eum recensuit inter Scriptores Ecclesiasticos: auctores historiæ Ecclesiasticæ antiqui eum commendarunt. An cœperunt videre *Salmeron*, *Salianus*, *Mascardus*, quod cernere non potuerunt tot sapientissimi viri?

XXI.

397
XXI.
D. JO. MULLERUS
Part. I. Judaiſmi, lib. I. cap. 29. num. VIII.

RAbbi Luſitanus ſchreibet fol. 26. in Colloqu. Mittelburgenſi: Ob zwar Joſephus zeuge, das Chriſtus Wunder gethan, ſo ſey doch daſſelbige Zeugnis verdächtig, und von andern hineingeflicket. Joſephus erzehle erſtlich, wie Pilatus zum Aufruhr Urſache gegeben, dar auf ſolle folgen ein Text, um dieſelbige Zeit iſt den Juden noch eine andere Unruhe zugeſtanden: weil aber darzwiſchen erzehlet werde die Hiſtoria von Iesu, hange der Text nicht aneinander; die andere Unruhe zeige auf die erſte: Das Wörtlein, und, beweiſe, das auf Pilati Aufruhr die andere Unruhe bald ſolle
398 ezehlet werden. Es ſey auch nicht glaublich, das Joſephus ſolle einerley Art zu reden brauchen: Erſtlich ſolle er ſagen, es hat eben zur ſelbigen Zeit gelebet Iesus, und bald darauf: Um dieſe Zeit iſt den Jüden noch eine andere Unruhe zugeſtanden. Es ſey auch Chriſtus damals ſchon geſtorben geweſen, wie können denn Joſephus ſagen, das er um die Zeit gelebet; und ob es gleich Joſephus ſelber geſchrieben hätte, ſo habe er doch an dieſen Iesum nicht geglaubet. Antwort, es ſind die Juden voller Gifft, Neid, und Zorn, auf den Iesum von Nazareth; aus ſolchem Zorn wollen ſie kein Zeugnis annehmen ſeiner Wunder, ob es gleich ihre eigene Scribenten ſetzen. Es findet ſich dieſes Zeugnis beym Joſepho im 18. Buche, cap. 4. im Griechiſchen Texte, darinnen er
399 ſeine Hiſtoriam beſchrieben; und ſind die Urſachen viel zu ſchlecht, welche die Jüden anziehen, um derer Willen wir glauben ſolten, das ſolch Zeugnis von andern hinein geflicket were. (1.) Die Aufruhr Pilati, und die nachfolgende Unruhe, können wol leiden, das die Hiſtoria von Iesu mitten eingeſeizet werde; denn der Text ſaget nicht, das eben zwiſchen der Aufruhr, und der andern Unruhe, die Geſchicht-Iesu ſich begeben; ſondern das es um dieſelbige Zeit geſchehen: Es hat auch zur ſelbigen Zeit gelebet Iesus, ein ſehr weiſer Mann. Als die Aufruhr, und das andere Unglücke ſich begeben, hat Iesus gelebet; was aber Iesus von ſeinen Wunderwercken, Tode, Auferſtehung und Nachfolgern ſchreibet, hat nicht eben die Meinung, als ob es ſich alles zwiſchen
400 der Aufruhr, und dem andern Unglücke, begeben; ſondern es wird nur die Perſon beſchrieben, mit welcher ſich ſolche Dinge hernach zugetragen. Das erweiſet der Text Joſephi, das Geſchlecht der Chriſten währet noch, bis auf den heutigen Tag; dadurch er nicht eben den Tag verſtehet, an welchem die andere Unruhe ſich begeben; ſondern an welchem er ſeine Hiſtoriam geſchrieben, nach Chriſti Tod und Auferſtehung, und auch nach derſelbigen Unruhe. Das Bind-Wörtlein, und, hebet ſolches nicht auf; denn das Wörtlein bey allen Scribenten auf vielerley Weiſe gebraucht wird, den Text zu binden, und aneinander zu hangen. Stehet doch in der Hiſtoria von Chriſto das Wörtlein, auch, welches nicht weiniger als, und, ein Binde-Wörtlein iſt: So kan auch die erſte und andere Unruhe beyſammen erzehlet wer-
401 den, doch alſo, das die Hiſtoria von Chriſto, als in *parentheſi*, mit eingeſchloſſen werde. (2.) Das es nicht bräuchlich ſey, alſobald aufeinander zu reden, zur zelbigen Zeit, und, um dieſe Zeit, darinnen irret der Rabbi ſehr. Wie oft wird ſolche Art zu reden bey dem Propheten wiederholet? Jer. 31. ſtehet zu dreyen malen aufeinander, v. 27. Sihe, es kommet die Zeit, v. 31. Sihe, es kommet die Zeit, v. 38. Sihe, es kommet die Zeit. Amos 4. ſtehet funffmal aufeinander, v. 6. 8. 9. 10. 11. Noch bekehret ihr euch nicht zu mir. Solten denn darum die Propheten verfälſchet ſeyn, weil ſie ihre Rede etliche mal wiederholet? Das würde folgen aus dem Schlus dieſer Rabbinen, wenn Joſephus darum ſolle verfälſchet worden ſeyn. (3.) Were Chriſtus gleich damals ſchon
geſtorben geweſen, würde doch darum der Text 402
nicht verfälſchet ſeyn; denn Joſephus erzehlet vergangene Geſchichte: Wolan, iſt Iesus ſchon geſtorben und auferſtanden geweſen, ſo iſt ſolches von Joſepho beſchrieben, als ein vergangenes. (4.) Hat Joſephus nicht geglaubet an Iesum, wolan, ſo kehren wir es um, und ſchlieſſen für uns, das ihm deſto mehr zu glauben ſey. Hätte er an Iesum geglaubet, würden die Jüden ſagen, er hätte es gethan, dem Iesu zu Ehren, welchen er für ſeinen Gott gehalten: Aber weil er nicht an ihn geglaubet, iſt ſein Zeugnis deſto kräfftiger, dieweil er unparteyiſch redet, und dem ein gutes Zeugnis gibt, welchem er doch nicht zugethan geweſen. (5.) Das Joſephus ſolches an andern Orten nicht wiederholet, iſt kein Beweis, das es in ſeinen Text von andern geflicket ſey. Denn er
hat ſolcher Hiſtorien viel, derer an andern Orten 403
von ihm nicht gedacht wird; die darum von andern nicht ſind darein geſchoben. Und wenn es gleich zehenmal im Joſepho zu finden were, das Iesus Wunder gethan hätte, würden die Jüden doch immer ſagen, das es von andern eingeſchoben, und Joſephus an ſo vielen Orten verfälſchet were. Ob einmal, oder etliche mal, etwas in einem Hiſtorien-Schreiber gedacht wird, das machet die Sache weder gewiſſer, noch ungewiſſer; der Warheit kan einmal geredet werden, die Lügen können auch oftermals wiederholet werden. (6.) Man hat Joſephum auch zwar in Hebreiſcher Sprache, darinnen dieſe Hiſtoria von Chriſto nicht wird gefunden; es iſt aber nicht der rechte Joſephus, Matthathiæ Sohn, ſondern *Ben-Gorionis*, oder Gorions Sohn; welcher den rechten Joſe-
phum aus der Griechiſchen Sprache in die Hebrei- 404
ſche überſetzet; und dieſe Clauſul von Chriſto den Jüden zugefallen auſſen gelaſſen.

XXII.
MICHAEL WALTHER
in Præfat. Commentar. in Epiſt. ad Ebræos, num. IV.

JOsephus, der Jüdiſche Geſchichtſchreiber, ein Sohn Matthathiæ, und Prieſter von Jeruſalem, den Veſpaſianus gefangen bekommen, hat von unſrem Seeligmacher *lib.* 18. *Antiquitat. c.* 4. das ſchönſte Zeugnis, vor den vorigen, *produciret*, und in der Griechiſchen Sprach, derer er *ad ſtuporem uſque* kundig geweſen; das er daher dem *Hieronymo Epiſt.* 22. *Grævus Livius* heiſſen muſs, in der Stadt Rom, darinnen er ſeine zwantzig Bü-
cher *de Antiquitatibus Judaicis* verfertiget; wie er 405
am Ende derer ſelbſt bekennet, ſo geſchrieben: Γίνεται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ, &c. [*Sequitur verſio Latina, ex editione Frobeniana; & Hieronymi tranſlatio.*] Das lautet auf Teutſch alſo: Zu derſelbigen Zeit iſt geweſen *IESUS*, ein Weiser Mann, wo man ihn anderſt einen Mann nennen darff; dann er war ein Thäter wunderbarer Wercke, und ein Lehrer derer, die gern annemen, was waar iſt: Er hat auch, ſowol von Juden, als Heyden, viel Nachfolgere gehabt, und war (und wurd geglaubet) *CHRISTUS*: (der *MESSIAS* und Geſalbte) Und als ihn, aus Neid unſerer Oberſten, Pilatus dem Creutz zugeurtheilet hatte, ſind nichts deſtoweniger die, welche
ihn erſtlich geliebet, beſtändig bey ihm verblie- 406
ben:

ben: dann er iſt ihnen LEBENDIG erſchienen am dritten Tag: Von ihm haben dieſe und viel andere Wunderdinge die Propheten in ihren Büchern geweiſſaget: Und bis auf den heutigen Tag höret nicht auf zu ſeyn das Volck der CHRISTEN, die von ihm den Namen bekommen. Von dieſem Zeugnis iſt unter den Gelehrten viel diſputirens. 1. Die heutigen verſtockten Juden verläugnen es *ſimpliciter*, halten es *pro ſuppoſititio;* und ſprechen, es ſtehe in ihrem Ebræiſch-überſetzten Joſepho nicht. Nun iſt es wol nicht ohn, derſelbe Joſipon, *Ben Gorion*, oder *Joſephus Gorionides*, hat das *teſtimonium* freylich fürbeygangen; er iſt aber ein *Scriptor recentior*, und wie es *Joſephus Scaliger* aus gewiſſen
407 Argumenten beweiſet, *natione Gallus:* Und ob er ſich ſchon befliſſen, ſeine Hiſtorien *eleganter* genug in der Ebræiſchen Sprach zubeſchreiben, und dafür geachtet zu werden, als wann er dem alten Joſepho aberall auf dem Fus nachgefolget hatte; ſo iſt doch gleichwol nach *Caſauboni judicio Ex.* 16. *p.m.* 549. *totius operis textura longe diverſiſſima*: Und er iſt mehr im überſetzen der Lateiniſchen *Verſion* nachgegangen, als dem Griechiſchen *Original*-Text. Iſt alſo dieſer *planus & impoſtor* etwa einer geweſen aus den heutigen verſtockten Juden, welche *perduelles* und ewiggeſchworne Todfeinde des *IESU* von Nazareth ſind: Dannenhero es kein Wunder nicht, das er das ſchöne Zeugnis, aus boshaftigem und vergallten Gemüt, gantz ausgelaſſen. Merk-
408 ſam iſt es hingegen, was *Baronius in Annal. Eccleſ. ad An.* 34. *num.* 226. ſo *annotiret: Joſephi teſtimonium in pervetuſto Judæorum Codice, in quo ejus Hiſtoriæ, è Græco in Hebraïcum tranſlatæ antiquitus ſcriptæ ſunt, cum hîc Romæ inquireretur (ô perfidorum impudentiam!) abraſum inventum eſt; adeo, ut nulla ad excuſandum ſcelus poſſet afferri defenſio, cum membrana ipſa id exclamare videretur. Caſaubonus* meinet zwar *loc. alleg.*, das habe der Cardinal *ex aliena fide* geſchrieben, und er halte dafür, die *Opera Joſephi* aus dem Griechiſchen ins Ebræiſche übergeſetzet, ſeyen heutiges Tages nirgend *in rerum natura* zu finden. Ich weis aber nicht, ob hierinnen dem *Baronio* mit gutem Fug ſo gar kein Glaub zugeſtellet werden könne? Seine Wort klingen je nicht anderſt, als dahin, das er deſſen ein
409 αὐτόπτης geweſen ſey; und den angezogenen *Codicem* zu Rom *in Bibliotheca Vaticana* ſelbſt geſehen habe; es mag denſelbigen verfertiget haben, wer da gewolt. Uns vergnüget, wider die *Apellas* und *Recutitos*, mittels deſſen das, das der rechte, alte *Joſephus* ſolches *teſtimonium* beſtändig führet in allen Griechiſchen *editionibus*; und ſo daraus angezogen wird, nicht allein, wie ſchon gehöret, vom *Hieronymo* in der Lateiniſchen, ſondern auch in der Griechiſchen Sprach vom *Euſebio lib. II. Hiſt. Eccleſ. c.* 11. Ja, wenn man bey dem *Joſepho* den "gantzen *contextum* anſihet, ſo mercket man, das "derſelbige ſeine Nachrichtung von ſich gebe, "das dieſes *teſtimonium genuinum* ſey: Dann vor "und nach dem handelt er daſelbſt durch das gant"ze Capittel von unterſchiedlichen *ſeditionibus* der
410 "Juden, die ſie wider den Römiſchen Landpfle"ger *Pilatum* erreget; zu deſſen Zeiten auch *IE*"*SUS* geweſen iſt. Darum hat man ſich zu verwundern, das 2. auch jemand unter den Chriſten, und namhaftiglich unter unſeren Lutheriſchen *Theologis*, ſich finden laſſen, nemlich *Lucas Oſiander*, welcher *Centur. I. Epitom. Hiſt. Eccl. p.* 17. das ſetzet: *Teſtimonium Joſephi de CHRISTO ego omnino ſuppoſititium eſſe credo, &c.* Aber die vorangeführten Grunde laſſen uns an der Warheit dieſes Zeugnis gar nicht zweiffeln, das es vom *Joſepho* ſelber ſeinen Schrifften einverleibet worden ſey. Das Argument, das er kein Chriſt geweſen ſey, und nichts Chriſtliches in ſeinen Büchern hinter ſich gelaſſen, *urgiret* auch *Baronius*, ob er ſchon *de genuinitate & veritate teſtimonii ipſius* nicht zweifelt; und ſchreibet *loc. all.: De rebus CHRISTI,* 411
ab eodem Joſepho ſcriptis, parum aut nihil eſt, quod illi debeamus, &c. [Sequuntur loca duo Baronii, unuſque Hegeſippi.] Aber wann *Joſephus* ſchon ſein Zeugnis, von Gott dazu gezwungen und genöhtiget, unſers Seeligmachers wegen, abgeleget hätte; ſo were es uns doch allbereit eben darum genugſam zu dem *Scopo* und Endzweck, um deſſen willen wir es *produci*ren, und hoch *æſtimiren.* Wann er auch gleich für ſich in gantz keinem *reſpect* ein Chriſt geweſen were, ſo bekrafftigte doch dieſes ſein herrliches Feugnis, das er ſo wol *CHRISTO*, als ſeinen Chriſten, nicht übel *affectioni*ret geweſen ſey. Er hat auch ohne das, ſo wol Johannis, des Täuffers, als des Apoſtels Jacobi, in allen Ehren gedacht. Dann von jenem leſen wir *cap. 7. lib. alleg.* das: *Apud Judæos fuit opinio, juſta ultione* 412
Numinis deletum Herodis (Antipæ) *exercitum propter Joannem, qui Baptiſta cognominatus eſt: Hunc enim Herodes necavit, virum bonum, Judæos excitantem ad virtutum ſtudia, & in primis pietatis & juſtitiæ; ſimulque ad baptiſmi lavacrum: Quod ita demum DEO gratum ajebat fore, ſi non ab uno tantum alterove peccato abſtinerent; ſed animis per juſtitiam prius mundatis, adderent & puritatem corporis, &c.* Von dieſem handelt er *lib.* 20. *Antiq. c.* 8. und nennet ihn *fratrem IESU CHRISTI*; und erzehlet, das ihn König Herodes (*Agrippa*) ermordet, und ums Leben gebracht habe. Darum iſts viel geſaget, das in allen Schrifften *Joſephi* nichts gefunden werden könne, welches zum wenigſten nach der Chriſtlichen Religion riechen ſolte. Ja *Petrus Galatinus* zehlet ihn, und den *Philonem*, *lib.* 1. *c.* 4. 413
ausdrücklich unter die Chriſten; welche Chriſto zwar nicht mit dem Werck, weil ſie die Moſaïſchen *Obſervationes* noch nicht fallen laſſen wolten, doch mit dem Glauben angehangen, und gegläubet haben, das der HERR *IESUS* der jenige *Meſſias* ſey, von dem die Propheten geweiſſaget. Wie demnach *Baronius* den *Joſephum* in vielen Sachen *reprehendi*ret, da er das *crimini*ren gar nicht *meriti*ret; welches *Jacobus Salianus*, der Frantzöſiſche Jeſuwider, in ſeinen *Annalibus Sacris* noch bey weitem ärger machet, der ihn faſt nichts für gut hinſtreichen läſſet, aus gleichem lautern Has; alſo thut er ihm auch hie Gewalt und Unrecht. Und der *taxi*ret 3. noch etwas an dem fürhabenden *teſtimonio: De quo*, ſpricht er *loco poſtremum adducto, illud tantum monuiſſe ſufficiat, aliter ſe habuiſſe ejus* 414
lectionem S. Hieronymi temporibus, ab ea, quæ legitur in præſentiarum: Nam quod Latina verſio habet, CHRISTUS hic erat, *S. Hieronymus ſic ex Græco reddidit:* Et credebatur eſſe CHRISTUS. *Quæ lectio nobis magis probatur, ut quæ conſentire videatur Auctoris ſtudio & profeſſioni; quippe qui, ſe eſſe Judæum, & non Chriſtianum, in omnibus præ ſe ferret: Licet in cæteris, quæ in eam ſententiam de CHRISTO ſcribit, Numine ipſo cogente, profeſſus ſit veritatem.* Aber woher wird das vermutlich, das nummehro alle unſre Griechiſche *Codices*, die beſtändig leſen, Χριστὸς οὗτος ἦν, ſolten in dem *Punct* und *Commate* verfälſchet ſeyn? Die Lateiniſche *Verſion* des *Euſebii*, *Anno* 1570. zu Bazel *publici*ret, liſet *lib. I. de Hiſt. Eccleſ. c.* 11. je auch, *CHRISTUS hic erat.* Und warum kan nicht beydes beyſammen Statt 415
haben? wie ich es droben in der Teutſchen *translation* beydes mit Fleis zuſammen geſetzet habe: *CHRISTUS hic erat, & credebatur?* Dann *ſicut dici*, ita & *credi*, requirit ineſſe: Wer CHRISTUS in der That und Warheit iſt, der wird auch billich dafür gegläubet. Und ſo hat *Hieronymus* das *conſequens* für das *antecedens* ſetzen wollen.

XXIII.

XXIII.

JO. CONR. DANNHAWERUS

Act. I. Dramatis Sacri, Theat. I. Phænom. II. pag. 67.

Vidisses Historicos, Philonem, *ait*, & Josephum, magnum auctorem; nisi ubi κάλυμμα Judaïcum obfuit, aut *adulatio in transversum rapuit*,
416 de quo Sixt. Senens. Bibliothecæ lib. 4. p. 337. Extat ejus *egregium* de Iesu Nazareno *elogium* (*quanquam alias maligne reliqua Christi*, in publica luce exposita, *silentio involverit*) lib. 18. Antiq. c. 4. *Hoc tempore Iesus, sapiens vir, &c.*

XXIV.

JO. MICRÆLIUS

Lib. IV. Judæ, Dial. 2.

Theoph. Josephus tibi, ô Juda, tanquam gentilis tuus, & antiquitatum vestrarum vernaculus index, ut Tertullianus (*in Apologet cap. 20.*) ait, notus est, nec de auctoritate tanti inter majores tuos viri, ullum tibi potest suboriri dubium. Jud. Illumne Josephum putas, qui Hebraïce de bello Judaïco scripsit, & beneficio Sebastiani Mün-
417 steri, jam Latine loquitur, an Josephum Græcum? Th. Josephus Hebraïcus, quem alias Josippum vocamus, Casaubono & aliis non videtur adeo multis abhinc seculis consarcinatus: estque illius Josephi, qui Græce Antiquitates Judæorum & bellum Judaïcum scripsit, abbreviator, sicut *Justinus Trogi*, & *Xiphilinus Dionis Cassii*: & fatetur ipse, se de summis Josephi ramusculis librum suum decerpsisse. Sed cum amplissimum testimonium de Iesu nostro Domino, ut & de Johanne Baptista in Josepho Græco inveniamus, Hebraïcus Josippus Johannem quidem vocat *Rabbi Johannem* כהן גדול *magnum sacerdotem*, sed quæ de Iesu in Josepho Græco [*l.* 18. *c* 4.] invenit, plane omisit. Jud. Imo hoc testimonium [*Josipp. Compend. Hist. p.* 82.]
418 Iesu vestro Nazareno dat, quod tempore Hyrcani comprehensus sit: id quod etiam Talmud passim comprobat. Th. Servator noster post tempora Hyrcani & Pompeji sexaginta amplius annis natus est. Alium igitur oportet esse Iesum Nazarenum, cujus Josippus meminit; & alium, quem Josephus tempore Pilati crucifixum memorat. Ille matrem habuit *Pandeiram*, ut ex duobus Talmudis locis patet: hujus pater in terris nullus; mater vero innupta, virgo Maria. Ille Mamzer, seu spurius fuit, non ex legitimo Pandeiræ marito satus, sed ex adultero Papho, Jehudæ filio natus: hic illæsis virginitatis maternæ claustris in lucem prodiit. Ille paucos habuit discipulos, quorum quinque nominat Talmud, nominibus omnino à nostris Apo-
419 stolis & Euangelistis diversis: hic præter xii. Apostolos lxx. alios discipulos emisit in messem suam. Ille magus, idololatra, libidinosus, matreque adultera & polluta natus, cum in consortio Magistri sui R. Jehoschuæ, qui vixit circa tempora Aristobuli & Hyrcani, eo itinere, quo ex Alexandria Hierosolymam rediret, ob lasciviorem alienæ uxoris aspectum è Synagoga deturbatus, & secta peculiari instituta, ob scelera tandem varia, post captivitatem xl. dierum in urbe Ludda lapidatus fuit; ut ex Talmude, & imprimis ex capite Chelek videre est: hic vero, cum seditionis falso accusaretur, die toto non elapso, insons crucifixus Hierosolymis, tantæ fuit divinitatis, ut Josephus eum *virum* vix audeat dicere. Παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων, τῶν ἡδονῇ τἀ-
420 ληθῆ δεχομένων. Patravit ea miracula, quæ hominibus prorsus negata sunt; doctoremque se præbuit illorum, qui cum voluptate ea, quæ vera sunt, receperunt. Χριστὸς οὗτος ἦν: *Messias erat*, inquit Josephus, & à Judæis accusatus, atque à Pilato cruci affixus, apparuit iterum discipulis, iterumque revixit; prout divini Prophetæ hæc & innumera miracula alia de eo prædixerant. Jud. Hæccine Josephus habet, Theophile? Th. Apud ipsum lege, si lubet. Etsi enim erat acerrimus traditionum paternarum æmulator, nihilominus rectius modernis vestris Magistris de Iesu sensit; cumque *aperte Messiam confessus*, omnium Prophetarum divinorum complementum in eo factum esse asseruit. Sed vos Judæi, quæ de illo Iesu Naza-
reno, cujus Josippus meminit, in Talmude vestro 421
consignata legitis, non sine detestanda blasphemia, Domino & Salvatori nostro Iesu Christo falso impingitis. Jud. Ego vero vel fando nunquam quicquam de duobus Nazarenis, eodem nomine Iesu vocatis, accepi. Th. Ipsa vero tempora, quod dixi, confirmant. Tu modo, qui hactenus ingens in Dominum nostrum concepisti odium, quia, quæ de alio Iesu in Talmude patrata legisti, ipsum fecisse credidisti; rectius tandem de innocenti & sancto viro, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ, ut Josephus ait, sentire occipe. Habuit ille præcursorem Johannem Baptistam, cujus pietatem & divinum in animis, ad Messiam suscipiendum præparandis, zelum Euangelistæ passim describunt. Nec hic Josepho est incognitus. Vocat eum [*l.* 18. *c.* 7.] ἀγα-
θὸν ἄνδρα, *virum bonum*, qui Judæos ad virtutum, 422
& imprimis pietatis ac justitiæ studia, simulque ad baptismi lavacrum excitaverit; quo ab Herode Antipa citra culpam cæso, apud Judæos opinio invaluerit, justa ultione numinis deletum Herodis ab Areta exercitum. Idem Josephus meminit [*l.* 20. *c.* 8.] Jacobi, tempore Herodis Agrippæ interfecti, eumque *fratrem*, (quo nomine consanguineos etiam notant Hebræi) *Iesu Christi* vocat. Ecce Iesus noster *altera vice* Josepho tuo *Messias* est.

XXV.

JAC. USSERIUS

Tom. II. Annal. Ætat. Mund. VII fol. 613.

Cum Acta Christi, per quatuor paschata distincta,
exhibuisset è quatuor Euangeliorum harmonia 423
Jo. Richardsoni, S. Theol. D. & Ardachdensis, in provincia Armachana, Ecclesiæ Episcopi, hæc tandem adjecit sequentia:

Hucusque Euangelica protenditur historia, res Christi & præcursoris ejus, Johannis Baptistæ explicans; quorum à Fl. Josepho, Judæorum Historico, in 18. *Antiq. libro*, brevis, sed honorifica facta habetur mentio. [Post ea, quæ ad Jo. Baptistam attinent.] De Christo Domino in 4. *capite* ista: *Eodem tempore fuit Iesus vir sapiens, si tamen virum cum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum, qui libenter vera suscipiant. Plurimos quoque tam de Judæis, quam de Gentibus sui habuit sectatores: &* credebatur *esse Christus, &c.* Ita in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis locum hunc transtulit *B. Hieronymus*, cu-
jus illa lectio: *Credebatur esse Christus*, alteri illi 424
videtur præferenda, quæ apud *Euseb. lib. I. Hist. Eccles.* κεφ. *l.* & *Rufinum*, & in nostris Codicibus habetur, ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, *Christus hic erat.* Cum ad nostram religionem nihilo propius accessisse constet, quam *Regem Agrippam*, cui ille erat addictissimus; cujus illa ad Paulum exstat professio *Act. XXVI*, 28: *Propemodum persuades mihi, ut fiam Christianus.*

XXVI.

ANT. HULSIUS

Lib. I. Part. I. de Adventu Messiæ,
Sign. VIII. p. 128.

VOlunt Judæi, eundem Flavium Josephum,
qui scripsit Græce, etiam scripsisse historiam
425 suam Hebraïce; & speciali instituto, in exemplari
Hebraïco, se ipsum vocare *Josephi Ben Gorion*, qui
in Græco dicatur *Flavius Josephus*. Major est apud
ipsos *authoritas Josephi Hebraïci*, quam Græci; præ-
sertim *cum non perhibeat testimonium de Christo*, *uti*
Græcus; multaque figmenta contineat (inter quæ
& illud de Zephone) quæ somniis aliquot Judaïcis
adstruendis non parum inserviunt. Excusus est He-
braïcus Josephus Venetiis & Basileæ. *Basiliensis* e-
ditio an. 1541. *mutila* est; *desunt* enim *libri de bello*
Judaïco. Ejus exemplar ego habeo, cum versio-
& annotationibus *Sebastiani Münsteri*, qui etiam
cum Judæis sentit, hunc Josephum esse eundem
cum Flavio; quod aliquot rationibus in præfatio-
ne sua, ad edit. Basil. evincere satagit. Non ta-
426 men ideo majorem ei tribuit authoritatem, quam
Græco; cum *corruptum esse* agnoscat, fabellis Ju-
daïcis conspurcatum, & *testimonium de Christo*, *Ju-*
dæorum malitia, *erasum*. Sed diversos esse Scripto-
res, communis Christianorum sententia est, &c.

XXVII.

JOHANNES HOORNBEEK

Lib. III. contra Judæos, cap. V.

IEsu nostro egregium, ut supra Judaïcum attri-
butum eloquium legitur apud Flavium Jose-
phum, *Antiquit. lib. XVIII. cap. IV.* quod quia du-
biæ fidei habetur apud Christianos ipsos, & Judæi
palam rejiciunt, ideo non attuli vel isto loco, vel
modo, quo tale, si quidem esset ἀναμφισβήτητον,
mereretur. Alii tamen genuinum asserunt. Et
427 propterea in disputatione nostra omnino, saltem
hoc loco, omissum nolui. Satis vero ostendo, me
aliis potius potius fidere argumentis, quam huic.
Locus ita habet: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς,
σοφὸς ἀνήρ. Citat pro Josephi illud testimonio, in-
ter Veteres, *Eusebius in Historia Ecclesiastica lib. I.*
cap. XI. Atque, in *Demonstratione Euangel. lib. III.*
cap. VII. Hieronymus in Catal. Script. Ecclesiast. Sui-
das, *in Lexico*, *Tom. I. pag.* 12. 65. voce Ἰώσηπος.
Hermias Sozomenus, *in Hist. Eccles. lib. I. cap. I.* At-
que Josepho illud vindicatum eunt, *Baronius An-*
nal. Tom. I. ad a. 34. *num. CCXXVI. Bellarminus de*
Scriptoribus Ecclesiasticis pag. 26. *Ant. Possevinus in*
Apparatu Sacro. Tom. I. pag. 966. Atque ex Prote-
stantibus, *Sebastianus Lepusculus*, inter Epistolas
Philologicas *Goldasti*, *Epist. LXI. Wilhelmus Schi-*
428 *kardus*, *in Serie Regum Persicorum*, seu *Tarich. pag.*
61. *Joh. Müllerus in suo Judaismo*, *part. I. cap.*
XXXIX. pag. 1103. *Joh. Tobias Major*, *Exegemat.*
in Act. Apost. II, 22. Magnus vir, *Gerardus Jo-*
hannes Vossius, sic de eo, *lib. II. de Histor. Græcis*,
cap. VIII: *Illustre apud eum de Christo testimonium*
habemus in duodevigesimo Antiquitatum libro: unde il-
lud etiam citat Hieronymus in Ecclesiasticorum Scripto-
rum Catalogo, *item Suidas in* Ἰώσηπος. *Mirum ve-*
ro, *non meminisse ejus Photium*, *in Excerptis suis cap.*
LXXVI. Ex adverso alii disputant, & locum cen-
sent suppositițium: ex *luxata* & *hiante* (uti pu-
tant) *connexione*; quod totum est, quod objiciunt.
Neque enim, ut multi multa in Veterum scriptis
olim mutarint, addiderintque, ideo hujus apud
Josephum loci similis res est, & casus. Neque est,
429 quod adeo mirum videatur testimonium, à Jose-
pho Christo perhibitum, supra testimonium, quod
idem Scriptor de Johanne Baptista protulit. Nisi
& hoc etiam, quia elegans & admirandum, pro-
pterea in dubium trahas; quod nescio an ulli ha-
ctenus fecerint. Jam autem omnia fere contra hoc
objicias, quæ contra illud. Unde annon illud quo-
que de sermonis, qui videtur, interruptione &
ἀνακολουθίᾳ solvi possit; quæ an tanta revera sit, ac
putatur, & annon paria ei exempla ubique dari
"possint, ego impræsens non disputo. Qui vel
"proinde, quia non pro certo ab eruditis non-
"nullis illud haberi sciebam testimonium, ne alio-
"rum certitudinem hac ratione ullatenus commi-
"nuerem, non præterire quidem, sed nec urgere,
"volui, in hac gravi materia, ubi de fundamento
"& summa rei agitur; nempe de Messia, quis il- 430
"le sit?

XXVIII.

JAC. ALTING.

Lib. IV. de Schilo, *cap.* 29.

TErtius locus inter testes Judæos de Iesu Mes-
sia debetur Josepho Historico, genere Sacer-
doti, religione Pharisæo, munere Præfecto Gali-
lææ, & exercitus Judæorum in illa provincia Im-
peratori. Hic licet *ad extremum usque Judaico cultui*
addictus manserit, *ea* tamen *de Iesu*, *deque Jacobo*
Apostolo *testatur*, *quæ Euangelicæ historiæ exactissi-*
me consentiant; simulque ipsum *ab omni odio & in-*
sectatione in Iesum, ejusque doctrinam & discipulos
alienissimum fuisse, probent. De Iesu enim sic scri-
bit Antiquit. lib. 18. cap. 4: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρό- 431
νον Ἰησοῦς τις σοφὸς ἀνήρ. *Erat eodem tempore IESUS*
QUIDAM, *vir sapiens*, *&c.* Iesum hic nominat
consentienter Euangelio *hominem sapientem*, imo
homine majorem, Matth. 16. v. 13. seqq. *miraculorum*
patratorem, Joh. 3. v. 2. *veritatis doctorem*, sed apud
eos, *quibus veritatem audire volupe*, Matth. 22. v. 17.
Joh. 18. v. 37. quorum tam *ex Judæis* Hebræis,
quam *ex Græcis* innumeros habuerit *sectatores*; Joh.
12. v. 9, 11, 20. imo ipsummet *Messiam*, Joh. 1.
v. 42. Refert, *primoribus Judæorum invisum*, ad
horum delationem *à Pilato crucis pœna interemtum*,
diem tertium vita caruisse, Luc. 24. v. 19, 20, 21.
Act. 13. v. 27, 28. Tunc vero, ea recepta, *appa-*
ruisse non omnibus, sed *iis duntaxat*, *qui mortuum*
etiam amare perseverarant. Act. 10. v. 38. seqq. 432
Hancque ipsius tam *mortem*, quam *resurrectionem*,
quæque *alia* fecerit, sanctos *Prophetas* ita futura
prænunciasse. Joh. 1. v. 46. Luc. 24. v. 25. seq. v. 44.
seq. Denique *Christianorum* gentem ab ipso *denomi-*
nationem sortiri. Act. 11. v. 26. Eph. 3. v. 14, 15.
Rursum de Apostolo Jacobo, fratre Domini, *An-*
tiq. lib. 20. *cap.* 8: Ὁ δὲ νεώτερος Ἄνανος, ὃν τὴν ἀρ-
χιερωσύνην εἴπομεν παρειληφέναι, θρασὺς ἦν τὸν τρόπον,
καὶ τολμητὴς διαφερόντως. Αἵρεσιν δὲ μετῄει τῶν Σαδδουκαίων,
οἵπερ εἰσὶ περὶ τὰς κρίσεις ὠμοὶ παρὰ πάντας τοὺς Ἰουδαίους,
καθὼς ἤδη δεδηλώκαμεν. Ἅτε δὴ οὖν τοιοῦτος ὢν ὁ Ἀνα-
νος, νομίσας ἔχειν καιρὸν ἐπιτήδειον, διὰ τὸ τεθνάναι
μὲν Φῆστον, Ἀλβῖνον δὲ ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπάρχειν, κα-
θίζει συνέδριον κριτῶν, καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν ἀδελ-
φὸν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ λεγομένου, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καὶ
τινὰς ἑτέρους, ὡς παρανομησάντων κατηγορίαν ποιησάμενος, 433
παρέδωκε λευσθησομένους. Ὅσοι δὲ ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι τῶν
κατὰ τὴν πόλιν εἶναι, καὶ τὰ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς, βα-
ρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ. Καὶ πέμπουσι πρὸς τὸν βασιλέα
κρύφα, παρακαλοῦντες αὐτὸν, ἐπιστεῖλαι τῷ Ἀνάνῳ μηκέτι
τοιαῦτα πράσσειν, μηδὲ γὰρ τὸ πρῶτον ὀρθῶς αὐτὸν πεποιη-
κέναι. *Junior autem Ananus*, *quem Pontificatum sum-*
mum accepisse diximus, *temerarius erat moribus*, *&*
immane quantum audax. Sectam vero amplectebatur
Sadducæorum, *qui in judiciis crudeles sunt supra omnes*
Judæos; *uti jam declaravimus. Talis igitur cum es-*
set Ananus, *ratus nactum se tempus opportunum*, *quod*
mor-

mortuus esset Festus. Albinus vero adhuc in via esset; constituit Synedrium judicum, & adducens in illud fratrem Iesu, qui Christus dicitur, Jacobo nomen erat,
434 *aliosque nonnullos, accusatos ceu Legis violatores, tradidit lapidandos. At qui videbantur æquissimi civium, & circa leges exquisitissimi, graviter id tulerunt; miseruntque clam ad Regem, rogantes ipsum, ut per literas mandaret Anano, ne tale quid ultra admitteret; neque enim hoc primum recte egisse.* Et rursum recitante ejus verba *Eusebio Hist. Eccl. lib. 2. c. 22.* Ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις κατ' ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ, τοῦ λεγομένου Χριστοῦ. Ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν. *Hæc vero* (quæ vastationem Hierosolymorum, & Reipubl. Judaicæ excidium attinent) *acciderunt Judæis, in ultionem Jacobi Justi, qui frater Iesu, dicti Christi; quoniam, cum justissimus esset, Judæi eum interfecerunt.* Cædem Jacobi injustam scribit, etiamsi violatio Legis obtenderetur; quasi ab ipso admissa non
435 vita (nam justissimum pronunciat) sed doctrina; improbatam ab æquissimis, legumque peritissimis, vindicatam extremo gentis excidio.

XXIX.
CHRIST. NOLDIUS
in Historia Idumæa, sive de Vita & Gestis Herodum, num. XX.

Herodes moriturus, *Alexæ* huic, cum *Salome* uxore, ultimæ voluntatis suæ exsecutionem credidit; mandans, ut, quamprimum animam edidisset, hippodromum, in quem regni nobilissimos, ad corrumpenda populi super morte sua tripudia acciverat, militibus circumdaret, & conclusos interficeret. Sed ille tamen, affine melior, & cru-
436 entam ac tam horridam parentationem detestatus, omnes mortuo tyranno dimisit. Quæ hîc post *Num. 19.* recoquo, quod *Ludovicus Cappellus, Histor. Apostol.* illustrat. *p. m.* 105. hoc existimet commentum: *Quasi Josephus, hoc ut commento παιδοκτονίαν Bethlehemiticam voluisset obscurare.* At vero etiamsi hæc *nobilium captivitas*, & *cædes Bethlehemitica* valde sint ὁμόχρονα; *confundi* tamen, alterumque pro *fabula* haberi, nequeunt: Cum certum sit, *Flavium*, superstitione sua fascinatum, *tantum Christi & rerum ejus habuisse fastidium, ut nec palam, nec tecte, quidquam eorum, quæ egit aut passus est, scribere voluerit; solam ejus mentionem faciens in Jacobo lapidato*, quem ἀδελφὸν Ἰησοῦ, τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, appellavit. *Antiq. lib. XX. c. 8.* Omnino enim testimonium ejus de Christo, *Antiq. lib. XIIX. c. 4.* (etsi 437
Eusebio in Catalogo, &c. Hegesippo Excid. lib. II. c. 12. probantibus etiam *Baronio Tom. I. Annal. Possevino Appar. Sacr. p. 279. in Josepho, & Bibliothec. lib. XVI. c. 14. p. 301.* memoratum) est *suppostitium.* Ita autem verba habent: Γίνεται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνήρ, *&c.* Ad quæ recte *Cappellus Histor. Judaic.* p. m. 110: *Hoc loco*, ait, *fit apud Josephum Iesu Christi Domini nostri mentio perhonorifica; sed suspecta videntur, quæ isthic de Christo dicuntur, &c.* [Vide integrum locum supra, in Excerptis *Exegem. Jo. Tob. Majoris, pagg.* 54 55.]

XXX.
ERUDITE LECTOR!

En Tibi Veterum quorundam, ac Recentiorum, qui hujus meminere testimonii, Excerpta; sed *quorundam* tantum: Neque enim me latet, *Eusebium in Demonstrat. Isidorum Pelusiotam, Sozomenum,* 438
Cedrenum id attigisse; & *Salianum, Mascardum Jac. Cappellum*, alios præterea, litem hanc Flavio intendisse: Hi vero auctores (Græci cumprimis) in manibus non erant. Loca, sive judicia nonullorum vel in ipsis jam leguntur Epistolis, vel etiam his præmittuntur; quæ hîc rursus repetita Emtori æque ac Lectori molestiam exhibuissent. Alios de industria omisi, qui testimonium istud (ceu *Suidas*, aut *Don Martinus Alphonsus Vivaldus* in Glossis ad *Petri de la Cavalleria Zelum Christi contra Judæos, Saracenos, & Gentiles, num.* 1014.) sine ulla ratione, aut judicio, ex ipso Josepho, vel ex Eusebio, leviter citarunt. Cæterum hæc Excerpta (ut & Epistolas) ea locavi serie, qua Viri φιλολογοῦντες vixerunt, scripseruntve; ut ne ambigua honoris contentio quibusdam odiosa esset. Denique singulari Lectorum (si qui sint futuri) modestiæ, benevolentiæque, *errores* forte *typographicos* committo; cum summa nundinarum festinatio in talibus me curiosum esse haud sinat. Fortuito in *pag. 176. lin. 1.* incidens, omissas voces duas (*iste tuus*) deprehendi, 439
hunc in modum restituendas: *Josippus iste*, tuus *Ben Matthiæ, &c.* Sic enim Judæi, velut à vitio studioque ostentationis loquaciores, Gorionidem suum (ceu in *Prolegomenis* quoque monui) haud raro appellant. Quod superest, fave, ac vale!

INDEX
RERUM AC VERBORUM,
QUÆ IN HOC OPUSCULO CONTINENTUR.

—— hos

F I N I S.

PETRI BRINCH
Colleg. Medic. Inspect.

CHRONOLOGIÆ
ET
HISTORIÆ FL. JOSEPHI
EXAMEN

QUO

I. Universa V. T. Chronologia, à Creatione Mundi ad usque mortem Herodis Magni, qualis in Scriptis Josephi impressis hodie exstat, proponitur, &, factâ numerorum omnium in Josepho huc pertinentium, nec non Versionis Bibliorum S. Græcæ & Is. Vossii Chronologiæ collatione, examinatur, & quid veri, quid falsi habeat, declaratur.

II. Ex Antiquitatibus Judaicis notantur & examinantur ea, quæ Scriptoribus Sacris V. T. parum consentanea sunt, aut saltem illis non memorata.

APPROBATIO

Totius Operis, cujus partem hic exhibemus.

LUx ipſa Veritatis, & anima quaſi Hiſtoriæ, Notatio & Obſervatio Temporis eſt, memoriamque rerum in orbe geſtarum optime tuetur, optime conſervat. Proinde non utiliter minus quam laudabiliter hic in computandis temporum antiquorum periodis, æris & epochis ſuum Doctiſſimus & Solertiſſimus Auctor tempus inſumſit: præſertim, dum in evolutione Hiſtoriæ Sacræ rudentem movere & explicare ipſi libuit. Quod enim Fratres olim Helenæ, lucida illa duo ſidera, navigantibus, id duo iſti adhuc Hiſtoriarum ocelli, TOPOGRAPHIA ſcilicet & CHRONOGRAPHIA, Scripturarum Lectoribus præſtant, commonſtrationem nempe viæ & itineris directionem, & certum ac ſecurum ductum: cum alii vice verſa, iiſdem adminiculis deſtituti, & nullâ exactâ Temporum Locorumque notitiâ inſtructi, in Lectione Hiſtoriæ, non ſecus ac boves in theatris, & pueri in triviis, ſtupent & hærent.

Hafniæ Prid. Non. Jul. Anno M. DC. XCIX.

H. BORNEMANND.

CUm, Judicio Magni Scaligeri, non vulgari laude digni ſint, qui Temporum rationes conſcribere, atque fugitivam Antiquitatem retrahere conantur, præſentiſcet facile Clariſſimus Author, quodnam eruditi hujus Operis futurum pretium, & quam benevola conatibus ipſius reſpondebit cenſura.

Hafniæ d. 30. Julii 1699.

P. VINDINGIUS.

ILLUSTRISSIMIS ET EXCELLENTISSIMIS,
PERILLUSTRIBUS, ET AMPLISSIMIS
DOMINIS

D^N^. ULDRICO ADOLPHO DE HOLST, L. BARONI DE FYRENDAL, EQUITI AURATO, S. R. MAJEST. DAN. ET NORW. SUPREMO CUBICULARIO, TERRITORII CAPITULI SLESWICENSIS GUBERNATORI.

D^N^. DITHLEWO DE WIBE. DOMINO DE FREYENFELDT, EQUITI AURATO, S. REG. MAJEST. DAN. ET NORWEG. SECRETARIO SUPREMO.

D^N^. HENRICO BORNEMANND. SÆLANDIÆ EPISCOPO, S. S. THEOLOGIÆ DOCTORI EJUSDEMQUE FACULTATIS IN ACAD. HAFN. PROFESSORI P. ET DECANO.

D^N^. PAULO WINDING. S. R. MAJEST. JUSTITIÆ CONSILIARIO, IN SUPREMO TRIBUNALI ET CONSISTORIO ASSESSORI, GRÆCÆ LINGUÆ IN ACAD. HAFN. PROFESSORI P. COLLEGII MEDICEI EPHORO:

Gratiosissimis Literarum & Virtutum Patronis

Hoc suum opusculum submisse dedicat
PETRUS BRINCH Jacobi Fil.

GRATIOSISSIMI MÆCENATES!

Cum Vester in Literas & virtutes Amor & Favor, tum meus in utrisque serius & diutinus labor fecit ut confiderem, Vos non ægre laturos, illustria Vestra Nomina opusculo huic præscribi, sed favorabiliter daturos tam scripto hanc gloriam, ut vestris illustratum Nominibus, vestrisque probatum judiciis, in publicum prodeat commendatius, quam Scriptori hanc veniam, ut Patronos suos, quos habet aut habere cupit, hoc Literario munusculo veneretur, seque illis gratum, his non indignum probet clientem. Vos, Illustrissimi & Excellentissimi DOMINI! quibus nunc primum innotescere hoc specimine & placere studeo, præbete, quæso, Vos faciles, & commendationem hominis eruditi à Literis & Virtutibus petitam benigne suscipite, non indecorem habituri clientem. Atque ita Vos facturos, pro certo mihi pollicetur Vestra Generositas, Prudentia, Humanitas. TE, PRÆSUL summe Venerabilis! TEque, Collegii Medicei Perillustris EPHORE! officiose in primis salutare omnino debuit hoc scriptum, simulac in publicum prodierat, cum Vos & Censores scripti & Fautores scriptoris dudum exstiteritis. Publice prædicare debeo hospitium subsidiumque honestum, quod mihi studiisque meis in Collegio Mediceo nuper attribuerunt illustres Academiæ nostræ Professores: quorum beneficio cum Tu, Vigilantissime Collegii nostri EPHORE! & stimulum & cumulum addideris, merito id ago, ut Tuo favore & honorifico judicio haud indignus appaream. Cæterum Vobis singulis, Gratiosissimi Mæcenates! bene fidens, non interpellabo vos pluribus, sed voto finiam:

Florete, GRATIOSISSIMI Literarum & Virtutum PATRONI! & DEO, REGI, PATRIÆ diu feliciterque vivite!

PRÆFATIO.
AD LECTOREM DE INSTITUTO ET USU HUJUS SCRIPTI.

Vides hic, CANDIDE & ERUDITE LECTOR! partem aliquam majoris operis, quo scilicet, præter illud quod jam publicamus, CHRONOLOGIÆ & HISTORIÆ JOSEPHI EXAMEN, continetur etiam SCRUTINIUM TEMPORUM VET. TESTAMENTI, in quo ex Scriptoribus sacris attentissime perlectis atque ex primariis Chronologis Scaligero puta, Calvisio, Petavio, Usserio, Simsonio, If. Vossio, Ricciolio, Marshamo, sincero studio & Judicio recognitis ac collatis, ordinate solideque indagatur & demonstratur vera Mundi ætas à Creatione usque ad Epochæ Christianæ vulgatæ initium. Accedit HISTORIA GENTIS & REIPUBLICÆ HEBRAICÆ, à Creatione Mundi usque ad mortem Herodis Magni, per quatuor millia annorum, continua serie ex scriptoribus sacris &, ubi illi desinunt, ex Fl. Josepho deducta & compendio repræsentata. Si in Academia haud interrupte vixissem, eaque hic esset, quæ alibi, preli facilitas, jam totum istud in publicum prodierat opusculum, nempe ante biennium confectum: Nunc autem, ne totum delitesceret diutius, hanc partem præmittere libuit, de qua facilius rectiusque judicabis, benevole Lector! si ea benigne acceperis, quæ hic in declarationem instituti nostri præfari necessum duximus.

I. Chronologiam Vet. Testamenti ejusdemque Historiam Israëliticam plene & accurate cogniturus, etiam Fl. Josephi scripta attente perlegi, non vano consilio, nec exiguo fructu, præsertim in Historia gentis Israëliticæ, quam Josephus non solum simul cum scriptoribus sacris tradit & illustrat, sed etiam post illos continuat, post tempora scilicet Esræ & Nehemiæ unicus fere Rerum Judaicarum Auctor & scriptor. Inter perlegendum autem duo in primis egi. Primo ad Chronologiam Josephi animum attendi, & qualis illa esset, quid veri, quid falsi haberet, dispexi. Deinde ex Historia Josephi ea notavi, quæ scriptoribus sacris parum consentanea aut saltem non memorata deprehendi. Sic ex lectione scriptorum Josephi natum est illud, quod hic Judiciis Eruditorum submittimus, Chronologiæ & Historiæ Josephi Examen, & quidem tale, quale in Titulo hujus opusculi describitur. Sed cui bono? Dicam, & quidem primo de Chronologia.

II. Chronologiæ studioso operæ pretium duxi, scire, quantum Josephus in Chronologia Vet. Testamenti cum Codice S. Hebræo concordet, quantum ab eodem discrepet. Errata autem & menda Josephi Chronologica notavi duplici consilio. Primo, ut patesceret, emendatiorem Temporum Vet. Test. computationem & veram ætatem Mundi frustra à Josepho sibi aliisque promisisse Is. Vossium. Æger hic, non Medicus, habitat. Tanta nimirum in Josepho numerorum pravitas & discordia est, ut vix colligi possit, quæ fuerit Josephi de ætate Mundi sententia, & qualem ipse tradiderit Temporum V. T. computationem: nam quod hic adstruitur, illic destruitur, & aliter particulatim, aliter summatim numerantur anni. id quod ex perlecto hoc opusculo Lectori satis superque innotescet. Deinde nævos & vulnera Josephi detexi ostendique publico, non ut in ipsum (quem certe magni facio) contemptores provocarem, sed ut invitarem Medicos curationem & remedia, si qua supersint, adhibituros. Commune hoc mihi cum multis votum est, & dignus sane Josephus, in quo emendatius edendo (si qua adhuc ex collatis Manuscriptis conficienda restet emendatio) desudarent Eruditi. Sed nescio quo iniquo fato factum sit, ut Literatores hac in re affectum magis hactenus quam effectum ostenderint, & relictus sibi manserit Josephus, cum multi minoris nominis & usus scriptores tam largam & prolixam nacti sint doctorum in ipsis emendandis & explicandis curam & operam. Ego hic, quod ex instituto volui & debui, diligenter feci, & qualis in Codicibus hactenus impressis deprehenditur Chronologia Josephi, bona fide retuli. Num ex collatis Manuscriptis restitui nonnihil & emendari queat, viderint alii, queis id agere magis quam mihi libet & licet. Vossius quidem in Chronologia Josephi restituenda & defendenda laboravit: sed voluit magis quam potuit, & fecit plus quam debuit, dum non raro ex suo ingenio, non ex fide bonorum Manuscriptorum correxit. Contulimus etiam Chronologiam Josephi cum Versione Bibliorum S. Græca, quæ LXX. interpretum appellatur, quia illam Josephus in primis V. T. periodis secutus videtur.

III. Jam de Examine Historiæ Josephi à nobis instituto monemus, id eo factum consilio, ut demonstrarem, Josephum in Antiquitatibus Judaicis Græce conscribendis non solum Codicem S. Hebræum, sed & alios gentis suæ scriptores, insuperque suum sæpe ipsius ingenium arbitriumque, nec non eloquentiæ & magnificen-

ficen-

ficentiæ ſtudium ſecutum eſſe, & ſic factum, ut multa præter, quædam etiam contra Libros ſacros commemoraverit aut interpretatus ſit. Ex eo autem ſequitur, vanam eſſe hanc, quam in Chronologia ſua aliquoties facit Voſſius, collectionem: ita eſt in Joſepho, ergo procul dubio etiam in Codice S. Hebræo idem olim exſtitit.

Præterea ex eo, quod hic exhibemus, hiſtoriæ Joſephi Examine intelligi etiam poteſt, quam exigua & obſcura fuerit, per ea tempora, etiam doctiſſimis Judæorum Magiſtris, Codicis S. Hebræi & rerum Divinarum cognitio. Joſephus certe inter Theologos & Philologos ætatis gentiſque ſuæ eminuit: attamen vel ex hoc noſtro opuſculo videas licet, quantum, non ſolum in Theologia, ſed & in Philologia ſacra caligaverit, & in quam multis audire meruerit illud Chriſti ad Nicodemum: Tu Doctor Iſraëlis es, & hoc ignoras?

Cæterum in examine Hiſtoriæ Joſephi eo progreſſi ſumus, quouſque ex Codice S. Hebræo ſuppetebat examinandi Ratio & Regula. Ulterius procedere non libuit: quia in Hiſtoria ſequentium Temporum rarius, opinor, hallucinatur Joſephus, &, quamvis hic etiam in nonnullis erraverit, erroris tamen haud facile poterit convinci, cum nullos habeamus alios Rerum Judaicarum Scriptores, ex quibus redargui poſſit.

Hic vides, Cordate Lector! noſtrum in hoc opuſculo propoſitum, quod eruditis & ſinceris Cenſoribus ſperamus non improbandum, ſed potius fore, ut favorabili illorum Judicio excitati properemus, quantum licet, publico porro communicare, non ſolum alteram Operis noſtri Chronologici partem, ſed etiam Philologum noſtrum Sacrum Hebræo-Græcum, qui Codicem ſacrum Novi Teſtamenti ex Codice ſacro Vet. Teſtam. tam Hebræo quam Græco, nec non ex Apocryphis Græcis præſtantioribus, illuſtratum exhibet, item Admiranda Senecæ Ethica & Politica notis illuſtrata. Vale, benevole Lector! & noſtris conatibus fave!

EXAMEN CHRONOLOGIÆ FLAV. JOSEPHI.

Cap. I.

Summarium. I. *Qualis hodie exſtet in Joſepho Periodi antediluvianæ Chronologia.* II. *Quomodo reformetur à Voſſio & Verſioni Bibliorum Græcæ conformetur.* III. *Verſionem Græcam recte ita à Voſſio corrigi ut anni conficiantur 2256 à Creatione ad Diluvium numerandi.* IV. *Iſtam tamen Chronologiam nunquam in Codice S. Hebræo exſtitiſſe nec pro veriori acceptandam.* V. *A quibus & quare adaucti ſint olim numeri Geneſ. V. & XI. in Verſione Græca.* VI. *Cur hic Joſephus Verſionem Græcam ſecutus ſit.*

I. A Creatione Mundi ad finem Diluvii univerſalis annos fluxiſſe 1656 ex codice S. Hebræo Geneſ. V. & VIII. certum eſt. At Antiquit. l. I c. 4. & quidem in omnibus Joſephi editionibus, quas mihi videre licuit, nimirum in Baſileenſi anni 1544, Aurelienſi 1611, Genevenſi 1634, Colonienſi 1691. primum quidem ſummatim ponuntur anni 2656 à Creatione Adami ad Diluvium numerandi, ſed mox iidem anni per recenſum generationum Patriarcharum ita particulatim colliguntur, ut (etiamſi Mahalaleëli Jaredum generanti, cujus generationis annus in Joſepho non exprimitur, adſcripſeris ex Verſione Græca annos 165) non plures quam 2153 confici poſſint anni: & tamen poſt factum iſtum recenſum expreſſe ait Joſephus, ex annis iſtis collectis eam, quam prædixit, confici ſummam. Unde evidens eſt, numeros iſtos in Joſepho corruptos eſſe.

II. Iſ. Voſſius Chronol. S. cap. 1. pro 2656 loco citato Joſephi legere jubet 2256, & hos annos etiam particulatim ex Joſepho colligit, correctione quadam numerorum vel potius reſtitutione adhibita. Porro etiam ex Tranſlatione Bibliorum Græca paululum emendata eandem producit Voſſius annorum antediluvianorum computationem & ſummam, contenditque nec Græcos interpretes nec illos ſecutum Joſephum aliter olim ſcripſiſſe. Sed ut iſta clarius dignoſcantur, calculorum iſtorum Synopſin exhibeo:

	ex Cod. S. Hebr.	ex Verſ Gr.	ex Joſepho	ex Voſſio
Adamus genuit Sethum quum vixerat annos — —	— 130 —	230	230	230
Sethus — Enoſum — —	— 105 —	205	205	205
Enoſus — Kenanem — —	— 90 —	190	190	190
Kenan — Mahalaleelem —	— 70 —	170	170	170
Mahalaleel — Jaredum —	— 65 —	165	(165)	165
Jaredus — Enochum —	— 162 —	162	162	162
Enochus — Methuſelam —	— 65 —	165	162	165
Methuſelas — Lamechum —	— 187 —	167	187	187
Lamechus — Noachum —	— 182 —	188	182	182
Noachus, quum deſiit Diluvium, vixerat annos —	— 600 —	600	600	600
Summa	1656	2242	2153	2256

Cæterum de iſta Verſionis Gr. & Joſephi Chronologia deque adhibita utrique à Voſſio correctione & reconciliatione quid cenſeam ſequentibus exponitur aphoriſmis.

III. Voſſium hic Verſionem Gr. recte & ex ipſorum Interpretum mente & ſcriptione correxiſſe credo; primo quia Methuſelæ Lamechum generanti non poſſunt anni 167 adſcribi, ni Methuſelas Diluvio per annos 14 ſuperfuiſſe dicendus ſit: tantam autem abſurditatem commiſiſſe ipſos interpretes Græcos non eſt veriſimile. Secundo, quia numeri, quos Voſſius reſtituit, in Codice S. Hebræo

bræo leguntur. Denique quia ex prioribus, quos Versio Græca in recensu generationum ponit, numeris evidens est, primum istius Chronologiæ auctorem non minuisse usquam numeros in Codice S. Hebræo positos, sed auxisse, atque id fecisse eum pari in singulis, quos auxit, numeris additamento, annorum nempe 100. Atque tali augmento sex numeros auxit, dum sex Patriarcharum annis post filiorum generationem transactis annos ademit in singulis 100, eosque ipsos annis ante generationem numerandis addidit. Sic factum est, ut Chronologiam Periodi Antediluvianæ Mosaicam additione sex seculorum liberaliter auxerit, ideoque pro annis 1656 ediderit 2256.

IV. Verum quod Translatio illa Bibliorum S. Græca, quæ hodieque exstat & nomine LXX. Interpretum insignitur, (cum revera incerti sit auctoris) in recensu generationum Genes. V. & XI. alios habet numeros quam Codex S. Hebræus, ex eo nequaquam sequitur, ut vult Vossius, eosdem numeros in Codice quoque Hebræo olim exstitisse, nec ipsum Mosen aliter scripsisse: nam & alia plurima leguntur in Versione illa Græca, quæ in Codice S. Hebræo nunquam exstitisse fatendum est. Porro, nemo hactenus certis argumentis ostendit, quo tempore, à quibus & quas ob caussas numeri Codicis S. Hebræi Genes. V. & XI. olim à Mose positi, ita sint imminuti, ut hodie computatio annorum inde multo contractior prodeat quam olim fuit. Nec ulla afferri potest ratio digna satis ob quam Chronologiam, quæ in Codice S. Hebræo Gen. V. & XI. hodieque exstat, rejicere & diversam ex Versione Gr. computationem amplecti debeamus.

V. Cæterum perquam credibile est, Judæos olim, cum scripta Mosis in Linguam Græcam transferrent, largiter auxisse illos numeros Gen. V. & XI. quibus Moses spatium temporis à condito orbe ad natum Abrahamum elapsi definivit: partim ut Antiquitatis gloriam (de qua tanta erat Judæis cum Græcis contentio, ut ex libris Josephi contra Apionem liquet) Scriptori suo Mosi vindicarent, partim ne Chronologia Mundi & populorum atque regnorum à Mose tradita Græcis videretur absurda, cum nimium discreparet à monumentis & opinionibus aliarum gentium, maxime Chaldæorum & Ægyptiorum, qui, quia veram ignorabant, vera longe majorem & ferme infinitam Mundi & populorum, regnorumque ætatem credebant & credi volebant, sicut docet etiam Diod. Siculus l. 2. & fatetur ipse Vossius Differt. de ætate Mundi cap. 10.

VI. Non est magnopere mirandum, Josephum Antiquitates Judaicas Græcis Græce perscripturum Versionem Bibliorum S. Græcam, cui Græci pridem assueverant, potius quam Codicem S. Hebræum ipsum in Chronologia priscorum temporum sequi voluisse, præsertim cum productior illa, quam Versio Græca tradit, Chronologia, opinionibus gentium, sicut prædiximus, propior esset & magis consentanea. Immerito autem Vossius credi postulat, etiam in Codicibus S. Hebræis talem Josephi temporibus exstitisse Gen. V. & XI. Chronologiam, qualem habet Josephus, eo quod Josephus testatur, se Libros sacros Hebræos fideliter secutum: nam Josephus in Antiquitatibus Judaicis conscribendis non sola volumina sacra Hebræa, sed illorum Versionem Græcam aliosque gentis suæ Scriptores, nec non Traditiones secutus est. Eo fit, ut non solum multa Literis sacris Hebræis perscripta perperam interpretetur, sed & multa referat, quæ Scriptoribus Sacris nusquam memorata sunt, imo quædam illis contraria. Id quod in Examine Historiæ Josephi luculente demonstramus.

Cap. II.

I. *Annorum à Diluvio ad mortem Tharæ transactorum qualis in Josepho existat computatio, qualis in Versione Græca, qualemque ex utraque conficiat Vossius tertiam.* II. *Quid de hac & de illa & de ista computatione, necnon de Cainane Versionis Græcæ fictitio judicandum sit.*

I. A Fine Diluvii ad mortem Tharæ & Abrahami in Palæstinam adventum annos transiisse 427, satis aperte docet Codex S. Hebræus Genes. XI. v. 10 — 24. 32. XII. v. 1 — 4. sicut in nostro Temporum V. T. Scrutinio luculente demonstramus. Sed in Josepho Antiquit. l. I. cap. 7. primum quidem legimus, à Diluvio ad annum Tharæ 70 (quo Abrahamum natum scribit Josephus) annos præteriisse 292, quod Codici S. Hebræo convenit & ex quo sequitur à Diluvio ad mortem Tharæ sive annum ipsius 205 numerandos esse annos 427, quod volumus & fieri debet: Sed mox ibidem talis instituitur in Josepho annorum istius periodi particularis collectio, ut anni prodeant 1128 à Diluvio ad mortem Tharæ numerandi. Versio Græca annos hic producit 1307. At Vossius corrigendo modo ex Josepho Versionem Græcam, modo ex hac illum, annos tandem conficit 1267, & pro annis istis 292 qui Antiquit. l. I. cap. 7. leguntur à Diluvio ad natalem Abrahami elapsi, legere jubet 1192. Sed ut clarius patescat faciliusque dijudicetur ista diversitas, synopsin calculorum hic repræsentamus:

	ex Cod. S. H.	ex Vers. Gr.	ex Josepho	ex Vossio.
Semus genuit Arphacsadum annis post Diluvium — —	— 2	— 2	— 12	— 12
Arphacsadus quum genuit Salam (at secundum Versionem Gr. Cainanem) vixerat annos —	— 35	— 135	135	135
Secundum Versionem Gr. Cainan genuit Salam, quum vixerat -	— —	130	— —	130
Salas —— Eberum - - -	— 30	130	130	130
Eberus —— Pelegum - -	— 34	134	134	134
Pelegus —— Rehum - -	— 30	130	130	130
Rehus —— Serugum - -	— 32	132	130	130
Serugus — Nahorem - -	— 30	130	132	132
Nahor —— Tharam - -	— 29	179	120	129
Tharas vixit annos - - - -	— 205	205	205	205
Summa	427	1307	1128	1267.

II. Verum enim vero de Versionis Græcæ deque Josephi Chronologia valet hic illud quod supra Cap. I. S. 4. 5. 6. protulimus Judicium. De Vossii autem computatione non est quod magnopere la-

laboremus, cum sit ex ipsius ingenio conjecturisque formata, atque tam à Josepho quam à Versione Græca haud parum abeat. Etenim in nullo Versionis Græcæ exemplari dicitur Semus genuisse Arphacsadum annis 12 post Diluvium, vel Nahor generasse Tharam anno ætatis suæ 129. Nec ostendi potest ullum exemplar Josephi, in quo Abrahamus dicitur natus annis post Diluvium 1192, vel quod Cainanem istum fictitium inter Arphacsadum & Salam interserit. Antiquit. l. I. cap. 7. bis numerat Josephus Patriarchas illos, qui in recta Genealogiæ linea Noachum & Abrahamum intercesserunt, sed Cainanis istius nusquam meminit. Adhæc cum Josephus ibidem expresse affirmet, Abrahamum decimum esse à Noacho, evidens est Cainanem istum Josepho ignotum fuisse: nam si Cainan fuit filius Arphacsadi & pater Salæ, Abrahamus à Noacho fuit undecimus, non decimus. Porro non datur ullum Codicis S. Hebræi exemplar, quod vel Genes. XI. vel 1. Chronic. I. inter Patriarchas illos ponit Cainanem. Imo nec ipsa Versio Gr. 1. Chronic. I. v. 14. inter Arphacsadum & Salam ullum ponit. Tenendum igitur est, Cainanem istum, qui in Versione Gr. Genes. XI. v. 12. 13. & Luc. III. v. 36. inter Arphacsadum & Salam inseritur, incertæ originis esse, incerti auctoris, nec satis constare, in Græcane versione primum an vero in Historia Euangelica Lucæ locum habere cœperit.

Cap. III.

I. *Spatium temporis ab adventu Abrahami in Palæstinam ad egressum Israëlitarum ex Ægypto recte definivisse Josephum.* II. *Attamen errasse alibi in spatio Servitutis Israëlitarum Ægyptiacæ determinando, nec posse ex Genes. XV. v. 13. aut ex Exod. XII. v. 40. satis excusari.*

I. A Morte Tharæ & Abrahami in Palæstinam adventu ad Egressum Israëlitarum cum Mose ex Ægypto annos transiisse 430, atque illorum dimidium, quod est annorum 215, ante Jacobi in Ægyptum adventum, alterum autem dimidium post istum effluxisse, recte & tam Literis Sacris quam versioni Græcæ & Chronologis fere omnibus convenienter affirmat Josephus Antiq. L. 2. c. 6.

II. Attamen Antiquit. l. 2. c. 5. scribit Josephus, Ebræos servitutem in Ægypto serviisse per annos 400. Atqui locis citatis fatetur Josephus, ab adventu Jacobi in Ægyptum ad Egressum Israëlitarum ex Ægypto annos tantum 215 fluxisse, & servitutem Ebræorum in Ægypto post mortem demum Jacobi, imo Josephi cæpisse. Quâ ratione ergo dicentur serviisse in Ægypto annos 400? Sed excusaret hic aliquis Josephum & cum Scriptura S. locutum diceret. Nam etiam Genes. XV. v. 13. tempus servitutis Israëlitarum numero annorum 400 definiri, & Exod. XII. v. 40. tempus peregrinationis ipsorum in Ægypto annis 430 determinari. Verum, ut ad ista respondeam, Genes. XV. v. 13. Deus non initium sed tantum finem Servitutis Israëlitarum in Ægypto signat, docetque, tum demum finitum iri istam servitutem quum anni transiverant 400, non ex quo servire Ægyptiis cæperant Israëlitæ, sed ex quo Abrahami ex Sara progenies existere & peregrinari in Palæstina cæpit, id est, à nato Isaaco, à cujus natali ad Egressum Israëlitarum ex Ægypto anni fuere præcise 405. Porro verba Mosis Exod. XII. v. 40. bene interpretatur Versio Græca, dum loco citato indicat, Mosen ibi nomine Israëlitarum & eorum peregrinationis comprehendere etiam proavos Israëlitarum Abrahamum, Isaacum & Jacobum ipsorumque peregrinationem, & sic initium numerationis duci ab eo tempore quo Abrahamus relictâ patriâ in Palæstina peregrinari cæpit: inde enim ad egressum ex Ægypto annos 430 transiisse auctor certissimus est Apostolus Galat. III. v. 16. 17. Sed Josephus loco supra citato expresse loquitur de servitute Israëlitarum in Ægypto post mortem demum Josephi cœpta, cui proinde annos 400 adscribere excusare nequit.

Cap. IV.

I. *Ostendimus Josephum in spatio temporis ab egressu Ebræorum ex Ægypto ad fundationem Templi Salomonis definiendo tam à se ipso quam à Scriptoribus sacris discrepare plurimum, annosque hujus Periodi ipsum propter neglectum servitutum & Judicum synchronismum nec summatim nec particulatim recte computasse.* II. *Quales fuerint Ebræorum Judices, qualesque temporibus Judicum servitutes ex libro Judicum demonstramus.* III. *Rectam annorum hujus Periodi collectionem & Summam subjicimus.*

I. Antiquit. l. VIII. c. 2. scribit Josephus, exorsum fuisse Salomonem ædificationem Templi annis transactis ab ortu Mundi 3102, à Diluvio 1440. ab adventu Abrahami ex Mesopotamia in Palæstinam 1020, ab egressu Ebræorum ex Ægypto 592.

Istos nnmeros examinabimus jam singulatim, ut vel hinc pateat quam vitiosa sit quæ hodie in scriptis Josephi exstat Chronologia. Quantum autem errorum Librariis, quantum ipsi Auctori imputandum sit, haud facile dijudicaveris: plerosque numeros male se habere & inter sese contrarios esse certum est & jam apparebit.

I. Ab ortu Mundi ad fundationem Templi Salomonis numerantur in Josepho anni 3102. At (a) ex Codice S. Hebræo non plures colligi possunt quam 2992. (b) Antiq. l. 1. c. 4. numerantur à creatione ad Diluvium anni amplius 2000. L. 1 c. 7, plures quam 1000 computat à diluvio ad Abrahami in Palæstinam adventum. Libr. 2. cap. 6. ab Adventu Abrahami in Palæstinam ad egressum Ebræorum ex Ægypto annos numerat 430. Libr. 8. c. 2. numerantur ab Exodo ad fundationem Templi Salomonis anni 592. Redige jam in summam omnes istos numeros, habebis annos amplius 4000 ab ortu Mundi ad fundationem Templi numerandos. (c) Libr. I. contra Apionem scribit, à creatione Mundi ad mortem Mosis transiisse annos ferme 3000. Id si verum est, erravit Josephus & in eo quod L. I. cap. 4. & 7. ab ortu Mundi ad Abrahami in Palæstinam adventum annos computavit amplius 3000, & in hoc quod Libr. 8. c. 2. à condito orbe ad fundationem Templi Salomonis annos tantum 3102 numeravit.

II. A Diluvio ad fundationem Templi Salomonis numerantur Antiq. l. VIII. c. 2. anni 1440. Verum (a) ex Codice S. Hebræo colliguntur tantum 1336. (b) Si annus Mundi 3102, quo Templum fundatum scribit Josephus, fuit annus à Diluvio 1440, oportet inter creationem & diluvium annos tantum 1662 intercessisse. Sed Antiq. l. I. c. 4. anni amplius 2000 colliguntur. (c) Quia à Diluvio ad fundationem Templi annos numerat 1440, ideo non debuit à diluvio ad Abrahami in Palæstinam adventum plures quam 418 computare: nam ab adventu illo Abrahami ad Exodum annos numerat 430 l. II. c. 6. Ab Exodo autem ad fundationem Templi 592, l. VIII. c. 2. Collige, habes annos 1022. Jam ut conficias 1440, desiderantur tantum 418, à Diluvio ad Abrahami in Palæstinam adventum numerandi. Sed l. I. c. 7. particulatim colliguntur plures quam 1000 à Diluvio ab Abrahamum anni: summatim vero ibidem anni tantum 292 eidem Periodo adscripti leguntur.

III. Ad adventu Abrahami in Palæstinam ad fundatio-

dationem Templi Salomonis numerantur Antiquit. l. VIII. c. 2. anni 1020. At (a) ex Codice S. Hebræo non colliguntur plures quam 909. (b) Si annus à Diluvio 1440, quo fundatum dicitur Templum, fuit annus ab adventu Abrahami in Palæstinam 1020, evidens est à Diluvio ad istum Abrahami adventum annos tantum 420 numerandos esse: at l. I. c. 7. plures quam 1000 colliguntur.

IV. Ab Exodo ad fundationem Templi numerantur Antiq. l. VIII. c. 2. anni 592. Verum (a) 1. Reg. VI. 1. anni tantum 479 completi scribuntur. (b) Si annus ab adventu Abrahami in Palæstinam 1020 fuit annus 592 ab Exodo, non oportet intra istos terminos numerari plures quam 428. Sed 430 intercessisse fatetur ipse Josephus Libr. 2. c. 6. (c) Antiqu. Libr. XX. c. 8. & Libr. II. contra Apionem numerantur ab Exodo ad ædificationem Templi Salomonis anni 612. (d) Historia hujus Periodi apud Josephum 599 annos recenset huic Periodo adscribendos: namque illa assignat annos

Mosi post egressum ex Ægypto	40	Antiq. l. 4. c. 8.
Josuæ post Mosen	25	l. 5. c. 1.
Anarchiæ post Josuam	18	l. 6. c. 6.
Servituti sub Cusane	8	l. 5. c. 3.
Inde Othnielis Principatui	40	l. 5. c. 4.
Inde Servituti sub Eglone	18	l. 5. c. 5.
Inde Principatui Ehudi	80	l. 5. c. 5.
Inde Principatui Samgaris	1	l. 5. c. 5.
Inde Servituti sub Jabino	20	l. 5. c. 6.
Inde Principatui Baraci	40	l. 5. c. 6.
Inde servituti sub Midianitis	7	l. 5. c. 7.
Inde Principatui Gedeonis	40	l. 5. c. 8.
Inde Abimelecho	3	l. 5. c. 9.
Inde Jairo	22	l. 5. c. 9.
Inde servituti sub Ammonitis	18	l. 5. c. 9.
Inde Principatui Jephthæ	6	Ibidem
Inde Principatui Ibzanis	7	Ibidem
Inde Principatui Elonis	10	Ibidem
Inde servituti sub Philistinis	40	l. 5. c. 10.
Inde Principatui Samsonis	20	Ibidem
Inde Pontificatui Eli	40	l. 5 c. 12.
Inde Samueli soli	12	l. 6. c. 14.
Inde Regi Sauli	40	Ibidem
Inde Regi Davidi	40	l. 7. c. 12.
Inde Regi Salomoni ad fundationem Templi	4	l. 8. c. 2.

Summa 599.

In hac Chronologia Josephi notanda veniunt sequentia.

1. Principis Tholæ, de quo Judic. X. v. 1. 2. Josephus non meminit, sed post mortem Abimelechi Jairum Principatum suscepisse scribit, l. 5. c. 9.

2. Abdonis meminit quidem l. 5. c. 9. sed annos principatus ejus non exprimit.

3. Josephus scribit Othnielem Principatum tenuisse annos 40, Ehudum 80, Baracum 40. At scriptor sacer Judic. III. v. 11. & 30. & V. v. 31. annorum istorum numeratione, non spatia Principatus Othnielis, Ehudi, Baraci, sed pacis & libertatis ab illis restitutæ durationem definit: Sicut à nobis in Scrutinio nostro Temporum V. T. fuse demonstratur. Quamdiu autem post suas victorias vixerunt isti Principes incertum est. Quæ fuerit Principatus & dominationis illorum ratio, mox declarabitur.

4. A morte Eli ad Regnum Saulis perperam l. 6. c. 4. numerantur anni tantum 12, cum & scriptor S. 1. Sam. VII. 2. & ipse Josephus l. 6. c. 2. scribat, annos 20. transiisse à morte Eli ad stragem Philistinorum ad Ebenezer, & illam victoriam Israëlitis contigisse ductu Samuelis antequam Regem petierant.

5. Incpte & sine Judicio in Chronologia hujus Periodi versatur Josephus, dum summam annorum confecturus, annos cujuslibet servitutis, & cujuslibet pacis & singulorum Judicum separatim numerat, nullum synchronismum servitutum, nullum Judicum observans. Id autem aliter fieri oportere in Scrutinio Temporum V. T. ostendimus, & jam hic etiam demonstrabimus prolixius tam Judicum quam servitutum istarum rationem & conditionem accuratius exponendo.

II. (1.) Servitutes illæ Ebræorum, quæ in libro Judicum describuntur, non fuerunt universales sive communes, ita ut unamquamque ex illis servierint eodem tempore cunctæ Ebræorum tribus tam ultra quam citra Jordanem: Sed cum gentibus inimicis circum cincta fuerit Ebræorum terra, à diversis hostibus diversæ tribus, diversis temporibus infestabantur. Sæpe bello aut servitute premebantur tribus ultra Jordanem habitantes, dum in pace vivebant quæ citra Jordanem erant: aut contra dum hæ affligebantur, illæ pace gaudebant. Scilicet propter invalescentem idololatriam immittebantur à Deo hostes, resipiscentibus autem pax & libertas reddebatur. Quomodo autem non eodem semper tempore deficiebant à Deo aut revertebantur ad Deum omnes tribus, sic neque eodem tempore premebantur vel liberabantur simul omnes. Exemplis ex Libro Judicum adductis res fiet manifesta. Dominatio Regis Jabini, qua annos 20 pressi dicuntur Hebræi Judic. IV. 3. non extendit se ultra Jordanem, sed dum Zebulonitæ & Nephthalitæ & istis proximæ tribus affligebantur à Jabino, adhuc pace ab Ehudo parta fruebantur Rubenitæ & Gaditæ ultra Jordanem, nec ad depellendam Jabini dominationem quidquam contulerunt, teste Debora Judic. V. 16. 17. Eadem fuit ratio servitutis, quam Ebræi Philistinis per annos 40. serviisse dicuntur Judic. XIII. 1. nam & ista citra Jordanem substitit. Contra Moabitæ, Midianitæ, Ammonitæ, quia istæ gentes ultra Jordanem orientem versus habitabant, Tribus Ebræorum ultra Jordanem afflixerunt maxime. Interdum etiam Tribus quasdam citra Jordanem infestabant, sed eas tantum quæ flumen proxime accolebant. Judic. VI. 1. 4. XII. 1. 2. Aliquando quidem tam ultra quam citra Jordanem simul premebantur Ebræi, sed non ab eodem hoste. Sic eodem tempore illic ab Ammonitis, hic à Philistinis pressi leguntur Judic. X. 8.

(2.) Principibus illis Ebræorum, qui vulgo Judices appellantur, nec continua fuit successio, nec imperium perpetuum, nec æqualis in omnes Tribus potestas, sed pro diversitate hostium ac periculorum diversis temporibus, à diversis Tribubus diversi creabantur aut à Deo constituebantur Duces belli ac libertatis Vindices. Illi post confecta bella & restitutam civibus libertatem ex rebus pro Republica bene gestis gloriam magis quam imperium retinebant, priscis Romanorum Dictatoribus simillimi, qui publica quadam necessitate urgente dicebantur extra ordinem, eademque cessante susceptum deponebant Imperium. Suppetunt quæ rem firmabunt exempla. Baracus à Debora Dei verbis animatus Ducem se præbuit bello & vindicem libertatis adversus Jabinum Cananæorum Regem: Sed neque in bello omnibus tribubus præfuit, cum non ad omnes tribus extenderit se illud bellum, neque confecto bello Principatum tenuisse & Ebræis præfuisse usquam dicitur. Idem de Ehudo dixeris. Gedeon autem ab horreo & tritura, ad bellum adversus Midianitas gerendum à Deo vocatus, post confectum bellum delatum sibi suæque progeniei à civibus imperium recusavit. Judic. VIII. 22. 23. Abimelechum non omnes Tribus sed soli fere Sichimitæ Regem sibi constituerunt, Judic. IX. 6. Jephtham Gileaditæ bello pressi sibi præ-

præfecerunt. In cæteras Tribus non fuit ei Imperium: etiam mortem ei minabantur Ephraimitæ. Judic. XI. 13. XII. 1. Frustra hic nobis aliquis cum Usserio Chronöl. S. cap. 13. objecerit: Judices istos Israëlem, non aliquas solum Tribus, judicasse dici. nam nomine Israëlis & filiorum Israëlis tam aliquæ quam omnes Ebræorum Tribus appellantur, quia ex Israële sive Jacobo originem ducunt ex æquo omnes Tribus. Id quod ex lectione Sacrarum Literarum satis est manifestum. Porro si omnibus Israëlis Tribubus præfuisse dicendi sunt, quicunque Israëlem judicasse dicuntur, jam & Abimelechus, & Jephthas & Samson omnibus Tribubus præfuisse dicendi erunt, cum tamen revera iste solis fere Sichemitis, ille solis Gileaditis, hic vero nulli Tribui præfuerit, quod supra ostendimus & mox amplius ostendemus.

(3.) Viris illis, qui in Historia sacra verbo שפט Ebræos judicasse dicuntur, diversa fuit conditio, diversa officia. Hanc diversitatem ut intelligamus, notanda est diversa verbi שפט significatio. scilicet dicitur tam de eo, qui docet, decernit, Jus dicit, & lites lata sententiâ dirimit, quam de eo qui aliquem ab inimicis oppressum vindicat & liberat. Utriusque significationis exempla in Codice S. Hebræo passim occurrunt. Inde est quod in Libro Judicum & I. Samuelis diversa diversorum Judicum Officia eodem verbo describantur. Ea autem est Judicum istorum ratio, ut in quibusdam utraque quam dixi, verbi שפט significatio locum habeat, in aliis vero altera tantum. De Debora, de Eli, de Samuele usurpatum significat docere, decernere, Jus dicere, more Prophetarum & Pontificum, sicut interpretantur ipsi Scriptores Sacri Deuter. XVII. 9. 12. Judic. IV. 5. 1. Samuel. VII. 16. Ast ubi Jephthas Ebræos sex annis judicasse dicitur, utraque verbi שפט significatio valet: is enim cives suos & in bello armis vindicavit, & in pace legibus & Judiciis rexit. In Thola autem & Ibzane & Elone & Abdone altera tantum verbi istius significatio locum habet; quia isti non armis cives vindicasse, sed tantum in pace Judiciis ac Reipublicæ præfuisse leguntur. Samson à reliquis omnibus Judicibus differt, quod etiam Marshamus notavit: nam nec bella publica gessit, nec publica Judicia administravit, sed tantum suis ipsius viribus Philistinos coërcuit & ob id Hebræos judicasse, id est, ab hostibus vindicasse dicitur.

(4.) Ex iis, quæ jam exposita sunt, satis intelligi poterit, quantum erravit Josephns, dum putavit omnes istas Ebræorum servitutes omnesque ipsorum Judices ordinata serie sibi invicem successisse, & proinde tam illarum quam horum annos omnes in definienda hac Periodo separatim & sine ullo Synchronismo numerandos esse: cum tamen & diversæ servitutes & Judices diversi eodem tempore apud diversas Tribus exstiterint.

Annos 18 Servitutis sub Ammonitis & annos 40 servitutis sub Philistinis Josephus ita separatim numerat, ac si istarum servitutum altera multo post finem alterius incepisset. Sed ex Judic. X. 8. nos alibi eum Marshamo luculente probamus, utramque eodem tempore sed apud diversas Tribus exstitisse. Ergo Josephus eosdem annos 18 bis numeravit.

Annos Samsonis 20 inclusos esse annis 40 servitutis sub Philistinis certum est eu Judic. XV. 20. attamen istos Josephus ab his distinguit. Etiam annos 40, quibus Eli Pontificatum gessit, male Josephus ab annis cæterorum Judicum omnium separat & seorsim numerat: nam quod Eli dicitur annos 40 judicasse Hebræos, more scilicet Pontificum, ex eo non efficitur, nullum fuisse per idem tempus Ebræis Judicem Politicum aut Militarem. Moses eisdem 40 annis Judex Ebræorum fuit, quibus Aaron Pontifex. Deut. XVII. 9. 12. exstat Lex Divina, quæ Sacerdotem summum in administratione Reipublicæ Principi Politico consociat. Sic Samuel etiam regnante Saule, Ebræos judicasse, id est, pro ratione officii Prophetici docuisse & Justitiam publicam administrasse, dicitur. 1 Sam. VII. 15.

III. Illis, quæ jam exposuimus, fundamentis innititur illa, quam nos ex Marshamo nostram facimus & alibi evidenter confirmamus annorum ab Exodo ad fundationem Templi Salomonis subordinatio, quâ Summam illam annorum completorum 479. 1 Reg. VI. 1. commode conficimus, ita particulatim colligendo annos:

Ab egressu Ebræorum ex Ægypto & mortem Mosis	40.	Exod. VII. 7.
Inde ad mortem Josuæ	25.	Deut. XXXIII. 7.
Inde ad cœptam servitutem sub Cusane	34.	
Inde ad restitutam per Othnielem Libertatem	8.	Judic. III. 8.
Inde ad cœptam servitutem sub Eglone	40.	Jud. III. 11.
Inde ad redditam per Ehudum Libertatem	18.	Jud. III. 14.
Inde ad cœptam servitutem sub Midianitis	80.	Jud. III. 30.
Inde ad restitutam per Gedeonem Libertatem	7.	Judic. VII. 1.
Inde ad mortem Gedeonis	40.	Jud. VIII. 28.
Inde ad mortem Abimelechi	3.	Jud. IX. 22.
Inde ad mortem Tholæ	23.	Jud. X. 2.
Inde ad mortem Jaïri & cœptam Servitutem sub Ammonitis & Philistinis	22.	Jud. X. 2. 7. 8.
Inde ad finem servitutis sub Philistinis & recuperatam Vindice Samuele Libertatem	40.	Jud. XIII. 1.
Inde ad initium Regni Saulis	16.	1 Sam. VII. 13.
Inde ad mortem Saulis	40.	Actor. XIII. 21.
Inde ad mortem Davidis	40.	1 Reg. II. 11.
Inde ad fundationem Templi Salomonis	3.	1 Reg. VI. 1.
	Summa 479.	

Cap. V.

I. *Spatium Temporis à fundatione Templi Salomonis ad ejusdem interitum elapsi ex Codice S. Hebræo definitur. Deinde proponitur & examinatur Chronologia ejusdem Periodi in Josepho, & institutâ numerorum huc pertinentium collatione pravitas & discordia ingens ostenditur, simulque hujus Examinis consilium indicatur.*

I. A Fundatione Templi Salomonis ad ejusdem excidium annos 427 recte numerant Scaliger, Calvisius, Cluverus, Simsonius, alii. Etenim (1.) annus imperii Salomonis 4 fuit annus Templi 1. 1 Reg. VI. 1. 2 Chronic. III. 2. Ergo annus 40 sive ultimus Salomonis fuit annus Templi 37. (2.) A morte Salomonis & divisione Regni usque ad interitum Regni Samaritani annos transiisse 258 mani-

nifestum facit illa, quam Scriptores S. tradunt, annorum Regum in utroque Regno collatio, ex qua patescit, annum Ezechiæ 6 & Oseæ 9, quo esse desiit Regnum Samaritanum, fuisse annum Templi 295. Subtrahe jam annos Templi 37 ante mortem Salomonis elapsos, tum relinquuntur anni 258 à morte Salomonis ad interitum Regni Samaritani numerandi. (3.) Ab interitu Regni Samaritani ad interitum Templi & Regni Hierosolymitani annos 132 transiisse ostendit numeratio annorum Regum, qui post occasum Regni Samaritani regnarunt Hierosolymis.

Collige jam annos

A fundatione Templi ad mortem Salomonis	37
Inde ad Interitum Regni Samaritani — —	258
Inde ad excidium Templi Salomonis — —	132
Summa	427

Insigniter confirmatur illa computatio ex Ezech. IV. 5. Sed hæc alibi prolixius, jam videamus Josephum.

II. Antiq. l. X. c. 11. ubi Josephus ex professo describit tempus incensi à Chaldæis Templi Salomonis, annos 470 effluxisse testatur à fundatione Templi ad ejusdem ruinam: quos Historia hujus Periodi in Josepho particulatim numerat ita ut sequitur:

	Ann.	Antiq.
Salomon regnavit —	77.	L. 8. c. 3.
Rhoboamus — —	17.	— 4.
Abia — — —	3.	— 5.
Asa — — —	41.	— 7.
Josaphatus — —	25.	L. 9. c. 1.
Joramus — — —	8.	— 3.
Ahasia — — —	1.	— 5.
Athalia — — —	6.	— 7.
Joas — —	40.	— 8.
Amasias — —	29.	— 10.
Usias — —	52.	— 11.
Jothamus — —	16.	L. 9. c. 12.
Achasus — —	16.	— 13.
Ezechia — —	29.	L. 10. c. 3.
Manasses — —	55.	— 4.
Ammon — —	2.	— 4.
Josias — —	31.	— 6.
Joachas —	3 mens.	— 6.
Joachimus — —	11.	— 8.
Jechonias —	3 mens.	— 8.
Zedechias — —	11.	— 11.
Summa	Ann. 470.	Mens. 6.

III. Ex iis, quæ in principio hujus Capitis dicuntur, liquet quantum hic à vero aberret Josephus. Scilicet pro annis 427 numerat 470. Causa erroris duplex. Prima, quod Salomoni annos imperii 80 adscribit Antiq. l. 8. c. 3. Cum nec in Codice S. Hebræo nec in Versione Græca plures ei tribuantur quam 40. Satis hic ineptit Vossius Chron. S. c. 7. dum defensurus Josephum ait, scriptores sacros silentio omisisse 40 posteriores annos imperii Salomonis, ideo quia hos in idololatria transegit. Sed quam istud falsum sit ostendit universa Regum Historia, in qua non minus idololatrarum quam piorum Regum anni computantur. Altera errandi causa hic Josepho fuit, quod hanc Periodum definiturus distincte & separatim annumeravit omnes omnium Regum annos in Codice Sacro notatos, non instituta annorum Regum in utroque Regno collatione, ex qua discere potuisset, quoties filius regnavit annos aliquot cum patre; quotiesque annus ultimus Regis decedentis idem est qui primus succedentis. Sic factum est ut Josephus eosdem sæpe annos bis numeraverit & summam protulerit justâ majorem.

IV. Jam porro dispiciemus quantum in Chronologia hujus Periodi à se ipso discrepet Josephus, conferendo quos alibi ponit ad hanc Periodum pertinentes numeros.

Antiquitat. l. 10. c. 11. dicuntur Ebræi fuisse sub Regibus usque ad excidium Urbis & Templi Salomonis per annos 514. annumeratis annis 20 Saulis. Verum ibidem Josephus à fundatione Templi Salomonis ad ejusdem interitum annos numerat 470. Adde 20 Saulis, 40 Davidis annos & 3 Salomonis, habes annos Regum, non 514, sed 533. istis adde annos alteros 20 Saulis, prodeunt 553, quot ipse Josephus Antiqu. l. XI. c. 4. ab anno I. Saulis ad ultimum Zedechiæ, sive ab initio ad finem Regni Ebræorum, transiisse scribit.

Libr. 8. de bello Judaïco cap. (secundum Ruffini distinctionem) 18, scribit Josephus, eversam fuisse à Chaldæis Hierosolymam annis post Regem Davidem 477. Atqui à morte Davidis ad fundationem Templi Salomonis 3 solum anni fuere. Ergo à fundatione Templi ad ejus ruinam numerandi essent anni 474.

Antiqu. l. 20. c. 8. inter fundationem Templi Salomonis & ejus interitum anni 466 intercessisse dicuntur.

V. A morte Salomonis ad interitum Regni Samaritani annos 258 transiisse supra docuimus. At Antiqu. l. 9. c. 14. dicuntur intra istos terminos fluxisse anni 240, totidemque ex Historia quoque Regum in Josepho particulatim colliguntur: nam annos adscribit imperii

	Ann.	Antiqu.
Jeroboamo — — —	22	l. 8. c. 5.
Nadabo — — —	2	— 5.
Baesæ — — — —	24	— 6.
Elæ — — — —	2	— 6.
[Simri — — — 7 dies]		— 7.
Omri — — —	12	— 7.
Achabo — — —	22	— 7.
Ahasiæ — — —	2	l. 9. c. 1.
Joramo — — —	12	— 5.
Jehuo — — —	27	— 8.
Joachæ — — —	17	l. 9. c. 9.
Joæ — — —	16	— 9.
Jeroboamo — —	40	— 11.
[Zachariæ — 6 mens.]		— 11.
[Sallumo — 30 dies]		— 11.
Menahemo — — —	10	— 11.
Pekahiæ — — —	2	— 11.
Pekæ — — —	20	— 11.
Oseæ — — — —	9	— 13.
Summa	Ann. 239. Mens. 7. D. 7.	

Annis istis 240 quum addis 77, quot secundum Josephum Salomon post fundationem Templi regnavit, habes annos 317 à fundatione Templi ad interitum Regni Samaritani numerandos. Adde porro 130, quos Josephus Antiqu. l. X. c. 11. ab interitu Regni Samaritani ad ruinam Templi Salomonis numerat, prodeunt anni 447 à fundatione Templi ad ejus ruinam numerandi. Adhæc Antiqu. l. X. c. 11. Dicitur Templum Salomonis eversum esse annis post creationem Mundi 3513. at libr. VIII. c. 2. idem Templum dicitur fundatum annis post creationem 3102. hos subtrahe jam istis, relinquuntur anni 411 à fundatione Templi ad ejus excidium numerandi. Denique Antiqu. l. X. c. 11. Dicitur Templum Salomonis conflagrasse annis post Diluvium 1950. Libr. VIII. c. 2. Dicitur fundatum annis post Diluvium 1440. hos subtrahe istis, habes annos 510 à fundatione Templi ad ejus interitum numerandos.

VI. Tanta in scriptis Josephi numerorum discordia

dia est, & adhuc ostendi posset uberior, si vacaret ulteriorem instituere collationem: Sed piget jam mendis & erroribus recensendis diutius immorari. Quod autem hactenus feci, hoc consilio feci, ut patesceret quam prava ac discors sit illa quæ hodie in scriptis Josephi exstat priscorum temporum computatio, & proinde quam male Rei Chronologicæ consuluit Vossius, dum ex Josepho priscorum temporum emendationem & veram ætatem Mundi tradere instituit. Cæterum quantum vitii ex ipsius Auctoris ingenio, quantum ex Librariorum incuria, quantum denique ex diversorum Lectorum arbitrio traxerit Chronologia in Josepho, meo quidem judicio haud facile dijudicabitur.

Cap. VI.

I. *Partitio hujus Periodi.* II. *Ab excidio Urbis & Templi à Chaldæis illato ad Assamonæorum Principatus primordia annos 422 numerandos esse.* III. *In annis successorum Nebucadnezaris numerandis turpe notatur in Josepho erratum.* IV. *Ad Judæorum ex Babylonia in patriam permissu Cyri, reditum, nec ab excidio Urbis, ut fecit Josephus, nec à deportatione Jechoniæ, ut alii, annos 70. numerari oportere. Ex Literis Sacris nec hoc, nec illud probari posse. Danielem cap. I. v. 1. non de priori sed de posteriori Nebucadnezaris in Joachimum expeditione loqui, & illam priorem recte à Josepho ad annum 8 Regis Joachimi referri, male ab aliis ad annum 4.* V. *A reditu Judæorum ex Babylonia sub Cyro ad mortem Menelai Pontificis annos 374 transiisse, non 414, ut scribit Josephus.* VI. *Principatui Assamonæorum annos adscribi oportere 130, non 126 tantum, quod fecit Josephus.* VII. *Qua ratione anni isti 130 inter Principes Assamonæos distribuendi sint, & quid hic in Josepho veri quid pravi sit.* VIII. *In tempore regnantis Herodis definiendo biennium prætermisisse Josephum. Regnasse Herodem post acceptum à Romanis Regnum annos integros 39, post captum Antigonum 36. exspirasse anno aut ad summum sesquianno post natalem Christi.*

I. SPatium temporis ab excidio Templi Salomonis ad mortem Herodis Magni elapsi commode in hæc tria distinguitur intervalla: I. ab excidio Templi Salomonis ad exordium Principatus Assamonæorum. II. ab initio istius Principatus ad ejusdem finem. III. inde ad mortem Herodis Magni porrigitur. Jam singula intervalla vero annorum numero definiemus, & tum conferemus cum nostra computatione Chronologiam hujus Periodi à Josepho traditam, & quid hæc recti falsive habeat ostendemus.

De Intervallo. I.

II. In scrutinio nostro Temporum V. T. luculente demonstramus, Templum Hierosolymitanum prius incensum esse à Chaldæis anno Mundi 3419, anno 3 Olympiadis 47, ante Epocham Christianam 590, Periodi Julianæ anno 4124. Templum posterius ab Antiocho Epiphane profanatum est anno Græcorum 145. 1. Maccab. I. 57. Antiqu. Joseph. l. XII. c. 7. Iste autem annus Græcorum incidit in annum 168 ante Epocham Christianam Periodi Julianæ 4546, 1. Olymp. 153. sicut Calvisius, Petavius, aliique Chronologi docent. Ergo ille annus, quo profanatum est ab Antiocho Templum & à quo cæpit Assamonæorum Principatus fuit annus 422 post Templi prioris interitum. In hujus intervalli Chronologia videamus jam quid peccet Josephus.

III. Antiqu. l. X. c. 12. Dicitur Nebucadnezar regnasse annos 43. Evilmerodachus 18, Neriglissares 40. Labosordachus 9 mensibus, Belsazar annos 17. Collige, habes annos 118. his subtrahe annos 18 quos Nebucadnezar in imperio transegerat cum Hierosolymam vastabat, relinquuntur anni 100 ab excidio Templi Salomonis ad interitum Monarchiæ Babylonicæ numerandi. At nos in Scrutinio nostro Temporum V. T. evidenter ostendimus, intervallum istid fuisse, tantum annorum 51, & ipse Josephus Antiqu. l. XI. c. 1. scribit annum 1. Cyri in Babylonia regnantis fuisse annum 70 exsilii Judæorum in Babyloniam à Nebucadnezare deportatorum. Ergo turpiter erratum est in ista annorum Regum, qui interim Babylone regnarunt, computatione. Vossius librariorum vitio accidisse contendit, ut pro annis 2 Evilmerodachi 18, pro 4 Neriglisaris 40 in codicibus hodie legamus. Et libet hic Vossio credere potius quam errorem tam stupidum ipsi Josepho adscribere.

IV. Antiqu. l. X. c. 11. & l. XI. c. 1. l. XX. c. 8. Josephus ab excidio Templi Salomonis ad annum 1. Cyri in Babylonia regnantis, quo Judæos exsulantes in patriam dimisit, annos numerat 70. Verum nos in Scrutinio nostro Temporum luculente demonstramus, isti intervallo non plures quam 53 annos adscribi oportere. Ergo hic procul à vero abit Josephus & eum secutus Marshamus. Falluntur etiam qui cum Calvisio aliisque à deportatione Regis Jechoniæ ad dimissionem Judæorum à Cyro factam annos 70 transiisse putant. Nec istud nec hoc usquam docent scriptores S. quod facile apparet diligentius consideranti loca illa Sacrarum Literarum ex quibus vel illud vel hoc colligunt. Etenim (a) Jerem. XXV. v. 11. 12. Propheta annis 70 definit durationem, non exsilii Judæorum post deportationem Jechoniæ aut Zedechiæ, sed illius servitutis quam & Judæi & finitimæ gentes sub imperio Babylonico servituræ essent, ab anno 1 Nebucadnezaris, qui in annum 4 Regis Joachimi incidit, usque ad interitum Monarchiæ Babylonicæ à Medis & Persis inferendum: id quod ex ipsis verbis Prophetæ cap. XXV. v. 1. 9. 11. 12. manifestissimum est, & Petavio, Ricciolio aliisque dudum observatum. Adhæc locum illum ex Jeremia citat ipse Josephus l. 11. c. 1. & dum citat, refutat præmissam ibidem assertionem de annis 70 ab excidio Hierosolymæ ad annum 1. Cyri in Babylonia regnantis numerandis. nam scribit Jeremiam (Cap. 25. v. 11.) annorum 70 numero definivisse durationem servitutis Judæorum sub Nebucadnezare & ejus in imperio Babylonio successoribus. Atqui ista servitus nec ab excidio Urbis nec à deportatione Jechoniæ primum cœpit, sed ab eo tempore quo Nebucadnezar Joachimum primum subegit & Judæam Babylonico imperio subjecit, II. Reg. 24. 1. Cæterum quoto Regis Joachimi anno istud factum sit, non expresse indicant Scriptores Sacri, ideoque de eo non satis convenit inter interpretes. Josephus Antiqu. l. X. c. 7. scribit, factum id esse anno Jojachimi 8. sed Calvisius, Petavius, Usserius, Ricciolius aliique censent id factum esse anno 4 Joachimi, atque hoc ex Daniel. I. 1. confirmari credunt. Verum hic ego non ausim illis assentiri sed Josepho accedo. Etenim bis à potentiore Rege Regnum suum accepit Jojachimus, primum à Pharaone Necho. 2. Reg. 23. v. 34. Deinde à Nebucadnezare Babylonio, II. Reg. XXIV. 1. Porro Nebucadnezar bis infestum exercitum in Jojachimum duxit. Priori expeditione Jojachimum Pharaonis hactenus clientem suo subjecit imperio 2. Reg. 24. 1. posteriori Joachimi post triennium in fide & obsequio transactum defectionem ultus est, 2. Reg. 24. 2. 2. Chron. 36. 6. Daniel autem cap. I. v. 1. non loquitur de priori illa expeditione Nebucadnezaris, sed de posteriori neque numerat annos Jojachimi ab eo tempore, quo Regem eum fecit Pharao Necho, sed ab eo tempore quo Regem cum

eum fecit Nebucadnezar. Cum enim Nebuc. regnare cœperit anno Jojachimi 4, Jer. 25. 1. & primum Nebucadnezaris adversus Pharaonem tum Judææ Dominum prælium factum sit ad Euphratem anno 4 Jojachimi, Jerem. 46. 2. & adventus Nebucadnezaris in Judæam prædici primum cœperit anno 4 Jojachimi, idemque etiam anno 5. Jojachimi tanquam futurus denunciaretur, Jerem. 25. 1. 9. & 36. v. 9. 29. evidentissimum est, Nebucadnezarem non subjecisse sibi Judæam & expugnasse Hierosolymam anno 3 aut 4 ex quo Jojachimus Regnum à Pharaone acceperat. Quod Usserius aliique dicunt, annum Nebucadnezaris 1, quo subactum credunt ab eo Jojachimum, incidisse partim in 3 partim in 4. annum Jojachimi, id, quamvis verum esset, nihil ad rem facit: manet nihilo minus certum quod diximus. Igitur fatendum est, Danielem Cap. 1. v. 1. loqui de posteriori Nebucadnezaris in Jojachimum expeditione, qua Jojachimi defectionem gravissime ultus est Babylonius, dum Hierosolymam vi expugnavit, Templum expilavit, adolescentes nobilissimos (quos inter fuit Daniel) deportavit, Daniel I. v. 1. 3. II. Chronic. 36. v. 7. Regem ipsum Jojachimum catenis vinctum abduxit, & cum brevi in vinculis exspiraverat, insepultum abjecit, II. Chron. XXVI. 6. Jerem. 23. v. 18. 19. In priori autem expeditione ita sæviisse in Judæos Nebucadnezarem, neque ex verbis scriptoris sacri illam describentis II. Reg. XXIV. 1. (ea enim deditionem potius quam violentam expugnationem loqui videntur) colligi potest, neque res ipsa credi postulat, quia Nebucadnezar tum nulla lacessitus injuria Judæis bellum ultro intulit, ideoque causam in victos sæviendi non habuit. Ex demonstratis ita colligo: annus, quo regnare desiit Jojachimus, fuit undecimus ex quo à Pharaone Regnum acceperat II. Reg. XXIII. 36. II. Chron. XXXVI. 5. At Daniel cap. 1. 1. scribit Jojachimum regnare desiisse anno regni sui 3. Ergo Daniel annos regnantis Jojachimi aliunde numerat, nempe ab eo tempore quo à Nebucadnezare regnum accepit, loquiturque de illo triennio, quo Jojachimus sub imperio Nebucadnezaris obsequenter regnavit, interprete Scriptore S. 2. Reg. 24. 1. Inde porro fluit hæc collectio: annus 11, ex quo Jojachimus regnum accepit à Pharaone, fuit annus 3 ex quo Regnum accepit à Nebucadnezare. Ergo à Nebuc. subactus non fuit Jojachimus ante annum 8 ex quo à Pharaone regnum acceperat. Atque hoc est quod docet Josephus & ex illo Marshamus. Quod dicunt nonnulli, Jojachimum post factam à Nebucadnezare defectionem liberum regnasse triennio, & de hoc loqui Danielem, id de nihilo est. nam Nebucadnezarem Regem ut potentissimum ita superbissimum rebellionem Jojachimi impunitam tolerasse triennio, quis credet? Sed demus tolerasse, demus Jojachimum post defectionem liberum regnasse triennio, at Danielem ab ista defectione novum annorum regnantis Jojachimi initium duxisse, nequaquam probabile est. Tandem ex prædictis prodit hæc conclusio: Judæorum & circumjacentium populorum sub imperium Babylonicum subjectionem & Jeremias prædicere & Nebucadnezar efficere cœpit annis 70 ante Monarchiæ Babylonicæ interitum, sive anno 4 Jojachimi Regis & 1. Nebucadnezaris: ipsa tamen Judæa non venit in potestatem Babylonii ante annum 8 Jojachimi qui 5 Nebucadnezaris fuit. Sed jam eo revertamur unde digressi sumus.

(b.) Jer. 29. 10. promittit Deus se ab exilio Babylonico reducturum Judæos, non post annos 70 à deportatione Jechoniæ Regis elapsos, sed לפי מלאת לבבל שבעים שנה, id est, quando imperium Babylonicum compleverat annos illos 70, quos ei à Deo definitos dixerat Jeremias XXV. 11.

(c.) 2. Chronic. 36. v. 21. non dicitur vel exsilium Judæorum vel vastitatem Judææ duravisse annos 70, sed ait terram jacuisse desertam donec complerentur 70 illi anni quos prædixerat Jeremias. Ergo loquitur de 70 illis annis imperii Babylonici ab anno 1 Nebucadnezaris ad exordium dominationis Persarum in Babylonia numerandis, quod ipse Scriptor S. II. Chron. XXXVI. 20. indicat.

(d.) Sic etiam Daniel. 9. 2. non ait Propheta vel exsulasse Judæos cum Jechonia deportatos vel vastatam jacuisse Hierosolymam per annos 70, sed ait prædixisse Jeremiam, vastitatem Hierosolymæ finem habituram esse quando completi erant anni 70: atqui annorum istorum 70 initium Jeremias nec ab excidio urbis nec à deportatione Jechoniæ ducit, sed ab anno 1 Nebucadnezaris & cœpta gentium sub imperium Babylonicum subjectione, sicut ante demonstratum est. In summa: ex Jerem. XXV. v. 11. 12. discimus: imperium Babylonicum ab anno 1 Nebucadnezaris sive 4 Jojachimi floruisse per annos 70 & interim tam Judæos quam circumjacentes populos sub illud imperium redactos & detentos fuisse. Cætera, quæ citavimus, loca de iisdem 70 annis loquuntur & docent, Judæorum servitutem & exsilium & Judææ ad Hierosolymæ vastitatem à Babyloniis illatam tum demum finem habuisse, cum Babylonicum imperium annos istos 70 à Jeremia prædictos compleverat, atque à Medis & Persis eversum erat: Sed annis 70 durasse vel exsilium Judæorum post deportationem Jechoniæ vel vastitatem Judææ post excidium Hierosolymæ nequaquam docent.

V. Antiqu. l. XX. c. 8. Josephus annos 414 numerat à reditu Judæorum ex Babylonia regnante Cyro ad mortem Menelai Pontificis jussu Antiochi Eupatoris occisi. Perperam. nam ante ostendimus annum Græcorum 145, quo Templum Hierosol. posterius profanavit Epiphanes, fuisse annum 422 post Templi prioris excidium. Annus autem 1. Antiochi Eupatoris, quo Menelaum interemit, fuit annus Græcorum 150, I. Maccab. 6. v. 16. 20. Antiqu. l. XII. c. 14. 15. Ergo annus 1. regnantis Eupatoris & ultimus Pontificis Menelai fuit annus 427 post templi prioris excidium. Porro inter excidium Templi prioris & annum 1. Cyri in Babylonia regnantis anni intercesserunt 53, quod alibi ostendimus. Istos 53 subtrahe de annis 427, vides ab anno 1. Cyri, quo Judæos dimisit, ad annum 1 Antiochi Eupatoris, quo periit Menelaus, annos solum 374 transiisse, non 414.

De Intervallo II.

VI. Profanavit Antiochus Templum anno ante Epocham Christianam 168, ut prædiximus. Herodes à Romanis Rex Judæis constitutus expugnavit Hierosolymam anno 37 ante Epocham Christianam, anno 4 Olympiadis 185, ut Calvisius, Petavius, alii docent. Ergo intercesserunt anni 130. & hi Assamonæorum Principatui adscribi debent: nam is exordium tum habuit cum Mattathias Assamonæus Religionem & libertatem gentis suæ publicam adversus Antiochum Epiphanem in Judæos & Judæorum sacra sævientem armis defendendam susceperat, finem vero tum cum Antigonus Aristobuli Filius, expugnata ab Herode Hierosolyma, capiebatur & paulo post Antonii jussu interibat. Utrumque diserte docet Josephus: prius Antiqu. l. XII. 8. & de bell. Jud. l. I. c. 1. posterius Antiqu. l. XIV. c. 28. ubi tamen Josephus Assamonæorum Principatui annos non 130 ut oportet sed tantum 126 adscribit.

VII. Principatus Assamonæorum anni 130 recte inter Principes distribuuntur hac ratione:

Mattathias	1	Alex. Jannæus	26
Judas Maccabæus	6	Alexandra	9
Jonathan	17	Ariſtobulus	6
Simon	8	Hyrcanus	22
Hyrcanus	31	Antigonus	3
Ariſtobulus	1		
		Summa	130

Jam hanc annorum iſtorum diſtributionem in ſingulis probabimus.

1. Principatui Mattathiæ annum tribuit etiam Joſephus Antiqu. XII. 8. Is fuit annus Græcorum 146 & primus poſt profanationem Templi ab Antiocho factam, teſte Joſepho Antiqu. l. XII. 9. & I. Maccab. II. v. 70.

2. Judas Maccabæus mortuo parenti in Principatum ſucceſſit anno Græcorum 146. Anno Græcorum 152 occubuit in prælio I. Maccab. 9. v. 3. 18. Ergo Principatui Judæ 6 annos adſcribi oportet. Annos Principatus Judæ Joſephus nuſquam numerat, ſed Antiq. l. XII. c. 19 ſcribit ipſum obiiſſe anno Pontificatus ſui 3. Sed hic ſibi parum conſtat Joſephus. Nam Antiqu. l. XII. c. 17. ſcribit Judam Maccabæum poſt mortem Alcimi Pontificatum à populo accepiſſe: ſed Antiq. l. XX. c. 8. docet, Hieroſolymam, mortuo Alcimo caruiſſe ſacerdote Maximo, donec Jonathan Frater Judæ Pontifex factus eſt. Atque hoc verius videtur quam illud: nam & auctor libri 1. Maccabæorum, qui iſtorum temporum res geſtas ſatis accurate deſcribit, nuſquam memorat Pontificatum à Juda geſtum, ſed ſcribit Alcimum exſpiraſſe anno poſt mortem Judæ, I. Maccab. IX. v. 3. 18. 54. 56. Jonathanem autem Fratrem Judæ Pontificatum ab Alexandro Ant. Epiphanis Filio ſibi delatum aſſumpſiſſe anno Græcorum 160 refert, I. Maccab. X. v. 21. conſentiente Joſepho Antiqu. l. XIII. c. 3. 5. Cæterum quoniam Judas obiit anno Græcorum 152, & Jonathan Pontificatum iniit anno Græcorum 160, verum non eſt quod Antiqu. l. XIII. c. 5. legimus, Jonathanem iniiſſe Pontificatum annis 4 poſt mortem Judæ.

3. Judæ Jonathan, Jonathani Frater Simon ſucceſſit in Principatum. Annus ultimus Judæ fuit annus Græcorum 152 I. Maccab. IX. v. 8. 18. Annus 1. Simonis fuit annus Græcorum 170, I. Maccab. XIII. v. 41. 42. & cap. 14. v. 26. Ergo Principatui Jonathanis annos 17. adſcribere oportet. Nuſquam video annos Principatus Jonathanis à Joſepho numeratos. Pontificatum geſſiſſe ipſum Annis 7. ſcribit Antiqu. l. XX. 8. Sed cum Jonathan aſſumpſerit Pontificatum anno Græcorum 160, ut prædiximus, & mortuus ſit anno Græcorum 169, evidens eſt ipſum fuiſſe Pontificem per annos 9 integros.

4. Simonis annus 1. fuit annus Græcorum 170, I. Maccab. XIII. 41. 42. ultimus fuit 177, I. Maccab. XVI. 14. Ergo Principatui Simonis recte adſcribit Joſephus annos 8. Antiqu. l. 13. c. 14.

5. Annus ultimus Simonis fuit annus Græcorum 177. & incidit in annum 136. ante Epocham Chriſtianam & 1. Olympiad. 161. Annus ultimus Ariſtobuli filii Alexandri Jannæi, quo Pompejus Hieroſolymam expugnavit, fuit annus 63 ante Epocham Chriſtianam, 2. Olympiadis 179. ut Calviſius, Petavius aliique docent. Ergo ab anno ultimo Simonis excluſo ad annum ultimum Ariſtobuli incluſum fuerunt anni 73. Ex his Joſephus Johanni Hyrcano annos adſcribit 31. Antiqu. l. XIII. c. 18. & l. XX. c. 8. (pro quibus perperam ſcribuntur 33, l. 1. de bell. Jud. c. 3.) Ariſtobulo Hyrcani Filio 1. Antiqu. l. 13. c. 19. & l. 20. c. 8. & de bello Jud. l. I. c. 3. Alexandro Jannæo 27. Antiqu. 13. c. 23. & l. 20. c. 8. & de bello Jud. l. 1. 4. Alexandræ Reginæ 9 Antiqu. l. 13. c. 24. & l. 20. c. 8. de bello Jud. l. 1. c. 4. In Summa 68. Jam de annis iſtis, quos prædiximus, 73 ſuperſunt tantum 5 à morte Alexandræ ad expugnatam à Pompejo Hieroſolymam numerandi. Verum cum Alexandra exſpiraverit anno, ut ſcribit Joſephus, 3, vel rectius, ſecundum Calviſium & Petavium, 4. Olympiadis 177, Pompejus autem expugnaverit Hieroſolymam & Regnum ademerit Ariſtobulo anno 2 Olympiad. 179, evidens eſt, annum ultimum Ariſtobuli fuiſſe annum 6 poſt mortem Alexandræ. Ergo annis iſtis 68 nuper ex Joſepho collectis unum detrahi oportet (id quod à nobis fit, dum Alexandro Jannæo annos tantum 26 integros adſcribimus) ne ab anno 1. Hyrcani ad annum ultimum Ariſtobuli incluſive pro annis 73. (quot oportet numerari) numerentur 74. Porro cum Joſephus Antiqu. l. 14. c. 1. & l. 20. c. 8. & de bello Jud. l. 1. c. 4 expreſſe doceat, Ariſtobulum ſtatim poſt mortem Alexandræ Fratri Hyrcano tam Regnum quam Pontificatum extorſiſſe, evidens eſt, Ariſtobulo adſcribendos eſſe 6 illos annos qui à morte Alexandræ ad captam à Pompejo urbem tranſierunt. Igitur non video, qua ratione Joſephus Antiqu. l. 20. c. 8. Ariſtobulo tres ſolum annos adſcribat, nec quo Jure Petavius 6. iſtos annos æqualiter inter Hyrcanum & Ariſtobulum partiatur.

6. Antiqu. l. XX. c. 8. ſcribit Joſephus Hyrcanum Fratrem Ariſtobuli redditum à Pompejo Pontificatum geſſiſſe per annos 24. ſed ſolum 23 ei adſcribi poſſunt, etiamſi annumeraveris & annum, quo accepit à Pompejo Pontificatum & annum quo eum amiſit iterum eripiente Antigono. Nam Pompejus expugnavit Hieroſolymam anno 63 ante Epocham Chriſtianam, ut prædiximus, Antigonus autem armis Parthorum Regnum occupavit anno ante Epocham Chriſtianam 41, quod docet Calviſius & ex ipſo etiam Joſepho colligi poteſt. Cæterum quia nos annis 6 Ariſtobuli annumeravimus illum annum, quo Urbs à Pompejo capta eſt, ergo Hyrcano ſolum annos 22. tribuimus.

7. Antigonus Ariſtobuli Filius inductus eſt in Regnum à Parthis ſub finem anni 41. ante Epocham Chriſtianam. regno exutus eſt anno 37 ante Epocham Chriſt. quo Herodes expugnavit Hieroſolymam. Ergo Antigono recte cum Joſepho Antiqu. l. XX. c. 8. annos 3 integros adſcribimus.

De Intervallo III.

VIII. Antiqu. l. 14. c. 26. ſcribit Joſephus Herodem Romæ à Senatu Regnum accepiſſe Olympiade 184, Conſulibus Romæ C. Domitio Calvino iterum & C. Aſinio Pollione. Is fuit annus Julianus 6, ante Epocham Chriſt. 40, quo deſiit annus 4 Olympiadis 184 & cæpit 1 Olympiadis 185. Antiq. l. 14. c. 28. docet Joſephus, Herodem à Romanis adjutum expugnaſſe Hieroſolymam & Antigonum ultimum Judæorum ex Aſſamonæis Regem in poteſtatem ſuam redegiſſe, Olympiade 185, Conſulibus Romæ M. Agrippa & Canidio Gallo. Is fuit annus Julianus 9, ante Epocham Chriſtian. 37, 4 Olympiad. 185. ſicut Calviſius, Petavius, Ricciolius docent. De tempore mortis Herodis conſtans Joſephi aſſertio eſt, regnare illum ac vivere deſiiſſe annis 37 poſt acceptum Romæ Regnum, annis autem 34 poſt captum Antigonum. Antiqu. l. 17. c. 10. & de bello Jud. l. 1. c. 21. Cæterum quia ex Hiſtoria Euangelica conſtat, Herodem poſt natum Chriſtum exſpiraſſe, de ipſo autem natali anno Chriſti diverſæ ſunt diverſorum ſententiæ, ex eo fit ut de iſta aſſertione Joſephi varient Chronologorum Judicia.

Acquieſcunt in calculo Joſephi Petavius, Uſſerius, Voſſius, nec aliam, credo, ob cauſam illi in anno 5 vel 4 ante Epocham Chriſtianam nata-

lem Christi posuerunt, quam quod ex locis citatis Josephi crediderunt, mortuum esse Herodem anno 3 vel 4 ante Epocham Christianam, & ex Historia Euangelica collegerunt, Christum natum esse eo anno qui mortem Herodis præcessit. At Simsonius, qui statuit Christum natum esse anno Periodi Julianæ 4712, sive anno 2 ante Epocham Christianam, censet exspirasse Herodem anno 1 ante Epocham Christianam, ideoque corrigendam esse Josephi de annis regnantis Herodis assertionem, & pro annis istis 37 numerari oportere 39, pro 34 autem 36. Ricciolius censet exstinctum esse Herodem anno 1 Epochæ Christianæ, ideoque regnasse Herodem annos 40 post acceptum Romæ regnum, post captum autem Antigonum 37. Mihi satis facit Calvisii Judicium, qui cum Simsonio censet, Herodem vivere desiisse anno Periodi Julianæ 4713 sive 1 ante Epocham Christianam, ideoque regnasse Herodem post acceptum Romæ Regnum annos 39, post captum Antigonum 36. Etenim ipse Josephus Antiqu. l. XVII. c. 8. & 11. testatur, paulo ante mortem Herodis accidisse lunæ eclipsin & exspirasse Herodem paulo ante Pascha. Jam demonstrat Calvisius incidisse istam eclipsin Lunæ in mensem Januarium anni 1 ante Epocham Christianam. Ergo exspiravit Herodes paulo ante Pascha ejusdem anni. Est autem annus 1 ante Epocham Christianam 40 post datum Herodi à Romanis Regnum, 37 autem post captum Antigonum & finitum Assamonæorum Principatum. Herodes igitur dicendus est, regnasse, post acceptum Romæ Regnum annos integros 39, post captum Antigonum 36, & Josephus annos 2 omisisse censendus. Porro, Christum vel sub finem anni 3 vel ipso anno 2 ante Epocham Christianam natum esse ostendimus alibi: Inde jam concludimus, inter diem natalem Christi & diem emortualem Herodis ad minimum annum, ad summum sesquiannum intercessisse.

Chronologiæ Josephi examine ad finem perducto pergimus jam ad ipsius Historiam pro instituti nostri ratione examinandam.

EXAMEN HISTORIÆ FLAV. JOSEPHI.

Cap. I.

Summarium. Notantur errata quædam Josephi de hominum primorum Conditione, & lapsu, de Sacrificiis Caini & Abelis, nec non de filiis Dei Genes. VI. 2. 4.

I. Antiq. l. I. c. 2. censet, merum naturalem serpentem fuisse, qui hominibus suam invidens felicitatem eos ad violandum Creatoris interdictum induxit. Inde porro scribit Deum serpenti propter homines seductos loquelam ademisse.

II. Ibidem scribit, Adamum & Evam post lapsum, cum se ficulneis foliis texerant, visos sibi fuisse feliciores, ut qui invenissent quo prius carebant. At Moses Genes. III. 7—10. docet, pudorem & metum & fugam à Deo, ideoque non adauctæ felicitatis opinionem sed amissæ sensum lapsum comitatum fuisse.

III. Beatitatem hominum ante lapsum totam in jucunda & diuturna in his terris vita positam fuisse arbitratur. Homines in imaginem Dei ideoque ad æternam sanctitatis beatitatisque Divinæ communionem creatos fuisse, quod Moses docet, Josephus reticet. Scilicet quod non intellexit, omisit.

IV. Primum primorum hominum peccatum non alias pœnas quam hujus Vitæ labores & molestias peccantibus attulisse credit.

V. Antiqu. l. I. c. 3. scribit, sacrificium Abelis Deo placuisse magis quam Caini hanc ob causam, quod ille obtulit ea quæ sponte naturæ provenerant, hic autem ista quæ avarum hominis ingenium vi quadam à natura extorserat. Sed aliam rei illius causam docet Moses Genes. IV. 7. Johannes I. Epist. III. v. 12. Paulus ad Hebræos cap. XI. v. 4.

VI. Antiqu. l. I. c. 4. refert Josephus, multos ex Angelis Dei mulieribus concubitu commixtos prolem procreasse impiam & sævam. Verum homines pios à Mose Genes. VI. v. 2. 4. appellari בני־האלהים tam certum est quam eosdem à scriptoribus sacris N. T. τέκνα τοῦ Θεοῦ sæpissime nominari.

Cap. II.

Notantur ex Josepho quædam de Nimrodo, de Thara, de Abrahamo, Mosi non memorata, nec non de Canaane aliquid minus verum.

I. Antiqu. l. I. c. 5. scribit, Nimrodum hominibus suæ ætatis auctorem impietatis ac contemptus Numinis fuisse, ejusque ductu & auspiciis structuram Turris Babylonicæ cœptam esse, quum Deo semel iterumque jubenti, ut colonias deducerent, obtemperare noluissent.

II. L. I. c. 7. refert, Tharam ex Urbe Chaldæorum Ura migrasse Charras, quia ob funus Filii sui Haranis Chaldæam esset exosus.

III. L. I. c. 8. narrat, Abrahamum in Chaldæa meliorem, quam habebant cæteri, de Deo sententiam ex observata terrarum marisque gubernatione motuque astrorum collegisse: eam vero cum publice docuisset, migrare coactum fuisse, insurgentibus in ipsum Chaldæis cæterisque Mesopotamiæ incolis.

Hæc Josephus, cum Mosi nusquam memorentur, vel ex aliis scriptoribus, vel ex traditione, vel denique ex suo ipsius ingenio hauserit necesse est.

IV. Libr. I. c. 7. scribit, cladem illam ingentem, quam Cananæis Ebræi ductu Mosis & Josuæ intulerunt, hanc habuisse causam, quod Noachus Canaanem exsecratus fuerat, Genes. X. 25. At Deus iqse Genes. XV. 16. Deuter. IX. 5. & alias sæpe docet, causam istius calamitatis fuisse multiplicem ipsorum Cananæorum malitiam. Noachus autem Canaanem exsecrando cladem istam Cananæis non propter Chami flagitium imprecatus est, sed propter prævisam ipsorum impietatem prædixit.

Cap. III.

Notantur in Josepho non nulla quæ habet de causa profectionis Abrahami in Ægyptum, deque mora & doctrina ejus ibid. Porro de Agara Ancilla Saræ, de Sichemitis à Simeone & Levi occisis, de nomine Fi-

Filii posterioris Rachelis, de officio Potipharis & ejus uxore.

I. ANtiqu. l. I. c. 9. Scribit Josephus, Abrahamum, urgente Palæstinam fame, abiisse in Ægyptum, non solius annonæ causa, sed & ut sacerdotum Ægyptiacorum de Diis doctrinas cognosceret, paratus rectiora vel discere, si isti plus saperent, vel docere. Verum hæc nec Moses docet nec pro veris haberi debent: non enim Abrahamo exigua adeo tum fuit & dubia veri Dei cognitio, ut majorem se certioremque ab Ægyptiis discere posse speraverit, neque ignorabat, unice veram esse illam, quam de Deo jam tum tenebat, Divinitus edoctus, sententiam.

II. Ibidem refert, Pharaonem, cognito, quod Sara uxor erat Abrahami, & opes ei multas dedisse & veniam in Ægypto commorandi. Hinc Abrahamum Philosophis Ægyptiorum familiariter convixisse, & Arithmeticam ac Astronomiam docuisse. At Moses Gen. XII. 19. 20. & XIII. 1. 3. testatur, Abrahamum statim post restitutionem uxoris, jubente Pharaone, exiisse Ægypto & in Palæstinam rediisse.

III. L. I. c. 11. ait Josephus, Saram jussu Dei Abrahamo adjunxisse ancillam Agaram. At id Moses nusquam docet: Apostolus Galat. IV. 28. haud obscure contrarium.

IV. L. I. c. 19. Josephus non memorat susceptam à Sichemitis circumcisionem, de qua Moses Genes. XXXIV. sed scribit solummodo Simeonem & Levin, cum die quodam festo Sichemitæ luxuriati fuerant, noctu urbem ingressos, civibus interfectis, sororem Dinam reduxisse.

V. Ibidem scribit Josephus, Jacobum posteriorem ex Rachele filium appellasse Benjamin propter dolores quos Mater inter pariendum sustinuit. At Moses Genes. XXXV. 18. docet, Rachelem in puerperio morientem nominasse filium Benoni, Patrem vero mutato nomine Benjamin vocasse: atque non hoc sed illud nomen dolores maternos significare certum est. Ne ob istud Josephus Linguæ Hebrææ parum peritus crederetur, Vossius in librarios culpam transtulit, contenditque ipsum Josephum hæc scripsisse: τὸ ἐξ αὐτῆς παιδίον Βενιαμὶν ἐκάλεσε πρώτερον καλούμενον Βενόνι διὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ γενομένην ὀδύνην τῇ μητρί. Verum debuisse sic scribere Josephum, nullus dubito, an vero scripserit, dubito, cum hæc verba à Vossio addita, πρώτερον καλούμενον Βενόνι, in nullo Codice inveniantur.

VI. Antiqu. l. II. c. 3. scribit, Potipharem illum, qui Josephum in Ægypto emit, fuisse ἐπὶ τοῦ βασιλέως μαγείρων, coquorum Regis præfectum. Hic Josephus male interpretatur verba Mosis. שר הטבחים, quæ ut alibi ita hic quoque notant Præfectum Satellitum, non coquorum. Id discas vel ex hoc solo, quod iste Potiphar Mosi dicatur summus custodiarum præfectus Gen. XL. 3. id quod coquorum præfecto non convenit. Aliquando tamen vocabulo טבח coquum significari ex 1. Sam. IX. 23. 24. liquet: atque inde error Josephi provenisse videtur.

VII. Ibidem scribit Josephus, uxorem Potipharis die quodam festo morbum simulasse, ut solum Josephum sola nancisceretur. Id autem à Mose non refertur.

CAP. IV.

I. Notantur non pauca de Mose Josepho memorata, quæ nec à Mose tradita sunt, nec iis, quæ Moses de se scribit, consentanea.

I. ANtiqu. l. II. c. 5. scribit Josephus Pharaonem jussisse, ut infantes Ebræorum mares in flumen projicerentur, eo quod quidam ex sacerdotibus Ægyptiacis prædixerat, nasciturum ex Ebræis virum, qui & Ægyptiis magnam cladem & Ebræis ingentem felicitatem allaturus esset. Postea Amramo, cum is uxore jam gravida Deo pro gente sua supplicasset, Deum in somno indicasse, uxorem ipsius parituram esse virum illum Ebræum, à quo sibi metuebant Ægyptii. Deinde uxori Amrami tam facile fuisse puerperium, ut custodes fefellerit.

II. Ibidem scribit, Mosen infantem à filia Pharaonis servatum alienigenarum ubera aversatum fuisse, Matris autem suæ adductæ mammam avide excepisse. Postea, cum aliquando Pharao tradito sibi filiæ alumno Diadema blandiens imposuerat, Mosen istud projectum pedibus calcasse, non sine vitæ periculo: isto enim omine excitatum vatem, quem prædiximus Ægyptium institisse apud Regem, ut interficiendo Mosen & Ægyptiis metum calamitatis & Ebræis spem libertatis adimeret.

III. Ibidem porro Josephus refert, Æthiopum incursionibus pressos Ægyptios, monente Oraculo, Mosen sibi constituisse Ducem. Tum Mosen loca propter serpentum frequentiam in via, aviculis quibusdam in serpentes immissis, tuto transgressum, victricibus armis eo compulisse Æthiopas, ut Saba metropolis obsideretur. Hic autem filiam Regis Æthiopum amore Mosis exarsisse, ipsique deinde post expugnationem Urbis nupsisse.

Ista omnia de Mose Josephus: quæ Judaicam fabulandi libidinem haud parum sapiunt. At ipsius Mosis quam simplex est & seria ideoque vera de se narratio. Scilicet in Ægypto se vixisse refert donec ob cæsum Ægyptium Pharaonem fugere cogeretur; exsulasse deinde inter Midianitas & hic uxorem duxisse: in Ægyptum vero non rediisse antequam à Deo mittebatur Ebræos ex Ægypto educturus.

CAP. V.

Notamus I. tepidum Josephi de Miraculis quibusdam Divinis Judicium. II. Nugas de aquis amaris & de Manna. III. Silentium de Ebræorum idololatria in deserto. IV. In recensu præceptorum Decalogi errorem & superstitionem.

I. ANtiq. l. II. c. 7. ubi transitum Ebræorum per mare rubrum commemoravit, ita concludit Josephus: hæc ego, sicut in Literis sacris perscripta inveniuntur, retuli. Nec incredibile cuiquam videatur, hominibus istis priscis & probis viam salutis per mare, sive Numinis jussu sive sponte Naturæ, patefactam fuisse: nam & Alexandri Magni copiis mare Pamphylium cessit transitumque præbuit. Sed de his quilibet, prout ipsi visum fuerit, sentiat. Hæc Josephus. Videmus hic tepidum profani hominis de Divino Miraculo Judicium. Divino extra ordinem imperio, an sponte naturæ factum sit, dubitat, nec veritatem Miraculi tuetur & credi postulat, sed in medio relinquit & cujusvis arbitrio permittit. Satis apparet, voluisse ipsum hæc dicere: relata refero; fides sit penes auctorem: ego cum nemine super istius rei veritate contenderim. Nec aliter loquitur Antiqu. l. III. c. 4. de illustrissima Numinis in monte Sinai apparitione & habitis ibidem cum Mose colloquiis. De his, inquit, pro suo arbitrio judicet lectorum quilibet: ego vero ea referre debui, qualia in Libris sacris perscripta exstant. Ita Josephus. At scriptores sacri quam magnifice, quam devote & indubitanter illustrissima illa Miracula venerabundi prædicant celebrantque! Vide Exod. XV. 1. &c. Deut. IV. 32. & XXXIII. 2. Josu. XXIV. 6. Judic. V. 4. Ps. CXIV. 3. Nec rarum Josepho istud vitium est, quod Divina ex Literis Sacris Miracula ita referat, ut, dum refert, dubia Lectoribus & suspecta reddat, rerumque Divinarum veritatem,

quam tueri debebat, prodat. Exempla istius perfidiæ præbet etiam Antiqu. l. X. c. 11. ubi de metamorphosi Nebucadnezaris & de sodalibus Daniëlis ex ardentissima fornace servatis loquitur: nec non ejusdem Libri cap. 12. quando suam de vaticiniis Daniëlis & inde probanda contra Atheos & Epicuræos Divina providentia dissertationem concludit.

Eo autem magis detestanda est ista impietas, quod cum vera & Divina Miracula tanquam fabulas referat, ipse vana sæpe & ridicula narret & pro veris venditet, & dum ita historiis veris & seriis, quas ex Literis Sacris refert, ridiculas quasdam nugas & aniles fabulas permiscet, faciat ut & ipsa veritas propter interspersa mendacia minus habeat fidei: cujus perversitatis exempla mox habebimus.

II. Quæ Moses Exod. XV. 23. 25. scribit, ea Josephus Antiq. l. III. c. 1. ita refert: Moses ad preces versus orat Deum, ut amaram aquam Ebræis reddat potabilem. Precibus annuente Deo, Moses particulam ligni ad pedes forte jacentis accipit, istamque per longitudinem scissam mittit in aquam, simulque persuadet Ebræis, Deum pollicitum, aquam, qualem cuperent, futuram, si jussa gnaviter peragerent. Rogatus quid factu opus sit ut aqua mutetur, robustissimum quemque exhaurire stagnum jubet affirmatque, parte majori exhausta, reliquum aquæ fore potabile. Id autem cum fecerant, agitatione continua purior facta est aqua & potabilis. Hæc Josephus: quæ quantum ab Historia Mosaica discrepent, ex collatione nemo non videt.

Ibidem de Manna hæc Josephus habet: Mose inter preces manus attollente, ros de cœlo delapsus est, manibusque Mosis adhærens concrevit. Moses suspicatus in alimoniam dari illum rorem gustat, & re comperta lætus populum, qui ningere putabat, qualitatem roris usumque edocet. Hic etiam Josephus à veritate Historiæ Mosaicæ totus abit, & Majestatem Miraculi (de quo vide Exod. XVI. 13. &c.) frivola narratione imminuit.

III. Antiqu. l. III. c. 4. Idololatriam ab Ebræis vitulum aureum in deserto adorantibus commissam silentio tegit Josephus. At Moses istam prolixe accurateque describit, Exod. XXXII.

IV. Ibidem Josephus in recensu X. præceptorum appendicem primi præcepti de simulacris Idololatricis facit secundum præceptum, & quod nobis est secundum, ipse facit tertium, & sic deinceps, donec tandem nonum & decimum contrahat in unum. Ibidem ait ait nefas esse Judæis, Decalogum Legis Divinæ iisdem, quibus à Mose perscriptus exstat, verbis referre: proinde se sensum ejus non ipsa verba expressisse. Hoc Judaicam superstitionem sapit.

Cap. VI.

Notamus in Josepho I. *De Tabernaculo sacro & rebus eo pertinentibus profanum Judicium. II. Ambitiosam* φιλαυτίαν *Mosi adscriptam.* III. *Vocabulorum quorundam Ebraicorum ineptam interpretationem.* IV. *Mendacium in Idolorum honorem & Romanorum gratiam.* V. *Aliquid Sauli, aliquid Davidi perperam adscriptum.*

I. De structura Tabernaculi sacri & rebus eo pertinentibus Josephus Antiqu. l. III. c. 8. ita pronunciat: si quis singula attente & sine partium studio consideraverit, universitatem rerum in istis imitatione & similitudine quadam expressam inveniet. Pars prima & secunda Tabernaculi omnibus sacerdotibus perviæ terram & mare significant, quæ omnibus hominibus patent. At pars tertia Deo soli assignata cælum notavit hominibus inaccessum. Mensa panes XII sibi impositos habens annum notabat in menses XII descriptum. Vela quadruplicis coloris elementorum quatuor naturam adumbrarunt. Candelabrum septem habuit lucernas pro numero planetarum referendo. Hæc & similia leguntur loco citato plura, quæ argumento sunt, Josephum non intellexisse sensus ususque quos ex Divino instituto habuerunt sacra Ebræis olim per Mosen demandata. Veriora de illis ac sublimiora docentem habemus Apostolum in sua ad Hebræos Epistola.

II. Antiqu. l. III. c. 9. Mosen facit ita loquentem: quod si meimetipsius arbitrio permissa res fuisset, me ipsum Pontificatu maximo dignum judicassem; tum quod omnes naturâ sint (φίλαυτοι) amantes sui, tum propter labores ob vestram salutem susceptos: at nunc ipse Deus Aaroni illum adjudicavit honorem. Hic Josephus Mosi ambitiosam φιλαυτίαν adscribit, à qua Vir ille Divinus fuit alienissimus. Vide Numer. XII. 3. & XI. 29.

III. Antiqu. l. III. c. 10. scribit Josephus, vocabulum Hebræum יובל significare ἐλευθερίαν. Libr. V. c. 1. גלגל notare ἐλευθέριον. Libr. VI. c. 2. אבן העזר significare ἰσχυρόν. Verum neque istud libertatem, neque illud locum libertatis, neque hoc fortitudinem sive robur significare nemo non novit Linguæ Hebrææ gnarus, cujus exactam cognitionem Josepho defuisse ista argumento sunt. Vide Josu. VI. 5. & v. 9. 1. Sam. VII. v. 12.

IV. Antiqu. l. IV. c. 8. Legibus Divinis per Mosen latis hæc annumerat edicta: Diis alienis non esse maledicendum, nec fana exterorum violanda, nec consecrata Diis donaria inde auferenda. Similia docet Libr. II. contra Apionem, affirmans, Legislatorem Ebræorum Mosen expresso interdicto irrisionem & maledicta à Diis aliarum gentium prohibuisse. Hic Josephus in gratiam aliarum gentium maxime Romanorum, quos inter rerum Dominos vixit scripsitque, turpiter mentitur Deo & Mosi legem affingens, quam tulit nunquam, immo cui contrariam tulit. Exod. XXIII. v. 24. Deut. XII. v. 2, 3. Videtur autem Josephus respexisse ad hæc Dei verba: אלהים לא תקלל. Exod. XXII. v. 27. Sed sic falsum egit interpretem, cum voce אלהים non ficta gentium Numina (quæ simul cum suis cultoribus exsecratur Lex Divina) sed Magistratus ac Judices, usitata Hebræis phrasi, appellentur.

V. Antiqu. l. VI. c. 11. ait, Regem Saulem poposcisse & Davidem dedisse 600 Philistinorum capita. At scriptor sacer 1. Sam. XVIII. 25. præputia memorat, non capita.

Libr. VII. c. 11. inducit Davidem sic loquentem: Majores nostri neglexerunt mandatum Dei qui præceperat, ut, quam primum terram Cananæorum occupassent, Deo templum exstruerent. At falsum istud esse, ex 2. Sam. VII. 7. discimus.

Cap. VII.

Notamus in Josepho I. *De nomine Pharaonis apud Ægyptios assertionem parum firmam.* II. *Impiam de miraculo Jonæ dubitationem.* III. *Fabulosa quædam de Rege Usia.* IV. *In historia Danielis referenda erratum Chronologicum.*

I. Antiqu. l. VIII. c. 2. scribit, se in gentis suæ commentariis invenisse, quod post Regem illum Ægypti, qui Salomoni socer fuit, nemo ex Regibus Ægyptiorum Pharao appellatus sit. At scriptores sacri etiam posteriores Ægypti Reges vocant Pharaones. Jerem. 44. v. 30. & 46. v. 17. 25. Ezech. 29. 2. Notandum hîc porro, quod Josephus fatetur, se in Antiquitatibus Hebraicis conscribendis non solos scriptores Sacros sed & alios gentis suæ commentarios consuluisse. Ibidem docet Josephus, Reginam, quæ Salomonem invisit, Æthiopiæ ac Ægypto imperasse. At scriptoribus sacris non nisi Regina Sabæ dicitur. 1. Reg. X. 1. 2. Chron. IX. 1.

II. An-

II. Antiq. l. IX. c. 11. Ea, quæ Jonas Propheta cap. II. accidisse sibi testatur Josephus dubie & tepide refert, & quasi fabulosam narrationem excusaturus bis protestatur, ista à se referri, quia sic in commentariis Ebraicis, quos Græce exponendos susceperat, perscripta inveniuntur. At Christus Matth. XII. v. 40. 41. Historiam Jonæ certissimam esse & notatu dignissimam docet.

III. Ibidem Josephus de Rege Usia in Templo leprâ punito hæc habet: ingenti motu concussa terra est, fissoque superne Templo splendente solis radio percussa Regis facies & leprâ infecta est. eodem terræ motu dimidium montis ante urbem jacentis avulsum est & per stadia 4. devolutum. Hic Josephus simplici ac veræ Miraculi narrationi, quæ II. Chron. XXVI. v. 19. 20. exstat, addit de suo talia, quæ fabulis Judaicis annumerari merentur & veri Miraculi fidem lectoribus minuunt.

IV. Antiqu. l. X. c. 11. scribit Josephus, Nebucadnezarem post Jerosolymæ excidium ex captivis Judæis nobilissimos & formosissimos Juvenes seligi jussisse, atque in eorum numero fuisse Danielem Prophetam & hujus sodales Hananiam, Misaëlem, Asariam. Verum ipse Daniel cap. I. docet, se tempore Regis Jojachimi venisse cum istis suis sodalibus in Babyloniam, scilicet annis 11. ante excidium Urbis & Templi.

Cap. VIII.

Notamus in Josepho I. *Interdictum Artaxerxis perperam Cambysi adscriptum.* II. *De voto Darii, de Sorobabelis ad Regem Darium profectione & inde secuta Judæorum in patriam reductione fabulas.* III. *Ad tempora Darii relata quædam quæ Cyro regnante facta sunt.*

I. Antiqu. l. XI. c. 2. scribit Josephus, Cambysen Cyri filium fuisse illum Persarum Regem, qui Cuthæis per literas Judæos criminantibus interdicto suo effecit, ut Templi Hierosolym. exstructio intermitteretur, donec ad Regnum pervenerat Darius Hystaspis filius. Verum cum scriptor sacer Esras duos ponat inter Cyrum & Darium Reges, Ahasuerum nempe & Artaxerxem, Esr. IV. v. 6. 7. doceatque, Judæorum hostes ad utrumque quidem scripsisse, interdictum autem, quod ædificationem Templi interrupit, non à priori sed à posteriori Rege editum esse, non video qua ratione istud à Cambyse profectum dici queat: nam si Artaxerxes ille fuit Cambyses, quis tum fuit Rex ille Ahasuerus, qui inter Cyrum & Artaxerxem illum ponitur? Vossius Chronol. S. cap. 10. liberaliter fingit, Ahasuerum illum fuisse Darii Medi, qui cum Cyro subegit Babyloniam, filium, atque hunc una cum Cyro & forsan etiam cum Cambyse, vivente etiamnum Cyro, regnasse. Sed istud nec ex scriptoribus rerum Persicarum ostendi potest, nec verbis Esræ congruit. Etenim Esras cap. IV. v. 6. Ahasuerum illum & à Cyro præcedente & Artaxerxe insequente distinguit, eique distinctum & proprium regnandi initium adscribit. Petavius, Simsonius, Ricciolius censent, sine absurditate credi posse, quod Esras cap. IV. 6. 7. duobus nominibus, Ahasueri & Artaxerxis, unum eundemque notaverit Regem nempe Cambysen. Sed nec istud credi patitur Esras, ut qui nec Reges illos nec nomina Regum confundit, sed distincte scribit, Cuthæos duas diversis temporibus ad Reges diversos scripsisse adversus Judæos epistolas. De Rege priori loquitur c. IV. v. 6. & illum Ahasuerum vocat non Artaxerxem. de posteriori ibidem v. 7 -- 24 & hujus nomen quoties exprimit (id autem quinquies fit) Artaxerxem nominat, non Ahasuerum. Igitur fatendum est, Ahasuerum illum esse Cambysen, Artaxerxem esse Magum Cambysis successorem, atque non illius sed hujus interdicto factum esse, ut Templi Hierosol. ædificatio cessaverit.

II. Antiqu. l. XI. c. 4. scribit Josephus, Darium Hystaspis filium, dum privatus fuit, Deo vovisse, si ad Regnum perveniret, Templum Hierosol. exstructurum, & vasa sacra, quæcunque adhuc Babylone asservabantur, remissurum. Verum istud vel ex hoc solo refellitur, quod Esras cap. I. 7. & cap. V. 14. testetur, omnia illa vasa jam ante à Cyro remissa fuisse, nec ulla Babylone relicta.

Porro ibidem scribit Josephus, ad Darium regnare jam exorsum venisse Hierosolymâ Sorobabelem, &, quia Dario olim in amicis fuerat, cum duobus aliis à Rege inter custodes corporis adscitum. Non multo post Regem, quum ex convivio ierat cubitum & à brevi somno experrectus fabulari cum istis satellitibus cæperat, hanc illis solvendam proposuisse quæstionem: utrum Reges, an vero Mulieres, an vero vinum, an vero veritas vim habeat maximam. porro, qui ad quæstionem optime respondisset, huic Regem promisisse usum purpuræ, tiaram byssinam, torquem aureum, insuperque in consessu Procerum locum Regi proximum. Postero die, Rege cum Proceribus ad audiendam quæstionis solutionem residente, quum alii alia respondissent, Sorobabelem Veritati, magno cum applausu, vim maximam vindicasse, & inde Regem promissa deferentem voti, quod privatus fecerat, monuisse. Tum Regem exosculatum fuisse Sorobabelem ipsumque potestate exstruendi Templi instruxisse. Proinde Sorobabelem & Josuam Josedechi filium ingentem Judæorum multitudinem ex Babylonia secum in Judæam reduxisse. Hæc Josephus. Verum Fabulæ Judaicæ ista sunt & Sacro Scriptori Esræ contraria. Nam (1) Josua Josedechi filius ex Babylonia rediit, non Dario, sed Cyro regnante. Esr. II. 2. & cap III. 8. (2) Sorobabel non bis, sed semel tantum, nempe anno 1. Cyri, ex Babylonia venit in Judæam. (3) Regnante Dario Hystaspis filio nulla facta est Judæorum ex Babylonia in Judæam reductio. Esr. cap. V. & VI. (4) Numerus Judæorum, quos Josephus scribit sub Dario rediisse, his exprimitur, verbis: Τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν ἀπερχομένων ἔτη ιβ τὴν ἡλικίαν γεγονότων, ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς καὶ Βενιαμίτιδος ἦν μυριάδες υξβ καὶ ὀκτακισχίλιοι. Λευῖται δὲ τέσσαρες καὶ ἑβδομήκοντα, γυναικῶν δὲ ἀναμὶξ καὶ παιδίων, σώματα τὴν τετρακισμύρια ἑπτακόσια τεσσαράκοντα δύο. &c. Quam crassa hic prostent vel ipsius Josephi vel librariorum errata ac mendacia, manifestissimum est ex Esr. 2. v. 64. 65. & cap. 8. v. 1 -- 20. & Numer. 1. 46. ubi vides Judæorum, & eorum qui sub Cyro cum Sorobabele, & eorum qui sub Artaxerxe cum Esra redierunt, numerum multo fuisse minorem, atque nec ingentem illam hominum ex omnibus Tribubus multitudinem, quæ cum Mose exiit Ægypto, tam numerosam fuisse.

III. Multa, quæ Esras regnante Cyro gesta testatur, nempe exstructam Aram, Esr. III. 2. celebratum Tabernaculorum Festum, Esr. III. 4. Cæptam Templi ædificationem, Esr. III. 8. luctuosam in senibus Templi prioris memoriam, Esr. III. 12. petitam à Cuthæis ædificandi Templi communionem, Esr. IV. 2. hæc omnia Josephus sub Rege Dario Hystaspis filio accidisse scribit.

Cap. IX.

Notamus in Josepho I. *Historiam repetitæ sub Dario ædificationis Templi male alicubi ordinatam.* II. *Consummationem Templi ad annum 9 Darii relatam.* III. *Esram & Nehemiam à Xerxe missos dici.* IV. *Indicatur laboris nostri in erratis Josephi mendisque*

disque recognoscendis scopus, nec non nostrum de scriptis Josephi Judicium.

I. INtermissam Templi ædificationem Darii primum jussu repetitam scribit Josephus Antiqu. l. XI. c. 4. deinde quum timerent Judæi, ne, calumniantibus adversariis, mutaret Rex sententiam, tum Prophetas Haggæum & Zachariam populum ædificantem confirmasse. Verum à Deo prius voce Prophetarum quam à Dario jussos fuisse Judæos ædificationem Templi repetere clarum est ex Esræ cap. 5.

II. Consummationem ac dedicationem Templi Josephus Antiqu. Libr. XI. c. 4. refert ad 9 annum Darii Regis: at Esras ad 6 annum. Esr. VI. 15. 16.

III. Antiqu. l. XI. c. 5. scribit Josephus, Esram & Nehemiam missos fuisse Hierosolymam à Xerxe qui Artaxerxis Longimani Pater fuit. Verum ea, quæ de Artaxerxe suo Esras & Nehemias memorant, non permittunt, ut hic assentiamus Josepho. Nam (1) Ex iis, quæ Artaxerxes anno imperii sui 7, cum Esram mittebat in Judæam, in commoda Judæorum fecisse & edixisse dicitur Esræ cap. VII. evidens est, Regem illum eo tempore domi vixisse & in pace securum. At Xerxes anno imperii sui 7. nec domi vixit nec in pace, sed Græciæ terra marique ingentibus copiis bellum inferebat, teste Diod. Siculo libr. XI. (2) Insignis illa veri Dei reverentia, insignis illa in Religionem, in Templum, in urbem gentemque Judæorum benevolentia ac munificentia, quam in Artaxerxe suo Esras & Nehemias prædicant, non cadit in Xerxem, qui se Numinis & Religionis omnis contemptorem impiis ac superbis dictis factisque declaravit. (3) Nehemias testatur Artaxerxem suum annos amplius 32. regnasse, Nehem. V. 14. & XIII 6. At Xerxem anno imperii sui 21. exspirasse constat. Quod igitur Josephus scribit Nehemiam venisse primum Hierosolymam anno Xerxis 25, id nec antiquis Rerum Persicarum scriptoribus congruit nec Nehemiæ, qui scribit se anno Regis sui 20 venisse primum Hierosolymam. Defensurus Josephum Vossius ait, Xerxem aliquandiu cum Patre suo regnasse. Verum cum Xerxes exspiraverit anno 21 post mortem Patris, & Nehemias Artaxerxi suo plures quam 32 annos adscribat. ergo si ille Artaxerxes fuit Xerxes, dicendus est Xerxes regnasse cum Patre Dario annos amplius 12. Sed istius rei nullum exstat argumentum: imo aliud ex Herodoto discas, qui non diu ante mortem Darii factum docet, ut, ortâ de successione inter filios Darii controversiâ, Xerxes cæteris præpositus & successor Regis declaratus fuerit.

IV. Ne quis vel de meo in erratis & mendis Chronologiæ & Historiæ Josephi recognoscendis labore, qui jam ad finem pervenit, vel ex eo de scriptis Josephi perperam & aliter quam ipse sentio judicet, hic iterum moneo: me illo recensu non id egisse, ut ipse Josephus mendax fallaxque Auctor crederetur, sed ut constaret, Josephum in prisca gentis suæ Historia Græce conscribenda non solos scriptores sacros sed alios etiam gentis suæ Historicos, & hos interdum propius quam illos secutum esse, & sic factum, ut à Literis sacris & veritate rerum sæpé aberraverit, non de industria mendax sed improvide credulus. Quamvis autem, quod fatendum, suo etiam ipsius vitio aut saltem majori eloquentiæ & splendoris quam veritatis studio, non raro peccet Josephus, non desinit tamen esse scriptor diligens, disertus, elegans, & dignus qui sacris tam Novi quam Veteris Testamenti scriptoribus adjungatur attente legendus.

TANTUM.

I. B.

I. B. OTTII ANIMADVERSIONES IN FL. JOSEPHUM.

OMISSA VARIA A FLAVIO JOSEPHO.

Vel quod ipsi non viderentur necessaria, vel quæ reticuit negligentia, aut amore Judæorum, vel adulatione Romanorum, vel opinione quorundam odio Christianorum, vel aliis nobis parum cognitis causis, de quibus pro suo quisque genio judicet.

I.

ΣΙΩ'Ν.

Sion, Tzion nomen, montem munimentum semel iterumque apud Josephum quærens nullibi inveni, neque iis etiam locis, ubi expugnationem arcis Tzion expresse tractat; quum tamen centies & millies ipsi occasio data fuerit, ita ut plane sentiam ipsum studio & datâ operâ hoc tam gloriosum pro Novo Testamento nomen pressisse silentio. Toties historia sacra illud promit, toties Psalmi, toties Prophetæ repetunt, toties ex iis Novi Testamenti Scriptores inferunt, ut non facile fieri possit, quin Lector & Scrutator Sacrorum librorum, qui vel aliquem gustum divinarum sub Sionis figura promissionum habeat non statim Novi Testamenti bona simul degustet. Noster autem dum hanc vocem supprimit, sæpius, semper omnino aut pro nomine appellativo accepit, aut amaram perfidiæ radicem corde suo pressit. Si levissime judicem, pro appellativo accepisse dixerim, Zion enim notat locum aridum, siccum, sterilem; talis enim erat antequam Davidis sedulitate redditus esset locorum amœnissimus. Extat in hanc mentem ex profanis etiam memorabilis Strabonis locus lib. xvi. p. 722. Hierosolyma Moses facile obtinuit Est enim locus petrosus, aquis tantum abundans, circumstantem vero regionem λυπρὰν ἢ ἄνυδρον, sterilem ac siccam habet. Et pavlo post, p. 723. παντελῶς διψηρὸν, exterius omnino sicca, quæ revera voci ציון respondent. Sed quis credat, si omnino Strabo appellative accepit, Josephum Judæum non meliora fuisse doctum? Præter innumera prophetica & mystica in Sacris loca, ex historicis quæ Zionis & ejus expugnationis mentionem faciunt, præcipuus est 2. Samuel. v. 7. Καὶ προκατελάβετο δαυὶδ τὴν περιοχὴν Σιών, αὕτη ἡ πόλις τοῦ δαυίδ. Qui fere itidem se habet 1. Paralip. xi. 7. Et hic quidem Flavius quum rem ipsam satis gloriose deducat Antiq. vii. 11. p. 218. studiose tamen cavet, ne vox Sion unquam in calamum fluat, δαβίδης τὴν ἄνω πόλιν περιλαβὼν ἢ τὴν ἄκραν συνάψας ἐν αὐτῇ ἐποίησεν ἓν σῶμα. David superiorem urbis partem & arcem in ea conditam in unum corpus redegit. Semper ibi ἄκρας voce adhibita. Posterioribus vero sæculis, quum obsideretur à Romanis urbs, tunc ἄκρας appellatione arci in altero colli datâ hanc Sionis arcem non Sion sed φρούριον vocat. B. Jud. VI. vi. 912. Joh. Henric. Otho in Lexico Rabbinico-Philologico notat Josephum non amplius Sionem, sed stylo post captivitatem Babylonicam usitato τὴν ἄνω πόλιν, τὴν ἄνω ἀγορὰν nominasse, turres Psephinam, Hippicam fuisse ab Aquilone. B. Jud. V. xii. xiii. & quidem adjunctas Regiæ, quæ in urbe superiore, Sione scil. erat. B. J. II. xxxix. Sionem cum Templo conjungebat pons, ibi Josephus Regiam vocat, τὰ βασίλεια. Ant. XIV. viii. 473. nomen semper devitat. Josippon b. Gorion ab hac voce non abstinet, meminit enim מצודת ציון, non abstinet Abarbanel, non abstinent plures alii, quamvis parcius. Quis miretur nominis non meminisse qui Sionem perdiderunt & literalem & mysticam?

II.

ΜΟΣΧΟΠΟΙΐΑ.

Idololatriæ nefandæ Vituli aurei, quam Moses Exod. xxxii. Capite describit Flavius mentionem non facit, quod pro Majorum respectu ipsum fecisse Criticus illi exprobrat, Biblioteq. Angloif. To. iv. part. ii. p. 375. 376. Hoc authoris Silentium in Codice quadam veteri, uti id Bernardus in Notis ad Joseph. p. 160. citat his verbis in margine notatur: Παραλείπεις Ἰώσηπε τὴν μοσχοποιΐαν —— αἰδοῖ τῶν προγόνων. Sed & multi Judæorum eam non tangunt, alii culpam in Ægyptios transferunt, Aaronem excusantes; alii remoto pudore ingenue fatentur hanc Idololatriam omnium malorum causam esse: "Nulla adhuc calamitas venit in mundum, scil. post conflatum Vitulum in qua non fuit granum vel Drachma in depressione libræ vituli illius adorati in Dachedr. Vitulorum tamen aureorum Jeroboami meminit non sub voce μόσχος, sed δάμαλις. Antiq. VIII. viii. 276.

III.

ΣΑ'ΒΒΑΤΟΝ.

Nolo in hoc esse longior. Nec me, nec alios morabor. Non enim contendo auctorem nihil narrare de Sabbato. Omnes ejus paginæ, ipseque ab ipso adductus Decalogus me confunderent. Id non capio, qui fiat ut Woltonus Anglus ut citatur in supra memorata Bibliot. Angl. indicet Josephum fere nihil memorare de legibus, quæ ad Observationem Sabbati spectant. Illud eo tendit ut Misnam & Talmud supra Josephi authoritatem collocet, in hoc cœli puncto Talmudistarum amore cœcutit, nullus non locus est, ubi Flavius Sabbatum & ejus authoritatem non asserat, meminit primi exempli & institutionis, ponit quartum de Sabbato præceptum. Ant. III. iv. 79. recenset varias de Sabbati violatione vel observatione historias, ad insaniam usque extollit flumen Sabbaticum seu Sambathionem, ne in Utopia quidem visum. Occasione Mannæ duplicis die Veneris de Sabbato non meminit, quia ejus institutionem antiquiorem esse judicavit. Plurima de his leges in Vocibus Σάββατον, ἕβδομας, ἀνάπαυσις. &c. —

IV.

'ΙΩ'Β.

Neque personæ, neque libri Job citationem apud Fl.

Fl. Josephum reperi, quid ille cogitarit conjectare meum non est, ænigma potius, quam historiam, quod aliis placuit, scrutari nolo. Certe neglexit. Addam tamen hac occasione assumentum Septuaginta Interpretum, quod habent supra & ultra Textum Hebræum, nam quum Textus sacer & originalis ad versum 17. libro finem imponat his verbis. Et mortuus est senex & plenus dierum. Græci sequentia habent: Γέγραπται δὲ αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀνέστησεν. Οὗτος ἑρμηνεύεται ἐκ τῆς Συριακῆς βίβλου, ἐν μὲν γῇ κατοικῶν τῇ Αὐσίτιδι, ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς Ἰδουμαίας καὶ Ἀραβίας· προϋπῆρχεν δὲ αὐτῷ ὄνομα Ἰωβάβ. (Ἰωβάλ) Λαβὼν δὲ γυναῖκα Ἀράβισσαν, γεννᾷ υἱὸν, ᾧ ὄνομα Ἐννών. Ἦν δὲ αὐτὸς πατρὸς μὲν Ζαρὲ, ἐκ τῶν Ἠσαῦ υἱῶν υἱός· μητρὸς δὲ Βοσόῤῥας ὥστε εἶναι αὐτὸν πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ· Καὶ οὗτοι οἱ βασιλεῖς οἱ βασιλεύσαντες ἐν Ἐδὼμ, ἧς καὶ αὐτὸς ἦρξε χώρας· πρῶτος Βαλὰκ ὁ τοῦ Βεὼρ καὶ ὄνομα τῇ πόλει αὐτοῦ Δενναβά. Μετὰ δὲ Βαλὰκ Ἰωβὰβ ὁ καλούμενος Ἰὼβ, μετὰ δὲ τοῦτον Ἀσωμὶ ὁ ὑπάρχων ἡγεμὼν ἐκ τῆς Θαιμανίτιδος χώρας. Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀδὰδ υἱὸς Βαδὰδ, (Βαράδ) ὁ ἐκκόψας Μαδιὰμ ἐν τῷ πεδίῳ Μωὰβ, καὶ ὄνομα τῇ πόλει αὐτοῦ Γεθθαίμ. οἱ δὲ ἐλθόντες πρὸς αὐτὸν φίλοι, Ἐλιφὰζ τῶν Ἠσαῦ υἱῶν Θαιμανῶν Βασιλεύς. Βαλδὰδ ὁ Σαυχαίων τύραννος. Σωφὰρ ὁ Μιναίων Βασιλεύς. Hoc quicquid est non tantum in Hebræo non extat, sed neque Vulgatus translator habet, qui alioquin pluries contextum Hebræum relinquit, τοὺς LXX. magis secutus, hoc in loco Hebræorum premens & cum Hebræo finiens. Josephus autem Jobum ut Arabem minus curavit quam si Hebræus fuisset. Dum autem alterius Jobi filii Isachar & Jobabi filii tectam mentionem facit, de hoc nostro Scriptore non cogitavit.

V.

ΒΗΘΛΕΕ'Μ.

Cædes Bethlehemitica.

Quæ hactenus ex Omissis Flavianis recensuimus levia videri possunt, comparata ad illud quod Matthæus Euangelista habet, II. 16. Τότε Ἡρώδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν, καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς, καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον, ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων. Tanti enim momenti est ista narratio & tam immanis in Ascalonita crudelitatis signum, ut non desint, qui ipsam Matthæi fidem ex Flavii silentio in dubium vocare veriti sint. Hoc nos argumentum in prolixam Dissertationem proferre non constituimus, post multos alios à Celeberrimo Spanhemio sufficientissime pertractatum, sed præter Augusti à Macrobio citatum testimonium, melius esse Herodis porcum esse quam filium, ea saltem ex authore nostro notare, ex quibus palam fiat, etiamsi hujus infanticidii singularem mentionem non injiciat, eum tamen de Tyranno ejusmodi recensere, ex quibus palam constet omnem Matthæo fidem in illâ suâ relatione adhibendam esse, quanquam etiam adhibenda sit, si summum apud omnes esset hujus rei gestæ silentium, quum sit non tantum ἀξιόπιστος, verum etiam θεόπνευστος. Josephus si omnia Herodis enarrare voluisset non secundum, sed etiam tertium aut plura volumina habuisset. Sufficeret pro asserenda fide narrationis Matthæi, quod legimus occasione cædis Alexandræ Ant. XV. XI. 531. f. g. ὁ δὲ τὴν μὲν οὐδὲν ἀναβαλλόμενος ἀποκτεῖναι προσέταξεν. Ille sine mora eam jussit interfici -- χαλεπῶς τὴν ψυχὴν καὶ σώματι, κεκακωμένος ὁμοῦ πρὸς τὸ δυσάρεστον, καὶ πάσαις ταῖς αἰτίαις ἑτοιμοτέρως εἰς τιμωρίαν τῶν ὑποπεσόντων ἐχρῆτο. Animo & corpore debilitatus, (efferatus) ut quavis ex causa ad sæviendum esset propensissimus, quamobrem ne ab intimis quidem amicis sanguinarias manus abstinuit. --. Quibus omnia respondent à Spanhemio ex Flavio citata. Πονηρὸν τὸ ἦθος ἐπὶ τιμωρίαν ἀπότομον, καὶ κατὰ τῶν ἀπηχθημένων ἀταμίευτον. Multis iterum de illa Herodis sævitia agit de bello Jud. l. XVII. 755. g. Τὸ μὲν ψεῦδος εἶχε παραχρῆμα πίστιν, αἱ κολάσεις δὲ τῶν διαβολῶν ἦσαν ὠκύτεραι. Mendacio confestim habebatur fides & erant criminationibus ipsis velociora supplicia. Plura & truculentiora habet Ant. XVI. c. XVII. al. XIII. circa finem libri: ubi Tyro coram Herode exclamavit: ὡς ἀπόλοιτο ἡ ἀλήθεια, τὸ δὲ δίκαιον ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἀνῃρημένον εἴη, κρατείη δὲ τὰ ψεύσματα καὶ ἡ κακοήθεια, καὶ τοσοῦτον νέφος ἐπάγει τοῖς πράγμασιν -- -- Qui profecto totus finis libri XVI. omnibus modis etiam atque etiam expendendus, cumprimis tota illa pragmatica diductio quæ in Græco extat & in translatione Gelenii, in Ruffini autem, aut cuicunque ascribere velis, translatione Latina veteri non legitur. "Tam cito eos, filios, occidere impotentis affectûs gratiâ, quid aliud est, quam "argumentum impiæ licentiæ? Καὶ τῆς ἡλικίας --- "maxime cum essent eâ ætate in quam excusatio "ignorantiæ non competit. Paria de insigni Herodis facinore narrantur Antiq. XVII. III. ubi Pharisæi Pheroræ uxori prædixerunt, Deo decretum esse regnum ab Herode auferre & in ejus progeniem transferre -- quam iterum cædes subsecutæ sunt: Quod autem Infantes in specie attinet, etiam crudelitatis in eos ipsum arcessere interemtorum matres: προσεξῆψαν αὐτοῦ (Hyrcani) τὴν ὀργὴν καὶ αἱ μητέρες τῶν ὑπὸ Ἡρώδου πεφονευμένων. Accenderunt Hyrcani iram matres etiam eorum, quos Herodes necaverat, nam hæ per singulos dies in Templo non desinebant precibus suis tum Regem tum populum obtundere, rogantes ut Herodes coram Synedrio facti sui rationem cogeretur reddere. Ant. XIV. XVII. 484. Scripsit Josephus quæ in Annalibus Herodis continebantur, qui Herodis annales si adhuc superessent, multa sciremus, quæ nunc ignotâ nocte sepulta jacent. Herodes in suos quidem sævissimus, in extraneos munificus. Antiq. XVI. V. Memoratu dignum quod de exitu & ultima Herodis voluntate noster ait Act. XVII. VIII. 598. Ex novissima ejus voluntate deprehendi potest, quam inhumano animo præditus fuerit, quandoquidem jam è vita discessurus curavit, ut ex singulis familiis uno aliquo sublato tota gens in luctum conjiceretur ----. Hæ Flavii Relationes quamvis cædem Bethlehemiticam non immediate ponant, tamen eum testem constituunt ejus veritatis quam Matthæus divinitus nobis pandit. Cur enim hoc credi possit, tota Herodis vitæ ratio ostendit. Cur Josephus hoc ipsum non tetigerit non minus facile ostendere possumus; si enim hoc unum scripto prodidisset, non potuisset non Messiæ Christi Iesu universam historiam confirmare. Sed & hoc obiter moneo quum hujus infanticidii mentionem Josephus transeat, ipsum perinde Bethlehemi urbis ad hæc tempora non meminisse, quum res ejus in V. T. gestas nobis enarret; Post Roboami ævum de eo loco silet, sub eo autem hæc narrat: ᾠκοδόμησε πόλεις ὀχυράς τε καὶ μεγάλας, Βηθλεὲμ --. Roboamus urbes munitas & magnas condidit, Bethlehem, Etame &c. -- Antiq. VIII. III. 278. Hæc ex Josepho, reliqua ex aliis aliunde de hoc παιδοκτόνῳ hauriuntor: Inter Clarissima tandem, hoc est quod legimus B. J. l. XIX. Timore pavidus erat & ad omnes suspiciones excitabatur: multosque innocentes, metu ne quem nocentium prætermitteret in tormenta ducebat.

VI.

CANTICUM ANNÆ.

Priori Samuelis Secundo Capite historia nascendi natique Samuelis extat, simulque excellens illud & mysticum Annæ Canticum. Historiam Annæ

næ author noster enarrat Antiq. V. xv. de Cantico tacet, qui tamen Mosis Canticum post Ægyptiorum cladem atque internecionem Exodi xv. Antiquitatum libro III. in fine adfert & rationem etiam Carminis indicat, si modo talis fuit. Cum elogio etiam adducit alterum Mosis Carmen Valedictorium & Propheticum. "Deinde Hexame-"trum eis carmen effecit, quod in libro dereliquit "in sacrario conservandum eloquium continens fu-"turorum secundum quod omnia facta sunt at-"que fient, nullaque veritate privatur. Horum autem Canticorum Argumentum ipsum, rem internam vel sensum nullo modo tangit, scilicet non è re existimans Romanis declarare, quæ non intelligerent, & quod ipse ille nec intellexerat, nec crediderat, adeoque mirari non subit, cur Canticum Annæ sicco pede transierit.

VII.

HERMON.

Montis Hermon in Sacris frequens mentio, Deuter. IV. Psal. XLI. LXXXIX. CXXXIII. Sunt Montes alti, pars Libani & inde porriguntur versus Meridiem, terram Basan à Coele Syria dirimunt, cingunt Galilæam à Septentrione & Ortu, Amorrhæi nominant eos montes Sanir, Deuter. III. 8 9. Ἕως Ἀερμῶν, οἱ Φοίνικες ἐπονομάζουσι τὸ Ἀερμὼν Σανιώρ, καὶ ὁ Ἀμορραῖος ἐπωνόμασεν αὐτὸν Σανίρ. Σανίρ. In Hebræo הר חרמון Mons Hermon, Sidonii vocabant Chermon שריון, Emoræi vocabant eum שניר. Fagii Chaldaïca Latina habet usque ad montem Hermon. Zidonii vocant Hermon Sirion. Æmorræi vero vocant eum montem (nivis). Hujus nullam hactenus reperi apud Flavium mentionem, nisi intelligat hos ipsos pro nomen Galaad. Antiq. IV. IV.

VIII.

PLAGÆ ÆGYPTI.

Illas Flavius non omittit, quas habemus Exodi VII. VIII. IX. X. XI. id tamen inter omissa notandum, quod non omnes recenseat, ordinemque aliquo modo intervertat, ut hoc evidenter appareat seriem Scripturæ & seriem Josephi parallelum dabimus.

Juxta S. Codicem.	*Juxta Fl. Josephum.*
1. Mutatio aquarum. Ἰδοὺ ἐγὼ τύπτω τῇ ῥάβδῳ τῇ ἐν τῇ χειρί μου ἐπὶ τὸ ὕδωρ τῷ ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ μεταβαλεῖ εἰς αἷμα. Exod. VII. 17 — 25.	1. Nili cruor. ὁ ποταμὸς αὐτοῖς αἱματώδης Θεοῦ κελεύσαντος ἐῤῥύη. Ant. II. v. 61. Bernard. p. 134.
2. Ranæ. Ἰδοὺ ἐγὼ τύπτω πάντα τὰ ὅριά σου τοῖς βατράχοις. Exod. VIII. 2. 3 — 10.	2. Fœda copia Ranarum. βατράχων πλῆθος ἄπειρον τὴν γῆν αὐτῶν ἐπεβόσκετο. Antiq. II. v. 63. c.
3. Pediculi. Ἔσονται σκνίφες ἔν τε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἐν τοῖς τετράποσιν, καὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ Αἰγύπτου. Exod. VIII. 16. s.	3. Ægyptus pediculosa. Φθειρῶν γὰρ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐξήνθησεν ἄπειρόν τι πλῆθος ἔνδοθεν ἀναδιδομένων. ibid. e.
4. Insecta omnis generis. Ἀπελεύσεται ἡ κυνόμυια καὶ ἀπὸ τῶν θεραπόντων σου, καὶ ἀπὸ τοῦ λαοῦ σου αὔριον. Exod. VIII. 29 — 32.	4. Omne genus monstra. Θηρίων γὰρ παντοίων καὶ πολυτρόπων, ὧν εἰς ὄψιν οὐδεὶς ἀπηντήκει πρότερον τὴν χώραν αὐτῶν ἐγέμισεν. ibid. d.
5. Pestis. Ἰδοὺ ἡ χεὶρ κυρίου ἔσται ἐν τοῖς κτήνεσί σου, ἐν τοῖς πεδίοις, καὶ ἔν τε τοῖς ἵπποις, καὶ ἐν τοῖς ὑποζυγίοις —— θάνατος μέγας σφόδρα. Exod. IX. 1 — 7. דבר.	5. Hanc quintam, pestem Flavium omisisse puto, aut cum quarta, aut cum sexta in unam combinâsse, certe distinctam ab aliis non collocat, sed tanquam effectum insectorum εἰ δέ τι καὶ διέφυγε τὴν ὑπ' ἐκείνοις ἀπώλειαν νόσῳ τοῦτο (an τούτῳ) καὶ τῶν ἀνθρώπων ὑπομενόντων ἐδαπανᾶτο. Qui præsentaneum exitium evadebant, infecti tamen earum veneno à morbis corripiebantur. p. 64. a.
6. Pustulo. Ulcus. Γενηθήτω κονιορτὸς ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν Αἰγύπτου, καὶ ἔσται ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐπὶ τὰ τετράποδα ἕλκη φλυκτίδες ἀναζέουσαι ἔν τε τοῖς ἀνθρώποις &c. Exod. IX. 9. s.	6. Ulcus frequens ac flagrans. Δεινῶς αὐτοῖς ἐξηλκοῦτο τὰ σώματα, τῶν ἐντὸς διαφθειρομένων. ib. p. 64. quod à præcedenti parum differt.
7. Tonitrua. Grando. Ἰδοὺ ἐγὼ ὕω χάλαζαν πολλὴν σφόδρα — Exod. IX. 12 — 35.	7. Ruina diræ grandinis. Χάλαζα μήτε πρότερον τοῦ κατ' Αἴγυπτον ἀέρος τοῦτο πεπονθότος, μήτε ὅμοια τῇ παρ' ἄλλοις ὥρᾳ χειμῶνος καλούσῃ μείζων δὲ τῆς παρὰ τοῖς τὰ βόρεια, καὶ τὴν ἄρκτον νεμομένοις ἔαρος ἀκμάζοντος κατενεχθεῖσα τοὺς καρποὺς αὐτῶν κατέκλασεν.
8. Locustæ. Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ταύτην τὴν ὥραν ἐπαύριον ἀκρίδα πολλὴν ἐπὶ πάντα τὰ ὅριά σου. Exod. X. 1. 2. 3. s.	8. Locustarum nubes. Φῦλον ἀκρίδων ἐπινέμεται τὴν ὑπὸ τῆς χαλάζης μὴ καταβλαβεῖσαν σποράν, ὥστε. &c. — ib.
9. Tenebræ per totam terram. Ἐξέτεινε Μωυσῆς τὴν χεῖρα εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ἐγένετο σκότος γνόφος, θύελλα ἐπὶ πᾶσαν γῆν Αἰγύπτου τρεῖς ἡμέρας. Exod. X. 21. 29.	9. Horror triduanæ caliginis. Σκότος βαθύ, καὶ φέγγος ἄμοιρον περιχεῖται τοῖς Αἰγυπτίοις &c. —— ib. p. 64.
10. Cædes Primogenitorum. Κύριος ἐπάταξε πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτῳ ἀπὸ πρωτοτόκου Φαραὼ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου ἕως πρωτοτόκου τῆς αἰχμαλωτίδος τῆς ἐν τῷ λάκκῳ, καὶ ἕως πρωτοτόκου παντὸς κτήνους. Exod. XII. 29 30.	10. Primogenitorum strages. Ἡ φθορὰ τῶν πρωτοτόκων κατ' ἐκείνην ἐπέσχε τὴν νύκτα τοῖς Αἰγυπτίοις, ὡς συνελθόντας πολλοὺς τῶν περὶ τὸ βασίλειον διαιτωμένων &c. —— Ant. II. v. 65. a.

Hic exstant plagæ Ægypti ex S. Scriptura & ex Josepho parallele, ubi aliqui omissum aliquid à Flavio volunt, alii nihil, hæc examinet quicunque velit, conferat etiam si libuerit Philonem de Vita Mosis lib. I. p. 846. 848. seqq. ubi quæstio illa eximie pertractatur: Cur Deus Ægyptios non per Leones, Ursos, aliasque immanes belluas sed per contemtas bestiolas puniverit! ostenditque Deum Summum tanto majorem suam potentiam atque Majestatem declarâsse.

IX.

NAZARETH.

Hujus oppidi in N. Testamento frequentissima mentio, citatur Matth. II 21. 22. 23. & ratio Etymologiæ allusive additur. Adeo vilis & contemtus locus erat, ut ejus non tantum apud Josephum, sed neque in Veteri Codice mentionem factam cognoscamus. An auctori nostro non data occasio? An locus adeo exiguus? ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; Joh. I. 46. 47. An studio & odio Christi locum tacuerit, Pilato pejor, non facile dixerim. Idem locus non reperitur in Tabulis Geographicis à Judæis confectis, qualis est Jacobi Justi, sed & in N. Testamento vix in bonam partem, si excipias, quod ibi excusatus sit Dominus, cui tamen ipsi

ipsi inimici; volebant enim ipsum à supercilio montis, super quod ædificata erat urbs ipsorum præcipitare. Luc. IV. 21. 29. Postea Archi-Episcopalis sub Patriarcha Hierosolymitano. 7. milliaribus à monte Tabor. v. lex. Geogr. Hæc quoad urbem & Josephi silentium. Alia quæ ad Nazareth, Nasiræos & Nazoræos attinent, non tangam, aliis examinata & ulterius examinanda.

X.

GOG & MAGOG.

De iis Ezechielis capp. XXXVIII. XXXIX. illamque Prophetiam quidam de Antiocho Epiphane ad literam intelligunt, cujus historiam Flavius fuse persecutus est, imo de Maccabæis sub Antiocho persecutionem passis libellum expressum conscripsit ab Erasmo paraphrastice redditum, cujus libertatem Combefisius etiam atque etiam modis omnibus perstringit: Gogi tamen atque Magogi apud nostrum maximum silentium, nec literam adfert, nec mysterium tangit. Magogi solo nomine adducto in divisione Gentium ad Caput X. Geneseos. Vide Rumetschium.

XI.

GALILÆI. Luc. XIII.

Quæ Lucæ XIII. versibus primis de Galilæis quos Pilatus interfecerat, & de collapsâ in Siloam turri narrantur, ea apud Josephum non leguntur. Siloe aquarum meminit, sed hujus casûs nullo modo: Item Galilæorum à Pilati trucidatorum, sed plane aliâ occasione. Ant. XVIII. IV. al. V. statim ante Testimonium de I. Christo.

XII.

SERPENS ÆNEUS. NECHUSTAN.

Inter ea, quorum Flavius studio & datâ operâ non meminisse videtur, serpens est æneus, præcedentia enim & sequentia illius historiæ habet, ut non temere credendum sit, in ignominiam Crucis Christi hoc ipsum siluisse atque transsiliisse. Ille enim Typus adeo erat evidens, ut significatio ejus nullo modo negari possit ab ipsis etiam Hebræis. Servator noster evidentiam illam declarat Johann. III. 14. 15. quod Josephus scire poterat: [præsuppono enim quod exemplis datis occasionibus ostendimus, ipsum Scripturas novi fœderis habuisse & legisse, certe Paulinas, perplura enim hinc inde citantur, quæ hujus conjecturæ vestigia præbent, id quod ex specimine Centuriæ locorum N. Testamenti patebit] nisi velis Johannem suum Euangelium scripsisse demum post Fl. Josephum, ad finem sæculi primi, quod à vero non alienum videtur. Dum autem nescierit locum Johan. III. in quo tam viva & tam clara serpentis ænei applicatio extat; non tamen ignorare potuit ejus ex libro Numerorum historiam, neque Nechustane illius Ezechiæ Regis, cujus ille vitam atque Reformationem tantopere laudat, generalia illius pertractans, silentio prætergressus ambustionem serpentis ænei. Oportebat fidum historicum tantum miraculum minime præteriisse, qui Mosis in Æthiopia adversus serpentes stratagema ope Ibidum omnibus modis extulit. Ubi etiam hoc divinæ Providentiæ signum atque umbra futuri boni notanda, quod in deserto Israëlitarum nullus Ibidibus ad profligandos serpentes locus uti illic, si modo vera sunt, quæ de illis Flavius narrat. Eccur non idem mali remedium Moses attulit, quod illic? Scilicet Deus extare voluit monumentum, quo docerentur ita Omnipotentiæ atque Misericordiæ Divinæ confidere, ut simul haberent Pædagogum ad Christum: nam quid impedivisset Mosen, quo minus congestis eodem modo Ibidibus Israëlitas salvaret, quo olim in Æthiopia bellaverat? Impium autem & iniquum est Judæorum in cruce I. Christi scandalum quod omni fundamento caret, totum acceptum. Ita illi objiciunt: Se capere non posse, quomodo salus contingat per maledictum de ligno pendentem? At hoc ipsum in serpente æneo intuiti sunt pactâ ipsis in deserto à pendente salute? Dicat mihi Judæus unde salus Israëlitis ex serpente erecto, & dicam ipsi unde salus ex maledicto pendente in Cruce. Naturalem illi proferre rationem nullam possunt, restat ut typicæ locum cedant sublato crucis scandalo. Accedit ad Judæorum vel pertinaciam vel convictionem, quod in hoc serpentis ænei miraculo ipsi Rabbini fateantur remedium plane fuisse contrarium, quod ad mysterium Christi pulcherrime facit; nihil minus quam curare morsus à serpentibus æs valet, præsentissimam potius accelerare mortem; hoc diducerem, nisi illud pereleganter & dilucide P. Fagius in suis ad Paraphrasin Chaldaicam Notis in locum Numer. XXI. præstitisset, nec non Galatinus in arcanis Catholicæ veritatis. Verum etiam ad Gentiles famam serpentis ænei pervenisse inde constat, quod Serpens Æsculapii, ὑγιείας, Salutis signum nobile est habitum, quod infinitis documentis Antiquarii ostendunt & nos in Numismatum Flavianorum Tabula VII. n. 53. præstamus. Tacuerit Josephus, non tacet Philo, sed hunc serpentem serpenti qui Evam seduxit opponit, libr. de Agricultura. p. 284.

Isthæc nonnisi quædam sunt omissorum à Flavio specimina. Plura alia sunt, quorum vel nullo modo, vel non plane, vel sub alio titulo mentionem facit, ut sunt Sors ab Hanano jacta, Piscina Bethesdæ, Urbs Edessa, alia, quæ suo loco in Lexico nostro Flaviano dabuntur. Nunc alterum Specimen dabimus nempe Centuriam Locorum N. Testamenti, in quibus vel Phrasis quam Josephus adhibet, vel historia eadem, vel etiam conjectura perquam probabilis Auctorem nostrum Sacrum N. T. Codicem inspexisse, aut aliquos saltem ejus libros jam suo tempore legisse.

CENTURIA
LOCORUM NOVI TESTAMENTI.

Cum Flavianis vel phrasibus vel historiis aliquid commune habentibus, & ex quibus non quidem singulis omnibus tamen probabile sit, aliquam partem librorum N. Testamenti Josephum inspexisse, legisse. Illud magnæ utilitatis esse & de scopo, fide aut perfidia Authoris, reliquove ejus genio nos edocere posse nemo est qui dubitet. Centuria hæc dabit specimen, non enim hic omnia continentur, maxima pars in ipsum Lexicon juxta Alphabetum Græcum conjecta est. Lector de eo an credendus sit habuisse eum Sacrum Novi Testamenti Codicem ipse ex sequentibus judicet, nihil enim pro arbitrio determinabo.

Deberet hoc loco ante omnia proferri atque cum N. Testamento conferri illustre illud Flavii de I. Christo testimonium Antiqq. XVIII. IV. de quo tamen nunc quidem judicium nostrum suspendimus: In ipso Lexico ad quamvis vocem singulariter patebit quid de eo sentiamus.

De tribus Muneribus Christi, Prophetico, Sacerdotali, Regio communis Theologorum sententia, eaque verissima est illa soli Servatori Iesu Christo competere, quod ut de Antitypo seu re ipsa constat; ita aliqui etiam de Typis exponunt, neminem typum omnium trium horum munerum ge-

gestâsse, Melchisedecum Regem & Sacerdotem, Davidem Regem & Prophetam fuisse, nullum Regem, Prophetam & Sacerdotem simul. Sequius ævum, si Josepho fides, talem vidit, usurpatione saltem: ita enim de Johanne Pontifice legimus B. Jud. l. III. 712. Τρία γοῦν τὰ κρατιστεύοντα μόνος εἶχε τήν τε ἀρχὴν τοῦ ἔθνους, καὶ ἀρχιερωσύνην, καὶ προφητείαν.

1. *Matth. II.* 16 — 19. Cædes Bethtlehemitica, quamquam illam singulatim Josephus non recenseat; inter omissa tamen ad Num. 5. ostendimus loca authoris non pauca, quibus quasi digito ad illud Herodis flagitium intendit, ultimum, sed præcipuum hic repetam, extat de Bello Judaico l. XIX. p. 766. c. his verbis: ἐπλόνιζε δὲ τῷ φόβῳ, καὶ πρὸς πᾶσαν ὑπόνοιαν ἐξερριπίζετο, πολλοὺς τε τῶν οὐκ αἰτίων εἶλκεν εἰς βασάνους δεδοικὼς μή τινα τῶν αἰτίων παραλίπῃ. Timore pavidus erat Herodes, & ad omnes suspiciones excitabatur: multosque innocentes, metu nequem nocentium intermitteret, in tormenta ducebat. ——.

2. *Matth. II.* 22. Ἀκούσας ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει — — Hoc indicat de bello Judaico l. I. c. XXI. p. 774. circa illa loca, ubi finem libro facit. —

3. *Matth. VI.* 26. Τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας. Collectio frugum in granaria, apothecas hominum propria, non bestiarum aut animalium. Josephi exemplum Josephus habet Antiq. II. III. 44. μὴ κατὰ περιουσίαν αὐτοῖς χρῆσθαι. Monuit Ægyptios frugibus annorum fertilium utendum cum parsimonia, & quod præsenti usui superesset, ad futuram necessitatem reservandam. Περιουσία & περιουσιασμὸς affluentiam notant, Eccles. II. 8. Collegi mihi περιουσιασμοὺς χωρῶν. Horrea subterranea fuere veteribus Germanis, Tacito teste. " Solent & subterraneos specus aperire, eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hyemi & receptaculum frugum: Panem in Oratione Dominica petimus non περιούσιον, sed ἐπιούσιον. Tales περιουσίας aves non habent. Eximia est in hanc mentem Ciceronis sententia: Neque enim serendi, neque colendi, nec tempestive demetendi percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi ulla pecudum scientia est. De Natur. Deor. lib. II. circ. fin.

4. *Matth. XI.* 11. 12. item *Matth. XIV.* Testimonium de probitate, sanctitate, innocentia Johannis Baptistæ, Herodis in illum impietate, de doctrina Johannis, de vero & legitimo baptismi usu, quod extat Antiq. XVIII. x. 626. aliquid habet, quod ostendit, Josephum illud non tantum rumore vulgi hausisse, sed & Euangelium legisse: κτείνει τοῦτον Ἡρώδης, ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν —— simulque βαπτισμῷ συνιέναι. Josippon ben Gorion ipsa Scripturæ verba adhibet; Interfecit quoque Johannem כהן גדול magnum Sacerdotem, quia dixerat אסור לך לקחת אשת אחיך. Non licet tibi in matrimonio habere Philippi fratris tui uxorem. lib. V. c. XLV. p. 534.

5. *Matth. XIV.* 6. Herodis γενέσια. Sunt qui natalitia seu diem nativitatis quotannis recurrentem festivum intelligant; sed sunt qui natalem Regni exponant, qualem Regni natalem celebravit Herodes Pater. Antiq. XV. XI. 546. συνεκπεπτώκει τῇ προθεσμίᾳ τοῦ περὶ τὸν ναὸν ἔργου καὶ τὴν ἡμέραν τῷ βασιλεῖ τῆς ἀρχῆς ἣν ἐξ ἔθους ἑόρταζεν. Incidit in celebritatem absoluti Templi fabricæ etiam natalis Regni, quem Herodes anniversaria hilaritate solitus est colere — Persius hujus meminit Satyr. v. 180. f. — — — at cum Herodis venêre dies, unctaque fenestrâ Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ, Portantes violas &c. ——

6. *Matth. XVIII.* 20. Οὗ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ —— Phrasis hæc non flagellanda ad duorum præcise aut trium numerum, intelliguntur pauci, ita plane Josephus contra Apion. l. II. p. 1077. ἀρ' οὖν καὶ παρ' ἡμῖν οὐ λέγω τοσούτους, ἀλλὰ δύο ἢ τρεῖς ἔγνω τις προδότας γενομένους τῶν νόμων. Non singuli solummodo, sed multi frequenter eorum subito legis præcepta negligentes, semetipsos cum armis hostibus dedidere. Putasne & apud nos non dico tanti, sed duo vel tres agniti sunt, proditores effecti legum ——

7. *Matth. XX.* 18. Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα. Hæc phrasis in Euangeliis frequens. Etiam in Psalmis CXXII. Quaquaversum aut undecunque aliquis iter faceret Hierosolymas, inde ascendebat, etiam Josepho usitatum, ἀπὸ Λυδδῶν ἀνέβαινεν εἰς Ἱεροσόλυμα. Quadratus Lyddâ ascendebat Hierosolymam. B. Jud. II. XI. 795. e. f. Contra alter ille Hierosolymis descendebat in Jericho.

8. *Matth. XXI.* 41. Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς. Ita noster: Κακοὶ κακῶς ἀπόλλυντο. De plaga pediculorum in Ægypto, à quibus mali male perdebantur. Ant. II. v. 63. f.

9. *Matth. XXII.* 35. ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Nolo hic inquisitionem instituere quis ille Zacharias, filius Barachiæ, sed hoc tantum ex Flavio demonstrare, quantum scelus habitum sit Templum homicidio polluere: Ant. XX. VI. 695. Confodiebant alios non modo in reliquis Urbis partibus, sed in ipso Templo etiam, nam & ibi interdum sunt ausi cædes patrare, ac si nihil hoc modo pietatem cæderent, unde fas est credere, Deum tanta impietate offensum aversatum esse Hierosolyma, καὶ τὸ ἱερὸν οὐκ ἔτι καθαρὸν οἰκητήριον αὐτῷ κρίναντα Ῥωμαίοις ἐπαγαγεῖν ἡμῖν καὶ τῇ πόλει καθάρσιον πῦρ, Temploque ut non amplius puro domicilio Romanos induxisse, purificaturos id flammis lustralibus.

10. *Matth. XXIV.* 15. Τὸ βδέλυγμα τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου. — Servator alteram Templi vastationem per Danielem prædictam fuisse asserit, Josephus priorem. Τὴν δ' ἐρήμωσιν τοῦ ναοῦ συνέβη γενέσθαι κατὰ τὴν Δανιήλου προφητείαν, πρὸ ὁ καὶ ἡ γενομένην ἐτῶν. Antiq. XII. XI. 415. Una alterius typus. Quum tamen Chronologiam Danielis consideramus, dicere equidem possumus Danielem sub vastato Templo vixisse, vastationem prædixisse priorem non reperio, nec credibile est ob juventutem. Ultimam enim visionem habuisse creditur A. M. 3437. Templum desolatum 3365. i. e. 72. annis ante postremam ipsius visionem: Ipse ante desolationem cum Jojakimo Babylonem abductus 3354. undecim annis ante Templi vastationem, oporteret ergo illum hæc valde puerum prædixisse; sin de vastatione Templi posterioris intelligamus, omnia liquida & prophetiæ Christi conformia: Utramque explicationem applicabis ex iis quæ notat Antiq. X. XII. 354. g. 355. a. Eodem modo scripsit & de Romanorum Imperio καὶ ὅτι ὑπ' αὐτῶν ἐρημωθήσεται, & quantam vastitatem illaturi essent nostris hominibus. Hæc omnia divinitus sibi demonstrata tradidit scripto & posteris legenda reliquit, ut videntes eventum non discrepare à prædictionibus, Danielem mirentur ob tam insignem honorem illi à Deo habitum. Grotius de verit. Rel. Christ. l. v. §. 14. p. 240. hac occasione observat ex Jachjade ad Dan. IX. 24. Septuaginta annorum hebdomadas, finire in excidio Templi Secundi.

11. *Matth. XXIV.* 21. Θλίψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου, ἕως τοῦ νῦν, οὐδ' οὐ μὴ γένηται. Confirmat id Flavius B. Jud. VI. XI. 933. a. ut breviter dicam, neque etiam civitatem unquam talia perpessam puto, neque ullam nationem post hominum memoriam malitiâ ferociorem fuisse.

12. *Matth. XXIV.* 31. Ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων. Hæc vox Iesu de colligendis electis suis: ita Væ exclamavit in Hierosolymas Jesus Anani Filius. Vox à quatuor ventis, ἀπὸ τεσσάρων ἀνέμων; proxime ante excidium. B. Jud. VII. XII. 961. Jesus hic poste-

Qq 3

posterior instinctu Iesu Nazareni ita exclamavit in eâdem causa: Hæc forte Josephus non ignoravit, nec caret omine, quod ipse hujus dicti promus condus sit ex ore Judæi, quam prolocutus est Servator Mundi.

13. *Matth. XXVII.* 26. Παρέδωκεν ἵνα ςαυρωθῇ, Pilatus Iesum crucifigendum tradidit. Verbum παραδίδωμι de judice superiore qui reum ad supplicium tradit ita usurpatur B. Jud. II. XI. 795. παραδοθῆναι Ἰουδαίοις. Celerem Quadratus vinctum Hierosolymam missum Judæis, ad supplicium tradidit, ut per urbem tractus capite plecteretur.

14. *Marc. IX.* 7. 8. De apparentibus Christo in transfiguratione Elia & Mose, & Apostolis stupentibus legimus, ἐξάπινα περιβλεψάμενοι οὐκέτι οὐδένα εἶδον. Scil. iisdem verbis Mosis ex terris discessum auctor describit, νέφους ἀφνίδιον ὑπὲρ αὐτοῦ ςάντος, ἀφανίζεται κατά τινος φάραγγος. Ant. IV. VIII. 132. e.

15. *Marc. XII.* 40. Κατεσίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν: fere similiter B. Jud. VII. XI 959. g. ἀνασκευασμένων ἐκεῖ οἴκων τῶν εὐπόρων. Totas domos exhauserant.

16. *Marc. XIV.* 64. Πάντες κατέκριναν αὐτὸν ἔνοχον εἶναι θανάτου. Antiq. Judaica. XIV. XVII. 484. Ἡρώδης Ἐζεκίαν ἀπέκτεινε —— παραβὰς τὸν ἡμέτερον νόμον, ὃς κεκώλυκεν ἄνθρωπον ἀναιρεῖν, καὶ πονηρὸν ὄντα εἰ μὴ πρότερον κατακριθείη τοῦτο παθεῖν ὑπὸ τοῦ συνεδρίου.

17. *Lucæ I.* 1. Πολλοὶ ἐπεχείρησαν. Hoc verbum de susceptâ scriptione etiam adhibetur cont. Ap. I. 1034. e. οἱ μέν τοι τὰς ἱςορίας ἐπιχειρήσαντες συγγράφειν.

18. *Luc. I.* 8. Ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ. Duo loca Flaviana huc repono, quæ has Ephemerias & praxin, & institutionem earum exponant: Alter extat in vita Josephi p. 998. b. ἐμοὶ δ' οὐ μόνον ἐξ ἱερέων ἐςὶ τὸ γένος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς πρώτης ἐφημερίδος τῶν εἴκοσι τεσσάρων. Ego autem non solum ex Sacerdotum oriundus sum genere, verum etiam ex vice prima inter viginti quatuor illas, quas inter non mediocre discrimen est, quin & ad regium genus per matrem pertineo. Alter de institutione legitur Antiq. VII. XI. 249. a. & fusior est, quam qui hic integer ponatur, refertur autem ad 2. Paralip. V. 10. XXIII. 8.

19. *Luc. I.* 78. Ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους. Hic Josephum torsisse vaticinia veterum, etiam Bileami, quinimo etiam Cantici hujus effatum non immerito multis suspectus est, in gratiam enim Vespasiani explicuit, quod Spiritus S. de Messia I. Christo edixit. Τάχιον δὲ ἐπινοίας διήγγελλον αἱ φῆμαι τὸν ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς αὐτοκράτορα. Opinione vero citius declaratum in Oriente Vespasianum Imperatorem, ubique fama nuntiavit B. Jud. V. XII. 900. g. inde hoc ipso Capite § Inhonestum ait Vespasianus, ut qui sibi auguràsset Imperium, vocisque Dei Minister ac Nuntius extitisset, adhuc captivi loco haberetur, fortunamque sustineret adversam, vocatumque ad se Josephum solvi jubet. Id conveniens est ei, quod apud eundem legimus B. J. III. XIV. 854. ubi suum de Vespasiani Imperio vaticinium pluribus narrat: "Vespasianus quasi missurus "eum Cæsari, ut cautissime custodiretur præce-"pit. Quo audito Josephus aliquid ei soli se di-"cere velle ait, summotisque ab illo omnibus aliis "præter Filium Titum, ac duos amicos. Tu "quidem, inquit, Vespasiane, tantum hoc putas, "Josephum Te habere captivum, ego autem ma-"jorum ad Te nuntius venio, præmissus à Deo: "alioquin Judæorum legem sciebam, & quemad-"modum Duces Exercituum mori deceret. Ad "Neronem me mittis? quid ita? quasi qui Nero-"ni usque ad Te successuri sint, maneant. Tu es "Cæsar, Vespasiane & Imperator, atque hic fi-"lius Tuus. Me autem colligatum arctius Tibi "asservato, nam Dominus quidem non mei solius, "es Tu Cæsar, verum etiam Terræ, Marisque, "ac totius hominum generis, me autem ad majo-"rem pœnam custodiri oportet, si ex tempore & "subito in Dominum ista confingo. &c. — Cum hoc augurio convenit Tacitus Histor. l. V. c. XIII. n. 3. Liberum Patrem cœli, Domitorem Orientis pluribus persuasionibus inerat antiquis Sacerdotum literis contineri, eo ipso tempore fore, ut invalesceret Oriens & Judæâ profecti rerum potirentur. Si Flavius ad Vespasianum torsit loca quæ de צמח quod LXX. ἀνατολὴν reddunt, aliis Judæis eorumque Magistris adversabatur, qui vi prophetiarum Jerem. XXIII. Mich. V. Zachar. III. VI. Genes. XLIX. Numer. XXIV. sibi ipsis maximam fatorum magnitudinem futuram velut ex oraculo spondebant, unde *vulgus*, ut ait Tacitus, *more humanæ cupidinis sibi tantam fatorum magnitudinem interpretati, ne adversis quidem ad vera mutabantur.* Ittigius in prolegomenis super auctorem nostrum pudendam Josephi adulationem appellat, quâ Oracula de Regno Messiæ ad Vespasianum applicuit, atque in hanc sententiam Eusebium citat Histor. l. III. c. VIII. cujus hæc mens. "Adhuc & aliud quid-"dam mirabilius idem Historicus scribit: Oracu-"lum quoddam dicens in sacris repertum esse lite-"ris, hoc in se continens, quod illo tempore ex "ipsorum quisquam regione ortus orbi esset impe-"raturus, quod ipse quidem Josephus in Vespasia-"no impletum esse intellexit. Verum ille non to-"ti sed soli Romano orbi imperavit. Justius au-"tem Oraculum hoc ad Christum refertur, ad "quem dictum est à Patre: Pete à me & dabo Ti-"bi gentes hæreditatem Tuam & possessionem "tuam terminos terræ, Psal. II. cujus sane Apo-"stolorum sonus jam illo ipso tempore in omnem "terram & verba illorum in fines orbis exierant," hæc Eusebius, cui consentanea narrat Zonaras, l. XI. Annal. c. XVI. At ex quo Codice Eusebius hausit, quod Flavius ad istam prædictionem traxerit Psalmi II. Oraculum? idque potius, quam aliquod aliud propheticum, cumprimis collatum ad Luc. I. 78. ubi Servator vocatur ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, eam denominationem ex dictis locis aliqui haustam volunt, quandoquidem Hebræorum צמח LXX. per ἀνατολὴν reddunt, unde & hoc colligeretur, quod Josephus Septuagintavirali versione potius quam Textu Hebræo usus fuisse videretur. De Oraculis Scripturæ à Josepho ad Vespasianum tortis generalis non singularis mentio B. Jud. VII. XII. p. 961. g. Cum in S. Literis, ἐν τοῖς λογίοις scriptum haberent, capiendam Civitatem ac Templum, si fanum quatuor angulis esset effectum, & quod maxime ad bellum eos excitaverat responsum erat ambiguum χρησμὸς ἀμφίβολος, ibidem in Sacris literis inventum, quod eo tempore quidam esset ἀπὸ τῆς χώρας, ex eorum finibus Orbis terræ habiturus Imperium. Id enim illi quidem quasi proprium οἰκεῖον acceperunt, multique sapientes interpretatione decepti sunt: Quo responso Vespasiani designabatur Imperium, qui apud Judæam creatus est Imperator. Hunc Josephi locum emendat Egesippus de Excid. Hieros. V. XLIV. p. 61. b. Oracula de Iesu exponit: "Inter quæ illud præcellentissimum, "quod in Literis æque vetustis, quas sacras voca-"bant, manabat impressum, quod secundum illud "tempus futurus esset Vir, qui de Regione eo-"rum Imperium assumeret in Orbem terrarum; "Quæ res eos in tanto furore posuit, ut sibi non "solum Libertatem, sed etiam Regnum polliceren-"tur. Id alii ad Vespasianum referendum puta-"verunt, prudentiores ad D. Iesum, qui eorum "in terris secundum carnem frater genitus ex Ma-"ria regnum suum per universa terrarum spatia dif-"fudit." Suetonio cum Tacito convenit: Percrebuerat Oriente toto vetus & constans opinio, esse in

in fatis, ut eo tempore Judæâ profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano quantum eventu postea patuit prædictum, Judæi ad se trahentes rebellarunt. Multum semper Orienti tributum, unde & Gentilium priscorum mos Solem Orientem adorare, de quo alibi dicendi locus erit, Moses etiam aram erigi jussit ad Solem Orientem obversam, ut Author noster docet Antiq. IV. VIII. 130. ex Deuter. XXVII. 28. Inde patet Judæorum & Gentilium Scriptoribus inter se collatis, quam constans fuerit de Salute ex Oriente juxta illud tempus afferendâ opinio & validum adversus Judæorum pertinaciam de præstito Messia argumentum. Quod enim in Vespasianum vaticinatus est Flavius verum utique si de Imperio intelligas obtento, absurdum si de felicitate & victoriis Judæorum, quorum ipse flagellum extitit. Verissimum & λογίοις Θεῦ consentaneum, si de Regno I. Christi exposueris, in quo nomen ejus ab Oriente ad Occidentem magnificum est, eritque magis magisque Psal. CXIII. Malach. I. Ita illustris non tantum ORIENS AUGUSTI, quod in Nummis persæpe legimus, sed & ORIENS AUGUSTUS, ἀνατολὴ ἐξ ὕψȣς, de Cœlo ipso. Ex voce Ἀνατολὴ etiam Asia Minor Natolia, Anatolia, Anadoul Turcis nomen suum obtinuit, quæ fuerat Imperii pars Orientalior. Josippon ben Gorion quamquam se verum Josephum fingat & plura de suis rebus, seque à Vespasiano capto, detento, liberato narret, alias Imperatoris in se Liberalitates commendat, hujus autem suæ de ejus Imperio prædictionis ne tantillum quidem meminit.

20. *Luc. II.* 2. Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίȣ. Hæc descriptio prima facta est Præside Syriæ Cyrenio, alii legunt: Prius facta est, quam præsideret Syriæ Cyrenius. Duas fuisse Antiquitatum indagatores agnoscunt. Josephus Antiq. XVII. XV. 615. a. Τῆς ἀρχελάȣ χώρας ὑποτελȣ̃ς προσνεμηθείσης τῇ σύρων πέμπεται Κυρήνιος ὑπὸ Καίσαρος, ἀνὴρ ὑπατικὸς, ἀποτιμησόμενος τὰ ἐν συρίᾳ. Ditione Archelai contributa Syriæ, missus est illo à Cæsare Vir Consularis Quirinius, qui Censum ageret per Syriam. Deinde immediate libri XVIII. initium hoc est. ὡς Κυρήνιος ὑπὸ Καίσαρος ἐπέμφθη τιμητὴς Συρίας καὶ Ἰȣδαίας —— ut jura populis redderet, facultatesque denseret omnium. Capite denique III. ejusdem libri p. 618. asserit Quirinium vendidisse & confiscâsse Archelai facultates peregisseque censum. Hoc anno post Christum natum quarto Chronologus Flavianus censet, alii octavo. Ejus adhuc mentionem facit B. Jud. VII. XXVIII. 985. e, ubi asserit Judæum quendam Eleazarum in Massada non paucis Judæis persuasisse, ne professionem facerent, quando Censor Cyrenius in Judæam missus est. Quicquid indagemus patebit aliam esse descriptionem memoratam Lucæ, aliam his locis Josepho memoratam, quæ fuit nativitate Christi aliquot annis posterior, nec tam late patebat, quam illa quæ Josephum & Mariam Bethlehemum proficisci compulit. Placet Magendeum contra Baronium afferre, qui non multorum teritur manibus. Semel tantum missus est Quirinus Præses in Judæam, idque cum duplici potestate tum regendæ Provinciæ, tum Censûs habendi. Duas ergo Præfecturas Quirinii Pater Annalium (qui tertio eum in Syriam esse missum vult) hic falso comminiscitur. Casaub. §. 30. 31. Marcus Titius post Agrippam missus est in Syriam, non Quirinius. Somnium est igitur illa prima Præfectura quam Baronius tribuit Quirinio. Quid secunda? Illa vero multo magis. Male fingitur Quirinius eâ Provinciâ successisse Cajo, qui nunquam rexit eam, licet Lucas dixerit, hanc descriptionem primam factam fuisse quum Quirinus, Syriæ præesset. Non necessarium est, ut ex eo concludamus Quirinium fuisse Præsidem Syriæ. Nam ἡγεμὼν non tantum dicitur Præses, sed & Romanus Imperator, & Procurator Cæsaris & Legatus. Dicitur ergo ἡγεμὼν, non quod fuerit Syriæ Præses ordinario jure, sed quia cum extraordinario Imperio venisset in Syriam ad faciendam descriptionem. Spanhemii Dubia Part. II. Dub. V. consuli possunt.

21. *Luc. II.* 49. Οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τȣ̃ πατρός μȣ δεῖ εἶναί με. Vulg. Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt oportet me esse? Capellus singularem observationem hoc loco habet, quam cum Fl. Josepho debeat, huc inserendam è re duco, is enim non de negotiis Patris, sed de Templo Patris phrasin ἐν τοῖς τȣ̃ πατρός μȣ exponit, negotiis videlicet non exclusis, juxta id quod ipse Servator ait. Τὸ ἔργον ἐτελείωσα ὃ δέδωκάς μοι ἵνα ποιήσω. Inducit Syrum interpretem qui phrasin de τῷ ναῷ reddit, quod me oportet esse in domo Patris mei. Similis equidem phrasis eodem sensu apud Josephum l. I. c. Apion. p. 1043. occurrit, τόντε χρυσȣ̃ν κίονα τὸν ἐν τοῖς τȣ̃ Διὸς ἀνέθηκεν, aureamque ibi columnam in Templo Jovis reposuit. Ubi ἐν τοῖς manifesto ponitur pro ἐν τῷ ναῷ. Addit Capellus, aptius esse hoc exemplum & manifestius quam illud quod à Fullero affertur ex Chrysostomo. Acutum quippe Christi responsum, q. d. An vos decuit me alibi quærere, quam in Templo? Est enim domus Patris mei, in qua me decet esse. Ante Capellum Gualtherus noster idem voluit, quanquam non vi phraseos sed necessario sensu rei: "At Dei patris "voluntas erat ut in Templo doceret & suæ fun"ctionis Tyrocinium faceret.

22. *Luc. XIII.* 16. Ταύτην θυγατέρα Ἀβραὰμ ȣ̃σαν. Filia Abraham & naturâ & imitatione, Phrasis Judæis adhibita Josephus de Maccabæis. c. 15. p. 1099. ἀλλὰ τῆς θεοσεβȣ̃ς Ἀβραὰμ καρτερίας ἡ θυγάτηρ ἐμνήσθη, quod in Erasmi liberrima Paraphrasi Latine non legitur, in Combefisii versione ita habet de Matre Martyrum Maccabaicorum loquens: Sed Abrahæ filia religiosam fortis animi tolerantiæ vim in mentem revocavit. p. 58.

23. *Luc. XVI.* 22. Εἰς τὸν κόλπον τȣ̃ Ἀβραάμ. De anima Lazari ab Angelis in sinum Abrahæ portatâ. Quanquam Josephus hujus Abrahami sinûs non meminerit. Interim tamen Sermone seu libello de Maccabæis Eleazarum quum loquentem introducit Erasmus in liberiore paraphrasi de suo hæc addit. In tuis ô venerabilis Pater Abraham manibus & in sinum tuum gremiumque venturi grata voluntate moriemur. p. 1090. quâ de causa à Combefisio p. 61. in notis mirifice vapulat: "Plena hic omnia, nec illa Erasmi ad Prosopopœiam necessaria, quæ nec Eleazarus locutus merito videtur, nec scripsisse Josephus: cujusmodi est illa invocatio Patris Abrahæ, & quod in ejus sinum gremiumque gratuletur se morte venturum. Vide plura ibidem. de Textu autem Luc. XVI. 22. Saubertus in Variis N. T. Lectionibus in addendis p. 248. Euthymium inducit sinum Abrahæ de Regno cœlorum paraphrazizantem in locum Matth. VIII. 11. μετὰ Ἀβραὰμ &c. id est ἐν τοῖς κόλποις Ἀβραὰμ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν ȣ̓ρανῶν. Sinus Abrahami, quia Abrahamo potissimum promissio facta.

24. Πρὸς τῇ καταβάσει τȣ̃ ὄρȣς τῶν ἐλαιῶν. *Luc. XIX.* 37. 41. Ὡς ἤγγιζεν ἰδὼν τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ. Descensum montis Olearum Josephus singulariter habet Antiq. XX. VI. 695. Quidam ex Ægypto venit Hierosolymas vatem se esse profitens & plebi suadens σὺν αὐτῷ πρὸς τὸ ὄρος τὸ προσαγορευόμενον ἐλαιῶν ἔρχεσθαι, ὃ καὶ τῆς πόλεως ἀντικρὺς κείμενον ἀπέχει στάδια πέντε, ut secuta se in Montem Oliveti ascenderet, qui è regione urbis ad quintum abest stadium, illic enim visuros suo jussu cadere Hierosolymorum mœnia, ita ut per eorum ruinas aditus

in

in civitatem pateat. Quod factum juxta Chronologum Flavianum circa A. C. 58. Circa quod tempus etiam Ægyptii illius mentio Actor. XXI. 38. Ejus ulterior mentio de Bello Jud. II. XII. 797. Majore plaga Judæos afflixit Ægyptius quidam Pſeudo-propheta. Adveniens quippe in Provinciam, magus quum eſſet, Prophetæ opinionem ſibi arrogavit, triginta ferme millia hominum congregavit, quos vanâ ſeductione deceperat. Et circumducens illos de ſolitudine in montem, qui vocatur Olivarum, inde ad Hieroſolymam nitebatur aſcendere, depulſoque Romanorum præſidio in populares exercere dominationem. Utebatur autem ſtipatoribus, qui ad id facinus convenerant. Prævidit ejus impetum Felix —— Ægyptius cum paucis fugit — Itaque Tribunus Paulum hunc eſſe arbitrabatur, ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας. Differentia in numero, Acta enim recenſent τετρακισχιλίους ἄνδρας τῶν σικαρίων. Joſephus 30000. quæ tamen ita conciliari poſſunt, ut quatuor mille judicandi ſint, quos eduxit ab initio, tandem ingenti colluvie accedente ad poſteriorem numerum adaucti ſint, præterea Joſephus numerum non certo ponit, ſed ait περὶ, circiter, imo etiam facile pro τρισμυρίους τετρακισχιλίους legere poſſit. De Lachrymis Chriſti ad Oliveti montem ad calamitatem Judæis imminentem hoc unum notari velim, quum ipſa calamitas eos premeret, lachrymis omnibus fuiſſe ſuperiorem. Cum hi ardere ſuperiorem civitatem vidiſſent οὔτε ἤλγησαν, οὔτε ἐδάκρυσαν, neque doluere, neque illacrymavere. Sed apud Romanos, qui hæc paterentur inventi ſunt. B. Jud. VI. XI. 933.

25. *Luc. XX.* 38. Θεὸς οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων, πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν. Hoc argumento Chriſtus ex Hiſtoria Abrahami, Iſaci & Jacobi veritatem Reſurrectionis probat, cum quibus pulchre convenit, quod de Maccabæis legimus: οἱ διὰ τὸν Θεὸν ἀποθνήσκοντες, ζῶσι τῷ Θεῷ ὥσπερ ἀβραάμ, ἰσαὰκ καὶ ἰακὼβ, καὶ πάντες οἱ πατριάρχαι. De Maccabæ. p. 1000. d. His verbis Mater filiorum Maccabaiorum animos illis incuſſit, ſeu jam hæc ipſius verba ſint, ſeu verius Joſephi, qui eam per προσωποποιΐαν infert, quis non quaſi in ſpeculo videt verba Chriſti loco dicto allegata? Fere ejuſmodi eſt, quod eodem de Maccabæis libro Eleazarus exclamat, p. 1090. In tuis, o Venerabilis Pater Abraham manibus & in ſinum tuum gremiumque venturi gratâ voluntate moriemur. Niſi hæc verba libertati Paraphraſtis adſcribenda eſſent, quod ſupra n. 23. indicavimus.

26. *Luc. XXIV.* 31. Ἄφαντος ἐγένετο ἀπ᾽ αὐτῶν. Talem dicendi modum Joſephus infert de Ægyptio Pſeudo-propheta, de quo num. 24. actum eſt: ὁ δὲ αἰγύπτιος αὐτὸς διαδράσας ἐκ τῆς μάχης ἀφανὴς ἐγένετο. Ægyptius ipſe pugna elapſus diſparuit, profecto non quod inviſibilis manſerit in loco qui antea aderat viſibilis, ſed quod loco ceſſerit, unde ſaltem id conſequi neceſſe eſt vocem ἀφανὴς, ἄφαντος, talem diſparentiam notare, quæ diſceſſum ſubindicet.

27. *Johann. III.* 14. 15. De Serpentis ænei hiſtoriâ à Flavio omiſſa actum à nobis eſt in Omiſſis, num. 12. ibi vide.

28. *Johann. IV.* 20. 21. Ἐν τῷ ὄρει τούτῳ. In monte hoc, id eſt in Garizim oportere adorationem fieri contendebat Samaritana. Joſeph. Antiq. Judaic. lib. XIII. VI. 434. a. "Judæi contendunt juxta Moyſi "præſcripta Hieroſolymitanum Templum eſſe le- "gitimum, Samaritæ vero Gaziritanum. De Samaritanorum in Judæos propter Templum odio ibid. 433. & alibi in toto opere paſſim. Quoties feliciter degere Judæos Samaritæ viderint cognatos ſe eorum appellant, quando vero in rebus adverſis eos aſpiciunt, nihil ad ſe pertinere ajunt. Antiq. IX. XIV. 526.

29. *Johann. V.* 2. 3. Ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρᾳ. Piſcinæ (hujus probabiliter mentio B. Jud. VI. VI. 913. a. Ὑπὲρ τὴν σιλωὰμ ἐπιστρέφων πηγὴν, ἔνθεν τε πάλιν ἐκκλίνον πρὸς ἀνατολὴν, ἐπὶ τὴν σολομῶνος κολυμβήθραν. Incipit murus à turri, cui nomen eſt Hippico —— deinde ſupra fontem Siloam in meridiem flexus, atque inde rurſus in Orientem verſus, qua Stagnum Salomonis eſt, uſque ad locum quem Ophlam vocant. Quid ſentiendum Heinrici Hottingeri Notis in Goodwinum & Conradi Hottingeri Diſſertatione de piſcina Betheſdæ conſtat.

30. *Johann. VI.* 27. Ἐργάζεσθε τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον. 35. Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. 32. Οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ᾽ ὁ πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν. Aliquid ejuſmodi de Manna habet Ant. III. I. 73. Θεῖον ἦν τὸ βρῶμα καὶ παράδοξον. Divinus & incredibilis erat hic cibus inopinabilis. Quanquam de ſpirituali vereque cœleſti manna ignorare voluit.

31. *Johann. X.* 22. Ἐγκαίνια ἐν ἱεροσολύμοις. Locus eſt Antiq. XII. XI. 416. de repurgato à Juda Templo, ob quod feſtivitatem inſtituit tantâ lætitiâ, ut lex lata ſit, quæ juberet quotannis hoc feſtum reparati cum cæremoniis templi per octo dies celebrari καλοῦντες αὐτὴν φῶτα, vocamus hanc feſtivitatem luminum, opinor ideo quod ex inſperato nobis illuxerit tanta felicitas. 25. Decembr. I. Maccab. IV.

32. *Johann. XVIII.* 28. Ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα. Placet indicare hoc loco ex B. Jud. VII. XVII. 968. ingentem & incredibilem multitudinem ovium Paſchalium ſub Ceſtio uno Paſchale mactatorum, ut inde de adhuc majore Judaici populi multitudine rationes ſubduci poſſint. Ceſtius vires civitatis ac florem Neroni ſignificare cupiens, contemnenti nationem, à pontificibus petiit, ut ſi quo modo poſſent multitudinem numerarent. Illi autem hoſtiarum ducenta & quinquaginta ſex millia & quingentas numeravere. Fiunt autem, ut denos epulatores per ſingulas imputemus, vicies centena ac ſeptingenta millia, ſancti omnes ac puri, unde colligere licet, quomodo promiſſio Dei impleta, quod numerus illorum futurus ſit ut arena maris. Summa autem Joſephi ex ovium mactatarum multitudine numero rotundo maximo ſumitur, non præciſe, quod ita procederet. 256500. Hoſtiæ, unaquæque pro 10. Convivatoribus. 2565000. Convivatores.

At ſecundum Joſephum ponuntur 2700000.

33. *Actor. I.* 11. Ἄνδρες Γαλιλαῖοι. Ita & Joſephus Galilæos alloquitur: ὁρκίζω ὑμᾶς ὦ γαλιλαῖοι. Vos viri Galilæi adjuro ne veritatem celetis. Vita Joſ. p. 1018. f. g. *Actor. I.* 18. Πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος. Cum Judæ morte mors Ahitophelis conferri poteſt. Is in penitiſſimas ædes digreſſus ſe ipſe ſuſpendit ἀνήρτησεν αὐτόν· quem cognati laqueo demtum καθελόντες ἐκ τῆς ἀγχόνης, funeraverunt. Antiq. VII. IX. 233. Laqueo finire vitam quibuſdam pro honore in fortitudinis ſignum. Bardeſanes apud Euſebium Præpar. l. VI. c. 10. variarum gentium mores deſcribens, Γερμανῶν τοὺς πλείους ἀγχονιμαίῳ μόρῳ ἀποθνήσκειν fracto cervicibus laqueo mori, & Procop. l. 2. Gothicor. Herulo defuncto uxor laqueo apud viri ſepulchrum vitam finivit, quæ hoc facere recuſaret, ignominioſa habita. Florus de Cimbrorum mulieribus. Quum miſſâ ad Marium legatione libertatem ac Sacerdotium non impetrâſſent, nec fas erat, ſuffocatis eliſiſque paſſim infantibus ſuis, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculo è crinibus ſuis facto ab arboribus jugiſque pependerunt. Job. VII. 15. Anima mea ſtrangulationem eligit מחנק, Aquila reddit ἀγχόνην.

34. *Actor. II.* 6. Συνῆλθε τὸ πλῆθος καὶ συνεχύθη. De

De ingenti ad Templum conveniente turba, de cujus numero heic num. 32. specimen ex Paschali congregatione sumi potest. Sed quod hi omnes Judæi vel Proselyti quod Lucas his verbis docet, ἦσαν ἢ ἐν ἱερεσαλὴμ κατοικᾶντες ἰεδαῖοι ἄνδρες εὐλαβεῖς ἀπὸ παντὸς ἔθνες τ̃ ὑπὸ τ̃ ἐρανὸν, qui postmodum v. 9. enarrantur. Ad explicationem atque illustrationem horum omnium faciunt duæ voces, quas auctor adhibet de innumerabili multitudine Judæorum Hierosolymis tempore festi Paschalis sub Nerone degente. B. Jud. VII. XVII. 968. Τέτων τὸ πλέον ὁμόφυλον μὲν ἀλλ' ἐκ ἐπιχώριον. Horum plerique gentiles fuere, i. e. ex una gente orti, sed non indigenæ, ab omnibus enim regionibus ad azymorum diem festum congregati. —— ——

35. *Actor. III.* 1. Ἐπὶ τὴν ὥραν τ̃ προσευχῆς τὴν ἐννάτην. Ita Actor. X. 3. 30. imo etiam Matth. XXVII. 45. 46. Marc. XV. 33. 34. Josephus B. Jud. VII. XVII. 968. Πάσχα καλεῖται, καθ' ἣν θύεσι μὲν ἀπὸ ἐννάτης ὥρας μέχρι ἑνδεκάτης —— Judæi cum dies festus adesset, qui Pascha vocatur, quando à nona quidem hora usque ad undecimam hostias cædunt. — ea hora sacrificiorum vespertinorum, sacrificii paschalis mactandi, Orationis, Passionis Christi ἐν ἀκμῇ. de hora confer Jos. Ant. XIV. VIII. 474.

36. *Actor. V.* 36. Ἀνέστη Θευδᾶς. Ejus Rebellionem vide Antiq. XX. II. 689. 690. an Theudas ante Judam vel Judas ante Theudam, Magenel in Baron. p. 133. Drusii præterita, Capelli Spicilegium.

37. *Actor. V.* 34 —— 40. Γαμαλιήλ. Gamaliel. Diversos hujus nominis adducit ex Magistris Otho in Lexico. Noster memorat Simonem Gamalielis. Ὁ γαμαλιήλε συμεών. B. Jud. IV. v. 873.

38. *Actor. VI.* 9. Ἐκ τ̃ συναγωγῆς λεγομένης λιβερτίνων, καὶ κυρηναίων καὶ ἀλεξανδρέων. Sunt qui vocem Libertinorum non pro secta præcise hoc loco intelligant, sed populorum qui ad utrumque littus maris Mediterranei erant & pro se Jerosolymis specialem Synagogam habebant. Hebraice sonaret לעבר שני, dialecto recentiore לעבר תני Legnebertene Libertene, vel in binis lateribus Judææ & Syriæ, extat in hanc sententiam tractatus P. H. atque illa aliorum mentem qui sectam vocant non diruit: Aliquid Josephus non absimile habet, Ant. XX. X. 561. Τὰς ἢ κατὰ τὴν ἀσίαν Ἰεδαίες καὶ ὅσες ἡ πρὸς κυρήνην λιβύη κατέσχεν ἐκάκεν αἱ πόλεις. Unde conjicio urbes illas in Asia & Cyrenaica sibi oppositas ad utrumque maris illius latus multa habuisse, quod ad Judæos inter Græcos ibi habitantes communia, easdem consuetudines, eandem linguam, eadem fata, eandem, ut videtur, & communem Hierosolymis Synagogam, ubi Græce Lex ipsis legeretur.

39. *Actor. IX.* 10. Σαῦλον ὀνόματι ταρσέα. Plane multa eximia de Tarso Flavius, ex quibus paucula delibabimus. Θαρσὸς ἢ Θαρσεὺς. Tharsus Tharsos condidit, sic enim antiquitus Cilicia vocabatur, Tharsos enim apud eos maxima Civitatum Metropolis, T. pro Θ. mutato. Apud Josephum habemus Θ. in N. Test. & in Nummis T. quos damus Tab. III. n. 3. cumprimis notandum Tarsenses jus civitatis Romanæ habuisse, id quod locum Actor. XXII. 28. mire explicat; in Nummis TARCOY MHTΡΟΠΟΛΕΩΣ. Tarsum à Sardanapalo conditam, seu auctam alius nummus ostendit, qui symbolum ejus habet. Jonas εἰς Ταρσὸν ἔπλει τ̃ κιλικίας. Antiq. IX. XI. 318.

40. *Actor. IX.* 32. Κατοικᾶντας λύδδαν. Lydda urbs maritima Syrophœnicum, purpura celebris Josepho sæpissime memorata Antiq. XX. V. 692. κώμη dicta. εἰς κώμην λυδδὰ προσαγόμενος λύδδαν. Quadratus in vicum profectus Lyddam, instar urbis magnum, sedit pro Tribunali. Distabat Hierosolymis instar itineris diarii. Fœminæ Lyddanæ depsunt massam, ascendunt Templum, orant, redeuntque priusquam fermentetur: Multa ex Rabbinis de hoc loco habet Otho in Lexic. Rabbinico, sed & hoc addendum etiam Hieronymi tempore multos ibi fuisse Rabbinos. Memini, ait præfatione in Jobum, me ob intelligentiam hujus voluminis Lyddeum quendam præceptorem, qui apud Hebræos primus esse putabatur non parvis redemisse nummis. Ptolemæus etiam meminit, ἰάμνία, λύδδα, ἀντιπατρὶς, alias Diospolis dicta.

41. *Actor. IX.* 36. Ταβιθὰ ἡ διερμηνευομένη λέγεται δορκάς. à δέρξ, caprea sylvestris, quia in sylvis proprie degit *dama*, δέρκω, video, illa enim animantia sunt ὀξυδερκῆ, acuto visu prædita. Tabitha, ex צבי. Deuter. XIV. 5. Chald. טביתא טביא caprea: Nomen videtur amabile & eo tempore in usu, Joseph. B. Jud. IV. v. Johannes ad cædes promtissimus, δορκάδος ἔτος ἐπεκαλεῖτο. qui lingua patria Dorcadis filius appellabatur: p. 872. a. b.

42. *Actor. XI.* 28. Ἐσήμανε λιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκεμένην ὅστις καὶ ἐγένετο ἐπὶ κλαυδίε καίσαρος. Hanc famem describit Josephus Antiq. III. XIII. 100. Nuper etiam non longe ante Judaicum bellum principatu Claudii, Pontificatum apud nos Ismaële obtinente, tam valida fames regionem nostram pressit, ut assaron quatuor drachmis veniret &c. —— Ejusdem sub Claudio famis altera mentio Antiq. XX. II. 686. λιμὸς τὴν πόλιν πιεζοῦντος. Helena Adiabenorum Regina peropportune Hierosolymas venit, cum civitas gravi fame premeretur & multi perirent alimentorum inopia, Regina ex suis Alexandriam misit comparaturos magnam vim tritici, alios in Cyprum, qui copiam ficuum passarum inde adveherent, quibus omnibus brevi reversis, cibos egenis distribuit, atque hoc beneficio memoriam immortalem sibi apud nostram gentem peperit.

43. *Actor. XII.* 19. Φύλακας ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. Herodes jussit custodes duci scil. ad supplicium: hoc sensu vox adhibetur ab authore de Herode Ascalonita qui Hyrcanum sustulit, εἰς αἰτίαν τὸ τοιῦτον ἐπαναφέροντα δωροδοκίας καὶ προδοσίας ἀπαγαγεῖν προστάξαι τ̃ ἀνδρα. Antiq. XV. IX. 525. c. Psal. CXXV. 5. ἀπάξει κύριος. Plinius ad Trajanum Ep. XCVII. lib. X. de Christianis. Interrogavi ipsos an essent Christiani, confitentes iterum ac tertio interrogavi, supplicium minatus, perseverantes *duci* jussi. Cicero ad Catilinam, ad mortem te *duci* jam pridem oportebat. Luc. XXIII. 32.

44. *Actor. XII.* 22. 23. Herodis infandum scelus & miserabilis exitus à Josepho fuse describitur, ut videatur quasi Commentarii loco in Lucam adhibendus, Lucas enim scripsit prior. Vocat autem hunc Regem auctor noster Agrippam Magnum. hancque tragœdiam exhibet Antiq. XIX. VII. 679. Τακτῇ ἡμέρᾳ à Josepho describitur dies solennium ludorum Cæsareæ habitorum pro salute Cæsaris, & quidem ἡ δευτέρα, secunda illius celebritatis. Ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικὴν, indumentum illud noster ita describit: στολὴν ἐνδυσάμενος ἐξ ἀργύρε πεποιημένην πᾶσαν, ex argento totam mirabili opere contextam, quæ radiis exorientis Solis percussa divinum quendam fulgorem emisit & venerationem cum horrore incutiebat spectantibus. Quum Lucas ait ὁ δῆμος ἐπεφώνει, Φωνὴ Θεῦ καὶ ἐκ ἀνθρώπε. noster id ita exponit, moxque κόλακες adulatores perniciosi aliunde acclamantes, Deum consultabant (προσαγορεύοντες melius redditur appellantes, ut Ruffinus habet & verbum Græcum cum testimonio scripturæ convenit) rogantes ut faveret propitius, quod Ruffinus etiam majore cum emphasi reddit, dicentes scil. ad Regem. Propitius esto nobis, quam impiam ille adulationem nec castigavit, nec repulit. Quod Lucas addit, παραχρῆμα ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος κυρίε, illud Flavius de nuncio Bubone malo omine viso explicat, quod signum

gnum externum adesse poterat, Angeli divini vi intrinsecus agente. Quod σκωληκόβρωτον Lucas vocat, hoc περιφερέζει Josephus secuta ventris tormina κοιλίας ἄλγημα, crescente dolore cruciabatur, cruciatu per quinque continuos dies (Juchasin tres dies ponit) nihil remittente confectus vitam finiit, postquam regnasset per septennium. Ubi mirum quod Josephus quum aperte fateretur ipsum propter adulationem ita à Deo punitum, ipse tamen ibi etiam post mortem omnibus modis adularetur. Interim his ipsis quum posterior Lucâ scripsisset, maxime confirmat veritatem Scriptionis sacræ. Anni regni B. Jud. II. x. 793. aliter ponuntur. Decessit in Cæsarea βεβασιλευκὼς ἔτη τρία, postquam tribus annis regnâsset? Josippon viginti tres ipsi dat, lib. V. c. XLV.

45. Παῦλος ἐπιλεξάμενος σίλαν. *Actor. XV.* 40. Alterum Silam memorat Joseph. Antiq. XIX. 5. Agrippa Rex constitutus Magistrum præfecit toti suæ militiæ Silam, quem multorum & difficilium laborum individuum socium habebat. Hic quum Regi Agrippæ quotidie importunius labores suos in ejus gratiam exhaustos exprobraret, præfectura illi ademta, vinctusque in patriam servandus missus. Antiq. XIX. VII. 677. Agrippa mortuo Herodes Dynasta Chalcidis & Chelcias magister Regiæ militiæ, priusquam evulgaretur Regis obitus conspirantes Aristonem miserunt, qui Silam communem amborum inimicum interficerent, quasi hoc à Rege mandatum acceperit. p. 679. g. Hæc occasione nominis & temporis, alias hi diversissimi.

46. *Actor. XVIII.* 2. Χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς ῥώμης. Claudius edictum emisit ut omnes Judæi Româ cederent. Hanc Judæorum à Claudio factam expulsionem apud Josephum nondum legi, sed potius ingentia ejus in Agrippam Regem benefacta. Antiq. XIX. V. Gloriosus auctor hoc studio in gratiam populi tacere potuit. Memorant Ethnici, Suetonius in Claudio, Judæos impulsore Chresto assidue tumultuantes Româ expulit; Confundit Judæos & Christianos, innocentes cum nocentibus.

47. *Actor. XVIII.* 18. Κειράμενος τὴν κεφαλήν. *Actor. XXI.* 23. Ἄνδρες τέσσαρες εὐχὴν ἔχοντες ἐφ᾽ ἑαυτῶν —— ἵνα ξυρήσονται τὴν κεφαλήν. Ejusmodi rasuræ mentionem habet Josephus sub Agrippa Rege, qui multos Nazaræos ξυρᾶσθαι διέταξεν, Antiq. XIX. V. 675. & de Berenice, quæ venit Hierosolyma, ut vota Deo persolveret —— antequam immolent ξυρήσασθαι τὰς κόμας, capillos radunt. B. Jud. II. XV. 801. In voto Naziræatus alebant comam. de Berenice Juvenalis Satyr. VI. 154. Alia Berenice Catulli qui de Coma Berenices scripsit Elegiam 67.

48. Ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος. *Actor. XXI.* 38. Hunc describit noster Antiq. XX. VI. 695. & Bell. Jud. II. XII. 797. Eodem tempore, sub Felice, quidam ex Ægypto venit Hierosolyma, vatem se esse profitens & plebi suadens, ut secuta se in montem Oliveti ascenderet, qui è regione urbis ad quintum abest stadium, illic enim visuros suo jussu cadere Hierosolymorum mœnia, ita ut per eorum ruinas aditus in civitatem pateat. Quo cognito Felix jubet milites arma sumere, stipatusque multis equitibus ac peditibus, erumpens invadit turbam seductam ab Ægyptio, quorum quadringentis occisis, ducentis viros cepit: Ægyptius ipse pugna elapsus disparuit, ἀφανὴς ἐγένετο, quæ phrasis etiam in N. T. non disparentiam sed clandestinam & proximo non observatam abitionem notat, quod de hoc ipso alibi noster asserit, τὸ μὲν αἰγύπτιον φυγεῖν μετ᾽ ὀλίγων. ——

49. *Actor. XXVI.* 6. 7. Εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν ἐλπίζει. Apostolus hac voce exprimit duodecim tribus rediisse, duodecim tribus expectare Messiam, non tantum duas illas ex quibus Regnum Judæ olim constabat, quod equidem posterius autor noster etiam atque etiam multis locis pertendit & trans Euphratem nescio quodnam (etiam ipse nescit) Israëlitarum regnum amplissimum fingit, scilicet in ipsa Utopia. In eo tamen Josephus sibi non usque adeo constat, ut non hinc inde aperta vestigia post se relinquat, ex quibus cognoscere possimus ipsum convictum fuisse de reditu duodecim tribuum, de religione, sacrificiis, cultu & fide duodecim tribuum. Nam duodecimo Antiq. libro c. II. p. 391. à Ptolemæo Philadelpho arcessuntur seni ex singulis tribubus Seniores, qui fuerunt isti 72. interpretes: quid eâ re opus, si non fuerunt populus duodecim tribuum? Idem adhuc accuratius & significantius cernimus in Aristea, qui cum Fl. Josepho impressus est p. 8. ubi viri illi ex unaquaque tribu distincte omnes nominibus suis recensentur. Hoc Josephus sui oblitus iterum confitetur, quum absoluti Templi historiam & dedicationem sistit Antiq. XI. IV. 366. Sacerdotes ac Levitæ cum reliqua Israëlitarum multitudine obtulerunt sacrificia χιμάρους ιβ´ κατὰ φυλήν, τοσαῦται γάρ εἰσιν αἱ τῶν Ἰσραηλιτῶν φυλαί. Taceo quod Reliquiæ decem Tribuum missis ad Regem Assyrium Legatis petierant, ut Sacerdotes aliquot è captivis Israëlitis ad eos remitteret, quo facto Legem & Dei colendi rationem denuo edocerentur, Antiq. IX. XIV. 315. 316. Dodecaphylon triplici hominum genere constitisse videtur. 1. ex iis qui non abducti erant, sed in regione manserant. 2. Reg XVII. 2. ex iis qui redierant, quamvis non plenis tribubus, diversis tamen turmis. 3. ex iis qui cum adhuc in dispersionibus essent, ad Sacra tamen festa Hierosolymas ascenderunt. Plura ex aliis qui velit, adeat Adr. Pauli Dissertationem de decem Tribubus perditis non deperditis, cump. p. 59. Sub Esdra rursus XII. hædos obtulerunt, quod videre est p. 314. editionis Lat. Frobenianæ. Esdr. VI. 17. VIII. 35.

50. *Actor. XXVII. XXVIII.* Iter Pauli Romam & passum in eo maritimo itinere naufragium plane multa habet parallela cum Flavii Josephi itinere Romano atque itidem passo naufragio, quod ipse in vita sua describit p. 999. adeo ut & tempus & loca considerantibus liceat opinari eos quasi unâ navi vectos fuisse, nisi pauca quædam alia aliud plane sentire juberent. βαπτισθέντος ἡμῶν τοῦ πλοίου κατὰ μέσον τὸν ἀδρίαν, inquit. Mergebatur nostra navis in medio mari Adriatico. Ecce Parallelismos, *a.* Tempus, Paulus ad initium Præfecturæ Porcii Festi Romam deductus, Actor. XXIV. 27. XXVII. 1. Josephus quo tempore Felix in Judæa Procurator erat iter destinavit sub Festo effectum dedisse videtur, nam annus 26. vitæ ipsius de quo mentionem facit procurationi Felicis minime respondet. *b.* Utriusque Iter ex Palæstina navi Romam. *c.* Pericula. Uterque maximis in mari exhaustis periculis. *d.* Captivi in utriusque itinere erant in navi, ob leviorem culpam vincti Romam missi. Actor. XXVII. 41. *e.* Naufragium uterque sustinuit. *f.* Loca in quæ naufragio facto appulerunt aut aliâ navi ingressi transierunt, Puteoli. Actor. XXVIII. 13. *g.* Ipsa navis aliquid injicere potest, nempe altera illa post naufragium Alexandrina vocatur, Actor. XXVIII. 11. Josephi Cyrenaica, Cyrene autem ad idem latus maris cum Alexandria situ est, potuit Cyrenaica esse, *quæ ex celebri Alexandriæ portu solvit. *h.* Puteolis Paulus fratres invenit, i. e. Judæos, tota enim illius Capitis series ostendit per fratres Paulum non Christianos sed Judæos intelligere: Josephus perinde Puteolis cum Judæis familiaritatem contraxit, cujus ope evenit ut Poppææ conjugi Neronis innotesceret. Aliæ conjecturæ ad-

addi possent, quasi una utriusque navigatio fuisset. Obstant tamen disparitate, non erant totidem utrinque personæ, alia atque alia fata, hic nemo vitæ jacturam fecit, illic ex sexcentis octoginta emerserunt. Hoc saltem conjicio, etiamsi non fuerit eadem atque una utriusque navigatio, probabile tamen esse Josepho Pauli doctrinam & causam vel in ipsa Palæstina, vel Romæ ubi eodem tempore degerunt, non fuisse incognitam & ab ipsis Judæis detectam.

51. *Roman. I.* 23. Ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ, δόξα eo loco & gloriam Deo debitam notat & simul notare potest doctrinam seu opinionem & sententiam de Deo. Quo facit quod apud nostrum legimus contr. Apion. II. 1078. εἰ δέον τοὐναντίον τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν αὐτοὺς, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἡμῶν ἀμετακίνητον διαφυλάττειν. Oportet Opinionem de Deo ejusque culturam immobili Religione servare. Sic loquitur author, postquam Græcorum Deos salse risisset, quod senescant & putrescant, quod novos Deos, nova Templa erigant, quum unus & verus Deus sit ἄφθαρτος & τὸ φθαρτὸν nunquam possit esse Deus.

52. *Roman. I.* 30. Ἐφευρετὰς κακῶν. Josephus cont. Ap. II. 1073. a. Καινῶν εὑρετὰς ἔργων.

53. *Roman. II.* 28. 29. Οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή. Helenæ Adiabenorum Reginæ cum filiis suis ad Judaicam Religionem convertendæ hoc ipsum Ananias pro ratione protulit, Antiq. XX. II. 685. Licere ei etiam absque circumcisione Deum pie colere, si Judæorum instituta placeant. In hoc enim magis suam religionem, quam in circumcisione corporis, τοῦτο εἶναι κυριώτερον τοῦ περιτέμνεσθαι, daturumque Deum veniam si necessitate coactus signaculum id omitteret. —

54. *Roman. XVI.* 3. Ἀσπάσασθε πρίσκιλλαν καὶ ἀκύλαν τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. quorum etiam mentio Actor. XVIII. Aquilæ nomen circa illud tempus valde in usu. Etiam Josephus meminit, extremum Cajo Imperatori istum qui illi ultimum attulerit exitium Aquilam inflixisse τελευταίαν δὲ ἀκύλας ὁμολογεῖται. Ant. XIX. I. 660. Differt hic Flavianus à Pontico Pauli, nam Caji interfector Romanus potius censendus, differt ab Aquila qui partem versionis Græcæ confecit, ut aliqui sinistre arbitrantur. Caji interfector pertinet ad Annum Christi 42. Aquila Priscillæ Judæus Ponticus, cujus acta, itinera, hospitationes pertinent ad annos Christi a 49 — 67. Aquila translator, S. Aquilas, qui à quibusdam cum Onkelos confunditur sub Hadriano floruit integro post superiora tempora sæculo, de quo Hieronymus consuli potest & ex variis compendio Wetstenius in Origenem.

55. 1. *Corinth. I.* 20. Τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου — Jos. Ant. XX. IX. 703. in fine totius operis. μόνοις σοφίαν μαρτυροῦσι τοῖς τὰ νόμιμα σαφῶς ἐπισταμένοις. Solos sapientes suo suffragio Judæi pronuntiant, qui legis & sacrarum literarum tantam assecuti sunt peritiam, ut eas etiam interpretari valeant.

56. 1. *Corinth. IV.* 13. Ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. Homines Diis immolati sunt, ad averruncandam eorum iram à plerisque fere nationibus, quod Ursinus in Analectis notat. De Scythis noster C. Ap. II. 1080. a. σκύθαι φόνοις χαίροντες ἀνθρώπων, Scythæ cædibus gaudentes humanis, nempe in re Sacrâ. Sed præcipua pars libri II. C. Apionem legenda, cumprimis magnum illud fragmentum, quod in Græcis impressis non extat, sed in Latino Ruffini legitur, ubi Apion calumniator Judæos incusabat, quod in adyto Templi Græcum aluissent ad Sacrificium ex eo faciendum, quam calumniam multis noster confutat.

57. 1. *Corinth. VII.* 18. Περιτετμημένος τις ἐκλήθη, μὴ ἐπισπάσθω. Quomodo id factum sit noster recenset in timoribus & Persecutionibus Antiochianis Antiq. XII. VI. 408. Impetrato à Græcis Hierosolymis Gymnasio, adduxerunt sibi præputia συγχωρήσαντες καὶ τὴν τῶν αἰδοίων περιτομὴν ἐπεκαλύψαν, ὡς ἂν εἶεν καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπόδυσιν ἕλληνες, ut nudi quoque non essent Græcis dissimiles. Celsus l. VII. c. 25. Cutis chirurgi operâ ferro adducta, ut glandem rursus operiat, attrahebatur pellicula, ne amplius dicerentur Apellæ. 1. Macc. I. 15. ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἀκροβυστίας. Jerem. IX. 25. minatur Deus, se visitaturum ἐπὶ πάντας περιτετμημένους ἀκροβυστίας αὐτῶν: qui cum fuerint circumcisi, postea præputium attraxerint. Drusius in Præteritis ex Epiphanio ostendit, quod id arte medicâ ope σπαθιστῆρος factum sit. Gravius est, verba sunt ex Epiphanii versione Latina de mensuris & Ponderib. p. 611. hoc quod etiam à circumcisione præputiati fiunt, arte quadam medicâ, per instrumentum attractorium Spathisterem appellatum infernam membrorum cuticulam attrahi sinentes, suturamque admittentes, & glutinatoriis circumdatis præputium rursus superinducunt. — Hanc traditionem Diabolici inventi Esau fratrem Jacob reperisse ajunt ad abnegationem Dei & ad deletionem characteris patrum ipsius. Talis Hebræis משוך dicitur. Epispasmum in Æthiopia locum habere narrant.

58. 1. *Corinth. X.* 8. Ἔπεσον εἰκοσιτρεῖς χιλιάδες. Josephus Antiq. IV. VI. 117. a. habet ἄνδρες οὐκ ἐλάττους τετρακισχιλίων, quatuordecim millia non minus virorum. Numer. XXV. 9. habet textus Hebræus & Græcus, ארבעה ועשרים אלף, τετρακισχιλίων καὶ μυρίων. Apud Josephum est non nisi generalis recensio, aut librariorum oscitantia οἱ μύριοι neglecti sunt, qui si addantur numerus cum numero Num. XXV. consentiet. Quod vero Paulus nonnisi 20000. recenseat videtur hinc esse, quia tantum eos putat qui gladio perierunt, non putatis mille viris primoribus, qui suspendio luebant.

59. 1. *Corinth. XIII.* 4. Οὐ περπερεύεται. Dilectio non in protervum sapit. apud Josephum hoc verbum non inveni. Etymologicum vetus Masuri. Πέρπερος ὁ φλύαρος· ἀπὸ τοῦ περιφέρω. —

60. 2. *Corinth. XI.* 24. Τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον. XXV. 3. Ἀριθμῷ τεσσαράκοντα μαστιγώσουσιν αὐτόν. Joseph. Antiq. IV. VIII. 124. Qui contra fecerit πληγὰς μιᾶς λειπούσας τεσσαράκοντα τῷ δημοσίῳ σκύτει λαβὼν τιμωρίαν ταύτην αἰσχίστην ἐλεύθερος ὑπομενέτω. Qui contra fecerit, plagas una minus quadraginta publicâ scuticâ accipiens illiberalem hanc pœnam sustineat — Judæi Mose vel ipso Deo sapientiores esse voluerunt. Consulendus Fagius ad locum Deuteronomii.

61. 2. *Corinth. XII.* 7. Σκόλοψ ἐν σαρκί. Aliquid ejusmodi de cruciatu immani refert author, quum dira fames obsessos premeret & cibum crudelissimi ex aliis extorquerent: ὀρόβοις μὲν ἐμφράττοντες τοῖς ἀθλίοις τοὺς τῶν αἰδοίων πόρους, ῥάβδοις δ' ὀξείαις ἀναπείροντες τὰς ἕδρας. Acerbissimos cruciatus excogitabant, dummodo alimenta reperirent, nunc excruciantes genitalium vias, nunc virgis acutis podices transfigendo. B. Jud. VI. XI. 932.

62. 2. *Corinth. XII.* 11. 12. 13. Γέγονα ἄφρων καυχώμενος. Ita noster c. Ap. II. p. 1069. g. Non proposui laudes conscribere nostrorum, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ψευδῆ κατηγορημένοις ἡμῖν ταύτην ἀπολογίαν δικαιοτάτην εἶναι νομίζω &c. —

63. *Galat. I.* 19. Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. Sic Flavius Antiq. XX. VIII. 698. b. ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ. De quo plura in ipso Lexico Flaviano.

64. *Galat. III.* 19. Ὁ νόμος διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου. Ita: τοῖς νόμοις δι' ἀγγέλων παρὰ Θεοῦ μαθόντων. Ita Stephanus ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων. Actor. VII. 53. Antiq. XV. VIII. 522. a. Hebr.

Hebr. II. 2. Velim aliquis mihi ostendat unde Josephus hanc veritatem & hanc simul expressionem hauserit, nisi vel à Stephano vel à Paulo. Ex Veteri enim Testamento directe & ad literam non habere potuit, quæ enim Deuter. XXXIII. 2. & Psalmi LXVIII. leguntur, illa ad stabiliendam hanc veritatem eximia sunt, sed inde eliciuntur per consequentiam, phrasis ipsa ibi non extat, ut omnino videatur hic textum N. Testamenti inspexisse, atque eximium hunc florem inde delibâsse. De μεσίτῃ ipse Moses loquens introducitur ἀκροαλὴς ἀφθάρτυ φωνῆς ἐχόμενω. Ego nihil aliud sum quam tanti Numinis Interpres. Antiq. III. IV. 78.

65. *Galat. IV*. 9. Ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα. De velo ait Flav. Antiq. III. VIII. 87. a. Τὰ φάρση ἐκ τεσσάρων ὑφανθέντα τὴν τῶν στοιχείων φύσιν δηλοῖ. Vela è quatuor coloribus contexta elementorum naturam designant: vide ibidem ejus cogitationis deductionem prolixiorem.

66. *Galat. IV*. 26. Ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ. Plane Apostolus in hac Anagoge videtur respexisse ad situm Hierosolymorum. In descriptione enim urbis ampliore quæ legitur de B. J. VI. VI. 912. g. mentio est τῆς ἄνω πόλεως.

67. *Ephes. II*. 12. Ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραήλ. Hoc verbum noster adhibet pro excommunicatione, quum ἀποσυνάγωγος aut aliud non repererim. Locus est Antiq. XI. v. 370. Esdras proposito edicto: ut omnes è captivitate reversi intra biduum aut triduum Hierosolyma convenirent & quisquis per contemtum non adfuerit intra præscriptum tempus ἀπαλλοτριωθησομένων τοῦ πλήθους excommunicetur, bonaque ejus fisco adjudicentur, talis ergo ἀπαλλοτριωθεὶς, erat ut Ethnicus, quos ita Paulus loco dicto vocat.

68. *Philip. I*. 8. Μάρτυς μου ἐστὶν ὁ Θεός. Piissimo exemplo Dei à Paulo in testem invocati, impientissimum Antipatri opponimus, Deum conscientiæ suæ inspectorem obtestabatur, ut evidenti aliquo signo probaret alienum se ab omni culpa — Cum Epicrisi. Is mos est malorum omnium, ut quoties nefarium aliquod facinus aggrediuntur, nihil non sibi permittant, nullo respectu divini Numinis, cum autem suis sceleribus inciderunt in periculum, tum demum illis in mentem venit Deus per cujus invocationem & testimonium volunt eripi —— Antiq. XVII. VII. 594. a. b.

69. *Philip. II*. 10. Καὶ καταχθονίων. Pharisæi animas credunt esse immortales & sub terris earum judicia fieri, ὑπὸ χθονὸς δικαιώσεις τε καὶ τιμὰς, tum præmia quoque contingere ex virtutis aut malitiæ merito. Antiq. XVIII. II. 617. e.

70. *Philip. II*. 25. Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφὸν, καὶ συνεργὸν, καὶ συστρατιώτην μου. Epaphroditi mentionem facit author in Proœmio Antiquitatum, nec non ab initio libri I. contra Apionem, summisque virum laudibus extollit, quem sibi authorem & incitatorem fuisse narrat scribendarum de Antiquitatibus Judaicis Historiarum. Primum autem contra Ap. librum ipsi consecrat, κράτιστε ἀνδρῶν Ἐπαφρόδιτε, Optime Ruffinus reddit: Opulentissime Epaphrodite. Vitam per se conscriptam ita Josephus claudit, σοὶ δ᾽ ἀποδεδωκὼς κράτιστε ἀνδρῶν Ἐπαφρόδιτε τὴν πᾶσαν τῆς ἀρχαιολογίας γραφήν. Eximia hæc laudatio me impulit, cogitarem, nihil ne in antiquis restaret monumentis, unde conjectare liceret, quis tandem esset iste Epaphroditus. Si Laus Christiana Epaphrodito gentili conveniret, eundem cum Pauli esse judicarem, tempus non multum obstaret, uterque splendidus, uterque Romæ, uterque sub Nerone & successoribus. In amplioribus meis Flavianis plura habeo. Ex titulis Epaphroditi Apostolici, qui ἀπόστολος dicitur quibusdam Philippensium Episcopus dicitur, Theodoretus tres esse credidit. Epaphroditus Josephi Neronis Libertus, Neronem morientem confecit ultimo ictu. Hujus servus fuit Epictetus elegantissimus moralium Scriptor.

71. *Coloss. II*. 15. Θριαμβεύσας αὐτοὺς. Triumphi D. N. I. Christi super Principatus & potestates per servos suos Vespasianum & Titum habiti & extrema deletio chirographi à Josepho domestico scriptore fuse describitur Belli Judaici libro VII. c. XXIV. p. 977. cum p. 979. ubi τῆς πομπῆς τὸ τέλος describitur Simonis Gioræ ad Templum Jovis Capitolini deductio atque cæsio, πεπομπευκὼς ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις. Eo enim actu arbitror centrum, summumque finem sepulturæ ceremoniali solenniter impositum, quem mire illustrat & confirmat nummus cum Inscriptione TRIVMP. AVG. qui in Tabula nostra VI. conspicitur primus.

72. 1. *Timoth. II*. 1. 2. Ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων· ὑπὲρ βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων. Hoc pii ex Judæis factitabant, scelerati facere recusabant, sæpius hunc locum Josephus tangit, B. Jud. II. XVII. 809. g. Cœpta Judæorum contra Romanos rebellio, Eleazarus filius Ananiæ Pontificis persuasit his qui sacrificiis ministrabant μηδενὸς ἀλλοφύλου δῶρον ἢ θυσίαν προσδέχεσθαι, ut nullius munus aut hostia qui non esset de Judæorum gente susciperetur. Id autem erat Romani belli seminarium atque materia. Rejecit siquidem hostias Cæsaris, quæ pro Romano populo offerri solitæ erant. Plurimum autem super hoc Pontificibus atque Nobilibus deprecatis, μὴ παραλιπεῖν τὸ ὑπὲρ τῶν ἡγεμόνων ἔθος, ut non præterirent eum morem, quo supplicabatur pro Regibus, nihil tamen acquieverunt. Ita fecerant Judæi pro Ptolemæo Philadelpho pro cujus Salute sacrificia obtulerunt. Quamobrem continuo pro Te, Sororeque Tua & liberis & amicis προσηγάγομεν θυσίας καὶ τὸ πλῆθος εὐχὰς ἐποιήσατο, hostias obtulimus & populus vota fecit pro felici rerum tuarum successu, & pro pacato regni tui statu Antiq. XII. II. 392 g. Pro Regibus Persarum idem factum. Inter Christianos fideles pro Principibus infidelibus Deum exorabant, extat locus Athenagoræ Atheniensis, in fine Supplicationis, quam habuit ad Imperatores, Antoninum & Commodum: "Vos "igitur, qui in omnibus omni modo, tum natu- "ra, tum institutione boni, moderati, humani "& Imperio digni estis, mihi nunc, & cum ob- "jecta confutarim, & quod nos Pii, Justi & ani- "mo contemperati simus demonstraverim, Regali "Capite annuite. Quos obtinere justius est, quod "petunt, quam nos, qui pro Imperio vestro ora- "mus, ut & filius à Patre, sicut æquissimum est "Imperium per manus accipiatis, & ipsum Impe- "rium vestris subjectis omnibus incrementum & ac- "cessionem capiet — &c. —"

73. 1. *Timoth. II*. 14. Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη. Jos. Ant. I. III. 5. ἀναπείθει κακοήθως τὴν γυναῖκα. — Καὶ τὸν Ἄδαμον ἀνέπεισεν αὐτῷ χρήσασθαι. Persuasio quâ serpens erga Evam usus expresse in Sacris notatur Genes. III. At illa quâ Eva usa erga Adamum non exprimitur, nude dicitur: ותתן גם לאישה.

74. 1. *Timoth. IV*. 5. Ἁγιάζεται διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως. De Essenorum recepto more testatur B. Jud. II. VII. 785. g. Pulmentum singulis cocus apponit προκατεύχεται δὲ ὁ ἱερεὺς τῆς τροφῆς, deinde voce cibum Sacerdos antevenit, neque gustare quenquam fas est, nisi prius Deo celebretur Oratio. Post finem quoque prandii vota repetunt. Nam & cum incipiunt, & cum desinunt, quasi χορηγὸν τῆς τροφῆς datorem victûs Deum canunt.

75. 1. *Timoth. IV*. 8. Ἡ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν. De Ozia, primum pio deinde cultum Dei deponente Antiq. IX. XI. 319. e. Immortalem illam ac sempiternam potentiam cœpit negligere,

gere, nec religionis nec pietatis admodum observans, αὕτη οὖν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσέβεια καὶ τὸ τηρεῖν τὰ νόμιμα. Gelenio Ruffinus accuratius reddere videtur, p. 274. Est autem immortalis substantia pietas circa Deum & custodia mandatorum.

76. 1. *Timoth. IV.* 17. Ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος. Ita Paulus tacite de Nerone. Sic apud Josephum de morte Tiberii Libertus Agrippæ. Τέθνηκεν ὁ λέων. Mortuus est Leo, quod Hebraico sermone pronuntiavit, plenus adhuc metu. Antiq. XVIII. VIII. 636. d. e.

77. 1. *Timoth. V.* 4. De viduis, μανθανέτωσαν ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις —— Moses in Deteronomy τοῦ νόμου, secundum Josephi Ant. IV. VIII. 126. — Non voluptatis causa in matrimonium se convenisse, neque ut collatis in commune facultatibus opulentiores fierent, sed ut liberos acquirerent, qui se in senectute nutriant & necessaria sibi suppeditent.

78. 1. *Timoth. V.* 22. Ἐνώπιον τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων. Obtestatur Apostolus per electos Angelos. Aliud est jurare per Angelos, aliud & maxime diversum obtestari aliquem per Angelos. Angeli enim testes negligentiæ, ambitionis, malæ fidei &c. — Solennis fuit & Judæis usitata per Angelos obtestatio; aut Josephus hanc loquendi formulam ab Apostolo haustam per prosopopœïan Regi Agrippæ in aurea ad Judæos adlocutione adscribit, quando eos in fide Romanorum continere volebat B. Jud. II. XVI. 809. b. μαρτύρομαι δ᾽ ἐγὼ μὲν ὑμῶν τὰ ἅγια, καὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρίδα τὴν κοινήν. Ego testor quidem sancta vestra, sacrosque Angelos Dei, patriamque communem.

79. *Hebr. II.* 2. Ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν. Sic noster in Prœmio Antiquitatum. p. 3. f. Τοὺς μὴ ταῦτα φρονοῦντας, μηδὲ πιστεύοντας ἀπαραιτήτως ἐκόλασεν. In eos, qui neque sapiunt, neque credunt severe admodum animadvertit.

80. *Hebr. IX.* 4. 5. Σκηνὴ ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων, χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ, ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν, ἡ βλαστήσασα, καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης. De iis quæ in arca continebantur author variis locis & temporibus, quæ huc proferam, ut collatio quibus visum sit, institui possit. *a.* In Tabernaculo Moses juxta sententiam nostri reposuit in arcam δύο πλάκας, tabulas decem præcepta continentes, in utraque quina, & in singulis paginis duo cum dimidio, ipsamque arcam intra adytum recondidit. *b.* In Templo ejusque inauguratione postquam Antiq. VIII. II. 263. translationem arcæ in adytum Templi exposuisset, ita scribit εἶχε δ᾽ ἡ κιβωτὸς οὐδὲν ἕτερον ἢ δύο λιθίνας πλάκας αἳ τοὺς δέκα λόγους τοὺς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λαληθέντας. Continebat arca nihil aliud, quam decem præcepta, Dei ore in monte Sina prodita. De restitutione arcæ in Templo secundo author noster nihil, de Pompeji ingressu quum agit Antiq. XIV. VIII. & Bell. Jud. l. I. c. V. quoque de arca & quæ in ea fuerint, nihil, imo Florus appellat inania Sacra; nihil tandem de arca & contentis in Triumpho Vespasiani ac Titi celeberrimo, B. Jud. VII. XXIV. Legem Judæorum in palatio servari jussam. At illa Lex non sunt binæ istæ Tabulæ quæ in arca reconditæ, sed una, ut arbitror, ex Megillis. Quod arca inter quinque quæ Templo secundo defuerunt ex præcipuis fuerit tum Rabbini reliqui docent, tum multis ex iis Galatinus in arcanis Catholicæ veritatis, ut nugivenduli sint, qui hæc in Templo S. Johannis Lateranensis Romæ ostendant.

81. *Heb. IX.* 24. Εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν. Antiq. III. V. 81. f. g. Tertia pars quæ intra quatuor columnas continebatur sacerdotibus inaccessa ὡς οὐρανὸς ἂν εἴη τῷ Θεῷ cœlum Dei quodammodo repræsentabat.

82. *Hebr. XI.* 29. Διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν. Verum transitum Paulus adducit. Hoc miraculum noster Ant. II. VII. p. 68. extenuat & cum Pamphylico Alexandri M. tempore transitu obliquo, observato æstu confert, tamen sui quasi oblitus dum vocem ἀντιπέραν adhibet, omnino fateri cogitur verum fuisse transitum ἐσώθησαν εἰς τὴν ἀντιπέραν γῆν ἀπαθεῖς, in adversum littus evaserant Hebræi. Philo mediam scissuram vocat, & de vita contemplativa p. 1215. deductis violenter aquis & utrinque consolidatis in parietum speciem medium interstitium, latamque viam præbuit. Josippon Gor. l. VI. c. XXXVIII. idem asserit atque orationi Mosis illud adscribit.

83. *Hebr. XI.* 38. Ἐν σπηλαίοις. Id plane sub Antiocho ita contigisse docet noster Antiq. XII. VIII. p. 411. d. Καὶ ἐν τοῖς σπηλαίοις διῆγον Judæus quidam. Si cui est cordi religionis incolumitas, me sequatur, ait, cum dicto in desertum se contulit, ibique victitabant in specubus —— Nec mirum cui natura locorum & Davidis fata ac facta cognita sunt.

84. 2. *Petr. I.* 1. Ἰσότιμον πίστιν. Fides utique est, quæ habet æque pretiosa dogmata sed deinde etiam hæc, quæ easdem prærogativas, eadem jura ac privilegia habeat. Antiq. XII. III. 398. b. hoc sensu posteriore: ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει Ἀντιοχείᾳ πολιτείας αὐτοὺς ἠξίωσε, καὶ τοῖς ἐνοικισθεῖσιν ἰσοτίμους ἀπέδειξε Μακεδόσι καὶ Ἕλλησιν. Seleucus Nicanor in ipsa Metropoli Antiochia jus civitatis Judæis dedit, voluitque pari ibi cum Macedonibus & Græcis conditione degere.

85. 2. *Petr. I.* 16. Σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες. In Prœmio Antiquitatum testatur auctor, cæteros Legislatores τοῖς μύθοις ἐπακολουθήσαντας, priscas fabulas esse secutos, unde Theologia illa Gentilium Mythologice, in qua, ut noster meminit, id maxime aspernandum, quod de Diis suis multa scelestia, turpia, peccaminosa finxerint; talem Mosen non fuisse ait, nihilque Dei magnificentiâ indignum prædicâsse, quod maxime utroque adversus Apionem libro urget.

86. 2. *Petr II.* 16. Ἄφωνον ἐν ἀνθρωπίνῃ φωνῇ φθεγξάμενον. Non tantum rem, sed & verbum & phrasin habet noster: Κατὰ βούλησιν Θεοῦ φωνὴν ἀνθρωπίνην λαβοῦσα ἡ ὄνος κατεμέμφετο τὸν Βάλαμον. Ant. IV. VI. 112. Imitatur Petrum magis quam locum Numer. XXII.

87. 1. *Johan. III.* 2. Ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστι. De Amenophe Ægyptiorum Rege Contr. Ap. I. 1054. testatur quod voluerit videre Deos ἐπιθυμῆσαι Θεῶν γενέσθαι θεατήν. quod Sacerdos dixerat fieri posse, si provinciam à leprosis purgaret. Tota illa contra Apionem disputatio non tantum invisibilitatem Dei sapientioribus Ethnicorum creditam ostendit: nam cur Amenophis cupivit videre Deos, si tot Ægyptiorum simulachra pro Diis habita sunt? sed & visionem Dei esse aliquid spirituale & mentis non corporis. —— .

88. 1. *Johan. III.* 5. 6. 7. *f.* Ὁ ἁμαρτάνων οὐκ ἔγνωκεν αὐτόν. Cum peccaverint homines, tunc agnoscunt ab aliis, quam legem probantur esse prævaricati. Co. Ap. II. 1072.

89. *Apocal. IV.* 4. 10. Εἴκοσι τέσσαρες πρεσβύτεροι. Plane hic numerus exprimitur ad imitationem viginti quatuor ordinum in Sacerdotio Levitico. Joseph. de Vita sua p. 998. b. Ἐμοὶ δ᾽ οὐ μόνον ἐξ ἱερέων ἐστὶ τὸ γένος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς πρώτης ἐφημερίδος τῶν εἴκοσι τεσσάρων. Ego autem non solum ex Sacerdotum oriundus sum genere, verum etiam ex vice prima inter viginti quatuor illas, quas inter non mediocre discrimen est. Sub Davide hi 24. ordines instituti, de quo apud Goodwinum videre est. Vide hic Luc. I. 8.

90. *Apocal. VI.* 6. Χοῖνιξ σίτου. Apud Josephum non-

nondum reperi. Septuaginta apud Ezechiel. XLV. 11. vocem בת ita reddunt τὸ δέκατον τοῦ γομὸρ χοίνιξ. Præstat victum diurnum unius hominis. Modius Ægyptius aut Italicus habet choinicas octo. Badi liquidorum descriptionem habemus Antiq. VIII. II. 259. Salomon Regem Tyriorum præmiis est muneratus, frumenti annuos bis mille coros mittendo, & totidem olei bados. Ὁ δὲ βάδος δύναται χωρῆσαι ξέστας ἑβδομήκοντα, καὶ δύο, Badus autem continet sextarios 72. —— .

91. *Apocal. VII.* 16. Οὐδὲ πᾶν καῦμα. Essenorum dogma οὔτε νιφετοῖς οὔτε καύμασι βαρυνόμενον —— Ultra Oceanum animas pie defunctorum degere, quod etiam Græcorum dogma est, ubi eis reposita sit fruitio: illic quippe esse regionem, quæ neque imbribus, neque nivibus, neque æstibus aggravetur. B. Jud. II. VII. 708.

92. *Apocal. XI.* 2. Μῆνας τεσσαράκοντα δύο. Hos tres cum dimidio annos qui quadraginta duos menses efficiunt prophetice ad futura respicientes, ex phrasi præterita sub Antiocho gesta respicere evidens est: habemus de duratione persecutionis Antiochi locum B. Jud. VI. XI. 929. ἠρημώθη δ' ἔτη τρία καὶ μῆνας ἓξ τὸ ἅγιον. Confer etiam Antiq. X. XII. 355. & ex Judæis apud Galatinum in Arcan. l. IV. c. XXI. p. 265. Grotiumve de veritate Relig. Christianæ, aliosve.

93. *Apocal. XI.* 6. Ἵνα μὴ ὑετὸς βρέχῃ. Alluditur ad id quod Achabi temporibus gravis pœnæ loco accidit. Aut quorundam opinione etiam in Ægypto, ubi multis creditur Nilus pluviæ loco esse, quod tamen Flavii testimonio confutatur, ait enim Antiq. II. IV. 53. μήτε ὕοντος τοῦ Θεοῦ. Fames crescebat in Ægypto, nec aderat remedium, neque flumine agros rigante, neque ullis de cœlo pluviis. Ergo præsupponit in Ægypto dari pluvias, nec solam Nili exundationem pro pluviis esse. Loca Ægypti perplui Vanslebius in Itinerario testatur. Loca quæ non perpluuntur Plinius memorat Ægypto non recensitâ.

94. *Apocal. XIII.* 6. Μῆνας τεσσαράκοντα δύο. Vide supra Apoc. XI. 2. v. I. Κέρατα δέκα. v. II. κέρατα δύο &c. —— Per cornua Regna intelligi Josephus etiam ex Daniele habet. Antiq. X. XII. 354. Τὰ δὲ κέρατα σημαίνειν τοὺς βασιλεύειν μέλλοντας. &c. — Sed hoc ipsum in ipsis priscorum Regum nummis sisti ex Alexandri, Lysimachi arietinis, maxime autem ex Antigoni hircinis constat, Sacerdos Judæorum ad Alexandrum dixerat: Tu hircus ille caprarum es. Hoc pluribus prosequor in voce κέρας.

95. *Apocal. XVII.* 4. Ἡ γυνὴ ἡ περιβεβλημένη πορφύραν καὶ κόκκινον — — ἔχουσα χρυσοῦν ποτήριον ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς &c. — Hæc descriptio falsæ Ecclesiæ sub titulo insignibusque regni etiam ad Regnorum publica insignia pertinet, quæ jam olim vigebant. Darius Hystaspis juxta Josephum. Nothus juxta alios, solventi propositas quæstiones promisit πορφύραν ἐνδύσασθαι καὶ ἐν ἐκπώμασι χρυσοῖς πίνειν. &c. — plura Antiq. XI. IV. 360.

96. *Apocal. XVIII.* 12. Inter merces Babylonicas etiam sunt vasa χαλκᾶ, vasa ænea. Erat species æris omni auro atque argento pretiosior. Antiq. XI. V. 369. b. Χαλκᾶ σκεύη χρυσοῦ κρείττονα σταθμοῦ ταλάντων ιβ'. Dedit ei Xerxes vasa ærea auro meliora, pondo talentorum Duodecim. Nisi aliquot Sæculis hæc Xerxis donatio præcessisset Corinthiorum excidium, statuere proclive esset fuisse vasa æris Corinthii, de cujus origine Florus l. II. c XVI. sed idem noster de ære Salomonæo recenset Ant. VIII. III. 225.

97. *Apocal. XVIII.* 12. Ξύλον θύϊνον. Et omne lignum Thyinum, Vulgata & Beza. Est ἅπαξ λεγόμενον non tantum in Sacris, verum & ferme in profanis. Syrus interpres & alii quidam translatores à speciali denominatione ad generalem transeunt, vertentes ligna aromatica, Θυΐα, θυΐα Theophrasto est arbor odora. Ophirina ligna noster πεύκινα vocat, Antiq. VIII. II. 271. de Thyino Suidas singulare habet: Sub Zenone Imperatore Barnabæ Apostoli & comitis D. Pauli reliquiæ in Cypro sunt inventæ, & in pectore Barnabæ Euangelium secundum Matthæum, quod folia Thyina habebat, ἔχων πτυχία θύϊνα.

98. *Apocal. XIX.* 16. Βασιλεὺς βασιλέων καὶ Κύριος Κυρίων. Tales titulos sibi arrogarunt prisci, qui alios sub se Reges habuerunt. Susacus, σεσόστρις Ægypti Rex sibi titulum dedit: Βασιλεὺς βασιλέων, δεσπότης δεσποτῶν. De Xerxe, qui in Sacris Arthasastha Jos. Antiq. XI. V. 368. a. Βασιλεὺς βασιλέων Ξέρξης Ἔσδρᾳ ἱερεῖ. Hoc nomen etiam legitur in Arsacidum nummis Tab. II. 16. in Zemiscis. Tab. VII. n. 55.

99. *Matth. XXIII.* 35. Ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου. Nomen justi Abeli specialissime datum. Ita & noster. ὁ νεώτερος δικαιοσύνης ἐπεμελεῖτο. Abel junior justitiam colebat. Antiq. I. III. 6. Etiam hic Codicem N. T. inspexisse videtur author.

100. *Actor. XXVIII.* 13. Δευτεραῖοι ἤλθομεν ποτιόλους. Secundâ die venimus Puteolos Numero 50. egimus de diversis parallelis itineris Paulini & Flaviani, inter quæ & hoc, quod Puteolos appulerunt: Puteoli Græcis alio nomine δικαιαρχίας potius veniunt, quo titulo sæpe apud Flavium occurrunt, verum etiam ποτιόλων. In Vita Joseph. p. 999. Διασωθεὶς εἰς τὴν Δικαιαρχίαν ἣν Ποτιόλους Ἰταλοὶ καλοῦσιν. Navem conspicati 80. ferme nostrum feliciore usi natatu in eam recepti sumus. Ita servatus Dicæarchiam sive Puteolos, ut Itali vocare malunt familiaritatem contraxi cum Alituro &c. —— Puteoli urbs ad mare, ut Florus habet, Emporium, Colonia, statio navium, ubi Judæi rem suam habebant, id quod ex Cicerone manifestum est. Quæro abs Te, Vatini, missus ne sis à me Consule Puteolos, ut inde aurum exportari argentumque prohiberes? in eo negotio cum te non custodem ad continendas, sed portitorem ad partiendas merces missum putares, cumque omnium domos, apothecas, naves furacissime scrutarere hominesque negotia gerentes judiciis iniquissimis irretires, mercatores è navi egredientes teneres, conscendentes morarere: teneasne memoria tibi in conventu Puteolis manus esse allatas? ad me Consulem Puteolanorum querelas esse delatas? Ubi aurum exportari prohibitionem de prohibitione auri à Judæis inde Hierosolymas quotannis exportari soliti commentatores exponunt. De Obeliscis ab Augusto & Cajo ex Ægypto Puteolos translatis Plinius narrat. Agrippa ad Tiberium profecturus Puteolis appulit, Antiq. XVIII. VIII. 630. e. Topographicam Puteolorum Tabulam exhibet Jac. Laurus in antiquo Urbis splendore: Zurentum vocatur à Gorionide.

Hanc Centuriam speciminis saltem loco damus; possent enim in sexcenta alia Scripturæ etiam Novi Testamenti loca pura sisti, quibus aliquid vel ex Josepho lucis affunditur vel ex Scriptura ipsi. Majores nostri labores ex quibus hæc excerpsimus, in modum Lexici conscripti, justum & magnum Volumen in Folio habent & quasi Concordantiam, infinitis Observationibus refertam, cumprimis in iis quæ ad Geographiam pertinent, quibus parum aut nihil desit, dein quæ rem Numismaticam veterem illustrant; consignata enim sunt non paullo minus quam mille Hebræa, Græca, Romana Numismata quæ omnia vel absolute vel quodammodo ad hunc Authorem referri possunt.

I. B. OTTII
SPECIMEN LEXICI FLAVIANI.
EXCERPTA EX LITERA A.

'ΑΒΑΡΊΣ, Mons, 'ΑΒΑΡΕΊ.

1. Ως δ' ἐπὶ τῷ ὄρει τῷ Ἀβαρεὶ καλυμένῳ ἐγένετο. Ut in monte Abari vocato constitit Moyses, qui celsus è regione Hierichuntis attollitur, & condescendentibus late Chananææ terræ exhibet prospectum, Senatum dimisit. Antiq. IV. VIII. 132. c. al. Lat Fr. 105. Ἀβαρεὶ ab עברים ἀβαρεὶς, ut γαριζεῖα, גריצים. Melius Mons Abarin qs. πειραὸν, Mons Jordani imminens ad Trajectum, vide observ. Bernardi, p. 320. Geographus Judæus eum vocat partem montis Nebo. Num. XXXIII. 47. 48. Chaldæus habet: Et profecti de Abron Dibiathaim manserunt ad montes Abarim ante Nebo. Profectique de montibus Abarim manserunt in planicie Moab, juxta Jordanem, Jericho. Hebr. לפני נבו παρενέβαλον ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ ἀβαρεὶμ ἀπέναντι ναβαν. Num. XXVII. 12. Deut. XXXII. 49 עלה אל־הר העברים הזה הר־נבו אשר בארץ מואב. Ascende in montem Abarim sive transituum illum montem Nebo, qui in terra Moab, qui super facies Jericho; quo loco non *ante Nebo*, sed ipse Nebo vocatur. LXX. τὸ Nebo h. l. omittunt: ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄρος τὸ ἀβαρεὶμ, ὅ ἐςὶ ἐν γῇ Μωάβ. Chaldæus Hebræo similis, Hieronymus in locis Hebraicis Abarim, in transitu, quod significantius Græcis πέραν dicitur.

'ΑΙΣΧΥ'ΝΗ.

1. Τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων εἰς τὰς Θεὰς τῷ λόγῳ τὴν αἰσχύνην μετέθεσαν. Ruf Humanorum delictorum confusionem in Deos suos sacrilego sermone verterunt. G. Pudenda hominum peccata in Deos suos verbis transtulerunt. Procem. Antt. 20.

2. Καὶ τὴν αἰσχύνην ὕπαιθρον ἔχοντες. R. Confusionem manifestam facientes. Hæc verba Gelenius interpres, & codex ejus Græcus non habet, neque leguntur in textu Hebraico, sensus tamen non malus.

'ΑΚΑΝΘΩ'Ν.

1. Καὶ τὴν χρυσῆν ἀποσύρει τῷ ἀκανθῶνος κεφαλήν. Zabidum multa quiete ad templum venisse, & aureum detraxisse asini caput. C. Ap. II. p 106. 7. A. Bochartus debere legi κάνθωνος, quæ vox asinum ingentis magnitudinis significet. Vide epistolam nostram apud Hasæum, Dissert. de crimine Asini adorati. huc referendus versus Juvenalis, Satyr. XIV. v. 97.

> *Quidam sortiti metuentem Sabbata patrem*
> *Nil præter nubes, & Cilli numen adorant.*

Cillus, κίλλος, & ὄνος. Hasæus, p. 4. 5. vide etiam Dissertationem Relandi.

"ΑΜΠΕΛΟΣ.

1. Εἶχε δὲ καὶ τὰς χρυσᾶς ὑπὲρ αὐτῆς ἀμπέλυς, ἀφ' ὧν βότρυες ἀνδρομήκεις κατεκρέμοντο. Interior porta tota inaurata erat, desuper autem habebat aureos pampinos, unde racemi staturâ hominis pendebant, & quia contignatio intercedebat, templum exteriore humilius videbatur. B. J. VI. c. VI p. 717. d. e. Froben. p. 783: vide & Ant. XIV. c. IV. p. 394. L. XV. c. XIV. p. 453. ejusd. Rufini. Hinc Ethnici accusabant Judæos, quod Bacchum colerent, Tacitus vitis aureæ mentionem facit. "Sed "quia Sacerdotes eorum tibiâ, tympanisque con-"cinebant, hederâ vinciebantur, *Vitisque aurea* "Templo reperta, Liberum Patrem coli Domito-"rem Orientis quidam arbitrati sunt." Et quidem quod ad vitem auream attinet, id Josephus confirmat, erat confecta ex auro mundo, quod Gorionides expresse ostendit: fecit Herodes vitem de auro mundo, & posuit in summitate columnarum, cujus pondus erat 1000. talentorum aureorum. Hinc creditum fuit illos Bacchum adorare; aliam tamen rationem fuisse Theologi norunt; credibile enim vitem in Templo auream repositam fuisse in memoriam insignis ejus palmitis Escolentis. Num. XIII. 23. Jos. Antiq. III. c. XVII. p. 87. Frob. Confer Tab. I. num. Sam. 20 — 23. Relandum, Florum, Buxtorfii exercitationes.

'ΑΝΑΝΕ'ΩΣΙΣ.

1. Περὶ τὴν ἀνανέωσιν τῶν θεῶν ἡδονῇ. Magna erat lætitia ob reductos ritus patrios apud Maccabæos, sive Asmonæos. Ant. J. XII. XI. 416. a. ad 1. Maccab. IV. 52. hoc festum vocabant φῶτα; in N. T. ἐγκαίνια. Joh. X. 22. de eo vide Otthonis Lex. Rab. 205. Reland. Antiq. S. 499. & numorum nostrorum Tab. I. 4 —— 17.

EXCERPTA EX LITERA O.

'Ο Ἡ ΤΟ'.

1. Ἐν τοῖς τοῦ Διός. In Templo Jovis. C. Ap. l. I. p. 1043. a. plane ut in N. T. Luc. II. 49. ἐν τοῖς τοῦ πατρός. In Templo Patris mei. Capell. Spicileg. 54. Fullerus in Miscellan. 519. Syrum adducit, hanc phrasin ita paraphrasizantem דבית אבי, nonne sciebatis, quod in domo patris mei me oportet esse? ex Chrysostomo Serm. Genes. LII. locum habet: ἐν τοῖς τοῦ δεσπότου, in iis locis, quæ ipsius Domini.

"ΟΒΕΛΟΣ.

1. Κατὰ κορυφὴν χρυσέυς ὀβελὰς ἀνεῖχε τεθηγμένυς. Templum in summo aureis verubus horrebat acutissimis, ne ab insidentibus avibus pollueretur. B. Jud. VI. VI. 918. c. Proverbii loco dicitur apud Siracum, ἐπὶ ἐπάλξεων πόλεων περιπατεῖν, ambulare quasi in summis fastigiis turrium. Zehner. Adag. Cent. VI. ad. 75. Blondellus contra Baronium in fine p. 25.

'Ο-

Ὅθεν.

1. Ὅθεν καὶ ἡμεῖς. Unde & nos. Ant. I. 1. 7.

Ὄθων. Otho Cæsar.

1. Ἀνῄρητο μὲν γὰρ κατὰ μέσην τὴν ῥωμαίων ἀγορὰν γάλβας, ἀποδεδειγμένος δὲ αὐτοκράτωρ ὄθων, ἐπολέμει οὐιτελλίῳ βασιλειόντι, τοῦτον γὰρ ᾕρητο τὰ κατὰ γερμανίαν τάγματα, καὶ γινομένης συμβολῆς κατὰ Φρηγδιακὸν τῆς Γαλατίας πρός τε οὐάλεντα καὶ καικίνναν, τοὺς οὐιτελλίου στρατηγοὺς, τῇ πρώτῃ μὲν ἡμέρᾳ περιῆν ὄθων, τῇ δευτέρᾳ δὲ τὸ οὐιτελλίου στρατιωτικὸν, καὶ πολλοῦ φόνου γινομένου διεχρήσατο μὲν ὄθων ἑαυτὸν, ἐν Βριξέλλῳ τὴν ἧτταν πυθόμενος, ἡμέρας δύο, καὶ τρεῖς μῆνας κρατήσας τῶν πραγμάτων. Creatus Otho Imperator — —— primo die Otho superavit —— Otho autem apud Brixellum semet occidit. B. Jud. V. VIII. 896. Nummos Othonis habet Tab. V. num. 20.

2. Ἀπεδείχθη δὲ αὐτοκράτωρ ὄθων. Et Otho declaratus fuit Imperator. B. J. V. VI. κθ. p. 893. d. Disce ex Josepho, non scribendum esse *Otto*, quod multi faciunt, sed *Otho*, hanc Josephi scriptionem nummorum Inscriptiones confirmant.

Οἰκεῖος.

1. Κατὰ τὴν οἰκείαν τάξιν. Proprio ordine. Suo quævis ordine. Ant. procem. §. 15.

2. Καὶ οὐ κατ' οἰκείαν ἰσχύν. Et non propriâ subsistere virtute: al. Non nostris viribus, sed ipsius voluntate contingere. Antiq. I. VIII. p. 16. a. al. p. 37.

Οἰκία.

1. Ἀνῆκε γὰρ αὐτοῖς τὰ ὑπὲρ ἑκάστης οἰκίας. Remisso ab Agrippa eis tributo, quod soliti erant in singulas ædes pendere. Ant. XIX. v. al. VI. p. 675. d. Tributum quod Agrippa remitit non fuisse Capitationem vult Camero Myroth. 54.

Οἰκοδομέω.

1. Τῷ τὸν ἑαυτοῦ μέλλοντι βίον οἰκοδομήσασθαι. R. Quisquis suam vitam bene gubernaturus. G. Vitam suam recte dispposituro. Pro. Ant. 17.

Οἶκος.

1. Κειμήλια συνελόντι δ' εἰπεῖν, πᾶς ὁ Ἰουδαίων σεσώρευτο πλοῦτος, ἀνασκευασμένων ἐκεῖ τῶν οἴκων τῶν εὐπόρων. Quin etiam arculas, quæ gazophylacia vocantur, incendunt, in quibus magna vis erat pecuniæ, omnesque Judæorum congestæ divitiæ, quod opulentissimus quisque illuc totas domos exhauserat. B. J. VII. XI. 959. g. Sic male congestæ opes male dispereunt, ego enim illud sic accipio, ut omnino hic pœna extet illius peccati, cujus mentionem facit Servator Marc. XII. 40. οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν.

2. Σὺ γὰρ, εἶπεν, οἶκον μὲν αἰώνιον ἔχεις, ὦ Δέσποτα. Tu quidem, *inquit Salomon in Dedicatione Templi*, sempiternam domum habes, Domine, nec ignoramus, Te Tibi ipsi hanc universi molem condidisse. Ant. VIII. II. 264. Quam eleganter ex Gentilibus aliquid ejusmodi confessus est Euripides!

Ποῖος δ' ἂν οἶκος τεκτόνων πλασθεὶς ὕπο δέμας τὸ θεῖον περιβάλοι τοίχων πτυχαῖς. Quænam domus sit fabricata? quâ manu? quâ contineri possit immensus Deus?

Οἰκουμένη.

1. Οὐ τὰ μὲν ὑμέτερα πρὸς τῶν προσοίκων ἐθνῶν ἡττήθη πολλάκις, ἡ δὲ ἐκείνων ἰσχὺς διὰ τῆς οἰκουμένης ἀνίκητος; μᾶλλον δὲ καὶ ταύτης ἐζήτησάν τε πλέον· οὐ γὰρ ἐξήρκησεν αὐτοῖς ὅλος εὐφράτης, ἀπὸ τὴν ἀνατολὴν, οὐδὲ τῶν προσαρκτίων ἴστρος; ἥτε μεσημβρινὴ μέχρι τῶν ἀοικήτων ἐρευνηθεῖσα λιβύη; καὶ γάδειρα πρὸς ἑσπέραν· ἀλλ' ὑπὲρ ὠκεανὸν ἑτέραν ἐζήτησαν οἰκουμένην, καὶ μέχρι τῶν ἀνιστορήτων πρότερον βρεττανῶν διήνεγκαν τὰ ὅπλα: Nonne scitis vestram, ô Judæi, civitatem à conterminis gentibus frequenter esse superatam? Romanorum autem virtus per totum orbem invicta percurrit, imo etiam hoc orbe plus aliquid quæsierunt: Neque enim sufficit eis ad Orientem quidem totus Euphrates, ad Septentrionem Ister, neque in Meridie solitudine tenus perscrutata Libya, neque in Occidente Gades, sed ultra Oceanum alium quæsiverunt *Orbem*, & usque ad Britannias inaccessas prius arma & exercitum transtulerunt. B. J. II. XVI. 805. g. ad L. Fr. 684. Eximius locus, qui doceat, quam vere Lucas scripserit, Euang. II. 1. Cæsarem Augustum edictum dedisse, quod describeretur totus terrarum Orbis, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, quod aliqui ὑπερβολικῶς dictum, vel à Romanis ita usurpatum interpretantur, atque typice ita sumtum volunt, quemadmodum mystice Romana moderna Ecclesia se Oecumenicam appellari, ab aliquot sæculis postulat. Quam late pateat illa Pop. Rom. οἰκουμένη, Cicero Oratione de Provinciis Consularibus n. 31. declarat, ostendens, post Cn. Pompeji victorias universum orbem terrarum esse pacatum. "Possum, *inquit*, de "omni regione, de omni hostium genere dicere; "nulla gens est, quæ non aut ita subacta sit, ut "vix extet, aut ita domita, ut quiescat, aut ita "pacata, ut victoriâ nostrâ imperioque lætetur.

2. Οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς οἰκουμένης πάντες εἰσὶ ῥωμαῖοι. Quos in bella de solitudinibus aliquibus socios accipietis? Siquidem omnes qui in orbe habitabili degunt Romani sunt, nisi forte quis vestrum spes suas ultra Euphratem porrigat? B. Jud. II. XVI. 808. a.

Οἰνοχόος.

1. Τῶν δὲ αἰχμαλωτισθέντων τις Ἰουδαίων οἰνοχόος τοῦ βασιλέως ἀρταξέρξου νεεμίας ὄνομα. Cæterum quidam ex captivis Judæis, pincerna Regis Xerxis Nehemias nomine, deambulans — Antiq. XI. v. 371. a. ita legimus Nehem. I. fine. καὶ ἐγὼ ἤμην οἰνοχόος τῷ βασιλεῖ. Origenes responsione ad Africanum, ex edit. Wetstenii habet p. 243. Νεεμίας οἰνοχόος τοῦ βασιλέως καὶ εὐνοῦχος αὐτοῦ. Pincerna & Eunuchus, ubi in Notis eruditissimis ex Huetio infert alium Origenis locum, qui itidem Neemiam Eunuchum appellat, quasi imperitiâ linguæ Hebrææ lapsus εὐνοῦχον pro οἰνοχόῳ posuerit, sed quum alio loco voces distincte conjungat, Orientalium Regum famuli plerique Eunuchi fuerunt. Pincerna Hebræis est משקה, vide eundem Wetstenium, p. 225. 226.

Οἴομαι, Οἶμαι.

1. Ὠήθη δεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνης πείρας μεταλαμβάνειν. R. Infudit hominibus esse participari. G. Censuit pro se unumquemque adniti oportere. Procem. Ant. 20.

2. Ἐφ' οἷς αὐτοὺς εὐδαιμονήσειν ᾤετο. Serpens invidiam habuit, in quibus eos arbitrabatur esse felices. G. Invidebat eis felicitatem venturam. Ant. I. I. al. III. §. 12.

3. Οἰόμενος συμφορᾷ περιπεσεῖσθαι παρακούσαντας. R. Quos putans serpens per inobedientiam calamitati succumbere. G. Ratus in calamiratem casuros. ib. §. 12.

Οἷος.

1. Καθ' ὅσον οἷοί τε καὶ πείρεσθαι κατακολουθεῖν. R. Quan-

Quantum virtus esset, hunc sequi tentaret. G. Imitari quantum in suis viribus est & sectari conetur. Pro. Ant. 17.

2. Καὶ τὸ τέλ☉ οἷον ἀπέβη. Qualis vel quis eventus fuerit. Pr. Ant. §. 3.

ʼΟΚΝΈΩ.

1. Τὰ ἐναντιώτατα περὶ τ̃ αὐτῶν λέγειν οὐκ ὀκνοῦσι. Etiam libris se invicem Græci arguunt, & valde contraria de rebus eisdem non piget eos dicere. Cont. Api. I. 1034. g.

ʼΌΚΝΟΣ.

1. Ὄκν☉ μοι ᾗ μέλλησις ἐγίνετο. Mihi segnities tarditasque successit. G. Cunctatio quædam ac segnities mihi incessit: Procem. Ant. §. 6.

ʼΟΚΤΏ.

1. Καὶ ταῦτα ᾠκοδόμησεν ἔτεσιν ή. R. Quæ cum octo annis ædificâsset. G. Absolutoque octo annis ædificio. Antiq. XV. xiv. 545. g. Quæritur quomodo hoc conciliari possit cum eo quod habetur Johan. II. 20. Τεσσαράκοντα ᾗ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς ὗτ☉. Qui volunt hanc ædificationem Zorobabelicam innui, nihil habent quod in hoc loco difficultatis inveniant; sed illi, qui Judæorum ad Iesum verba ad Herodianam extructionem applicant: Placet ergo huc apponere diversorum de hac re sententias, & eorum qui 46. annos ad Herodis tempora putant, quibus intellectis facilis erit cum textu conciliatio. Joh. Wolphius Commentario in Ezram c. VI. v. 15. p. 77. b. vult: Judæos non præcise hæc narrâsse, sed eum arripuisse numerum, qui vero propior esset, itaque juxta Eusebium numerat 44. Eusebium recensens, qui totidem ponat à Cyro ad sextum Darii. Grotius censet largius eos computare ædificationem sub Persarum Regibus, comprehensis etiam annis, quibus interruptum opus fuerat, quo majorem Iesu invidiam facerent. Calovius Calvininianos vellicat, quod 46. annos de Zorobabelico Templo explicent, cum potius aut 139. si Darius Nothus intelligatur, aut tantum 39. si Hystaspen posuerimus, occurrant: quasi hæc de religionis capite esset Disputatio, qui tamen ipse statim nubem Reformatorum affert, qui istum calculum de Herodianâ ædificatione explicant, tanta est apud istum consuetudinis in contradicendo vis & describendi aptitudo — Ad Herodem hos annos 46. refert Capellus. Cœpit extructionem Herodes anno regni sui 18. computando regnum non à declaratione Romanorum, sed ab expugnatis Hierosolymis, sedecim ante mortem annis. Christus circa finem dierum Herodis natus triginta habuit annos, quando hoc ipsi cum Judæis colloquium fuit. A primis ab Herode jactis ædificandi fundamentis ad id momentum numerantur anni 46. Octo anni, quorum mentionem Josephus facit non obstant, quia semper aliquid additum, Agrippæ demum Junioris tempore absolutum. Videntur ergo hoc voluisse Judæi, jam ab annis 46. cœpta est ab Herode hujus Templi structura, nec dum est absoluta, & tu &c. Vide Ἱερὸν, n. 1.

2. Ἑορτὴν ἄγομεν ἐφ' ἡμέρας ὀκτὼ, τὴν τ̃ ἀζύμων λεγομένην. Festa per octo dies celebramus, quos vocamus azymorum. Antiq. II. v. 65. d. Exod. XIII. 6. 7. Septem dies injunguntur, qua de re vide in voce ἄζυμα, n. 1.

ʼΌΛΕΘΡΟΣ.

1. Ἀψαμένοις ἐξ αὐτῦ ὄλεθρον γενησόμενον. R. Perditionem esse venturam. G. Confestim exitium ejs affuturum. Ant. I. 1. al. III. §. 12. Genes. II. 17. Θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, מות תמות. Quod Josephus ὄλεθρον appellat, hoc Scriptura mortem vocat & quod in Hebraico textu singulari effertur numero, hoc plurali efferunt Græci. Vehemens atque acris Erasmo cum Beza de hujus vocis sensu intercessit disputatio, occasione loci 1. Cor. V. 5. Erasmo in confirmatione thesium suarum 217. 218. pertendente vocem ibi non extinctionem affectuum carnis, sed mortem corporis notare; & videtur Erasmus hoc Flavii loco parum juvari.

ʼΟΛΑΥΜΙ.

1. Τισὶ ᾗ τ̃ Ἰουδαίων ἐδόκει ὀλωλέναι τ̃ ἡρώδου στρατόν. Apud Judæos autem fuit opinio justâ ultione Numinis deletum Herodis exercitum. Quibusdam Judæorum videbatur ideo perisse Herodis exercitum. Ant. XVIII. VII. 626. f. Vide ὄλεθρ☉.

ʽΟΛΟΚΑΥΤΌΩ.

1. Θύσας τὴν παῖδα ὡλοκαύτωσεν — ad præfinitum terminum Pater Jephtha mactatam filiam holocautoma obtulit. Ant. V. x. 158. ad Judic. XI. 31. du Guet explicat de voto cœlibatûs Act. Lips. 1703. p. 215.

ʼΟΛΌΚΛΗΡΟΣ.

1. Δεῖ γὰρ ὁλοκλήρους ἀρχιερᾶσθαι. Antigonus Hyrcani auriculas dentibus truncat, ut ne solutus quidem mutatis rebus unquam Pontificatum recipiat, ab *integris* enim celebrari sacra oportet: B. J. I. XI. p. 732. c. in Ed. Bernardi edit. p. 42. in Eras. Lat. Frob. 617.

2. Τῦ νόμου τ̃ ὁλοκλήρων εἶναι τὴν τιμὴν ἀξιοῦντ☉. Quando lex hunc honorem nonnisi ei, qui integro sit corpore adjudicat. Ant. XIV. XXV. 497. Dum lex hunc honorem jussisset integros tantum obtinere. p. 417. ed. Fr. Lat. Lex hæc extat Levit. XXI. 17 — 21. Ubi sacerdotes, saltem illi qui erant de filiis Aharon in generationibus suis debebant esse integri, non manci, non mutili &c. Vox ὁλόκληρ☉ à LXX. adhibetur pro נצב stationarius, Zach. XI. 16. ᾗ τὸ ὁλόκληρον μὴ κατευθύνῃ, quod stat, quod erectum est non sustinebitur. Usurpatur pro שלם. Lapidibus integris ædificandum altare. Deuter. XXVII. 6. Jos. VI. 31. Usurpatur pro תם Ezech. XV. 5. Septem septimanæ integræ, Levit. XXIII. 15. Est ergo ὁλόκληρον cui nihil deest. Forte ad hanc ceremonialem & typicam Sacerdotum integritatem allusit b. Paulus & Jacobus, quum ille petit, ut Deus nos sanctificet totos: ᾗ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ σῶμα, πνεῦμα, ψυχὴ custodiatur ἀμέμπτως, 1. Thess. v. 23. Alioquin non essemus Sacerdotes spirituales: Et hic posterior à nobis Christianis desiderat, ut simus ὁλόκληροι, integri, quales, videlicet corpore esse debebant Sacerdotes typici. *De Hyrcano Josippon narrat, V. VIII. 387. Hyrcano patruo suo Antigonus aures amputari jussit, ut ad Pontificatum imposterum inhabilis esset, propter מום maculam ipsi inhærentem. Legi in quibusdam præfationibus Euangelii Marci, antiquæ enim, Græcæ, probatæ illud non habent, D. Marcum amputâsse sibi pollicem, ut Sacerdotio reprobus haberetur, fuisse enim ex Tribu Levi: Nescio quis fabulator hoc adinvenerit, quomodo enim apud Canonistas ad Sacerdotium Christianum aptus fuisset, qui fuerat ad Leviticum ineptus? Casuistæ multa narrant de irregularitate, quæ nascitur ex defectu corporali, ut compendio narrat Binsfeldius in Enchirid. Pastoral. c. XII. p. 676. forte ineptus aliquis pro *Marcus* legerat *Murcus*, ita pollice truncati appellabantur, *les Poltrons*. A Persis religione observatum est, quod & toti Orienti familia-

miliare, neminem in Imperium admittere, quem corporis mutilatio, vel naturæ in quibusdam membris infirmitas notaret. Idem & Romanos quandoque servâsse legimus, nam, referente Dionys. Halic. Horatius Cocles, & Mutius Scævola quia mutili, magistratûs incapaces judicati sunt. Recte itaque alicubi Curtius." Plerisque gentibus ingens in corpore veneratio est, magnorumque operum non alios, quam quos specie egregiâ & eximiâ Natura donavit &c. Spenc. Leg Hebr. l. I. c. VII. §. IV. III. p. 152. 156.

ὍΛΟΣ.

1. Πάντα τῇ τῶν ὅλων φύσει σύμφωνον ἔχει τὴν διάθεσιν. R. Cuncta circa naturam rerum affectionem consonam habere noscuntur. G. Omnia summâ concinnitate juxta universi naturam sunt disposita: Procem. Ant. §. 21.

2. Ὅλην ὕλην. Totam Naturam. Ant. l. I. al. II. §. 1.

3. Τὸν οὐρανὸν τοῖς ὅλοις ἐπιτίθησιν. R. Cœlum super omnia collocavit. G. Cœlum universitati rerum superimposuit: Ant. l. I. 2. Genes. I. 7. ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα.

4. Δημιουργὸν τῶν ὅλων ἕνα. Primus Abraham præsumpsit pronuntiare Deum Creatorem unum esse cunctorum. G. Unum esse Deum rerum universitatis Conditorem. Ant. I. VIII. 16. a. Non tantummodo πολυθεότης, sed & ἀθεότης à diluvio ad Abrahamum usque tantas radices egerunt, ut hi plures Deos crederent, alii æternitatem Mundi astruerent, duplicem ergo, imo multiplicem Abrahamus instituit Reformationem.

ὈΛΥΜΠΙΆΣ.

1. Ἀρξαμένου τοίνυν τῆς ἀρχιερωσύνης ὑρκανοῦ τῷ γ' ἔτει τῆς ζ' καὶ ο' πρὸς ταῖς ρ' ὀλυμπιάδος —— Quum igitur Pontificatum accepisset Hyrcanus anno tertio septimæ & septuagesimæ supra centesimam Olympiadis 173. Q. Hortensio, Q. Metello Cretico Coss. statim bellum ei Aristobulus intulit, & commisso ad Hierichuntem prælio, multi ex ejus militibus ad fratrem transfugerunt. Ant. XIV. I. p. 468. c. Miror ubi versatus fuerit, vel quos Codices habuerit Ruffinus, p. 392. hunc locum ita reddens. Centesima octogesima tertia Olympiade Q. Hortensio & Q. Metello Cretico Coss. bellum contra Hyrcanum Aristobulus præparavit.

2. Τῆς γὰρ ἐπ' ἀκτίῳ μάχης προσδοκωμένης, ἣν ἐπὶ τῆς ζ' καὶ π' καὶ ρ' ὀλυμπιάδος γενέσθαι συνέβη. Herodes Aretæ illaturus erat bellum, ni remoratus esset Romanorum cotentionibus, quum enim expectaretur pugna Actiaca, quæ in centesimam octogesimam septimam Olympiadem incidit, Cæsar de Imperii summâ decertaturus erat cum Antonio. Antiq. XV. VI. 519. e. Id Bucholzerus notat ad A. Mundi 3941, ante Christum 30.

ὍΜΗΡΟΣ.

1. Καὶ μάρτυς ὅμηρος. Co. Ap. II. p. 1070. d. Homerus vocis Legum non meminit, quare Seldenus de Meta —. Anglorum p. 176. Homeri Poëmate nullum vetustius. 1034. d. quomodo conservatum, ib. Homerus in Numismatibus Smyrnensium, Chiorum conspicitur & in his ultimis quidem relegens & emendans Iliadem. Sphinx in Chiorum nummis Homeri Poëticam & Ænigmaticam doctrinam notat. Tab. III. num. 2. 188. VII. 29.

2. Καὶ τὸν ὅμηρον εὐφήμως ἀποπέμπεται. R. Plato Homerum honorabiliter admonet: ita legitur in edit. Froben. p. 890. Male. melius in Gr. Lat. p. 1079. a. b. Quod Plato respiciens, neque ullum quempiam Poëtarum dicit in Republica esse recipiendum, & Homerum honorifice amovet, coronatum & unguento delibutum, ne rectam opinionem de Deo fabulis forte destrueret. Locum apud Platonem habemus Dialogo III. de Rep. vel de Justo, p. 558. edit. Lat. Frob. Quanquam ex eo loco pateat hunc Josephi locum per *admonet* æque bene legi, ac juxta Græcum per *amovet*. Interim & hinc patet Sphingem devorantem homines non inepte Homero adpingi in Chiorum nummis, suis enim ænigmatibus claram de Deo opinionem ita incrustavit, atque veritatem in iniquitate detinuit, ut horribili idololatriâ multas animarum myriades ad inferos detruserit.

3. Uunusquisque enim, si suam regionem domumque conspicit, his quæ dicuntur Homerus recessavit: Ita habet interpres C. Ap. II. 888. editionis Frobenianæ; Barbare. In Græco Homeri nulla mentio, id ita restituit Gelenius, p. 1081. Unusquisque enim, si suam regionem domumque conspiciat, his quæ dicuntur à me credere non recusabit.

4. Ὅλως δὲ παρὰ τοῖς ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τῆς ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. Constat autem, quod apud Græcos nulla invenitur conscriptio, Poëmate Homeri vetustior. Et ajunt, neque hunc literis suum Poëma reliquisse. C. Ap. I. 1034. d. e. Guilielmus Nicols Anglus in suo de literis inventis tractatu pertendit, paulo post Mosis tempora Phœnices artem scribendi habuisse in saxis juxta Herculis columnas repertis, vocibusque juxta Procopium, de reb. Vandalorum, lib. IV. ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ φυγόντες ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ λῃστοῦ υἱοῦ Νάυη, inscriptis declarare nititur. Et ex eo falsum colligit, quod Flavius prodat, Græcos ante Homerum literis non usos, cum ipse Homerus Iliad. ζ. v. 168. 169. σήματα λυγρὰ ἐν πίνακι πτυκτῷ γράψαντα dixerit. Quod ad Scripturam juxta Herculis columnas repertam attinet, illa pro antiquitate Scripturæ supra Mosen nihil facit, sed potius confirmat eorum post Mosaicam ætatem usum: parum autem omnino fidei illi inscriptioni tribuendum censeo. Quod attinet Scripturæ Græcæ ante Homerum usum, non arbitror istam hoc loco Flavii mentem fuisse, quasi nullas omnino eousque Græci habuerint literas, sed quod nulla magna, illustris scriptio antiquior sit iis, quæ ab Homero tradita sunt, ita ὁμολογούμενον γράμμα erit, quod Paulus in alio & sanctiore proposito ὁμολογουμένως μέγα μυστήριον vocat.

5. Φασί τινες ὅτι καὶ ὅμηρος ταῦτα ὠνόμαζεν σόλυμα. Non desunt qui affirmant etiam apud Homerum Solymorum nomine urbem Hierosolymorum intelligendam. Ant. VII. III. 218. ita Gelenius. Rufinus autem: Quidam vero dicunt, quod & Homerus Poëta Hierosolymam nuncupavit. p. 187. ed. Frob. Vide Σόλυμα.

ὉΜΙΛΈΩ.

1. Μεγάλοις ὁμιλήσας πράγμασιν. R. Qui ipse magnis rebus interfuisset. G. Ipse in maximis negotiis versatus. Procem. Ant. §. 6.

ὉΜΙΛΊΑ.

1. Εἰς ὁμιλίαν αὐτῷ φοιτῶν. Ad colloquium veniens. G. Familiariter cum Deo colloqui solitus. Ant. l. I. al. III. §. 14.

2. Πρότερον ἡδόμενος τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμιλίᾳ, νῦν &c. R. Quum prius ejus alloquio delectaretur, nunc &c. —— G. prius delectatus Adamus Dei consuetudine. Ant. I. I. al. III. §. 14. Id quod patet ex fuga protoplastorum coram facie Dei, postquam lapsi

lapsi essent: Genes. III. 8. 9. 10. Talis cum Deo Homileticus erat Moses. Numer. XII. 8.

ὉΜΟΊΩΣ.

1. Πολλοὺς ὁμοίως ὑπολαβεῖν φιλομαθεῖς. Multos amatores esse putare. Procem. Ant. §. 10.

ὉΜΟΛΟΓΕΏ.

1. Ὅλως δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. Constat quod apud Græcos nulla invenitur conscriptio, poëmate Homeri vetustior, C. Ap. I. 1034. d. e. ὁμολογούμενον γράμμα videtur Josepho esse celebris, illustris scriptio, quæ ut talis suscepta sit, quemadmodum in alio & sanctiore proposito D. Paulus citat τὸ ὁμολογουμένως μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον. 1. Tim. III. Libri editi & recepti tales appellari possunt, erant forte ante Homerum & alia exilia Scripta, sed hoc primum quod agnosceretur & publicaretur dignum habitum.

ὉΜΟΦΡΟΝΕΏ.

1. Ὁμοφρονούντων δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν ζώων ἁπάντων. G. Cum nullum esset per illud tempus animantium dissidium. R. Cum concordarent. Ant. I. 1. al. III. §. 12. alii legunt ὁμοφωνούντων.

ὉΜΟΦΩΝΕΏ.

1. Ὁμοφωνούντων δὲ &c. — vide supra. id disertis verbis non extat in Genesi, potest tamen Genes. III. 1. 2. subintelligi.

ὊΜΦΑΛΟΣ.

1. Παρὸ καί τινες οὐκ ἀσκόπως ὀμφαλὸν τὸ ἄστυ τῆς χώρας ἐκάλεσαν. Media vero ejus (Judææ) Hierosolyma, unde quidam non sine ratione umbilicum ejus terræ eam urbem vocarunt. B. Jud. III. II. p. 833. f. Gremium Græciæ Ætolia. Thessalonicenses positi in Gremio Imperii nostri. Cicer. Orat. de Provinc. Coss. in Notis Abrami IV. VII. 575. Auctor noster cum accurate & vere de Hierosolymorum urbe scripsisset, eam umbilicum, i. e. medium, seu gremium esse, illud non absolute scripsit, respectu totius terrarum Orbis, nec etiam respectu οἰκουμένης, seu tunc cognitarum trium terrarum orbis partium, quod non inepte etsi pingui Minervâ dici posse adversus Baronium Magenel ostendit c. XXXIII. p. 99. Et Büntingius talem Tabulam Geographicam in Itinerario suo exhibet. Ἄτοπον autem est quod multi ad totum globum illud trahunt & locum Ezech. V. 5. ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν τέθεικα αὐτὴν, huc applicant, imo Golgotham centrum illud constituunt. Deus salutem operatus est in *medio terræ*, i. e. Iesus passus est in monte Calvariæ. Hi suaves lusus sunt. Vide Siricium de lachrymis Christi, p. 87. Ursini Analect. S. part. I. l. IV. p. 224. Casauboni Exercitt. in Baron. XVI. 73. p. 552. Josephus bene scripsit Hierosolymas umbilicum Judææ vocans. Ita Mediolanum Longobardorum quasi Mittelland.

ὈΝΕΙΡΩΓΜΌΣ. קרי.

1. De eo quomodo Pontificem impediat ad sacra facienda & vicarium illo tempore postulet, vide Crenium 3. Betrachtung über den Zabion, ad Matth. XXV. 2. bl. 98. 99. nescio adhuc an vox ipsa apud Josephum occurrat; rem vide Antiq. XVII. VIII. 597. d.

ὌΝΟΜΑ.

1. Καὶ τὸ μὲν ὄνομα ἔθετο νύκτα. R. Et alii quidem nomen imposuit noctem. G. Et his (tenebris) nomen imposuit noctem. Ant. I. 1. al. II. §. 1. LXX. Genes. I. 5. καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα.

2. Δηλοῖ δὲ ἀνάπαυσιν κατὰ τὴν Ἑβραίων διάλεκτον τὸ ὄνομα. Quæ vox (Sabbatum) requiem Hebræorum lingua significat. Ant. I. 1. 7.

3. Καὶ τούτοις ὀνόματα τίθησιν οἷς ἔτι καὶ νῦν καλοῦνται. R. Et his (animalibus) nomina imposuit, quibus etiam nunc vocantur. G. Nomina indidit, quibus etiam hodie nominantur. Ant. I. 1. 9. ad Genes. II. 19. Πᾶν ὃ ἐὰν ἐκάλεσεν αὐτὸ ἀδὰμ ψυχὴν ζῶσαν, τοῦτο ὄνομα αὐτῷ. שמו.

4. Ὁ δὲ ἐκείνης ὄνομα τῆς γυναικός. R. Nomen vero mulieris illius. G. Hujus autem nomen erat Eva. Antiq. I. 1. al. II. 10. ad Genes. II. 21. καὶ ἐκάλεσε ἀδὰμ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ζωή, חוה.

5. Σημαίνει δὲ πληθὺν τὸ ὄνομα. R. Phison quod inundationem significat. G. Ea vox multitudinem significat. Ant. I. 1. al. II. §. 11. ad Genes. II. 11.

6. Σημαίνει κτῆσιν μεθερμηνευόμενον τὸ ὄνομα. Cain quod interpretatur acquisitio. Cain, quod nomen interpretatum significat possessionem. Ant. I. III. p. 6. c.

ὈΝΟΜΆΖΩ.

1. Καὶ ὁ μὲν Φεισὼν ὀνομαζόμενος. Phison nomen est uni. Antiq. I. 1. §. 11.

ὌΝΟΣ, Ὁ, Ἡ.

1. Ἡ ὄνος ἐφ' ἧς ὁ Βάλαμος ὀχεῖτο συνεῖσα τοῦ θείου πνεύματος. R. Asina, in qua Balaam sedebat intelligens divinum ejus spiritum. G. Asina quâ vehebatur. Antiq. IV. IV. p. 112. g. ad Numer. XXII. 22. 23. אתון.

DISSERTATIO
CL. V.
CHRISTOPHERI CELLARII,
QUA
FLAVII JOSEPHI
DE HERODIBUS HISTORIA
A Νοθείας suspicione contra Cl. V.
JOANNEM HARDUINUM
JUSTIS VINDICIIS ADSERITUR,
ET NUMMIS ANTIQUIS CONCILIATUR.

DE Herodibus disserturi principio indicamus, cujus fide in enarratione innitamur. Is *Flavius Josephus* est, Judæorum historiæ auctor locupletissimus; cui tantum antiqui, recentes, & medii tribuerunt, ut nemini historicorum plus potuerint. Quantum enim est, quod Hieronymus illum epist. XXII. ad Eustochium cap. XV. cum optimo comparat, dum *Livium Græcum* appellat? hoc est eum, cujus in condenda historia ingenium, industriam, & fidem non minus omnes mirentur, quam T. Livii Patavini, *cujus visendi causa Gaditanum quemdam ab ultimo terrarum orbe venisse, statimque, ut viderat, abiisse*, cum Plinius lib. II. epist. III. tum idem Hieronymus epist. CIII. cap. I. referunt. Eusebio, probatissimo & ipsi auctori, H. E. lib. III. cap. IX. Josephus est ἄξιος πιστεύεσθαι, *dignus cui fides habeatur*: & ut unum tantummodo ex recentioribus, sed facile principem, adjungamus, magno Scaligero prolegom. Emend. Temp. idem φιλαληθέστατος, *veritatis studiosissimus* non immerito censetur.

II. Quanto igitur laus est illustrior, ab laudatis viris, non interrupto consensu, laudari: tanto major admiratio subit, quod clarissimus vir, & tam Plinio illustrato, quam urbium & populorum ex nummis geographia eximiam laudem doctrinæ consequutus *Joannes Harduinus*, Prolusione Chronologiæ ex nummis restitutæ Lutetiæ nuper excusa, in tantum derogat de Josephi auctoritate, ut pro inepte ficto & supposititio auctore habeat, ad id nummorum, ut ait, fide inductus, qui passim Flavianis narrationibus in Herodiadum historia adversentur. Nos ut omnino magni antiquos nummos facimus, & ex iis multa in historiis & chronologia emendari censeamus; ita commoveri nondum possumus, ut præ hisce nummis, quos Harduinus producit, omnis antiquitatis & memoriæ in Josepho consensionem negligamus, aut penitus elusam illam contemni vel everti patiamur. Quanta igitur fieri industria potest, doctissimi viri nummos & rationes quibus nititur, ita exponemus omnium conspectui, adjecta veritati consona interpretatione, ut & nummis genuinis sua fides, & Josephi simul historiæ sua intemerata constet auctoritas.

III. Nota est Josephi de Herodum familia traditio à doctis omnibus huc usque magno consensu approbata, & in Antiqua nostra Historia, locis ubique ex Josepho significatis, breviter repetita. Scilicet Herodem, Antipatri filium, illustri genere proselytorum Idumææ ortum, summam rerum in Palæstina à patre acceptam (is autem Cæsari Julio debuerat) Antigoni Hasmonæorum ultimi, quem Parthi juvabant, invasione amisisse, sed breui post Antonii ope cum titulo Regis recepisse, atque ita satis multos annos totam Palæstinam, quæ inter Syriam, Arabiam & Ægyptum patet, Augusti Cæsaris auspiciis, qui confirmaverat regnum, severo imperio tenuisse. Hujus filium Archelaum, quum IX annos Judææ & Samariæ imperitasset Ethnarchæ nomine, in Galliam relegatum esse, & ex possessione ejus provinciam Romanam factam, quam procuratores Cæsaris rexerint: reliquos filios, Herodem Antipam & Philippum, utrumque suæ tetrarchiæ præfuisse, illum quidem Galilææ & Perææ; hunc Iturææ & Trachonitidi; & hoc mortuo; illo itidem relegato, Agrippam, primi Herodis ex interfecto filio Aristobulo nepotem, Claudii Cæsaris favore totum avitum regnum, sublata provinciæ forma recepisse, sed hoc post paucos annos exstincto Judæam iterum provinciam factam, filium vero, Agrippam minorem, Chalcidenæ regulum, deinde Abilenes & Philippi tetrarchiæ exstitisse.

IV. Ab his dissentit non una ratione Harduinus. Primum ait, Herodem per Julium Cæsarem ingressum dominationem esse: nec illum totam Palæstinam, sed tantum Judæam & Samariam rexisse: in eodemque regno, cum regio etiam titulo, Archelaum patri successisse: Galilæam autem cum cæteris partibus sub potestate Zenodori tetrarchæ fuisse, cui vivo patre, Herodes, Herodis filius, Philippus frater ejus, uterque tetrarcha, sed divisa possessione, successerint. Et hunc tetrarcham Herodem, Baptistæ interfectorem, non Judæum, nec proselytum, sed gentilem, postea regem factum, eundem esse qui Jacobum sustulerit, & Petrum conjecerit in vincula, eumque perperam sub Agrippæ nomine à tetrarcha distingui. Neque Judæam postquam semel à morte Archelai (nam & hujus exsilium negat) provinciæ formam induerit, unquam rursus regni habitum, ut Josephus prodit, recepisse. Et quæ reliquæ de hisce rebus paradoxæ opiniones sunt. Singula ordinatim examinabimus.

V. Vir celeberrimus de initio dominationis Herodis ita sentit pag. 24. *Judæa Herodi data est hanc, ut nunc videtur, ob caussam: Erat Julius Cæsar dictator in magno ære alieno Herodis, ut conjicere est ex* illa

illa Tullii voce ad Atticum lib. VI. Epiſt. I. SED HEUS TU! JAMNE A CÆSARE PER HERODEM TALENTA ATTICA QUINQUAGINTA EXTORSISTIS? Mira res, ne dicam, ridicula. Scripta epiſtola in Aſia eſt à proconſule Cicerone, quum Cæſar adhuc in Gallia eſſet. Quo pacto igitur ad illum Herodis Idumæi pecunia? qui ante Alexandrinum bellum ne notus quidem Cæſari fuit. Prætera variatis ſcripturis vexatus ita locus eſt, ut quidam non *Herodem*, ſed *Orodem* legant: quidam pro *jamne vos* monſtroſe *Genuarios*; unde ſunt, quæ *Genuævos*, quod nomen Allobrogum civitatis eſt, exſculpant. Quam clarior explicatiorque eſt Joſephi hiſtoria, Antipatrum, Herodis patrem, Hyrcani regis amicum, in Peluſiaca expugnatione, & in præliis cæteris egregiam Cæſari operam in Ægypto præſtitiſſe, à quo id præmium laboris acceperit, ut Hyrcano regi in gerenda republica adjungeretur, aut ſolus illam adminiſtraret, atque iſte, quod ſimul pontifex erat, rebus ſacris magis quam civilibus præeſſet. Vide Joſeph. lib. I. de Bello cap. XVIII.

VI. Nunc fines regno Herodis conſtituendi ſunt. Patre ſuperſtite præfectus Galilææ erat, unde in amicitiam Sexti Cæſaris, Syriæ proconſulis, venit. Sed patre, Malichi fraude, hoc eſt veneno, ſublato, incidit Antigoni bellum, Parthorum auxilio geſtum, quo Hyrcanus rex captivus abductus, Phaſaëlus, Herodis frater, in carcere ſe interfecit; ipſe Herodes ægre evaſit in Italiam: ubi rex ab ſenatu Romano, Antonii ope, declaratus, aliquamdiu de regno cum Antigono certavit, donec ille Romanis armis & Soſio duce oppreſſus captuſque & ſecuri percuſſus fuit. Sic Herodes in totum regnum Haſmonæorum venit, cujus pars etiam Galilæa & vicinæ regiones erant. Vir contra clariſſimus Jo. Harduinus pag. 24. *Herodis ethnarchiam regiamque poteſtatem ad Judæam tantummodo cum Samaria pertinuiſſe* contendit.

VII. Argumenta, quibus perſuaſus eſt, fere hæc ſunt: primum, quia Lucæ 1. comm. 5. vocetur βασιλεὺς τῆς Ἰουδαίας tantum *Judææ rex*. At ſi arcte ſumitur *Judæa*, neque Samariæ imperitavit, quod contra Harduinum eſt: ſin laxe, tam Galilæam & Peræam, quam Samariam comprehendit. Deinde objicit Archelai ſucceſſionem in his duabus tantum partibus, qui tamen Matth. cap. 2. comm. 22. dicatur ἀντὶ τοῦ πατρὸς, *pro parente ſuo regnaſſe*, quæ formula integram hereditatem à patre filio relictam ſignificet. Verum eſt, ſignificat id, quod vult vir clariſſimus, niſi teſtamentum interveniat, aut ſuperioris domini, qui Auguſtus erat, alia diſpoſitio: quibus duæ tantum ex quatuor regni partibus majori filio ceſſerunt: reliquæ fratribus tetrarchis Antipæ & Philippo. Etiam illud putat, pag. 26. Herodis regnum coarctare, quod nullas urbes in Galilæa, fidei erga Romanos & reverentiæ monimenta, condiderit, ſicut alibi Cæſaream & Sebaſten. At nec in Idumæa condidit, & ſi accurate loquimur, nec in ipſa Judæa, quia Cæſarea, ut ex Act. Apoſt. 12. comm. 19. apparet, extra limitem Judææ fuit. Sufficit aliquibus regni locis condidiſſe: in ſingulis partibus ædificare neceſſarium non erat.

VIII. Tandem illud, tanquam præcipuum urget, quod Herodis temporibus Galilæa Zenodori tetrarchæ fuiſſet, à quo Herodis filii vel adfinitate vel alio titulo acceperint, non autem ex paterna hereditate. Id credit fide nummi unius alteriuſque, qui Octaviani vultum præferant, & in poſtica vultum Zenodori ſine diademate, cum inſcriptione ΖΗΝΟΔΩΡΟΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗ .... ΓΗ ..... & in altero, ΖΗΝΟΔΩΡΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ .... detritis literis cæteris, ut legi nequeant.. Priore annus Græcorum ita expreſſus conſpicitur, L. ΒΠΣ, id eſt CLXXXII. Sed quid inde conficitur ad minuendos Herodiaci regni fines? Joſephus Antiq. Jud. lib. XV. cap. 9. Zenodoro Trachonitidem cum vicinis partibus adſignat, eaſque diſerte à Galilæa diſtinguit, quas Auguſtus poſt mortem Zenodori donaverit Herodi. Id quod & Dio Caſſius confirmat lib. LIV. pag. 526. ſub urbis annum DCCXXXIV. τῷ Ἡρώδῃ Ζηνοδώρου τινὸς τετραρχίαν ἔδωκεν, *Herodi Zenodori cujuſdam tetrarchiam donavit* Auguſtus. Hæc tetrarchia fere illa erat, quam poſtea Philippus ex paterna hereditate accepit, Paneadem etiam, quod Joſephus addit, complexa: ſed tota extra Galilæam. Harduinus autem p. 30. *Eo*, inquit, *animus ut credam inclinat, Galilææ ſimul tetrarcham fuiſſe* Zenodorum. Quoniam vero nihil præter inclinationem ſuam, hoc eſt conjecturam, adfert; nos potiori jure, id eſt regni Haſmonæi, in quo Herodes ſucceſſit, adſeveramus, extra Zenodori hujus poſſeſſiones Galilæam exſtitiſſe. Quod de *vultu* obvertit, inſueto in nummis Judaicis, contra ipſum auctorem invertimus; quia Galilæa ubique ab Judæis habitata erat, uti pernotum eſt ex Euangeliis; nummi vultum præferentes, ut Zenodori ſunt, ad Galilææ dominum non poſſunt pertinere. Unum, antequam ad reliqua pergamus, de Herode non prætereundum eſt, poſt patris mortem, ſed ante bellum Parthicum, *tetrarcham* ab Antonio, quemadmodum & Phaſaëlus frater, conſtitutum fuiſſe, quod Joſephus tradit l. XIV. c. 13. p. 642. Hyrcano autem capto, & exſtincto fratre Phaſaëlo, *etnarchæ* nomen ſibi uſurpaſſe, quod nos vir illuſtriſſimus & princeps in his literis, *Ezechiel Spanhemius* docet de Præſt. & Uſu Numiſm. pag. 447. producto nummo, cui inſcriptum eſt ΗΡΩΔΟΥ ΕΘΝΑΡ ..... quem is pro ſummo judicio ſuo non alium, quam primum Herodem cenſet fuiſſe, antequam regium nomen ab Romanis impetraret.

IX. Nunc de *Archelao* diſquiremus, quem Joſephus ἐθνάρχου, *Ethnarchæ* honores, non regios, ab Auguſto accepiſſe refert l. XVII. Antiq. cap 13. ipſumque antequam poſſeſſionem Auguſtus confirmaret, φειδοποιεῖσθαι τοῦ βασιλείας ὀνόματος, *regio nomine abſtinuiſſe*. (ibidem cap. XI.) quod illud unice à Cæſaris auctoritate & adſenſu dependeret. Harduinus autem æque regem, ac patrem, fuiſſe ſibi perſuaſum habet, quia Matth. cap. 2. comm. 22. βασιλεύειν *regnaſſe* dicatur, & in locum patris ſucceſſiſſe. Quis vero neſcit, ſacros ſcriptores ſæpe cum vulgo loqui, cui Judaico præſertim, etiam minores principes *reges* dicuntur, quemadmodum Herodes alter in una eademque hiſtoria à Matthæo cap. XIV ineunte, & Luca cap. IX. comm. 7. recte & ex Romanorum genio & decreto, τετράρχης *tetrarcha*; à Marco autem cap. VI. comm. 14. βασιλεὺς *rex*, populari loquendi modo, appellatur. Succeſſit in locum quidem patris Archelaus, ſed ex parte, quæ ibidem ad Judæam (ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας) reſtricta eſt: non in toto regno: neque in nomen etiam regium, quod non hereditarium erat, ſed Romanorum liberalitate concedendum.

X. In annis etiam Archelai, & exitu non levis eſt diſſenſus. Joſephus ait extremo lib. XVII. Archelaum δεκάτῳ ἔτει τῆς ἀρχῆς, *decimo principatus anno*, id eſt exacto nono imperii, accuſatum à ſuis & Viennam Galliæ ab Auguſto relegatum eſſe. In re conſentit Dio Caſſius lib. LV. p. 567. Ἡρώδης ὁ Παλαιστινὸς, αἰτίαν τινὰ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν λαβὼν, ὑπὸ τὰς Ἄλπεις ὑπερωρίσθη, *Herodes*, inquit, *Palæſtinus à fratribus accuſatus trans Alpes relegatus eſt*. Quod is octavo ante mortem Auguſti anno, qui & Chriſti ætatis ferme octavus erat, contigiſſe, per conſules annorum ſingulorum enumerat. Ex Joſephi autem calculo non ante undecimum annum Chriſti poteſt accidiſſe. Quod Harduino p. 38. videtur

cum ſacro codice pugnare, quo *Chriſtus dominus dicatur, ante annum ætatis duodecimum, ſingulis annis templum frequentaſſe, id quod poſt annum ætatis fere octavum intelligendum videtur: ut ſaltem per annos quatuor ante id tempus in templum ſe contuliſſe credatur, quod adire Archelao vivo, quem fugerat, noluiſſet.* Quod vix ex Lucæ contextu (cap. II.) probaveris, ubi κατὰ τὸ ἔθος, non ad Chriſtum puerum, ſed ad parentes vel ad feſtos dies eorumque ritus referendum eſt, niſi ex verbis comm. 44. νομίσαντες ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι, quod multi interpretes faciunt, idem velimus colligere. Cui opinioni non repugnamus, nec vero ex eo firmiter, quod Archelaum fugerit, probari credimus, vivente illo in templum non veniſſe. Ex Ægypto reverſi cum puero parentes non tam Archelaum, ut Herodis filium, refugerunt (ſic enim nec ſe filio alteri credidiſſent Galilææ imperanti) ſed proditionem ex habitationis loco in Bethlehemitico agro, timuerunt.

XI. Sed de annis faciliores ſumus, quum numeris, præſertim per notas ſcriptis, perfacile aliquid erroris adlabi poſſit. Nulli genuini nummi, ab Archelao percuſſi, ſuperant, ex quibus decidi controverſia poſſit: id ſolum ex nummo, quem Harduinus oſtendit, clarum probatumque videtur ante annum XXXIX receptæ Aſiæ, ſeu pugnæ Actiacæ ſublatum Archelaum fuiſſe. Is enim nummus *ſpica* fertilitatis ſymbolo, & *Palma*, Judææ gloria, inſignitus non alius quam ΚΑΙϹΑΡΟϹ nomen habet, & anni notam ΛΘ, ex quo conjicitur, in Judæa jam provincia cuſum eſſe, non in regno, aut ethnarchia. Quoquo autem anno Archelai imperium ceſſavit, de modo ceſſationis major eſt controverſia. Joſepho is relegatus eſt: Harduino ſine herede obiit. Quod vero, ut ſupra diximus, Joſepho, Dio Caſſius conſentit, qui communi nomine *Herodem* vocat, quem alii *Archelaum*, ut in Antipa quoque & Agrippa conſuevit fieri; huic receptæ ſententiæ eo conſtantius inhæremus, quo propius ad illam etiam Judæi accedunt. Ben Gorion enim cap LXI. extremo: ויהי מקץ ה׳ ימים עלה על ארקילאוס חיל הרומיים ויאסרהו שר החיל בנחשתים וישלחהו אל רומי וימת שם. *Poſt quintum diem* (à ſomnio Archelai) *adſcendit contra Archelaum exercitus Romanorum, cujus dux illum catenis conſtrinxit, miſitque Romam ubi mortuus eſt.* Conſentit auctor in deportatione, licet modi & loci definitione aberret.

XII. Sed graviſſima lis, ut prædiximus, de *Herode* tetrarcha eſt, & *Agrippa* rege, quos diſtinguit Joſephus ut filium Herodis, Baptiſtæ interfectorem, Antipam ſingulari nomine, eundemque tetrarcham Galilææ, non regem, in Galliam à C. Cæſare relegatum: & alterum Agrippam Herodem, Herodis magni ex Ariſtobulo, quem interfecerat, nepotem, à Cajo Cæſare tetrarchiis Philippi & Lyſaniæ, ac regio nomine ornatum, poſtea etiam tetrarchia Antipæ à Claudio Judææ quoque & Samariæ regionibus auctum ſed brevis imperii regem, vix tertio Claudii expleto anno fataliter peremptum. Harduino autem unus idemque eſt Herodes longo tempore tetrarcha, tandem etiam rex, atque ſic idem qui Baptiſtam & Jacobum, Joannis fratrem, interfecit. Quam ſententiam nunc noſtrum eſt diligentius examinare.

XIII. Primum in eo Harduinus eſt, ut tetrarcham Herodem, non Judæum, nec proſelytum, ſed gentilem fuiſſe perſuadeat p. 54. ſeq. At vero qui natus eſt Judæo patre, & ea gente oriundus, quæ tota ante nonaginta annos proſelytorum lege Judæis adſcripta fuerat, & qui præfuit genti Judaicæ, ut Galilæi erant: ac quotannis ad ſacra Judæorum profectus Hieroſolymam eſt, & Joannem Baptiſtam libenter audivit; hunc Judæis ritibus initiatum fuiſſe negabimus? Natus is erat Herode rege, Judaiſmi obſervatore, ut præter Joſephum vel ex Auguſti joco apud Macrobium lib. II. Saturn. cap. IV. *Melius eſt Herodis porcum eſſe quam filium*, apparet. Non exſtat in Scripturis Sanctis, tetrarcham hunc regis Herodis filium eſſe, quod Joſephus adfirmat; ſed ſi Joſepho non credemus, evincit vetus inſcriptio, à diligentiſſimo viro Jac. Sponio Miſcell. Erud. Antiq. f. 338. in lucem producta: ΗΡΩΔΗΝ ΗΡΩΔΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΥΙΟΝ ΤΕΤΡΑΡΧΗΝ, &c. Nec illa ætate Idumæi, unde Genus Herodes ducebat, proſelyti, ſed Judæi erant, à longo tempore in Judaiſmum recepti, adeo ut Scaliger ad Euſeb. Animadverſ. p. 165. probet, Herodem majorem proſelyti abnepotem exſtitiſſe. Quæ ſatis confirmant, non ita tetrarcham, ut Ἕλληνες *Græci*, Joann. XII verſ. 20. quod Harduinus credit, Hieroſolymam ſacrorum cauſſa profectum, ſed tanquam Judæum & Judaica ſacra pleniſſime profeſſum. quod autem p. 56. ex illicito conjugio, cum fratris uxore inito, & ab Joanne improbato, contra Judaïſmum tetrarchæ argumentum petit, nobis plane contrarium videtur; nec dignum, cui multis verbis reſpondeamus.

XIV. Deinde ex nummo & numero annorum tetrarchiæ Joſephum falſitatis incuſat. Is ita ſcalptus Græcis literis eſt: ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ ΜΓ. & in altera facie ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑ. ΓΕΡΜ. ΣΕΒ. ſive ut eminentiſſimus vir. Hen. Noris, ſingulari diſſertatione *de Nummo Herodis Antipæ*, æri inciſum expreſſit, in anticæ laurea ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑ. ΓΕΡ. .... ΝΙΚΩ: in poſtica circa palmam ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ, cum anni literis ΜΓ. Ex quo conſtare videtur ſub Cajo Caligula XLIII annum tetrarchiæ Herodem egiſſe. Sed nec hoc Joſephi hiſtoriæ repugnat, qui non ſub alio quam Cajo principe, relegatum tetrarcham dixit, & poſtremo quidem illius anno. Vide Antiq. Jud. lib. XVIII. cap. 9. Et laudatus Noriſius pro docta ſua computandi ratione ita calculum diſponit, ut hinc XLIII tetrarchiæ annus cum ultimo Caligulæ bene conveniat. Quod ſi vero aliam & vulgarem rationem numerus tetrarchiæ excedere videatur; non inconveniens erit dicere, Antipam à vivo patre, ſeu aliquot ante mortem annis, Galilææ fuiſſe præfectum, ſicut ipſe pater Herodes ab Antipatro parente ſuo, adhuc ſuperſtite & principatum tenente, ut ſupra diximus, eidem Galilææ præpoſitus fuerat. Hæc ſatis tuendo calculo ſunt, ſi utique non alia æra, quam tetrarchiæ acceptæ, intelligenda ſit.

XV. Ad hæc unum eſſe tetrarcham & regem ex communi nomine *Herodis* Harduinus putat, quum Scriptura neque *Antipæ*, neque *Agrippæ*, majoris, nempe, nomen habeat. Sed nihil proficit. Etiamſi enim diſcriminationis nomina, quæ Joſephus pandit, Scriptura non uſurpaverit: habet tamen alios diſcernendi ſatis claros characteres, dum v. gr. Act. XII & XIII, utroque ineunte capite, alterum Herodem *regem*, alterum *tetrarcham* nominat, qui ſane diverſi honores & munia ſunt. Et quoties alii ſcriptores *Antiochos*, *Ptolemæos* nominant, non appoſito, quo differant invicem, ullo cognomine? Juſtinus quidem Martyr. Dial. contra Tryph. p. 330. Herodem quoque Herodis, ſub quo natus Chriſtus eſt, filium, βασιλέα *regem*, vocat, ſed dum βασιλέα Ἰουδαίων *Judæorum regem*, & διάδοχον *ſucceſſorem patris* appellat, ſatis imperitiam hiſtoricarum rerum prodidit.

XVI. Ad alium itaque nummum p. 48. vir clariſſimus provocat, in quo ſcriptum eſt ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔ. .... ΥΔΙΟΣ: & in altera parte ΚΛΑΥΔΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΤ. Γ. *Rex Herodes Philoclaudius & Claudio Cæſari Auguſto, ann. III.* Quid cogit vero, ut de Herode Herodis filio hæc intelligamus, aut quid impedit, quo minus cum ſummo viro, quem iterum honoris cauſſa nominamus,

Ez. Spanhemio, pag. 443. de Agrippa Majore interpretemur? Is ſane, Joſepho teſte lib. XIX extremo, tres annos vixit in aucto ſibi à Claudio regno, in cujus beneficii profeſſionem *Philoclaudius* cenſeri voluit, & aliquot regni ſui urbes, ut Gabam, Tiberiadem, *Claudias* appellavit, quod ſupra laudatus Henricus Noris in Epoch. Syro-Maced. pag. 389 & 463 itidem ex nummis declaravit. Quo & illum nummum referendum putamus, quem Lucas Holſteinius, Germanorum quondam inter Italos decus in Steph. Byz. pag. 154 ex Barberina Gaza oſtendit, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ, & in averſa. ΚΛΑΥΔΙΑ· ΚΑΙΣΑΡΙΑ. *Rex Herodes, Claudia Cæſaria.*

XVII. Hic eſt ille Herodes, Joſepho *Agrippa major* cognominatus: cujus mentio facta eſt XII. cap. Apoſtol. Actuum. Quod ſi Joſephi teſtimonium pro more ſpreverit vir doctiſſimus Harduinus; nequaquam tamen contemni licebit antiquiſſimi interpretis Syri ſuffragium, qui, ut omnem ſcrupulum eximeret, non tam interpretem quam paraphraſtam egit, dubitabilem locum cap. XII. comm. I. ſumma perſpicuitate ita interpretatus, ܗܪܘܕܣ ܡܠܟܐ: ܗܘ ܕܡܬܟܢܐ ܐܓܪܦܘܣ *Herodes rex, qui cognominatur Agrippas.* Quid clarius dici potuiſſet, & quidem in tanta antiquitate, qua vix majorem habere poſſumus? Sic omnes codices ferunt, nec quidquam variantis lectionis obſervatum unquam eſt, unde de novitate aut interpolatione conjici fortaſſis poſſit.

XVIII. Quum ergo vir clariſſimus nihil ex nummis adferat, quo recepta ex Joſepho de Herodibus ſententia evertatur; utique in ea perſtantes, Act. XII Herodem Agrippam, Ariſtobuli filium, cui Claudius Cæſar avitum regnum donaverat, intelligendum eſſe cenſemus. Hinc à Tiberio, cui maledixerat, in vincula conjectus, à Cajo Cæſare ſolutus & rex tetrarchiæ Philippi & Lyſaniæ factus, poſt tertium annum ab eodem tetrarchæ Herodis poſſeſſionem accepit: mox à Claudio Samariam quoque & Judæam, ut ſic omnem Palæſtinam ſive Iſraëlis terram, per triennium, ad fatalem uſque mortis pœnam, ab Joſepho non minus quam à S. Luca (licet ab illo obſcurius) notatam, poſſederit. Vide Antiq. Jud. lib. XIX. extr. & Dion. Caſſ. lib. LIX. p. 645. & l. LX. p. 670.

XIX. Accedit egregium ab hoſte teſtimonium, Juſto nempe Tiberienſi, Galilæo, cui graves inimicitiæ cum Joſepho æquali ſuo interceſſerunt, nihilominus cum iſto in Herodum diſtinctione conſentiente. Ex ejus chronico Photius Biblioth. cod. XXXIII hæc excerpſit: Ἄρχεται τῆς ἱστορίας ἀπὸ Μωσέως, καταλήγει δὲ ἕως τελευτῆς Ἀγρίππα τοῦ ἑβδόμου μὲν τῶν ἀπὸ τῆς οἰκίας Ἡρώδου ὑστάτου δὲ ἐν τοῖς Ἰουδαίοις βασιλεῦσιν, ὃς παρέλαβε μὲν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ Κλαυδίου, ηὐξήθη δὲ ἐπὶ Νέρωνος, καὶ ἔτι μᾶλλον ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ. τελευτᾷ δὲ ἔτει τρίτῳ Τραϊανοῦ. Hoc eſt, in Herodum regnatrice familia ſeptimum ac ultimum fuiſſe Agrippam minorem, qui ſub Claudio regnare cœperit, vita exceſſerit anno tertio Trajani. Bene autem hic numerus cum Joſepho convenit, cui I. eſt *Herodes Magnus*: II. *Archelaus*: III. *Philippus*: IV. *Antipas*: V. *Agrippas major*: VI. *Herodes Chalcidicus*: VII. *Agrippa minor.*

XX. Negat Harduinus Herodem Actuum Apoſtolicorum Judææ imperaſſe, aut provinciam Romanam rurſus regnum fieri potuiſſe. At quot exempla in Aſia ſunt, Ciliciæ, Ponti, Syriæ Commagenæ, ubi, provinciæ formulis abrogatis, regna reſtituta ſunt? Ex Tabulis, Hiſtoriæ Antiquæ noſtræ ſubjectis, omnia clariſſime dilucent. Sed Hieroſolymæ forſan hoſpes fuit, ut tetrarcha Herodes, cui vinctum Servatorem Pilatus ſubmiſit. Apoſtolos itaque tanquam Galilæos, ad Galilææ principem, forte præſentem, procurator Cæſaris remiſit, præſertim in cauſſa non civili, ſed religionis Judaicæ. Ita ſentit & interpretatur ſæpe laudatus Harduinus p. 55. Verum haudquaquam hæc ſufficiunt ad ſenſum Lucæ interpretandum. Si hoſpes tantum fuit; unde poteſtatem ſupplicii in milites præſidis Romani habet, neglectæ cuſtodiæ reos? nam XIX commate ejuſdem capitis, ἐκέλευσε ἀπαχθῆναι, *duci ad ſupplicium* & ſecuri feriri *juſſit*, quod Latini etiam ſimpliciter *duci* dicunt. Plinius de Chriſtianis ad Trajanum epiſtola, *perſeverantes duci juſſi.* Vide quæ ibi adnotavimus. Syrus interpres rurſus perſpicue, ܘܚܝܒ ܐܢܘܢ ܠܢܛܘܪܐ ܘܦܩܕ ܕܢܬܩܛܠܘܢ *condemnavit illos cuſtodes, & præcepit interfici.* Addo: ſi hoſpes tantum fuit, cur Hieroſolymis Cæſaream diſceſſit, & διέτριβεν *habitavit* ibidem tanquam in regia ſua? Quando autem provincia erat Judæa, non Galilæi principis, ſed præſidis Romani ſedes Cæſarea erat, uti ex Felicis & Feſti hiſtoria longe eſt clariſſimum.

XXI. Ipſe nummus, quo Harduinus gloriatur, inſcriptus ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ *Rex magnus Agrippa Claudii amicus*, pro Joſephi ſententia cum primis facit. Si enim *magnus rex* ille fuit, uti fuit, nummo præferente, omnino ſequi oportet, ut majores poſſeſſiones, quam geminam tetrarchiam, ab Harduino ipſi tributam, Galilææ & Philippi, (vide pag. 65.) tenuerit, quæ vix *regis* aut *reguli* nomine, ne dicam *magni*, dignæ habebantur. Joſepho autem hîc Agrippa amplioris regni, aviti nempe, ſeu totius Palæſtinæ dominus laudatur, à quo minus ambitioſus ille titulus abhorret.

XXII. Diximus ſupra de religione Herodis illius tetrarchæ: à quo diverſum Herodem regem eſſe, Act. XII. memoratum, quum demonſtraverimus, de ejus etiam religione deſpicere nonnullum in hiſtoria pretium erit. Harduinus, cui unus eſt tetrarcha & rex, eodem loco negat, qui Jacobum occiderit, Judæum fuiſſe. *Nec proſelytum*, inquit, p. 55. *neque Judæum fuiſſe, Lucas aperte declarat; qui cum non ſtudio religionis impulſum, ſed* QUIA PLACERET JUDÆIS, *bellum Chriſtianis indixiſſe narrat.* Anne vero Judæi non ſunt, qui *Judæis ſtudent placere?* Sic neque Romani fuiſſent, qui *populares* dicebantur effuſis patrimoniis, ut populo placerent, ejus favorem ſibi & ſtudium populi conciliantes: nec ex imperatoribus Romani, qui ob eandem cauſſam *civiliſſime*, ut Eutropius ait, ſeſe in imperio geſſerunt.

XXIII. Hujus Agrippæ frater fuit *Herodes rex Chalcidenſis*, Joſepho auctore lib. II. de Bello Jud. pag. 1071.) cujus nummum Petrus Seguinus, vir hujus ſtudii peritiſſimus, produxit, ita ſignatum in laurea: ΚΛΑΥΔΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ET. E. id eſt, *Claudio Cæſari Auguſto anno V.* & in averſa parte, ſenili capiti, & faſcia regali præcincto circumſcriptum: ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔ........ ΥΔΙΟΣ, *Rex Herodes* φιλοκλαύδιος, Harduinus contra pag. 58. *Quid ſi non tantum nullus Herodes Chalcidicus, ſed neque regnum Chalcis ullum fuit?* Ita facillime cenſet præjudicio occupatus, falſa omnia eſſe, quæ ex ſola Joſephi hiſtoria promuntur. Hic vero Herodem, Agrippæ fratrem, lib. 19. p. 873. dicit τῆς Χαλκίδος δυναςεύοντα, *Chalcidis dynaſtam*: & lib. II. de Bello c. II. de eodem, ἦρξε τῆς Χαλκίδος, *regnabat in Chalcide.* Immo *rex* à Claudio appellatus in epiſt. apud Joſeph. lib. XX. cap. I. Momentum quæſtionis ex eo pendet, an quinto Claudii anno ſuperfuerit Herodes Agrippa, quod vero ſimile non eſt, etiam contra Euſebium, qui in Chronicis *quarto* imperii anno interiiſſe dicit, quod laudat & approbat Scaliger Animadverſ. pag. 189. Quid? quod Dio Caſſius, incorrupta fide Auctor, lib. LX. pag. 670. de Claudio Cæſare: ἀδελ-

φῷ

φῷ αὐτοῦ Ἡρώδῃ δυναστείαν τινὰ ἔδωκε, *fratri* (majoris Agrippæ) *principatum quemdam dedit*, quem Josephus lib. XIX cap. 5. nominatim significat non alium quam *Chalcidicum* fuisse. Nondum ergo satis rationis est, ut ab Josepho & Eusebio refugiamus, quibus cum bene etiam Dio, ut cognovimus jam, concordat.

XXIV. Filius *Agrippa* superest in Actibus Apostolorum cap. 30. cum sorore *Berenice* memoratus. Hic Romæ apud Claudium erat septemdecim annorum adolescens, quum de morte patris nuntius adferretur. Cui successorem hunc Claudius constituisset, nisi amici admonuissent, periculosum esse limitaneum regnum, ut Judaicum erat, puero regi committere. Rursus itaque in provinciæ formam Judæa cum cæteris Agrippæ possessionibus redacta, Cuspio Fado misso, qui præses ordinaret regeretque. Vide Josephum extremo lib. XX. Negat Harduinus, Judæam iterum provinciam factam, quæ nunquam cessaverit, postquam semel facta sub Augusto fuerat. Respondimus supra sectione 19. exemplis regionum in Asia, quæ ex Romanis provinciis regna, & rursus provinciæ facta fuerant. Nunc Taciti suffragium accedat ex lib. V. Hist. cap. 9. *Claudius defunctis regibus, aut ad modicum redactis, Judæam provinciam equitibus Romanis aut libertis permisit.*

XXV. Nec vero Agrippa, Agrippæ filius, regno caruit, sed id non statim post mortem patris consequutus est. Josephus Scaliger in Euseb. p. 189. *Non statim*, ait, *ab obitu patris regnum illi traditum, sed nomine Cæsaris tamdiu administratum, quoad Rex tutelæ suæ fieret.* Idem paucis interjectis ad Taciti verba annalium XII. c. XXIII. ITURAEI ET JUDAEI, DEFUNCTIS REGIBUS SOHEMO ATQUE AGRIPPA, PROVINCIAE SYRIAE ADDITI, *Intelligendum*, inquit, *Ituræos Syriæ perpetuo additos fuisse: Judæos autem, quoad Agrippa Junior ad tutelam suam perveniret. Sed quinquennio post obitum Agrippæ senioris hoc contigisse quis credat, nisi qui in ratione temporum, & historia externa, Corn. Tacitum non semel, neque leviter peccasse meminerit?* Malim aliter scripsisset vir maximæ dignitatis. Bene enim inter Tacitum atque Josephum convenit. Mors Agrippæ majoris, ut supra ex Josepho & Eusebio ostensum, in annum IV. Claudii incidit. Minor Agrippa, XVII. annorum puer, non successit patri, cujus regnum provinciæ formam subiit, aut Syriacæ provinciæ adjectum fuit. Nono imperii anno ineunte, hoc est C. Pompejo & Q. Verannio Coss. in Chalcidico regno, Herodi patruo haud dubie tum morituro, Agrippam, Agrippæ filium, imperator Claudius suffecit: sed quadriennio post, hoc est imperii sui duodecimo anno, dempta Chalcide, eidem Philippi & Lysaniæ tetrarchias, hoc est Trachonitidem, Battanæam, & Abilenam donavit, quum interea Judæa, Samaria & Galilæa, ac reliqua ejusdem juris, à præside Romano usque ad excidium urbis regerentur. Vide Josephum lib. XX. c. 5. &c. Diu præfuit regno suo Agrippa, per L annos, ab IX Claudii ad III Trajani, Photius enim patriarcha, Cod. XXXIII Bibliothecæ, ex Justo Tiberiensi, qui æqualis Josepho fuit, verbis supra adlegatis hæc recenset: Ἄρχεται τῆς ἱστορίας ἀπὸ Μωσέως, καταλήγει δὲ ἕως τελευτῆς Ἀγρίππα τοῦ ἑβδόμου μὲν τῶν ἀπὸ τῆς οἰκίας Ἡρώδου, ὑστάτου δὲ ἐν τοῖς Ἰουδαίων βασιλεῦσιν. ὃς παρέλαβε μὲν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ Κλαυδίου, ηὐξήθη ἐπὶ Νέρωνος, καὶ ἔτι μᾶλλον ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ, τελευτᾷ δὲ ἔτει τρίτῳ Τραϊανοῦ. Hoc est: *Incipit* (Justus) *historiam à Mose: desinit in morte Agrippæ, septimi illius è familia Herodis, & ultimi inter Judæorum reges. Qui regnum sub Claudio accepit, quod auctum à Nerone est, magisque à Vespasiano. Mortuus anno tertio Trajani.* Multa numismata hujus regis supersunt cum Vespasiani, Titi, Domitiani iconibus percussa, quæ summus patronus noster Ez. Spanhemius de Præst. & Usu numism. p. 864. ostendit, quorum illud, quod cum Vespasiani effigie est, in postica habet ΕΤΟΥ ΚΘ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ *anno* XXIX *regis Agrippæ*, quod satis argumentum est longævæ dominationis.

XXVI. Hæc de Herodibus eorumque ordine & successione. Quod reliquum eorum est, quæ contra Josephum Harduinus urget, nunc vindicandum nobis sumimus. Cujus fidem ille ut omnibus suspectam faciat, primum objicit, *Antipæ* nomen, quod Josepho debemus, in nummis & inscriptione supra n. XIII. adducta non apparere. At vero si valeret, etiam *Archelai* nomen suspectum foret, quod, ut ipse Harduinus fatetur, in nummis non occurrit, & pro illo *Herodes* apud Cassium invenitur. Quale autem sit *Antipæ* nomen, Gorionides cap. 63. ineunte ostendit. qui אנטיפטר, *Antipatrum*, Græco nomine appellat, ex quo fit *Antipas*, sicut ex Harpocrates *Harpocras* apud Plinium lib. X. epist. V. Pergit Harduinus Josepho falsitatem objicere, dum Herodem Antipam modo in Galliam, modo in Hispaniam relegatum dicat. Sed & hæc perfacile conciliari possunt, quum in Galliam primum, deinde ut gravior pœna esset, in Hispaniam usque, atque sic longissime à patria, abduci potuerit. In Hispaniam missum fuisse Gorionides quoque cap. LXIII, & Rabbi Ganz. pag. 36. confirmant, ספרד locum exsilii nominantes, quæ Judæis Hispania est. Ad hæc ex eo etiam suspectum vult Josephum reddere p. 51, quod Claudium in imperio capessendo ab Agrippa, qui forte Romæ erat, adjutum scribat, quum non pronum ad fidem sit, ditionis barbaræ regulum consiliorum senatus arbitrum fuisse. Sed & heic non deest, qui Josephi fidem tueatur, Dio Cassius lib. LX. p. 670. de Claudio: τῷ Ἀγρίππᾳ τῷ Παλαιστινῷ, συμπράξαντι οἱ τὴν ἡγεμονίαν ἔτυχε γὰρ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὢν τὴν ἀρχὴν προσεπηύξησε. *Agrippæ Palæstino, qui eum in potiundo principatu adjuverat, regnum auxit.*

XXVII. Alia via vir clarissimus Josephum adgreditur, templi Hierosolymitani novam structuram, quam ille lib. XV. cap. XI. Herodi tribuit, *confictam* in magnificentiæ prædicationem esse, pag. 32. objiciens. Non autem confictam esse illam templi instaurationem, etiam ex divino scriptore Joann. cap. II. comm. 20, non obscure probatur. Illi enim XLVI anni οἰκοδομήσεως, ad Zorobabelis templum, quod quadriennio perfectum fuit (Esdræ VI, 15.) referri non possunt. Neque cum provincia Judæa esset, cessavit templum renovari, nec vero auspiciis Romani illud præsidis fiebat. Cæsares enim principi cuidam Judaici generis hanc sacrorum & templi curam permisere, ut, Agrippa majore sublato, Claudius Herodi fratri, Chalcidensi regulo, concessit, Joseph. lib. XX cap. I & III, quod jus postmodum Agrippæ minori mansit, usque ad templi & urbis eversionem. Vide ibidem cap. VII, & cum primis cap. VIII. f. 899, ubi de Agrippa rege dicitur, ἐπεπίστευτο ὑπὸ Κλαυδίου Καίσαρος τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ ἱεροῦ, *templi curam ei Claudius Cæsar concrediderat*; quamvis neque Herodi illi, nec Agrippæ juniori in Judæam vel Hierosolyma quidquam juris fuerit, quod omne penes præsidem seu procuratorem erat.

XXVIII. Aliud crimen Josepho Harduinus impingit, ex quo constare putat, auctoriali Palæstinam non fuisse conspectam. quia lib. XV. cap. XIII Cæsaream Palæstinæ ἐν τῇ Φοινίκῃ in *Phœnice*, posuisset. Novum crimen & ante inauditum, cujus si reus Josephus agendus est, ante hunc princeps geographorum Strabo quoque condemnari debet. Hic enim lib. XVI. pag. 520. *Jam Cælesyria peragrata*, ἐπὶ τὴν Φοινίκην μέτιμεν, *in Phœnicen transimus.*

mus. Recensitis urbibus, tandem claudit, p. 523. hisce verbis, Τοιαύτη μὲν ἡ Φοινίκη. *Hactenus de Phœnicia.* Medio sermone & in mediis Phœnices urbibus infit: Μετὰ τὴν Ἄκην, Στράτωνος πύργος προσορμὸν ἔχων, *post Acen* (quæ Ptolemaïs est) *Stratonis turris, navale habens.* Hæc autem ipsa Cæsarea. Plinius lib. v. cap. XIII. *Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita.* Quo jure nunc Josephus accusatur, qui idem sentit quod Strabo, quod alii geographorum historicorumque? quibusdam longior in austrum Phœnicia procurrit, licet aliis angustiori limite definiatur. Livius lib XXXV. cap. XIII. *Antiochus rex, ea hyeme Raphiæ in Phœnice Ptolemæo regi Ægypti filia in matrimonium data, -- extremo jam hiemis Ephesum pervenit.* Raphia autem prope Ægypti fines ad mare est.

XXIX. Tandem etiam de *Hasmonæorum regno*, Josephum Harduinus sublestæ fidei insimulat. At vero diu ante Josephum Strabo lib. XVI. p. 524. in Syriæ & Judææ enarratione, πρῶτος ἀνθ' ἱερέως ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλέα Ἀλέξανδρος, *primus pro pontifice se regem fecit Alexander*, qui & Jannæus erat, Hyrcani & Aristobuli pater: quod satis ad *fabulam*, quam objicit Harduinus, diluendam est, licet in eo corrigendus Strabo sit, quod Alexander hic non primus fuerat, qui diademate & regis titulo uteretur, sed frater ejus Aristobulus eodem honore antecessit. Ad hoc, credo, inductus est vir clarissimus, quod nummos forsan Hasmonæorum regum non repererat. Sed sic multæ & præstantissimæ partes historiarum negandæ forent. v. gr. Imperium Trapezuntinum, quod per CCL annos stetit, ab Alexio Comneno conditum, quum Constantinopolis in Latinorum potestatem venisset; ex nummis adhuc illustrari nondum potuit, nec peritissimi viri eos videre se meminerunt. Nec vero propterea fabula est quod Nicetas, Gregoras, Paullus Venetus, Chalcocondyles de illo narraverunt.

XXX. Denique in foro quoque Grammaticorum Harduinus reum Josephum facit: *Taceo*, inquit, p. 64, *de Josephi solœco*, Ἀγρίππου, *quod etiam in Codd. MSS. legitur, pro* Ἀγρίππα, *ut nummi exhibent ipsius Agrippæ, quicum vixisse vult videri.* Sed bona verba, quæso. Solœcum non est, quo optimi Græcitatis scriptores usi sunt. Gemina forma gignendi casus in his nominibus est, & Ἀγρίππα quidem, Act. Apost. XXV. 23. & apud Xiphilinum Vespasiano tam Stephani editione p. 222. quam Sylburgii p. 322. reperitur, nec vero solœca est altera in ου terminata, qua Plutarchus in Antonio p. 946. Dio Cassius ineunte lib. LII, Appianus Alexandrinus B. Civ. lib. v, & elegantiorum imitator Zonaras in Augusto, usi sunt. Hosne ergo solœcismi accusabit Harduinus? Nec in aliis propriis, in ας finitis, insitatum est. v. gr. Ἀνέου Ἀρέτου Μαικήνου. Theodorus Gaza, Isagog. lib. I. p. 4. κλίνεται Αἰνείας, Αἰνείου & nummus ab Andr. Morellio, sagacissimo antiquitatis scrutatore, in Specim. Tab. XXIII. nuper productus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΘΟΥ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ: & ipse Dio Cassius d. l. μετά τε τοῦ Ἀγρίππου καὶ τοῦ Μαικήνου. Neque alterius formæ, quam solam Harduinus Græcam putat ignarus fuit Josephus noster, quod vel uno exemplo satis sit ostendisse. Lib. XIV. Antiquit. cap. II. pag. 469. Πέτρα, τὰ βασίλεια τοῦ Ἀρέτα.

XXXI. Superest, quod infantium cædem de industria prætererit, *ne legisse sacras Novi Testamenti literas videretur*: p. 36. Etiam Scaligero in Euseb. Animadvers. p. 176. *mirum est, tam belluinæ crudelitatis exemplum ab Josepho præteritum esse, qui tanta diligentia, reliqua sævitiæ Herodianæ facinora persequitur.* Miramur ipsimet; nec vero id satis putamus esse ad fraudem scribentis, quo Harduinus refert, evincendam. Fieri enim alia de causa potuit, & si qua culpa est in Nicolaum Damascenum potius, quam Josephum, illa rejicienda. Iste enim haud dubie præteriit, quia vivente Herode scripsit, cujus amicus & orator ad Augustum fuit; quem dum presse, uti non diffitetur, Josephus insequutus est; forte accidit, quod aliis pluribus accidisse novimus, ut non dedita opera, sed partim memoriæ lapsu, partim tenaci præeuntis persequutione, detestabile factum effugerit animum, memoriam, & manum scribentis.

* * *

CL. V. Jo. Harduinus pag. 39. νοθείας scriptores accusat, qui Romanos *imperatores* vocant βασιλέας, & *imperium* illorum βασιλείαν. Esto, exossa Latina fuisse vocabula *regnum* & *rex*: Græca tamen mitius fuerunt, nec invitis Romanis, habita. Herodianus lib. I. cap. II. de Marco imperatore, βασιλεύοντι Μάρκῳ: & cap. VII de Commodo τὴν τοῦ βασιλέως ἄφιξιν; ac ibidem de Faustina augusta, βασίλισσα. Et ante Herodianum Pausanias Phoc. cap. XVI. βασιλεὺς Αὔγουστος: & Dionysius Perieg. v. 1052.

Αὐσονίου βασιλῆος, ——

Augustum Cæsarem, sub quo scripsit, designans: ac Diodorus Siculus ecloga libri XXXV. ΙΜΠΕΡΑΤΩΡΑ αὐτὸν ἀναγορεύειν καὶ ἀποκαλεῖν, ὅ ἐστι βασιλέα. Non est itaque quod cum Harduino τὸν βασιλέα ὑπερέχοντα I Petri II. comm. 14. de Polemone malimus, quam cum Grotio de Romano imperatore, interpretari. Sequiori ævo ita βασιλέως vocem sibi Constantinopolitani vindicarunt, ut cæteros reges, etiam ipsos Germanicos imperatores, ægre βασιλέας, sed tantum ῥῆγας (à ῥὴξ, *rex*) appellaverunt. Exempla prostant passim in Historia Byzantina.

CHRIST. NOLDII
HISTORIA IDUMÆA,
SEU,
DE VITA ET GESTIS HERODUM,
DIATRIBE.

Accesserunt hinc inde Notæ in Josephum: ut & pro eo vindiciæ & responsiones, contra Baronium, Serarium, Salianum, & Alios.

HIERON. in Matth.

Multi labuntur ob Historiæ ignorantiam, putantes eosdem Herodes esse.

PERILLUSTRIBUS ET EXCELLENTISSIMIS
DOMINIS,

D^N. OTHONI KRAG,

Hæreditario in Wolleberg &c. Regni Daniæ Senatori, & Neoburgi in Fioniâ Præfecto Regio,

NEC NON

D^N. GODESCALCO A BUCHWALT,

Hæreditario in Guiresbech, &c. S. R. M. Daniæ à Consiliis Status, & Præposito Utersensi,

Pro temp. Serenissimi Daniæ Regis, ad Præpotentes & Celsissimos Fœderati Belgii Ordines Generales, Legatis Extraordinariis,

PATRONIS MAXIMIS,

Salutem, æternamque in Christo Benedictionem.

Perillustres, Excellentissimi Domini,

EÆ, proh dolor! nunc rerum vices sunt, ut seu aliorum cum aliis, seu vicinorum cum vicinis odia consideremus, humanum genus continuis natum præcipitiis quasi videatur. Quid Cometa velocissimus, qui annô seculi secundô supra quinquagesimum arsit, intra illud sexennium quô rexerunt alii, terris portendit, res est tristior, quam ut debeat repeti, aut ut à me satis declarari possit. Id malim dicere, & id magis ad propositum sit, quod à quô ad hanc Sociam Gentem missi estis, multorum in vos oculos converteritis. Etenim, EXCELLENTISSIMI, cum omnes scirent, Pietate, Prudentiâ, & si quid aliud tantos ornat titulos, abunde vos instructos esse, singulos pariter læta hæc arrexit spes, fore, ut vestrâ sanctâ industriâ pax collapsa Boreæ resarciretur. Quod Patriæ & fœderati hujus Populi votum, quam publicam exspectationem, dum privatus Ego ad vos fero, simul etiam meam ipsius qualem qualem debui addere observantiam, & hoc parvô thure Nomini litare vestro. Faxit Deus propter suas miserationes, ut consilia vestra & omnium Similium, in honorem ejus, & afflictissimæ Patriæ, in certam nec insidiosam pacem prosint.

In quô voto finio, & persevero

Perillustr. Excellent. Vestrar. Servus Humillimus

CHRIST. NOLDIUS, Danus.

Franequeræ Frisiorum, Calend. April. Anno 1660.

AD LECTOREM.

Familiam hîc exhibemus Herodianam. Familiam equidem, si opes & florem spectes, amplam: sed si vitam aut mores, turpem ac propudiosam. Nam hæc est illa progenies, quæ Christum in cunis vagientem requisivit, & coëgit in exilium: quæ ministranti insidiata est: quæ per scelus ab hostibus captum risit: quæ Sanctos Præcones, aut gladiô sustulit, aut multavit carcere, aut disjecit, contempsit, ac innoxios destituit. Quorum scelerum Divina, (ut fit) ultio sic consequuta est, ut familia hæc florentissima, & tot fusa per generationes, justâ nemesi, intra centum annos, tota pene exstirpata sit. De quô graviter Flavius, Ant. XIIX. c. 7. βούλομαι οὖν εἰπεῖν ἐπὶ μακρότερον περί τε Ἡρώδου καὶ γένους αὐτοῦ, ὡς ἐγένετο· ἅμα μὲν καὶ διὰ τὸ ἀνήκειν τῇ ἱστορίᾳ τὸν περὶ αὐτῶν λόγον, ἅμα δὲ καὶ παράστασιν ἔχειν τοῦ θείου, ὡς οὐδὲν ὠφελεῖ πληθὺς, οὐδὲ ἄλλη τις ἀλκὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐπιτετηδευμένων, δίχα τῶν πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβειῶν, εἴγε ἐντὸς ἑκατὸν ἐτῶν ἐξόδου, συνέβη πλὴν ὀλίγων, πολλοὶ δ᾽ ἦσαν, διαφθαρῆναι τοὺς Ἡρώδου ἀπογόνους. *Volo inquit, altius repetere Herodis progeniem: vel quod hoc ad præsentem pertineat historiam, vel quo magis appareat Divina Providentia: quandoquidem absque Pietate nihil prodest nec numerosa soboles, nec ulla humana potentia. Prout Herodis copiosa proles, intra centum annos, præter paucos occidit. Quô ipsô partim Operæ nostræ fructus constat, partim latius explicabitur. Nam cum in Sacrâ Novi Fœderis Historiâ, tot occurrunt Herodes, Archelai, Philippi, Berenicæ adhæc, Drusillæ, & Alii, (ut nihil dicam de profanis Scriptis Judaicis & Romanis) in quibus, maxime ad personas cognomines, Lector sæpe hæret & offenditur, operæ pretium futurum judicavi, ut accurata esset Herodum Genealogia, ad quam Lector dubius recurrere posset. Recte enim Hieronymus in Matthæum: multos labi ob historiæ ignorantiam, putantes eosdem Herodes esse. Et vel unus locus Actor. capit.* XII. *evincit: in quô novimus quam Interpretes halucinentur, quod Herodem Lucæ, Agrippam Flavii esse, non perceperint. Tentarunt quidem Serarius, Salianus, Montacutius, Capellus, & alii, has genealogias; sed profecto infeliciter. Maxime Capellus: cujus in Genealogiâ Herodianâ, (Hist. Apostol. & Jud. p. m. 85.) pene quot Personæ, tot sunt vitia. Alteram rationem, ob quam in hoc argumentum sum ingressus, præbuit Josephus. Nam cum eum quamvis optime meritum, Judæi juxta ac Pontificii incursant,*

quasi prorsus nullius esset fidei, vindicandum eum hac opellâ duximus. Judæorum odium Flavius, uti videtur contraxit, vel quod à quô Vespasianis vinctus imperium prædixerat, (ἁλώσ. *III. c.* 14. *& V. c.* 12. *Sueton. l.* 8. *in Vespas. Xiphilin. in Vespasian.*) *penes Romanos manserit: vel quod scripserit veritatem, Judæis ipsis imputans excidium, quod immorigeri & insanabiles, Romanis rerum Dominis se opposuissent. Unde in eum sic detonat Abrabanel, Comment. in Daniel. font.* 10. ואף שנודה להם שיוסף כתב זה לא נקבלהו ממנו כי הרבה דברים כתב בחילוף האמת ובתלוף מה שעידו עליהם בתבי הקדש כדי להסביר פנים לרומיים כעבד העומד ביד אדונים קשים שידבר כרצונם: *Et quamvis (inquit) concederemus illis Josephum hoc scripsisse, non tamen apud nos receptum foret. Nam multa scripsit cum depravatione veritatis, & contra Scripturæ testimonium: aucupandæ Romanorum gratiæ causâ, & in eorum arbitrium, instar Servi subditi dominis gravissimis verba componit &c. Hæc ille. Pontificiis haud dubie sudes in oculis est, quod Josephus, l.* 1. *contr. Apion. p. Gelen.* 1026. *asserat: Judæorum Canonem ex duobus supra viginti libris tantum constare & sub Rege Artaxerxe obsignatam.* οὐ μυριάδες, *inquit,* βιβλίων εἰσὶ παρ' ἡμῖν ἀσυμφώνων καὶ μαχομένων, δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἴκοσι βιβλία, τὰ τοῦ παντὸς ἔχοντα χρόνου τὴν ἀναγραφὴν, τὰ δικαίως πεπιστευμένα. καὶ τούτων πέντε μέν ἐστι μωϋσέως *&c. Sequitur:* ἀπὸ δὲ ἀρταξέρξου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου γέγραπται μὲν ἕκαστα, πίστεως δὲ οὐχ' ὁμοίας ἠξίωται τοῖς πρὸ ἑαυτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν. *Quô Authoris Maximi clarô testimoniô, cum excludantur Pontificii, quo minus possint Apocrypha sua in Canonem intrudere,* πύξτε παλαισμοσύνῃ τε καὶ ἅρμασιν ἤτε πόδεσσιν *hoc agunt, ut Scriptoris Optimi authoritatem infringere, & fidem ejus elevare possint. Notæ in eum sunt injuriæ, Baronii, Cani, Possevini, Salmeronis, Pererii, Pinedæ, Gordoni, & inprimis Saliani in Annalibus: cujus quasi curæ destinatæ sunt, barbam ut vellat mortuis leonibus, & duos Josephos, Flavium scilicet & Scaligerum exagitet. Sed illum maxime. Ut vix pagina abeat, quâ non legas & audias: rem atrocem in Josephô incidisse. Longe alia de eô fuit eruditorum Principum & Antiquitatis sententia: dum & Titus Imperator libros ejus sub manu suâ edi ac in Bibliothecis poni fecit; & Agrippa Rex doctissimus, eosdem sibi ad censendum missos publicis aliquot literis comprobavit.* (*Joseph. in Vit. p. Gelen.* 1026. *Euseb. Hist.* 1. *c.* 9.) *Hieronymo Epist.* 22. *ita Josephus placuit, ut ab eô Græcus Livius appellatus sit. Eusebius, Hist. Eccles.* 1. *c.* 5. *eum habuit pro* ἐπισημοτάτῳ τῶν παρ' ἑβραίοις ἱστορικῶν. *Photio, Bibl. cod.* 47. *dicitur,* καθαρὸς τὴν φράσιν, καὶ ἀξίωμα λόγου μετὰ εὐκρινείας καὶ ἡδονῆς ἐκφῆναι. πιθανός τε ταῖς δημηγορίαις, καὶ ἐπίχαρις, κἂν ἐπὶ τἀναντία ὁ καιρὸς καλῇ, χρήσασθαι τῷ λόγῳ. δεξιὸς καὶ γόνιμος ἐνθυμημάτων ἐφ' ἑκάτερα, καὶ γνωμολογικὸς δὲ ὡς εἴ τις ἄλλος καὶ πάθη τῷ λόγῳ περιστῆσαι ἱκανώτατος, καὶ ἐγεῖραι πάθος, καὶ πραῦναι δοκιμώτατος. *Quæ ne minimam habent malæ fidei suspicionem. Possevinus, Bibl. tom.* 1. *l.* 2. *c.* 61. *& tom.* 11. *l.* 16. *c.* 14. *contra eum adducit Egesippum. Sed is totus favet. Ita enim scribit in Prologo: Relator egregius historicô stylô Josephus, utinam tam religioni & veritati attentus, quam rerum indagini & sermonum sobrietati. Consortem se enim perfidiæ Judæorum in ipsô etiam sermone exhibuit, quem de eorum suppliciô manifestavit: & quorum arma deseruit, eorum tamen sacrilegia non dereliquit. Deploravit flebiliter ærumnam, sed ipsius causam ærumnæ non agnovit &c. Ubi tantum abest, Egesippus Josephi Historiam reprehenderet, ut is potius in ipsô rerum collaudatâ indagine, veritatem tantum Euangelii desideraverit. Quo oculô Judæum cæcum quis mirari vellet? Denique: Scaliger, vir si quisquam perspicax & oculatus, in Prolegomenis Operis de Emendat. Tempor. serio judicat: ubique elucere Josephi simul & fidem & eruditionem; ut tutius ei non modo in Judaicis, sed & externis credit possit, quam omnibus aliis Græcis ac Latinis. Hærebat scilicet non vane in animô, quod Josephus, qui ipse pars eorum fuit quæ scripsit, & qui in cæteris, liberalissimâ educatione, genere Regiô, sectâ Pharisæus, accessum habuit ad patriæ archiva, & postea (Romæ otium nactus) ad instructissimas Orbis melioris Bibliothecas &c. falso aut temere scribere non potuerit. Quod, (si nolint ipsi credere Josepho, Ant.* XX. *c.* 5. *l.* 1. *contr. Apion. p. Gelen.* 1037. 1038. *& in Vit. p.* 1026.) *Pontificii discant & suô Torniellô, qui in Annal. ad ann. M.* 4051. *n.* 31. *ita inquit: Si mihi licet dicere quod sentio, puto multo tutius esse sequi hac in parte Josephum, Authorem valde gravem &c. Id namque ipse Josephus, multo melius scire potuit, quam quivis alius. Fuit enim natione Judæus, & historiarum Judaicarum peritissimus, & ipsius Herodis tempori valde proximus, atque in gestis ejus studiosius perquirendis ac describendis omnium diligentissimus. Habuit item ad manus libros Nicolai Damasceni,* (*conf. Ant.* XII. *c.* 3.) *Scriptoris egregii, sæpius ab ipsô citati. qui fuit Herodis contemporaneus & familiarissimus, &c. Hæc Torniellus. Neque segnius contra Judæos instat Judæus Zemach D. ad ann.* 4829. *Abrabanele multo sedatior & temperatior:* יוסף בן גוריון הכהן מיחוסי ושועי הכהנים שבירושלים ומשוח מלחמה הוא חבר את ספרו אחר הרבן הבית ואם מקצת דבריו בענין טיטוס נראין קצת כסותרין את דברי רזל" אשר בפרק הנזקין ממ" תדע מאחל שזה האיש היה גדול בחכמה ובתבונה איש צדיק וישר והוא קודם בזמן מחכמי הגמרא כמה מאות שנה וראה את כל הנעשה בימיו על כן אין אנו מחזיקין אותו לסופר הבלתי נאמן ומפני זה אנשים חכמים וידועים הלמו יחד סיפוריו וסיפורי רזל" באופן שאין דבריהם יהיו סותרים זה לזה: *Josephus filius Gorionis Sacerdotis, ex nobili & opulentâ stirpe Sacerdotum Hierosolymitanorum ortus, & unctus in belli Ducem, composuit librum suum post excidium Templi. Quamvis autem quædam ejus dicta de historiâ Titi, videantur quasi repugnare verbis Rabbinorum nostrorum, f. m. in Talmude tract. Githin cap. Hanizachin, tamen cum fuerit vir sapientissimus & prudentissimus, vir justus & rectus, & tempore antecesserit Sapientes Gemaræ aliquot centenis annis, videritque omnia quæ suâ ætate gesta sunt, non est cur eum censeamus inter Historicos minus fideles. Quamobrem viri Sapientes & eruditi conciliant ea quæ refert, cum iis quæ tradunt Rabbini nostri: sic ut eorum dicta non sint contraria. Hæc Ille: Flavium vocans filium Gorionis, (cum esset Matathiæ, & hunc ipsum intelligat) more Judæorum. Nam & Josephus Hebræus, cit. Raym. Mart. p. m.* 260. *Josephum filium Gorionis dicit alloquutum nomine Titi, Hierosolymitanos: Quem ex* ἁλώσ. VI. *c.* 7. 11. 15. *&* VII. *c.* 4. *constat ipsum Flavium fuisse. Quid ergo, dices, non erravit Flavius? Inquam Ego: Menda Editionum manifesta sunt. De quo graviter Casaubonus, Exercit.* 1. *sect.* 34. *p. m.* 154. *Verissimum est, (inquit) quod ante multos annos ad Suetonium dicebamus, & argumentis aliquot demonstravit postea* ὁ μακαρίτης *Josephus Scaliger, Josephi Codices depravatissimos jam circumferri. Neque hodie atque heri esse corruptos, sed ante Ruffini ætatem. Id enim versio illius manifestissime declarat, multis locis ad insaniam usque inepta, non aliam persæpe ob causam, nisi quod corruptissimos nactus Codices, & judiciô criticô destitutus, quicquid invenit, exprimere est coactus. Et post: Consensus versionis cum hodiernis Exemplaribus Græcis etiam manu exaratis, & quidem oppido vetustis, veritatem sententiæ non probat. Porro, Græci Codicis scripturam, (nupera enim priore deterior) locis prope infinitis esse corruptam, & sæpe vocibus aliquot mutilatam, (est ubi periodis integris) docuit me diligens*

com-

comparatio cum vetustissimis Exemplaribus, quæ in Regis Christianissimi Bibliothecâ servantur. Collationem illam ante annos quinque institueram, operâ adjutus doctissimi Viri & amicissimi Caroli Labbæi JCti, quum id à nobis illustrissimus Scaliger petiisset, de editione nobilissimi Scriptoris tum cogitans: quam immatura viri Divini mors Reipublicæ literariæ invidit. Tum igitur ex unius aut alterius libri contentione didici, quod dudum eram suspicatus, hodiernis Josephi libris nihil depravatius posse inveniri. De quô tamen ne per somnium quidem tot Interpretes videntur cogitasse. Hactenus Casaubonus. Ut vitiosum constet nos habere Josephum, tam Græcum quam Latinum, tam Basileensem, quam Gelenianum sive Genevensem, (quis enim ex Antiquis hanc non tulit labem?) at defectu vix Authoris, sed bonorum Codicum. Qui interea dum conquirantur, (supersunt enim Vaticani, Regii, Vossiani &c. probatiores, sobrie & circumspecte Authorem tam insignem nos tractare convenit: nec (quod ajunt,) infantem cum sordibus abjicere, aut Librariorum sphalmata Scriptori ipsi imputare. Liceat enim & recte hic sperare, ut etiamsi nec Scaliger, nec Vossius, nec Petitus &c. Literarum Lumina, editionem Josephi emendatam absolverint, sed morte præventi rem reliquerint infectam, succedant aliunde Coccejus aut Schotanus, Viri Linguas apprime docti, & in Antiquitate sacrâ profanâque versatissimi, qui Rempublicam literariam istô ornent beneficiô. Nostri humeri debiliores sunt: quanquam animus non deesset, si Deus & boni media suppeditarent, ut & fontes corrigerentur, & nova versio Librorum maxime ἁλώσεως concinnaretur, quos Gelenius neglexit, & notæ vindiciæque necessariæ adspergerentur. Nuper etiam Josepho illud objecit vir Clarissimus, quod circa tempus raptæ Herodiadis, cum Euangelistis non posset conciliari. Euangelistas dicere: Herodiadem raptam ante Christi Passionem, (ut quæ Christô vivente apud Antipam maritum, Baptistæ lethum procuraverit,) Josephum autem hæc referre quasi ad annum imperii Tiberii penultimum, post Christi Passionem &c. Sed Josephus Ant. XIIX. *c.* 7. *dicit, assumptam Herodiadem, postquam Antipas Româ esset reversus. At Romam haud dubie ivit Antipas, tum cum illic esset Tiberius, (quid enim eô absente illic ageret?) Romæ autem non fuit Tiberius, postquam secessisset Capreas, COSS. M. Liciniô & L. Calpurniô. Tacit. Annal.* IV. *c.* 67. *coll. cum c.* 7. *annô scilicet Imperii ejus* XIII. *Imo vero Ant.* XIIX. *c.* 8. *clariorem adhuc Characterem temporis habet Josephus, cum refert Herodiadem in Antipæ thorô vixisse circa mortem Drusi, filii Tiberii. Nam Agrippa, qui post obitum Drusi Româ discessit, quod Tiberius neminem ex Drusi amicis, ne dolor refricaretur, ad se vellet admittere, veniens summe inops in Judæam, interventu Herodiadis, Antipæ tum uxoris, sustentationem mox accepit. Drusum autem constat sublatum COSS. C. Asiniô & C. Pollione: annô scilicet Tiberii* IX. *Teste Tacitô, Annal.* IV. *c.* 8. *coll. cum c.* 1. *Ut satis in tempore & Euangeliis convenienter Josephus asserat raptam Herodiadem: cum annus nonus Tiberii, satis antecedat Christi mortem. Bellum Antipæ cum Aretâ circa ultima Tiberii, (cujus facit mentionem Flavius Ant.* XIIX. *c.* 7.) *non evincit Josephum tum asserere, primo assumptam Herodiadem ab Antipâ. Nam per ὑςέρωσιν, (ut assolet) totam ibi narrat Historiam, ubi ejus eventus tantum incidit. Nimirum: Simultas inter Aretam & Antipam ob rejectam filiam & hujus locô introductam Herodiadem, non tum cæpit, cum bellum erupit; sed aliquot annos ante insederat, quam ad arma, occasione agri Gamalitici esset ventum. Prout ex Flavii apilogismis jam adductis, & totius apud ipsum narrationis filô constat. Atque hoc est de quô Lector Optime te volui admonitum. Quem in nomine Iesu sic valere jubeo.*

CHRIST. NOLDIUS.

CHRITIANO NOLDIO,
L. A. M.

S. P.

E*Rudite vir:*

Legi obiter opusculum tuum de vitâ & rebus Herodiadarum. Probo utilitatem Libri pro Studiosis historiæ sacræ: quia ea breviter cognoscere possunt, quæ facem præferunt N. T. historiæ. Probo diligentiam, quâ ex plurimis contracte exhibes, quæ diffuse & sparsim apud alios habentur. Alibi etiam acumen est in solvendis difficultatibus. Atqui cum in illis, quos alleges autores, plurimi laude industriæ & eruditionis ὡς ἀιετοὶ ἐν νεφέλαις eminuerunt, & quod plus est, pietate præstiterunt haud vulgari, queri posset judiciosus lector, carpi quidem illos, sed sine præfatione debiti honoris. Cæterum, quantum rem ipsam attinet, probo communiter, quod Josephum defendere moliaris adversus conjurationem Lojolitarum. Ego eum cum eruditis judico φιλαλήθη, & in mediâ luce rerum versatum non potuisse ignorare sui temporis res & eventa. Lapsum tamen esse non tantum in superioribus, id est remotis antiquitatibus, sed & in rebus Hassamonæorum, etiam Herodiadarum, haud ambigo. Nemo enim hominum sui temporis res ita scire aut componere potest, ut ab errore immunis sit. Tuam conciliationem de uxore Philippi, magis probo quoad conatum, quam effectum. Quod enim Herodes ille Philippi nomen habuerit, non potest fieri, nec verosimile est, id habuisse cognomen. Nomen unius hominis apud Judæos unum erat, cui accedebat cognomen aliquando duplex. Inter nomen & cognomen non discernis, quando διωνυμίαν (hæc est pons asinorum in λόγοις historiæ sacræ) perurges. Nomen id unum in Græcum solebat verti, aut à significatione, aut à sono. Saulus ad Græcos exiturus dictus est Paulus. Simonis cognomen Syrum Cephas, versum est Πέτρος, ut Thomas redditum est δίδυμος: Manasses Μνασέας; Joacim ἄλκιμος; Jesus Ἰάσων. at Malchus Philosophus ille vocatus est *Porphyrius*, quia purpura regum gestamen erat. Talia sunt infinita. Illic non erant duo nomina, sed unum versum aut transformatum. Herodes ille (ut ferme omnes Herodiadæ) Græco dicebatur nomine, ἥρως, ἥρωος, ἥρως, ἡρωΐδης, sed ἰῶτα eliso ἡρώδης. Nihil certius est. quia apud Græcos etiam hoc nomen frequentabatur, ut novisti. Herodes Parthicus nihil habet affine cum Herode. Quia Græcum nomen erat, non fuit opus versione aut metaplasmo. Ut cognomen Philippi fuerit, quî convenit, quod fratrum uni erat nomen? Cognominibus quæritur discriminatio. Verum est, quod multi Herodiadarum autoribus dicti fuerint Herodis vocabulo, ut Antipas, ut Agrip-

Agrippa major in sacris, minor apud profanos: sed hoc non fuit verum nomen, quia fuit confusio. Herodes ibi valebit idem quod Herodiades. Quod si etiam concedamus hoc tuum à nomine conciliationis conamen, nondum res erit in salvo. Nam Euangelistæ vivente Johanne Baptistâ, Herodiadem in Antipæ thorum transiisse dicunt, utpote quæ viro sancto lethum procuraverit apud adulterum: at Josephus post passionem Domini, penultimo, si forte, anno Cæsaris Tiberii, ab Herode marito traductam esse ad Antipam. Quomodo ista cum Euangelistis possunt conciliari? Sunt & alia, in quibus tecum non possum sentire, ut hoc, quod magorum adventum biennio post Christum natum factum esse putes. Ego tua argumenta non conabor solvere, quia id nunc non ago nec otium est, sed video Euangelistam Matthæum ὀφθαλμοφανῶς contradicere. Narrat enim sic: Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν τῇ Βηθλεὲμ &c. Sic dico, si advenerunt biennio post, non advenerunt cum Dominus natus esset, ut congratularentur nativitati. Nam quis ille modus designandi temporis, dicere factum esse Christo nato, quod factum est biennio post Christum natum. In designatione hujusmodi (ut nosti rectius) tempus apud Rhetoras inter connexa, non consequentia constituitur. Ita & rogant magi: Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς Βασιλεύς &c. Hic ostendunt se quærere regem jam natum, id est, istum regem, cui hoc signum esset, quod esset natus. Atqui nativitas nullius hominis indicium esse potest nisi recens. Quærere de bimulo, ubi est ille rex qui natus est? non quadrat. In Græco est ὁ τεχθεὶς cum ἀποδείξει, ut sciamus à nativitate regem illum denotari. Ego sic existimo, advenisse magos sub ipsam nativitatem Domini, ut pastores Bethlehemiticos sequerentur gratulaturi & salutaturi Regem suum, gentiles post Judæos. Nativitas Domini attraxit, & hoc adventu debuit esse prælustris. Quod Herodes bimulos necaverit, id non tam pertinet ad computationem à nativitate Domini, quam (ut ipse Euangelista annotat) ἀπὸ τοῦ χρόνου τοῦ φαινομένου ἀστέρος. Stella ista prænuntiavit magis nativitatem, qui ut sub nativitatem adessent, profecti domo sunt. Ego ista breviter & festinabundus, cum me alia vocarent. Deum conatibus tuis faventem precor, re uti tuam diligentiam amplector.

9 Aprilis, Juliani 1660.

Tuus

C. Schotanus.

HONORI

Cl. D. Magistri,

CHRISTIANI NOLDII,

Historiam Idumæam vindicatam & conciliatam edenti.

Quæ sit Idumæûm scelerata potentia Regum,
Eximiâ Noldi *dexteritate probas.*
Dignus laude labor, nostros terrere Monarchas:
Ne juvet Herodum tetrica facta sequi.
Quæ sit Idumæûm celebris prosapia Regum,
Eximiâ Noldi *dexteritate doces.*
Dignus laude labor: Te defensore Josephi
Antiquum accipiunt scripta, tenentque decus.

posuit

N. Arnoldus,

SS. Th. D. & Prof.

CLARISSIMO, PRÆSTANTISSIMO VIRO,

D. CHRISTIANO NOLDIO,

Liberalium artium Magistro solertiss.

Τοὶ δ' ἀεργίην δυσερπέα τῆλε γενέσθαι
Οἶδα κραδίης σοῦ, Νόλδιε φίλε σοφοῖς.
Οὔποτέ σοι ἠὼς καμάτων ἄτερ οὐκ ἀνατέλλει,
Οὐδὲ ἔδυ ἔργῳ ἠελίοιο φάος.
Ἀλλὰ ἀεὶ φιλόμουσος ἐὼν ἔργον ἐπὶ ἔργῳ
Ἐργάζῃ ἐνδελεχῶς, μηδ' ἀτρεμίαν ἔχων.
Νῦν ποιεῖς ᾠδὰς μάλα ῥυθμίζων κατὰ τέχνην.
Βιβλία μουσάων ὄργανα καλὰ γράφων.
Νῦν δ' Ἰδουμαίων, Ἡρωδῶν, ἤθεα, ἔργα,
Ἀμμιώτωρ Φλαβίου, ἱστορέεις λόγιος.
Οὕνεκά τοι ἄμμες μεγάλην χάριν ἴδμεν ἅπαντες,
Καὶ πάνυ ἄσβεστόν σοι δ' γένοιτο κλέος.

Lubens posui,

Petrus Moll, J.U.D.

& Græc. Ling. Profess. ordin.

CLARISSIMO DOCTISSIMOQUE VIRO,

D. CHRISTIANO NOLDIO,

HISTORIAM IDUMÆAM

egregie paranti,

Hunc Ἀναγραμματισμόν,

CHRISTIANUS NOLDIUS,

SOLUS HIC NIDUS TRINA.

Ita ἐξηγημένον,

Herodum Tria monstra stupes? sed, Lojola quondam
Solus in hoc uno Nomine Trinus erat.
Non Aquilæ imbelles generat mistura Columbas;
Sed simili similes progenerantur Aves:
Solus *at* Hic Nidus, *quem Lojola struxit averno,*
Trina *tibi specie monstra aliena dedit.*
Et Canis, & rugiens Leo, quos Vulpecula fallax
Instruit, hoc nido fœtificare solent.
Gens Idumæa tuos Herodes plangito; nostris
Sed nunc invaluit Lojola, Christe! malis.
Quid juvat ingemuisse? tuos sensisse labores,
Noldi, *tot nostris sit medicina malis.*

Honoris & Amoris ergo

posuit,

N. Wandstad.

FAMILIA ASCALONÆA, seu HERODUM.

[2] ANTIPAS, seu ANTIPATER Junior, Dux Idumææ, Et Judææ Procurator: *Vxor*, [3] Cypris.

[7] HERODES MAGNUS, REX: *Vxores*,

[9] Mariamme Hircani.

[30] Aristobulus: *Vxor*, [49] Berenice.

[63] AGRIPPA MAJOR, REX: *Vxor*, [53] Cypros.

Pellex, [70] Agrippæ Fratris. [76] Titi Vespasiani.

[77] Mariamme, seu Maria: *Nupta*, [78] Archelao, Filio Chelciæ. [78] Demetrio Alexandrino; Judæo Opulento.

[78] Beronice. [78] Agrippa.

[79] Drusilla: *Nupta*, [80] Azizo, Regi Emesenorum, [81] Felici Præsidi Judææ.

[82] Agrippa.

[64] Herodias: *Nupta*, [34] Herodi: aliàs Philippo. [37] Antipæ.

[31] Filius Anonymus. [32] Salampsio: *Nupta* [25] Phasaëlo. [33] Cypros: *Nupta* [23] Antipatro.

[10] Mariamme Simonis.

[34] Herodes seu Philippus: *Vxor* [64] Herodias.

[65] Salome: *Nupta* [41] Philippo. [68] Aristobulo.

[11] Malthace Samarites.

[35] ARCHELAUS TETRARCHA: *Vxores*, [36] Maria. [29] Glaphyra.

[37] ANTIPAS, TETRARCHA: *Vxores*, [38] Filia Aretæ, Regis Arabum. [64] Herodias.

[39] Olympias ... [15] ...

[1.] ANTIPAS, seu ANTIPATER Senior, Dux Idumææ: *Vxor*, Anonyma.

[11] Cleopatra Hierosolymitis.

[40] Herodes, [41] PHILIPPUS, TETRARCHA: *Vxor* [65] Salome.

[11] Pallas. [42] Phasaëlus.

[11] Phædra. [43] Roxanes: *Nupta* [46] Filio Pheroræ.

[11] Elpis. [43] Salome: *Nupta* [46] Filio Pheroræ.

[12] Filia Fratris. [12] Consobrina.

[13] Josephus: *Vxor* [39] Olympias.

[44] Maria: *Nupta* [59] Herodi.

[14] PHERORAS, TETRARCHA. Ei *Vxores*, [15] Soror conjugis Herodis. [16] Ancilla. *Sponsæ*, [17] Salampsio, & Cypros. [18] Puella anonyma.

[45] Filius Anonymus: *Vxor* [18] Puella ἄγνωστος,

[46] Duo Filii Anonymi: *Vxores*, [43] Roxane, Et [43] Salome.

[47] Filia Anonyma. *Desponsata*, [56] Alexandro. *Nupta*, [54] Filio Antipatri.

[4] Josephus: *Vxor*, [29] Salome.

[5] ...

[19] Salome: *Nupta*, [4] Josepho. [20] Costobaro. [21] Alexæ. *Amata*, [22] Syllæo Arabi.

[10] Alexas Selcius.

[48] Filius, Anonymus: destinatus nuptiis [18] Puellæ.

[49] Bernice: *Nupta*, [30] Aristobulo.

[51] Filia Anonyma: *Nupta* [51] Calleæ. [50] Avunculo Antipatri.

[23] Antipater: *Vxor*, [33] Cypros.

[24] Josephus.

[6] PHASAELUS, Dux Hierosolymæ: *Vxor* ἀνώνυμος.

[25] Phasaëlus: *Vxor* [32] Salampsio.

[52] Antipater: *Vxor* Cypros.

[52] Cypros: *Nupta* Alexæ Selcio.

[52] Cypros.

[52] Herodes. [52] Alexander. [52] Alexandra: *Nupta* Timio Cyprio, Privato. [53] Cypros: *Nupta* [63] Agrippæ Majori.

[12] Filia Anonyma: *Nupta* [7] Herodi.

[8] Doris Idumæa.

[26] Antipater: *Vxores*, [27] Filia Antigoni, Regis. [62] Berenice; seu Mariamme.

[54] Filius Anonymus: *Vxor*, [47] Filia Pheroræ. [55] Filia Anonyma: *Nupta* [59] Herodi.

[28] Alexander: *Vxor* [29] Glaphyra.

[56] Alexander: *Sponsa*, [47] Filia Pheroræ.

[58] TIGRANES, Rex. *Vxor*, Anonyma.

[66] TIGRANES, Rex: *Vxor* ἄγνωστος.

[67] ALEXANDER, Rex: *Vxor* Jotape.

[59] Herodes: *Vxores*. [55] Filia Antipatri. [44] Maria.

[68] ARISTOBULUS, Rex: *Vxor* [65] Salome.

[83] Herodes. [83] Agrippa. [83] Aristobulus.

[72] Berenice. [72] Berenicianus. [72] Hircanus.

[69] Jotape

[62] Berenice, seu Mariamme: *Nupta* [26] Antipatro.

[70] AGRIPPA MINOR, REX: ἄγαμος.

[60] Aristobulus, *Vxor* [61] Jotape.

[71] Drusus.

Sponsa, [73] M. Alexandri.

[7?] Bern... *Vxor*. [59] Herodes. [74] Polemo...

1

DE VITA, ET GESTIS HERODUM.

I. ANTIPATER *Senior:*] Filio, [de quô infra,] cognominis. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 2. *Phot. Biblioth. n.*238. *Alexander Jannæus*, Rex Judææ, & ejus Uxor *Alexandra*, eum *Ducem Idumææ* fecerunt. *Joseph. c. l.* Eusebius, *Hist. Ecclesiast.* 1. *c.* 6. 7. ex *Africanô*, eum vocat *Herodem :* dicitque, *& eum, & Majores ejus*, ἱεροδούλους, seu ἱερέας *fuisse fani Apollinis, ad muros*, [πρὸς τοῖς τείχεσιν, non in muris, sicut vertunt Alii;] *Urbis Ascalonis.* Atque etiam addit: *Eum ita pauperem fuisse, ut filium Antipatrum à Latronibus Idumæis captum, præ inopiâ redimere non potuerit.* Quam sententiam comprobant *Magdeburgenses, Hist. Eccles. Cent.* 1. *l.* 1. *c.* 3. *p.* 21. Sed fabulas hîc sequu-
2 tum *Eusebium*, constat ex *Josepho:* Cujus *Ant.* XIV. *c.* 2. hæc sunt verba : Οὗτος τοίνυν ὁ Ἀντίπατρος, ἀντίπας τὸ πρῶτον ἐπεκαλεῖτο, καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ τοῦτο ἦν τοὔνομα. ὃν ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ στρατηγὸν ἀποδειξάντων ὅλης τῆς ἰδουμαίας, ποιήσασθαι φιλίαν πρὸς τοὺς ὁμονοοῦντας αὐτῷ ἄραβας, καὶ γαζαίους, καὶ ἀσκαλωνίτας λέγουσι, πολλαῖς αὐτοὺς, καὶ μεγάλαις ἐξιδιωσάμενον δωρεαῖς. Τὴν οὖν τοῦ ἀριστοβούλου δυναστείαν ὁ νεώτερος ἀντίπατρος ὑφορώμενος *&c.* Ex quibus luculenter docemur: *Patrem Junioris Antipatri*, (quicquid omnino fuerit de *Nomine*) certe non fuisse *Æditum*, aut delubri Ministrum ; multo minus oppressum egestate ; Sed *Ducem Idumææ*, & opibus sic affluentem, ut *gentes*, & *urbes*, muneribus, hisque *multis* & *magnis*, demereri potuerit. Quem
3 etiam constat filium reliquisse non modo πολλῶν εὐπορεῦντα χρημάτων, *Jos. Ant.* XIV. *c.* 2. *Hegesipp. de Excid.* 1. *c.* 14. Sed & Regiâ affinitate dignatum. *Joseph. Bell. Jud.* I. *c.*6. Imo: Genti Idumææ præfectum ; idque ἕνεκα τῶν προγόνων. *Jos. Bell. Jud.* I. *c.*5. Erat enim Majoribus apud suos clarus. *Hegesipp. de Excid.* I. *c.* 14. Quæ cum *Eusebianâ* ejus vili & humili conditione, haud consistunt. Quamquam autem *Alii* verba ante laudata *Josephi* accipiant de *Antipâ Juniore :* Quasi *Hic* primum, & non *Pater*, Dux Idumææ à *Jannæô* factus esset, tamen Textus exerte his contrariatur. Et cum *Josephus* subjicit: ὁ νεώτερος Ἀντίπατρος &c. clare significat voce νεώτερος, quod de *aliô Antipatrô*, hoc est: *Seniore*, ante fuerit loquutus, & quod ex διεκβάσει quadam à *Patre* ad *Filium* deinceps reverti vellet. Ratio etiam Temporis, pro *Nobis* est. Nam *Antipater Junior*, ita non fuit à *Jannæô* Dux crea-
4 tus, ut potius primum cæperit inclarescere sub *Jannæi* filiis, *Hircanô*, & *Aristobulô*, sicut passim liquet ex *Josephô:* Et *Antipater*, ipsô teste *Eusebiô l. cit.* paulo postquam à Latronibus esset educatus, cum *Hircanô* amicitiam contraxit. Sed quid Respondendum iis, qui heic loci *Josephum* non recipiunt: Inter quos *Serrarius Opusc. de Herod. c.* 9. 11. & ex eô *Salianus*, *in Annal. ad Ann. M.* 3989. *n.* XI. XII. [Qui tamen se ipsum confutat, *ad A. C.* 1. *n.* 49. cum eum *Idumææ Ducem* facit,] *Eusebii* sequuntur partes, quod idem cum ipsô de *Antipatri* origine, scripserint, *Africanus*, *cit. Euseb. Hist. Eccles.* 1. *c.* 6. *Epiphan. Hæres.* 20. *Theodoret. in Dial. immutabil. & Orat.* 9. *in Daniel. Ambros. in c.* 3. *Luc. Hieronym. in cap:* 22. *Matth. &c.* atque ideo, *Sanctorum Patrum sententias unius Josephi Testimonio, qui tam sæpe falsitatis convincitur, præponderare.* Sed facilis est Responsio : scilicet, In re antiquâ, Authores Antiquos & Domesticos, haud esse deferen-
dos, nisi ubi metus est absurditatis. Et proinde 5
Patres adductos à *Serrario*, qui *Quartô*, *Quintô &c. Seculô* demum vixerunt, & *Traditione*, (incertum cujus) nixi, rationes, ob quas à *Josephô* discedendum, nullas addiderunt, minime valere posse. Ut contra hos tam alienos Testes, *Unus Josephus*, (*Scriptor* scilicet *Internus*, & *Idoneus*, & qui etiam in hac ipsâ causâ, *Patres* aliquot Patronos habet) satis stare possit. Nam quod non toties falsitatis convincatur, quoties eum *Lojolistæ* accusant, passim *hoc Opusculô*, ostenditur. Quin imo: Et *Africanum* sæpe errasse constat ; dum seriem Regum Assyriæ, etiam ante diluvium auspicatur &c. quomodo passim notant *Chronologi*. Et *Eusebius*, [quem hîc sequuntur Alii,) parum attente legit scripta Veterum, & pleraque habet majori studiô, quam judiciô collecta. *Scalig. de Emendat. Temp. l.* VI. Qui & *Patres* ab eô deceptos monstrat, & plures ejus errores indicat. Quomodo & Molinæus, *a-
pud Wolf. t.* 2. *lection. memorabil. fol.* 610. Ut Bel- 6
larminus, *de Scriptor. Ecclesiast. ad Ann. Chr.* 326. non injuriâ miretur, quod moderni *Eusebium* tantô ardore velint defendere.

2. ANTIPATER *Junior:*] Prius *Antipas*, postea *Antipater.* Genere Idumæus. Vir dives, acer, factiosus, & industrius. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 2. *Hegesipp. Excid.* 1. *c.* 14. *Phot. Bibl. n.* 238. Arte mirâ factus ad pecuniam gratiæ conciliandæ causâ contemnendam. *Hegesipp. l. cit.* Ut propter & hæc, & decus Majorum, Gentis suæ Principatum nactus sit. *Joseph. Bell. Jud.* 1. *c.* 5. Eusebius, *Histor. Ecclesiast.* 1. *c.* 6. 7. narrat : *Eum una cum aliis spoliis è fano Ascalonis raptum, quod Pater pro ipsô non esset solvendô, mansisse apud Latrones in Idumæâ, & ipsorum moribus, & institutis educatum.* Quasi *origine Idumæus* non fuisset. *Photius* eum *Idumæum* quidem recte habet, & ex *Ascalone Bibl. n.* 238. sed *Bibl. n.* 76. addit amplius, eum fuisse ἀσκαλωνίτην
ἱεροδοῦλον. Quæ quam vere tradant tum *Eusebius*, 7
tum *Photius* [utut *Ille* etiam præsumat, eos, à quibus hausit, sibi ἀληθεύοντας hoc tradidisse,] palam *ex his*, & quæ *supra* dicta fuerant, licet æstimare. Recte *Cunæus l.* 1. *de Rep. Heb. c.* 16. familiam illam, *Sacerdotalem* fuisse negat. Exortâ autem in Judæâ dissensione inter fratres *Hircanum*, & *Aristobulum*, [ob quam Gens in servitutem lapsa *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 8. & *l.* 2. *contra Apion. Phot. Bibl. n.* 238. *Euseb. Hist. Eccles.* 1. *c.* 6.] *Antipater* Hunc suspectum habens, totum se *Hircano* dedidit, eique ad Principatum repetendum, quem per vim invaserat *Aristobulus*, suasor fidus, & adjutor exstitit. *Joseph. & Hegesipp. loc. alleg.* [Nam quod *Photius Bibl. l. cit.* scribat contrarium, & quod Antipater *Hircano* propter amicitiam cum *Aristibulô*, fuerit διάφορος, castigandi *Codices :* mirorque illud nec ab *Hæschelio*, nec à *Schottô* factum. Magna certe oscitantia. Cui
similis, quod *eod. n. p.* 981. *Schottus* legat, οὗ καὶ ἀδελ- 8
φὴ συνῴκει Μαριάμμη : Quasi soror *Aristobuli*, vixisset cum *Mariamme*; quæ fuit *Mariamme* ipsa. Ut facile fuisset librarios corrigere & ita restituere: ᾧ, nempe *Herodi*, cujus ante mentio facta, καὶ ἀδελφὴ συνῴκει Μαριάμμη.] Certe non ante destitit *Antipater*,

ter, quam ingeniô validiſſimô contra *Ariſtobulum* in partes traxiſſet, primo *Aretam*, Regem Arabum, à quô *Ariſtobulus* victus, & obſeſſa Hieroſolyma. *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 2. 3. *Bell. Jud.* 1. *c.* 5. *Hegeſipp. l. cit.* ſed & deinde *Pompejum*, a quô Hieroſolyma menſe tertiô, (non *anni*, ut temere litigant *Scaliger & Petavius*; ſed *obſidionis*,) expugnata, & *Ariſtobulus* Romam abductus. Ut *Hircano* tandem dominatio permitteretur *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 5. 8. *Bell. Jud. l. cit. Tacit. Hiſt.* V. *c.* 9. *Dio. Hiſt. Rom. l.* 37. *Strab. Geogr.* XVI. *Appian. de Bell. Syr. p.* 119. *Hegeſipp. Excid.* 1. *c.* 16. 17. Ab eô tempore *Antipater*, dum
9 Romanos rerum Dominos ſectatur, & ex ipſorum Ducibus, alium quidem ſublevat *annonâ*, alium etiam *milite*, *& pecuniâ*; *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 9. 10. 11. *Bell. Jud.* 1. *c.* 6. *Hegeſipp. Excid.* 1. *c.* 18. 21. brevi ita in ipſorum venit gratiam, ut non modo ei legationes maximas *Scaurus*, & *Gabinius*, crediderint; *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 9. 11. *Bell. Jud. l. prox. cit.* Sed & *hic*, & *Caſſius*, à conſiliis ejus ſæpe pependerint. Sicut ad Potentiorum animos, donis & hoſpitiis ſibi comparandos, fuit inſtructiſſimus. *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 11. 12. 23. *Bell. Jud.* 1. *c.* 6. 10. *Hegeſipp. Excid.* 1. *c.* 21. 22. 28. Maxime vero illud extulit *Antipatrum*, quod *Bellô Alexandrinô*, laboranti *Cæſari* veniſſet in auxilium. Nam ex eô factum, ut dum *Antipater* in Ægyptum iret, & non modo *commeatu* & *milite*, largiter ſuccurreret; ſed & fortiter pugnaret ipſe, & captô *Peluſiô*, cum hoſte confligens, Cæſareanos pulſos reſtitueret &c. Cæſar eum ob virtutem collaudatum, Civitate do-
10 naverit. *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 14. 15. *Bell. Jud.* 1. *c.* 7. Sed & inter Amicos receptum, immunitate *Talenti* auxerit. *Hegeſipp. Excid.* 1. *c.* 24. Et accuſatum ab *Antigonô*, quod peregrinus, inique legitimis oppreſſis, poteſtatem ſibi ſumeret, parum habuerit culpâ abſolviſſe; ſi non eum, vulnera pro ſe accepta oſtentantem, inſuper *Procuratorem Judææ* declaraſſet, & conſtituiſſet. Ut *Hircano* ſaltem *Sacerdotium* relinqueretur. Et jam ita ſublatus *Antipater*, & quaſi per gradus ad ſumma ductus, porro viam Virtute affectat, mænia reficit, præcavet ſeditionibus &c. *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 15. 16. *Bell. Jud.* 1. *c.* 8. *Hegeſipp. Excid.* 1. *c.* 25. Domi foriſque, vigilans & moderatus, ut haud ſecus paſſim coleretur, quam ſi Rex, *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 17. *Phot. Bibl. n.* 238. aut Parens publicus, *Hegeſipp. Excid.* 1. *c.* 26. fuiſſet; cum repente, [ut fit] invenit, qui inviderent. Erat *Malichus*, genere Judæus, qui cum
11 videret *Antipatrum* indies magis magiſque inclareſcere, & confirmari; ſimul etiam filios ejus, [*Alterum* Hieroſolymorum Ducem; *Alterum* autem Galilææ & militiæ,] late creſcere, & ad ſumma tendere; ratus occurrendum, priuſquam factio hæcce prorſus regnum ſubvertiſſet, initium facere ab *Antipatrô*, conſtituit. Cui dum clanculum ſtruit inſidias, opportunitatem nactus in epulis, ad quas *Hircanus*, [quamquam inſcius conſilii] & Antipatrum & ipſum invitaverat, agit cum *Pincernâ Hircani*, ut *Antipatro* venenum funderet. *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 17. 18. 19. *Bell. Jud.* 1. *c.* 9. *Hegeſipp. Excid.* 1. *c.* 28. Quô facinore *Antipater* exſtinctus fuit: poſtquam blandientem ſibi fortunam, in aliis, totâ vitâ habuiſſet. *Euſeb. Hiſt. Eccleſ.* 1. *c.* 7. Ab eô tamen [quod indignum,] proditus, quem non ſolum ſæpe beneficiis coluerat; ſed & morte ipſâ liberaverat. *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 18. *Bell. Jud.* 1. *c.* 9. Documentô mortalium, *quam ſint novæ & nimiæ*
12 *Poteſtates in periculô*, & *quam ægre imperia Externorum tolerentur.* Scelus poſtea in *Malichô* ulti ſunt filii Antipatri, *Phaſaëlus*, & *Herodes*. *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 19. 20. *Bell. Jud. & Hegeſipp l. cit.* Quorum *Hic* etiam, Urbem *Antipatridem*, ei in honorem condidit. *Joſeph. Ant.* XVI. *c.* 9.

3. *Cypris:*] Ita enim vocâtur, apud *Joſeph. Bell. Jud.* 1. *c.* 6. *Euſeb. Hiſt. Eccleſiaſt.* 1. *c.* 6. *Phot. Bibliothec. n.* 76. & 238. *Hegeſipp. Excid.* 1. *c.* 22. *Cyprus* autem, *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 12. & XV. *c.* 9. Quin & *Cyprine. niſi fallit Caſaubonus Exercit.* 1. *in Annal. p. m.* 11. illuſtri locô orta apud Arabes. *Author. allegat.* (Tanto minus, ſecundum *Cyrill. l.* 8. *contra Julian.* genere *Judæa* fuit.) Ut etiam neceſſitudine, aut affinitate, *Reges Arabum* attigerit. *Joſeph. Bell. Jud.* & *Hegeſipp. loc. cit.* Unde, quod *Mariamme* ei δυσγένειαν, ſeu *Generis obſcuritatem* exprobrarit, *Joſeph. Ant.* XV. *c.* 11. ad faſtum ejus, & moroſitatem referendum eſt: Tanquam quæ omnes, ſibi non placentes, præ ſe, ut *ignobiles* deſpexerit. Cæterum, 13
quo Hanc *Mariamme* magis faſtidiret & contemneret; *Joſeph. Ant.* XV. *c.* 9. 11. tanto eam *Herodes* filius, æquiore locô habuit. Memoratur enim tam flagranti eam ſtudiô atque affectu proſequutus, ut cum carpentum, caſu in fugâ everſum, eam aliquando afflixiſſet, gladiô eductô, necem ſibi intentarit, & voluerit ſe interficere, niſi manum proximi inhibuiſſent. *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 25. Apparet eam diu advixiſſe. Certe quô tempore *Herodes* poſt devictum *Anthonium* abeſſet apud *Cæſarem*, illa adhuc vixit in *Maſadâ*. *Joſeph. Ant.* XV. *c.* 9. Mortuæ tandem, *Herodes* magnifice caſtellum ſupra *Hierichunta* dedicavit; quod ab eâ, dictum *Cyprus*. *Joſ. Ant.* XVI. *c.* 9. *Bell. Jud.* 1. *c.* 16. Antipater ex eâ *quinque liberos* ſuſcepit: Scilicet, *Phaſaëlum*, *Herodem Regem*, *Joſephum*, & *Pheroram*, mares; Filiam autem unam, *Salomen*. *Joſeph. Ant.* XIV. *c.* 12. *Bell. Jud.* 1. *c.* 6. *Hegeſipp. Excid.* 1. *c.* 22. 14

4. *Joſephus:*] Ita enim rectius, quam per *Joſippum*, ὁ Ἰώσηππος exprimitur. Cum *Herodes* Laodiceam vocaretur ab *Anthoniô*, ut cauſam diceret ſuper cæde *Ariſtobuli*; [Erat is Frater Uxoris ejus, *Mariammes*, quem *Herodes*, decimô ſeptimô annô ætatis ſummum factum Pontificem, paulo poſt ob ſtudium gentis, lacu prope *Hiericho* ſubmerſerat. *Joſeph. Ant.* XV. *c.* 3. *Bell. Jud.* 1. *c.* 17. *Hegeſipp. Excid.* 1. *c.* 36. 37.] *Joſepho* huic regnum, & quam à regnô proxime habuit chariſſimam, *Mariammen* commendavit. Addens in ſecretis mandatis, ut ſi audiret ſe necatum ab *Anthoniô*, una etiam *Illam* interficeret. Etenim, cum ſciret *Anthonium* vitæ diſſolutæ Principem, formæ *Mariammes* inhiare, tanta eum ceperat vecordia, ut non modo *illam* vivus in alterius manu, pati non voluerit; ſed & ne quidem mortuus eâ ſpoliari, aut carere. Quæ mandata, cum *Joſephus*, nihil mali ſuſpicans, *Mariam-* 15
mæ inter converſandum detexiſſet, & illa, tanquam argumenta alienati à ſe animi, *Regi* objeciſſet; *Herodes* zelotypiâ furens, cum putaret, niſi per ſtuprum, quæ tam ſancte juſſerat premi, haud exſculpta; ita ſibi non potuit temperare, ut *Joſephum* ne quidem in conſpectum admiſſum mox necari, & occidi juſſerit. Ad has turbas, *Salome*, *Regis Soror*, & eadem *Uxor Joſephi*, multum contulit. Nam cum eam *Mariamme* crebro ſævis dictis peteret, & ipſam, Matremque, quotidie tanquam genere impares divexaret; *Salome*, volens paria facere, Fratri ſuſpicionem auget, & vindictæ dulcedine, ſumma imis miſcere, ac innoxios, imo vel *Maritum* perdere, turpi infamiâ, nihil penſi habet. Neque enim *Joſephus* hic fuit *Salomes filius*; [ut vel contra ſe ipſum nugatur *Salianus*, *in Annal. ad A. C.* 1. *n.* 49.] Sed *Maritus*. *Joſeph. Ant.* XV. *c.* 4. *Bell. Jud.* 1. *c.* 17. *Hegeſipp. Excid.* 1. *c.* 37. Sed ea dum dici- 16
mus, multa *Nobis* reſtant complananda. Etenim quæ hîc *Antiquitatum Scriptor*, juſſa, factaque *Joſepho* refert, idque adhuc ſalvô ſub *Anthoniô*; alibi, hoc eſt: *Ant.* XV. *c.* 9. 11. dicit eveniſſe *Sohemo*, poſtquam jam *Anthonius* eſſet ad *Actium* victus, aut occiſus. Quid tenendum? Certe pugnantia ſunt, aut videntur: *Joſephum* Mariammes neci præfectum, rem ad eam detuliſſe; Et tamen aliquot annos poſt, *So-*

Sohemum hoc fecisse, & supplicium ob hoc tulisse. Adhæc: *Josephum* παραχρῆμα interfectum, [hoc est: florente etiamnum *Anthoniô*, à quô *Herodes* tum reversus fuerat;] & tamen occisum una cum *Mariamme*, [παραχρῆμα γὰρ κτείνειν προσέταξεν ἀμφοτέρους.] *Bell. Jud.* I. *c.* 17. hoc est: *post victoriam Actiacam*: Imo vero, *annô integrô*, postquam *Herodes*, sublatis *Anthoniô* & *Cleopatrâ*, ex Ægyptô, à Cæsare rediisset. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 11. *Casaubon.*
17 *Exercit.* IV. *p.m.* 207. (Nunquam enim *Herodes*, salvis rebus *Anthonii*, Mariammen ausus est occidere; *tum* quod sciret, si id faceret, *Cleopatram* anxie *Judææ* inhiantem, contra se causam, quam quærebat, habituram; *tum* quod ipse *Anthonius* Mariammæ propter formam esset deditus, & in imagine ejus ad se missâ, magnam voluptatem habuisset: *Joseph. Ant.* XV. *c.* 2. 3. 4. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 37. Erat enim venustas ei corporis tanta, ut nulla unquam illi par fuisse videretur. *Phot. Bibl. n.* 238. Atque hoc modô *Mariamme* saltem, *bis* ab Herode fuisset occisa: Primo παραχρῆμα cum *Josephô*, hoc est; Sub *Anthoniô*: Et iterum sub *Augustô*, post Victoriam ad Actium. Nodus utique solutu haud facillimus. Videtur tamen Textus *Joseph. Ant.* XV. *c.* 11. prælucere, qui sic habet: Τὰς Ἰωσήπῳ δοθείσας ἐντολὰς ἀνεμνημόνευεν, (loquitur de Mariamme,) ὥστ' ἤδη διὰ
18 θεραπείας εἶχε τοὺς φρουρούς, καὶ μᾶλλον τὸν Σόεμον, ἐν ἐκείνῳ τὸ πᾶν ἐπισταμένη. Σόεμος δὲ κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς πιστὸς ἦν, οὐδὲν ὧν Ἡρώδης ἐνετέταλτο παρείς. λόγοις δὲ καὶ δωρεαῖς λιπαρέστερον τῶν γυναικῶν ἐκθεραπευουσῶν αὐτὸν, ἡττᾶτο κατὰ μικρὸν ἤδη. καὶ τέλος ἐξεῖπεν ἁπάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ βασιλέως &c. Et paulo post. Μαριάμμη δὲ χαλεπῶς μὲν ἤκουσε, εἰ μηδὲν πέρας αὐτῇ τῶν ἐξ Ἡρώδου κινδύνων ἔσται. *Non excidebant mandata, Josepho olim data, ita ut omnibus modis demereri conaretur Custodes, præcipue Sohemum, non ignara incolumitatem suam sitam in ejus manibus. Ille vero principiô fidus erat, non discedens ab Herodis præscriptô: Deinde muneribus, ac blanditiis muliebribus, paulatim mollitus est: postremo effutiit omnia Regis mandata &c.* Et paulo post. *Mariamme iniquô animô tulit, alia ex aliis sibi nasci ab Herode pericula.* Ex quibus verbis, cum *Mariamme* dicitur *meminisse mandatorum ante Josepho datorum*, & quod *alia & alia sibi ab*
19 *Herode nascerentur pericula &c.* distincta temporum intervalla possunt colligi. Palam est enim *Mariammen* à *Sohemô* edoctam de mandatâ suâ ab *Herode* nece, conqueri quod jam ante sub *Josephi* custodiâ, simili fuerit periculo exposita. Sicut ἀνάμνησις, *præteritorum, seu absentium* est. *Teste Philos. l.* I. *de memor.* Ex quô efficitur: *Cædem Mariammes, bis ab Herode imperatam.* Sicut *bis* præcipue *Herodes*, in vitæ, & Regni incidit periculum. Primo, sub *Anthonio*, cum rationem redderet necis *Aristobuli*: Et *iterum* sub *Augusto*, cum respondendum ipsi esset, de societate cum *Anthonio*. *Illud*, Laodiceæ: *Hoc*, in Rhodô, contigit. In *priori causâ*, Herode absente, solus *Josephus*, Regis Patruus, Regno & fæminis fuit præpositus. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 4. *Bell. Jud.* I. *c.* 17. In *posteriore* autem, Herodes dum abest, Regnum committitur fratri, *Pheroræ*; Mariamme autem, & castellum Alexandrium, *Sohemo Ituræo*, & *Josepho*. E-
20 rat is *Josephus*, Herodis *Quæstor*. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 9. Et sic alius à *Josephô priore*, qui jam ante, (ut dictum) jugulatus fuit. Hæc distinctio clare ostendit: quomodo per intervalla, tum *Josepho*, tum *Sohemo*, eadem cædes *Mariammes* demandari potuit: & quomodô uterque, culpâ simili, *Joseph. Ant.* XV. *c.* 4. & *c.* 11. perierunt, & oppressi sunt. *Josephum* prodidit ipse *Mariamme*, in os Herodi exprobrans mandata. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 4. *Bell. Jud.* I. *c.* 17. *Sohemum* autem prodidit, non Mariamme; sed Mariammes *Eunuchus*, ex fidissimis: Cui *Herodes*, per equuleum expressit, quod *Mariamme* ei esset infensa, propter mandata, quæ *Sohemus* ei revelaverat. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 11. Ut *bis* eandem actionem recurrisse, *personis* tantum, & *tempore*, mutatis, haud obscurum esse possit. Quod autem *Flavius*, *Bell. Jud.* I. *c.* 17. narret: *Utrumque* (scilicet *Josephum* & *Mariammen*) *post Herodis reditum ab Anthoniô*, παραχρῆμα *interfectos &c.* de 21
paritate non *temporis*; (*Josephi* enim supplicium, *aliquot annos* prius fuit; sed *pœnæ* tantum, molliter accipiendum est. Quasi diceret: *Utrumque interfectum.* Prout hoc simpliciter, & absque prosthesi τοῦ παραχρῆμα explicat *Hegesippus. Excid.* I. *c.* 37. Atque ita & illud vulnus *Josephi*, (saltem recte si speramus,) coiit.

5. *Cæphalion*:] *Josepho* etiam *Bell. Jud.* I. *c.* 5. Φαλλίων appellatur. Pro quô *Hegesippus Excid.* I. *c.* 14. scribit, *Fallion.* Ad locum *Papyronem*, (*Hegesippo l. cit.* male *Paparionem*) dum *Aretas* Rex Arabum, & *Hircanus*, infeliciter acie dimicant cum *Aristobulô*, cæsis septem millibus, occubuit. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 4. *Bell. Jud.* I. *c.* 5. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 14.

6. *Phasaëlus*:] Hunc pater à *Cæsare* Judææ Procurator factus, compertô quod *Hircanus*, (cui cæteroquin *Ethnarchia* debebatur, naturâ hebes & 22
ignavus esset, *Hierosolymis* præfecit. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 17. *Bell. Jud.* I. *c.* 8. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 25. Eô officio, dum omnia publica per se obit, & in iis magnâ gratiâ versatur, nec potestate abutitur ad cujusquam injuriam, *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 17. ita nomen & honorem auxit, ut victis percussoribus Cæsaris, *Anthonius* eum una cum *fratre*, Regni totius fecerit *Tetrarcham*: Hircanô ita non dissentiente, ut etiam ipse ab *Anthoniô* rogatus, quem ad gentem regendam, & in officiô continendam magis judicaret necessarium? pro *Phasaëlô*, & *Herode* responderit. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 23. *Bell. Jud.* I. *c.* 10. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 28. Postquam autem *Antigonus*, filius Aristobuli ejecti, *Parthos* contra *Hircanum* adduxisset, *Phasaëlus* belli componendi causâ, Legatus ad eos, cum *Hircanô* missus fuit. Ubi contra jus Gentium, fidemque, una cum *Hircano* captus, dum manibus vinctis interficere se non 23
posset, ut erat magni animi, fortisque, caput saxis obviis illidit, & ex eô vulnere, (cum ei etiam *Antigonus* scelerate venenum locô pharmaci, supermisisset) vitæ sibi finem fecit. Nullô editô mæroris signô; sed potius animô gaudens, & elatus, postquam audiret evasisse fratrem, qui hanc hostium perfidiam ulcisci posset. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 24. 25. *Bell. Jud.* I. *c.* 11. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 29. In ejus honorem, *Herodes* postea *Phasaëlum* Urbem, & Turrim *Pharô* non minorem struxit. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 9. *Bell. Jud.* I. *c.* 16. Quæ deinde Romanis usui fuit. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 12. Et reliquis fere omnibus subversis, *Hierosolymæ* à Titô in memoriam relicta fuit. *Joseph. Bell. Jud.* VII. *c.* 18.

7 HERODES.] à Patriâ, *Ascalonita*; (Strabo *Geogr.* XVI. eum vocans ἄνδρα ἐπιχώριον, explicatur *n.* 63.] à rerum gloriâ, *Magnus* cognominatus, 24
cum ætate majora ostenderet indicia, mature publicis gerendis est adhibitus. Quippe quem Pater quindecennem, Galilææ; *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 17. *Bell. Jud.* I. *c.* 8. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 25. Sextus Cæsar, Cœlesyriæ; *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 17. & Samariæ, *Joseph. Bell. Jud.* I. *c.* 8. Cassius, & Marcus, toti Syriæ; *Joseph. Bell. Jud.* I. *c.* 9. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 27. & Anthonius, Judææ, *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 23. *Bell. Jud.* I. *c.* 10. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 28. præfecerunt. Ejectus autem Hierosolymis à *Parthis*, quos contra *Hircanum*, tanquam regni invasorem, magnis præmiis *Antigonus* conduxerat, fugit ad Romanos. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 24. 25. Ibi, ut ludunt rerum vicissitudines, dum sibi & suis tantum patrocinium; Regnum autem, (sibi tanquam peregrino

grino ἀνέλπιστον, *Phot. Bibl. n.* 238. *p.* 973.) stirpe
Regiâ ortis, & Fratri uxoris peteret, operâ &
commendatione *Anthonii*, (male autem ut is solus
25 ἐδοκιμάσθεν, juxta *Appian. Bell. Civil. l.* 5.] supra
quam sperârat extollitur, & magnâ catastrophe,
à senatu, *Rex* statuitur. Primô ejus Regni die,
[qui incidit in consulatum *C. Domit. Calvin.* II. &
C. Asin. Pollion. hoc est: *Olympiad.* 184. seu *Annum
Periodi Julian.* 4675. ex calculô *Scaligeri*, *De E-
mendat. Tempor. l.* VI.] egredientem eum ex curiâ
stipabant Urbis Principes, *Augustus*, & *Anthonius*,
& *Hic* etiam epulô excepit. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 26.
Bell. Jud. I. *c.* 11. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 29. 30. Sub-
nixus autem Romanorum copiis, rem non diffe-
rendam ratus, movet in Judæam, eamque & Ga-
lilæam brevi, pulsis Hostibus non modo recipit;
sed & impigre purgat latrociniis, promptissimô
quoque arcis inclusô, & ad Claustra prædonum in
montibus, submissô. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 27. *Hege-
sipp. Excid.* I. *c.* 30. Una restabat *Hierosolyma*, & in
eâ *Antigonus*, factionum Caput: sed & hîc fortu-
na præstô fuit. Nam eam post quinque mensium
26 Obsidionem, & una *Antigonum*, in potestatem ac-
cepit. Quô tum quidem vinculis oneratô, postea
autem *Antiochiæ* occisô, [*Dio Hist. Rom. l.* 49. in-
quit: *Anthonius*, non Sosius, ut male fontem cor-
rupit Xylander, *Herodi regnô Judæorum concessô,
Antigonum cruci alligatum, quô suppliciô nullus unquam
Rex à Romanis fuerat affectus, flagris cæcidit, ac
deinde jugulavit*;] Principatus *Asamonæus* desiit:
postquam à *Maccabæis* ad hanc rerum periodum
sub *Antigonô*, stetisset *annos circiter centum*, *& vi-
ginti sex. Joseph. Ant.* XIV. *c. ult.* & XV. *c.* I. *Bell. Jud.*
I. *c.* 13. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 31. Ex quibus usque ad
Pompeji invasionem, *anni centum & viginti*, Liber-
tatis erant. *Joseph. l.* 2. *Contra Apion. p. Gelen.* 1068.
Atque in hunc modum quæsitâ potentiâ *Herodes*
tandem regnum adiit: πρῶτος τῶν ἀλλοφύλων. *Euseb.
Hist. Ecclesiast.* I. *c.* 6. *Phot. Bibl. sect.* 238. *Tacit.
Histor.* V. *c.* 9. Cujus suæ nuditatis conscius, [nam
Idumæi primum sub *Hircanô* aggregati sunt. *Joseph.*
27 *Ant.* XIII. *c.* 17.] antiquos *Genealogiarum* Libros,
quotquot potuit, corrupit & incendit. *Euseb. Hist.
Eccles.* I. *c.* 7. Princeps alias, ut in bellô fortis, ita
in struendô, & donandô perquam gloriosus. *He-
rodion*, *Sebasten*, *Cæsaream*, *Gabalam*, pluraque
intra & extra Regnum, sumptu Regiô, seu nova
condidit, seu *Templis*, *Portubus*, *Muris &c.* auxit.
Volens ubique Magnus videri: alibi autem, cum
Genti non fideret, seu tutus præsidiis, seu gratus
in Amicos: Quibus pariter mortuis, ac vivis; Sed
uni magis Cæsari *Augusto*, Urbes, arces, turres,
palatia, templa, statuas, theatra &c. dedicavit.
Joseph. Ant. XIV. *c.* 8. *&* XV. *c.* 11. 12. 13. *&* XVI. *c.* 9.
Bell. Jud. I. *c.* 5. 16. *Tacit. Hist.* V. *c.* 11. *Euseb. Chronic.
Scal. p.* 155. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 35. Ut *Augustus*,
& *Agrippa* dicerent: Magnanimitati ejus Regnum
non sufficere. Quia enim Honoris fuit cupidissi-
mus, magnopere incitabatur ad *Magnificentiam:*
28 sicubi spes, aut in præsens laudis, aut in posterum
memoriæ, subiret. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 5. Cumque
& his, & *Ludis quinquennalibus*, quos in gratiam
Cæsaris induxerat, Gentem pene totam ostendis-
set, tanquam qui leges Patrias contemneret, & ri-
tus, signaque Gentilium assumeret, *Joseph. Ant.*
XV. *c.* 11. 12. 13. una Beneficentia ejus plebis recon-
ciliavit animos, dum annonâ passim graviter ac-
censâ, tertiam partem tributorum remitteret, &
aulæ etiam supellectilem incideret, ut inde con-
flaretur pecunia, quâ ex Ægyptô frumentum emi,
& laborantes ali possent. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 12. Di-
gnitatem ejus non parum auxit, quod Romanis re-
rum Dominis niteretur, & quod præter *Antho-
nium*, in cujus semper animô validus fuit. *Joseph.
Ant.* XIV. *c.* 23. 26. *Augustum*, & *Agrippam*, Lumi-

na Imperii, sic habuerit obnoxios, ut *Augusto* ho-
nore secundus post *Agrippam*, & *Agrippæ* secundus
post *Augustum* fuerit habitus. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 13.
Bell. Jud. I. *c.* 15. *Confer. Philon. in Legat. ad Caj. p.
m.* 799. Quomodo etiam *Augustus* victor, ei re- 29
gnum non confirmavit modo, *Joseph. Ant.* XV. *c.* 10.
sed & auxit, amplissimamque ei *Zenodori* Tetrar-
chiam addidit, *Joseph. & Hegesipp. loc. cit. Tacit.
Histor.* V. *c.* 9. *Dio Hist. Rom. l.* 54. Et de hoc *Cæ-
saris* beneficio, loquitur Strabo, *Geogr.* XVI. *p. m.*
526. Cum sic inquit: Βασιλεὺς ἐχρημάτιζε, [nem-
pe *Herodes*] δόντος τὸ μὲν πρῶτον Ἀντωνίου τὴν ἐξουσίαν,
ὕστερον δὲ καὶ Καίσαρος τοῦ σεβαστοῦ. Nempe Regnum
quidem primum accepit, ab *Anthoniô*, sed & ἀπὸ
Αὐγούστου, καὶ τῆς συγκλήτου, *Euseb. in Chronic.* At po-
testatem ei *Augustus Victor* [cum ob conspiratio-
nem cum *Anthoniô*, deponi potuisset] *solus* postea
confirmavit; & sic quasi de novô Regem fecit, *Jo-
seph. Ant.* XV. *c.* 10. Clarissima ei Gloria nata est
ex Templô illô Augustissimô, quod vetere, du-
plô majus, *Phot. Biblioth. n.* 238. *p.* 973. certe altius.
Joseph. Ant. XV. *c.* 14. [Nam *prius*, à *Villalpandô*, 30
Tom. II. *Explanat. Ezech. p.* 300. negatum] incredi-
bili sumptu Hierosolymis exstruxit. Quô intra de-
cennium splendidissime absolutô, [ut merito Ta-
cito, *Histor.* V. *c.* 8. immensæ opulentiæ; Dioni
autem, *Hist. Rom. l.* 37. rectius περικαλλέστατον & ἀ-
χανὲς, quam ἀνώροφον seu *sine tectô*, dici posset]
quantum *Herodes* Gentem exhilararit, & illam si-
bi fecerit obnoxiam, vix ac ne vix dici potest.
Joseph. & Phot. loc. cit. confer. Ant. XVII. *c.* 8. *& Bell.
Jud.* VI. *c.* 6. Cæterum ad Templum hoc magni-
ficentissimum ædificandum, (de quô recte scri-
ptum in Thalmud: מי שלא ראה בנין הורדוס לא
ראה בנין נאה : *Qui non vidit Herodis structuram,
non vidit structuram pulchram*,) Herodes inductus est
à *Babâ*, *filiô Buthæ*, ad expiandam *Synedrii*, seu
Rabbinorum cædem. [*vide infra.*) Nam cum He-
rodes hunc *Babam*, quem unum ex *Synedrii Asses-
soribus* servasset, aliquando interrogaret, *quomodo
facinus tam impium elueret?* responsum tulit: הוא 31
כיבה אורו של עולם ילך ויעסוק באורו של
עולם : *Extinxit Lumen mundi*, [Rabbinos] *ibit
& laborabit in lumine mundi*, [id est: Templô.]
Sed Romanis res non æque grata visâ fuit. Nam
Augustus de *Templô* consultus rescripsit: אם לא
סתרת אל תסתור אם סתרת אל תבנה אם
סתרת ובנית עבדא בישא בתר לעבדין מתמלכי'
אם זיינך עלך ספרך כאן לא רכא ולא בר רכא
הורדוס עבדא קלניא מתעביד : *Si non diruisti*,
[Templum,] *non dirues: Si diruisti, non ædifica-
bis: Si diruisti, & ædificasti, servus malus es. Post-
quam fecerunt, consulunt. Si armis tuis*, [confidas]
scriptum hîc: non Rex es, (prosapiâ) *nec filius Re-
gis, Herodes servus est, per se liber factus.* Thal-
mud *in Bavâ Bathrâ, & ex eô Beth Iischraël.* Sed
quam laudem Herodes magnis meruit virtutibus,
eam non minoribus vitiis fœde corrupit, obscura-
vit, & exstinxit. Princeps, si quisquam alius,
præceps, & regnandi cupidus: *foris* felix, *domi*
afflictissimus. Calamitatis ipsius domesticæ fax & 32
tuba fuerunt *Salome*, & *Antipater*: Hic *Primoge-
nitus* ipsius, illa *Soror*: Quibus etsi diversa ratio,
(*illi* ut litem privatam ulcisceretur, *Joseph. Ant.* XV.
c. 49. 11. 4. XVI. *c.* 1. 6. *Huic*, ut gradum ad Re-
gnum sibi faceret. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 6. *&* XVII. *c.* 1.
Bell. Jud. I. *c.* 17. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 38. 40.) unum
tamen fuit consilium, ut *familiam Asamonæam* per-
derent. Horum calumniis *Herodes* incitatus, per se
animô mobilis, & suspicax, quævis sibi atrocissima
imaginatur. *Mariammen* Regii sanguinis fæmi-
nam, suam etiam uxorem perimit. *Joseph. Ant.* XV.
c. 11. *Bell. Jud.* I. *Euseb. Pamphil. Chronic. l. prior.
Hegesipp. Excid.* I. *c.* 37. Addit scelus sceleri, &
una cum eâ fratrem *Aristobulum*, *Joseph. Ant.* XV.
c. 3.

c. 3. *Bell. Jud.* I. *c.* 17. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 36. 37.
Avum *Hircanum*, *Joseph. Ant.* XV. *c.* 9. *Bell. Jud.* I.
c. 17. Matrem *Alexandram*, *Joseph. Ant.* XV. *c.* II.
Et duos suos ex eâ filios, *Alexandrum*, & *Aristo-*
33 *bulum*, *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 17. *Bell. Jud.* I. *c.* 17.
Strab. Geogr. XVI. *p. m.* 526. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 41.
42. interficit. *Josephum*, & *Costabarum*, Affines,
& *illum* etiam Patruum, occidit. *Joseph. Ant.* XV.
c. 4. II. *Euseb. in Chronic. Scaliger. p. pr. p.* 156. *Do-*
rin, & aliam *Mariammen*, Uxores aulâ ejicit. *Jo-*
seph. Ant. XVII. *c.* 6. *Bell. Jud.* I. *c.* 19. Fama erat, &
Fratrem *Pheroram* venenis eum sustulisse. *Joseph. Bell.*
Jud. I. *c.* 16. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 42. Præter mul-
tos sine numero ex fidissimis, *Joseph. Ant.* XV. *c.* II.
& XVI. *c.* II. Et ipsum illum scelestissimum *Anti-*
patrum, filium ex *Doride*; *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 9.
Hegesipp. Excid. I. *c.* 45. in quos etiam sævitum. Ut
ita non *unô*, sed *tribus filiis* ab Herode jugulatis,
recte *Augustus* dicere potuerit, *quod præstaret ejus*
porcus, quam filius esse, *Macrob. Saturn.* II. *c.* 4.
Sed hæc talia modica, quæ in *suos* perpetravit:
Crudeliora adhuc, nec minora restant. In tantum
ille hominem exuit, & Divina, humanaque pro-
34 miscuo nihil pensi nihil moderati habuit. Præter
duos illustres *Summos Pontifices*, quos tetra illa San-
guinis Vomica impie occidit, *Joseph. Ant.* XV. *c.* 3.
9. quatuor alios officiô deposuit. *Joseph. Ant.* XV.
c. 3. 12. & XVII. *c.* 6. 8. Sepulchrum Davidis fre-
git, & diripuit. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* II. Pharisæo-
rum sex millia aut necavit, aut multavit. *Joseph.*
Ant. XVII. *c.* 3. *Euseb. Chron. Scal. p.* 156. Sustulit &
Sanhedrin, seu judices 70. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 17.
& iis, (unô excepto *Sameâ* & Pollione, *Joseph. loc.*
prox. seu *Babâ*, cui tamen oculos effodit. *Thalmud.*
in Bavâ Bathr. Capit. Hassutaphin) Proselytos substi-
tuit. *Philo de Temp. l.* 2. Ut multos alios, quo-
rum numerus inexputabilis est, ferrô, aut flammâ
interfectos, *Joseph. Ant.* XV. *c.* II. & XVI. *c.* 17. &
XVII. *c.* 8. *Bell. Jud.* I. *c.* 17. *Thalmudist. ap. Galatin. de*
Arcan. Catholic. Verit. l. IV. *c.* 6. *Hegesipp. Excid.* I.
c. 45. & II. *c.* I. taceam: Dum etiam eo feritatis
35 est deventum, ut Tyrannus Execrabilis sub edictô
hominum conventus prohibuerit, & ipse etiam,
habitu mutatô, sæpe noctu plebi se miscuerit, quô
studia hominum, & sermones deprehenderet. Quô
ipsô, incredibile dictu, quot ex turbâ innoxiâ,
linguâ vel minimum abutentes aut peccantes, ad
supplicia raptari contigit. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 13. Ut
merito scripsetit Eusebius, *Histor. Eccles.* I. *c.* 8. *Ar-*
gumentum crudelitatis Herodis, omnem Tyrannidem,
quæ à Tragœdis describitur, longe superasse: Et *Le-*
gati Judæorum conquesti sint: Τοσήνδε ἡρώδην ἐπεισά-
γεσθαι τὴν ὕβριν αὐτοῖς, ὁπόσην οὐκ ἂν θηρίον, ἀνθρώ-
πων ἐπιστατεῖν δυνάμεως αὐτῷ παραγενομένης: *Tantas se*
ab Herode passos injurias, seu contumelias, ut majo-
res ipsis ingerere non potuisset Bestia, si ipsi imperium
fuisset. Joseph. Ant. XVII. *c.* 12. *confer Hegesipp. Ex-*
cid. II. *c.* I. Sunt, qui inter hæc tristia funera re-
ferunt Patrem Baptistæ *Zachariam*, jussu Herodis,
36 Inter aram & Templum, nullô aliô crimine macta-
tum, quam quod seu Christi prædicasset adventum;
Cyrill. advers. Anthropom. Origen. in Matth. contr. 20.
Gregor. Nyssen. de Christi nat. Basil. ho. de human.
Christi gen. conf. Epiphan. de vit. & interit. Proph. c. 25.
seu filium *Johannem Baptistam*, (quem Herodes,
propter insueta circa nativitatem ejus incidentia,
pro *Messiâ* habere potuit) efferis manibus Tyranni
subduxisset. *Petr. Alexandr. Can.* 3. *in Bibliot. Pa-*
trum. 2. *Syn. Sext. can.* I. *ap. Theod.* Et quid nisi
immane ab ipsô exspectandum, qui ne quidem ab
ὑπομαζίοις vim abstinuit? *Salvatorem mundi*, in cu-
nis vagientem, Dira Belua ad necem requisivit: &
dum is, Oraculô monitus, fugâ in Ægyptum e-
vadit, inauditâ rabie, Lutum Sanguine macera-
tum & vomica, Bethlehemi, & totô tractu vici-
nô *omnes Bimulos, & infra*, obtruncari fecit. *Matth.*
II. 13, 14, 15. *Macrob. Saturnal.* II. *c.* 4. *Euseb. Hi-*
stor. Eccles. I. *c.* 8. *& in Chronic. p.* 42. 156. 267. *Ni-* 37
cephor. l. I. *c.* 12, 13, 14, 15. *Epiphan. t.* I. *l.* I. *c. penult.*
Phot. Biblioth. n. 238. Quô ipsô, quasi gradu sum-
mô Bestialitatis auctus, & modum omnem ferita-
tis supergressus, contrucidatis tot innoxiis infanti-
bus, XIV. millia, habet *Miss. Æthiopic.* πάντας ὅσοι
Τύραννοι, ὑπερβαλέσθαι ἱστόρηται. *Phot. Biblioth. n.* 238.
Edit. Schott. p. 969. Cæterum ad *Infanticidium* hoc
horrendum, Herodes, non *elogiis Simeonis*, & *An-*
næ; *Luc.* II. 25, 36. *sed Magorum secessu*, & *frustra-*
tione est inductus, *Matth.* II. 16. Neque enim Ma-
gi *intra Purificationem*, advenerunt. Sicut infra fu-
se hoc probabimus. At quid tandem Herodi post
tot facta atrocissima? Num diu illa impunita tole-
rata sunt? Minime. Eusebius, *Hist. Eccles.* I. *c.* 8.
inquit: Παραυτίκα, μηδὲ σμικρᾶς ἀναβολῆς γεγενη-
μένης, ἡ θεία δίκη περιόντα ἔτ' αὐτὸν ἐν τῷ βίῳ μετελή-
λυθε, τὰ τῆς μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν διαδεξομένων 38
αὐτὸν ἐπιδεικνῦντα προοίμια: *Statim post, & nullâ vel*
minimâ dilatione interpositâ, Divina ultio illum dum
adhuc in vitâ mansit, exagitavit; & quasi procemia
rerum ei post discessum è vitâ obventurarum evidenter
ostendit &c. Et porro: ἅμα τῇ κατὰ τοῦ σωτῆρος, καὶ τῶν
ἄλλων νηπίων ἐπιβουλῇ, θεήλατος αὐτὸν καταλαβοῦσα
μάστιξ εἰς θάνατον συνήλασεν &c. *Flavius* autem, *Ant.*
XVII. *c.* 8. per partes singula clarius deducit. *Regi*,
infit, *morbus factus est gravior, pænam impietatis*
exigente Numine. Lentô enim calore torrebatur, qui
non tam externô deprehendebatur tactu, quam intrin-
sece viscera rodebat. Aderat & vehemens voracitas,
cui continuo cibos suggerere necesse erat, simulque vexa-
batur intestinorum exulceratione, & colicis passioni-
bus. Pedes & inguina, phlegmate humidô, & pel-
lucidô tumebant. Ipsa quoque verenda putrefacta sca-
tebant vermiculis, accedente fædâ & molestâ tentigine 39
& fætore ingratissimô. Super hæc omnia nervorum
contractione, & spirandi difficultate laborabat. Ut
constans fuerit opinio, Regem læsæ tot modis Pietatis
dignas factis pœnas exsolvisse &c. Confer *Bell. Jud.* I.
c. 21. *Euseb. Chronic. Scalig. p.* 42. 267. *Hegesipp. Ex-*
cid. I. *c.* 45. Inter has horrendorum pœnas faci-
norum, postquam Tyrannus malis indies magis ma-
gisque graviter auctis, præ desperatione cultrô,
(non *gladiô*, ut *Hegesipp. cit. loc.*) frustra mortis
compendium tentasset, & diu ante se sensisset mo-
ri quam moreretur, tandem *Hierichunte*, (quo post
usum thermarum diverterat) *sub ferias Paschales*
(*Annô Urbis* 753) animam terris execrabilem de-
posuit Humani Generis Carcinoma & Propudium.
Qui ita sanguine non potuit abstinere, ut etiam
tum, cum anima pene in labiis hæreret, inter tor-
mina gravissima & mortis præsentissima indicia ne
deessent, qui ipsô mortuo lugerent, Nobilitatis
lectissimæ, ad se evocatæ cædem imperaverit. *Jo-*
seph. Euseb. in Chronic. & Hegesipp. loc. allegat. aut 40
seq. Adeo Immanissimus mortalium, eô tempore
innoxios, & qui ipsum non læserant, voluit ex-
stinguere, quô alii etiam summis injuriis, & ho-
stibus totâ vitâ infestis solent ignoscere. Vixit *An-*
nos circiter LX. Regnavit *Annos* XXXIIX. (Josephus
dissentiens infra corrigitur.) Funus ejus sumptuo-
sissime elatum, & summâ pompâ in *Herodiô* se-
pultum. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 10. 8. *Bell. Jud. loc.*
cit. Uxores ei X. fuerant: Nempe, *Mariamme Hir-*
cani, & aliæ IX. Quas unô tempore habuit in
matrimoniô, *Joseph. Ant.* XVII. *c.* I. *Bell. Jud.* I.
c. 18. Et hunc in modum Tyranni hujus prima,
novissimaque absoluta sunt.

Mantissæ locô: Dubia quædam circa *Annos ejus*,
& (quæ hiuc pendet) *Epiphaniam* seu *tempus Ma-*
gorum, explicanda sunt. Scripserat Flavius, *Ant.*
XIV. *c.* 17. τῷ δὲ μετ' αὐτὸν ἡρώδῃ τὴν γαλιλαίαν ἐπι-
τρέψε, νέῳ παντάπασιν; [ἄλλως. I. *c.* 8. vocatur νέος 41

κομιδῇ] ὄντι, τέ γὰρ αὐτῷ ἐγεγόνει μόνα ἔτη. Βλάπτει δὲ
οὐδὲν αὐτὸν ἡ νεότης ἀλλ' ὢν τὸ φρόνημα γενναῖος ὁ νεα-
νίας, ἀφορμὴν εὑρίσκει παραχρῆμα εἰς ἐπίδειξιν τῆς ἀρε-
τῆς. His simillima habet Photius, *Bibl. n.* 238. *p.*
edit. Schott. 970. Τὸν δὲ μετ' αὐτὸν ἡρώδην, νέον ὄντα
κομιδῇ, πέντε καὶ δέκα γὰρ αὐτῷ ἀπὸ γενέσεως ἔτη ἦν, τῆς
γαλιλαίας ἀποφαίνει ἐπίτροπον, οὐδὲν ὑπὸ τῆς νεότητος,
οὐ μὴ οὐχὶ τὸ δεινὸν αὐτῷ καὶ γενναῖον ἐκφῆναι κωλυόμενον.
Sed ætatem illam Herodis, Casaubonus *Exercit.* I.
sect. 34. *p. m.* 153. [ut eripiat scilicet *Josephum*, cui
Baronius, *Tom.* I. *Annal. p.* 26. 27. Possewinus,
Biblioth. Tom. I. *l.* 2. *c.* 16. *& Tom.* II. *l.* 61. *de Histor.*
c. 14. *p.* 301. & Alii insultant, *quasi novem Annos*
Herodis prætermisisset;) in hunc modum habet su-
spectam: *Ubi* inquit, *Ant.* XIV. *c.* 17. *dicitur, He-*
rodem quô tempore Julius Cæsar Bellô Ægyptiacô con-
42 *fecto, res in Syriâ & Judæâ composuit, natum fuisse*
annos tantum quindecim, sciat Lector, mendosum esse
illum locum, ut alios in Optimô illô Scriptore infinitos.
Perperam enim apud Josephum legitur ιε̄ γὰρ αὐτῷ ἐγεγό-
νει μόνα ἔτη: *quindecim tantum annos natus erat: quum*
sit absque dubiô scribendum κε̄, *vel etiam* κς̄ *annos tum*
natus erat tantum XXV. *aut etiam* XXVI. *quem admo-*
dum jam ante nos recte censuerunt Viri Præstantissimi, &
harum rerum callentissimi, Scaliger, Suslyga, Kepplerus,
Torniellus &c. Idem tuetur & Langius, *in Annis*
Christi. l. 2. *part. prior. c.* 18. *p.* 338. Salianus au-
tem, *in Annal. ad Ann. M.* 4008. *n.* 42. 43. 46.
quasi inter partes medius, & à *Casaubonô*, & à *Ba-*
roniô dissentit. Nam *Lectionem* quidem sanam a-
gnoscit, sed *sententiam* non probat: Quippe, *He-*
rodem circa id Tempus non habuisse annos XV. *sed* XXVII.
43 *Tum quod incredibile sit nobilem Galilææ provinciam,*
Adolescentulo quindecim annorum non solum commissam
esse, (*Regnum enim Agrippæ etiam septendecenni nega-*
tum. Joseph. Ant. XIX. *c.* 7.) *Sed ea gesta esse illô tem-*
pore ab ipsô (intelligit Latrones Galilææ exstirpa-
tos. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 17. & XVII. *c.* 12. *Bell. Jud.*
I. *c.* 8.) *quæ in illam ætatem minime cadere videantur:*
Tum, si nunc egerit annum decimum quintum, & an-
nô septuagesimô decesserit, ut tradit Josephus, oporte-
ret eum ad Annum Urbis 759. *aut* 760. *id est: Deci-*
mum Christi, vitam produxisse: & sic non regnasse
annos XXXVII. *sed* XLVII. *&c.* Hæc Illi. Quorum
difficultatibus ut evolvamur, primo certe via non
debet tentari, per ea quæ *Casaubonus* adducit. Ne-
que enim illô locô *Josephi* mendum esse potest:
Non, quod non *Libri Josephi* depravati sint; aut
quod in Annum XXV. aut XXVI. nomen etiam νέος,
imo vel παντάπασιν aut κομιδῇ νέος, non possit cade-
re: (Id enim satis eleganter ostendit *loc. allegat.*
44 Casaubonus, Vir sui seculi utique Eruditissimus,
& cujus auspiciis, admirabilis cursus ad omnem do-
ctrinæ factus excellentiam. *Cunæ. de Rep. Hebr.* I.
c. 9.] sed quod *Josephus* & *Photius* illum characte-
rem addant, *quod* νεότης *Herodi nihil obfuerit, quo*
minus rem præclare gesserit &c. Ex eô enim γενναῖον
ἦν patet, mentem illam *Flavio* fuisse, & lectio-
nem frustra aliter refingi. Cum fortia facta in
Quindecenni quidem, propter ætatem, habeant ad-
mirationem, in Virô autem *annorum* XXV. *aut plu-*
rium, nullam habeant. Itaque *illic* non est anguis
in herbâ; sed *in totâ* potius *ætate Herodis:* quam
is scilicet habuit annorum σχεδὸν, non *septuaginta*,
sed *sexaginta*. Ut pro ἑξήκοντα, ἑξηκοστὸν, tam faci-
le potuerint ἑβδομήκοντα, & ἑβδομηκοστὸν, *Joseph. Bell.*
Jud. I. *c.* 21. & *Ant.* XVII. *c.* 8. surrepere, ac τελοῖν
ὅλοις καὶ τριάκοντα ἔτεσιν dominationis Hircani, *Bell.*
Jud. I. *c.* 3. pro ἔτεσιν ἑνὶ καὶ λ'. *Ant.* XIII. *c.* 18. aut
pro σχεδὸν τελοῖν &c. εἰκοστῷ ἐνιαυτῷ *Ant.* XVIII. *c.* 6
45 pro εἰκοστῷ δευτέρῳ. *Scalig. de Emendat. Temp.* V. *p.*
m. 239. ἀδελφὸς *Ant.* XVIII. *c.* 7. pro ἀδελφιδέος, vel
ἀδελφιδοῦς. *Ant.* XVII. *c.* I. confer *num.* 39. *Hujus.*
τετρακοσίων ἐτῶν *Ant.* II. *c.* 5. pro διακοσίοις πρὸς τοῖς
δεκαπέντε. *Ant.* II. *c.* 6. Nam *Josephum*, Habitatio-
nis populi in Ægypto annos non plures CCXV. nu-
merantem, à LXX. seductum fateor. Neque ideo
prorsus fidem amittet: nisi simul amittent tot *Græ-*
ci Latinique Patres, qui ingenti agmine Codices LXX
Interpretum æque sequuti sunt. Imo *Vetus Ecclesia*
secundum LXX. *Annos Mundi*, etiam in Conciliis
Oecumenicis computabat. *Voss. Isagog. Chronol. c.* XI.
p. 95. Ita Herodes Galilææ præfectus est *Annô æ-*
tatis XV. Annum autem agens XXII. hoc est: *Annô*
Urbis 714. *Julian.* VI. Rex est declaratus; mortuus
tandem ante Pascha, *Anni Urbis* 753. *Julian.* XLV.
Sed *hoc ultimum* nobis diligenter solidandum; ut
quô maxime opus. Ne postea tanquam ex dubiis
progredi, & Andabatarum more, cæcis ictibus
pugnare audiamus. De morte Herodis, *Tres* in-
venio Sententias illustriores. *Prima* est *Kepleri*, & 46
Petavii: qui eam proferunt ad *Annum Julian.* XLII.
Secunda est *Langii*, circa finem *l.* I. *de Ann. Chr. &*
passim. [ante etiam approbata, saltem qua Annum,
ab *Alstediô*, in *Chronol. p. m.* 132. & explicata à *Cal-*
visio in *Isagog. Chron. c.* 46. *p.* 161.] qui eam redu-
cit ad plenilunium mensis Adar prioris, *Anni Ju-*
liani XLIV. *Tertia* est *Scaligeri*, V. *Emendat. Temp.*
p. m. 433. 434. statuentis eam in *Annô Julianô* XLV.
Prima Sententia, maxime enormis est: Quod sic
oporteret *Herodem* prius morbô absumptum, quam
in hanc lucem Christus prodiisset. Recte enim *Sca-*
ligeriani ex talibus epilogismis, qui convelli ne-
queant, partum Virginis incidisse probant in *An-*
num Julian. XLIII. (ut Dionysiana vulgata Christi
Epocha *duobus totis Annis* brevior sit:) Nam is si
moveretur; Christum *Annô* XI. *Tiberii* non posse
esse ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα. *Luc.* III. 1, 21, 23. Cum An-
nus XV *Tiberii*, sit *Julianus* LXXIII. Id quod re- 47
ctius, *l.* II. *part.* 2. *c.* 2. 3. & *p.* 346. *seq.* ostendit
Langius, Vir Ingenii alias incomparabilis, quam
suam ipsius roborat Sententiam. Secundum hanc e-
nim *Purificatio, Profectio in Nazareth*, Luc. II. 39.
& *Bethlehem*, (infra demonstranda) *fuga, infanti-*
cidium, & *Herodis obitus*, in *unum mensem Adar*,
cumulanda sunt. Imo intra *dies* XVII. Cum ex men-
te *Langii*, *p.* 367. 352. Purificatio contigerit II
Februarii; & mors Herodis XIX *Febr.* Cui *quintô*
die, hoc est: XIV. *Februar.* laniena Bimulorum præ-
cessisset: Sed quomodo tanta moles rerum, ita
non dicam festinari, sed præcipitari potest? Si
post Purificationem, *Dies* admodum VI. sumantur
pro morâ datâ Amicis in Hierusalem, & itinere in
Galilæam, *Luc.* II. 39. (modo vero hoc tantillum
sufficit; Cum vix sit probabile potuisse *Simeonem*
&c. puerum sibi tam diu desideratum statim post
Purificationem dimittere, aut ab eô divelli,) Præ-
terierunt *Dies* VIII. Februarii: si addantur *Dies* VII. 48
aut VIII. (tempus & illud satis modicum,) quibus
Parentes res in Nazareth disposuerint, (secundum
ea, quæ infra disputo,) & redierint *Bethlehemum.*
Labentur *dies Mensis* XVI. Ponamus vero quam
possumus ocissime, & vel illâ ipsâ nocte, quâ ven-
tum in *Bethlehem*, fugam esse imperatam: (pona-
mus, inquam: Nam *infra* illic parentes diutius
probo mansisse) quæ absurda consequentur? *Occi-*
sos scilicet Bimulos, antequam fuga inita, imo, quam
mandata: Et *Deum*, (qui mortuô Herode, jussit
ut parentes redirent,) *vocasse ex Ægyptô filium, qui*
in Ægyptô necdum fuerat. Matth. II. 13, 15, 19.
Nam III. *diebus.* [qui intersunt inter fugam, &
Herodis mortem] parentes certe in Ægyptum non
venissent. Qui ex confesso bis *Tribus*, & ultra,
septimanis, ex Ægypto non redierant. Moniti e-
nim *ante Pascha* ab Angelo, (nempe postquam He-
rodes decessisset,) ipsi *Langio p.* 367. primum *post* 49
Pentecosten sunt reversi. Quæ incommoda magis
augebuntur & major fiet temporis confusio, si ad-
huc Herodes, non 33: sed [quæ sunt *Langii p.* 352.
δ&-

δεύτεραι φροντίδες] 50 aut 55. ante Pascha diebus, exspiraverit. Ut nihil dicam de *Eusebiô*, qui expresse in *Chronic. Græc. Scalig.* [*Latinum*, mendosum ultro contemnimus] bimulorum cædem refert ad *Annum Christi* II. & in *Histor. Eccles.* I. *c.* 8. graviter asserit: morbum ultimum Herodis, tanquam pœnam demum immissum post Infanticidium. At *Langio* ita non sequitur morbus, ut etiam ἀπομάζιοι, postquam *ultra mensem* Herodes jam decubuit, (quintô scilicet ante ejus mortem die,) primum trucidati & sublati sint. Sed huic telo prævenit *Langius p.* 370. Dum contendit, *ex Eusebio nihil certi haberi posse, quod in Annis Herodis crassissime erraverit.* Ego vero memini *Eusebium Græc. in Chronic. p.* 265. Herodi eosdem annos Re-
50 gni tribuere quos *Josephum.* Invenio etiam Christi γέννησιν referri ab ipsô ad *annum regni Herodis* λε'. Quæ haud dubie *Langius* aut non improbabit, aut non improbare potest. Imo vero esto vel maxime, quod Eusebius *Tyranni res* frigide distinxerit, hoc est: eos ad *annos Augusti, aut Olympiades* non recte redegerit; (neque enim illud est in quæstione:) num propterea Vir illô locô positus, saltem ubi γνήσι☉, non præsumendus in *Annis Iesu Christi* circumspectior & attentior? Imo vero quod talis fuerit, saltem in tempore *Epiphaniæ*, & *Magorum*, (ut in annô χελσογονίας etiam ipsi *Langio p.* 369. satisfecit,) infra pluribus mox demonstrabimus. Vel me tacente novit *Vir Doctissimus*, Antiquitatem, si quando erret, non propterea, etiam ubi vera dicit, aut ubi commode potest explicari, deserendam aut abjiciendam esse. Restat ergo *Tertia*, nem-
51 pe *Scaligeri Sententia.* Quæ si falsa, nusquam stabulum confidentiæ. Atqui ea est verissima. Nititur enim *Charactere infallibili:* quod tum, cum lethaliter *Herodes* decumberet, *Luna passa syncopen dicatur.* Joseph. *Ant.* XVII. *c.* 8. Nulla vero aliâ *Lunæ Eclipsis* circa hoc tempus potest inveniri, quam quæ incidit in IX. *Januar. Anni Juliani* XLV. Cæpit nempe *horâ primâ post mediam noctem, feriâ septimâ ineunte Hierosolymis: Latitudo Lunæ nulla, cum versaret in Eclipticâ. Semidiameter Lunæ* 17. 40. *Summa semidiametrorum* 63. 0. *Digiti ecliptici* 21. 24. *Anomalia latitud. med.* 89. 7. 28. *duravit horis quatuor.* Quin imo, occurrit *Langius p.* 351. Arbelis *Annô Julian.* XLIV. XX. *Januarii*, etiam Luna defecit. Hunc defectum, auditum ab Assyriis, *Nicolaum Damascenum* annotasse, & ex hoc ita exscripsisse *Flavium.* Respondeo: Cum Herodes *Annô Julian.* XLIV. (ut nuper visum) non fuit mortuus, uti-
52 que neque *Eclipsin Anni Julian.* XLIV. posse esse eam, quæ sub mortem ejus contigit. Deinde multa hîc in circulum projiciuntur. Probandum *primo:* Nicolaum Damascenum qui vixit in Judæâ, de *Eclipsi illâ* audivisse, & si audiverit, annotasse. *Deinde* probandum: Josephum eam comprobasse, & ex ipsô eam in chartas suas retulisse. Quæ conjecturæ, ut longe petitæ sunt, ita nihil habent solidi. Etiamnum quæritur quid seu *hunc*, seu *illum*, seu *utrumque* impulerit, ut tam alieni cæli symptoma indicarent? An quod ad morbum Herodis aliquid contulisse ab iis judicatum fuit? Equidem non apparet. Fuerunt enim tam Docti Scriptores emunctioris naris, quam ut *Eclipsin ordinariam & parvam* morbos tam graviter acuere posse, somniarent. Imo: quis unquam, seu *Judæus* seu *Syrus*, ita se & alios prostituit, ut *Eclipses Parthicas* in *Judæâ*, (ubi non sunt visæ,) posse operari crederet? scilicet, qualis hæc fuit, vulgatissimas? Ad-
53 do: Eclipsis hæc facta ἐν νυκτί. *Ant.* XVII. *c.* 8. Quomodo facta *Judaica Anni Juliani* XLV. (sicut declaratum,) & non *Arbelensis Anni* XLIV. Nam hæc ipsô *Langiô* fatente *circa quintam vespertinam* desiit. Manet ergo *Herodem* ante Pascha *Anni* XLV. cujus fuit Lunæ hoc deliquium & non *Anni* XLIV. vitâ excessisse. At obstas cum Petaviô *Doctrin. Temp. t.* 2. *l.* XII. *c.* VI. *p. m.* 413. dicisque: *Temporis ratio hoc non patitur. Nam ita Herodes, qui Annô Julianô* VI. *Rex est factus, moriens Annô Julianô* XLV. *non potuit dici regnasse annos* XXXVII: *Sed nec Archelaus*, IX: *aut Philippus*, XXXVII. *Id quod tamen ex Josepho constat.* Scaliger *Emendat. Temp.* V. *p. m.* 433. istô laqueô ut evolvat se, videtur ad hanc rimam fugere, quod Judæi à tempore *Simonis Hircani* annos Regum non à *Nisan*, aut *Thisri*; sed à mense *Ijar* inceperint. Quibus consona, habet *Calvisius.* Sed Josephus *Ant.* XV. *c.* 7. *Bell. Jud.* I. *c.* 14. inquit: *Bellum Actiacum incidisse in Annum Herodis* VII. (erit is à quô vicerat *Antigonum.*) Ex quô εὕ- 54
ρημα *Scaligeri* convellitur. Nam nunquam Herodi *Bello Actiacô*, (id est: *Annô U. C.* 723. Dio *Hist.* 50. 51.) annus regni VII. curret à dejectô *Antigonô.* (Coss. scilicet M. Agrippâ & Canid. Gallô. *Ant.* XIV. *c.* 28. annô *U. C.* 717. Dio. *Hist.* 49.) nisi strictissime anni ejus numerentur, & investitura regni data à Romanis prius *Josepho* computetur, quam à *mense Ijar.* Ratio enim *Regni Herodis ante Antigonum*, etiam haberi debet. Unde nobis, (de *Archelao* & *Philippo* suô locô disputantibus,) hîc de *Herode* tutius sic respondere: *Primo* quidem, sed hoc obiter & perfunctorie,) *Petavium* & *Asseclas* ipsâ suâ sicâ peti. Cum nec ipsorum hypothesi fiant *Anni Herodis* XXXVII; sed XXXVI. Herodes enim Rex factus *Annô Julianô sextô*, secundum ipsos *quadragesimô secundo* obiit. *Deinde:* propius ad rem hoc dicimus, quod *Josephus* illic explicandus sit σοχασικῶς, & quod τὸ σχεδὸν tacite subintellexerit.
Neque enim hoc in ipsô novum: & plura, quæ 55
aliter juvari nequeunt. Sicut dicetur ad *Annum Actiacum* XXXVII. *Num.* 35. Nempe: Ut *Josephus* determinans *regimen Herodis*, *Ant.* XVII. *c.* 10. *Bell. Jud.* I. *c.* 21. σοχασικῶς, *plus* à donatione regni ad Antigonum assumit; (numerat enim *tres totos annos*, cum fuerint tantùm *duo & tres menses. Ant.* XIV. *c.* 27. *collat. cum Ant.* XIV. *c.* 28. prout regnum delatum, *Cn. Calvisiô* & *Pollione Coss.* Joseph. *Ant.* XIV. *c.* 26. id est: Annô U. C. DCCXIV. *Dio Hist.* 48. & Antigonus expugnatus Claudiô & Norbanô Coss. Annô U. C DCCXVI. *Dio Hist.* 49. 48. seu mense tertiô anni sequentis. *Ant.* XIV. *c.* 28.) Ita *justô minus* accipit ab *Antigonô victô* usque *ad obitum:* nempe *annos triginta quatuor*; cum revera fuerint *triginta sex.* Ex quibus addendis ita comparatis mirum non est quod *summam datis similem* aggregaverit. hoc est: vero proximam, non accuratam. Ut nihil certius, quam eâ summâ nos non posse stare: quippe *Jose-*
phum sponte balbutire, (*confer Num.* 35.) & per 56
triginta septem regni annos, σχεδὸν *triginta septem* intelligere: hoc est; *triginta octo cum appendice.* Ita *l.* 2. *contra Apion. p. Gelen.* 1068. ἐλευθερίαν Judæorum æstimat ad *Pompejum*, εἰς ἔτη σχεδὸν εἴκοσι πρὸς τοῖς ἑκατόν. Ubi τὸ σχεδὸν vel in XX. *annis* prodigum est. Nam *Libertas Gentis* cæpit cum *Assamonæorum Principatu.* At hic *annorum* CXXVI. Et à *Pompejô*, qui servitutem induxerat, ad finem *Assamonæorum in Antigonô*, *anni* erant XXVI. (Uti horum temporum probatio exstat infra *Num.* 27. 35.) Ablatis ergo *Servitutis annis*, nempe XXVI. de CXXVI. annis totius dominationis *Assamonæorum*, remanebunt *anni Libertatis* ἑκατόν. Ita & ἁλώσ. I. *c.* 21. *Ant.* XVII. *c.* 8. scripserat, *Herodem* mortuum *annô ætatis* σχεδὸν aut περὶ, (ex nostrâ emendatione,) LX. Qui tamen fuit, (Bzovii *Hist. Eccles.* I. *ad Ann. Chr.* I. *n.* I. LXVI. & Baronii *Annal. ad Ann. Chr.* 8. *n.* I. *c.* LXVII. falsus est) LXI. Nam illic eum ruditer egisse & 57
pingui minervâ, numerum *rotundum* pro *exactô* accepisse certum est. Quomodo scilicet *Scriptura*, propter memoriam, in annis Judicum, *Othonielis*, *Barach*, *Gideonis*, *Samsonis*, *Eli &c.* tot assumit *Quadragenarios*, qui nequaquam *pleni* omnes reputandi

tandi sunt. Atque hæc cum ita sint, Calvisium *in Chronol. ad Ann. M.* 3949. *p. m.* 425. statuentem *Herodem mortuum annô Regni* XL. non intelligo aliter quam ut falsus sit. Nam certe cum ipse *Isagog. Chronol. c.* 46. *p. m.* 161. supponit Herodem Regem factum *post Pascha Anni Julian.* VI. & *ante Pascha Anni Juliani* XLV. idem decessit, tantum abest, *quadragesimus regni annus* inciperet, ut ne quidem *trigesimus nonus* solidus sit. Et hæc contra ἔνστασιν *Petavii. Quæ, cum aliis* necessario præmuniendis fecit, ut è viâ longius digrederemur. Nam recte Serarius, *Opusc. Tom.* 1. *in Herod. c.* 22 *p. m.* 245. *Sic se in temporum disputationibus habet res, ut qui chor-*
58 *dam unam tangat, alias moveat simul complures.* Restat adhuc aliquid in *Salianum.* Sed hujus reliquiæ objectionum sic sunt tenues, ut natam inde discrepantiam quis admirari possit. *Herodes quindecennis rexit Provinciam, & latrones sustulit.* Quid vero hîc ἀκόλουθον? Sunt Adolescentes, quibus Prudentiâ senile quid ætatem supplet. *Cicer.* 4. *Philip.* ut Juniores sæpe perspicacioris ingenii fuerint quam Senes. *l.* 37. *ff. de ædil. edict. l.* 91. *ff. de V. O.* Ibi perfecta ætas, ubi perfecta virtus. *Ambros. in Orat. sup. Obit. Theodos.* Romæ, Corvinus, Marcus, Scipio Africanus, Pompejus, Augustus &c. ante tempus, Consulatum, aut alios publicos honores consecuti sunt. *Plut. in Vit. Appian. l.* 3. *Bell. Civil. Alex. ab Alexand. l.* 3. *c.* 3. *Plin. de Vir. illustr. c.* 29. 49. 68. 77. Et cum in Senatu consultarent, quemadmodum Nero, Princeps vix annos XVII. egressus, suscipere eam molem (imperii) aut propulsare posset? responsum: *Octavô decimô ætatis annô* Cn. Pompe-
59 jum; *nonô decimô*, Cæsarem Octavianum civilia bella sustinuisse. *Tacit. Annal.* XIII. *c.* 6. Philippus, Rex Macedonum penultimus, non modo παῖς ὢν regnum adiit; sed & ἑπτακαιδεκαέτης multa præclare gessit. *Polyb. Hist.* IV. *p. m.* 294. Dubitatio *Polybii*, quomodo posset eâ ætate τηλικούτων πραγμάτων διευκρινεῖν &c. ad dexteritatem ejus in respondendô, non promptitudinem in agendô spectat. Et quid mirum de *Annis* XV? Cum etiam infra eam ætatem, Alexander Severus, *adhuc puer*, in Imperiô: *Ælius Lamprid. in Ejus Vit. Volaterr. l.* 23. Henricus aliquis, *novennis*, in Angliâ: *Polydor. Hist. l.* 16. Otho III. *Undecennis*, mirabilia mundi dictus, in Germaniâ: *Sigebert. in Chronic.* Carolus VIII. *tredecennis*, in Galliâ: *Ric. l.* 3. *Franc. Reg.* non sine laude, publica administrarunt. Ut nihil dicam de *Anno* XIV. Quô Bassianus, (alias Helæagabalus) non modo Orbis Princeps, est electus;
60 *Herodian. Hist.* V. sed & in illô fuit vigore, ut in pugnâ contra Macrinum, equô adactô, & gladiô districtô, suos fugientes reduxerit. *Xiphil. Epit. Dion. in Macrin.* Estque ille annus, quô LL. iis, qui ob anticipatam industriam, ætatis impetrant gratiam, judicandi & gerendi magistratus veniam concedunt. *Beyerlinck in Theatr. titul. Magistr. p.* 160. Et quô, hodieque *Reges Galliæ*, inter omnes fere Principes Europæos maxime sibi permissi & liberi, tutelâ exeunt, & regno admoventur. Recte Cicero 5. *Philip.* Ab excellenti atque eximiâ Virtute, *ætatis progressus* non est exspectandus. Instantia de *Agrippâ* nihil obtinet. Nam hic solus, & toti genti Judaicæ, dolore injuriæ ad motus spectanti &c. debuit præfici. *Herodes* autem uni tantum in Judæâ præfuit Provinciæ: Et illud quidem adhuc sub aliorum, (nempe *Hircani*, & Patris *Antipatri*,) summô patrociniô. Non dicam, ei quie-
61 tæ, & necdum irritatæ aut hostili. Ut facile sit animadvertere, quomodo in *Agrippæ* ætate esse potuit diffidentia; quæ in *Herodis*, nulla. Atque hæc ad *dubium de annis Herodis.*

Superest alterum, *De annô Epiphaniæ.* Nam hoc etiam excussuros nos promisimus: quo tanto rectius historia rerum Iesu Christi sub *Herode*, possit ordinari, & ad *ejus annos* distribui. *Intra Purificationem* accessisse Magos, contendunt quotquot pro *Epiphaniâ*, aut XIII. à Nativitate Christi diem assumunt, aut XL. *Prior*, fuit vetus traditio, comprobata à *Langiô*, *l.* 2. *c.* 3. *p.* 367. Prout *Epiphaniæ* festum mense *Januariô* dudum celebratum. *Ammian. Marcell. l.* 21. *Posterior*, fuit sententia Scaligeri, *l.* VI. *de Emendat. Temp. p.* 254. *seq.* Casauboni, *Exercit.* 11. *sect.* IX. Alstedii, *Chronol. p.* 132. Saliani, *in Annal. ad Ann. Chr.* 1. *n.* 34. & Aliorum. Nos dicimus *post Purificationem demum magos advenisse*, nixi his rationibus. (1) Quod digressis Magis parentes jussi sint fugere in Ægyptum *Matt.* II. 62
13. ut exinde tempus, se & puerum Hierosolymis παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, *Luc.* II. 22. nullum habuerint. Et quamquam *Matthæus* non addat vocem παραχρῆμα, dicatve illud *statim* factum &c. tamen nihil suadet, ut à *simplici textus literâ* discedamus, aut ut moram interponamus. Imo vero, est quod suadet ut non interponamus. Non dicam, quod particula ἰδοὺ, hoc significet; quæ ipsorum est ὑπόληψις: Sed quod (2) Si præcessisset *Epiphania*, & per hanc Pueri manifestatio, parentes minime ausi fuissent Hierosolymam ascendere, & in templô se ostendere: qui satis à *Magis* fuerant edocti, quam *Urbs* & *Herodes*, ad nuncium Pueri fuissent perturbati, & in viciniâ deinde ignorare haud potuerant, quam Herodes fureret. *Matth.* II. 16. Ut cum Deus noluerit, ut Magi, (ne puer proderetur) reverterentur, & aliis mediis, quam *per fugam*, puerum eripere haud decrevisset, multo minus passurus fuisset, ut puer ultro iret Hierosoly- 63
mam, & se hostibus in manum traderet. *Dicas:* Herodem tempore καθαρισμοῦ non fuisse *Hierosolymis*; sed ad *Callirhoen* Etiam vero hoc aliquid nihil est. Nam Herodes primum *Annô sequente*, (nempe quô mortuus,) æger eo deportatus est. Atque esto quod fuerit: num propterea periculô res caruisset? maxime postquam Herodes per omnes Urbis angulos, tot haberet *Emissarios*, per quos minima quæque observaret. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 13. Ut nullô pactô res tam illustris, in templô & locô maxime publicô, non sine cantu & strepitu, *Luc.* II. 28. 38. gesta, hostes Pueri latere potuisset. (3) Quod expresse Eusebius *in Chronic. Scalig. p.* 267. Annum Christi II. adstruat: cum Christô conceptô εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ δύστρου μηνὸς *Anni* 4. *Olympiad.* 194. sub *Annô* 2. *Olympiad.* 195. ita scribit: 64
Ἡρώδης τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν πυθόμενος παρὰ τῶν Μάγων, τὰ περὶ τὴν Βηθλεὲμ ἀναιρεῖ παιδία ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, οἰόμενος καὶ τὸν Χριστὸν τῆς τοιαύτης τοῖς ὁμήλιξιν συναπολαῦσαι συμφορᾶς &c. *Annus tertius*, in Chronicô Latinô Eusebii, error *Hieronymi* est, à nobis non probatus. Quo pertinent, (paucis mutatis) quæ habet Epiphanius *l.* 2. *contra hæres.* 51. *Magorum*, inquit, *adventus contigit circa talem casum, ut similis non fuerit commoratio Mariæ & Josephi ei quæ apud Lucam propter descriptionem relata est: scilicet, quod non esset locus in diversoriô propter frequentiam. non enim invenerunt Mariam in speluncâ ubi peperit: sed velut Euangelium habet, deducebat eos stella usque ad locum ubi erat puer; & ingressi in domum, invenerunt puerum cum Mariâ, non amplius in præsepi, non amplius in speluncâ, sed in domô. Ut cognosceretur veritatis certitudo, & temporis duorum annorum*, (Nobis secundi anni) *spatium, ex quô natus est, donec accesserunt Magi.* Adhæc, cum in eô convenimus, 65
quod statim post adventum Magorum, *bimulorum cædes facta sit*, & tum *Macrobius*, tum *Eusebius* confirment cæsos bimulos sub extrema Herodis, isque mortuus *secundô Christi Annô*, &c. quid restat, nisi ut Epiphaniam etiam ad *Annum Christi* II. *referamus.* Verba *Macrobii* sunt, *Saturnal.* II. *c.* 4. *Cum*, inquit, *audivisset* (Augustus) *inter pueros, quos in Syriâ Herodes Rex Judæorum intra bimatum jusse-*

jusserat interfici, *filium quoque ejus occisum*, ait: *Me-*
lius est Herodis porcum esse, *quam filium.* Manife-
stum est autem sub tempus *Infanticidii* neminem ex
Herodis filiis interfectum præterquam *Antipatrum*:
cujus cædes impii patris fata *dies quinque* antever-
tit. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 10. Quomodo autem *Eu-*
sebius, *Hist. Eccles.* I. *c.* 8. asserat, *statim aut brevi*
morâ interpositâ; imo ἅμα τῇ τοῦ σωτῆρος καὶ τῶν ἄλ-
λων νηπίων ἐπιβουλῇ, Herodi plagam inflictam, quâ
exstinctus, patuit supra in *verbis ejus*, *circa finem*
Vitæ Herodis adductis. Ut *Saliani* impudentiam sa-
66 tis mirari haud liceat, quod *in Annal. ad Ann. Chr.*
I. *n.* 13. sic ausit scribere: *In biennium quoque Ma-*
gorum adventum differt in Chronicô Eusebius, *si ta-*
men Eusebius. Nam in Codice Græcô, *quem edidit*
Scaliger, *nihil eâ de re habetur. Ut ea potius Hiero-*
nymi Interpretis, *& Amplificatoris*, *quam Eusebii*
sententia dicenda sit. In Ecclesiasticâ vero Historiâ,
si Græcam consulueris, *nullum verbum reperies*, *quô*
aut citius aut tardius contigisse Epiphaniam significet
Eusebius. At quid hoc sibi vult? aut quid est fal-
lere, si hoc non est? Verba *Eusebii*, tam ex *Codi-*
ce Græcô Scaligeri; quam ex *Historiâ*, manifestissi-
ma sunt: & (quamdiu illa perstat hypothesis, *quod*
παιδοκτονία Epiphaniam mox sequuta sit,) consequen-
tia inde deducta multo planior, quam ut *Saliano*
quisquam possit assentiri, nisi qui prorsus fungum
pro cerebrô, & peponem pro corde habeat. Ita
ergo *ratione*, & *testibus* ostensum: *Epiphaniam*, (&
quæ hanc excipit, *fugam*, *Infanticidium &c.*) non
ante *Purificationem*; sed *Annô Christi secundô* demum
67 contigisse. Ut hic rerum fuerit ordo. Incipiente
Annô Julian. XLIII. qui est nati Christi, in Janua-
riô *Stella* fulserit. Dum interea *Magi* conferunt,
(neque enim fortean statim rem intelligunt) iter
decernunt, & ad illud se præparant, tandemque
illud instituunt & veniunt, *Annus Julianus* XLIV.
ferme jam exiverit. Ut *affectô Decembri*, IV. sci-
licet aut V. *Kalendas Januarias*; Hierosolymam
primum sint ingressi. Erat tum minimô minus
Biennium, à quô Sydus visum ἐν ἀνατολαῖς. (Non
μετὰ δύο ἐτῶν χρόνον. cum *Epiphan. l.* I. *contr. Hæres.*
Tom. II. *p. m.* 154.) Ut hoc modô, rogati ab He-
rode, *Biennium* recte dicere potuerint. *arg. Matth.*
II. 7, 16. At erat *Annus Christi incipiens secundus*:
Ut qui secundum Tabulas Censorias, *teste Chryso-*
stomô in sermon. d. Natali, natus fuit VIII. *Kalend.*
Januar. annô, (cujus sæpe meminimus,) *Julianô*
XLIII. *Secundô* aut *tertiô Januarii* sequentis, Hero-
68 des adhuc sanus & vegetus, delusum se sentiens
sævierit in bimulos. Dico: *adhuc sanus & vege-*
tus. Nam si *Macrobius* statuit bimulos simul in-
terfectos cum *Antipatrô*, utique hallucinatur. Sed
nihil opus hoc de ipso suspicari: Cum dicere pos-
sit, bimulorum & Antipatri cædes, quod paucis
tantum diebus differrent, unô tempore Romæ au-
ditas, sed non unô factas. Ut illud Macrobii: *in-*
ter pueros &c. possit exponi, *præter pueros.* Quo-
modo si quis diceret: *Cum audivisset Lysimachus*,
inter Cognatos Alexandri, *quos in Macedoniâ Cassan-*
der jusserat interfici, *matrem quoque Alexandri occi-*
sam &c. non inferret necessario, *hanc* cum *illis* eo-
dem interfectam tempore; sed tantum *quod simul*
illæ cædes cognitæ, aut *quod sibi proximæ contigerint.*
Erat præterea circa hæc tempora *Urbs* & *Regia*
etiam tranquilla Ut admitti *Magi* tum præ tur-
bis sat potuerint. Clarum id est ex ipsorum redi-
tu, quos *Herodes* Romam miserat. Nam illi ante
69 cæsum Antipatrum ad *Herodem* fuerant reversi. *Jo-*
seph. Ant. XVII. *c.* 9, Id quod vix tum fieri potuit,
nisi ad minimum *ad Bimestre* abfuissent. Quis e-
nim intra brevius tempus, eos non solum ire & re-
dire; (γραμματοφόροι *mortis Caji*, utut εὐπλοοῦντες,
ultra XXVII. *dies* itineri impenderant. ἁλώσ. II. *c.* 9.)
sed & mortem *Acmes*, & responsorias de *Antipa-*
trô, qui tot in Urbe & Aulâ sibi fecerat obnoxios,
à *Cæsare* etiam, Herodis in filios animum ante su-
spectum habente, & qui tam sero ad consentien-
dum super morte filiorum Mariammes &c. adduci
voluit. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 8. 16. impetrare potuisse
crederet? At quô tempore *Legati* abirent, omnia
certe Hierosolymis pacata Proditio parricidalis
detecta, sontes imo & suspecti examinati; & ca-
put turbarum *Antipater* missus Hierichuntem in
custodiam. Paulo post mactatos infantes, Hero-
des ægrotare incipit. Cujus morbo lethali com-
pertô, *Sophistæ*, VII. an VIII. *Januarii* conspiratio-
ne factâ Aquilam decutiunt: & ob hoc *die sequente*, 70
(ut quem noctu *Lunæ Eclipsis* sequuta) suppliciô
afficiuntur. Inde Herodes ad *Callirrhoen* proficisci-
tur. Cujus usu debilitatus magis, quam refectus,
Hierichuntem defertur, & illic moritur. Sed *quô*
Anni mense? aut *quotô die ante Pascha*? Nam eo
etiam lubeat excurrere. Edorardus Liveleus, *in*
Chronolog. approbante *Usser. Annal. ad A. M.* 4001.
p. 535. diem assumit VII. *Mensis Cisleu*, id est: XXV.
Novembr. quod ex מגילת תענית (volumine Je-
junii) constet, *Judæos illum diem celebrasse*, *quod*
Herodes, *qui Sapientes oderat*, *illô decesserit.* Sed hic
Rabbinicus Epilogismus cum *Eclipsi supra*, neutiquam
conciliari potest. *Langio* in *Ann. Christ. p.* 350. *seq.*
placet XIX. *Februar.* & vel *quinquagesimus Dies ante*
Pascha. Id quod etiam supra monitum. *Nobis* vel
dies XXX *pauciores* sufficiunt: Ut in *Martiô* Tyran-
nus exspiraverit. At, inquit Langius: *Quot dies*
tantæ pompæ præparationi impensos credas? Ego ve-
ro, quantum Langius & *præparationi*, & *Archelai* 71
reversioni tribuit, *dies* VIII. facile concesserim. Per-
git Langius: *Cum Josephus Bell. Jud.* I. *c.* 21. *asse-*
rat, *pompam funebrem versus Herodium*, *per* 200. *sta-*
dia fuisse observatam, *& Ant.* XVII. *c.* 10. *per* 8. *sta-*
dia, *aliter ea explicari nequeunt*, *nisi ut dicatur Jo-*
sephum unô locô totam viam descripsisse; *alterô autem*
cujusvis diei. Nec commode plus unô die, *quam octo*
stadia absolvere poterant tantæ solennitati intenti, *die-*
bus brevioribus, *& viis propter hyemem difficilibus.*
Divide ergo 200. *per* 8. *habebis dies* 25. *quibus fune-*
bris pompa duravit. Imo vero inquam ego: Divi-
de 200. per 32. (quot stadiis constat *milliare Ger-*
manicum) & habebis *milliaria* 6¼. Quibus Hero-
dium Hierichunte distaret; quibusque absolvendis,
(non *horæ* sed) *Dies* 25. cum *Langio*, essent insu-
mendi. Quod cum sit absurdum, necesse est aliâ
insistamus viâ, & suspicemur quod res est: *Jose-*
phum hîc, *ut alibi*, *corruptum esse.* At sana est le-
ctio διακοσίων, in *Librô* ἁλώσεως. Uti etiam *stadia* 72
ducenta Hegesippo sunt. *Excid.* I. *c.* 46. *Hierichus*
enim ubi mortuus Herodes, & ex quâ funeris so-
lennitas incipiebat, *stadiis* CL. aberat à Hierosoly-
mis. *Joseph. Bell. Jud.* V. *c.* 4. Et ultra Hierosoly-
mam, ἐν συντομωτέρᾳ πορείᾳ versus *Masadam* & *Idu-*
mæam, LX. *stadiis Herodium* distabat. *Joseph. Ant.*
XIV. *c.* 25. *&* XV. *c.* 12. *Bell. Jud.* I. *c.* II. 16. Quæ
aggregata, *ducenta & decem* faciunt *stadia*, pro *di-*
stantiâ Herodii à Hierichunte si quis iret λοξοδρομῶν
per Hierosolymam. At hâc ad *orientem* relictâ si
quis recta iret, X *stadiis* brevius iturus esset. Recte
ergo illa consignata sunt. Fallit vero *Liber Antiqui-*
tatum. In quô scilicet pro *octo stadiis*, (viâ funeris
diurnâ) legenda, aut *viginti*, aut *triginta octo.* Ut no-
tam κ'. aut λ'. incuriâ Librariorum omissam sit ne-
cesse. Recte Torniellus *in Annal. ad Ann. M.* 4051.
a. 33. *Credimus*, inquit, *verum esse*, *quod nos alias*,
& alii quoque observarunt: *nimirum potuisse sive Libra-*
riorum errore, *ut fit*, *sive Typographorum incuriâ ali-* 73
quid vitium in Josephi codicibus alicubi, *præsertim ve-*
ro in annorum numeris interdum irrepere. Quin po-
tius verum esse, *quod de hoc Authore scribit* Melchior
Canus, *lib. locor. Theolog.* II. *c.* 5. *ad* 9. *prop fin. di-*
ctæ respons. sed in numeris, *inquit*, *Josephi Libri men-*

da habent innumera, quæ ego menda Viro diligentissimo atque gravissimo assignare, nec volo nec debeo. Hac ratione *octo supra viginti stadia* dietim progressi, VII. *circiter die* Herodii esse potuerunt. *Instantia ab Hyeme aut tarditate pompæ sumpta*, nulla est. Nam cum 28. *stadia*, necdum *unum* faciant *milliare*, abunde illud tantulum iter, & ad pompam foret suspensum, & dietim vel in *Solstitiô*, obiri posset. cum *Discipuli Emauntici*, (incertum adhuc quâ horâ egressi,) pene circa idem anni tempus, iter longius pedibus confecerint. *Luc.* XXIV. 13. 29. Addo vero posse fieri, ut vel *major numerus* in *Josephô* sit expunctus; & ut *dies singuli exsequiales* vel *octo supra sexaginta stadia*, (duo circiter milliaria) ab-
74 sumpserint: Ad quod suspicandum moveor, *quod Archelaus Romam festinaverit.* ἔχων τὴν ἐπὶ ῥώμης ὁδὸν ἀνύειν προκειμένην αὐτῷ τάχος &c. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 11. *Bell. Jud.* II. *c.* I. Festinanti vero, omnibus salvis, iter longius diurnum potuisse confici, in comperto est. Insistit Langius: *Sed &, inquit, dies unus aut alter itineri ac reversioni Archelai à castello Masadâ versus Hierosolymam tribuenda erit.* Voluit dicere: *à castello Herodio.* Nam in *Masadâ* Archelaus tum non fuit. At cum *Herodium*, LX. tantum *stadiis* esset dissitum à Hierosolymâ, potuit ea festinans, non *unô aut alterô die*; sed *alterâ etiam horâ* emetiri. Post exequias facile *dies* VII. largior: Sed invenio Archelaum post finem luctus & ferale convivium, mox in concionem venisse & multis populo datis & promissis, reque sacrâ peractâ, *illô ipsô die post meridiem*, dum Archelaus esset ad prandium cum amicis, populum cæ-
75 pisse tumultuari. Ad quem leniendum postquam dies (utique non multi,) consumpti essent, ita erat præ foribus *Pascha*, ut *Archelaus* ipsô die ἑορτῆς, (ἑορτὴ autem πάσχα καλεῖται *Ant.* XVIII. *c.* 6.) cum sentiret *verbis* se nihil proficere exercitum totum in seditiosos miserit, & eos aut cæciderit, aut disjecerit. *Joseph. loc. cit.* Ex quô patet quam non dies XV. (id quod subjicit Langius) interjici possint inter hunc tumultum & *Pascha*: Cum vel *dies* IV. suffecissent. Nam tum cum erumperet seditio, partem populi nec dum ad festum convenisse, ut non *diebus* IV. potuerint accessisse reliqui, ex *Josephô* non intelligo. Quin potius ex *Josephi characteribus* hoc intelligo, quod dictum; nempe quod abunde Herodes *intra diem trigesimum ante Pascha* decesserit. ὅπερ ἔδει δεῖξαι. Atque eum in ordinem compositâ historiâ, & *rebus Christi biennalibus* excussis, multæ tricæ ultro se aperient. Certe non opus, *cum Jansen, c.* 11. *concordant. Baron. ad Ann.*
76 *Chr.* I. *n.* 35. *Bzov. Hist. Eccles.* I. *p.* 14. *n.* 19. & *aliis, post Chrysost. Homil.* 7. *in Matth.* hariolari, quod Herodes bimulis minores occidens, majoris securitatis causâ, æque in *tempore*, ac in *locô*, Matth. II. 16, 5, 8. fecerit superfluum. Nam Herodi infans requirendus fuit non ad tempus γεννήσεως Pueri, (illud enim ignoravit;) sed ad tempus φάσεως τοῦ ἀστέρος: à quô *annum secundum* volvi, Magi eum λάθρα jam docuerant. *arg. Matth.* II. 7. 16. *Janseniana* enim, & *Baroniana Glossa*, quâ *loc. cit.* bimulos interfectos computat à stellæ tempore retrogrediendô: *Quasi post ortum ἀστέρος nati, tanquam extra suspicionem positi, non fuissent jugulati &c.* falsa nititur hypothesi, & violenta est. Supponit enim cum Theodor. *in Epit. ad Clem. Alexandr.* Cyprian. *ap. August. Sermon.* 3. *de Epiphan.* August. *Serm.* 6. Chrysostom. *Homil.* 6. *in Matth.* Suar. *t.* 2. *part.* 3.
77 *disp.* 14. *s.* 4. Salian. *in Schol. in Ann. M.* 4053. quod stella, tanquam signum Pueri nati, & non nascituri, Christo fuerit coæva. At si Stella prius, quam Infans, (more aliarum *Novarum Stellarum*, quæ signa sunt rerum imminentium, non præsentium. *Scalig. de Emendat. Temp.* VI. *p. m.* 254.) haud præexstitit, quomodo magi *intra dies* XIII. (quod ipsi illi Authores defendunt: nisi quod *Salianus*, sibi non constans, jam minus diebus XL. seu purificationis, *ad Ann. Chr.* I. *n.* 34. Jam trimestre, *ad Ann. cit. n.* 4. assumat,) comparere potuerunt? An enim intra tam paucos dies, magi & necessariis instrui, & ex oriente, (esto vel camelis, quorum celeritatem ex fugâ Zenobiæ *ap. Vopisc. in Aurelian.* frustra captat Gordonus *in Matth.* II. *v.* 13.) terrâ advolare, & Hierosolymam totam turbis implere, & ibi examinari, *Matth.* II. 3, 4, 7, 8. potuerunt? ex *Oriente* dico, tantô itinere: nempe ex *Cappadocia*, *Mesopotamiâ*, aut *Persiâ* (ubi *Magi*, per *Strab. Geogr.* XV. XVI. *Appian. de Bell. Syr. p. m.* 78
125. *Philon. de spec. legat. Plin. Histor. Natur.* VI. *c.* 26.) Et sic minime ex *Arabiâ*; cum Baron. *ad Ann. Chr.* I. *n.* 31. Bzov. *Hist. Eccles.* I. *p.* 11. *n.* 5. Langio, *de Ann. Christ. p.* 366. & aliis, post Justin. *in Dialog. cum Tryphon.* Tertullian. *l.* 3. *contr. Marcion.* Cyprian. *de Oper. Card.* Epiphan. *in comp. Doctr. &c.* Magos enim in *Arabiâ* fuisse, testibus nondum idoneis compertum. *vide Casaubon. Exercit.* 11. *sect.* IX. *p. m.* 182. Dico: *Idoneis.* Nam *Patres* recensiti, qui hoc statuunt, non dicam seris seculis vixerunt; sed ex *Prophetiâ Bileami*, temere ad hoc credendum sunt inducti. *Langius* errat, cum ex *Plin. l.* XXV. *c.* 3. Magos in Arabiâ præsumit. Nam *illô locô Plinii*, ejus rei neque vola, neque vestigium est. Meminit quidem Plinius. *l.* XXX. *c.* I. *Hippoci* cujusdam, Arabis magi: Sed an ille in *Arabiâ*, an vero in *Persiâ*, (ubi haud dubie artem didicit, sicut illic ei prima origo, & maximus honos &c.)
magiam fuerit professus, in incertô est. *Thus*, *myrrha* &c. etiam alibi quam in *Arabiâ*; saltem *per permutationem.* Strab. *Geogr.* XVI. *Conf. Ezech.* XXVII. 79
22. *Esa.* LX. 6. *Certe arbor thuris* sata & in Carmaniâ. *Plin. Hist. Nat.* XII. *c.* 14. & *myrrha* etiam Indica & Trogloditica. *id. l. cit. c.* 16. 13. Breviter: *Arabia* veteribus in genere alia ἀρωματοφόρος, & ea versus *austrum*; alia ἔρημος (sub quâ, nî fallor, *Petræa*,) versus *boream. Strab. Geogr.* XVI. *Stephan. de Urbib. in Arab.* Ex *neutrâ* hoc modô venissent *Magi*; ut quæ fuisset seu πρὸς ἄρκτον, seu πρὸς νότον: magi vero *ex Oriente* accesserunt. Quomodo magis se implicat Bzovius *loc. allegat.* cum magos *ex Sabâ* trans Arabiam deducit. nam Regina *Sabæ*, I. *Reg.* X. 1, 2, *seq.* Regina *Austri* est. *Matth.* XII. 42. *Luc.* XI. 31. Et Scheba, *australis*, respectu terræ Israël. *Aben Ezra in Dan.* 11. 6. Imo: *Sabæi*, gens *Arabiæ desertæ*; quæ προσάρκτιος, seu πρὸς
ἄρκτον συνάπτουσα τῇ συρίᾳ. *Strab. & Stephan. loc. cit.* 80
Et quanquam hujus *angulus aliquis*, (nempe excurrens è *Peræâ* &c. *Joseph. Bell. Jud.* III. *c.* 2. aut *Asphaltite. Plin. Hist. Nat.* V. *c.* 16.) esset Judææ *orientalis*; (de quô, aut falso, loquitur *Tacitus*, *Hist.* V. *c.* 6. cum *Judæam ab Oriente terminatam Arabiâ, scribit*;) tamen quia *Matthæus* utitur voce ἀνατολῶν, planum est eum designare locum *totum & toti Judææ Orientalem.* Qualis utique alius, hoc est: remotior, quam *Arabia.* Ideoque, si Magi ex *longinquô* profecti tamen venerint intra *dies* XIII. necesse est prius *Stella* se ostenderit, quam in lucem puer fuit editus. *Deinde*: cum Matthæus, *c.* 11. 16. inquit: Καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας, τοὺς ἐν Βηθλεέμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς, καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν Μάγων. *&c.* quis non *simplicem hunc sensum* accipit, 81
quod carnificina fuerit exercita in bimulos, (porro, & non retro,) numeratos à tempore, quô diluxit sydus? Secundum quem etiam potest dari *ratio*, ob quam *bimulis minores* trucidati sint. Scilicet: quod intrâ *biennium*, hoc est; ortum ἀστέρος, & *Epiphaniam*, oporteret natum eum, qui quæreretur; & sic inter cæsos deprehendi. Quæ *ratio* in ipsorum sententiâ, prorsus nulla est: Quando hîc recte locum habeat, quod si Christus exacte bi-

bimulus, *Minores bimulis*, tanquam in quibus nul-
la suspicio, ad supplicia exquiri non potuerint.
Cavillatio est, quod Herodes majoris cautâ securi-
tatis, æque hic *tempus*, ac *locum*, Matth II. 16,
5, 8. supergressus sit. Nam qui scivit Christum
Bethlehemi nasciturum, non statim scivit eum inde
in loca alia non iri deportatum, postquam natus
esset: & sic *rationem* habuit eum non solum in ur-
be *Bethlehemô*; sed & *in viciniâ* quærendi. At qui
scivit tempus nati Christi, (si hoc quidem cum
82 *Cometâ* incidit,) extra illud, & inter ante natos,
quærere eum, nisi stolidus, non potuit. Aut ve-
ro quis mallet cum *aliis* jocari; quod Herodes cre-
diderit satellites potuisse decipi, ut *puerum bimum*
pro *necdum menstruô* supponi sibi paterentur, &
hunc ab illô, *præ staturæ æqualitate*, certo satis
non valuerint discernere? Utrum vero, in his, an
iis, qui hoc ipsis tribuerunt, *glaucoma* fuerit, pu-
to manifestum esse. Nam nos recta ex his tricis
pergimus. Superest vero priusquam hinc discedа-
mus, ut paucis etiam respondeamus iis, qui pro
Epiphaniâ Quadragesimali pugnant. *Primum argu-
mentum* invenio desumptum ab *Aoristis Matthai*,
cap. II. v. 1, 2. γεννηθέντος, & τεχθείς. Illud τεχθεὶς,
inquit *Scaliger de Emendat. Temp.* VI. *p. m.* 254. non
διετὲς παιδίον, sed ἀρτιγενὲς significare, non nega-
bunt, qui vel mediocriter Græce sciunt. Et addit
Casaubonus, *Exercit.* II. *s.* IX. *p. m.* 178. (quem se-
quitur *Langius de ann. Chr. p.* 366) Illud primum,
83 *ait*, observemus: dixisse Euangelistam γεννηθέντος,
non γεγεννημένου. *Hoc* de perfectâ multô etiam an-
te actione recte usurparis; *illud*, de paulo ante per-
fectâ, & adhuc quasi pendente. *Participii aoristi*
eam vim esse, ut simul denotet *celeritatem adven-
tus*. sicut aliud est: ἰωάννου τρωθέντος, ἦλθεν ὁ ἰατρὸς,
aliud ἰωάννου τετρωμένου &c. Ego vero illud firmiter
inde sequi non intelligo. Nam tempus ἀόριστον,
Græcis ideo dicitur ἀόριστον, quod præterita ejus
significatio incerta sit, *paulóne ante*, *an multo*, res
præterierit. *Institut. Græc. in Oper. Reg.* Imo ve-
ro secundum *alios*, & ut res loquitur, ideo ἀόριστον
est, quod non modo *temporis præteriti*, (etsi illud
sæpius, & ordinarie) sed & *præsentis*; ut *Matth.*
XXIII. 2. *Luc.* I. 47. & XV. 16. *Joh.* I. 12. imo *futu-
ri*; ut *Joh.* VIII. 58. & XI. 56. & XV. 6. *addatur
Marc.* XIV. 30. *Luc.* II. 26. *Joh.* IV. 49. habet signi-
84 ficationem. Certe cum Judæi dicunt: τεσσαράκον-
τα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναός. *Joh.* II. 20. Aoristus
ᾠκοδομήθη non potest designare templum *paulo ante*
exædificatum. Nam qua potiorem substantiam du-
dum sub *Herode*, annô scilicet regni ejus XXVII.
fuit fabrefactum *Ant.* XV. *c.* 14. & qua exquisitam
consummationem adhuc etiam sub manu fuit: ab-
solutum scilicet diu post sub Florô. Nam ἤδη τότε
καὶ τὸ ἱερὸν τετέλεστο. *Ant.* XX. *c.* 8. Adhæc: cum Iso-
crates, *princip. Panegyric.* inquit: πολλάκις ἐθαύμασα
τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶ-
νας καταστησάντων, &c. *Aoristi*, συναγαγόντων, & κα-
ταστησάντων, actionem noviter factam, aut adhuc
pendentem non insinuant: cum *Ludi gymnici*, non
tum primum, sed *multo ante à majoribus* fuerunt
instituti. Unde & *Scaliger* Aoristis hisce ita diffi-
dit, ut postea palinodiam cecinerit, & *magorum
85 adventui*, mortique Herodis *annum* Christi *secun-
dum* attribuerit. Scribit enim *in Animadvers. p.* 160.
*Matthæus aperte dicit Herodis jussu pueros à bimatu
& infra interfectos fuisse, postquam ex Magis tempus
nati Messiæ exquisivisset. Bimulo igitur proximum
pronunciarant, & ab ejus natali ad eam diem bien-
nium, aut paulo minus interfuisse.* Hæc ille. Ut
ita, quid ex *Aoristis*, etiam *participiorum*, possit
colligi, notorium sit. (Quanquam *Nos* puerum
propius *annuum*, quam complete διετῆ statuimus:
& sic actionem non ita diu ante præteritam defen-
dimus.) Neque enim quia Matthæus *cap.* II. *v.* I.
magorum adventum nativitati Christi proxime sub-
jicit, ideo etiam proxime sic contigit. Nam Mat-
thæus *seri biennii* lacunam habet: saltum faciens a
nativitate ad Epiphaniam, & *Lucæ* intra id tempus
gesta, *circumcisionem* scilicet, *purificationem*, & *iter
in Nazareth &c.* relinquens. De quo Epiphanius,
l. 2. *contr. hæres.* 51. *Matthæus*, inquit, *ubi recen-
suit quod natus sit in Spiritu S. & conceptus sine viri* 86
*semine, nihil de circumcisione dixit, neque quidquam
ex iis quæ facta sunt circa ipsum ante* (potius, intra)
duos annos: sed exponit adventum Magorum &c. *ut
non sit hoc tempus de quô Lucas tractavit. Sed Lucas
ante* (potius intra) *duos annos facta narrat. Mat-
thæus vero ubi dixit de nativitate transilivit ad bien-
nale tempus* &c. Hæc Epiphanius. Insistit Casau-
bonus, *loc. cit. p.* 180. Non multo post nativita-
tem advenisse magos, declarat locutio Euangelistæ,
inprimis autem illud ἰδού. Idem urget & Salianus,
in Annal. At particulæ הן, seu הנה, vel ἰδού,
asterismi tantum Spiritus S. sunt, quibus *attentio-
nem excitare*, & *rem evidentem demonstrare* vult. Sic-
ut *Gen.* I. 29, 31. & XII. 8. & XXIIX. 15. & XXIX. 2, 25.
Esa. LVIII. 9. & LXV. 1. *Matth.* XXV. 6. *Joh.* I. 29.
Act. I. 10. *&c.* tantumque abest, *rem nuper factam*
semper inferrent, ut etiam sæpe *rebus demum futu-
ris* adhibeantur. *Psalm.* XL. 8. *Esa.* VII. 14. *Zachar.*
IX. 9. *Matth.* I. 23. Quin & interdum *explendi* tan- 87
tum *gratiâ* semiotiose adsciscantur. *confer Glass.
Grammat. Sacr. l.* I. *tract.* 3. *can.* 4 & *l.* 3. *tract.* 5.
canon. 15. Denique, ita insurgit Scaliger, *lib. cit.
p. m.* 256. magi in oppidô Bethlehem puerum Ie-
sum adorarunt. Quod si in oppidô Bethlehem,
ergo intra purificationem. Nam eo Maria, (*ad-
dit Langius loc. cit.*) post purificationem minime
reversa fuit. *Luc.* II. *vers.* 39. *Respondeo:* Fuga con-
tigit ex Bethlehemo; ergo Maria post purificatio-
nem fugiens, etiam post purificationem Bethlehe-
mi fuit. *Minor* probatur. Quia inde jussa est Ma-
ria fugere ubi erat periculum ab Herode. Jam ve-
ro *Bethlehemi* tantum erat periculum, quia ibi He-
rodes à Scribis audiverat Christum nasciturum:
Sicut ibi etiam cædem instituit. *Matth.* II. 5, 16.
Ut si *Maria* post purificationem tantum fuisset
Nazarethæ, *Luc.* II. 39. fugâ minime habuisset o-
pus, cum illic Herodes pueros nullos fuisset occi-
surus. Manifestum est ergo *Mariam* post purifi- 88
cationem, ex *Nazareth* reversam *Bethlehemum*.
Non repetam, quæ supra fuerunt adducta: scili-
cet, quod *Matthæus*, cap. II. 13. *Parentum fu-
gam*, *Magorum discessui proxime subjiciat.* Ut quo-
modo *hic* ex *Bethlehem* factus; ita & *illa*. At oc-
currit Scaliger, *loc. cit.* Quid faceret mulier ad-
vena deinde Bethlehemi in diversoriô? Plures il-
lam cantilenam canunt. Quasi si nobis *ratio* non
suppeteret, res propterea non potuit esse facta. At
neque omnis *ratio* deficit. Nam quid si Virgo *ex
domô Davidis*, semel visô Bethlehemô, & forte,
(quid enim impedit?) illic consanguineis repertis,
maluerit postea habitare *in Urbe Davidis*, *Bethlehe-
mô*, Luc. II. 4. quam *in Galilæâ?* Certe, nisi lares
in *Nazareth* reliquisset, & migrasset *Bethlehemum*,
antequam fugisset, reversa demum, non conten- 89
disset in *Judæam*; sed in *Galilæam*, ad domum
suam. Atqui vero petiit *Judæam*; & eam primo
habuit in animô. *Matth.* II. 21, 22. Ut clarum
sit eam, relictâ *Nazareth*, illic rerum suarum se-
dem jam ante posuisse. *Denique:* Si nulla alia *re-
ditus in Bethlehem* ratio dari posset, una hæc suffi-
ceret, quod Maria eo Numinis instinctu rediisset,
ut *Magos*, (alibi quam in *Bethlehem* Puerum ne-
scientes quærere) illic opperiretur. Secus enim
Magorum iter, & tam illustre *Gentium vocationis*
proludium, fuisset irritum; & *Puer ipse*, honore
suô, tamque insigni, caruisset. Atque ita *objecti-
nibus etiam Adversæ partis* fuit responsum, & sen-

tentia *Eusebii*, de *Annô Epiphaniæ* vindicata, at-
que illustrata. Quam miror Doctos ita insectari.
Quasi non foret ex Divinâ nemesi, ut *infanticidium*
Herodi scelerum supremum esset, & ut illud *μά-*
90 *στιξ θεήλατος* mox sequeretur: aut quasi non esset
Scripturæ satis, ut *Magi* essent *Gentium primitiæ*,
etiamsi illud non statim; sed demum *secundô Christi*
annô fieret: aut quasi non possent *menses aliquot* sa-
tis esse ad *exilium Ægyptiacum &c.* Nobis, ut quæ
simplicem *Dei Amanuensium* literam & narrationem
sequitur, nihilque habet contrarium præter *quorun-*
dam παραδόσιν, digna visa est, quæ æquius acci-
piatur. Cum omnibus aliis rationibus subductis,
utique magis fuerit harmonica, quam quæ aut ge-
sta hæc fingit, antequam vere Christus in hanc
lucem prodiit: aut quæ *intra duos menses*, nativi-
tatem, circumcisionem, Epiphaniam, purificatio-
nem, infanticidium, pluraque, non tam colligit,
quam confundit. *Eusebio* equidem suos esse nævos
non inficiamur; sed simul etiam suademus ὑπείκειν;
& ut ipsi, qui in multis profuit, eodem liceat uti
jure, quô utuntur alii ex *Patribus*. Quorum uti-
que sententias haud odimus, nisi commode exponi
nequeant.

91 8. *Doris.*] *Δωρὶς.* Josepho, *Ant.* XIV. *c.* 21. etiam
Dores. Gorionidi *l.* 5. *c.* 27. 32. *Dositheah.* Hegesippo
autem *Excid.* 1. *c.* 28. *&* 36. per errorem *Dosis.* Si
non is potius error est *Amanuensium.* Quod ele-
menta r, & s, simillima, *scriptione* maxime *Lon-*
gobardicâ, posterioris ævi Librariis facile confundi
possent. *Cornel. Gualther. in not. ad Hegesipp. p.* 71.
Genere fuit, non *Idumæa*, (ut Salian. *Annal. Tem.*
VI. *p.* 797. & Typograph. *in nostr. Genealog.*) sed ex
indigenis: Joseph. Bell. Jud. 1. *c.* 10. & ea quidem
Hierosolymitis Joseph. Bell. Jud. 1. *c.* 17. *Hegesipp.*
Excid. 1. *c.* 36. non ignobilis. *ἁλώσ.* 1. *c.* 10. Hero-
des quidem eam sibi privato nuptam, postquam
regnum, & Regia sponsa in manus venissent, di-
misit; sed cum *filii Mariammes*, insolentius se ge-
rere, & matris necem non lugere modo, sed &
ultum ire velle viderentur, Herodes iis frontem ut
minueret, *Dorin*, suumque ex eâ filium, propere
92 accersit, & in aulam recipit, *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 6.
Bell. Jud. 1. *c.* 17. communicatis omnibus cum ipsa
consiliis. *Ant.* XVI. *c.* 11. *Bell.* 1. *c.* 17. Sed ea
tamen spem elusit: dum turbandis rebus quam sa-
nandis melior, filio potius operam impendit, non
in iis modo, quos corrigere sperabatur, hoc est:
Mariammæis, opprimendis; sed & *ipso Herode*,
(cujus senectus tædio esse cæpit,) evertendô. Ad
quod audacter dum affectat viam, & non modô
ipsa in Herodis hostium, (*Pheroræ mulierum*) fre-
quens est consortiô; sed & scelesto suo filio *Anti-*
patro, Pheroræ Uxorem stuprô conciliat, quo per
eam *Pheroras*, (cujus societas erat necessaria) tan-
to magis in potestate esse posset: re detectâ per
ancillas indices, quæ culpam graviter in ipsam re-
ferebant, multorum talentorum donatô sibi mun-
dô spoliatur, & ex Regiâ extruditur. *Joseph. Ant.*
XVII. *c.* 3, 6, 7. *Bell. Jud.* 1. *c.* 17. 19. *Hegesipp. Ex-*
cid. 1. *c.* 43. 44. Ita hæc fæmina turbulentis mo-
ribus, se & suos temere subvertit. Errat Nice-
93 phorus *Hist. Eccles.* 1. *c.* 6. cum hanc *Dorin* non
modo genere *Arabem* facit; sed & eam exstinctam
asserit, antequam Herodes *Mariammen* duceret: οὗ
id est ὑρκανοῦ,) τὴν θυγατέρα Μαριάμμην τῷ Ἀριστο-
βούλῳ γεγεννημένην, μετὰ μόρον τῆς ἐξ Ἀράβων γυναικὸς ὁ
Ἡρώδης ἠγάγετο. Ubi etiam illud notabis, quod *Ma-*
riammen vocet *filiam Aristobuli.*

9. *Mariamme Hircani.*] Gorionidi *Marime:* Ruf-
fino *Mariame:* Thalmudistis *Tzemach David*, *Me-*
rime. Formâ, *Joseph. Ant.* XV. *c.* 2. & genere, ne-
mini secunda. (Erat enim Aristobuli Regis; ex fi-
liô Alexandrô, & Hircani pontificis ex Alexandrâ
neptis. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 25. *&* XV. *c.* 2. *Bell. Jud.* 1.
c. 10. *Hegesipp.* 1. *c.* 36. & hinc dicta *Βασίλισσα. Bell.*
Jud. 1. *c.* 17. 20. *&* VI. *c.* 6.) In alienis provida. *Jo-*
seph. Ant. XIV. *c.* 25. & *γυναικῶν συνετωτάτη. Joseph.*
Bell. Jud. 1. *c.* 11. in suis temeraria. Nam cum il-
lam Herodes ita deperiret, ut se mortuô, eam,
(ne quis alius ejus compos fieret,) occidi vellet.
Joseph. Ant. XV. *c.* 4. 11. *Bell. Jud.* 1. *c.* 17. *Hegesipp.* 94
Excid. 1. *c.* 37. ipsa tamen, amorem odiô temere
compensans tanto magis ei se opposuit. *Zelotypiam*
certe ei injecit, *tum* quod Anthonio effigiem suam
per matrem miserit: (ipsam se quasi offerens ho-
mini stupris dedito, & qui vim inferre posset,)
tum quod Herodi per iram objecerit, quod custo-
dibus mandasset, ut cum ipsô eam interficerent.
Vide supra Num. 4. Nam Herodes putavit *Ma-*
riammen iis secretum illud minime elicuisse, nisi
prius corpus eis subdidisset. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 24.
11. *& Bell. Jud. loc. cit. ut & Hegesipp.* Quâ in re
etsi ille erraret; ipsa tamen, dum apud hominem
suspicacissimum ea tacere nescit, occasionem præ-
buit. Gliscente hac simultate, cum *Mariamme*
simulandô, & vel postea se reprimendô, rem in
integrum reducere potuisset: (maxime postquam
maritum facilem, & amoribus suis deditissimum
haberet) tamen tantum abfuit hoc faceret, ut et-
iam multo se præbuerit ferociorem, & cum non 95
ad condonandum modo; sed & ad oscula & am-
plexus sese offerentem temere repulerit. Fratris,
& avi nece ipsi exprobratâ. Quod, (cum alia ut-
cunque ferret) ita eum movit & offendit, ut vix
sibi temperarit manus. Animum ita præparatum
& exulceratum, adhuc acrius incendit *Salome.*
Nam ea volens ulcisci injurias sibi & matri factas
per jurgia, (*Vide Num.* 4.) cognitô Regem in fer-
mentô esse, callide quendam ex Pincernis intro-
mittit, jussum dicere: *Mariammen secum transigere*
voluisse, ut pharmacum aliquod sibi incompertum, Re-
gi locô amatorii ministraret. Herodes venenum fuis-
se ratus, nec jam amplius sui compos, cogi Con-
cilium, & uxorem in jus duci præcipit. In quô
partibus auditis & sententiis collatis, etsi Rex ipse
accusator staret, pœna tamen gravior *carcere* haud
fuisset decreta, nisi *Salome*, vetus malum iterum
intervenisset. Nam hæc quique cum eâ erant, 96
metum injecerunt; *quasi Populus, id si foret, re-*
bellaret. Itaque denuo latis suffragiis Mariamme
capitis damnata fuit. *author. alleg.* Thalmud addit,
præcipitiô exstinctam, & funus ejus *septem annos* as-
servatum. ita enim verba habent ex Librô בבא
בתרא *Capite* השו תפין: הרודס עבדא דבית
חשמונאי הוה נתן עיניו באותה תינוקת יואמא
הד שמעיה להחוא גברא דאמר כל עבדא דמריד
השתא מצלח קם קטלינהו לכולהו מרותיה
ושיירה להחיא ינוקתא כי חזית ההיא דקאבעי
למינסבא סליקא לאיגר׳ ורמ׳ קלא אמר׳ כל מאין
דאתי ואמ׳ [עין יעקב in בבא בתרא legit דייתי
דיימר] מבי׳ חשמונאי קאתינא עבדא הוא הלא
אישתיירא מנייהו אלא ההיא ינוקתם וההיא
ינוקתא נפלה מאגרא לארעא טמנה שבע
שנין בדובשא איכא דאמרי בא עליה איכא 97
דאמרי לא בא עליה אמרי לה בא עליה הא
דטמנה דליכבשיה ליצריה ואמרי לה בא עליה
תאי׳ ודטמנה כי היכי דנאמרו בת מלך נסב:
Herodes servus fuit ex domô Chasmonai, *&* dedit
oculos in illam puellam: (*Galatinus, De arcan. Ca-*
thol. Verit. l. 4. *c.* 6 audacter adsuit: *Dedit oculos in*
quandam puellam de eadem domô & familiâ, quæ Me-
rime vocabatur. Prout ille *magnus Plagiarius*, &
laborum *Raymundi Martini* fucus multa loca pessi-
me corrupit.) Quodam die audivit sibi virum, (Li-
ber בית ישראל alias עין יעקב in *Bavâ Bathrâ*, *le-*
git: בת קלא *filiam vocis:* Quod & retinet *Galatin.*
cum *Raymundô* Præceptore suô, *Pugion. Fidei. p. m.*
255.) dicentem: Omnis servus, qui nunc rebella-
vit, prosperabitur. Surrexit *ergo*, *&* occidit omnes
do-

dominos suos, (Galatin. de suó addit: *omnesque fi-*
98 *lios dominorum suorum.*) relictâ illâ puellâ. (Galatin. & Raymund. *ut eâ mediante affinitatem contraheret.*) Hæc *autem* quia vidit, quod *Herodes* peteret eam *sibi in uxorem*, ascendit in altum, (Galatin. & Raymund. *turrim*,) & vocem elevavit dixitque: Omnis qui venerit & dixerit, de domô Chasmonai venio, servus est. Ille *enim* (*Herodes*) non fecit de eâ reliquum, præter illam puellam. *At* puella illa cecidit ex altô in terram. (Liber בת ישראל *loc. cit.* habet: תיפול ותימות השתא ונפלה לה ומתה *Cadet & morietur nunc, & cecidit sponte & mortua est.*) *Et Herodes* occultavit, (*condivit*) eam septem annos melle. (non *Balsamô*, ut vertit *Galatinus*. Nam & *melle* condire solitum: prout corpus *Aristobuli Regis* ἐν μέλιτι κεκηδευμένον. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 13. *Mellis* enim natura, ut corpora non sinat computrescere. *Plin. Hist. Nat.* XXII. *c.* 24.) Sunt qui dicunt, venit ad illam; (cogno-
99 vit eam, vel duxit eam in uxorem:) sunt qui dicunt, non venit ad illam. Qui dicunt quod venit ad illam, hoc *assumunt pro ratione*, quod occultaverit eam, ut cohiberet cogitationes suas. (mitigaret funeris præsentiâ dolorem. *Pugio fidei p.* 255. vertit *ut compesceret concupiscentiam suam atque libidinem.* minus congrue aut ad rem.) Qui dicunt quod non venit ad illam, hoc *prætendunt*, quod occultaverit eam, ut diceretur filiam Regis accepisse. בית ישראל legit: כי היכי דניפוק ליה שם דנסיב בת מלכא ut *fama vel nomen exiret, quod filiam Regis acceperit.* quasi voluerit videri accepisse; ut ipse servus cum esset, dignitatem sibi hóc matrimonió conciliaret.) Hactenus *Thalmudistæ*. Sed qui inter vigilandum somnient. Quanquam enim *Flavius* genus supplicii non referat, tamen satis stat Judæorum genti *præcipitium* inter supplicia non fuisse: saltem ordinaria. Et cum Herodes *Ma-*
100 *riammen* carceri includere non auderet, populi causâ, & ne fieret tumultus; multo minus passurus fuisset, ut ea ex turri ad populum sic concionaretur: quæ spectaculó tam miserandô plebem magis commovere potuisset. Imo vero *Flavius*, *loc. cit.* author est, eam ex magnitudine animi dum iret ad supplicium, ne verbum edidisse, & ne quidem matri, quanquam non modo verbis incessenti; sed & crines involanti respondisse. Taceo plures alias ineptias: Quasi *Merime* ideo se deturbasset, quod Herodes eam in Uxorem petiisset: aut quasi in ejus manum eam convenisse dubium sit. cum potius constet eam solenniter in nuptias ejus consensisse: *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 23. 25. 27. & plures liberos ex eô sustulisse. Ut nihil certius sit, quam *Thalmud* fingere, & *Mariammen* aliter exstinctam quam per præcipitium. certe *Herodi* conjugatam etiam refert Tzemach David. *in part.* 1. *millenar. quart. ad ann.*
101 724. ולקח הורדוס לו לאשה את מרימי בת אלכסנדר בן אריסתובלוס והיא בת בתו של המלך הורקנוס: *Accepit Herodes sibi in uxorem Merimen, filiam Alexandri filii Aristobuli: quæ erat neptis Hircani Regis.* Hæc ille. quanquam de *jure istarum nuptiarum* dubitari possit secundum Majemonid. *Tract. Isure biah. cap.* 12. מצרי ואדומי אחד זכרים ואחד נקבו״ דור ראשון ודור שני אסורין לבא בישראל ודור שלישי מותר שנ״ בנים אשר יולדו להם וכו׳ *Quod inquit ad Ægyptios & Idumæos attinet, sive mares, sive fæminas, in primâ & secundâ generatione cum Israelitis affinitatem contrahere non possunt. In Tertia vero generatione licet. Juxta illud Deuter.* XXIII. 6. *Filii qui nascentur eis in tertiâ generatione ingredientur Ecclesiam Dei.* cæterum *Mariammes* necem sceleris pænitentia, & digna Dei ultio mox subsequuta est. Rex desideriô ejus noctes diesque assiictim cruciatus, & in eam etiam
102 lapsus vecordiam ut quasi vivam per ministros advocaret, cum affectus pertinacissimi discutiendi causâ, frustra varia remedia tentasset, & in avia etiam procul hominum commerciis secessisset, tandem in morbum incidit gravissimum: per quem non modo mentis integritatis; sed & vitæ adiit periculum. Restitutus tamen præter exspectationem, aliis gravibus plagis mox excipitur. Nam furiis quasi ultricibus impulsus, proximos quosque aut offendit, aut occidit: totâ domô versâ in discordiam, & animum ejus, turbis odiisque, supra quam potest dici, affligente. Exorta & pestilentia, quæ majorem populi partem abstulit. Ut iratô Deô *Mariammen* interfectam, tandem tot malis victus, sat didicerit. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 11. *Hegesipp. Excid.* 1. *c.* 37, 38. Turris *Mariamme*, inter omnes pulcherrima exstructa ab Herode, describitur apud *Flavium*, *Lib.* ἁλώσ. VI. *c.* 6.

10. *Mariamme Simonis.*) Ita dicta ad differentiam 103
Mariammes Hircani: de quâ *Num.* 9. *sive præcedent.* Filia fuit *Simonis Boëthi*, Sacerdotis cujusdam Hierosolymitani: quem *Herodes*, ut Regiâ affinitate dignus esset, dejectô *Jesu*, *Phabetis filiô*, ad pontificatum extulit. Cæterum, hæc *Mariamme*, corporis venustate, quâ inter omnes Hierosolymis excelluit, Herodem ventri & veneri deditum ita cepit, ut ab eô in uxorem expetita sit. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 12. Sed fortuna illa solida non fuit. Nam cum indices conjurationis Antipatri, eam etiam inter conscios nominassent; quod insidias vitæ Herodis structas dissimulasset, & non indicasset, aulâ (uti *Doris*,) est expulsa. Quanquam in eô *Doride* infelicior, quod suâ unius culpâ, etiam *Patrem*, & *Filium*, (insontes) pessumdederit. Quorum scilicet *ille* fuit ab officiô remotus: *hic*, abdicatus, & è testamentô, (in quó post *Antipatrum* regni successor fuerat scriptus) erasus. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 4. 6.
Bell. Jud. 1. *c.* 18. 19. *Hegesipp.* 1. *c.* 43. postea tamen 104
rarô exemplô tres Mariammes hujus *fratres*, stolâ Pontificiâ donati sunt. Nempe *Joazarus*; *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 8. fortunæ ἄθυρμα: (semel enim eum Archelaus, *Ant.* XVII. *c.* 15. secundum etiam Quirinius, *Ant.* XIIX. *c.* 3. deposuerant.) Joazari frater, *Eleazarus*; sed brevissime. *Ant.* XVII. *c.* 15. Et (tertius) *Simon Boëthi* seu *Cantheras*. *Ant.* XIX. *c.* 5. Dico: *fratres*. Nam *Mariammen* fratres habuisse constat ex *Antipatri conjuratione*: sub quâ torti. *Joseph. Bell. Jud.* 1. *c.* 19. & diserte *Joazarus*, frater *Eleazari*, per *Ant.* XVII. *c.* 15. vocatur ἀδελφὸς ἦ γυναικὸς Ἡρώδου. *Ant.* XVII. *c.* 8. Imo vero, dicet quis: Joazarus, *Ant.* XVII. *c.* 15. & XIIX. *c.* 1. & Simon Cantheras, *Ant.* XIX. *c.* 5. vocantur *filii Boëthi*: *Patrui* ergo, & non *Fratres* Mariammes sunt. *Respondeo*: enallagen esse *filii* pro *nepote*: qualis passim. Ita enim *Matthias*, Assamonæi pronepos ex Jo-
hanne, *Ant.* XII. *c.* 8. vocatur ἀσαμωναίου υἱός. *Bell.* 105
Jud. 1. *c.* 1. & *Ant.* XIV. *c.* 8. *in titul.* Mariamme ut plurimum vocatur Hircani, & Hircani filia. *Bell. Jud.* 1. *c.* 11. At Hircanus πάππος, & hæc ejus υἱωνή. *Joseph. Bell. Jud.* 1. *c.* 17. seu θυγατριδῆ. *Ant.* XIV. *c.* 21. *Bell. Jud.* 1. *c.* 10. id est; neptis ex filiâ. *Ant.* XIV. *c.* 25. 26. Ut Aristobulus frater Mariammes, dicitur Hircani filius: & Agrippa, Herodis *Euseb. Chronic. p.* 156. Ita Tiberius junior, & Cajus, non solum *Ant.* XIIX. *c.* 8. appellantur *fratres*; sed & Tiberii Imperatoris τέκνα, cujus tamen fuerant *nepotes*: ille scilicet ex filiô *Drusô*; hic ex *Germanicô* &c. Ubi etiam *Germanicus* vocatur *frater* Tiberii, qui ipsi ex *Drusô fratre* nepos fuit. Simile est, cum ἀδελφὸς, pro voce ἀδελφιδοῦς accipitur. De quó *Num.* 39. υἱωσις enim tam late extenditur ut *naturâ*, *adoptione*, *affinitate*, *successione in regnum vel privatam hæreditatem &c.* esse possit *Casaub. Exercit.* 1. *p. m.* 95. At inquis, probandum non quod esse possit, sed quod hoc lo-
co revera ita sit. Ego vero id probare certus sum. 106
Nam primô, *Joazarus*, frater uxoris Herodis di-

 ctus,

ctus, *Ant.* XVII. *c.* 8. id est *Mariammes Simonis:* & sic eundem, quem *Mariamme*, habuit Patrem: *Simonem* scilicet *Boëthi*, non *Boëthum*. De *Simone Castherâ*, res est eadem. Dicitur enim is *Patrem*, *duosque Fratres, summos habuisse Pontifices; fuisseque illius Boëthi filium, cujus filiam in Uxorem Herodes M. duxisset.* Verba *Flavii* sunt, *Ant.* XIX. *c.* 5. Ἀγρίππας θεόφιλον μὲν τ' ἀνάτυ τῆς ἀρχιερωσύνης μετέστησε, τῷ δὲ Βοηθοῦ σίμωνι, τούτῳ κανθήρας ἐπίκλησις ἦν, τὴν ἐκείνου προσένειμε τιμήν. δύο δὲ ἦσαν ἀδελφοὶ τῷ σίμωνι, καὶ πατὴρ βοηθός, οὗ τῇ θυγατρὶ βασιλεὺς συνῴκησεν ἡρώδης, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται. σὺν τοῖς οὖν τὴν ἱερωσύνην ἔσχεν ὁ σίμων, καὶ σὺν τῷ πατρὶ &c. Hæc *ille*. Ut cum *Boëthus* nunquam fuerit *Socer Herodis*, aut *Summus Pontifex;* sed filius ejus, *Simon Boëthi*, per
107 *Ant.* XV. *c.* 12. nec in totâ Pontificum Maximorum serie, alii *Pontifices* possint reperiri, qui *Simonis Cantheræ* fratres esse queant, præter supra à nobis productos; *Boëthum* pro *filiô* sumptum manifestum sit: & *Simonem Cantheram*, dictum *Simonem Boëthi*, sicut *Mariammen Hircani*. Fallit ergo se & alios *Serarius*, cum *Opusc. tom.* I. *Herod. c.* 18. *p.* 241. Simonem cognomentô Cantheram, *Mariammes Patrem vocat;* (fuit enim *frater* ut ostendimus.) & absurde comminiscitur, eum *cum Patre & duobus fratribus ab Agrippâ factum Pontificem &c.* Nam Pater, *Ant.* XV. *c.* 12. & Fratrum alter, *Ant.* XVII. *c.* 8. ab *Herode M.* facti sunt Pontifices. *Alterum* fecit Pontificem *Archelaus*. *Ant.* XVII. *c.* 15. Montacutius, *in Appar.* V. *n.* 75. *p. m.* 192. vult *Mariammen hanc*, præter Herodem, *binas alias sexus fœminei* Herodi peperisse. Sed hoc falsum.

11. *Malthace, Cleopatra, &c.*] De *his quinque*, præter nomina, & liberos quos genuerint ex He-
108 rode, *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 1. *Bell. Jud.* I. *c.* 18. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 42. nihil memini: præterquam quod *Malthace*, quæ & *Marthace*, Joseph. *Ant.* XVII. *c.* 12. (male *Hegesipp. loc. cit.* dicta *Matebates*, & *Gorionidi*, *l.* 5. *c.* 32. *Malthaces*) Romæ, quo filium *Archelaum* ad regnum petendum comitata fuit, ex morbô decesserit. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 11, 12. *Bell. Jud.* II. *c.* 1, 2. & quod *Elpis*, Hegesippo *Helphis* appelletur.

12. *Filia Fratris: Consobrina.*] Harum duarum genus & nomen, non æque disces ex historiâ horum temporum, ac quod fuerint improles, & inter uxores Herodis. *Joseph. Ant* XVII. *c.* 1. *Bell. Jud.* I. *c.* 18. *Prior*, haud dubie fuit filia *Phasaëli*, de quô *Num.* 6. Nam etsi *Flavius* hoc non asserat διαῤῥήδην; tamen cum fuerit ἀδελφιδῆ, *Bell. Jud.* I. *c.* 18. seu παῖς ἀδελφοῦ Herodis, *Ant.* XVII. *c.* 1. aliô quam *Phasaelô* natam haud est consentaneum. Nam *Josepho*, fratrum Herodis alteri, alia soboles quàm *Mariamme* non adscribitur. *Ant.* XVIII. *c.* 7. imo ve-
109 ro hic *Josephus* fuit ἄγαμος. *vid. Num.* 39. *Pherorâ* autem si fuisset prognata, absque dubiô easdem partes, quas *Pater*, hoc est: *Antipatri*, fuisset sequuta: & sic inter sontes conjurationis æque nominat à *Flaviô*, ac aliæ Herodis eidem crimini obnoxiæ uxores, *Doris* scilicet, & *Mariamme Simonis*. *Ant.* XVII. *c.* 6. *Bell. Jud.* I. *c.* 19. Accedit: quod quô tempore, hæc *fratris filia* in Herodis esset thorô, *Pheroræ filiæ* adhuc parvulæ fuerint. Nam *Herodes* despondens earum alteram *nepoti suo ex filiô Alexandrô*, dicitur conjunxisse παίδων τὰς δεξιάς. *Joseph. Bell. Jud. lib. cit. c.* 18. Sicut etiam *Pheroræ filiæ* sub novissima Herodis, adhuc παρθένοι dici potuerunt. *Joseph. Ant.* XVII *c.* 3. Unde & Montacutius, in *Appar.* V. *n.* 75. confidenter eam *Phasaëli* vocat *filiam*. *Posteriorem* dictam *Herodis consobrinam* seu ἀνεψιάν, *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 1. *Bell.*
110 *Jud. loc. cit.* quænam fuerit, ignorare me profiteor. Si sanus esset *Gorionides*, nomen alterius harum foret cognitum. Nam is, *l.* 5. *c.* 32. unam ex *Uxoribus Herodis*, vocat *Ærodiphilon:* quasi *Herodis* φίλην. (non ut *Munsteri* habet versio, *Adrophilon.*) Sed mendacissime. Nam *Herodem* ex eâ 6. *aut* 7. *liberos* habuisse adjicit. Cum tamen *Uxores*, quibus non est nomen apud *Flavium*, fuerint ἄτεκνοι: & reliquarum nulla, aut dicta *Ærodiphilos*, aut tot Herodi liberos pepererit.

13. *Josephus.*] Fratri *Herodi* Parthos fugienti, in vicô Idumææ *Thressâ*, (alias *Ressâ*, ut videtur ex *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 27.) obviam factus, ab eô matri, aliisque familiaribus in castellô *Masadâ* custodiendis est præfectus. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 25. *Bell. Jud.* I. *c.* 11. Sequente Antigonô, & castellum obsidente, cum in eô esset, ut ob aquæ penuriam die posterô transfugeret ad Arabes, Deus ipsius hoc consilium antevertit, dum nocte, post quam voluit discedere larga cælô pluvia caderet, per quam 111
omnes putei implerentur. Miraculum hoc ita ei auxit animum, ut non modo hostem tolerarit; sed & eum erumpendô & audendô, ultro plurimis occisis provocaverit. *Joseph. l. cit. c.* 26. *Bell. Jud.* I. *c.* 12. Ad extremum solutâ obsidione per *Herodem*, qui opportune Româ cum auxiliis advenerat, dum illô proficiscente ad *Anthonium*, exercitui præficitur, & contra mandata pugnat cum *Antigonô*, non procul *Hierichunte*, circumventus angustiis, totô pene cum exercitu opprimitur. Caput ejus, (non corpus, ut perperam habet *Salianus*, *Annal. Tom.* VI. *p.* 793.) præcisum ab Antigonô, *Pheroras* talentis 50. redemit. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 27. At id negat *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 30. cujus hæc sunt verba: *Nec tantô contentus triumphô, addidit etiam victoriæ gravem in defunctum contumeliam, ut abscissô capite relinqueretur: Pro quô Pherora frater perempti quinquaginta talenta obtulit, nec impetravit.* 112
audacter utique. Sed fefellit *Hegesippum* hîc, ut sæpius, versio *Ruffini*, quæ (nequidquam etiam correcta à *Geleniô*,) verba *Josephi*, ἁλώσ. I. *c.* 13. ἀντιγόνῳ δὲ οὐκ ἀπέχρησεν ἡ νίκη, προῆλθε δὲ εἰς τοσοῦτον ὀργῆς, ὥς τε καὶ νεκρὸν αἰκίσασθαι τὸν ἰώσηπον. κρατήσας γοῦν τῶν σωμάτων ἀποτέμνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καί τοι πεντήκοντα τάλαντα λύτρον αὐτῆς φερώρα τἀδελφοῦ διδόντος &c. ita interpretatur: *Antigonus autem victoriâ minime contentus fuit: sed eo processit iracundiæ, ut mortuum quoque Josephum verberaret. Denique nactus corpora mortuorum, etiam caput ejus abscidit, quamvis L. talenta Pheroras frater pretium redemptionis offerret.* Atqui verô φερώρα διδόντος, non est *Pherorâ offerente*, (quod etiam frustratus posset facere,) sed *dante*. Ut *Libri* ἁλώσεως etiam post *Gelenium* adhuc egeant correctione. Cæterum *Pappus* Dux Antigoni, qui *Josephum* suâ manu straverat, ab *Herode* postea in acie occisus est, & caput missum 113
Pheroræ in solatium. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 27. *Bell. Jud. loc. cit.*

14 PHERORAS.] Gorionid. *l.* 4. *c.* 17. *Pherodas.* forte surrepente literâ ד pro ר. ut *Esa.* VIII. 38. 44. fratrum Herodis minimus. Prima edidit specimina bellô *Herodis* contra *Antigonum:* in quô commeatui præpositus, & castellum *Alexandrium* instaurare jussus, rem præclare, & cum laude præstitit. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 27. *Bell. Jud.* I. *c.* 12. *Magistrum* etiam *Exercitus* fuisse, scribit cum *Ruffinô Gelenius.* ἁλώσ. I. *c.* 13. Sed in *fonte Græcô* nihil ejus rei est. Bellô prospere gestô & finitô, *Herodes* eum splendide auxit. Nam & *Tetrarchiam* ei ab *Augustô* impetrâvit, & bona alia ipse addidit, ex quibus ei *centum talentorum*, (summæ circiter *sexaginta coronatorum millium*, *teste Corn. Gualth. in Hegesipp. p.* 170.) reditu annuô, orta est accessio. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 13. *Bell. Jud.* I. *c.* 17. *Hegesipp.* I. *c.* 40. *Tetrarchia* autem illa, sita trans fluvium, (non *Euphratem*, ut *Hegesipp. l. cit. & l.* III. *c.* 3. sed) 114
Jordanum, *Joseph. Bell. Jud.* I. *c.* 17. 19. *Plin Hist. Nat.* V. *c.* 14. alia non fuit, quam quæ inde nomen habuit, *Peræa*. *Joseph. l. cit.* extensa in *longitudine*, à

à Machærunte versus Pellam ; in *latitudine* autem, à Philadelphiâ ad Jordanem. *Joseph. Bell. Jud.* III. *c.* 2. *Hegesipp.* III. *c.* 6. Quam etsi *montibus asperis* diversam asserat *Plinius*, *loc. cit.* ita inquiens: *Arabiæ & Ægypto proxima Peræa, asperis diversa montibus, & à cæteris Judæis Jordane amne discreta &c.* tamen liquet de parte tantum id intelligendum esse; cum alibi habuerit campos mollissimos, vineis lætos, fontibus irriguos. denique : olearum, palmarum, segetum &c. magnâ copiâ feracissimos. *Joseph. & Hegesipp. loc. prox. cit.* Inenarrabile est, *addit Hegesippus loc. cit.* quanto decori sit, cum ventô impulsi palmarum ordines concrepant, ac suaviores solitô funduntur dactylorum odores. Cæterum, Pheroras, relictâ Tetrarchiâ, fere in aulâ
115 apud Fratrem consenuit: totius regni, præter diadema particeps. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 11. *Bell. Jud.* I. *c.* 17. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 40. Ut etiam pro *Herode* absente, Regni curam sæpe gesserit. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 9. Pravorum societas maxime eum obscuravit, & seduxit. Nam diu juxta cum *Salome* & *Antipatrô*, filiis Mariammes opprimendis deditus, *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 6. ad extremum *priore* spretâ & neglectâ, *Ant.* XVI. *c.* 11. contra *Herodem*, cum *Antipatro* moliri cæpit. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 3. *Bell. Jud.* I. *c.* 18. Cum quô non semel odia exercens, *Ant.* XVI *c.* 11. & XVII. *c.* 3. *Bell. Jud.* I. *c.* 17. 18. *Hegesipp.* I. *c.* 40. dum crescente indies diffidentiâ & simultate, coram jubetur, aut Uxorem, (ruptæ inter fratres concordiæ seminarium) dimittere, aut ex aulâ excedere; ultimo paruit, & in *Tetrarchiam* abiit. Post quod tempus brevi morbô corripitur & exstinguitur : venenô, (ut pu-
116 tant) philtri specie, ab Uxore (non matre Antipatri, ut *Montacut. apparat.* V. *n.* 120.) perditus. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 3. 5. *Bell. Jud.* I. *c.* 19. *Hegesipp.* I. *c.* 42. Quanquam alii mortis ejus causam referant in *Herodem* fratrem: *Joseph. Bell. Jud.* I. *c.* 17. (falsus enim *Gelenius*, illic loci, cum *Pheroram* Herodi Reginâ superstite insidiatum transfert : debuit enim sententia converti. prout fecit *Hegesipp. loc. cit.* quanquam *l.* I. *c.* 40. dicat cum *Geleniô*.) alii etiam in *Syllæum Arabem : Hegesipp.* I. *c.* 43. quem *Pheroras* circa *Salomen* offenderat. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 11. confer *Num.* 16. Herodes tamen *Pheroram* mortuum, fletu (seu verô, seu quæsitô) maximô prosequutus est; & funus ejus Hierosolymas deportatum magnifice & sumptuosissime curari ac efferri fecit. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 5. *Bell. Jud.* I. *c.* 19.

15. *Soror Conjugis Herodis.*] Ἀδελφὴ τῆς ἰδίας γυναικὸς ἡρώδου. *Joseph. Bell. Jud.* I. *c.* 17. *Hegesipp.* I. *c.* 40. Ni fallor, soror *Mariammes Simonis :* Quæ
117 κατ' ἐξοχὴν *Uxor Herodis* videtur dici, sive quod inter primas ejus uxores fuerit; sive quod fuerit stemmate Sacerdotali : *Ant.* XV. *c.* 12. & sic inter *novem* illas, quas tum *Herodes* habuit in contuberniô, maxime illustris.

16. *Ancilla.*] Hujus suæ ministræ amoribus *Pheroras* ita fuit inligatus, ut præ eâ non tantum *Puellæ* sibi à Rege oblatæ nuptias contempserit; sed & *ipsas filias Regis*, fortunâ quanquam florentissimas rejecerit. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 11. & XVII. *c.* 1. imo, cum eâ, (siquidem *Herodes* rem non ferret,) clam ad *Parthos* fugere decreverit. Ipse confessus est, se ex amore hujus lapsum in vecordiam, & quid rerum egerit, haud cognovisse. *Joseph. Bell. Jud.* I. *c.* 17. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 40. Cæterum *Ancilla hæc*, Herodem, quem sibi propter nuptias cum Pherorâ parum æquum noverat, modis omnibus impugnare & exagitare cæpit : tractis in societatem *Sorore* & *Matre*, simul suâ & *Antipatri*,
118 (falso Hegesippus, injurias *Dosidi* refert hanc intulisse. *Excid.* I. *c.* 42.) ut & scelerum Capite, *Antipatrô :* à quô stuprô & præmiis expugnata, non modô ipsa *Herodi* se opposuit; sed & maritum pharmacis ad hoc induxit. Atque ita factio coaluit, per quam tota Aula mox concussa fuit. Prima *Salome*, Regis soror, observatis hominum conventiculis & compotationibus, rem suspectam habuit & palam fecit : serio Regem admonens periculi, quod haud dubie inde ei imminebat. Sed conjurati, hanc operam ut eluderent, & tectiores essent, coram inter se simulant discordias; domi autem, aut positi extra arbitros, omni studiô coëunt, & se conjungunt. Donec tandem, cum *Pheroræ Uxor*, manifeste deprehenderetur, non modo *dissidia inter fratres* sevisse; sed & *Regis filias* contumeliose habuisse, imo : rebelles pecuniâ juvisse, (erant circiter *sex millia Pharisæorum*, pro quibus, mulctatis ab *Herode* quod nollent homagium præstare, *Uxor Pheroræ* mulctam solvit, quod 119
quasi futurorum præscii docerent *Herodem* brevi moriturum, & post ipsum *Pheroræ genus* regnaturum &c.) Rex convocatô conciliô, fæminam graviter accusat, & *Pheroram*, eam ut rejiceret, hortatur. Sed ille respondit : Uxorem sibi vitâ chariorem esse, & paratum se potius mori, quam ut ab eâ vellet separari aut disjungi. Quâ pertinaciâ Rex sic est offensus, ut etsi alias esset φιλαδελφότατος, *Joseph. Bell.* I. *c.* 17. eum, uxoremque aulâ mox ejecerit. Sed major fuit *Pheroræ* animus, quam ut illô casu moveretur : cui potius *aula* sic non placuit, ut etiam jurejurandô sanxerit, per vitam Herodis, in eam se non rediturum. Id quod etiam inviolatum præstitit. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 3. 5. *Bell. Jud.* I. *c.* 18. 19. *Hegesipp.* I. *c.* 42. qui tamen falso adjicit, ab uxore divulsum. Cæterum *Uxor*, pro quâ tot mala tulerat, fædam ei gratiam rependit. Etenim subornata ab *Antipatrô*, cibos ei venenis inficit, quibus non ita diu post exstinctus 120
est. Sunt tamen, qui hoc per errorem volunt factum : quasi per fraudem *Syllæi Arabis* venenum ei locô *philtri* surrepsisset. confer si placet, *Num.* 14. At *mortem Pheroræ* tempestas magna consequuta est. Etenim cum *Liberti* quidam ejus, sceleris indicium *Herodi* fecissent, ille ut erat animô sagax, aliis ab aliis quæstioni subjectis, tandem etiam *veneficium in ipsum se paratum* elicit : Deô undiquaque ad flagitia evigilante, & pœnas immanium factorum exigente. Cumque *Uxor Pheroræ* venenum in custodiâ habere argueretur, & illa hoc jussa adferre, metu è tectô se præcipitaret, neque tamen statim exspiraret, *Herodes*, promissâ cum resipuisset, veniâ, si culpam remque ultro confiteri vellet, totam seriem proditionis elicit: quomodo scilicet *Antipater*, offensus quod pater tamdiu regnum senectâ suâ detineret, ex *Ægyptô* emerit venenum, & illud *Pheroræ*, *Uxorique ejus*, dederit, ut *Herodem* 121
eô per occasionem tollerent. Cum dictô, simul *pyxis* profertur, in quâ aliquid *veneni* adhuc conditum, (majorem partem Pheroras ipse, animam agens, igne aboleverat) cujus ea fuit efficacia, ut reus, (cui experimenti causâ fuit ingestum,) eô mox collapsus sit. Hac confessione editâ, *Herodes* eam aliasque ejus domesticas dimisit, & iram maxime transtulit in *Antipatrum.* Joseph. *Ant.* XVII. *c.* 6. 7. *Bell. Jud.* I. *c.* 18. 19. 20. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 42. 43. Invenio autem & hanc ex *Pherorâ* habuisse *liberos.* Apud *Flavium* certe *Ant.* XVII. *c.* 3. mentio fit communium *ejus* & *Pheroræ* liberorum : & *filium* certe ex *Pherorâ* sustulerat, antequam ille nuptias rescidit cum *secundâ Herodis filiâ.* Joseph. *Ant.* XVI. *c.* 11.

17. *Salampsio*, & *Cypros.*] Filiæ *Mariammes.* Dicitur enim *Pheroras* duarum natu majorum filiarum Herodis, & quæ postea nupserunt *Phasaelo*, & filio Salomes *Antipatro*, nuptias contempsisse. *Jo-* 122
seph. Ant. XVII. *c.* 1. Quæ aliæ quam *Salampsio*, & *Cypros*, non possunt esse. *Ant.* XIIX. *c.* 7. Sicut etiam ἁλώσ. I. *c.* 17. narratur, *filiam Herodes natu maximam*,

ximam, & quæ postea *Phasaëlo* cessit in thorum, *Pheroræ* cum dote 300. *talentorum* fuisse desponsatam: & expresse *Cypros* appellatur altera, *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 11. Res ita habet. Inciderat *Pheroras* in amorem *Ancillæ suæ* adeo insanum, ut oblatam sibi in uxorem *Regis filiam* rejecerit. Id quidem pupugit *Herodis* animum; sed videns *Pheroram* flecti non posse, filiam collocavit *juniori Phasaëlo*. Procedente autem tempore, ratus deferbuisse fratris lubidinen, & conquestus de repulsâ, *alterius filiæ* nuptias ei obtulit. Ille persuasus à *Ptolemæô* Regis amicorum intimô, *ἁλώσ.* I. *c.* 17. & II. *c.* I. conditionem accipit in diem XXX. & *Ancillam* ablegat: jurejurandô interpositô, nihil sibi posthac cum ablegatâ fore commercii. Sed exeunte præ-
123 finitô tempore, *Pheroras* tamen affectibus sic succubuit, ut non staret promissis, & ad pristinos sordidos amores ut relaberetur. *Joseph. loc. prox. cit.* Confer. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 40. Et plura de his filiabus Herodis peti possunt ex *Num.* 32. 33.

18. *Puella.*] Hæc *tertia* est, quam *Pheroras* à Rege sibi oblatam spreverat. Cætera, quænam fuerit haud divinare possum. Unum id constat, sub tutelâ & curâ *Herodis* eam educatam. Sicut hic eam *Pheroræ* desponsavit, & ab eô ancillæ desideriô non acceptam, *filio* etiam *Costabari* negatam, ad extremum *filio Pheroræ* pepigit: dote additâ *centum talentorum*. Etenim, postquam *Pheroras* intelligeret, eam sibi fastiditam, à Rege destinari *filio Salomes ex Costabarô*, petiit eam suo filio, *Tetrarchæ* post se designato, in Uxorem: callide adjectô. *filium Costabari* propter necem Patris, fidum haud mansurum. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 11. *Gelenii* versio, (ut hoc obiter aspergam) illic loci inter
124 optimas haud computanda est. Verba enim, μετεπείθετο ὑπὸ τοῦ Φερώρα τὸν νεανίσκον οὐκ εὔνουν ἔσεσθαι, λέγοντος, διὰ τὴν ἀπώλειαν τοῦ πατρὸς, &c. interpretatur: *Mutavit sententiam*, (loquitur de Herode) *persuasus à Pherorâ, negante Adolescentem amaturum talem socerum propter Patris sui cædem &c.* Atqui vero alius quam *Herodes*, adolescentis hujus patrem, id est: *Costabarum*, non occidit. Idem ergo si adolescentis foret socer, (prout hoc ausus assuere *Gelenius*) sequeretur *puellam*, de quâ hîc sermo, *Herode* prognatam. Id quod falsum. Nam *Herodes* nullas filias habuit *Pheroræis* nuptas, præter duas. *Roxanen* & *Salomen*, quæ primum *Herode mortuô*, idque à *Cæsare*, his elocatæ sunt. Vide *Num.* 43.

19. *Salome.*] Gorionidi *l.* 4. *c.* 17. *Schelomith.* Falsum nomen; (inquit *Serarius*, *Opusc. de Herod. c.* 17. *p. m.* 240.) fuit enim mulier turbarum dissen-
125 sionumque machinatrix & consarcinatrix. Imo vero familiæ suæ furia & Alastor; ac Medea quasi aulica. Totâ vitâ, quâ apud *Fratrem* consenuit, *duo* valide egisse visa est. *Primum*, ut Mariammen Hircani, ejusque genus & prosapiam oppirmeret: *alterum*, ut pro *Fratre* staret in excubiis, & insidias omnium contra ipsum proderet. In utrôque ita se industriam exhibuit, ut cui magis se addixerit, incertum sit. Simultatis inter ipsam, & Mariammen, causa erat hujus insolentia; & quod hæc crebro ipsi, & matri, ignobilitatem generis objiceret. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 4. 11. *Bell.* I. *c.* 17. Ex quo initio, lites inter ipsas ita acres natæ sunt, ut *Herodes* extra regnum abiturus, necesse habuerit *Mariammen* ejusque matrem, Alexandrii; *Sororem* autem suam, *matremqne*, seorsim, hoc est: Masadæ deponere. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 9. Herode extra regnum profecto, cum *Mariamme* custodibus sibi adjunctis familiariter uteretur, (confer *Num.* 4. &
126 9.) *Salome* jam ante ultionis cupida, excitata hac occasione, *Mariammen* stupri cum custodibus insimulat: affectumque Regis exulceratum tamdiu fovet calumniis, & impellit miseros, ut non desierit turbare, priusquam & *Mariamme*, *Joseph. Ant.* XV. *c.* 4. 11. *Bell. Jud.* I. *c.* 17. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 37. & *duo Principes*, Mariammes filii, quanquam ipsorum *alter* ipsius *Salomes* filiam in Uxorem duxerat, *Joseph. Bell.* I. *c.* 17. *Hegesipp.* I. *c.* 38. è medio sublati essent. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* I. 6. 16. 17. *Bell. Jud. loc. cit. Hegesipp.* I. *c.* 40, 41, 42. Quâ crudelitate etiam usa est *Salome* in *duos Maritos*. *Num.* 4. & 20. Exstinctis *Assamonæis*, cum *Antipater*, quasi liberatus æmulis, & metu solutus, caput tolleret, ac cum *domô Pheroræ*, cuderet contra *Herodem*; una iis *Salome* impedimento fuit: *Joseph. Ant.* XVII. *c.* I. ut quæ consilia artesque conjuratorum omni studiô pervestigavit & detexit. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 3. *Bell. Jud.* I. *c.* 18. Id quod magnam ei peperit invidiam: sic ut omnium odiis exposita, & 127
pro malâ & garrulâ passim habita, *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 11. solum pene *Regem* habuerit, in quo tutò niti posset. Quæ ejus fides large compensata fuit. Nam *Herodes* moriens non solum ei, cum marito, ultima mandata credidit: scilicet, ut *Nobiles* in hippodromo occiderent; (quamquam hi potius eos dimiserunt) *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 8. 10. *Bell.* I. *c.* 21. *Hegesipp.* I. *c.* 45. sed & eam, ut sibi constanter fidam, *Ant.* XVII. *c.* 8. legato amplissimo urbium, *Jamniæ*, *Azothi*, & *Phasaëlidis*, sed & *argenti signati millium quingentorum* auxit. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 10. Quod legatum *Cæsar* confirmavit, & *Regiam* Ascalone addidit: ut reditus ei annui fuerint *sexaginta talentorum*. *Joseph. Bell. Jud.* II. *c.* 4. Adeo, cum & hinc, & aliunde patet, *Salomen* fratri *Herodi* supervixisse, (scilicet quæ etiam mortuô fratre, Romam navigare, & *Antipæ* hortatrix esse potuit, ut simul iret, & regnum peteret. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 11. *Bell. Jud.* II. *c.* I.) mirari subit, 128
quid *Baronio* ad *Ann. Chr.* 2. *num.* 2. venerit in mentem, quod cum Eusebio, *in Chronic.* & Philone, *l.* 2. *de tempor.* tenere voluerit, quod *Salome cum Virô de Tribu Judâ, ab Herode, regni annô tricesimô interempta sit.* Nam *Philo* ille *de Temporibus*, suppostitius est: Ipse scilicet *Annius Viterbiensis.* Et de *Eusebiô* tam crasse fallitur *Baronius*, ut is potius scripserit contrarium. Inspiciatur *Codex Scaligeri p.* 41. & 156. ubi ita scriptum: *Herodes ad ea quæ supra crudeliter egerat, etiam hoc addidit. Virum sororis suæ Salomæ interfecit, & quum eam alii tradidisset Uxorem, etiam hunc necavit.* Quæ *Salomes maritos*, non ipsam *Salomen* interfectam referunt. *Cardinali* rectius crimen imputandum est, cum per *Eusebium*, ipsi *emendatum*, (si non potius depravatum) vult *Salomen* mortuam *Ann. Chr.* 2. & tamen adhuc eam refert inter vivos *Ann. Chr.* 7. Quomodo eam *Herodes* bis occidit. Imo, *annô sequente* Baronio adhuc vivit *Salome*; & frater, qui jam bis occiderat, testamentum condens, legato eam 129
divite prosequitur. Porro: *Salomen* levitatis & lasciviæ (ne in hoc etiam fratri non esset similis) arguit, tum quod marito libellum repudii contra leges miserit. *Ant.* XV. *c.* 11. *confer. Ant.* XVI. *c.* 11. tum quod *Alexandro Mariammes* noctu per incestum *vim* intulerit. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 11. *Bell.* I. *c.* 17. *Hegesipp.* I. *c.* 40. Taceo quæ ad probrum vulgaris famæ in causâ conjugii egerat cum *Syllæô*. De quibus *Flavius*, *Ant.* XVI. *c.* 11. & XVII. *c.* I. *Bell. Jud. loc. cit.* Mortua est tandem fessâ ætate, sub *M. Ambivio*: & bonorum hæredem *Juliam* instituit. *Joseph. Ant.* XVIII. *c.* 3. haud dubie quod Augustus in honore eam semper habuisset. *Strab. Geogr.* XVI. *p. m.* 526. Ut hæc esset Gratitudo. Sed quænam illa *Julia*? *Salianus* in *Annal. ad Ann. Chr.* 11. *num.* 4. culpat *Josephum*, quod *Ant.* XVIII. *c.* 3. scripserit *Salomen sub M. Ambiviô Procuratore Syriæ, testamentô, Juliæ Jamniam, cum suâ Toparchia*, reliquisse. Additque: *Hoc quoque suspectum redditur. Nam duodecimum jam annum rele-* 130
gata

gata erat; nec aliud ob Augusto, teste Tranquillo l. 2. c. 65. quam vomica & carcinomata audiebat. Ut credibile sit eum honorem istum inversæ loco fuisse datum. *Salianus* ergo *Juliam Cæsaris filiam* intelligit. Nugacissime. Neque si *filiæ*, aliquid periculi. Potuit *Philippus*, Juliæ Cæsaris filiæ *urbem*, (æternum monumentum,) inscribere. *Joseph. Ant.* XVIII. *c.* 3. Ut non injuriæ duceret Cæsar. Vixit autem; quippe sub *Quirinio. Joseph. loc. cit.* Quare ergo non potuisset *Salome* absque offensâ ei testari? Imo vero, *non illi;* sed *Juliæ Cæsaris Conjugi, fuit* testata. *Flavius* enim *Cæsaris Conjugem*, nunquam aliter quam *Juliam* appellavit. Prout id patet ex *Ant.* XVI. *c.* 9. *&* XVII. *c.* 1. 7. 8. 10. *&* XVIII. *c.* 3. *Bell. Jud.* I. *c.* 18. 21. *&* II. *c.* 8. omnibusque locis, in quibus ejus meminit. Imo ut magis *Salianus* manifestus sit, & pateat quam is funes nectat ex sabulô, producemus *Flavium*, ἁλώσ. II. *c.* 8. sic di-
131 centem: Σαλώμη τελευτῶσα, Ἰουλίᾳ τῇ τοῦ Σεβαστοῦ γυναικὶ τήν τε αὐτῆς τοπαρχίαν, καὶ Ἰάμνειαν, καὶ τὰς ἐν Φασαηλίδι φοινικῶνας κατέλιπεν. Cum quô Hegesippus, *Excid.* II. *c.* 3. inquit: *Salome moriens, loca quæ tenuerat, Lybiæ Uxori Cæsaris dereliquerat. Julia* ergo, cui *Salome* legavit, fuit γυνὴ & non θυγάτηρ τοῦ Σεβαστοῦ. Non possum mihi temperare, quin hic erroris moneam *Scholiastas Augustos:* qui *Uxorem Cæsaris*, vivô quidem maritô *Liviam*, (Hegesippo, *Excid.* I. *c.* 42. *&* II. *c.* 3. Lybiam;) sed post hujus excessum, *Juliam* volunt dictam. *Casaubon. in Sueton. l.* IV. *c* 23. *p. m.* 124. quod tum primum in *familiam Juliam* fuisset adoptata. Tacitus, *Annal. c.* 8. Post mortem Augusti, *Livia in familiam Juliam nomenque Augustæ assumebatur.* Et *Annal.* VI. *c.* 51. de Tiberiô: *Pater ei Nero, & utrimque origo Gentis Claudiæ; quamquam mater in Liviam, & mox Juliam familiam adoptionibus transierit.* Dio adhuc clarius, *Hist. Rom* LVI. Τότε δὲ ἀθανατίσαν-
132 τες αὐτὸν, καὶ θιασώτας οἱ καὶ ἱερὰ, ἱέρειάν τε τὴν Λιουίαν, Ἰουλίαν τε τὴν καὶ Αὐγοῦσταν ἤδη καλουμένην, ἀπέδειξαν. Hæc Illi. Sed quorum hasta, stipula est. Nam quamquam *unus Tacitus* eam post mortem *Augusti* constanter vocat *Juliam;* sicut ante, *Liviam: Flavius* tamen, (ut supra) eam *totâ vitâ Augusti*, dixit *Juliam*. Et alii Scriptores Augusti, promiscue eam nunc *Liviam*, nunc *Juliam* indigitarunt. Sicut constat ex *Vellejô*, *Pedone*, *Martiali*, *Senecâ*, *Pliniô &c.* Dio etiam, post decretum adoptionis, *lib.* LVI. *Liviam* dixit. Et Hieronymus *in Loc. Sanct.* Urbem post mortem Augusti ei ab *Antipâ* dedicatam, *Liviadem*, scripsit. Ad *argumenta* respondemus: Neutiquam sequi, quod quæ adoptione *Julia* solemniter dicta fuit, non potuerit idcirco *ante*, nondum solenniter, *Juliæ;* aut *post*, nomine priore uti. Nam vivô *Augustô*, nomen *Juliæ* non fuit prohibitum: & postquam hoc fuit publice
133 decretum, prius, nempe *Liviæ*, nunquam Lege fuit vetitum. Quamquam hîc etiam *Principes* non imperent. Nam recte dictum *Tiberio* a *Marcellô:* Σὺ Καῖσαρ ἀνθρώποις μὲν πολιτείαν Ῥωμαίων δύνασαι δοῦναι, ῥήματι δὲ οὔ. *Dio Hist. Rom.* LVII.

20. *Costobarus.*] Ita plerumque *Flavio* vocatur. *Costabarus* tamen etiam dicitur, *Ant.* XVI. *c.* 11. forte à *Coze*, idolô Idumæorum, cujus antistites, majores ejus fuerant. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 11. Monstrose *Gelenius*, *Bell. Jud.* I. *c.* 17. Græcum Κοσόβαρον, per *Aristobulum* vertit. *Herodes* eum *Idumææ*, seu *Gazæ* Principem constituit; & *Sororem* ei suam conjugavit. In quem gradum elatus, & pecuniâ, (quam avare collegerat) fretus, novis rebus animum adjecit. Certe eo insolentiæ progressus fuit, ut non modo *Herodis* imperata detrectaverit, sed & ad *Cleopatram* miserit, rogans ut principatum Idu-
134 mææ, *Herodi* ablatum, sibi ab *Anthoniô* impetraret. Ob quam fraudem capite luisset, nisi hoc, *uxor, materque* ejus avertissent. *Uxorem* autem cum

exinde offendisset, abit ea sine morâ ad *Herodem*, & libellô repudii *Costobaro* missô, eum insuper graviter insimulat, *quod Babæ liberos jam ab annis duodecim perquisitos, hostesque & perduelles declaratos domi suæ clam foveret.* Quô indiciô vehementer Rex perculsus, eum, Babæque liberos, mox obtruncari facit. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 11. *Euseb. Chron. p.* 156. Scaliger *Anim. in Euseb. p.* 159. nescio ubi mentem habuerit, cum negarit hunc occisum. *Iste*, inquit, *Costobarus, qui primus in Judæâ dimissus est ab uxore, solutô matrimoniô abiit: neque illum Herodes necavit, ut commentus est Eusebius.* Et paulo post: *Unde paretur patrocinium commento Eusebii, non video.* Sed hic bonus dormitat Homerus. Uti ex *loc. alleg.* constat.

21. *Alexas.*] Eusebio, *Hist. Eccl.* I. *c.* 8. Ἀλέξανδρος. & Hegesippo, *Excid.* I. *c.* 42. *Alexander.* Cum *Salome*, post cædem *Costobari* ad nuptias cum 135
Syllæô propenderet; & Frater, cum *Juliâ Augustâ*, hoc non ferrent, (quamquam ἁλώσ. I. *c.* 18. & *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 42. habeatur, quod *Julia* pro eâ intercesserit) *Herodes* ei tertium offert hunc *Alexam*, sibi ex fidissimis: Jovem jurans lapidem, ni faceret, nunquam sese æquum ei permansurum. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 1. Ut necesse fuerit *Salomæ*, quamquam invitæ, obsequi. Herodes moriturus, *Alexæ* huic, cum *Salome Uxore*, ultimæ voluntatis suæ executionem credidit; mandans, ut quamprimum animam edidisset, hippodromum, in quem Regni nobilissimos, ad corrumpenda Populi super morte suâ tripudia acciverat, militibus circumdaret, & conclusos interficeret. Sed ille tamen, Affine melior, & cruentam ac tam horridam parentationem detestatus, omnes mortuo tyranno dimisit. Quæ hic, post *Num.* 19 recoquo, quod *Ludovicus Cappellus*, *Histor. Apostol. illustrat. p. m.* 105. hoc existimet commentum: *Quasi Josephus, hôc ut commentô* παιδοκτονίαν *Bethlehemiticam* 136
voluisset obscurare. At vero etiamsi hæc *nobilium captivitas*, & *cædes Bethlehemitica* valde sint ὁμόχρονα; confundi tamen, alterumve pro *fabulâ* haberi, nequeunt: cum certum sit *Flavium* superstitione suâ sic motum, tantum *Christi & rerum ejus* habuisse fastidium, ut nec *palam*, nec *tecte*, quidquam eorum quæ egit aut passus est, scribere voluerit. solam ejus mentionem faciens in *Jacobo* lapidatô: quem ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, appellavit. *Ant.* XX. *c.* 8. Omnino enim testimonium ejus de Christo, *Ant* XVIII. *c* 4. etsi Eusebio *Hist. Eccles.* I. *c.* 11. Hieronymo *in Catalog. &c.* Hegesippo, *Excid.* II. *c.* 12. probantibus etiam Baronio, *Tom.* I. *Annal. Possevin. Appar. Sacr. p.* 279. *in Joseph. & Bibliothec.* XVI. *c.* 14. *p.* 301. memoratum) est supposititium. Ita autem verba habent: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν 137
λέγειν χρή. ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων, τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων. καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο. ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐν δείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ᾽ ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἵ γε πρῶτον ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν. τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. εἰς τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον. *Eodem tempore*, inquit, *fuit Jesus, Vir Sapiens si tamen virum eum fas est dicere. Erat enim mirabilium operum patrator; & Doctor eorum, qui libenter vera suscipiunt: plurimosque tam de Judæis, quam de gentibus sectatores habuit. Christus hic erat:* (Hieronymus in *Catalog.* legit: *credebatur esse Christus.*) *quem accusatum à nostræ gentis Principibus Pilatus cum addixisset cruci, nihilominus non destiterunt eum diligere, qui ab initiô* 138
amaverant. Apparuit enim eis tertiâ die vivus; [illegible] *divinitus de eô Vates, hoc & alia miranda prædixerant. Et usque in hodiernum diem Christianorum genus;*

nus ab eô denominatum non deficit. Ad quæ recte Cappellus, *Histor. Judaic. p. m.* 110. *Hoc locô*, ait, *fit apud Josephum Iesu Christi Domini nostri mentio perhonorifica; sed suspecta videntur, quæ isthic de Christo dicuntur. Nulla enim est eorum cum antecedentibus & sequentibus connexio: Ut omnino jure videatur ab aliquo Christiano, eô loci infulta* περιοχὴ *illa, falsoque Josepho adscripta. Et sane si Josephus revera de Christo ita sensisset, procul dubio nativitatis ejus memoriam non tacuisset suô locô; Magorum adventum non siluisset, neque cædem infantum Bethlehemiticorum, ab Herode factam. Imo, fusius & latius, totam Christi Historiam enarrasset: Cujus tamen alibi in totâ illius Historiâ ne obscurum quidem vestigium apparet. Uti nec Christi Discipulorum. Quod non aliunde videtur profectum, quam ex odio in Christum, & Christianam*
139 *religionem: Ipse cum esset Judæus pertinax.* Cæterum ex hôc matrimoniô natus est ille *Alexas Selcius*, cui postea Uxor *Cypros*. De qua *Num.* 52. Ex *Joseph. Ant.* XIIX. *c.* 7.

22. *Syllæus Arabs.*] *Obodas* Rex Arabum, ipse ignavus, *Syllæum* hunc, acris virum ingenii, rerum omnium fecerat Dispensatorem, & ab eô totus regebatur. Cujus nomine missus ad *Herodem*, cum inter cœnandum *Salomen* conspexisset, amore tactus in uxorem eam petiit addens: utrique genti hoc profuturum, siquidem *regnum Arabiæ* sibi esset destinatum. Sed cum circumcisionem & alios ritus Judaicos metu *Arabum* Syllæus non reciperet, spes nuptiarum omnis evanuit, & *Salome* amicorum consensum nullô modô impetrare potuit. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 11. & XVII. *c.* 1. *Bell. Jud.* 1. *c.* 17, 18. *Hegesipp.* 1. *c.* 42. 40. 41. Ob hanc causam *Syllæus* odium implacabile in *Herodem* concipit. Et primo quidem latrones, confinia Judææ populan-
140 tes, castellô *Raptâ*, iis datô, protegit. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 13. 14. Inde cum sentiret *Obodam*, latrones & mutuum sexaginta talentorum, quæ ab *Herode* postulabantur, velle reddere, *Obodam* ipsum venenô perimit, & Herodem perfide deludit, & traducit. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 13. 15. Ob quæ gravia crimina; sed & cædes nobilium, & ingenuarum stupra, cum ab *Herode*, & Rege *Aretâ* accusaretur, Cæsar, quem diu mentiendô circumvenerat, citatis auditisque partibus, pronunciat eum solutione debiti, & (hac factâ,) capite teneri. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 16. Sed frontis perfrictæ homo & verbero, domum dimissus ut nomina dissolveret, non solum ausus judicato non parere, sed & plures cædes perpetrare: quin & *Herodi* per satellitem *Corinthum* vim & necem etiam intentare. Quorum criminum denuo Romæ, tam ab *Arabibus*, quam ab *Herode* postulatus, *Joseph. Ant.* XVII.
141 *c.* 4. *Bell. Jud.* 1. *c.* 18. an, aut quo evaserit, incertum est. Cardinalis *Baronius* eget collyrio, cum *in Annal. ad Ann. Chr.* 1. *n.* 30 affirmat, hunc *Syllæum propinquioris Judææ Arabiæ fuisse Regem.* Constat enim eum fuisse *Ministrum Regum*, & non *Regem.* Hegesippus, *Excid.* 1. *c.* 40. eum per errorem vocat *Obodam Sylæum.*

23. *Antipater.*] De hoc nihil usquam invenio, nisi quod fuerit uxoratus, *Joseph. Ant.* XIIX. *c.* 7. & artibus dicendi (δεινότατος ὢν εἰπεῖν &c.) excelluerit. Quibus confisus, & forte etiam à matre *Salome*, quæ *Antipæ* fuit addictissima, impulsus, Romæ de regnô pro *Antipa* causam dixit. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 11. *Bell. Jud.* II. *c.* 1. *Hegesipp. Excid.* II. *c.* 1. Ludovicus Cappellus, *Hist. Apostol. & Judaic. p.* 55. *in Geneal.* nugacissime hunc subjicit *Alexæ*: quasi eô fuisset natus. Cum tamen quô tempore mater ejus nuberet *Alexæ*, (nempe sub extrema *Herodis*,) ipse etiam jam esset uxoratus. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 1. ἁλώσ. 1. *c.* 18.

142 24. *Josephus.*] Existimo hunc fuisse, qui post mortem *Herodis*, Varo Syriæ Præfecto, Hierosolymam ad motus componendos & *tertiam Legionem* liberandam venienti occurrebat. Fuit enim certe ἀνεψιὸς Herodis: *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 12. sed & Archelai. *Joseph. Bell. Jud.* II. *c.* 3. Huic scilicet *consobrinus*: illi *nepos*. Et sic haud alius *Josephus* quam hic ipse. Plura, quæ hic dici possent, occupabit *Num.* 39. *infra.*

25. *Phasaëlus.*] Gorionidi *l.* 4. *c.* 17. hoc nomen est *Phasea*, vel *Phaseas*. Septimô annô ætatis, patre misere orbatus fuit. Exinde eum *Herodes* ad se recepit, & dum à *Parthis* oppressus egeret pecuniâ, *Malcho Arabi* in pignus destinavit. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 25. *Bell. Jud.* 1. *c.* 11. Quomodo reliquum ætatis egerit, nuspiam invenio, nisi quod *filiam Herodis* duxerit, & ex eâ multos liberos susceperit: quorum *Cypros*, nupta *Agrippæ* postea *Regi*,
clarissima. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 1. & XIIX. *c.* 7. *Bell.* 143
1. *c.* 17. Addit Flavius, *Bell. Jud.* 1. *c.* 17. *Phasaëlum hunc* postea à Parthis interfectum: (τὴν θυγατέρα τῷ πρὸς πάρθων ὕστερον ἀναιρεθέντι συνέζευξεν ἀδελφιδῷ.) & consentit Hegesippus, *Excid.* 1. *c.* 40. Quod equidem non intelligo. Nam certe, à quô regnum *Herodes* adiit, id est: à quo *Phasaëlus* militiam aut regere, aut sequi potuit, *Parthis* contra *Judæos* nil hostile. Licet itaque forsitan hariolari, quod *Phasaëlus* bello Armenio interfuerit; & tum à *Parthis* fuerit occisus, cum *Tigranes* ejus cognatus illic armis contra eos contenderet. De quô infra *Num.* 66.

26. *Antipater.*] Filius *Herodis* primogenitus. Vitiorum omnium perditissima colluvies, regni pestis, & familiæ incendium. *Herodes* eum, ne *Mariamme*, Sponsa Regia offenderetur, urbe, nisi ad festa, expulit. *Joseph. Bell. Jud.* 1. *c.* 17. *Hegesipp. Excid.* 1. *c.* 36. Atque utinam ei hoc exilium perpe-
tuum! Sed cum *Filii Mariammes* caput tollerent, 144
& patri, generis fiduciâ molesti essent, ille eos ut per æmulum tractabiliores redderet, *Antipatrum* accersit. A quô tempore, assentandô & miseris fratribus calumniandô, patris animo tam valide surrepsit, ut *Herodes* eum non modo *filiis Mariammes* præposuerit; sed & his subversis, in hæredem cooptaverit: Cæsaris ad hoc voluntate impetrata: *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 6. 7. 8. 11. 16. & XVII. *c.* 1. 4. *Bell. Jud.* 1. *c.* 17. *Hegesipp. Excid.* 1. *c.* 38. 40. cum ille tamen, ingratissimus mortalium, fœde tantam gratiam rependerit. Etenim, cum ad supremum culmen nihil deesset præter patris obitum; *æmulis sublatis, Cæsare propitiô, patre etiam & Proceribus obnoxiis*, ille per scelus agitans compendium, (quasi pater qui diu viveret & imperaret, plurimum ei voluptatis interciperet, ἁλώσ. 1. *c.* 19.) ipsum etiam proditione appetit. communicatis consiliis cum *matre*, & *Pherorâ*: sed & hujus *tribus mulie-*
ribus; conjuge scilicet, hujusque matre, & soro- 145
re: quorum prona in Herodem conspiratio. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 13. *Bell. Jud.* 1. *c.* 18. Volebat & *Salomen*, unice sibi sudem in oculis, & artibus suis adversam adjungere; ad quod astute blandiendô, & *filiam* nuptiis *Avunculi sui* implicandô affectavit viam, sed illa, (ut quæ jam diu ipsum in cute noverat; moresque ejus in celandô ingeniô, & amicitiis consuendis dissuendisque perspexerat,) ab illô se abstinuit. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 1. *Bell. loc. cit.* Post hanc spem decollatam, aliâ viâ insistere, vimque parare cæpit: omnibus studiis eo conversis ut *Salomen* Regi fidam, *Ant.* XVII. *c.* 3. ei redderet suspectam. Ad quod mature viam invenit per *Acmen* quandam *Juliæ* ancillam: cujus fidem præmiis corruperat, ut literas quasi *Dominæ* manu Româ mitteret, *Salomen*que accusaret: *Quasi hæc nuptiis ne-*
gatis offensa, contra fratrem Cæsari scripsisset. Qui- 146
bus ordine cognitis; sed & insidiis in *Archelaum*, *Philippum*que, fratres Romæ degentes, structis; imo, in ipsum Patrem veneficiis: ut *Furiæ* quasi

ex compactô surgerent, *Antipater* tandem in judi-
ciô convincitur, & aut mittendus ad Cæsarem,
aut necandus in tempore, vinculis oneratur. Quam
catastrophen dictu incredibile est, quanta homi-
num festivitas sequuta fuit: illucescente tandem il-
lô die, quô is, *tantus publicæ quietis titio*, *Fratrum*
oppressor, *& Parentis carnufex*, tandem suis in sce-
leribus compertus esset. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 6, 7.
Bell. Jud. 1. *c.* 19, 20. *Hegesipp. Excid.* 1. *c.* 43, 44.
Non multô interjectô tempore, *Herodes* graviter
cum morbo conflictari cæpit. Ubi dum *Herodes*,
cultrô sibi ad aperiendum pomum datô vim para-
ret, & ob hoc magnus fieret tumultus; *Antipa-*
ter insolitô ejulatu excitatus, inductusque ut cre-
deret de Patre esse conclamatum, cæpit agere cum
custodibus de missione. Sed hoc ei scelerum su-
147 premum fuit. Nam Rex de omnibus monitus à
commentariense, fremens & frendens ad hominis
nequitiam, cum jus necis in ipsum à Cæsare jam
accepisset, statim ablegat qui eum interficerent.
Joseph. Ant. XVII. *c.* 8, 9. *Bell. Jud.* 1. *c.* 21. *Hegesipp.*
Excid. 1. *c.* 45. Et hunc finem inglorium habuit
Antipater, homo ingenii turbidi & sanguinarii; pu-
doris adhæc, si quis alius, profligatissimi: Quem
pater similis, *quintô die* mox sequutus fuit. *Auth.*
alleg. cædis ejus ab Herode περὶ τῆς ἐσχάτης τοῦ βίου τε-
λευτῆς mandatæ meminit *Eusebius*, *Histor. Eccles.* 1.
c. 8. Meminit ejus etiam *Macrobius*, Scriptor pa-
ganus, *Saturn.* II. *c.* 4. in hunc modum: *Cum au-*
divisset, inquit, [Augustus] *inter pueros*, *quos in*
Syriâ Herodes Rex Judæorum intra bimatum jusserat
interfici, *filium quoque ejus occisum*, *ait*: *Melius est*
Herodis porcum esse, *quam filium.* Scilicet: Quia
Herodes tanquam Judæus esu suillæ abstinens, por-
148 cos, (uti filios,) haud jugulabat. Ex hoc locô
Macrobii, Decherius *annot.* 10. *in* 1. *p. thes. Disput.*
de ort. Salvat. male elicit hunc paralogismum: *He-*
rodes cum infantibus bimulis suum quoque filium inter-
fecit, *ergo eum bimulum interfecit.* Nam præcise ex
verbis *Macrobii* illud non potest confici. Qui *inter*
bimulos occiditur, non statim *bimulus*. Id quod
etiam dictum sit *Baronio*, qui in *Annal. ad An. Chr.*
1. *n.* 49, 50, 51. non solum, uti *Decherius*, præsu-
mit *Macrobium* intellexisse Herodis filium bimu-
lum; sed & eum recte sic intellexisse. Etenim,
eum fuisse infantem, *& alium ab Antipatrô*; *non an-*
notatum à Josephô, *quod vitæ brevis*, *de uterô quasi*
ad tumulum translatus sit &c. At quid juvat Au-
thorem quæsitis, nostrisque conceptibus velle ad-
stringere, quamdiu lumen aliunde præsto est? Cer-
tum, *circa infanticidium in Syriâ*, filium Herodis
Antipatrum occisum. In hoc enim consonat Euse-
bius, *Hist. Eccles.* 1. *c.* 8. &c. At num *infans* etiam
149 *ex Herodis filiis* circa hoc tempus fuerit necatus,
non est æque certum: sed sic conjicit *Baronius*.
Nemo autem clare adstruit. Postquam vero *tex-*
tus Macrobii Glossæ hujus utriusque capax est, [fi-
lius enim ipsi occisus, tam *major infante*, quam *in-*
fans esse potest,] judicet quisquis vacuus à parti-
bus, & cui bonæ mentis vel scrupulus, *utra* ex
his melior & assumenda: num quæ lucem habet
ex Antiquis; an quæ solis conjecturis nititur? Se-
rarius *Opusc. Tom.* 1. *de Herod. c.* 21. novâ ratione
Baronio venit in auxilium: quod filius, de quô lo-
quitur Macrobius, Cæsare insciô & inconsultô
trucidatus sit; & sic alius fuerit quam *Antipater*.
In quam sententiam nititur etiam attrahere *Scalige-*
rum: quod is *animadv. in Euseb. p.* 163. ita scripse-
rit: *Filios*, inquit, *capitis potuit damnare Herodes*,
jure tam patriæ potestatis, *quam Regiæ*: *Sed & hanc*
quoque rem judicio Cæsaris subjecit. Eundem honorem
habuit & Cæsari, *quum Antipater filius ejus capitis à*
Varô damnatus est. Quamvis enim ipse jure Patriô
150 *& Regiô hoc facere potuisset*; *tamen maluit ad decli-*
nandam facti invidiam, *judicium Varo committere*:
qui quamvis Antipatrum insidiarum in patrem convi-
ctum capitis damnasset; *tamen prius Romam literas de*
hac re & homines misit, *qui vivâ voce Augustum do-*
cerent, *& de crimine*, *& de sententiâ capitis in reum*
latâ. Itaque hic filios suos Herodes ex sententiâ Cæ-
saris interfecit. Quo magis miror, *apud Macrobium*
Augusto dictum hoc excidisse, *præstare porcum Hero-*
dis esse quam filium: *tanquam nescius hujus judicii hoc*
pronunciarit. Quum tamen sententiam capitis in tres
filios Herodis, *ipse judiciô suô comprobatam confirma-*
verit. Hæc Scaliger. Sed *Scaligerum* frustra im-
plorat *Serarius*: ut qui in eâ sententiâ nunquam
fuit. Nam non solum, *in Emendat. Tempor.* VI. *p.*
m. 514. hæc notat ad Macrobium: *Omnino*, in-
quit, *tam falsum est Antipatrum Herodis filium in-*
ter illos pueros cæsum, *quam ipsum Antipatrum bimu-*
lum fuisse; *nisi forte hominem* XXV *annorum aut am-*
plius, *bimulum vocaveris.* [nempe non negat occi- 151
sum; sed inter bimulos, & bimulum:] verum et-
iam *in his ipsis animadversion. p.* 162. sic scribit:
Quod puerorum cædes non multo præcesserit Antipatri
casum, *tum ex Euangeliô constat* &c. *tum etiam ex*
Macrobiô, *qui infantes ab Herode cædi jussos*, *& in-*
ter illos filium quoque ipsius Herodis pœnas dedisse re-
fert. Quid ergo sibi volet *Scaliger?* nempe se mi-
rari, non quod Antipater hæc circa interfectus sit,
[nam de hoc eum non dubitasse patuit:] sed quod
Macrobius de *Augustô* tanquam insciô ea referre po-
tuerit. *Scaliger* ergo hoc non potest apprehende-
re. Potuisset vero & *ille*, & *Serarius*, si cogitas-
sent, quod *Augustus* nunquam *absolute* illas neces
jusserit. Nam *filios Mariammes* ita *Herodi* permi-
serat, ut si parricidiô non tenerentur, *levi pœnâ*
contentus esset. *Ant.* XVI. *c.* 16. *Hegesipp. Excid.* 1.
c. 41. Et de *Antipatro* ita ei fecit potestatem, ut
Exilii etiam moderationem suaserit. *Ant.* XVII. *c.* 9.
Hegesipp. 1. *c.* 45. *Augustus* ergo non potuit scire, 152
utrum consilium Herodes sequi vellet. Putarat e-
nim paternum affectum ita apud ipsum victorem
futurum, ut mitius eligeret. Sed cum hoc negle-
ctum audiret, & *filios interfectos*, tyrannicum ejus
animum improbans, tandem erumpit: *Præstare e-*
jus porcum quam filium esse.

Thomas Lydyat, *in Explicat. argum. natal. Chr.*
c. 14. *p. m.* 167. non solum (cum Kepplerô *Sylv.*
Chron. p. 33.) inconvenienter necem filii apud *Ma-*
crobium intelligit de *Alexandrô* & *Aristobulô*; sed
etiam fabulatur: *filium dicere videri* Macrobium,
quia illorum alterum, *Alexandrum*, *neci Pollionis*
subtractum fuisse, *rumore vulgatum postea refert Jo-*
sephus. At ubi hoc refert *Josephus?* Qui non so-
lum tradit *Alexandrum* & *Aristobulum* hospitiô *Pol-*
lionis honorifice Romæ habitos; *Ant.* XV. *c.* 13. sed
& vulgatum quod *uterque* evaserit. *Ant.* XIIX. *c.* 14.
Nunquam ergo fama tulit *alterum tantum* neci sub-
tractum: multo minus *neci Pollionis*; aut ut illud 153
diceret *Josephus*: nisi hujus codices *nobis* alii, quam
Anglis sunt.

27. *Filia Antigoni.*] Ultimi Regis, ex familiâ
Assamonæâ. Joseph. Ant. XVII. *c.* 7. Quem *Herodes*
auxiliis Romanorum victum, & una cum urbe Hie-
rosolymâ captum, tristi spectaculô per *Anthonium*
occidi fecit. Nam cum Herodes ἀλλόφυλος, regni
Judæorum invasor, legitimos semper hæredes me-
tueret, neque iis salvis dignitatem apud gentem su-
perbam se tueri posse cerneret, (sicut Judæi אין
מעמידין מלך מקהל גרים אפילו אחר כמה
דורות עד שתהיה אמו מישראל: *Non constituunt*
Regem è cætu Proselytorum, *ne quidem post multas ge-*
nerationes, *nisi matrem habeat Israëlitidem.* Maje-
mon. *tr. de Regib. c.* 1.) maximis præmiis *Anthonium*
inducit, ut *Antigono* cervicem tolleret. *Joseph. Ant.*
XIV. *c.* 28. *&* XV. *c.* 1. *&* XX. *c.* 8 *Bell. Jud.* 1. *c.* 13.
Hegesipp. 1. *c.* 31. *Niceph. Hist.* 1. *c.* 6. Dio *Hist Rom.* 154
XLIX. addit eum prius in cruce cæsum atque flagel-
latum,

latum, remque exemplô caruisse. Τόνδ' Ἀντίγωνον, (inquit de Anthonio) ἐμαςίγωσε, ςαυρῷ προσδήσας, (ὃ μηδεὶς ἄλλος βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπεπόνθει,) καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἀπέσφαξεν. Idem habet Plutarchus *in Vit. Anthon.* Ἀντίγωνον, inquit, Ἰουδαῖον προαγαγὼν ἐπεκέλιζεν, οὐδενὸς πρότερον ἑτέρου βασιλέως οὕτω κολασθέντος. Ut *Populus Romanus*, hæc & alia gesta *Anthonii*, haud bene interpretatus sit. Cæterum *Principatus Assamonæorum*, (nomen iis ab *Assamonæô*, Sacerdote classis Jojarib: & hic forte à *monte Galilææ*, ἀσαμών. *Bell. Jud.* II, *c.* 23. ex quô natus *Matthias*, Sacerdos Modinensis, arma primus contra *Syros* sumpsit, & gentis liberatæ ab *Antiochô* dominationem ad posteros transmisit. I. *Maccab.* II. I. *seq. Joseph. Ant.* XII. *c.* 8. *Bell. Jud.* I.
155 *c.* I.) duravit usque ad *Antigonum* ultimum, *annos* CXXVI. per *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 28. Ex quô sequitur errare R. Jose, *in lib. Ahabodâ Zarâ, distinct. Liphne*, & *Seder Olam. c.* 30. cum regni domus *Hasmonai*, (sicut domus Herodis) *annos* numerant *tres & centum.* Regium nomen ex *his Assamonæis* primus sumpsit *Aristobulus*, filius Hircani, *Annô regressus Populi ex Babylon*, CCCCLXXXII. per *Joseph. Ant.* XIII. *c.* 19. *Bell. Jud.* I. *c.* 3. (Errat Strabo, *Geogr.* XVI. *p. m.* 762. cum primum Regem ponit *Alexandrum*: πρῶτος, inquit, ἀνθ' ἱερέως ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλέα Ἀλέξανδρος. τούτου δ' ἦσαν υἱοὶ Ὑρκανός τε, καὶ Ἀριστόβουλος.) Post quem *Aristobulum*, qui succederent, omnes sese *Reges* appellarunt. De quorum in cives tyrannide pulchre & graviter Tacitus. *Hist.* V. *c.* 8. Interim qui *Pontifices* dicti sunt, (prout omnes ante *Aristobulum*,) ita maluerunt ipsi: τὴν βασιλείαν τῆς ἱερωσύνης ἐν δευτέρᾳ τάξει τιθέμενοι, καὶ νο-
156 μίζοντες ὅσῳ Θεὸς ἀνθρώπων διαφέρει κατὰ τὸ κρεῖττον, τοσούτῳ καὶ βασιλείας τὴν Ἀρχιερωσύνην. *Philo in Legat. ad Caj. p. m.* 797. Sed quomodo, quoque jure hi *Assamonæi, Levitæ*, ausi sunt regnare? Graviter sane hoc vocat in dubium R. Bechai, *in Leg. sect.* ויחי *fol.* 59. in hunc modum: שלא נתנה המלכות כי אם לשבט יהודה לכף נענשו המלכים שלא היו משבט יהודה ולא הצליחה מלכותם כענין שאול המלך הראשון לישראל שנהרג הוא רבניו ולא היתה מלכות של קיימא וכענין החשמונים שאבדה מלכותם ונענשו במדה כנגד מדה ותחת שהיו רוצים למלוך ולא להם משפט המלוכה היו עבדים לעבדיהם כי השית" המשיל עליהם עבדיהם והכריתום: *Quia non est datum regnum nisi tribui Juda; ideo puniti sunt Reges, qui non erant*
157 *de tribu Judâ; neque felix fuit eorum dominatio. Sicut contigit Sauli, primo Israëlitarum Regi, qui occisus est ipse & filii ejus, neque stabile fuit regnum. Sic accidit Hasmonæis, quorum regnum periit, & pari mensurâ puniti sunt. Quia ambierant regnare sine jure regni, subditi sunt servis suis. Deus enim S. Benedictus præfecit illis servos eorum, à quibus excisi sunt.* Ex mox: ומלמד טענה זו שלא היו החשמונים מזרע המלוכה עוד יש בו טענה אחרת שלת היו להם למלוך לפי שהיו כהנים ונצטוך בתורה תשמרו את כהנתכם לכל דבר המזבח ולמבית לפרכת והיון שכן הוא לא היו ראויים לבקש מלכות רק לעבוד את עבדת ה" ומפני זה נענשו כעונש זה־וכן אמרינן בירישלמי אין מושחין מלכים מן הכהנים: *Hæc ratio docet Chasmonæos non fuisse stirpis Regiæ. Præterea est alia ratio, cur regnare non debuerint: quia nimirum erant*
158 *Sacerdotes, quibus imperatur in Lege Numer.* XVIII. *v.* 7. *Custodietis Sacerdotium vestrum in his omnibus, quæ pertinent ad altare & intra velum. Quæ cum ita sint, non eorum erat ambire regnum; sed obire tantum ministerium Dei. Ideo dicunt in Talmude Hierosolymotanô: Non ungunt Sacerdotes in Reges.* Sed respondemus: Ex Jure regnandi tribui Judæ promissô usque ad *tempus* τοῦ *Schiloh*, non consequi *alias Tribus* esse excludendas. Aliud est dicere: *Tribum Judæ desituram in regnô cum venisset Schiloh*; & aliud dicere: *Judam solum ordine minime interruptô regnaturum.* Id quod ἄγραφον. Nam & Saulus Ephraimita, I. *Sam.* IX. I *seq.* & ante ipsum *tot judices ex tribubus aliis quam Judæ*, populo à Deo sunt præfecti. Ut res per *Mosen*, tandem etiam ad *tribum Levi* fuerit devoluta. Ita enim vel contra se ipsum R. Bechai *in Targ. Onkel. Gen.* XLIX. ומפני זה אמר עד כי יבא שילה והוא רמז על
משה ובאור הכתוב כי המלכות ליהודה עד 159
זמנו של משה שתשוב המלכות והממשלה לבית לוי והוא משה רבינו הגואל הראשון המולך על ישראל: *Quamobrem dicit: Donec veniat Schiloh; sic designandô Mosem, ut significet Scriptura Regnum penes Judam futurum usque ad tempus Mosis: qui translaturus erat regnum in dominationem Levi. Moses enim Magister, fuit primus Redemptor & Rex Israël.* Ita ergo, *Alii quam Juda*, potuerunt regnare; sed non *ante Schiloh proxime.* Unde hoc addimus: *Assamonæos lineâ maternâ fuisse ex tribu Judâ.* Ut titulô hujus cognationis cum Judâ, æque *Regnô* & *Sacerdotiô* uti potuerint. Συναφθειζῶν τῶν δύο φυλῶν, inquit Epiphanius, *l.* I. *adv. Hæres. Tom.* II. τοῦ τε βασιλικοῦ καὶ ἱερατικοῦ, Ἰούδα δέ φημι, καὶ Ἀαρών, καὶ πάσης τῆς τοῦ Λευΐ, οὕτω βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς ἐγένοντο. Quomodo & Cyrillus, VIII. *contr. Julian.* Assamonæos sub Tribu *Judâ* comprehen- 160
dit; dicitque *eam & domum Davidis regnasse usque ad Herodem Regem.* Verba ejus sunt: πῶς οὖν καταλῆξαι φησὶν εἰς Σεδεκίαν τὴν τοῦ Δαβὶδ βασιλείαν, καί τοι τοῦ Ζοροβάβελ, ὡς ἔφην, μετὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν τοῖς τῆς βασιλείας θάκοις ἐνιδρυμένου, καὶ ὄντος μὲν ἐκ φυλῆς Ἰούδα καὶ Δαβὶδ, παραπέμψαντας δὲ διὰ τῶν τῆς ἐφεξῆς τὸ σκῆπτρον μέχρι τῆς Ἡρώδου βασιλείας, ὃς μητρὸς μὲν γέγονεν Ἰουδαίου, ἀλλογενοῦς δὲ πατρός.

Quibus simillima habet Epiphanius, *l.* I. *adv. Hæres. p. m.* 118. cum tribum Judæ dicit regnasse usque ad Christum. Κατὰ διαδοχὴν, inquit, διήρκεσε θρόνος Δαβὶδ, ἕως αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, μὴ διαλειπόντων τῶν ἐξ Ἰούδα ἀρχόντων, ἕως ἦλθεν ᾧ τὰ ἀποκείμενα ἦν, καὶ αὐτὸς εὐδοκία ἐθνῶν, φησιν. Et paulo post: τότε δὲ λοιπὸν, ἀλλόφυλος βασιλεὺς Ἡρώδης, καὶ οὐκέτι οἱ ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ, διάδημα ἐπέθετο. Nicephorus etiam 161
Histor. Eccles. I. *c.* 9. Reges Judæis tribuit ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ἄχρις οὗ Αὔγουστος μόναρχος ἀνηγόρευτο.

Sed *dices*: Lex erat *Numer.* XXXVI. 6, 7. ut filiæ extra tribum non nuberent. & ex Philone, *l.* 2. *de Monarch. p. m.* 639. constat: Pontificem S. in suâ tribu *virginem Sacerdotalem* debuisse ducere &c. πρὸς δὲ τούτῳ, inquit, καὶ τὸ γένος ἠκρίβωσε τῶν μελλουσῶν γαμεῖσθαι· προστάξας τῷ μὲν ἀρχιερεῖ μνᾶσθαι μὴ μόνον γυναῖκα παρθένον, ἀλλὰ καὶ ἱέρειαν ἐξ ἱερέων, ἵνα ἐκ μιᾶς οἰκίας καὶ τρόπον τινὰ τοῦ αὐτοῦ αἵματος ὦσιν νυμφίος τε καὶ νύμφη, πρὸς ἁρμονίαν ἐπιδειξάμενοι παρ' ὅλον τὸν βίον κρᾶσιν ἠθῶν βεβαιοτάτην· ἐπετράπη δὲ τοῖς ἄλλοις, καὶ μὴ ἱερέων γαμεῖν θυγατέρας· τῇ μὲν ὅτι μικρὰ τούτων καθαρσία, τῇ δ' ὅτι τὸ ἔθνος οὐκ ἠβουλήθη γονεῖς εἰς ἅπαν ἱερατικῆς ἀμοιρῆσαι, καὶ παντελῶς ἀποζεῦξαι. Quæ 162
equidem concesserim: Etsi in tempore jus hoc emollitum statuam: cum non solum *Sacerdotes alii quam Summi*, uxores pro lubitu potuerint accipere, (per *Philon. supra*;) verum & ipsi *Summi Pontifices* extra tribus, uxores sumere: prout *Aharon* & *Jojhada*, ex tribu Judæ. Potuisse adhæc tum *Judices magni Synedrii*, (domus etiam Judæ & Davidis;) tum *ipsos Reges* contrahere affinitatem cum *tribu Levi*, constat ex *Rabbinis.* Majemonides *in tract. Sanhedrin cap.* 2. inquit: ואין מעמידין בסנהדרין אלא כהנים לוים וישראל המיוחסין הראויים להשיא לכהונה וגו": *Non constituunt in Synedriô, nisi Sacerdotes, Levitas & Israëlitas, nobilis prosapiæ: dignos qui affinitatem contrahant cum Sacerdotibus.* Et idem, *in Jad Chazakah. tract. de Regib. c.* I. אין מעמידין מלך אלא מן המשיאין
לכהונה והטעם שנ" מקרב אחיך תשים עליך 163
מלך ממבחר שבאחיך: *Non constituunt Regem, ni-*

si

si ex iis qui affinitatem contrahere possunt cum Sacerdotibus, ita enim hæc intelligo, non κατὰ τὸ ῥητόν: המשיאין לכהונה *assumptos in Sacerdotium*: Regibus enim Sacerdotium non fuit licitum: sed quasi esset המשיאין להתחתן לכהונה *assumptos ad affinitatem contrahendam cum Sacerdotiô*) *juxta illud Deuteron.* XVII. *c.* 5. *E mediô fratrum tuorum pones super te Regem; id est: ex præstantissimis fratrum tuorum.* Montacutius quidem *Apparat.* II. *in Histor. Eccles. n.* 29. *seq.* hanc sententiam exagitat in *Baroniô* & *Barradiô*; sed *Num.* tamen 44. *p. m.* 95. propter *Cyrillum* ita mitescit, ut admittat excusationem. *Ista*, inquit, *de lineâ fœmininâ, utcunque dicantur inconcinne; per quam ponuntur Maccabæi ad sceptrum illud Judæ adspirasse: tamen propter Cyrilli authoritatem, qui solus ex Antiquis, quod ego sciam*, (lo-
164 cum scilicet vel Epiphanii supra, non legerat) *Cardinalis opinioni suffragatur, fuerint per me excusatiora.* Ego vero non tantum excusatiora; sed & recta censeo: cum aliter nequeat percipi aut explicari, quomodo juxta Patriarcham vatem, *Sceptrum Judæ steterit usque ad adventum Schiloh.* Quamquam, qui *sceptrum Judæ* intelligunt de potestate *Synedrii* [criminali & legislativâ] XL. annos ante Templum sublatâ, *Schabbat fol.* 15. 1. *Ganz in Zemach mill.* 4. *ann.* 788. *confer Joh.* XIIX. 31. hoc est: illô ipsô articulô, quô Christus ministerium ingressus *annô ætatis* XXX. [excidium enim incidit in annum Christi LXX.] mundo se ostendit, illi [inquam] negent, *Asmonæos ad tribum Juda pertinere*, quod si vel omnes genus maternum inde ducerent, tamen משפחת אם אינה משפחה *familia matris non sit familia*: ut hac causâ *Rabbini* Asmonæorum regnum improbaverint. Ita Alting. *Schil.* I. *c.* 17. & II. *c.* 5. Sed sine magnâ necessita-
165 te ab *Antiquitate* non est discedendum: cujus causa satis hîc est favorabilis. Quare enim non potius illi à *tribu Judâ* possent denominari, qui genus saltem maternum inde ducerent, [dubitantibus contra *Antiquitatem*, aut ei *conjecturam* impingentibus valida incumbit probatio] quam qui non ducerent: ut tot *Judices Synedrii*? aut quomodo *sceptrum Synedrii* magis *Judæ* potuit dici quam *Levi*: cum *S. Pontifex* divisam in eô προεδρίαν habuit cum *Principe Judæ*? [conf. *Num.* 73. *infr.*] & suô tempore majorem etiam potestatem? Denique: non intelligo, quomodo *Synedrii jus criminale*, Christi exortu fuit terminatum, quod postea jussum. *Joh.* VIII. 7. & XIIX. 31. quin & usurpatum. *Act.* V. 33. 40. & VI. 12. *collat. cum cap.* VII. 58, 59. Judæis non licebat occidere, ut non ingredi Prætorium; hoc est: *propter festum. Joh.* XIIX. 28. Nec *Rabbini* loquuntur de exauthoratione aliquâ *Synedrii* absolutâ; sed
166 migratione saltem, aut intermissione temporariâ. Quanquam ultimis temporibus confusionem aliquam in *Judicium hoc* introductam, & potentiam imminutam, satis pateat ex *Jacobi condemnatione*: ad quam *Præfectô Romanorum* fuit opus. *Joseph. Ant.* XX. *c.* 8. In *regnis hæreditariis*, sceptrum *juris materni*, etiam illud sceptrum: quanquam *juri masculorum* sit postpositum.

28. 30. *Alexander: Aristobulus.*] Post cædem *Matris*, Romam eos Pater miserat, ut illic in domô *Pollionis* educarentur. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 13. Sed inde à Patre domum reductos magna ilico calamitas afflixit. Etenim, cum formâ, doctrinâ, & moribus egregii essent, (κάλλει τε, καὶ λόγων ἀσκήσει, καὶ χειρῶν ἔργοις, οὐδὲν ἧττον ἢ ὅτι βασιλέως ἦσαν παῖδες, πάντων ἐφέροντο στόμασι. Phot. *Biblioth. Codic.* 238.) repente invidiam incurrunt eorum, qui mortis *Mariammes* quondam fuerant authores. Grave enim
167 his erat, Adolescentes Rege & populô subnixos, non modo emergentes videre; sed & eos ad maxima quæque, id est: regnum destinatos: Verentibus, ne si aliquando ipsis potestas deferretur, ratio iis scelerum reddenda esset. Itaque contra ipsos conspirant, qui tum in regnô, & Regis animô maxime valebant: *Salome* scilicet, *Pheroras*, & *Antipater.* Quorum scelestis artibus & insidiis, brevi tanquam novatores & cædis maternæ ultores, patri credulo suspecti redditi sunt. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 1, 6, 7. *Hegesipp. Excid.* 1. *c.* 38, 40, 41. Non parum ipsis nocuit loquacitas, & quod linguæ parcere non didicissent. Nam cum pro insitâ animi magnitudine libere quidquid ureret effutirent, factum inde, ut adversariis omnia captantibus & explorantibus, materies calumniandi non defuerit. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 6. *Bell. Jud.* 1. *c.* 17. Et quamquam eos in hunc modum circumventos semel Cæsar; *Ant.* XVI. *c.* 8. *Hegesipp.* 1. *c.* 38. secundum Archelaus; *Ant.* XVI. *c.* 12. *Hegesipp.* 1. *c.* 40. tertium
etiam ipse Pater, *Ant.* XVI. *c.* 11 *Bell. loc. cit.* fraude 168
cognitâ, in integrum restituisset; odia tamen ad tempus sopita semper recaluerunt: quasi si ignis in cineribus non exstinguatur. Ut miseri Pricipes in nova pericula; sed & vincula tandem sint adducti. Nec multo post quæstio tam acriter haberi cæpit, ut amici inimicique juxta, totâ aulâ tracti ad equuleum sint. Sed illic quamquam inter varia indicia, *alii* proderent quod juvenes dixissent, se ad regnum elatos uxores quidem Regis ad textrinas; fratres autem ad pædagogia detrusuros: *Alii*, quod dixissent se, propter patris invidiam, staturam contrahere opus habuisse, & peritiâ jaculandi haud potuisse uti: *Alii*, quod Patrem societatis cum Mithridate Parthô voluerint accusare: Sed & quod eô venenis aut inter venandum occisô, cogitarint fugere ad *Romanos*, aut in *Cappadociam*; imo essent, qui nominarent *Alexandrium*: *Joseph. Ant.*
XVI. *c.* 11, 16. Res tamen omnis, vera comperta 169
huc evasit: *quod matris casum graviter tulissent; dolore injuriæ contra Patrem quid dixissent, & apud ipsum pravorum calumniis oppressi, destinassent fugere ad Socerum, in Cappadociam.* Hæc fuerunt illa crimina, [alia enim non poterant probari,] ob quæ *Herodes*, concedente Cæsare, eos coram *quinquaginta & centum virorum* judicio [inter quos tamen etiam *Pheroras* & *Salome*, hostes juratissimi. ἁλώσ. 1. *c.* 17. *Hegesipp.* 1. *c.* 41.] *Beryti* accusari, & capitis damnari fecit. Sicut etiam eos paulo post, *Sebastæ*, gulâ laqueo elisâ sustulit. *Joseph. Ant.* XVI. *c.* 17. *Bell. Jud. loc. cit. confer Euseb. Chronic. p.* 41. 156. *Hegesipp. Excid.* 1. *c.* 40, 41, 42. Gente totâ prosequente lacrymis, & quod voce non licuit, gemitu detestante. Strabo Cappadox, *Geogr.* XVI. *p. m.* 765. etiam huc respicit, cum Herodem quosdam filiorum ob insidias necasse scribit: Τῶν δ', inquit, υἱῶν, τοὺς μὲν αὐτὸς ἀνεῖλεν, ὡς ἐπιβουλεύσαν-
τας αὐτῷ· τοὺς δὲ τελευτῶν διαδόχους ἀπέλιπε, μερίδας 170
αὐτοῖς ἀποδούς. Hæc *Strabo. Uxores* ipsis adsignatas invenies apud Flavium, *Ant.* XVI. *c.* 2, 7. *Bell. Jud.* 1. *c.* 17.

29. *Glaphyra.*] Filia *Archelai* Regis Cappadocum. Fœmina animi ferox, & litigiosa. Domus claritas ei semper in linguâ fuit: ut quæ genus paternum à *Temenô*; maternum autem à *Dariô filiô Hystaspis*, Rege Persiæ, haberet. Certe cum contumeliose pergeret, & generis jactantiâ non modo *Uxoribus Regis*; sed & *Salomæ* molesta esset, potentiorum in se odiis concitatis, primo marito, & hinc sibi casum fecit. *Joseph. Bell. Jud.* 1. *c.* 17. *Hegesipp. Excid.* 1. *c.* 40. In aliis, ejus Virtus fidesque in Maritum clara fuit: ut quæ & vincula ejus tulit indignissime, & rogata in causâ ejus, liquido testata fuit. *Ant.* XVI. *c.* 16. *Ter* nupsisse referunt Historici. *Primo*, huic *Alexandro Mariammæo*. Post quem, ad patrem cum dote remissa, *Ant.* XVII. *c.* 1. *Bell.*
Jud. 1. *c.* 18. expetita in thorum est à *Jobâ*, (non 171
Tibâ, juxta *Hegesipp. Excid.* 11. *c.* 2.) Rege Libyæ. Quo defuncto, *Archelao*, Judææ Ethnarchæ dedit

dit ſe. Qui ultimus eam tam efflictim deperierat, ut uxore legitimâ *Mariamme*, rejectâ, eam contra Leges duxerit. Ajo: *contra Leges.* quia *Glaphyra* ante ex *Alexandrô Archelai Fratre* prolem habuit. & fratrum uxores, niſi ob ſemen excitandum, *Gen.* XXXVIII. 8. *ſeq.* haud fuerint licitæ. *Levit.* XIIX. 16. *&* XX. 21. Unde hoc facinus, brevi, *Archelao* exilium; *Glaphyræ* citam mortem peperit. Nam *Glaphyra*, ab *Alexandrô*, cujus thorum polluerat, in ſomnio objurgata, & levitatis ſuæ, ac hinc pœnæ monita, *quintô* poſtquam ſomniarat *die*, magno ſuo bono eſt ſublata. Nam in hoc certe *Numen* faverat, quod morte prærepta, mariti triſtes caſus haud incurrerit. *Joſeph. Ant.* XVII. *c.* 15. *Bell. Jud.* II. *c.* 6. *Hegeſipp. loc. cit.* Gorionides, *l.* 5. *c.* 44. ita: *Videbat*, (inquit de Glaphyrâ,) *quaſi ſibi*
172 *aſtaret Alexander primus maritus. Quem cum cuperet amplecti, repulſam paſſa eſt ab eo dicente ſibi: Deſine à me, & noli me tangere. annon erubeſcis me tangere, quæ poſt me nupſiſti Jobab Regi Libyæ? Sed nec hoc ſatis fuit tibi, niſi & maritum acciperes Archelaum fratrem meum: in cujus domum ingreſſa es in confuſionem meam. Et jurans dixit: Non feram opprobrium iſtud, donec ultionem ſumpſero de te*, (mitiora verba habet alter Joſephus, loc. cit.) *& de Archelao fratre meo, qui hanc ſtultitiam tecum egit. Evigilans deinde mulier retulit ſomnium puellis ſuis, vivenſque biduo*, (quinque dies habet Flavius,) *poſt ſomnium ſuum mortua eſt.* Hæc ille.

Cæterum, quis eſt ille *Archelaus*? ſed & *Joba*? quorum in his facta mentio? *Jubas* Hiſtoria *duos* memorat, circa hæc tempora: *Patrem*, & *Filium.* Nomen utrique nunc *Juba*, nunc *Joba*, (poſterior etiam *Gorionidi* loc. cit. *Jobab*) & regnum in *Aphricâ*; ſed diverſâ ſorte. *Prior* fuit filius *Hiem-*
173 *pſalis, Rex Numidiæ.* Dio, *Hiſt. Rom.* XLI. Pompeji partium fideliſſimus contra Cæſarem aſſertor *Vellei. Hiſt.* II. *c.* 53. & valde formidabilis. Ut qui ipſo *Cæſare* fatente, *Legiones* X. *Equitum* XXX. *Levis armaturæ C. millia*, *Elephantos* CCC. ſecum traxerit. *Sueton. l.* I. *c.* 66. Quanquam alii putent numerum, ſtudio auctum à *Cæſare*, ut milites experiretur: Duxiſſe enim LX. *Elephantos*, *Equitum millia* XX. *&* XXX. *peditum.* Appian. II. *Bellor. Civil.* Pro quibus *Hirtius* ponit, III. *Legiones*, XXX. *Elephantos & Numidas infrænes* CCC. Ad extremum, cum *Scipione* victus ad *Thapſum*, caſtriſque exutus, poſt epulas lautiſſimas, cum *Petrejo* ſuarum partium Duce certamine congreſſus, quæſitâ morte periit. *Dio. Hiſt. Rom.* XLIII. confer. Hirt. *in Commentar. hujus Bell.* Plutarch. *in Vit. C. Cæſar.* Paul. Diac. *Hiſtor.* VI. Appianus, *loc. cit.* addit hoc factum in cœnaculo, ſeu ἐπὶ τῇ διαίτῃ. Quod etiam velle videtur Florus, *Hiſtor.* IV. *Jubæ*, inquit,
174 *cum ſeſe recepiſſet in regiam, magnifice epulatus, poſtero die, cum Petrejo fugæ comite, ſuper menſam & pocula interficiendum ſe ei præbuit. Ille & Regi ſufficit, & ſibi: cum interim ſemeſi in medio cibi, & parentalia fercula, regio ſimul, Romanoque ſanguine madebant.* Hæc ille. *Lucanus* autem videtur hunc *Jubam*, *Nothum* facere *Hannibalis Carthaginenſis*, cum obliquum ei ſanguinem attribuit &c. Ita enim ſcribit *Pharſal.* VIII.

Hinc anceps dubii terret ſolertia Mauri.
Namque memor generis Carthaginis impia proles
Imminet Heſperiæ, multuſque in pectore vanô eſt
Hannibal, obliquô maculat qui ſanguine regnum.

Quæ non vane improbant *alii*: quibus *Hiſpanus* poëtari viſus, hoc eſt: fingere. *Pictoribus atque Poëtis &c.* Poſterior *Juba*, prioris filius, Puer à
175 Cæſare in triumphum abductus, Romæ ita crevit ac profecit, ut non modo ſui ſeculi eruditiſſimus; ſed &, ut ludunt vices mortalium, Rex ditiſſimus & potentiſſimus evaſerit. Plutarchus *in Vit. C. Cæſaris*: Τότε καὶ Ἰόβας υἱὸς ὢν ἐκείνου, κομιδῇ νήπιος, ἐν τῷ θριάμβῳ παρήχθη, μακαριωτάτην ἁλοὺς ἅλωσιν, ἐκ βαρβάρων καὶ Νομάδων Ἑλλήνων τοῖς πολυμαθεστάτοις ἐναρίθμιος γενέσθαι συγγραφεῦσιν. Appianus *Bellor civil.* II. *p. m.* 491. inquit: ἔνθα (ſcilicet in triumpho Cæſaris) καὶ Ἰόβα, παῖς Ἰόβας, ὁ συγγραφεὺς, βρέφος ὢν ἔτι, παρήγετο. Cum adoleviſſet, Auguſtus ei, in uxorem datâ Cleopatrâ (Selene) filiâ Anthonii, Ægyptum & regnum patrium deſtinavit. Dio *Hiſt. Rom.* LI. ἥτε Κλεοπάτρα, Ἰόβᾳ τῷ τοῦ Ἰόβου παιδὶ συνῴκισε. Τούτῳ γὰρ ὁ Καῖσαρ τραφέντι τε ἐν Ἰταλίᾳ καὶ συνεστρατευσαμένῳ οἱ, ταύτην τε, (loquitur de Ægy- 176
pto) καὶ τὴν βασιλείαν τὴν πατρῴαν ἔδωκε &c. Sed poſtea tamen mutatâ ſententiâ, (*Ægypto* enim certe non præfuit: nam Ægyptum jam inde à *Divo Auguſto*, Equites Romani obtinebant loco Regum. *Tacit. Hiſtor.* I. *c.* II. & Ægyptus jam inde ut imperio Romano juncta eſt, recta à præfectis. *Ammian. Marcell. l.* 22.) *Auguſtus* ei pro paterno regno, *partem Gætuliæ, & Bocchi Bogudiſque tractum* dedit. Iterum Dio, *Hiſt.* LIV. Τῷ μὲν Ἰούβᾳ τῆς τε Γαιτουλίας τινὰ ἀντὶ τῆς πατρῴας ἀρχῆς, ἐπείπερ ἐς τὸν τῶν Ῥωμαίων κόσμον οἱ πλείους αὐτῶν ἐσεγεγράφατο, καὶ τὰ τοῦ Βόκχου, τοῦ τε Βογούου, ἔδωκε. Pro quibus recte Plinius, *Hiſt. Nat.* V. *c.* I. utramque Mauritaniam ſubſtituit. Hoc eſt Cæſarienſem, atque Tingitanam. *Plin. lib. cit. c.* 2. (poſtea tamen non à *Cajo*; ut *Plin. Hiſt. Nat.* V. *c.* I. ſub quo rebellarat; ſed à *Claudio*, ita bipartitam. *Dio. Hiſt.* LX.) Etiamſi
Strabo *Geogr.* XVII. paterno Jubæ regno dicit Bo- 177
gudis & Bocchi ditionem ſive Mauritaniam adjectam: ut (ſecus quam *Dio*) Juba etiam *Numidiam* tenuiſſet. *Doctrina Jubæ* fuit illuſtriſſima. Plinius *loc. cit.* inquit: *Juba Ptolemæi pater, qui primus utrique Mauritaniæ imperavit, ſtudiorum claritate memorabilior etiam quam regno, ſimilia prodidit de Atlante &c.* Qui & ibi, ſicut *Hiſt. Nat.* XII. *c.* 14. (*confer. l.* XXXVII. *c.* 8. *& Solin. c.* 32. *Ammian. Marcell. Hiſtor.* XXII.) voluminum ejus ad Cajum Auguſti filium meminit. Ut merito Plutarcho, non modo *in Vit. Anthon.* dictus ſit ὁ χαριέστατος τῶν βασιλέων: ſed & *in Vit. Sertor.* πάντων βασιλέων ἱστορικώτατος. Ex *Cleopatrâ* filium habuit *Ptolomæum*, (Strab. *Geogr.* XVII.) quem in Regnô ſuccedentem, *Cajus* perfide ad ſe pellectum interfecit. Suetonius, *lib.* IV. *c.* 26. *Leve ac frigidum ſit his addere, quô propinquos, amicoſque pactô,* [Cajus] *tractaverit. Ptolemæum Regis Jubæ filium conſobrinum ſuum, erat e-*
nim & is M. Anthonii ex Selenâ filiâ nepos, [Cleo- 178
patra, filiæ ſuæ ex Anthonio, σελήνης dederat ἐπίκλησιν. *Plutarch. in Vit. Anthon. Dio Hiſt.* 51. Atque hinc eſt, quod quam *Dio* & *Plutarchus*, vocant *Cleopatram*; *Tranquillus*, & *Euſeb. Chronic. p.* 42. *& Græc. Scaliger. p.* 60. *Selenam* nominent,] *& inprimis ipſum Macronem* &c. *quibus omnibus cruenta mors perſoluta eſt.* Conſentit Dio *Hiſtor. Rom.* LIX. & cauſam addit. Nempe quod *Cajus* opibus ejus inhiarit: Γάϊος inquit ἐν τούτῳ τόν τε Πτολεμαῖον, τὸν τοῦ Ἰόβα παῖδα, μεταπέμψας, καὶ μαθὼν ὅτι πλουτεῖ, ἀπέκτεινε. Seneca, *De Tranquillit. c.* XI. paulo obſcurius: *Ptolemæum*, inquit, *Regem Aphricæ, Mithridatem Armeniæ, inter Cajanas cuſtodias*, (in carcere apud Cajum) *vidimus. Alter in exilium miſſus eſt; alter ut meliore fide mitteretur optabat.* Scilicet recte conjicit Lipſius, *in not. ad Tacit. Annal.* IV. *c.* 7. *p. m.* 106. hinc intelligi, *Cajum* primo
Ptolemæum dimiſiſſe: & poſtea eum ſub viâ fide 179
violatâ occidiſſe. Propterea enim ut meliore fide, (ſeu domum, ſeu in exilium) mitteretur, hic optaverat. Scelus ulciſci voluit *Ædemon*; de quô Plinius, *Hiſt. Nat.* V. *c.* I. *Romana arma, primum Claudiô Principe in Mauritaniâ bellavere: Ptolemæum Regem à C. Cæſare interemptum ulciſcente Libertô Ædemone, refugientibuſque Barbaris ventum conſtat ad montem Atlantem.* Ex quibus conſtat, errare *Aurel. Victor.* cum *Ptolemæum* præterit: *à me-*

meridie, inquit, *Mauri accessere provinciis; demptis Regibus post Jubam &c.* Sed redeo ad *Glaphyram*: cujus causâ hæc διέκβασις instituta. Nam si quis quærit, *utri Jubarum* ea nupserit? omnes quasi in re certâ conclamabunt: *juniori.* Ego vero etiam *neutri.* Nam *Juba* cui *Glaphyra* nupsit, prius decessit, quam hanc duxit *Archelaus.* Μεταστάντος seu τελευτήσαντος Λιβύος &c. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 15. *Bell. Jud.* II. *c.* 6. Recte vero, inquit Salianus, *An-*
180 *nal. Tom.* VI. *ad Ann. ...br.* 6. *p.m.* 813. *Videtur Juba eò prælió, quó Gætuli superiores fuerant*, (vide Dion. Histor. LV.) *occidisse: nam hoc tempore mortuum fuisse, & ejus uxorem Glaphyram Regis Cappadociæ Archelai filiam, ad Patrem reversam, & tertiis nuptiis ab Archelaô Judææ Ethnarcha ductam auctor est Josephus.* Id vero oppido falsum & insulsum est. Etenim, quô annó *Archelaus* Dioni *Histor.* LV. dicitur relegatus ab Augustô, nempe Coss. *Lepidó & Arruntió*, (quam vere explicamus alibi,) dicitur etiam *Juba* vixisse, & bellum cum *Gætulis*, subditis, habuisse. *Dio loc. cit.* Quomodo ergo *Archelaus* hujus viduam ante exilium potuit ducere? Imo vero *Juba ille* vixit sub *Tiberiô*, & tum primum diem suum obiit. Testis Strabo *Geograph.* VI. νυνὶ δ', inquit, εἰς Ἰούβαν περιέστηκεν ἥ τε Μαυρουσία, καὶ πολλὰ μέρη τῆς ἄλλης Λιβύης, διὰ τὴν εἰς ῥωμαίους εὔνοιάν τε καὶ φιλίαν. *Nunc Mauritaniam aliasque multas par-*
181 *tes Aphricæ, Juba obtinet, ob studium in Romanos & amicitiam hoc consecutus.* Scripsit autem illa sub Tiberiô. nam paulo post: οὐδέποτε, inquit, γοῦν εὐπορῆσαι τοσαύτης εἰρήνης καὶ ἀφθονίας ἀγαθῶν ὑπῆρξε ῥωμαίοις καὶ τοῖς συμμάχοις αὐτῶν, ὅσην καῖσάρ τε ὁ σεβαστὸς παρέσχεν, ἀφ' οὗ παρέλαβε τὴν ἐξουσίαν αὐτοτελῆ, καὶ νῦν ὁ διαδεξάμενος υἱὸς ἐκεῖνον παρέχει Τιβέριος, κανόνα τῆς διοικήσεως καὶ τῶν προσαγμάτων ποιούμενος ἐκεῖνον· καὶ αὐτὸν οἱ παῖδες αὐτοῦ Γερμανικός τε καὶ Δροῦσος ὑπουργοῦντες τῷ πατρί. *Nequaquam igitur Romanis & eorum sociis tanta pax omniumque bonorum abundantia potuisset obtingere, quantam & Cæsar Augustus præbuit, postquam ad eum solum summa rerum est delata: & nunc præstat filius ejus & successor Tiberius; sicut & ipsum imitantur patris administri filii, Germanicus*
182 *& Drusus.* Videtur autem ea scripsisse *circa quintum Tiberii.* Nam *Geogr.* IV. ita de Noricis, Tauciscis, & aliis Inalpinis gentibus: πάντας δ' ἔπαυσε, inquit, τῶν ἀνέδην καταδρομῶν Τιβέριος καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δροῦσος θερείᾳ μιᾷ, ὥσθ' ἤδη τρίτον καὶ τριακοστὸν ἔτος ἐστὶν, ἐξ οὗ καθ' ἡσυχίαν ὄντες ἀποδιδόασι τοὺς φόρους. *Horum omnium crebris incursionibus finem imposuit Tiberius, & ejus frater Drusus, unicâ æstate; & nunc agitur annus tertius supra tricesimum, ex quô quiescentes tributum legitime persolvunt.* Id quod convenit *anno quinto Tiberii*: Consulatui scilicet *Junii Silani*, & *Norbani Flacci*: qui erat *trigesimus tertius* à Coss. *Drusi Libonis* & *Calpurnii Pisonis*; ad quorum tempus ea Tiberii & Drusi gesta in Noricis refert Dio, *Hist.* LIV. Probat & Tacitus, *Jubam hunc* tum exstitisse. Nam censis Imperii opibus sub Tiberiô, *Mauros Juba Rex acceperat, donum populi Romani: cætera Aphrica per duas legiones pari-*
183 *que numeró Ægyptus &c.* Annal. IV. c. 5. Qui etiam probat sub *Tiberio* eum decessisse, dum *Annal.* IV. *c.* 23, 24, 26. asserit, filium *Ptolemæum* tum regnasse, & ob societatem fidemque contra *Tacfarinatem*, à Senatu accepisse *scipionem eburneum, & togam pictam: antiqua Patrum munera &c.* Et quô tempore *Strabo* opus suum Geographicum absolvit, (nempe sub *Tiberiô*, ut constat ex Ptolemæô;) paulo ante *Juba* expiraverat. Ait enim *Geogr.* XVII. Ἰούβας μὲν οὖν νεωστὶ ἐτελεύτα τὸν βίον. διαδέδεκται δὲ τὴν ἀρχὴν υἱὸς Πτολεμαῖος γεγονὼς ἐξ Ἀντωνίου θυγατρὸς καὶ Κλεοπάτρας. Et mox: τὴν χώραν μετὰ Σύφακα κατέσχε Μασανάσσης, εἶτα Μικίψας, εἶτα καὶ οἱ ἐκεῖνον διαδεξάμενοι. καθ' ἡμᾶς δὲ Ἰούβας ὁ πατὴρ τοῦ νεωστὶ τελευτήσαντος Ἰούβα. Vixit itaque *Juba* sub *Tiberiô.* Sed & fortiter hoc stringit *Salianum*, quod *Ptolemæus* 184
Jubæ filius, cum ultimum defecisset *Tacfarinas*, adhuc in juventâ fuerit. Tacitus *Annal.* IV. *c.* 23. inquit: *Jamque tres laureatæ in urbe statuæ, & adhuc raptabat Africam Tacfarinas; auctus Maurorum auxiliis, qui Ptolemaô Jubæ filió juventâ incurioso, libertos Regios, & servilia imperia belló mutaverant.* Colligantur jam anni, quibus *Selena* uxor Jubæ, post partum *Ptolemæi* vixit; & quibus *Glaphyra* in thoro *Jubæ* fuit post *Selenam*; & hinc domum rediit, & nupsit *Archelao.* Addantur etiam anni à morte *Glaphyræ* sub *Augustô*, ad motus ultimos Tacfarinatis sub *Tiberio* &c. An *Ptolemæum in juventâ* colliges? Nihil minus. Fuit tamen *in juventâ.* Quid hoc ergo rei est? Dicam: *Glaphyra* Jubæ illi nunquam nupsit: cum, ut dictum, *Juba* Jubæ filius, adhuc vixit sub *Tiberio*: & sic ante sub *Augustô* non decessit, aut tum *Glaphyra* viduam *Archelao* nondum exuli reliquit. Itaque falsa ἐγχείρησις *Saliani*, quod *Juba* à Gætulis [sub *Augusto*] 185
interfectus sit. In quem errorem *Gelenius* ipsum aut induxit, aut inducere potuit. Nam cum Flavius, *Ant.* XVII. *c.* 15. Jubam Glaphyræ, vocat Regem τῶν λιβύων, audacter *Gelenius* vertit & interpretatur: *Regem Mauritaniæ.* Cum tamen *Mauritania*, nunquam dicta fuit *Libya.* Nam *Libya* in Authoribus vel accepta invenitur pro *totâ Africâ*; vel *in specie* usurpata pro *Carthaginensi*, *Cyrenaicâ*, *Tripolitanâ*, atque *Mareoti*: quarum nulla fuit *Mauritania.* *Africa major* seu *tota*, in genere dicta fuit *Libya*, tum *Ciceroni*, I. *de natur. Deor.* 141. vastitas Libyæ &c. tum Straboni, *Geogr.* II. *p. m.* 67. μνησθεὶς τῶν περιπλεῦσαι λεγομένων τὴν λιβύην. item: νέμεται δ' ἔθνη τὴν λιβύην τὰ πλεῖστα ἄγνωστα: tum Plinio, *Hist.* V. *in titul.* Africam Græci Libyam appellavere, qua mare ante eam Libycum incipiens, Ægyptó finitur. Quo contendo *etymon*: quatenus
Libya vel sit quasi λείπουσα τοῦ ὕειν. juxta *Varron.* [un- 186
de fortean Lucano, *Pharsal.* I. dicta sitiens,] vel sit dicta quod inde Libs flet, id est: Africus. *Isidor.* XIV. *c.* 5. imo vero, ab antiquâ voce λίβυς; quæ, [ut μαυρὸς] *nigrum* denotat. Nam ut *Galathia* ἀπὸ τοῦ γάλακτος, *candidó*; ita certe *Libyes* à *nigró.* Qui *Libyam* deducunt, seu à *Libyâ* Epaphi filiâ, illic regnum quæ condidit. *Isidor. loc. cit.* seu à *Liby* quodam, filiô Mesræi; quasi prius dicta fuit *Phute. Joseph. Ant.* I. *c.* 7. sicut postea *Aphrica*, ab *Ophre*; *Joseph. Ant.* I. *c.* 16. nihil moror. Pro *Africâ Carthaginensi*, seu *minore*, aut *Proconsulari*, [sitâ inter promontorium candidum & Mercurii, & divisâ in provincias, veterem & novam, fossâ discretas, *Plin. Hist.* V. *c.* 4.] *Libyam* accipit illud Virgilii, *Æneid.* II. Libyæ defixit lumina regnis &c. & *Æneid.* IV. littus arenosum Libyæ &c. prout in hac etiam *Libyphœnices. Strab. Geogr.* XVII. *Plin. loc. prox.* & Libyam ad corpus totius reipublicæ
jugens, Gelimerem Regem, opesque Carthaginis, 187
in urbe regiâ, Principi obtulit. *Jornand. de regnor. successf.* De *Libyâ Cyrenaicâ* seu *Pentapolitanâ*, plurimi. In Pentapoli Libyâ, (inquit *Ammianus Hist.* XXII) Cyrene posita est, urbs antiqua &c. Cyrenes, (inquit *Sext. Ruf. in Breviar.* cui consonant *Jornand. loc. cit. Paul. Diacon. Hist.* VI.) cum civitatibus Libyæ Pentapolis, Ptolemæi antiquioris liberalitate accepimus: Libyam supremi Apionis Regis benefició sumus adsequuti. Hinc Φυκοῦς, (urbs seu promontorium Cyrenaicæ *Plin. Hist.* V. *c.* 5.) πόλις τῆς λιβύης. *Stephan de urbib.* *Libyam Tripolitanam*, inter duas Syrtes, (de quibus operose *Strabo*, *Geogr.* XVII.) discas licet ex Salmasió, *Exercit. in Solin. c.* 27. *p. m.* 319. authoritate *Eusebii*: cui *Libya* aliqua, dicitur π... μέχρις ...κρᾶς σύρτεως. Denique: *Libyam Mareotin* habet Plinius, *Hist.* V. *c.* 6. cum sic inquit: *Ea quæ sequitur*
regio, Libya Mareotis appellatur; Ægypto contermi- 188
na.

na. Ammianus Marcellinus, *Hist.* XXII. vocat *siccam*; & Ægypti veteris partem facit, *Tres*, inquit, *provincias Ægyptus fertur habuisse temporibus priscis; Ægyptum ipsam, & Thebaidem, & Libyam: quibus duas adjecit posteritas, ab Ægypto Augustamnicam, & Pentapolim à Libyâ sejunctè disparatam.* Ut cum *Libya* hæc *Marcotis*, Cyrenaicam attigit, non immerito, *Act.* II. 10. λιβύη κατὰ Κυρήνην dicta sit. Finis ei ad Canopitanum Nili ostium; seu ad *Canopum*, oppidum Ægypti. *Solin. Polyhist. c.* 31. Nam hunc tractus circa *Canopum*, *terra Libya* appellata. *Tacit. Annal.* II. *c.* 60. & Judæi in ea loca delati, *novissima Libyæ* insedisse memorantur. *Tacit. Hist.* V. *c.* 2. Et hæc hactenus de *Libyâ*: ne fidant Teucri: *Libyam posse verti per Mauritaniam. Juba* ergo maritus Glaphyræ, fuit Rex *Libyæ*, & non *Mauritaniæ*. Sed cujus *Libyæ?* certe non quæ *Romanis* paruit; scilicet *Carthaginensis*, *Cyrenaicæ*,
189 aut *Tripolitanæ:* in quibus partibus nullus *Juba* potest ostendi, qui *sub Augusto* desiit. Fuit itaque, (nam quid aliud restat?) *Libyæ Rex*, *Mareotis*, aut *Libyægyptiorum*, supra Gætulos. *Plin. Hist.* V. *c.* 7. Romanis Scriptoribus haud dubie incognitus, quod nihil ipsi seu amicitiæ seu inimicitiæ cum Romanô Populô intercesserit. *Strabonis* certe ætate, pleræque gentes *Libyæ*, incognitæ. *Strab. Geogr.* II. & *Plinii* tempore, primus *Suetonius Paulinus*, consul, Atlantem transgressus. *Plin. Hist.* V. *c.* I. totumque regnum Romanorum in Africâ, in has *sex provincias* redactum: *Proconsularem*, *Numidiam*, *Byzacium*, *Tripolin*, & *Mauritanias duas*, *Sitifensem & Cæsarcensem.* Sex. Ruf. *in Breviar.* ad quas *Libya Marcotis* haud pertinuit. Ut cum *Agrippa Minor*, apud Josephum *Bell. Jud.* II. *c.* 16. asserat, quod Romani τὴν τρίτην τῆς οἰκουμένης μοῖραν ὅλην ἐχειρώσαντο, hyperbolâ more Oratorum, usus sit. *Libya* autem *Marcotis*, cum tres habuit gentes;
190 *Marmaridas*, *Adyrmachidas*, & *Marcotas*: & tot *Atlantes*, *Ægipanes*, *Blemmyæ &c.* in Æthiopiis. *Plin. Hist.* V. *c.* 7. quibus ni fallor, mixti *Libyes: arg.* Solin. *Polyhist. c.* 30. verisimile est eas aut omnes aut singulas, æque suos habuisse Reges, ac gentem illic modicam *Garamantum. Tacit. Annal.* IV. *c.* 23, 26. Inter quos Reges, *Jubam Glaphyræ* tutius assumere, quam ad *Jubam Maurum* recurrere, & absurdâ ratione *Glaphyram* χηρεύσαν post eum velle fingere, quæ haud quaquam ei supervixit. Ut hunc *tertium*, id est: *Glaphyræ Jubam*, unus nobis *Flavius* detexerit: & Lydyat, *in emend. temp. hujusque explic. c.* 3. *p. m.* 29, 48. frustra hinc quærat fabulæ præsidium, quod initium regni Herodis sumendum sit *novem annos* serius quam *Josepho:* hoc est: *à victoriâ ad Actium.*

De *Archelao* etiam, patre *Glaphyræ*, pauca adspergenda sunt. Is ejecto *Ariarathe*, Cappadociæ ab *Anthonio Triumv.* præfectus fuit: Genus ei pa-
191 ternum descendit ab *Archelais*, (celeberrimus fuit *Archelaus Dux Mithridatis*, tribus præliis à *Sullâ* profligatus. *Eutrop. Histor. l.* 5.) Mater ei fuit scortum *Glaphyra*. Dio *Hist. Rom.* XLIX. familiam Regiam sanguine non attingens. *Strab. Geogr.* XII. in *Bello Actiaco*, cum ipse ut alii Asiæ Reguli pro *Anthonio* stetissent, *Augustus* victor omnes ad modicum redegit, & dejecit, præter hunc *Archelaum*, & *Amyntam.* Dio *Hist.* LI. Et *Archelao* quidem ita favit, ut pristino ejus regno adjecerit loca quædam maritima *Ciliciæ*; & *Minorem Armeniam* post *Medum* ei demandarit. Dio *Histor.* LIV. Cæterum, quam indigne & perfide postea eum *Tiberius* tractaverit, refert Tacitus, *Annal.* II. *c.* 42. *Rex Archelaus*, inquit, *quinquagesimum annum Cappadociâ potiebatur: invisus Tiberio, quod eum Rhodi agentem nullo officio coluisset. Nec id Archelaus per superbiam omiserat; sed ab intimis Augusti monitus: quia florente*
192 *C. Cæsare, missoque ad res Orientis, intuta Tiberii* *amicitia credebatur. Ut versû Cæsarum sobole imperium adeptus est, elicit Archelaum, matris* (Liviæ) *literis; quæ non dissimulatis filii offensionibus, clementiam offerebat, si ad precandum veniret: ille ignarus doli, vel si intelligere crederetur, vim metuens, in urbem properat: exceptusque immiti à Principe, & mox accusatus in Senatu, non ob crimina, quæ fingebantur; sed angore, simul fessus senio, & quia Regibus æqua, nedum infima insolita sunt, finem vitæ sponte an fato implevit. Regnum in Provinciam redactum &c.* addit *Annal.* II. *c.* 56. *Cappadoces in formam provinciæ redacti, Q. Veranium Legatum accepere; & quædam ex Regiis tributis deminuta, quo mitius Romanum imperium speraretur.* Eadem fere, paucis additis, resumit Dio *Histor.* LVII. & ex eo Xiphilinus, *in Tiber: Archelaum*, ait, *infensus ei quod cum olim sibi is supplicasset, suoque patrocinio accusatus ab incolis usus fuisset, Rhodi se neglexisset; at Cajum in Asiam venientem officiose coluisset, insimulatum quasi novis rebus studeret, evocavit Romam, & Senatus* 193
judicio tradidit hominem, non senectute modo extremâ; sed Podagrâ etiam vehementi confectum, & delirare creditum. Et quidem aliquando mente vere fuerat alienatus, ut tutor regno ejus ab Augusto datus fuerit. Nunc vero satis sanus, impotem se animi simulabat: saltem in hoc præsidium salutis quærens. Neque evitasset mortem, nisi quis falsum protulisset testimonium: Dixisse Archelaum, quod domum reversus ostensurus esset Tiberio, quales sibi nervi essent. Id risum excitavit, & Tiberium à necandô eô retraxit: postquam ille non modo non stare, sed ne quidem sedere potuerit. Ut lecticâ contectâ in curiam illatus fuerit; prospectansque ex eâ pauca disseruerit. Archelaus tum evitatô periculô nihilominus paulo post obiit. Atque inde Cappadocia quoque Romani juris facta, & Equiti regenda data. Hæc illi. Summatim autem per scelus eum à Tiberiô oppressum referunt, Sext. Aurel. *Epit. in Tiber.* Suidas, *in Vit. Cæsar.* Euseb. *Chronic. in Tiber. p.* 42. 137. & *alii:* adduntque Eutro- 194
pius, *Breviar. l.* 7. & Jornand. *de regnor. & temp. success. p. m.* 645. eum moriturum Romanis regnum legasse: quod illô titulô in Provinciam acceptum; & urbs ejus *Mazaca*, dicta *Cæsarea.* Quanquam falso Jornandes *loc. cit.* ea gesta asserat sub *Claudiô.* Videtur certe fuisse eruditus. Nam Plinius, *Hist. Natur.* XXXVII. *c.* 3. scribit: *nasci & in Indiâ* (Succinum,) *certum est. Archelaus, qui regnavit in Cappadociâ, cortice inhærente tradit advehi rude, polirique adipe Suis lactentis incoctum.* Qui & *l. eod. c.* 8. Scriptoris hujus meminit. Atque hæc obiter de Patre *Glaphyræ.* Mirari vero prius liceat, quam hinc abeo, *Saliani* supercilium. Nam cum Clariss. *Casaubonus*, iis Suetonii, *l.* 3. *c.* 8. verbis: *Civilium officiorum rudimentis*, (loquitur de Tiberiô) *Regem Archelaum, Trallianos, & Thessalos, variâ quoque de causâ, Augustô cognoscente defendit*, inter notas adscribit: *Meminit Dio obiter l.* LVII. Salianus, *Annal. in Scholiis ad Ann. Chr.* 3. *n.* 7. ut os est, & pru- 195
ritus non vulgaris contradicendi, audet in hunc modum obstrepere: *Male*, inquit, *ibi Casaubonus Archelaum Cappadocem non Judæum interpretatur: de quô Dio, l.* 57. *Cujus omnis accusatio ac judicium Tiberiô jam imperante confectum est.* Hactenus ille: certe frigide. Nam cum Dio, *Hist.* LVII. *supra allegat.* expresse dixerit: *Archelaum à Subditis accusatum Tiberii patrociniô usum, & hinc, cum Tiberium Rhodi negligeret, ingratum judicatum &c.* quomodo potest plenius aliquid loqui pro *Casaubonô*, aut docere *Salianum:* Quod scilicet, *non omnis Archelai Cappadocis accusatio & judicium, Tiberiô jam imperante confectum sit:* quandoquidem aliud judicium præcessit, *in quô Archelaus accusatus à Subditis, Tiberium, imperante Augustô*, (antequam scilicet Tiberius Rhodum quasi in exilium ivisset; *Dio loc. cit.* & LV. *Sueton.* III. *c.* 13.) *habuit patronum?* ut *Je-*

Jesuita etiam in aëre piscetur, cum *in Annal. ad*
196 *Ann. Chr.* 3. *n.* 7. huic fragili fundamento super-
struit *biennalem Christi moram in Ægyptô*. Quasi *ad*
Annum Christi 2. Tiberius in causâ *Archelai Judæi*,
nondum ex septennali suâ peregrinatione, (mansione
in Rhodô, *Vellej. l.* 2.) *Romam rediisset*. Nam un-
de probabitur Tiberium *Archelao Judæo* fuisse pa-
trocinatum? Scilicet quod sic referat Suetonius,
l. 3. *c.* 8. *alleg.* Id vero demum est in circulum ire,
& κοκκύζειν. Nam adhuc certe est in quæstione:
Utrum *Archelaum Cappadocem*, an *Judæum*, Sue-
tonius intelligat? Nobis certum *prius*, non *poste-
rius*. Quando nunquam probari potest *Archelaum
Judæum* defensum à Tiberiô: (in judiciô hujus ob
contentionem fratrum de herciscundô mortui Pa-
tris regnô aderat *Cajus* Augusti ex filiâ nepos. *Jo-
seph. Ant.* XVII. *c.* 11. *Bell. Jud.* 11. *c.* 1. frustra à Ly-
dyat *in explicat. emend. temp. c.* 14. *p. m.* 169. 171.
transformatus in *Agrippam posthumum*; non *Tibe-
rius*:) potest autem probari *Archelaum Cappado-*
197 *cem* defensum. Sicut supra. Addo: *Archelaus Sue-
tonii*, fuit *Rex*; (Regem Archelaum inquit &c.) &
sic etiam *Cappadox*, non *Judæus*: cum *hic* nunquam
Rex, sed *Ethnarcha* fuit. Obiter etiam Doctiss.
Freinshemius, *in Indic. ad Tacit. Bernegger.* admo-
nendus est; cum *Archelaum*, cui nepos Rex Arme-
niæ *Tigranes*, *Tacit. Annal.* XIV. *c.* 26. alium putat
ab hoc nostrô *Archelaô*, & de quô *Tacitus Annal.* II.
c. 42. Id quod *Num.* 66. hujus refutatur.

30. *Aristobulus.*] Vide *Num.* 28. de *Alexandrô*.

31. *Filius Anonymus.*] Romæ in studiis mortuus.
Joseph. Bell. Jud. 1. *c.* 17. confer *Ant.* XIV. *c.* 21. De
quô plura si quæris, Asini (ut dicunt,) vellus
quæres. Nam falso Serarius, *Opusc. in Herod. c.* 19.
p. m. 241. de hoc Anonymô: *Videtur*, inquit, *esse
ille, qui l.* 1. *capt. c.* 18. ἡρώδης *vocatur. Nam & hoc
testatur Gorionides, l.* 5. *c.* 32. Similes habent labra
lactucas. Nam quid sibi ille *Pseudogorionides*? To-
198 tô *Capite* 18. ἁλώσ. nullius alius *Herodis* exstat men-
tio, quam cui mater *Mariamme Simonis*, & πρὸς
μητρὸς πάππος ἀρχιερεύς. Ut oculi *Serario* caligent
in meridie: Quamdiu *Mariamme Simonis*, non est
Mariamme Hircani; aut hujus pater *Alexander*,
Ἀρχιερεύς. In transcursu notandus error *Ruffino-Ge-
lenii*: Qui ad ἁλώσ. 1. *c.* 17. ε΄ τέκνων Herodis ἐκ μα-
ριάμμης, exponit: *Quinque filiorum &c.* cum *tres*
tantum *filii* fuerint. Nam *duæ* erant *filiæ*.

32. 33. *Salampsio: Cypros.*] Pheroræ utramque
desponsatam diximus *Num.* 17. Unde hîc parci es-
se possumus: cum ibi etiam, quibus deinde nupse-
rint, notatum. *Cyprus*, (quod nomen in Aviâ,
Tzemach David *part.* 1. *millenar.* 4. *ad Ann.* 697.
exprimit per *Kiphron. Gorionides autem l.* 4. *c.* 17.
per *Kiparon: Eusebius, Nicephorus, Cedrenus, Georg.
Syncellus, Tzetzes, &c.* per *Cyprinen*, aut *Cyprin.*)
sine liberis decessit. Quin imo, inquit Cappellus,
199 *Hist. Apostol. & Judaic. p. m.* 85. *Cyprus* ex *Antipa-
trô Salomes*, genuit *Cyprum* uxorem *Alexæ Selcii*:
ex quibus etiam alia *Cypros*. Id vero nos negamus.
Flavius inquit, *Ant.* XIIX. *c.* 7. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ φα-
σαήλου καὶ σαμψιοῦς, (lege σαλαμψιοῦς, ut ante in *hoc
Capite*,) ἐστι γένος. Κύπρῳ δ' ἐξ ἀντιπάτρου θυγάτηρ
γίνεται κύπρος, καὶ αὐτὴν ἀλεξᾶς σέλκιος γαμεῖ τοῦ ἀλεξᾶ.
Καὶ αὐτῆς θυγάτηρ ἦν κύπρος. ἡρώδην δὲ καὶ ἀλέξανδρος,
οὓς ἀδελφοὺς ἔφην ἀντιπάτρου, ἄτεκνοι τελευτῶσιν. Ubi
certe *Josephus* memorat *Cypro* natam filiam *Cyprum*
ex *Antipatro* &c. (quod fugaci oculô perlustratum
à *Capellô*, nec cum textu collatum eum seduxit.)
Sed quô *Antipatrô*? Subnectit *Flavius*: Cui ἀδελ-
φοὶ ἡρώδης & ἀλέξανδρος. Is certe jam non est *An-
tipater filius Salomes*, prout sustinet *Cappellus*; (cui
scilicet *tales fratres* nunquam fuerant,) Sed *Anti-*
200 *pater filius Phasaëli junioris*. Nam ita *Josephus* an-
te in *hoc Capite*: φασαήλῳ μὲν ἐκ σαλαμψιοῦς γίνονται
ε΄ παῖδες, ἀντίπατρος, ἡρώδης, ἀλέξανδρος, θυγατέ-
ρες τε ἀλέξανδρα καὶ κύπρος &c. *Serarius* etiam *O-
pusc. Tom.* 1. *de Herod. c.* 20. Cypro huic *Liberos*
tribuit; sed ex aliô *Antipatro*: nempe filiô *Pha-
saëli*. Id quod confutatum vide sis ad *Num.* 52.

32. *Herodes*, seu *Philippus.*] *Herodis* nomen varie
redditum. *Herodos* dicitur in Thalmud, Juchasin &c.
Gorionidi *l.* 5. *Erodus: Hiraudes*, Syriaco in Matth.
22. Appiano in Parth. ὀρόδης. Sonat, *pellis gloria: pel-
libus glorians: mons gloriæ & arrogantiæ &c. Hor* enim
est pellis; *Har*, mons; *Hod*, gloria, robur &c. Isido-
rus, *l.* 7. *c.* 16. exponit: *pelliceum gloriosum. Herodes
plures* in *Parthiâ*, *Syriâ*, & *Atticâ*; recensetur à Jo-
seph. *Ant.* XIIX. *c.* 3. Plutarch. *in Vit. Anthon.* Philo-
strat. *l.* 1. *Vit. Sophistar. p.* 536. 594. & *l.* 11. *p. m.* 545.
seq. Trebell. *l. de* 30. *Tyrann.* 14, 15. Appian. *in Syria.* 201
p. 83. *Parth.* 92. Justin. *l.* 42. Gell. *l.* 1. *Noct. c.* 2.
Sed & in *Italiâ*. *Herodes* enim aliquis Consul cum
Torquatô II. sub Anthoninô Pio. per *Aurel. Cassio-
dor. in Chronic.* Quo magis admiror illud Salma-
sii, *ad consecrat. Templ. in Triop. p. m.* 11. *Herodes
nomen Romanum non est. Græculum igitur oportet es-
se &c.* Quasi primo non esset *Romanum*: aut si non
esset, ideo foret *Græculum*. In *Palæstinâ* certe plu-
rimi *Herodes*. Ut constat ex *Flavii omnibus Scri-
ptis*; *Eusebio*, & *aliis*. Ubi saltem *Herodes* non fuit
quasi ἥρας, hoc est: *Junonis plenus*. (ut deducit
Martinius *in Lexic. voc. Herod.*) cum non constet,
quô pactô id à Græcis huc transierit: & domesti-
ca alia origo suppetat. Cæterum, ad institutum.
Herodem, (Nobis etiam *Philippum*,) post *Antipa-
trum* testamento Herodis successorem scriptum, &
iterum *culpâ matris* abjectum, ante ad *Num.* 10.
ostensum fuit. Postquam autem Josephus *Ant.* XIIX. 202
c. 7. Uxorem ei tribuit *Herodiadem*, *duæ* graves
ortæ *controversiæ* sunt. Primo, *an talis Herodes ex-
stiterit*? Et deinde, si exstiterit, *an Herodias ei nu-
pta*? Baronius, *Annal. ad Ann. Chr.* 31. *n.* 48. scri-
bit: *mirum videri, unde novus iste Herodes emerse-
rit*; (quasi eum Josephus confinxisset,) *cujus nec
in Testamentô Patris, nec in divisione regni ab Augusto
ulla ratio habita fuit.* Sed *Baronii* admirationis af-
fectui longe prævalet authoritas *Josephi*. Ut qui
stirpe Regiâ ortus, quomodo procul habuit men-
tiri, *Ant.* XVI. *c.* 11. & XX. *c.* 9. σκόπον sibi προθέ-
μενος τὴν ἀλήθειαν. *Ant.* XX. *c.* 5. *Confer & Præfa-
tion. Nostr.* ita pluribus unô locis, claram hujus
mentionem injicit, traditque eum non modo *He-
rodi* natum & vixisse; sed & sponsam, *Ant.* XVII.
c. 1. *Bell. Jud.* 1. *c.* 18. *Hegesipp. Excid.* 1. *c.* 42. quin
Uxorem, *Ant.* XIIX. *c.* 7. accepisse: In Successorem
etiam ab Herode cooptatum, *Ant.* XVII. *c.* 4, 6. *Bell.
loc. cit.* Et patri (nempe quô exstinctô Uxorem 203
ei Antipas abstulit, *Ant.* XIIX. *c.* 7.) etiam super-
vixisse. Ut minus opus sit mirari, *unde hic Hero-
des venerit*, quam quod *Baronius*, tot librorum Cu-
stos, *conjurationem*, ob quam Herodis hujus non
est habita ratio, *Ant.* XVII. *c.* 6. *Bell. Jud.* 1. *c.* 18, 19.
Hegesipp. 1. *c.* 43. (unum certe ex nobilissimis regni
Herodis casibus) *aut* non legerit, *aut* non retinue-
rit. Crimen itaque *matris* hujus Herodis *Mariam-
mes* fecit, quod illius *ad Regnum*, neque à *Patre*,
neque ab *Augusto*, (ut qui testamentum Patris, ni-
si in *Regni titulo* nefas duxit immutare, *Ant.* XVII.
c. 11, 13.) ratio non est habita. Sine dubio tamen
ratio ejus habita fuit in *privato patrimonio*: Cum
Josephus *Ant.* XVII. *c.* 13. scribat; *Augustum* quin-
genta & mille talenta sibi ab Herode legata (πεν-
τακόσια, male vertuntur, *quinquaginta*. ἁλώσ. 1. *c.* 20.
Hegesipp. Excid. 1. *c.* 45.) inter *filios ejus* divisisse.
In quorum numero, *hunc Herodem* fuisse, quam 204
non fuisse probabilius est. Sed hoc crimen modi-
cum. Nam quod alterum attinet, & quod *Fla-
vius* ei uxorem dicit fuisse *Herodiadem*, omnes
commoventur. Quasi hoc esset σφάλμα insanabi-
le; & non modo contra Hegesippum, *Excid. Hie-*

rosol. II. *c.* 5. Sed & contra sacram literam. consonare enim *tres Euangelistas*, *Matthæum*, XIV. 3. *Marcum*, VI. 17. *&* *Lucam* III. 19. Quod *Herodias* fuerit uxor *Philippi*. Ita *Magdeburgens. Cent.* I. *l.* I. *c.* 3. *p. m.* 16. *Baron. loc. cit. Salian. Annal. ad Ann. Chr.* 27. *n.* 7. *Casaubon. Exerc.* XIII. *p. m.* 282. *&c.* Sed pace dixerim: *Gravissimi Scriptoris*, tot in rem hanc clara testimonia, circumstantiis toties repetitis, & Codicum consensu fulta, insuper haberi aut damnari res non patitur. Quomodo enim verisimile est eum, qui in Vitâ *hujus Herodis* & *Philippi*, tam non pauca alia meminerat, non scivisse rem è trivio; Scilicet: *quæ his fuerant Uxores?*
205 Nomina certe tam illustria & Principum, qui hæc aut egerunt aut passi sunt, in plebe per se rumorum avidâ, maxime quando Leges fœdantur, haud ignota esse potuerunt. Ut *Author in rerum luce positus*, multo minus sic nequiverit hæc ignorare, ut filiam *Salomen*, pro matre *Herodiade*; adhæc *privatum* pro *Tetrarchâ* subderet. Imo vero, illi ipsi *libri*, quibus ea scripserat *Josephus*, non modo à *Judæorum Doctissimis*; sed & *Rege Agrippâ* comprobati sunt. *Joseph. in Vitâ suâ*, *&* I. *contr. Apion.* ut tot & tam claros oculos, si quod fuisset mendum, rei maxime novissimæ, haud effugisset. οὗτοι μὲν οὖν ἅπαντες, inquit *Flavius contr. Apion.*, ἐμαρτύρησαν, ὅτι τῆς ἀληθείας προὔστην ἐπιμελῶς, οὐκ ἂν ὑποστειλάμενοι καὶ σιωπήσαντες, εἴ τι κατ' ἄγνοιαν, ἢ χαριζόμενος μετέθηκα τῶν γεγονότων, ἢ παρέλιπον: Nisi vis dicere: Quod *Agrippa* ejusdem familiæ Prin-
206 ceps, (cujus in rebus patriis peritiam vel *Apostolus* commendat, *Act.* XXVI. 3. & qui *Josephum* docuit, quæ ignoravit. *Vit. Joseph. p. Gelen.* 1027. hoc *aut* nesciverit, *aut* dissimulaverit. Quod mihi æque videtur παράδοξον, ac quod *Tetrarcha* armis & opibus nixus, (si quidem *Philippus*, maritus *Herodiadis*, non fuit privatus,) raptum Uxoris, injuriam maximam, per tot annos non fuisset ultus. An aliquid vetet, *hunc Herodem* de quô loquimur, eum fuisse, quem Josephus *l.* I. *contra Apion.* vocat σεμνότατον, & cui inter alios sub *Vespasiano* Libros censendos dederat? *Alios* audire malim. certe constat eum dici cognatum Agrippæ: *Vit. Joseph. p. Gelen.* 1026. *collat. cum p.* 1037. & id temporis *octuagenarium*, aut *paulo majorem* satis potuisse vivere. Sed nescio an sic velint jubeant Quirites? Cum *Euangelistis* Josephus facile conciliabitur, modo recipiamus *Herodem controversum* fuisse *binominem*: Ut unus idemque, Josepho *Herodes*; Scripturæ autem
207 *Philippus* appellatus sit. Neque enim Euangelistæ, *locis citat.* addunt, qualis fuerit *Philippus*, aut utrum *Tetrarcha*? *Luc.* III. I. Sed tantum quod fuerit *Philippus* aliquis, *Antipæ frater*. Pro quô *Tetrarcham* mox assumere haud opus sit. Nam ad eum modum in Historiá Judaicâ, Johannes etiam idem qui Hircanus. *Ant.* XIII. *c.* 14. *Bell. Jud.* I. *c.* 2. Jannæus, qui Alexander: Salome, quæ Alexandra. *Ant.* XIII. *c.* 20. Imo; quæ Salina, sive σααλίνας. *Euseb. in Chronic. ad* MDCCCCXLI. *p.* 40. *Hieron. comment. in Daniel.* IX. *Epiphan. advers. Hæres. l.* I. *Tom.* II. *p. m.* 118. *Nicephor. Hist.* I. *c.* 6. Ad eum modum Aristobulus, (Augustino *tom.* IV. *oper. l. de fid. & oper.* Aristobolus) primus Assamonæorum Regulus, etiam Judas. *Ant.* XX. *c.* 8. *Phot. Bibliothec. Codic.* 76. *p.* 166. *&* *codic.* 238. *p.* 981. Idem Rex Arabum, & Æneas & Aretas. *Ant.* XVI. *c.* 15. qui prius Onias, postea Menelaus. *Ant.* XII. *c.* 6. & XX. *c.* 8. 4. qui prius Jonathas, *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 36. 37. *&* II. *c.* 13. postea Aristobulus. *Ant.* XV. *c.* 2. 3.
208 Imo, Alexander: nisi error est *Ant.* XIV. *c.* 26. Ita omnes quinque filii Mattathiæ Modinensis, διώνυμοι. *Ant.* XII. *c.* 8. I. *Maccab.* II. 2. Gadias, qui Antipater. *Ant.* XV. *c.* II. Mariamme, quæ Bernice. *ἁλώσ.* I. *c.* 18. *Ant.* XIIX. *c.* 7. Simonides, qui Agrippa. *Joseph. in Vit. prope fin.* Josephus, qui Cajaphas. *Ant.* XIIX. *c.* 3. *Euseb. Hist. Eccles.* I. *c.* 10. Unde hic etiam Josephus Cajaphas. *Ant.* XIIX. *c.* 6. Qui Josepho, *Ant.* XIV. *c.* 2. Antipas seu Antipater, Eusebio, *Hist. Eccles.* I. *c.* 6, 7. *Chronic. Græc. Scalig. p.* 265. est Herodes. Qui Josepho *Ant.* XIV. *c.* 25. Malchus, Hegesippo *Excid.* I. *c.* 29. Bochus. Et qui Josepho *Ant.* XIV. *c.* 17. Sameas, (*Hieron. ad Esa.* VIII. Samai: & *l. Sanhedr. c.* 10. *item: Abrah. ben Dyor*, *Hist. Reg. fol.* 43. *col.* 3. Shammai,) an Pollio? *Ant.* XV. *c.* I, 13. Thalmudistis, *in Bavâ Bathrâ*, *Capite Hassutaphin*, est Baba. Taceo rem *ipsis Dei literis* notissimam: In quibus utique
Simon, qui Petrus. *Matth.* X. 2. *&* XVI. 16. *Marc.* 209
III. 16. *Luc.* VI. 14. *Joh.* XX. 2, 6. *&* XXI. 15, 17. *Act.* X. 5. imo, qui Cephas. *Joh.* I. 42. I. *Cor.* IX. 5. *&* XV. 5. *Gal.* II. 9. (frustra Eusebio *Hist. Eccles.* I. *c.* 12. Petro ὁμώνυμος, non ipse Petrus: Cephas enim hic inter δοκοῦντας & στύλους *Gal.* II. 9. *collat. cum v.* 2, 6, 7, 8.) unde jam Simon, *Marc.* I. 30, 36. *Luc.* V. 10. *Act.* XV. 14. Jam Petrus, *Marc.* XIV. 29. *Luc.* VIII. 45, 51. *&* IX. 20, 28, 32, 33. *Act.* XV. 7. Jam Simon Petrus, *Marc.* XIV. 37. *Joh.* XIIX. 10. *&* XXI. 2, 11, 15. appellatus. Johannes, qui Marcus. *Act.* XII. 12, 25. *&* XV. 37. Joseph, qui Barnabas. *Act.* IV. 36. Matthæus, *Matth.* IX. 9, 10. qui Levi. *Marc.* II. 14, 15. Judas qui Thaddæus, aut qui Lebbæus. *Luc.* VI. 16. *Marc.* III. 18. *Matth.* X. 3. Et Saulus, qui Paulus. *Act.* XIII. 9. ἀναντιῤῥήτως idem sunt. Tum vero quem Lucas *Act.* XII. quinquies Herodem, Josephus, *Ant.* XIIX. *c.* 7. *&* XIX. *c.* 7. *alibique*, constan-
ter Agrippam vocat. Unde hic *Suidæ*, Herodes 210
Agrippa. Et *Syro Interpreti*, *Act.* XII. [cui adde *Eusebium Hist. Eccles.* II. *c.* 9.] Herodes qui cognominatur Agrippa. Ut prorsus certus sit hic luxus appellationum. Nihil detrahunt, qui negant *Judæos qua Judæos fuisse binomines*. Quasi si nomen aliud habuissent, hoc habuissent adscititium à *Græcis*: nec in *suâ Gente* nisi cognomen. Nam id quomodo loco hoc non potest satis excuti; ita nihil officit proposito. Sufficit enim quod Judæi quomodocunque, & qua seu *nomen*, seu *cognomen* diverse fuerint appellati. *Ut Authores*, quin in *alterutrô* discrepant, nihilominus possint in *Personâ unâ* convenire. Scaliger *Canon. Isagog. l.* 3. *p. m.* 325. inquit: *Major pars Judæorum binomines erant: altero nomine Judaico, altero Græco. Ut Jannæus Alexander, Joachimus Alcimus, Jesus Jason, Onias Menelaus, Johannes Hircanus, Saulus Paulus. Cujus nominis Latini, non prius est mentio in Actis, quam
ad Gentiles missus est: quibus notior appellatio Roma-* 211
na quam Judaica. Act. XIII. 9. Hæc ille. Nudatis agamus frontibus; sed breviter. *Si Judæi binomines alterum semper habuerint à Græcis*, quid fiet vero de *Johanne Hircano*, *Simone Cephâ*, *Josepho Barnabâ*, *Josephô Cajaphâ*: addo etiam, *Herode Agrippâ*? Quæ nec *ex toto*, nec ex *parte*, *Græca* sunt? Una ergo hirundo non facit ver: Imo vero nec secunda, nec tertia. Interim manent *Judæi Binomines: aliqui* scilicet, & jam qua *nomen*, jam qua *cognomen*. Prout *Onias Menelaus*, *Matthæus Levi*, *Salome Alexandra*, *Mariamme Bernice*, *Judas aut Jonathas Aristobulus &c.* nunquam *cognomina* fuerunt. *Binomines*, inquam: Quia περὶ πολλοὺς, ut circa Agrippam, διωνυμία. *Euseb. Hist.* II. *c.* 9. Herodi Antipæ duplex nomen. *Serar. Opusc. Tom.* I. *de Herod. c.* 10. Sed & Agrippæ. *Marlorat. & Lohrin. in Act.* XII. I, 21. (*Qui vel mediocriter Scripturam attigit*, addit Marloratus in Luc. III. v. 23.
non ignorat, quam frequens apud veteres fuerit bina 212
aut trina nomina habere.) Et Interpretes fere, discrepantiæ *Matthæi & Lucæ*, Capit. I. & III. in *Genealogiâ Christi*, hanc reddunt rationem *quod plerique Judæorum duo nomina habuerint. Gregor. Nazianzen. Tostat. in Matth.* I. 4, 27. *Jansen. in h. l.* Casaub. *Exercit.* I. *num.* XIII. *p. m.* 95. Quamquam post-

postea hujus suæ rectæ sententiæ, parum memor fuit *Casaubonus*, cum *Exercit.* XIII. *p.m.* 282. Josephum graviter erroris arguit, & discrepantiam hanc ejus in *causâ Philippi*, tanti æstimat, ut non possit conciliari. *Hegesippus Excidii Scriptor*, *Josepho* haud potest præjudicare. Nam is, (vetus enim & γνήσι☉, qui sub tempora Apostolorum, *V. Actuum Ecclesiasticorum*, seu ὑπομνημάτων. *Phot. Biblioth. cod.* 232. *p. m.* 892. *Libros* concinnaverat, teste *Euseb. Histor. Eccles.* IV. *c.* 21. *& Hieronym. in Scriptor. Ecclesiast.* dudum intercidit;) primum post tempus *Constantini M.* scripsisse deprehenditur. *Bel-*
213 *larm. de Script. Eccles. ad Ann.* 177. *Confer Baron. Annal. Tom.* II. *ad Ann. Chr.* 167. *num.* 15. *Possewin. Biblioth. l. de Histor.* XVI. *c.* 14. *&c.* Certe *Excid.* III. *c.* 5. non solum meminit *Constantinopolis:* (quod nomen recens, *Constantini* M. fuit,) sed & *Antiochiam*, olim dignitate *tertiam*, (nempe post *Romam*, & *Alexandriam*,) *quartô*, *postquam Constantinopolis excrevit*, *locô censet*. Quod ante *Decretum Synodi Constantinopolitanæ* I. id est: *Annum Christi* 381. facere non potuit. Imo vero Doctissimus Vossius, *Scriptor. Latin. incert. ætat. l.* 3. *& de Scriptor. Græc. l.* 2. *c.* 14. characterem habet, (stylus certe non dissimilis,) *Hegesippum hunc juniorem sexcentis amplius annis scripsisse ab ætate Hieronymi*, *aut postquam Imperium Constantinopolin translatum*. Ut non sit mirum, quare *Photius*, qui tam innumeros Authores allegat, ejus nullam facit mentionem. Nam eum certe haud videtur prætermissurus, Vir in minimis etiam diligens, modo eum *suô seculô*, hoc
214 est *nonô*, invenisset. Æquumne igitur est, ut qui *Josepho* tot est seculis posterior, imo, qui alibi *Josepho* sua omnia sic debet, *& ejus vestigiis ita insistit*, *ut interpretis quam Scriptoris officiô fungatur*. Voss. *cit. loc.* is (inquam) *Josepho* fidem deroget in iis, quæ *homines sui temporis* concernunt? Novimus certe ex *Ant.* XX. *c. ult.* Josephum anno Domitiani decimo tertio, *quinquaginta sex* fuisse *annorum:* natum scilicet primo anno Caji. *Joseph. in Vit. suâ.* Ut res *Herodiadis*, *Herodis &c.* qui adhuc vivebant, *per ἁλώσ.* II. *c.* 8. sat potuerit, novisse. Quamquam etiam illud recordor, quod *Hegesippus*, *loc. cit. Josephum* adhuc plus non oppugnet quam *Euangelistæ*. Nempe, dicit ille etiam fuisse *Philippum*, à quo rapta uxor, & *Antipæ fratrem*; sed *qualem Philippum*, & an *Tetrarcham?* minime. Imo vero characterem habet pro *Herode* nostro. Nam dicit *Herodiadem* ex marito priore habuisse *semen*. *Atqui Philippus Tetrarcha*, ἄτεκν☉.
215 *Ant.* XIIX. *c.* 6. ut ita nihil cogat præcise nos hoc ulcus tangere, id est: *Josepho* ψευδογραφημα impingere. cum quomodo *Herodes* duos habuit filios nomine *Antipatri*. *Ant.* XVI. *c.* 6. *&* XVII. *c.* 10. *Hegesipp. Excid.* II. *c.* 3. 5. ut eorum alter *Herodes* quoque appellatus sit. *Ant.* XIIX. *c.* 3, 8, 9. *Bell.* II. *c.* 8. Ita ex collatione *Josephi* cum *Euangelistis*, intelligatur etiam *duos* habuisse *Philippos:* quorum alter, *& Herodes* dictus. nempe, qui privatus vixit. Fuit enim *Herodum nomen* in familiâ *Ascalonæâ* ita frequens, ut præter *Antipatros* supra nominatos, etiam fuerit impositum *Aristobulo:* [nam hujus liberi, *Agrippa*, *Herodes*, *Aristobulus &c.* παῖδες dicuntur ἡρώδȣ, ȣ̓ ὑἱέως ȣ̓ μεγάλȣ.) *Ant.* XIIX. *c.* 7. Archelao: *Dio Hist. Rom.* LIV. Agrippæ Majori: *Euseb. Hist. Eccles.* II. *c.* 9. *Act.* XII. 1, 6, 19, 20, 21. Agrippæ, Minori: *vid. Num.* 70. & quam plurimis. *Ant.* XVII. *c.* 1. *&* XIIX. *c.* 7. *&* XIX. *c.* 4, 7. *&* XX. *c.* 3. *Bell. Jud.* I. *c.* 18. *&* II. *c.* 10. *l.* I. *Contr.*
216 *Apion. Dio Histor.* LX. *&c.* Fere quô modô, Reges Scytharum, Scoloti. *Herodot. l.* 4. Parthorum, Arsaces. *Justin. l.* 41. Albæ longæ, Sylvii. *Liv. Histor.* I. *c.* 3. Reginæ Æthiopiæ, Candaces, sive Candaoces. *Plin. Hist. Nat.* VI. *c.* 29. plerique Ægypti Reges, *Ptolemæi*. *Ant.* VII. *c.* 6. &c. à Majoribus denominati sunt. Et ne hic, [quod vetant παῖδες λογικῶν] à non distributô ad distributum procedamus, rotunde Suidas, *Lexic. de Herod.* idem asserit fuisse de Philippo. Ἡρώδης, inquit, ὁ βασιλεὺς Ἰȣδαίων, ἔσχεν υἱȣ̀ς ὁμωνύμȣς αὐτῷ καὶ διωνύμȣς γ΄· ἡρώδην ἀντίπαν, τ̀ καὶ πρόδρομον ἀποτεμόντα· ἐφ᾽ ȣ̓ καὶ ὁ χριστὸς ἐσαυρώθη. καὶ ἡρώδην φίλιππον, ᾧ πρῶτον. ἡρωδιὰς συναφθεῖσα θυγατέρα σαλώμην ἔσχε, τὴν καὶ ὀρχησαμένην. καὶ ἡρώδην ἀγρίππαν, τ̀ καὶ Ἰάκωβον ἀνελόντα, τ̀ ȣ̓ ζεβεδαίȣ. *Herodes*, inquit, *primus Judæorum Rex*, *tres filios habuit cognomines sibi*, *&* 217
binomines: Herodem Antipam, *sub quô & Christus crucifixus est: & Herodem Philippum*, *cui primum nupta Herodias; filiam habuit Salomen illam saltatricem: & Herodem Agrippam*, (quem *Suidas* vocat filium Herodis M. enallage filii pro nepote; sicut *Gen.* XXIX. 5. 2. *Sam.* XIX. 24. *& supr.* pag. 105.) *qui & Jacobum Zebedæi sustulit.* Hactenus *Suidas:* & Nos pro *Josepho*. Errat autem Hegesippus; *Excid.* I. *c.* 43. cum *Herodem hunc* putat eum fuisse, qui postea *Tetrarcha*. cum quo etiam Capellus, *Hist. Apostol. & Judaic. p.* 85. eum facit *Herodem Antipam*, postea *Tetrarcham*. Nugacissime: cum huic mater *Malthace Samaritis*, illi *Mariamme Simonis*. Serarius, quamquam *Opusc. de Herod. c.* 19. *p.* 241. *& c.* 20. *p.* 244, 245. primum Herodiadis maritum appellet *Herodem*; & filiam hujus *Salomen* dicat nuptam *Philippo;* prorsus quasi ad *Josephi* mentem: tamen præjudiciis occupatus, ita tandem errori succumbit, ut *l. cit. c.* 20. *p.* 243, 244. 218
Herodem, primum Herodiadis maritum, *Tetrarcham*, & ipsum *Antipam* faciat. Imo ita fluctuet & evanescat, ut cum *Salomen* ante *Philippo* tribuerit, nihilominus putet erratum ab iis, qui non ei *Herodiadem* adscripserint. Quasi *Philippo* fuisset integrum simul *filiam* & *matrem* ducere. Marlorato etiam *in Matth.* XIV. *v.* 4. calamus præcurrit menti, cum sic insit: *Fallitur Josephus*, *qui putat non Philippo; sed Herodi Regi Chalcidis*, *patruo*, *abreptam Herodiadem fuisse*. *Accedit altera probabilis conjectura*, *quod Herodias patruo Philippo in matrimonium potius data fuisse videatur*, *quam patruo magno*, *Avi sui fratri*, *seni jam decrepito*. At ubi *Josephus* dixit *Herodiadem* raptam ab *Herode Rege Chalcidis?* Tum si dixisset, an foret hic statim *Senex decrepitus?* imo *patruus magnus* Herodiadis: qui vel ipsi Marlorato non nisi *patruus* fuit? Male hæc cohærent. Cur autem Salianus, *Annal. ad Ann. Chr.* 5. *n.* 49. [cui quasi aliud agens consonat *Baronius*, 219
dum in *indice Annal. Philippum*, *ex filiâ Simeonis Pontificis* deducit,] visus pro Nobis inflare classicum, paulo post cecinerit receptui, & *Josephum* falsi, seu erroris coarguerit, *Annal. loc. cit. & ad Ann. Chr.* 27. *n.* 7. equidem incertus sum. *Photius* certe, Josephi hanc sententiam allegans, *Bibliothec. cod.* 238. *p. Edit. Schott.* 974. nihil reprehendit.

35. ARCHELAUS, ETHNARCHA.] In Seder, & apud Tzemach David, *Arkilos*, seu *Archelaos*. Dioni *Histor.* LV. *Herodes Palæsthinus*. Prout eidem, *Agrippa Palæsthinus Histor. Rom.* LX. Etsi de *nomine Herodis* in Archelao, dubitet Kepplerus, *Sylv. Chronol. p.* 10. Langius, *de Ann. Christ. p.* 348. & *alii*. Cæterum *Archelaus*, Romæ, ut plerique fratres ejus, educatus, *Ant.* XVII. *c.* 6. initio quidem calumniis *Antipatri*, ita depressus fuit, ut pater eum, (non Herodem; ut *Montacut. Appar.* V. *n.* 120. *p. m.* 212.) cum fratre *Philippô*, testamentô præterierit. *Ant.* XVII. *c.* 8. *Bell. Jud.* I. *c.* 20. 220
Hegesipp. I. *c.* 44, 45. sed fraude cognitâ, & delatore punitô, non multo post eum fortuna sic respexit, ut pater eum non modo *hæredem;* sed & post se *Regem* scripserit. Quô nomine etiam, patre mortuô, cum & *Epistola ad Exercitum*, & *Testamentum*, eum *Regem* genti nominassent atque commendassent, festivis omnium vocibus exceptus fuit.

fuit. Curatis autem patri exequiis, luctuque finito, cum tribunal conscendisset, & omnia iterum votis personarent, *Archelaus* comiter ad populum conversus, ei quidem pro amore agit gratias, spondens omnibus studium & benevolentiam: cæterum unum hoc rogare tamen, ne se prius *Regem* appellare vellent, quam hoc *Cæsar* ratum habuisset. *Ant.* XVII. *c.* 10. *Bell. Jud.* I. *c.* 21. *&* II. *c.* 1. Paulo post Hierosolymis oritur seditio, propter eos, quos *Herodes* ob aquilam Templo decussam quondam in-
221 terfecerat: Cum induci non posset populus contumax, ut propositô desisteret, *Archelaus* armis uti statuit. Crescente enim seditiosorum numerô, ex multitudine, quæ ad *Pascha* confluxerat, *Archelaus* manifestum bellum veritus, (neque enim aliquoties mittendo, qui obedientiam suaderent, quidquam obtinuerat,) copias ablegat, quæ Templum circumsisterent, & resistentes armis ad obediendum cogerent. In eo tumultu, conjuratorum *tribus millibus* cæsis, reliqui trepide in montana acti sunt. Post quas turbas, Archelaus *Romam* navigat ad Cæsarem, super *Regni confirmatione.* Ubi exceptus *Antipæ* accusationibus, & quod prior ipse Rex fuisset scriptus; cum Cæsar utrimque partes audivisset, sic responsum habuit: ut Cæsar quidem, genibus ipsum advolutum regno dignum judicaverit; cæterum nihil plene tum determinaverit. *Ant.* XVII. *c.* 2. *Bell.* II. *c.* 1. Negotium tamen diu pendens maturarunt postea *Legati ex Judæâ.* Nam cum
222 hi peterent, ut gens ipsorum, potestate Regiâ, (quæ tam rexerat crudeliter) liberata, *Syriæ Præfectis* subderetur: ea res Cæsarem cunctantem sic elicuit, ut paucis diebus post, *Herodis Testamentum* in manus sumpserit, & illud in omnibus ratum jusserit, præterquam quod *Archelaus*, non *Rex*, sed regni partis dimidiæ, (*Judææ* scilicet, *Idumææ*, & *Samariæ*,) *Ethnarcha* constitueretur. *Ant.* XVII. *c.* 12, 13. *Bell. Jud.* II. *c.* 4. *Hegesipp.* II. *c.* 1. Author Tzemach David, *part.* 1. *millen.* 4. *ad Ann.* 761. brevissime eum Patri successisse scribit. ארקילוס המלך השני לבית הורדוס מלך אחרי מות אביו בשנת תשסא״: *Archelaus Rex secundus è stirpe Herodis, regnavit post obitum Patris sui, Annô* 761. Atque illâ potestate *Archelaus* demum rediit. Postquam vero hanc sui diminutionem imputaret *Populi querelis & legationibus*, tyrannice multa in *regnô* cæpit agere: maxime contra *Samaritas.*
223 Duobus adhæc Summis Sacerdotibus, nempe *Joazarô*, & *Eleazarô*, depositis. Ob quod iterum à gentis Proceribus Romæ accusatus, cum accersitus ipse, parum se purgaret, *Cæsar* eum dominationis *Annô decimô* ejicit *Viennam*, (non Lugdunum *Hieron. in Matth.* I.) in exilium, & *Ethnarchiam* ejus *Syriæ* adjungit: bonis omnibus in publicum redactis. *Ant.* XVII. *c.* 15. *&* XIIX. *c.* 1, 3. *Bell. Jud.* II. *c.* 6. *Euseb. Hist.* I. *c.* 9. *& Chron. p.* 157. *Niceph. Hist. Eccles.* I. *c.* 16. *Phot. Biblioth. cod.* σλϛ΄. *Hegesipp.* II. *c.* 3. Male Eutychius, *Annal. Arab. Pococh. p. m.* 315. mortuum dicit, postquam annos regnasset IX. quasi neutiquam fuisset relegatus. In quô eum procul dubiô seduxit illud Eusebii, *in Chronic. Scalig. Græc. p. m.* 267. ἀποθανόντος Ἀρχελάου, βασιλεὺς τῆς Ἰουδαίας ἡρώδης ὁ τετράρχης ἀδελφὸς αὐτοῦ &c. geminô errore. nam nec *Archelao mortuo* successor primum datus,
224 sed exuli: nec hic datus *Herodes frater*, sed *Coponius. Ant.* XIIX. *c.* 1, 3. Etiam plures *exilii hujus* meminerunt. Dio, *Hist.* LV. *ad Ann. Urb.* 759. *Coss. M. Æmiliô Lepidô, & L. Arruntiô.* Ὁ δὲ, inquit, ἡρώδης ὁ παλαιστινὸς, αἰτίαν τινὰ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν λαβὼν, ὑπὲρ τὰς ἄλπεις ὑπερωρίσθη, καὶ τὸ μέρος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐδημοσιώθη. Meminit etiam illius (ante *Dionem*,) Strabo, *Geogr.* XVI. *p. m.* 526. in hunc modum: οὐ μέν τοι εὐτύχησαν οἱ παῖδες, ἀλλ' ἐν αἰτίαις ἐγένοντο. καὶ ὁ μὲν ἐν φυγῇ διετέλεσε, παρὰ τοῖς ἀλλόβριξι γαλάταις λαβὼν οἴκησιν. οἱ δὲ θεραπείᾳ πολλῇ μόλις εὗρον τὸ κάθοδον, τετραρχίας ἀποδοθείσης ἑκατέρῳ. Hæc ille. *Prior*, certe fuit *Archelaus.* Nam cum *Herodis duo filii* expulsi ad Allobroges; alter *Viennam*, alter *Lugdunum*: solus ibi *Archelaus* διετέλεσε. Frater, enim *Antipas* διετέλεσε in *Hispaniâ.* teste 225
Joseph. ἁλώσ. II. *c.* 8. *Hegesipp. Excid.* II. *c.* 5. cum etiam Strabo, *exilii Antipæ tempore sub Cajô*, vix in vivis fuit. certe *Geographiam* suam in *Amasiâ* Ponti urbe absolvit *circâ prima Tiberii.* Sicut dictum *Num.* 29. In reliquis Scaliger, *Anim. p.* 164. *Strabonem* reprehendit: *Non omnia*, inquit, *vera sunt, quæ de filiis Herodis prodit Strabo. De primô, id est: Archelaô verum est, relegatum Viennam Allobrogum fuisse. De duobus reliquis, Philippô & Herode Antipâ, Tetrarchiis suis exutos, in eas precibus & eblandimentis restitutos fuisse, id tam manifeste falsum est, ut non egeat confutatione, &c.* Dico & ego *falsum*, quin falsissimum. Sed quî hoc *Scaliger* educis ex *Strabone?* An enim is dixit, *Tetrarchiis exutos, & precario hinc restitutos?* nihil minus. Dixit *eos tum cum Tetrarchiæ darentur, difficulter habuisse reditum.* Id quod certum. Constat enim ex *Josepho*, quam *Augustus* eos post causam disceptatam adhuc diu Romæ tenuit, & quam sero litem voluit decidere. Ut δυστυχία & αἰτία ipsorum, alia 226
certe *Straboni* non fuerit, quam quæ contigit tum cum *Regnum esset dividendum.* Nam non solum *Antipas* & *Archelaus* αἰτίαις tum inter se commissi sunt; sed & *Legati* adventantes *Judæorum*, omnes filios excludere adlaborarunt, dum Regnum de quô litigabant, *Syriæ* adjungi peterent. Quin nec ipsi *cognati*, fidi: ἐπιθυμοῦντες ἐλευθερίας, καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων στρατηγῷ τετάχθαι. *Ant.* XVII. *c.* 11. Quomodo vexati, certe vero haud εὐτύχησαν. Profecto, cum *Strabo* inquit: τετραρχίας ἀποδοθείσης ἑκατέρῳ, digitô quasi intentô monstrat tempus, quô *Tetrarchiæ* divisæ sunt. ipsum scilicet illud de quô diximus. Cæterum: *Archelao* exilium hoc triste prædixerat quidam *Essenus*, cum audiret eum somnium habuisse *de* IX, *aut* X *spicis à totidem Bubus devoratis. Spicas* enim denotare annos; & *boves*, insignem rerum conversionem: uti cum terram arando ver- 227
tunt. *Ant.* XVII. *c.* 15. *Bell. Jud.* II. *c.* 6. *Hegesipp.* II. *c.* 3. Et hæc ad cursum *Vitæ Archelai.*

Mentionem ejus dum facit Matthæus, *Cap.* II. *v.* 22. dicens: *Josephum timuisse cum Puero ingredi Judæam, quod audiret Archelaum loco Patris illic* βασιλεύειν, *Salianus* mihi paucis corrigendus est. Nam is, *Annal. ad Ann. Chr.* 3. *n.* 4, 6. *seq.* hinc vult deducere, quod *Christus post reditum Archelai à Cæsare*, (tum, cum primum *loco Patris* regnaret) *ex Ægypto fuerit reversus.* In quo me non consentire fateor: *Tum*, quod Josephus dicatur in Ægypto, (non diutius quam) ad obitum Herodis permansisse. *Matth.* II. 15. (reditum enim hunc *statim & periculo morte Herodis sublato*, æque oportet factum; ac periculo instante, *fuga statim* & mandata & inita fuerat. *Matth.* II. 13, 14.) *Tum*, quod si reditus post regnum divisum & sic *Antipæ* dominium super Galilæam contigisset, Josephus æque *Antipam*, tanquam & illum loco patris regnantem, non di- 228
cam Tyrannum, *Luc.* III. 19, 20. & IX. 9. potuerit timere, ac timuit *Archelaum*: & sic non majori spe securitatis se recipere in *Galilæam*, quam *Judæam.* Cum potius, quia *Galilæa* nondum *Antipæ* obtigerat, quæ remotior à *Judæâ*, (sede *Archelai*, penes quem tum *interregnum* &c.) pateat ratio, obquam *Galilæa*, & non *Judæa*, ab Oraculo fuerat commendata. *Objectio*; quod *Archelaus* ante regnum confirmatum, *Matthæo* non potuerit dici *loco Patris regnasse*, (quod etiam urget Torniellus, *Annal. ad A. M.* 4054. *p. m.* 373. pro suo falso quadriennio, cum *Niceph. Eccles. Hist.* I. *c.* 14. *Epiphan. Hæres.* 20. *Sulpic. Hist. Sacr. l.* 2. *& aliis*, facile dissolvitur. Notum est enim Archelaum, tum ab

An-

Antipâ, *Ant.* XVII. *c.* 11. *Bell. Jud.* II. *c.* 1. tum à *Legatis*, *Ant.* XVII. *c.* 12. accusatum, quod *potestatem Regiam*, (saltem abstinens titulo) statim à morte patris sibi arrogasset. Aliam *Saliani* ratiunculam,
229 à *Tiberii Romæ præsentiâ* petitam, ante solvimus *ad Num.* 29. Nam *Baronii Novennium*, per se concidit.

De *annis Archelai*, acrior est συζήτησις. Manifestum eum *annos* IX *solidos* regnasse, *cum parte* X. Prout *Flavius* eum jam IX. ἁλώσ. II. *c.* 6. (cum quo *Epiphan. l.* 2. *hæres.* 51. *Sulpic. Hist. l.* 2. *Hegesipp. loc. prox.*) jam X anno, *Ant.* XVII. *c.* 15. relegatum scribit. *Nono* scilicet exacto, & *decimo* inchoato: prout *annus currens* sæpe pro *completo* sumitur. יום אחד בשנה השוב שנה׃ *Dies unus in anno, computatur quandoque pro anno.* per *Masecket Rosch haschanah. Capit. Arba rasche schanim.*) Ut docte etiam defendit Casaubonus, *Exercit.* IX. *p. m.* 217, 218. contra Baronium, *Annal. ad Ann. Chr.* 16. *n.* 1. Cui multo gravius objicit, *Exercit.* VI. *p. m.* 208. quod in *Annal. ad Ann. Chr.* 8. *n.* 1. Archelai primum annum fecerit, (quo Herodes mortuus,) *Christi octavum: Coss. Æmilio Lepido, & Arruntio.* Nam cum iis Consulibus, *Baronius* ipse ex *Dione Hist.* LV ag-
230 noscat *Archelaum* relegatum, utique hic tum regnum inivit, cum regnare desiit, & abiit in exilium. *Decimo* inquam *anno*, principatu *Archelaus* excidit: βασιλεύοντος Ἀρχελάου δέκατον &c. *Joseph. in Vit.* Ut illud Eusebii, *Hist. Eccles.* I. *c.* 9. μετὰ δεκαέτη χρόνον, sit falsissimum. Atqui vero (ita contraveniunt) *Archelai exilium contigit annô victoriæ Actiacæ* XXXVII. *Joseph. Ant.* XIIX. *c.* 3. & *Urb. Cond.* 759. *Dio Hist.* LV. (verba ante citata sunt,) *Aut ergo Herodes non decessit anno imperii Augusti* XLIV. *hoc est:* U.C. DCCLIII. *Actiacô* XXX. (*quod urgent Scaligeriani,*) *aut Archelaus tantum dominationem habuit annorum* VII. *cum aliquot mensibus.* Ita (post Petavium, *Doctrin. Temp. t.* 2. *l.* XII. *c.* VI. & alios,) occurrit Langius, *de Ann. Chr. p. m.* 351. & *alibi.* Respondemus varie, & primo κατ' ἀδύνατον: scilicet, si *Josepho* & *Cassio* tam crude insistendum, sequuturum *Herodem aliquot menses prius mortuum, quam*
231 *Christus nasceretur.* Salvator enim optimus maximus, XV *Tiberii*, annos habuit circiter τριάκοντα. *Luc.* III. 1. 21, 23. *Tertull. ap. Euseb. in Chron. p.* 41. *Epiphan. &c.* Oportebit ergo Christum natum *annô Augusti* XLII. postquam hic imperavit, [non quidem à *Consulatu*, *aut victô Anthoniô*; sed *à cæde Julii*, seu *exercitu comparatô*,] *annos* LVII. *menses* VI. & *dies* II. per *Joseph. Ant.* XIIX. *c.* 3. *Bell. Jud.* II. *c.* 8. At jam annus *Augusti* XLII, est U.C. DCCL, aut DCCLI. *Actiacus adhæc* XXVIII. *&c.* Itaque, si *Archelaus* expulsus *anno Actiaco* XXXVII. aut U.C. DCCLIX, [per Flavium, & Dionem] oportebit eum [demptis IX Ethnarchiæ annis,] successisse Patri eodem anno, quo Christus natus: & *Herodem* illo ipso mortuum. Jam cum Herodes obiit in *Martio*, Christus autem natus in *Decembri*, ut hoc certe utrimque est διδόμενον, quale fides numinis! jam monstrum erit? scilicet: *totos* IX *menses*, prius vitâ *Herodem* functum, quam in lucem Christus
232 prodiit? Cum tamen Hic natus ἐν ἡμέραις τοῦ Ἡρώδου. *Matth.* II. 1. Quæ absurditas crescet, si detrahenda etiam portio X *anni Archelai*: & (quod alii computant) *anno Augusti* XLII, respondebit *Actiacus* XXIX. & U. C. DCCLI. (prout Dioni, *Histor.* L. & LI. Anno U. C. DCCXXIII. δευτέρα τοῦ Σεπτεμβρίου, ad Actium pugnatum.) Et ea ad *annum* U. C. 750. & 751. recte veritus doctissimus Casaubonus, *Exercit.* 1. *sect.* 34. etsi penitus emergere haud potuerit. At ad ea *Salianus*, *Usserius*, & alii, ita non expavescunt, ut etiam audeant *Archelai exilii* annum, facere *Christi* VI. Quomodo *Herodes*, plenô triennio ante Christum fuisset mortuus. Non est iis quidem obnoxius *Baronius*, sed tamen portentosior: dum mortem Herodis differt in *Ann. Chr.* VIII. Qui cum incidit in *Augusti* L, si addantur *anni* IX. *Archelai*, surget post annum ex inferis *Augustus*, (qui hanc ætatem nunquam attigit,) & Archelaum super Alpes abiget: quin & post ipsum *tres* 233
Præfectos mittet; *Coponium*, *Ambivium*, & *Annium Rufum*: & sub hoc denuo in urnam revertetur. *Joseph. Ant.* XIIX. *c.* 3. Quæ non dicam ludicra; sed perabsurda sunt. cum hæc tamen tam pulchra fila ex illo nata textivilitio, *in Apparat. Annal n.* 115, 116. quod XXXVII. *Herodis anni*, *à Victoriâ Actiacâ* exputandi sint. Ad quod εὕρημα dixerit Montacutius, *Appar.* 11. *n.* 44. *p. m.* 96. *Vos Codices librorum antiquorum Vaticani, & quicunque Scriptores situ & squalore obsiti, per cryptas & forulos urbanos delitescitis, vestram hîc appello fidem, an sit inter vos inauditus aliquis Orbi Christiano historicus, cui ista debeamus, tam abstrusa, tam seculis omnibus ignorata.* Sed frustra, & operam perdes *Montacuti*. unus *Baronius* hanc fabulam fecit. plaudite. Redeo ad institutum: cum ἐν πλάτει sic pateat, quam Josephus *Ant.* XIIX. *c.* 3. & Dio *Hist.* LV. ad eum modum non possint intelligi, & quas verba ipsorum de *exilio Archelai* habeant absurditates, restat ut quomo- 234
do hæc comparata sint, enucleemus. Ad *locum Josephi*, duo respondemus: *aut* quod subintellexerit vocem περὶ, similemve; *aut* quod ἦττον ἐν ἀκλίῳ, sumpserit aliter, & completissime. *Primum* quod attinet: nihil certius, quam *Josephum* crebro *voces tales conjecturales* subinnuere: quas interdum ipse alibi adducit; interdum non adducit, sed involvit circumstantiis. Ita enim pro πεντακόσια τάλαντα, *Ant.* XVII. *c.* 8. aut πεντακόσιαι μυριάδες, *Ant.* XVII. *c.* 10. quas legavit Herodes, legendum, περὶ πεντακόσια τάλαντα *&c.* sicut *Josephus* ipse explicat, ἁλώσ. I. *c.* 20. Ita pro σταδίοις ἑξήκοντα, quibus Herodium à Hierosolymis distabat. *Ant.* XIV. *c.* 25. *Bell. Jud.* I. *c.* 11, 16. legendum, (ut ipse legit *Josephus*) στάδια περὶ ἑξήκοντα &c. *Ant.* XV. *c.* 12. Ita pro Ὀλυμπιάδος ρ' καὶ ξ' καὶ β'. *Ant.* XIII. *c.* 16. legendum, Ὀλυμ- 235
πιάδος περὶ ρ' καὶ ξ' &c. erat enim *Olympias* CLXI. ut id passim inferunt *Chronologi*. Ita pro μετὰ ἔτη κζ'. (intervallô inter Hierosolymam captam à *Pompejo*, & *Sosiô*) *Ant* XIV. *c.* 28. legendum, μετὰ ἔτη περὶ κζ'. Erant enim ἔτη κϛ': ut id claris constat ex indiciis. Hierosolyma enim expugnata à *Pompejô*, Coss. C. Anthoniô, & Cicerone. *Ant.* XIV. *c.* 8. hoc est Annô U. C. DCXCI. *Dio Hist. Rom. l.* XXXVII. *à Sosiô* autem Coss. M. Agrippâ & Canid. Gallô. *Ant.* XIV. *c.* 28. id est: annô U. C. DCCXVII. *Dio Hist.* XLIX. ut *annorum* haud plurium XXVI, sit differentia. Ita pro ἔτεσιν ἑκατὸν εἴκοσι πέντε, annis dominationis Principum Assamonæorum, *Ant.* XVII. *c.* 8. legendum, ἔτεσι σχεδὸν aut περὶ ἑκατὸν &c. erant enim anni ρκϛ'. *Ant.* XIV. *c.* 28. Et (ut finem faciam) idem & hîc, *Ant.* XIIX. *c.* 3, fuerit perichronismus. Ubi scilicet, pro τριακοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει μετὰ τὴν Ἀντωνίου ἐν 236
ἀκτίῳ ἧτταν ὑπὸ Καίσαρος &c. legendum aut intelligendum similiter: περὶ τριακοστῷ ἑβδόμῳ *&c.* fugerant enim *Anni Actiaci* XXXIX. tum cum *Archelaus* exulatum ivit. Et hic *Perichronismus* sat innoxius. Manifestum est enim *Scriptorem occupatissimum*, annos nonnunquam *literis ipsis* præcise noluisse ponere: quod ad rerum narrationes festinans, satis in eô putaverit se fecisse, quod talia non omiserit κριτήρια, ex quibus ei, qui operam vellet impendere, *Tempus* certius investigari posset. Propterea vero non sic mordeant *Jesuitæ*: cum nec illud insolens *Scripturæ*. Nam ut *Flavio* στοχαστικῶς, suum περὶ aut σχεδὸν: sic *Scripturæ* suum ὡς, & ὡσεί. Quô non modo *explicite* rerum numeros obiter determinat, *Luc.* III. 23. & IX. 14. & XXII. 59. & XXIII. 44. *John.* IV. 6. & VI. 10. & XIX. 14. *Act.* II. 41. & V. 36. & XIII. 18, 20. sed & quod interdum sic reticet, *Gen.* XV. 16. ut eô annos vel XXX, obruat *Gen.* 237
XV.

xv. 13. *Act.* vii. 6. *collat. cum Exod.* xii. 40. Ut sic
non unus *Flavius* *σοχάζηται*. *Secunda responsio* ad *Lo-
cum Josephi* est: sumpsisse eum *Victoriam ad Actium*
in summo suo complemento. Erat id, postquam
Augustus, interfectis hostibus & Ægypto subjuga-
tâ, Romam rediisset, & triumphum habuisset.
Anno U. C. dccxxv. *Dio Hist. Rom.* lii. Tum e-
nim *absolute*, & sic recte *Victor* fuit. Quod *Jose-
phus* illam æram elegerit, ipse suspicandum relin-
quit *ad Ant.* xiix. *c.* 3. Nam ibi postquam dixisset
Augustum imperasse annos lvii. menses vi. & dies ii.
actutum subjicit: Τȣτȣ ἢ αὐτῷ ἓ χρόνȣ τεσσαρεσκαίδε-
κα ἔτη συνῆρξεν Ἀντώνιος &c. Jam vero *Anthonius*
non cæpit cum *Augustô* regnare ante initum cum
eo *Triumviratum*, anno U. C. dccxi. *Dio Hist.* xlvi.
Itaque his si addantur *illi anni* xiv. quibus *Josephus*
238 Anthonium dicit imperasse cum Augusto, prodi-
bit annus U. C. dccxxv: quo Augustus *Josepho* pri-
mum solus regnare cæpit. Et sic etiam ab *illo an-
no* videtur *Josephus* victoriam numerasse, & non ab
ipsa pugnâ ad Actium. Quod si ita est: *Josephus*
recte annum exilii Archelai, *Actiacum* xxxvii, ap-
pellare potuit: cùm ei respondeat *annus* U. C. dcc
lxii, ante quem *anno* U. C. dccliii, *Herodes* mor-
tuus, & suffectus *Archelaus.* Utra ergo ex his re-
sponsionibus placuerit, *Josephus* sanus est, & sibi
constat. Quæ cum dico, non satis admirari pos-
sum, quare cum multi *hunc Josephi locum* profe-
rant contra Baronium: *Torniellus, Scaliger, Calvi-
sius &c.* nemo tamen de eo sit solicitus. Quasi qui
pro ipsis faceret: cum tamen prout sonat ad lite-
ram, omne ipsis fundamentum destruat. Nam cer-
te, si Herodes mortuus *anno Juliano* xlv, & vi-
ctoria ad Actium reportata *Juliano* xv, ut conso-
239 nant Scaligeriani, si aufers xv, de xlv Julianis; &
residuis xxx, addis ix, pro exilio Archelai, resulta-
bit *annus Actiacus* competens proscriptioni Arche-
lai, non xxxvii, sed xxxix. Ut & *mortem Herodis*,
& *nativitatem Christi*, secus ac vellent, proferendi
ipsis foret necessitas. Quâ, ut spero, hac opellâ
nostrâ liberati sunt. *Casaubonus* contra Baronium
inquit, *Exercit.* i. *sect.* 34. *Eximie falsitatem figmenti
hujus declarat Archelai calamitas: quam convenienter
Josepho Dio Cassius confert in annum U. C.* 759. *Ju-
lianum* 51. *An Dio mendaciorum socius esse Josepho
præoptavit &c.* At quomodo in hoc, aut *Dio Jo-
sepho*, aut *Dioni Josephus* convenit? Dio, *Hist.* l.
victoriam ad Actium confert in *annum* U. C. dcc
xxiii. cui si addantur xxxvii *Actiaci*, Josephi, fient
pro exilio Archelai, *anni Urbis* dcclx. Dio habet
dcclix: & sic illâ viâ necdum congruunt. Si *Jo-
sephus* numerat victoriam Actiacam à *Triumphô Au-
240 gusti*, *Annô Urbis* dccxxv. & huic addantur *anni A-
ctiaci* xxxvii. fiet *annus* U. C. dcclxii. neque ille
congruens *Dioni.* Quid ergo in anno calamitatis
Archelai, convenienter *Josepho* dixit *Dio?* utique
nihil. Cum & illa cæca festinatio, quod cum Ca-
saubonus *cit. loc.* amplectatur sententiam *Cassiodori
& Scaligeri*, quâ Christus natus *annô* U. C. dccli.
nihilominus velit defendere, quod *Archelaus*; (quem
alibi ipse ix *annos* regnasse statuit,) *Annô Urbis* 759.
apud Dionem, fuerit relegatus. Adhæc: cum *He-
rodes* ex communi hypothesi decessit *annô Julian.*
xlv, quomodo *Archelaus*, post *novennii* regimen,
annô Julianô li. potuit mitti in exilium? Unde &
ex omnibus sic disputatis, constat: quod Dio, *Hi-
stor.* lv. in annô exilii Archelai, *trium annorum
prochronismô* lapsus sit. Hoc est: pro *annô Urbis*
dcclix. debuerit numerare *annos* dcclxii. Prout
locô citatô, non modo in *tempore*, sed & *ipso facto*
241 titubat. De nomine *Herodis*, quô compellat *Ar-
chelaum*, redeat in gratiam cum Keplero, *Sylv.
Chronol. p.* 10, & Langio, *De Ann. Chr. p.* 748.
Nobis saltem falsa est narratio. Dixerat *Archelaum
à fratribus tum accusatum:* dixerat tantum μέρος

Ethnarchiæ ejus in publicum redactum. Quod utrum-
que est falsissimum. *Locus ejus* supra legi potest.
Quam sit etiam perturbatus & prodigiosus *Monta-
cutii* calculus ex his patet. Nam is *Apparat.* v. *ad
Hist. Eccles. num.* 125. vult *Christum natum anno* U.
C. 752. *sub initium Consulatus Lentuli, & Pisonis:
Herodem adhæc mortuum anno Urbis* 756. *ut Arche-
laus primo desierit circa annum Urbis* 764. *pene qua-
driennio ante excessum Augusti: & à cæde Antigoni
ad Herodis mortem anni fuerint, non* 34, *ut Josephus;
sed* 39, *aut* 40, *id est: à Consulatu Calvini & Pollio-
nis, anni* 42, *aut* 43. *&c.* utique intricate. Nam &
Christus natus *anno Urbis* 751. per characterem *Lu-
cæ* & *plurium*, *supra*: & Eusebius, *Hist. Eccles.* i.
c. 8. statuens παιδοκτονίαν Bethlehemicam ἅμα aut 242
statim ante morbum Herodis, satis confutat Hero-
dem primum *anno Christi* v, decessisse. Tum si vel
maxime ad *annum Urbis* 756, colligantur ix *pleni
anni Archelai*, incidet hujus exilium in *annum Urbis*
765. Post quem *Augustus*, non vivet *annos* 4, *sed*
2. mortuus scilicet *anno Urbis* 767. Qui 2 anni,
(si quidem illi *duo* adhuc esse possint, nempe soli-
di,) nequidquam sufficient pro tot Præfectorum re-
bus, quot ab ipso missi fuerant post *Archelaum.*
In reliquis, (scilicet cum regnum Herodis facit *an-
norum* 43) proximus ipsi error cum *Eusebio.* Nam
is *in Chronico*, affirmat Herodem mortuum *Olym-
piad.* cxcv. *anno* iv. Qui cum sit *Julianus* lii, ab-
latis vi *Julianis*, (primo Regni tempore,) à lii.
sequetur Herodem regnasse *annos* xliv. De quo
metachronismo, Scaliger, *Emendat. Tempor.* v. *p. m.*
433, 434.

Sunt alia nonnulla, & ad *Titulum Archelai* mo-
nenda; sed brevissime. Serarius, *Opusc. Tom.* i. *de
Herod. c.* 20. *p. m.* 243. Archelaum, *Regem* vocat. 243
Archelaus, inquit, *initio nonnisi Tetrarcha decretus
ab Augusto, postea etiam Rex, ex Ant.* xvii. *c.* 13.
Cum quo Salmasius, *in not. ad Solin. c.* 35. *p. m.* 576.
Archelao, inquit, *dignitas Regia, cum Judæâ, Sa-
mariâ, & Idumæâ.* ἐθνάρχην *eum appellatum dicit
Josephus, priusquam Regium nomen illi confirmatum
esset ab Augusto.* Fallitur uterque. *Archelaus* non
Rex, aut *Tetrarcha*, fuit constitutus; sed *Ethnar-
cha.* Rex quidem sæpe appellatur, qui *Regiam*
habet *potestatem.* Quomodo Dominus Sinhar, So-
domæ &c. *Gen.* xiv. 1, 2, 17, 18. *Josu.* viii. 1, 2. &
xii. 9, 10. *seq.* Ipse Archelaus, *Matth.* ii. 22. *Tze-
mach David ad An.* 1761. & Antipas Tetrarcha,
Matth. xiv. 9 *Marc.* vi. 14, 22. Reges dicti sunt.
Ita Ἄρχων Adiabenæ, *Strab. Geog.* xvi. Rex voca-
tus. *Ant.* xx. *c.* 2. *Bell. Jud.* vi. *c.* 6. Ita Herodes,
antequam Romæ vere Rex evasit. *Hegesipp. Excid.*
i. *c.* 29. Ita & Summus Pontifex, Hircanus. *Ant.*
xiv. *c.* 17. & xv. *c.* 1. *Bell. Jud.* i. *c.* 10. *Euseb. Chro-* 244
nic. Græc. Scalig. p. 265. *Tzemach David, ad ann.*
1724. non modo ob potestatem: (persona enim
Pontificis toti populo æquiparabatur. הנה הכהן
הגדול שקול כנגד כל ישראל: *Ecce, Summus
Pontifex æquiparatur toti Israëli.* R. Aben Ezra *ad
Levit.* iv. 13.) sed & quod *Pontificia dignitas*, ma-
jor etiam *Regiâ* haberetur. Ita enim *Rex Agrippa*
ad *Cajum:* Πάππων ἢ προγόνων βασιλέων ἔλαχον, ὧν
οἱ πλείȣς ἐλέγοντο Ἀρχιερεῖς, τὴν βασιλείαν τῆς ἱερωσύνης
ἐν δευτέρᾳ τάξει τιθέμενοι, ἢ νομίζοντες, ὅσῳ θεὸς ἀν-
θρώπων διαφέρει κατὰ τὸ κρεῖττον, τοσȣ́τῳ ἢ βασιλείας
Ἀρχιερωσύνην *&c. Phil. in Legat. ad Caj. p. m.* 797.
Quod si itaque potestatis respectu, *Serarius*, &
Salmasius, Regem dixissent, non errassent. At
cum *authoritate publicâ*, & *Augusti*, eum Regem
faciunt, utique halucinantur. Certum enim ex
Josephô supra, haud alium *titulum*, quam *Ethnar-
chæ* ei Romæ datum. Nam *Regium* quidem pro- 245
misit Augustus; sed tum demum cum hunc me-
ruisset. *Ant.* xvii. *c.* 13. ἀλλὼς. ii. *c.* 4. Quem ta-
men ita ille non meruit, ut ne quidem *Ethnarchiam*
retinuerit.

36. *Ma-*

36. *Maria*, seu *Mariamme*.] Ex quanam domô fuerit, in incertô est. *Historia* nihil de eâ meminit, nisi quod propter *Glaphyram* fuerit à *maritô* abdicata. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 15. *Bell. Jud.* II. *c.* 6. Si ex *familiâ Herodis* esset, & aliquid determinandum, diceremus eam esse, de quâ *Num.* 62. Ut *Archelaus* eam post cædem *Antipatri*, & susceptam Ethnarchiam, forte in uxorem sumpserit.

37. ANTIPAS TETRARCHA.] Qui & Herodes. *Matth.* XIV. 1. *Marc.* VI. 14. *Luc.* III. 19. *&* VIII. 3. *&* IX. 7, 9. *&* XIII. 31. *&* XXIII. 7, 8, 11, 15. *Act.* IV. 27. *&* XIII. 1. *Joseph. Ant.* XIIX. *c.* 3. *in titul. & c.* 7, 8. *Bell. Jud.* II. *c.* 8. *Hegesipp. Excid.* II. *c.* 3, 5. Item,
246 cum addito: Herodes Junior, *Euseb. Hist. Eccles.* I. *c.* 9, 11. *Epiphan. Hæres.* XX. Herodes Tetrarcha, *Ant.* XIIX. *c* 7, 9. הורדוס הגדלי, [nisi hic, Pater est,] *Libr. Juchasin. fol.* 135. *ad ann.* 738. vocatur & Antipater. *Phot. Biblioth. cod.* σλη'. *p. m.* 874. *Tzemach David ad ann.* 1770. Quod nomen seu *Antipæ*, Hegesippo teste, *Excid.* II. *c.* 3, 5. in *Herodis* mutatum, postquam ille *Tetrarcha* factus esset. Pater ipsum, quamquam filiorum νεώτατον, *Ant.* XVII. *c.* 8. fratribus prætulit, & Successorem scripsit. *Ant. loc. cit. Bell.* I. *c.* 20. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 45. sed postea tamen testamentum mutavit, & *Tetrarcham tantum Galilææ &c.* fecit. Ex quo post Herodis mortem, lites magnæ Romæ ortæ sunt. Nam Antipas non ferens regnum sibi prius legatum eripi ab *Archelaô*, suasu Salomes, Romam contendit, & jus suum *Cæsaris* cognitioni subjicit. Ubi tamen res sic est decisa, ut *Antipas* præter ea quæ ipsi
247 pater assignaverat, *Galilææ* scilicet & *Peræa Tetrarchiam*, nihil obtinuerit. *Ant.* XVII. *c.* 10, 11, 13. *Bell.* II. *c.* 1, 4. *Hegesipp.* I. *c.* 46. *&* II. *c.* 1. Nam cum *Regem* eum apellant Euangelistæ, *Matth.* XIV. 9. *Marc.* VI. 14. intelligendum, quod talis haberi voluit, (ipse enim Tetrarchiam suam *regnum* appellat. *Marc.* VI. 23.) aut quod talis fuerit *potestate*. sicut *Num.* 35. Neque enim novum est, illo sensu nomen *Tetrarchæ* & *Regis* permutari. *Cicer. Orat. pro Dejotar. Plin. Hist. Nat.* V. *c.* 18, 20. *& aliis.* Lysanias certe primus, *Rex* est dictus. ἀλώσ. I. *c.* 17. *Dio Histor.* XLIX. & tamen ejus bona sub Zenodorô conductore, dicta *Tetrarchia*. per *Dion. Histor.* LIV. Quemadmodum etiam secundi Lysaniæ *Tetrarchia*, *Ant.* XIIX. *c.* 8. & XX. *c.* 5. dicta βασιλεία. *Bell. Jud.* II. *c.* 10, 11. ubi etiam, (nempe *cap.* 11.) Agrippa donatus *Tetrarchiâ* Philippi, dicitur translatus εἰς μείζονα βασιλείαν. Elatus in hunc modum *Antipas*, laudem quidem meruit ex ædificiis: dum *Seppho*-
248 *rin*, & *Juliada*, muris cingit: *Tiberiadem* autem, in honorem *Tiberii*, (cui fuit amicissimus,) de novô condit. *Ant.* XIIX. *c.* 3. In aliis tamen fœda ejus vitia notantur: *Incestus*, *tyrannis*, *hæresis*, *hypocrisis*, *contemptus Christi*, *avaritia*, *ambitio*, *invidia*, & alia; quibus non tam deditus, quam coopertus fuit. Nam hic est ille in *Euangeliis* toties frequens *Herodes*, qui & fratri uxorem Herodiadem eripuit, & Baptistam in carcere capite truncari fecit, & auditis Christi miraculis, eum *Johannem redivivum* credidit. *Matth.* XIV. 1, 2. *seq. Marc.* VI. 14, 16. *seq. Luc.* III. 19. *&* IX. 7, 9. *Euseb. Hist. Eccles.* I. *c.* 11. *Niceph. Hist.* I. *c.* 19. sed & à cujus fermentô, (doctrinâ Sadducaicâ, *Marc.* VIII. 15. *collat. cum Matth.* XVI. 6, 12. non esse Angelos, non resurrectionem &c. *Act.* XXIII. 8.) Christus cavendum dixit. *Marc.* VIII. 15. quem Christus insidiantem sibi, vulpem appellavit. *Luc.* XIII. 31, 32. & ad quem Christus in
249 vinculis missus fuit. Nam cum *Pilatus* inter varia Christi liberandi media frustra adhibita, tandem audiret eum esse è Galilæâ, misit eum ad *Antipam*, qui tum Hierosolymis: & sic eum, quem ante inimicum habuit, sibi reconciliavit. Videtur autem simultatis inter *Herodem & Pilatum* caussa fuisse, quod *Pilatus* Tetrarchæ jurisdictioni sese miscuisset, & ex subditis ejus, *Galilæis*, obtruncasset. *Luc.* XIII. 1. cui errori nunc volens remederi, *Christum* ita ad *Herodem* misit. Quem hic tamen, etsi primum avidus videndi, uti ferebat, ... ludificatus est: & tandem derisum, floridaque candida, (de qua *Casaubon. Exercit.* XVI *p. m.* 663. *seq.* ... *Flavium*, ἀλώσ. II. *c.* 1. *Tacit.* II. *c.* 89. *& in German. c.* 102.] contumeliose circumdatum, nullâ in re Judicis factô officiô remisit, *Luc.* XXIII. 8. *seq. conf. Act.* IV. 27. Quibus & aliis flagitiis perpetratis, *Luc.* III. 19, 20. (*Avaritia* ejus notatur ἀλώσ. II. *c.* 8.) gradus ei ad ruinam factus fuit: *Ambitione* &
Invidiâ, proxime eum impellentibus. Nam cum 250
ipsius nepos *Agrippa*, qui egenus quondam & ab omnibus desertus, ante ejus vixerat beneficiô, *Ant.* XIIX. *c.* 8. Rex à *Cajô* esset declaratus, *Antipas* percitus æstrô invidiæ, & impulsus ab uxore, contra eum *Romam* properat. Ubi eum fortuna destituit. Nam cum à tergô sequerentur literæ *Agrippæ*, quibus perscriptum: quod Antipas *Sejano* & *Parthis* studuisset, & ad novandas res plurima arma sibi comparasset, *Cajus* eum cum uxore Herodiade, (bonis omnibus in *Agrippam* translatis,) *Lugdunum*, (non *Viennam*, ut *Euseb. Hist. Eccles.* I. *c.* 11. *&* II. *c.* 4.) misit in exilium: *Ant.* XIIX. *c.* 9. *Euseb. loc. cit. Phot. Biblioth. codic.* 238. *p. m.* 974, 975. unde postea profugit in *Hispaniam*, & ibi vitæ finem habuit. ἀλώσ. II. *c.* 8. Incertum, utrum fato, an consilio: nisi quod Hegesippus, *Excid.* II. *c.* 5. addat, mærore exstinctum. Atque ita eum pœna gravium
scelerum adprehendit: post obtruncatum Johannem 251
Baptistam, *annô* X. Post Christum Servatorem ludibrio habitum, *anno* VIII. Fuit enim relegatus *anno Caji* IV. scilicet quô *Agrippa* ejus Tetrarchiam fuit consecutus. *Ant.* XIX. *c.* 7. Ut erret Usserius, *Annal. ad ann. M.* 4042. qui hæc rejicit in annum obtruncati Johannis VIII: Christi, VI. Nam Christus passus *annô Tiberii* XIIX. &c. ut *quartus* Caji, Christi patientis *sextus*, haud esse possit. Quomodo *Antipas* sumptuosissimo epulo, *Euphrate* mediô, exceperat *Vitellium* & *Artabanum* Parthum, qui ad fœdus & pacem illic convenerant, extat apud Flavium, *Ant.* XIIX. *c.* 6. In *sævitiâ* ejus consonant *Rabbini*. Chronicon Regum templi secundi, *fol.* 54. *col.* 4. ita inquit: גם אנטיפס הרשיע והתעיב מכל אשר היו לפניו ויקח אשת פוליפוס אחיו מתחתיו וחיא כבר הולידה והוכיחהו על התועבה הזארת רבי יוהנן כהן גדול ויכהו אנטיפוס
וימיתהו: *Antipas etiam impie egit, & abominanda* 252
patravit, præ omnibus, qui ante ipsum fuerant: & accepit uxorem Philippi fratris sui, à sub potestate ejus, quæ jam ante pepererat. redarguit autem ipsum ob hanc abominationem R. Jochanan, Sacerdos magnus: & percussit eum Antipas, ac morte affecit eum. Similia iis habet Zemach David, *part.* I. *ad ann.* 770. *millen.* 4. הורדוס אנטיפטר ויש קורין לו טוטרקי הוא בנו של הורדוס הראשון ואחיו של ארקילוס והוא המלך השלישי לבית הורדוס. גם הוא היה רשע רע ואיש משחית רבים מחכמי ישראל הרג בחרב. ולקח את אשת אחיו פוליפוס בעודנו הי לו לאשה ויוחנן כ"ג בעבור הוכיחו ע"ל זה הרגו בחרב עם רבים מהכמי ישראל: *Herodes Antipater, quem nonnulli Tetrarcham vocant, fuit filius Herodis primi & frater Ar-*
chelai, fuitque Rex tertius è stirpe Herodis: Etiam iste 253
fuit impius pessimus, & vir perditor, plurimos Sapientum Israëlis occidit gladiô: & accepit uxorem Philippi fratris sui, eô adhuc vivente, in uxorem. Jochanam vero Sacerdotem magnum, quod ipsum redarguisset, ob hoc facinus, interfecit gladiô, cum plurimis ex Sapientibus Israëlis.

Quæ cum ita sint, non licet conjicere, ubi mentem habuit *Epiphanius*, cum *l.* I. *adv. Hæres.* XX. Antipam facit *filium Archelai*: Ἀρχέλαος, inquit, γεννᾷ τὸν ἡρώδην τὸν νεώτερον, καὶ βασιλεὺς ἡρώδης τῷ ἐν-
νάτῳ

νάτῳ ἔτει τῆς τοῦ πατρὸς Ἀρχελάου βασιλείας, καὶ διαδοχῇ. In quo haud dubie deceptus fuit ab Eusebio, qui *in Chronic. Græc. p. m.* 267. dixerat: *Antipam* ἀποθανόντος Ἀρχελάου *in Judæâ imperasse.* Prout hoc *Num.* 35. supra castigatum fuit. Liceat ad Gruteri *in Thesaur. inscription.* Triopium excurrere. Scilicet: fuerat *Triopium* in viâ Appiâ, cujus dedica-
254 tio, Græcis versibus facta ab Herode quodam. Nam

Ὕμμι γὰρ Ἡρώδης ἱερὴν ἀνὰ γαῖαν ἔθηκε·
Vobis Herodes tellurem hanc rite dicavit.

Quærunt Eruditi, quis hic *Herodes*; & num *Tetrarcha*, an hujus pater? Nobis *neuter* placet, non quod eorum aliquis dixerit se βασιλῆα χθονίων: versus enim habet χθόνιον, contra *Salmas. in not. ad consecrat. hujus p. m.* 8. sed quod stylus nimis quam gentilis sit. Fuerit vero *Herodes Judaicus*, assentator Gentilium; nunquam tamen ausus fuisset aperte aliquid *idolis* consecrare: qui vidit, quam populus ad honores *Principum*, quotidie tumultuaretur &c. Salmasius, *loc. cit. p. m.* 11. putat fuisse *Herodem Atticum*, Præceptorem *M. Anthonii Philosophi*, de quo *Philostrat. l.* 1. *&* 11. *de Vit. Sophistar.* At cur non potius alium hôc priorem? ad quem *Cicero*
255 scripsit in exilio, &c. *Plutarch. in Vit. Cicer. p. m.* 873. Scilicet: quia & horum *neuter* fuit. Nam Inscriptio dicit:

Καὶ γὰρ Ἀθηναίη περὶ οἱ χθόνιον βασιλῆα, &c.

Ac sic digitum in *Regem* intendit: qui potuit esse *Herodes Parthus*, seu antiquior, *Plutarch. in Vit. Anthon.* seu junior, sub Tiberio. *Joseph. Ant.* XIIX. *c.* 3. aut si hi non placent, invenies alios.

Cæterum, cum *Antipam* hîc diximus factum *Tetrarcham*, erit occasio dicendi de *Tetrarchis*. *Tetrarchia*, regionis tetrans est, per *Manilium* & *Vitruvium*: Quibus assentitur Augustinus, *de Civitat. Dei l.* 18. *Tetrarchæ*, inquit Isidorus, *sunt quartam partem regionis tenentes: nam* τέτταρες *quatuor sunt &c.* Proprie igitur *Tetrarchiæ vox* significat, non quatuor urbium, aut quatuor regionum; sed *quaternorum simul in unâ eademque gente vel terrâ*
256 *principatum.* Quales *proprie dictos Tetrarchas* nisi in *Græciâ*, & *Galatiâ*, vix invenies. *Thessaliæ* divisæ in quatuor partes, Θεσσαλιῶτιν, πελασγιῶτιν, φθιῶτιν, & ἑστιαιῶτιν, singulæ τετράδες, *Tetrarchiæ* olim dictæ sunt: in quibus *Philippus Macedo* totidem *Tetrarchas* posuit. *Harpocrat. in* τετραρχ. *cit. Scalig. animadv. p. m.* 163. Claræ etiam *Galatarum Tetrarchiæ.* Nam cum horum tres essent gentes, linguâ, moribus, & institutis similes, quamvis earum in IV. distinxerunt *Quadrantes*, seu *Tetrarchias*: sic ut in totum fuerint XII. Quæ tamen ita tempore mutatæ sunt, ut jam in *trium*, jam in *duorum*, postremoque *unius*, nempe *Dejotari*, & hinc *Amyntæ* venerint potestatem; Testis est Strabo, *Geograph.* XII. *p. m.* 566. Τριῶν, inquit, ὄντων ἐθνῶν ὁμογλώττων, καὶ κατ᾽ ἄλλο οὐδὲν ἐξηλλαγμένων, ἕκαστα διελόντες εἰς τέτταρας μερίδας, τετραρχίαν ἑκάστην ἐκάλεσαν, τετράρχην ἔχουσαν ἴδιον, καὶ δικαστὴν ἕνα, καὶ στρα-
257 τοφύλακα ἕνα, ὑπὸ τῷ τετράρχῃ τεταγμένους· ὑποστρατοφύλακας δὲ δύο. ἡ δὲ τῶν δώδεκα τετραρχῶν βουλὴ ἄνδρες ἦσαν τριακόσιοι. συνήγοντο δὲ εἰς τὸ καλούμενον Δρυναίμετον. Τὰ μὲν οὖν φονικὰ ἡ βουλὴ ἔκρινε· τὰ δὲ ἄλλα οἱ τετράρχαι καὶ οἱ δικασταί. Πάλαι δὲ μὲν οὖν ἦν τοιαύτη τις ἡ διάταξις· καθ᾽ ἡμᾶς δὲ εἰς τρεῖς, εἶτ᾽ εἰς δύο ἡγεμόνας, εἶτα εἰς ἕνα ἧκεν ἡ δυναστεία, εἰς Δηιόταρον, εἶτα ἐκεῖνον διεδέξατο Ἀμύντας. Hæc *Strabo.* Sed *an semper Tetrarcha Dominus est quadrantis?* certe huc visus intendisse *Eusebius*, dum *duos novos Tetrarchas* addit illis duobus, qui à *Flaviô* memorati sunt. *In Herodis locum*, (inquit Chronic. p. 42, 156, 157.) *Archelaus ab Augustô substituitur; & Tetrarchæ fiunt quatuor fratres ejus: Herodes, Antipater, Lysias, & Philippus.* Eundem numerum habet Eutychius,
258 *Annal. Arabic. Pococh. p. m.* 312, 315. quamquam omisso Antipatro. *Herodes*, ait, *mortuus cum regnasset annos* XXXVII, *quatuor reliquit filios: quorum unus nomine Archelaus, secundus Herodes, tertius Philippus, quartus Lysanias. Qui regnô inter se divisô, unusquisque quartam regionis Judaicæ partem sibi assumpsit.* At hæc male cohærent. Nam *Antipater* nunquam Herodis fuit hæres: ut qui ante ipsum, in vivis esse desiit. *Lysanias* autem, neque hæres, neque filius. ut patebit infra ex *Num.* 41. Denique: ipsum fundamentum falsum. Nam in *Syriâ* & *Palæstinâ*, nunquam *proprie dicti Tetrarchæ*, hoc est: *Domini quadrantum* demonstrari possunt. Plinius, *Histor. Natur.* v. *c.* 18. *sex* in Syriâ *Tetrarchias*, enumerat circa *Decapolin*, (non ipsas x. *civitates* vocat *Tetrarchias*, ut *Baron. Annal. ad Ann. Chr.* 31. *n.* 7.) quarum ratio à *numerô* non potest dari. *Intercursant*, inquit, *cinguntque has urbes*, (Decapolis) *Tetrarchiæ, regionum instar singulæ, & in regna contribuuntur: Trachonitis, Paneas in quâ Cæsarea, Abila, Arca, Ampeloessa, Gabe.* Hæc 259
ille. Ex cujus Tetrarchiis, *duæ priores* regiones sunt: *quatuor ultimæ*, haud nisi urbes. In *Phœnice* olim singulæ urbes, totidem erant regna. *Strabo* inquit: τὸ παλαιὸν μὲν οὖν οἱ Ἀράδιοι κατ᾽ αὐτοὺς ἐβασιλεύοντο παραπλησίως· ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστη πόλεων τῶν φοινικίδων, Neque *quadrantis* ratio in *Palæsthinâ.* In *Judæâ solâ* Phasaëlus & Herodes, sic ab Anthoniô *Tetrarchæ* facti sunt, ut *quartus* illic nemo fuerit. Joseph. *Ant.* XIV. *c.* 23. *Bell. Jud.* I. *c.* 10. Circa turbas Actiacas, *Zenodorus* quidam, unus *Syriæ*, (quod scio,) *Tetrarcha* vixit. *Dio Histor.* LIV. Pheroras etiam sub Herode M. solus, nempe *Peræa*, Tetrarcha fuit. *Ant.* XV. *c.* 13. *Bell. Jud.* I. *c.* 17, 19. Et cum *Herodis* regnô divisô, iterum fierent *Tetrarchæ* in *Palæsthinâ*, quatuor tales haud fuerunt instituti. Nam regnum Herodis diremptum fuit in *Archelaus Ethnarchiam*, (quæ & τοπαρχία. ἁλώσ. II. *c.* 7.) *Antipæ & Philippi duas Tetrarchias, Sa-* 260
lomes Toparchiam, & partem regno Syriæ adjectam. Joseph. *Ant.* XVII. *c.* 13. *&* XIIX. *c.* 3. *Bell. Jud.* II. *c.* 4. Nam *Gaza, Gadara,* & *Hippon*, urbes, quas Cæsar ad Actium victor Herodi cum aliis donaverat, *Ant.* XV. *c.* 11. avulsæ iterum, & *Syriæ* restitutæ sunt. Qui addunt *Tetrarchiam Lysaniæ*, infra ad *Num.* 41. corrigendi sunt. Tacitus, *Histor.* v. *c.* 9. inquit: *Liberi Herodis gentem coërcitam tripartito rexerunt.* Profecto recte: Nam *tres*, non plures *partes* ipsi liberi acceperunt: reliquas, alii. Sed Philo *in Flacc. p. m.* 750, inepte, *Philippi ditionem* vocat *tertiam partem regni Herodis:* Γάϊος, inquit, Καῖσαρ, Ἀγρίππᾳ τῷ Ἡρώδου βασιλέως υἱωνῷ δίδωσι βασιλείαν τῆς παππῴας λήξεως τρίτην μοῖραν, ἣν Φίλιππος τετράρχης, θεῖος ὢν αὐτῷ πρὸς πατρὸς ἐκράτει. Quæ ex supra dictis liquet esse falsa. Et hunc in modum, quomodocunque subducamus calculum, 261
regni Herodis *tetradas* non habebimus; sed aut *pentadas*, aut *triadas*: & tamen *Tetrarchiæ* locus fuit. Imo vero in ipsis *accuratis Tetrarchiis*, ratio tandem *quadrantis* desiit. Nam ostensum fuit supra ex *Strabone*, quomodo Galatarum Tetrarchiæ tandem in *trium*, hinc *duorum*, & mox *unius* manum sunt redactæ. (confer *Appian. in Mithridat.*) Hirtius, *de Bell. Alexandr.* inquit: *Dejotarus Tetrarches Gallogræciæ tunc quidem pene totius, quod ei neque legitimum, neque moribus concessum esse cæteri Tetrarchæ contendebant &c.* Quo minus mirum, si hoc fieri potuit in *Palæsthinâ.* Nam *Antipæ* cessit *Galilæa* & *Peræa*: in quibus olim totidem Tetrarchæ, *Herodes, & Pheroras. Philippo* obtigit *Trachonitis, Paneas*, & *pars* οἴκου *Zenodori.* Quæ & illæ *distinctæ quondam Tetrarchiæ.* Juxta *Plin. Hist. Nat.* v. *c.* 18. *Dion. Hist. Rom.* LIV. Quid ergo dicendum: ut hinc abeam? illud certe, quod *Tetrarchæ Thessali, &* 262
Galathæ veteres, soli *vere tales* fuerint. Eorum autem, qui in *Syriâ* circa Decapolin, & Palæsthinam

nam instituti sunt, *titulum* tantum fuisse *honorarium:* natum forte ex *priorum imitatione.* Potest enim fieri, ut aliqui, maxime ex *Tetrarchis Galathis*, quibus gradus domi non potuit fieri, (nam fuisse alios quam qui imperarent, supra ex verbis *Hirtii* conficies) profecti in *Syriam*, locis ex se nomen fecerint. Potest etiam fieri, ut *Titulus militiæ* sit. Nam partem ultimam exercitus ita appellatam constat. Leo *in Tacticis:* Τετράρχης inquit, ἐςὶν ὁ ἢ φύλαξ, ὁ λεγόμενος οὐραγὸς, ἢ τελευταῖος ἱςάμενος τῆς ἀκίας. Quid si ergo gentes *sex Tetrarchiarum* apud Plinium, reliquis Syris bellô junctæ, nomen à *quartis castris* acceperunt? Dixerint *alii*. Nobis saltem id heic incidit cogitandum, quod de *magnis fluviis.* Sunt eorum ostia &. processus plani; fontes tamen sæpe in obscurô. Titulus scili-
263 cet *Tetrarchiæ in Syriâ*, ipse clarus; sed origo incerta. Nobis sufficit hoc probasse, quod *Tetrarcha alibi quam in quadrante esse possit:* & quod *Patres* non opus habuerint eâ causâ ad figmenta recurrere. Patet denique, errare Photium, *Biblioth. cod.* σλη'. cum dicit, quod *Agrippa ipse Romam* ἀπῆλθε. Nam illud Flavii, ἁλώσ. ΙΙ. *c.* 8. ἠκολούθησε δὲ αὐτῷ (Herodi) κατήγορος Ἀγρίππας &c. intelligendum, per *literas* aut *delegatos:* prout supra ex *Ant.* XIIX. *c.* 9. Nam nihil certius, quam *Agrippam* ipsum *Romæ* tum non agitasse.

38. *Filia Aretæ, Regis Arabum.*] Eutychius, *Annal. Arabic. Pococh. p. m.* 316. eam vocat *Aretam:* & patrem, *Algaurum.* Sed commentô nugacissimô. Certius ejus res sic habent. Cum sensisset *maritum* animum adjecisse ad *Herodiadem*, & pactum fecisse de se abdicandâ; dissimulatô dolore, veniam petit discedendi *Machærunta*, ad confinia Arabiæ. Quod cum *Herodes* ei concessisset:
264 nihil minus suspicans, quam ut de rebus suis cum *Herodiade* quid rescivisset, fugit illa per delectos in *Arabiam*, & patri rem, ut gesta erat, indicat. Unde paulo post bellum exarsit. Nam *Aretas* injuriâ filiæ lacessitus, arma contra *Herodem* capit, & eum clade magnâ afficit: totô exercitu ad internecionem fere jugulatô. *Flavius* addit inde vulgo persuasum, quod exercitus Herodis hanc tulisset stragem ob *Baptistæ* cædem. Nam eum *Herodes*, veritus populi, (quem ab ipsô vidit pendere,) defectionem, *Machærunta* traxerat, & ibi interfecerat. *Ant.* XIIX. *c.* 7. Quo de *Num.* 64, 65. pluribus.

Hîc se iterum *Saliani* in *Josephum* aperit pruritus. (miror saltem ὁμόψηφον Scaligerum. *Emendat. Temp.* VI. *p. m.* 267.) Nam cum aliam *necis Baptistæ* causam referant *Euangelistæ*, & hanc taceat *Josephus;* Salianus, *Annal. ad Ann. Chr.* 28. *n.* 7. eum quæ dicit, comminisci asserit. Cum tamen *causa*
265 tradita à *Josephô*, causæ ab *Euangelistis* assertæ non sit contraria; sed cum eâ stare possit. Nam *Josephus* causam primam & latentiorem: *Euangelistæ* proximam & magis notam, exprimunt. Baronio, *Annal. ad An. Chr.* 31. *n.* 46. aliunde *Flavii* sententia non est ad stomachum: quod scilicet, si frequens populi ad *Johannem* concursus, *Herodis* ei odium peperisset, oportuisset *Herodem* magis laborasse, *ut Christum ipsum*, tolleret è medio, ad quem longe major, & è remotioribus etiam provinciis hominum confluxus fieret &c. At *Herodi* certe animus non defuit: sed quod *ministerium Christi* debuit absolvi, conatus fuit irritus. Cras enim & perendie Christus debuit sanare & proficisci: (confer *Joh.* VII. 30. & VIII. 20.) & Propheta non potuit perire extra Hierosolymam. *Luc.* XIII. 31, 32, 33. Deinde: in *Johanne* hoc potuit suspectum habere *Herodes*, quod non potuit in *Christo.* Nam
266 *Johannes* nunquam tam clare legitur loquutus de *Magistratu*, ut loquutus *Christus:* idque ipsis *Herodis* familiaribus. *Matth.* XXII. 16. *seq. Marc.* XII. 13. *seq.* Nam per *Herodianos*, illic, (ut & *Marc.* III. 6. *alibique*) propius visi intelligi, seu *milites Herodis:* cum *Hieron. Euthym. Theophylact. &c. in Matth.* 22. *Chrysost. homil.* 71. seu *aulici ejus*, aut *ministri:* דבית הרודוס cum *Euang. Hebr. Mercer. Syr. interpr. Tremell. Bez. in Matth.* XXII. *l'Emper. in Remp. Jud. p. m.* 438. [Chemnicio, *Harmon. c.* 33. ἐπίτροποι seu Præfecti Herodis: *Johanni*, IV. 46. dicti βασιλικοί.) Servos enim ex dominorum suorum personâ χαρακτηρίζεσθαι, ipsi cum sint ἀπρόσωποι. *Theophyl. Laur. Pignor. de Serv. &c.* Quanquam non simus nescii, quam ob *Herodianos* serram, reciprocent, *Serarius* maxime & *Scaliger*, *Drusiusque:* quamque illæ lites sic creverunt, ut nomen *Herodianorum* apud Interpretes, jam *gentis*, jam *status*, jam *sectæ*, habeatur. Confer sis *Gerhard. in Harmon. c.* 154. *p. m.* 290, 291.

39. *Olympias.*] *Josephi*, fratris Herodis nuptiis 267
juncta dicitur, *Ant* XIIX. *c.* 7. Quem locum etiam sequuti fuimus in *Tabulâ nostrâ Genealogicâ:* cum *Josepho* Herodis fratri *Olympiadem* tribuimus. Sed rem propius excutientibus, manifesta sese corruptela ingerit. Nam cum *Josephus*, frater Herodis, secundô regni ejus annô cæsus sit; (vide *Num.* 13. supra.) oporteret *Olympiadem* natam *Herodi*, annô ad minimum XIV. ante regnum: (prius enim *Olympiadi* nubere & filiam parere per ætatem haud licuerat.) & sequeretur Herodem, matrem Olympiadis *Malthacen*, ante *Dorin*, [cum hæc tamen prima ejus conjunx dicatur. *Ant.* XIV. *c.* 21. & XVII. *c.* 1. *Bell. Jud.* I. *c.* 10, 17.] quin & *ætatis annô* VIII, in uxorem assumpsisse. Postquam, ut spero, satis ostensum *in additam. ad Num.* 7. *p.* 43, 44, 45. Herodem designatum Regem, *annô ætatis* XXII. (Quibus addimus: non Codices *Josephi* consentientes, apud Lydyat, *in Explicat. emend. temp. c.* 2. in 268
quibus parum confidentiæ, sed quod *Herodes*, quo tempore *Anthonius* post bellum Philippense veniens in Syriam, Coss. scilicet *Lepidô* & *Plancô*, Tetrarcham eum fecerat, fuerit νεανίσκος. *Joseph. Ant.* XIV. *c.* 23. Nam si *Galilææ præfectus*, Coss. scilicet *Vatiniô* & *Calenô*, cum a Cæsare post bellum Alexandrinum transeunte *Antipater* rediisset, *annorum* fuisset XXV. ut contendunt recensiti, *p.* 41, 42. *sup.* & cum his Montacutius, *appar.* V. *n.* 82. *seq. p. m.* 194, 195. & Torniellus, *ad Ann. M.* 4051. *n.* 34. quomodo post VI. *annos*, ut dictum, Herodes & *frater* facti Tetrarchæ, νεανίσκοι esse possent? quorum *alter* ex illis rationibus tum fuisset *annorum* XXXI. *alter* vero etiam major? Quanquam quid hîc *Montacutius* conetur, non sim nescius.) Addimus de *Olympiade:* Quod cum ea filiam habuerit *Mariammen*, postea junctam *Herodi* τῷ Φιλίππῳ, de quô *Num.* 59. futurum, ut si ex *fratre Herodis* eadem fuisset, primum *circiter quadragenaria* nupsis- 269
set. Nam *Herodes* ille, vix eam duxit ante obitum *Herodis M.* & vix ante maturus conjugio esse potuit. cum hoc tamen etiam ἀσύμφωνον: *Virginem tam grandem, & tantis nixam fautoribus domi tamdiu sedisse.* Urgerem etiam Legem, *Levit.* XIIX. 17. prohibentem *filiæ ex fratre* nuditatem, nisi scirem toties hanc profanatam. Nam & Absalomus Aristobuli simul patruus & socer. *Ant.* XIV. *c.* 8. & Josephus, *Numer.* 4. filiam ex fratre sumpsit: & Herodes duas filias fratri in uxores obtulit. *Ant.* XVI. *c.* 11. & XVII. *c.* 1. & XIIX. *c.* 7. ἁλώσ. I. *c.* 16. Saltem prioribus qui volet insistere, deprehendet *locum hunc Josephi depravatum esse:* & corrigendum ex *Ant.* XVII. *c.* 1. & *Bell. Jud.* I. *c.* 18. ubi *Josephus*, cui nupta *Olympias*, dicitur fuisse *Herodis* ἀδελφιδοῦς: utpote *nepos ex Sorore, Salome.* In quem rectius hæc possunt cadere. Ut pro ἀδελφιδοῦς, *Librariorum* culpâ, surrepserit ἀδελφός: (sicut ἁλώσ. 270
I. *c.* 8. in Latin. pro *fratrueli*, *frater.*) Et Josephus, cui nupta Olympias, fuerit de quô dictum *Num.*

24. Josephus autem Herodis frater, de quô *Num.*
13. ἀγαμ☉ decesserit.

40. *Herodes.*] Exstitisse eum *bis* invenio: nem-
pe *Ant.* XVII. *c.* 1. *& Bell. Jud.* I. *c.* 18. ut & apud
Hegesippum, *Excid.* I. *c.* 42. Apparet eum ante
patrem *Herodem* absumptum. Nam alias, (cum
accusatum ipsum nusquam legitur,) æque illius ra-
tionem oportuisset habitam in Testamentô, ac fra-
tris, *Philippi. Ant.* XVII. *c.* 10, 13. Imo vero, ex-
stinctum arbitror ætate tenerâ. Nam non ille, ut
frater *Philippus*, dicitur Romæ educatus: cui haud
dubie fuisset adjunctus, si tum quidem vivere haud
desiisset. Etenim omnes ferê *Romam* missi sunt.
Flavius inquit, *Ant. loc. cit.* Κλεοπάτρα τε ἱεροσολυ-
μῖτις γεγάμηλο αὐτῷ, ϗ παῖδες ἐξ αὐτῆς, ἡρώδης τε
271 ἐγεγόνεισαν ϗ φίλιππ☉, ὃς ϗ αὐτὸς ἐν ῥώμῃ τρο-
φὰς εἶχεν. Quo magis admiror illa Cappelli, *Hist.
Jud. p. m.* 85. *Non videtur*, inquit, *iste alius esse
à Philippô Tetrarchâ, qui à Josephô, Ant.* XIIX. *c.* 7.
vocatur Herodes; sed ut videtur, male. Falso ut
sæpius. Nam & abunde ex *Josepho* constat, quam
Herodes hic fuit à *Philippô* distinctus; & nec *Ant.*
XIIX. *c.* 7. nec alibi, *Philippus Tetrarcha*, *Herodes*
unquam dictus fuit. Salianus *Annal. ad Ann. Chr.*
I. *num.* 49. Herodem hunc nequidquam æquius
cognominat *Antipam*, & dicit *à Christô vulpem ap-
pellatum.* Sed unde ei hoc in caput surrepsit, quo-
modo nescio, ita magnum ψεῦδ☉ est. Etenim ad
Num. 37. patuit ea convenire *Herodi*, qui fuit *Te-
trarcha.* Qualis certe *Noster hic* haud fuit: ut nec
talis alius potestatis, ob quam meruit timeri. tan-
to minus mortuus, (nempe *ante Patrem*, ut di-
ctum, sublatus, & sic etiam *ante Christi ministeri-
272 um*,) insidias Christo struere, & ob hoc *vulpes* di-
ci potuit *Luc.* XIII. 31, 32.

41. PHILIPPUS TETRARCHA.] Filiorum He-
rodis optimus & felicissimus. Sceleratus *Antipater*
& ipsum pene egisset præcipitem, fictis crimini-
bus; *Ant.* XVII. *c.* 8. *Bell.* I. *c.* 20. sed brevi ejus pa-
tuit innocentia, ut Herodes Antipatrum morte sus-
tulerit, & *Philippo* terras amplissimas legaverit.
Ant. XVII. *c.* 10. *Bell.* I. *c.* 21. Post *Herodis* exces-
sum, dum *Archelaus*, Rex in Testamentô decla-
ratus, Romam iret ad petendam investituram,
mansit quidem *Philippus* in Judæâ: sed cum audi-
ret regnum vocari in dubium, fratrum contentio-
nibus, ipse etiam suasu *Vari*, Syriæ Præsidis, Ro-
mam advolat: *partim* ut *Archelao*, (contra quem
omnes nitebantur,) subveniret: *partim* ut si hic
regnô caderet, ipse saltem prorsus non excludere-
tur. *Ant.* XVII. *c.* 12. *Bell. Jud.* II. *c.* 4. Quod qui-
dem *Vari* consilium in hoc profuit *Philippo*, ut
273 dum *Augusti* beneficiô, regni dimidium cesserit *Ar-
chelao*, quadrans autem fratri *Antipæ*, ipse etiam
in partem venerit, & quadrantem alterum, *Te-
trarchiam* scilicet *Trachonitidis*, *Batanææ*, *& Au-
ranitidis*, *cum parte domus Zenodori* obtinuerit. *Ant.*
XVII. *c.* 13. *Bell. Jud. loc. cit.* Unde & Lucæ, *cap.*
III. *v.* I. *Ituræa* & *Trachonitidis* Tetrarcha dictus.
Confer de hac divisione Strabonem, *Geogr.* XVI. *p.
m.* 526. (cujus locum explicavimus *Num.* 35.) Ta-
citum, *Histor.* V. *c.* 9. Nicephor. *Histor. Eccles.* I.
c. 16. *&c. Quadrantes* etiam illos accuratos non
fuisse, observa ex *Num.* 38. Cæterum *Philippus*
Tetrarchiæ suæ magnâ laude & virtute præfuit.
Vicum *Betzaida*, ad lacum Genezareth, civitatis
jure donatam, incolis & opibus auxit: nomine da-
tô ex *Juliâ* Cæsaris filiâ (non *Lybiâ* matre Tiberii;
ut *Hegesipp.* II. *c.* 3.) *Juliados. Paneada* etiam ad
Jordanis fontes instruxit ædificiis, & *Cæsaream*,
274 (*Agrippæ* postea dictam *Neroniada*, *Ant.* XX. *c.* 8.)
appellavit. *Joseph. Ant* XIIX. *c.* 3. *Bell.* II. *c.* 8. Cum
quo Eusebius, *in Chronic. p. m.* 43, 156. *Philippus*,
inquit, *Tetrarcha*, *Paneadem in quâ plurimas ædes
exstruxerat*, *Cæsaream Philippi vocavit*, *& Julia-
dem civitatem aliam.* Sed *Josephum* nonnihil corri-
go ex *Philostorgiô*, *&* *Johanne Antiochens.* περὶ ἀρ-
χαιολογίας: qui *fontem*, non fontes *Jordanis* ibi sta-
tuunt: ἐν ταύτῃ τῇ πανεάδι, inquiunt, τ̃ ȣ̃ Ἰορδάνȣ
πηγῶν ἡ ἑτέρα τίκτετ), δυοῖν ȣ̃σῶν. Quamquam ma-
le præmittant conditam ab *Herode M.* (ταύτην,
ajunt, χρόνῳ ὕστερον Ἡρώδης ὁ μέγας οἰκοδομήσας Και-
σαρειαν φιλίππȣ μετωνόμασε, νῦν ἢ πανεάς ἐστι καλȣ-
μένη &c.) *Cæsarea* enim condita ab Herode, *Tur-
ris Stratonis*, & non *Paneas*, ante dicta: procul
etiam à *Jordanis fontibus*, quippe *ad mare. Joseph.
Ant* XV. *c.* 13. *Bell. Jud.* I. *c.* 16. *&* III. *c.* 14. *Plin.
Hist. Nat.* V. *c.* 13. *Euseb. Chronic. Scal. p. m.* 155.
In more habuit *Philippus* cum delectis circumire 275
provincias, & tribunal circumferre, in quo jura
mox reddebat litigantibus; sicubi aliqui sub viâ se
offerrent: sontibus sine respectu condemnatis. Ut
cum fatis concederet, gentem magnus luctus occu-
paverit. Erat enim non æquitatis modo cultor in-
dustrius; sed & quietis amans & sedatus. Quo ma-
jus ejus desiderium relictum fuit. Obiit Juliade,
annô regiminis tricesimô septimô: Tiberii, ultimô: &
in sepulchrum, quod ipse strui fecerat, magnifice
illatus fuit. Provincia ejus, quod improlis deces-
sisset, *Syriæ* adjecta. *Ant.* XIIX. *c.* 6.

Capellus, *Histor. Judaic. p. m* 85. ei duas ausus
adfingere uxores: Primam, *Herodiadem*; & secun-
dam, *Salomen*: Costobari & Salomes Herodis M.
Sororis, (uti videtur) filiam. At quid juvat nu-
gis famam prostituere, & quæ nusquam sunt aut
fuerunt, fingere? Quis enim de *Salome Costabari
filiâ*, unquam aut audivit aut dixit? tanto minus
ut *Philippo* nupta esset? *Herodiadi* fecimus repu- 276
dium. *Num* 34 & hæremus potius ad *Ant* XVII.
c. 10. ubi *Philippus*, *Archelao* dicitur γνήσι☉ ἀδελ-
φός: erant enim ὁμοπάτρεοι, non ὁμομήτρεοι. Si ma-
ter Philippo, *Malthace*, prout statuit Montacu-
tius *Apparat* V. *n.* 75. *p. m.* 192. (*Quartam*, inquit
de Herode, *duxit Malthacem Samaritanam domô, è
quâ suscepit Archelaum &c. suscepit secundo ex eadem
illum Antipam Sacris Historicis memoratum*, *quem
vulpem nominat Dominus Iesus: Philippum tertio ipsius
fratrem; & filiam Olympiadem &c.*) res foret in
salvô. Sed fallitur *Bonus Montacutius* de *Philippô*,
& peccatum hoc ipsi ut mnemonicum condonan-
dum, tanto facilius, quo ipse rectius mox educat
Philippum ex *Cleopatrâ.* Recipiant ad se hanc li-
tem *Grammatici*: Nobis certum ire ad *Chronologos*,
ut discamus quô annô *Philippus* fuit mortuus. Si
fontem Græcum sequi vellemus, *Ant.* XIIX. *c.* 6. an-
num haberemus *Tiberii* XX. Prout etiam verterat 277
Gelenius. Sed Tempus Tempori minime sic con-
cordabit. Nam *Philippus* incipiens *anno Augusti*
XLIV, (ut supra indagavimus,) non potest *Tiberii
annô* XX, regnasse *annos* XXXVII. Unde Scaliger, *E-
mendat. Temp.* V. *p. m.* 433. *seq.* assumit *Philippum*
decessisse annô *Tiberii* XXII. prout eam lectionem re-
perit in *Codice Ruffini.* Quasi hîc esset mendum
ex *Librariis.* (Supra, Nos etiam *p.* 44. raptim hoc
assumpsimus.) Sed nec ita difficultas tollitur. Nam
cum *Herodes* exstinctus fuit annô Julianô XLV; *Au-
gustus*, LIX; *Tiberius*, XXCII. (regnavit enim *Ti-
berius* annos Julianos solidos XXII, cum diebus CCIX.
ut ipse *Scaliger* calculum subducit, *loc. cit. p. m* 437.
certe annos XXII, menses VI, & dies III. *Joseph. Bell.*
II. *c.* 8. tres & viginti habet *Phil. in legat. ad Caj.
p. m.* 799. *Orator. seu Tacit. seu Fab. c.* 17.) & *Ju-
lianus* XLV, ultra dimidium esset absumptus, cum
inciperet *Philippus*, hicque *trigesimô septimô*, *mor-
tuus*, consequetur: *Julianis* XLV, & *Philippicis* XXXVII, 278
aggregatis, *Philippum* mortuum *annô Julianô* LXXXII.
& sic *Tiberii* non XXII, sed XXIII. seu *ultimô.* Unde
Nobis incidit suspicari, quod festinantes Librarii,
Ant. loc. cit. pro ἐσχάτῳ ἐνιαυτῷ τ̃ Τιβερίȣ ἀρχῆς,
scripserint: εἰκοστῷ ἐνιαυτῷ &c. Prout certe longe
ἐν-

ἐνδοξότερον est; potuisse paucas literas corrumpi, quam ut omnes *Graeci Codices* vocem integram, (utpote δεύτερῳ) omitterent. Initas: *Ruffinus tamen legit annô vicesimô secundô.* Fluctus è simpulô. Nam si *Codices Latini*, fonti præjudicare debent, pessime sese multa habitura sunt: & inter alia infinita, regnabit *Philippus*, annos tantum aut XXXV, aut XXII. quod *Versio Veneta*, (Anni 1499.) illud legat: hoc, *Basileensis.* Certe, *triginta duos*, *aliàs quinque annos*, habet Ruffinus: & *triginta & duos annos*, MSS. Creshami Angli, Bibliothecæ Regiæ &c. *ap. Thom. Lyd. explicat. emendat. c.* 19. *p.m.* 236, 237.

279 Cæterum, cum *Josephus* dicat, in divisione bonorum, *partem* saltem *domus Zenodori*, Philippo datam, Casaubonus, *Excit.* XIII. *ad Ann.* 31. putat *alteram partem domus Zenodori* traditam *Lysaniæ*, nempe *Abilam. Luc.* III. I. Quâ quidem ratione, *Lysanias aliquis* in partem etiam divisionis venisset. Quod ante *Casaubonum*, jamdudum ita statuerunt *Eusebius*, *Eutychius &c.* ut *Lysaniam* etiam *Herodis* fecerint *filium.* De quo *Num.* 37. Quæritur ergo: *quis hic fuerit Lysanias?* & *num hic hæres post Herodem factus? Duos Lysanias* horum temporum invenimus. Primus fuit filius *Ptolemæi Mennæi*, *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 29. *Joseph.* ἁλώσ. I. *c.* II. Chalcidis Dynastæ: quem *Anthonius* primo *Regem Ituræ* fecit; postea autem, ut *Pacoro Partho* faventem interfecit. De quo Dio, *Hist. Rom.* XLIX. *ad ann. U.* 718. Καὶ ὅτι, inquit, πολλὰ μὲν τῆς Ἀραβίας,
280 τῆς τε Μάλχου, καὶ τὴν τῶν Ἰτυραίων, (τὸν γὰρ Λυσανίαν, ὃν αὐτὸς βασιλέα σφῶν ἐπεποιήκει, ἀπέκτεινεν, ὡς τὰ τοῦ Πακόρου πράξαντα &c. Flavius, *Ant.* XV. *c.* 4. addit factum à *Cleopatrâ*; id est: eâ instigante atque procurante: Διὰ ταῦτα, inquit, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐπῆγεν ἀεί τε τῶν ἄλλων ἀφαιρούμενον αὐτῇ χαρίζεσθαι, καὶ διαβᾶσα σὺν ἐκείνῳ τὴν Συρίαν ἐπενόει κτῆμα ποιήσασθαι. Λυσανίαν μὲν τὸν Πτολεμαίου, πάρθων αἰτιασαμένη τοῖς πράγμασιν ἐπάγειν κτίννυσιν &c. Et *Bell. Jud.* I. *c.* 7. Herodes λογιζόμενος καὶ τῆς Κλεοπάτρας δεινότητα, δι' ἣν Λυσανίας τε ὁ βασιλεὺς ἀνῄρητο, καὶ Μάλχος ὁ Ἄραψ. Scaliger, *Animadv. p.* 164. Lysaniam etiam Regem vocat *Arabiæ* atque *regionis Malchi:* sed fallitur. Nam *Malchus Rex Arabiæ* post *Lysaniam* occisus est. *Ant.* XV. *c.* 4. Et *Dio* non ait *Lysaniam* fuisse *Regem Arabiæ &c.* sed τῶν Ἰτυραίων. *Arabiam*
281 autem & *regionem Malchi* &c. *Cleopatræ* donata esse. Certe *Lysanias* patri successit. *Ant.* XIV. *c.* 23. *Bell. Jud* I. *c.* II. At patris regnum, in montanis Ituræ, Marsyâ, Heliopoli, & Chalcide. *Strab. Geogr.* XVI. certe in Syriâ circa Damascum. *Ant.* XIII. *c.* 24 & XIV. *c.* 5. Fuit enim Dynasta Chalcidis in monte Libano. *Ant.* XIV. *c.* 13. Denique ejus ditio alia esse non potest, quam quæ postea conducta est à *Zenodoro*, Trachonitis, Batanæa, Auranitis &c. *Ant.* XV. *c.* 13. [Lucæ III. *v.* I. Ituræa dicta.] Quæ in *Syriâ*, & non in *Arabiâ.* Alter *Lysanias* est, qui sub Tiberio, *Tetrarcha* fuit *Abilenes. Luc.* III. I. & de quo quæritur, *an de Herodis regnô participaverit?* Baronius, Scaliger, Casaubonus &c. negant filium *primi Lysaniæ* esse: quod inter hunc occisum *annô Urbis* DCCXIIX, (Dio *Hist.* XLIX.) & tempus *Lysaniæ secundi* sub Tiberio, intersint circiter *anni* LXIII. Id certum est: *Zenodorum* quendam, [ἁλώσ. II. *c.* 4. dicitur *Zenon*,] *Vla-*
282 *thæ*, *Paneadis &c.* Dominum, *Lysaniæ primi* ditionem conduxisse, *Ant.* XV. *c.* 13. seu à *Cleopatrâ:* quæ solebat in pensionem rapinas suas elocare. *Ant.* XV. *c.* 5, 4. seu ab *Augustô*, post Cleopatræ αὐτοφονίαν. Ex quibus tamen prior sententia magis placet: quod clientes Anthonii post victoriam dejecti. *Dio Hist. Rom.* LI. & statim μετὰ τὴν πρώτην ἀκτιάδα *Augustus* terram *Zenodoro* abstulisset. ἁλώσ. I. *c.* 15. Etenim, cum *Zenodorus* latrocinia foveret, re delatâ ad Augustum, ditionem hic ei *Lysaniæ* eripuit, & in *Herodem* transtulit. Qui & non multo post, cum *Zenodorus* profluvio sanguinis decessisset, ipsius etiam *Zenodori* Principatu, *Vlathâ*, *Paneade &c.* auctus fuit. *Ant.* XV. *c.* 13. *Bell. Jud.* I. *c.* 15. *Confer. & Dion. Histor.* LIV. Circa hæc tempora, valde probabile est, *Lysaniam secundum* illam suam *Tetrarchiam* accepisse. Ut cum *Herodi* donarentur reliqua, ipse saltem *Urbem Abilam* ab Augusto impetraverit. Filius forte *primi Lysaniæ.* Nam quare 283
hic tempore Baptismi Christi, vel *septuagenarius* vivere non potuit? Ut minorennis cum esset, *Patre sublato*, dum *Cleopatra* & *Zenodorus* ditionem regerent, adolescere & rebus maturescere haud potuerit? Sed fuerit *filius* an *alius*, nihil interest: (potuit equidem *filius* fuisse;) hoc constat, eum post *Herodis* mortem, *parte illius regni* non fuisse auctum: sed jam ante *Abilam* tenuisse. Nam quomodo *Augustus*, qui numerosæ *Herodis* familiæ juvandæ causâ, ne quidem suum ipsius legatum retinere voluit; sed illud omne in hæredes contulit, paucis tantum vasis sibi sumptis &c. *Ant.* XVII. *c.* 11, 13. *Bell.* II. *c.* 1, 4. is (inquam) *Herodianos* defraudaret parte tam opimâ, qualis fuit *Lysaniæ?* Imo vero *Augustus* nihil fecit extra Testamentum Herodis nisi in titulo. *Ant.* XVII. *c.* 11, 13. ergo neque *Lysaniæ* Abilam extra Testamentum tradidit. Nam ei certe *Herodes* moriens nihil legaverat. *Herodes* ergo *Abilam* nunquam habuit: sed eam jam 284
ante seorsim *Lysanias* ex bonis *Zenodori* acceperat. Quod amplius probo ex *Ant.* XIX. *c.* 4. ubi *Claudius* dicitur, Judæam, Samariam &c. tamquam avita & debita *Agrippæ* concessisse: *Abilam* autem de suo ei donavisse. ταῦτα μὲν, inquit, ὡς ὀφειλόμενα τῇ οἰκειότητι τοῦ γένους ἀπεδίδου, Ἄβελλαν δὲ τὴν Λυσανίου, καὶ ὁπόσα ἐν τῷ Λιβάνῳ ὄρει, ἐκ τοῦ αὐτοῦ προσετίθει. Ubi certe Ἄβελλα regno hæreditario *Herodum* exerte opponitur; & sic ante potestatis ipsorum nunquam fuit. Imo vero, *Bell. Jud.* II. *c.* 10. *Lysaniæ* ditio, ἑτέρα dicitur βασιλεία a tractu *Lysaniæ Primi*, (scilicet *Trachonitide*, *Auranitide* &c.) quem Augustus Herodi dono dedit. Nunquam ergo *Herodes* eam habuit. Sed nec *Herodes* totam domum *Zenodori* accepit. Quod patet, præter *Abilam*, è *Chalcide:* quæ haud dubie à *Ptolemæo Mennæô* traducta ad *filium*, & hinc titulô conductionis ad Ζηνόδωρον, primo tamen in *Herodianorum* venit ma- 285
nus dono *Claudii. Ant.* XIX. *c.* 4. *Bell. Jud.* II. *c.* 10, II. Quin imo: quo tempore *Agrippa Major*, partem Ituræ, regni Lysaniæ, avo *Herodi* donatam regeret, nempe in Patrui *Philippi Tetrarchiâ: Sohemus* jam tum etiam *Rex Ituræorum* fuit. Nempe in aliâ *Ituræ* parte, quam quæ ab Herode venerat ad Philippum. Testis Tacitus, *Annal.* XII. *c.* 23. cum sic infit: *Ituræi & Judæi defunctis Regibus Sohemô atque Agrippâ provinciæ Syriæ additi.* Ut cum *Lysanias primus* Ituræam tenuerit, [juxta *Dionem*] & post hunc *Zenodorus:* divisam autem postea habuerint *Herodes hujusque* ἀπόγονοι cum *Sohemo*, manifeste eam post Ζηνόδωρον totam ad *Herodem* non venisse certum sit. Ex quibus paulo latius pertractatis, multa ultro corruunt, aut demonstrantur. Et primo quidem: *Lysaniam Juniorem* filium Herodis non fuisse: ut cum Eusebio *in Chronic.* pergit delirare Serarius, *Tom.* I. *Opusc. de Herod. c.* 19. *p.m.* 241. Quid enim stabilimenti ad hoc ψεῦδος est 286
ex *Lucâ?* Deinde: *Abilam* (Polybio, *Hist.* V. *p.m.* 414. Ἄβιλα. ut & *Joseph. Ant.* XII. *c.* 3. Lucæ cap. III. *v.* I. *Abilenen*; Josepho *Ant.* XIX. *c.* 4. & XX. *c.* 5. Ἄβελαν seu Ἄβελλαν.) urbem Syriæ, *Ptolem. in Geogr. Syr.* eandemque Tetrarchiam, *Ant.* XX. *c.* 5. *Plin. Hist. Nat.* V. *c.* 18. dictam τοῦ Λυσανίου, ad differentiam Ἀβίλης κατὰ τὴν περαίαν. *Bell. Jud.* II. *c.* 12. ἐπὶ τῷ ποταμῷ Ἰορδάνῃ· τῆς Φοινίκης &c. *Abila* autem Tingitanæ, mons est. *Plin. Hist.* V. *c.* I. non cognominatam esse à *Lysaniâ primô*, (quod volunt *Scali-*

ger, Casaubonus &c.) sed ab eo, cui expresse tri-
buitur Luc. III. 1. Ant. XIX. c. 4. & XX. c. 5. Lysaniâ
posteriore. Nuspiam enim Primi Lysaniæ fuisse me-
moratur. Casaubonus dicit, Abilæ eum sedem ha-
buisse: sed quo teste? Magis verisimile est, con-
sedisse eum Chalcide, ut Patrem. Ant. XIV. c. 13.
287 Certe Ant. XX. c. 5. & Luc. III. 1. Abila contradistin-
guitur Philippi Tetrarchiæ, & Ituræa: in quâ o-
lim primus hic Lysanias. per Ant. XV. c. 13. Et di-
tiones Lysaniarum distinctæ, ut supra. Denique,
hinc & illud conficitur: Zenodorum conduxisse do-
mum Lysaniæ prioris, & non alterius alicujus post
ipsum. Quod affirmat Baronius, Annal. ad Ann.
Chr. 31. num. 7. & ut videtur, Casaubonus, Exercit.
XIII. ad Ann. 31. num. 4. Nam ita, aut Zenodorus
sub Augustô defunctus, rediisset sub Tiberiô: aut
duobus plures fuerint Lysaniæ. Quod non porest
demonstrari. Vanissime Serarius, Opusc. de Herod.
c. 19. p. m. 242. pruriens contra Scaligerum: Sca-
liger, inquit, animadv. p. 163, 164. duos facit Ly-
sanias &c. sed cur non queat & tertium adjicere ali-
quis? quamquam ut adjiciat nulla quam quidem no-
rim, cogit res. Inquam ego, si nulla cogit res,
quorsum ergo, aut quô jure aliquis tum adjiceret?
Constat Lysaniam secundum ante Cajum decessisse.
288 Nam hujus annô 1. Agrippa ejus Tetrarchiam con-
sequutus est. Ant. XIIX. c. 8. ut eam Claudius postea
non de novo dederit; (quod videtur asseri Ant. XIX.
c. 4. Bell. II. c. 10.) sed confirmarit saltem. Post
cujus mortem, ut ditiones ejus aliæ, ad Romanos
rediit. Ant. XIX. c. 7. Donec Claudius, annô im-
perii XII. eam iterum traderet Agrippæ Juniori. Ant.
XX. c. 5. Bell. Jud. II. c. 11. Abila enim κατὰ τὴν
περαίαν, postea data à Nerone, ἁλώσ. II. c. 12. alia
fuit ab hac Tetrarchiâ. Tandem non opus argu-
tari cum Scaligero, animadv. p. 164. utrum in Chro-
nicô Euseb. p. 42, 156. legendum Lysias, an quemad-
modum exstat Hist. Eccles. I. c. 9. &c. Lysanias?
Nihil enim hoc πρὸς ἄλφιτα. Lysias certe habet
Ruffinus, Ant. XX. c. 5. & nomen frequens. Act.
XXIII. 26. & XXIV. 7, 22. Joseph. Ant. XII. c. 11. &
XX. c. 8. Appian. de Bell. Syr. p. m. 118. Hegesipp. ex-
cid. II. c. 13. unde forte & castellum Λυσιάς. Strab.
Geogr. XVI. Joseph. Ant. XIV. c. 5. In parte laudis
289 Philippi est, quod primus fontem Jordanis invene-
rit. Etenim cum Panium, (Hegesippo Excid. III.
c. 26. Pannium: Plinio, Solino, Philostorgio, &
aliis infra, Paneas.) vulgo crederetur amni huic
dare initium, Philippus paleas in lacum rotundum
Phialen demissas, magnâ voluptate vidit resurgen-
tes in Paniô. Et sic fluvium nasci ex Phiale certo
comperit. Joseph. Bell. Jud. III. c. 18. & I. c. 16.
Ant. XV. c. 13. Hegesipp. loc. cit. Quo magis miror
posterioris ævi Scriptores fontem Jordanis non cor-
rexisse. Plinius Hist. Nat. V. c. 15. inquit: Jorda-
nis amnis oritur è fonte Paneade, qui cognomen dedit
Cæsareæ, de quâ dicemus: amnis amœnus, & quate-
nus locorum situs patitur, ambitiosus, accolisque se præ-
bens velut invitus &c. Meminit & Solinus, Poly-
hist. c. 35. Jordanes amnis, inquit, eximiæ suavita-
tis, Paneade fonte demissus, regiones præterfluit amæ-
nissimas: mox in Asphaltiten lacum mersus stagnô cor-
rumpitur. Stephano etiam Πάνιόν ἐστι σπήλαιον πα-
290 λαιστίνης, ἀφ' οὗ ἐκρεῖ ποταμὸς Ἰορδάνης. Philostorgii, &
Johannis Antiochensis verba supra produximus. Qui-
bus certe Phiale nominanda, non Paneas. Alias
Paneas tria significat: Primo, regionem Tetrar-
chicam. Joseph. Ant. XV. c. 13. Plin. Hist. V. c. 18. Se-
cundo, Urbem, quæ postea Cæsarea Philippi. Jo-
seph. Ant. XIIX. c. 3. Plin. Hist. V. c. 15. Euseb. in
Chronic. p. 43, 156. Philostorg. loc. cit. Tertio,
fontem Jordanis. Ut supra.

42. Phasaëlus.] Solô nomine superstes. Ant. XVII.
c. 1. Bell. Jud. I. c. 18. Montacutius, Appar. V.
num. 75. p. m. 192. inquit: Sextam duxit Palladem,
quæ peperit ei filium Phasaëlum: quem ex omnibus suis
filiis (Herodes) teneerrime dilexit. Fortassis propter
nomen & memoriam sui fratris Phasaëli. Sed unde
illam amoris prærogativam hausit Montacutius, haud
licet divinare. Certe non hausit ex Scriptoribus ido-
neis.

43. Roxanes: Salome.] Contumeliose habitas à
Pheroræ Conjuge, patet ex ἁλώσ. I. c. 18. Post He-
rodis obitum, cum adhuc innuptæ essent, Augu- 291
stus eis, (præter quæ ante Pater donaverat) in do-
tem obtulit viginti quinque argenti signati myriades:
& in uxores tradidit filiis Pheroræ. Ant. XVII. c. 13.
Apud Flavium tamen, ἁλώσ. II. c. 4. Donatio Au-
gusti æstimatur in πεντήκοντα μυριάδας ἀργυρίου. Un-
de constat errare Hegesippum, Excid. II. c. 1. cum
summam ad mille talenta, quibus Cæsar alia sexcen-
ta millia addidisset, audacter extollit.

44. Maria, seu Mariamme.] Nupta Herodi,
postea Regi Chalcidis. Ant. XIIX. c. 7. Patrem hu-
jus incertum eruimus supra ad Num. 39. Serarius,
Opusc. de Herod. c. 20. p. m. 244. pertendit Herodem
maritum ejus, ex hac habuisse duos filios: Hero-
dem & Aristobulum; & unam filiam Berenicen. Sed
ut de Aristobulô sanus est; ita de reliquis totô errat
cœlô.

45. Filius Anonymus.] Tetrarcha Peræa post pa-
trem designatus. Ant. XVI. c. 5, 11. Quâ fortunâ 292
haud dubie patris ob proditionem, Ant. XVII. c. 3.
Bell. I. c. 18. excidit. Etenim post Herodis mor-
tem, Paræa fuit translata in Antipam: & hic juxta
cum aliis cognatis, nihil præter pecuniam accepit.
Ant. XVII. c. 13. Bell. II. c. 4.

46. Duo filii Anonymi.] De his præter dicta ad
Num. 43. nihil memini, quod mereatur addi.

47. Filia Pheroræ.] Desponsatam eam leges Ant.
XVII. c. 1. Hegesipp. I. c. 42. Nuptam autem, (prio-
ri sponsione per Antipatrum eversâ,) ἁλώσ. I. c. 18.
confer infra Num. 57. Ad Ant. XVII. c. 1. Gele-
nius corrigendus est: dicens; quod Pheroras Te-
trarcha acceperit pupillorum alteram, (scilicet ex ne-
potulis Mariammes) suo filio conjugem. Nam quan-
quam verba: Φερώρου ληψομένου τῷ υἱῷ τὴν θυγατέρα
&c. ita verti possint; tamen constat ex textu, red-
dendum: Pherorâ filiam filio, nempe Alexandri,
paciscente. Nam non filius, sed filia Pheroræ, tho- 293
ro Mariammæorum juncta. At Ant. XVII. c. 3. men-
tio fit filiarum Pheroræ, virginum: ob quarum
injurias Pheroras à Conjuge, hujusque matre & So-
rore, alienus erat. Quod cum ita sit, patet Phe-
roram plures habuisse filias, quam quas nostra Ta-
bula subjecit. Studiô autem, quod aliter non me-
ruerint, & has, & alios Pheroræ Liberos, (de qui-
bus monitum Num. 16.) prætermisimus.

48. Filius Anonymus.] Procul dubiô Achiabus.
Fuit enim Herodis M. ἀνεψιός. Ant. XV. c. 11. & XVII.
c. 9. Bell. I. c. 21. & II. c. 2. Quomodo etiam vo-
cantur Antipater, Ant. XIIX. c. 7. & Josephus, Ant.
XVII. c. 12. alii Salomes filii. Accedit, quod cum
Herodes morbô oppressus alios ex cognatis vix ad-
misit quam Salomen, ejusque domum, & Achiabus
tamen etiam toleratus fuit, speciem habeat eum
ex stirpe Salomes fuisse: & sic, (cum alius esse vix
possit,) ejus filium. Fuit homo δραστήριος, & Do-
minis fidus suis. Cum Alexandra, Herode in mor- 294
bum lapso, Hierosolymorum Arces vellet intercipe-
re; Achiabus ipsarum alteri præfectus, rem actu-
tum ad Herodem detulit. Ant. XV. c. 11. Lethaliter
etiam postea decumbente Herode, magnum sustu-
lit periculum. Nam cum Herodes, morbum non
ferens, prætextu pomi dissecandi cultrum in se
verteret, Achiabus eum prehensâ manu, & clamo-
re magno edito, inhibuit. Ant. XVII. c. 9. Bell. I.
c. 21. Hegesipp. I. c. 45. qui tamen pro cultrô, gla-
dium substituit. Post Herodis mortem, cum regno
passim motibus agitato, X millia, Varo se oppo-
suis-

fuissent: *Achiabus* effecit, ut omnes sese armis positis *Romanis* dederent. *Ant.* XVII. *c.* 12. *Bell.* II. *c.* 3. Quin & ipse contra populares rebelles pro *Romanis* duxerat Exercitum. *Ant.* XVII. *c.* 12. *Bell. Jud.* II. *c.* 2. Quibus artibus *Pheroras* ei puellam ab *Herode* destinatam subtraxerat, supra relatum ad *Num.* 18.

295 49. *Bernice.*] Straboni *Geogr.* XVI. *Berenice.* confer *Num.* 72. Cum *Aristobulô* discors habuit connubium. Nam cum ille ei frequenter objiceret, quod cum *frater*, Regis filiam duxisset, ipse ignobilem & privatam haberet, *Bernice* cum lacrumis id ad matrem retulit. addens: *Aristobulum* dixisse, quod si sibi & fratri regnum veniret, uxores Herodis cum ancillis textrices vellent facere: filios autem earum, (quod studiis darent operam) Scribas, aut Ludimagistros. *Bell. Jud.* I. *c.* 17. *Hegesipp. Excid.* I. *c.* 40. Quæ cum *Salome*, iræ impotens, imprudenter *Regi* mox suggereret, brevi illa *Generum*, filia *Maritum* perdidit. *Aristobulô* suppliciô affectô, *Bernice* in matrimonium data est *Avunculo Antipatri.* Quas nuptias callide *Antipater* consuerat, ut *Salomen* sibi inimicam reconciliaret. *Bell. Jud.* I. *c.* 18. *Ant.* XVII. *c.* 1. Tandem etiam illo sublato, (forte ob crimen conspirationis in Hero-
296 dem. *Ant.* XVII. *c.* 6. *Bell.* I. *c.* 19.) *Bernice* sese Romam contulit: [procul dubiô in *matris* & aliorum comitatu, tum cum Romæ actum de hæreditate. *Ant.* XVII. *c.* 11. ubi in honore fuit tum apud *Augustum*, tum præcipue sub Tiberiô, apud *Anthoniam* Drusi majoris Conjugem. Strabo, *Geogr.* XVI. *p. m.* 526. inquit: καῖσαρ καὶ τοὺς υἱοὺς ἐπετίμησε τοῦ ἡρώδου, καὶ τὴν ἀδελφὴν σαλώμην, καὶ τὴν ταύτης θυγατέρα βερενίκην. (ut hallucinetur Cornelius à Lapid. cum *in Act.* XXV. 13. *p. m.* 363. putat hanc filiam fuisse Herodis.) Flavius autem, *Ant.* XIIX. *c.* 8. Ἀγρίππας καὶ ἀντωνίᾳ τῇ Δρούσου τοῦ μεγάλου γυναικὶ εἰς φιλίαν ἀφίκετο, βερνίκης τῆς μητρὸς τιμωμένης παρ' αὐτῆς &c. Item infra, de *Athonia*, & *Bernice*: σφόδρα, inquit, ἀλλήλαις ἐχρῶντο αἵδε γυναῖκες. Quæ *Bernices* amicitia cum *Anthoniâ*, postea ejus filio *Agrip-*
297 *pæ* magno usui, quin ad regnum gradus fuit. Apparet eam Romæ apud *Anthoniam* defunctam, longe *ante regnum Filii*: quippe ante obitum *Drusi*, filii Tiberii. Certe cum *Agrippa* secundo iret in Italiam, mater ejus jam ante exstincta, *Protum* Libertum *Anthoniæ* legaverat. *Joseph. loc. prox. cit.*

Priusquam hinc abeo, sublevabimus *Montacutium. Aristobulus*, (inquit, *in Appar.* V. *n.* 74. *p. m.* 191.) *duxit in Uxorem Bernicem, filiam Salomes amitæ suæ, Sororis Herodis: quam vel è Costabarô vel Josephô, nam non memini pro certô traditum, genuerat.* Consulemus ergo memoriæ *Montacutii*, ex *Ant.* XIIX. *c.* 7. ubi sic Flavius: ἡ δὲ βερνίκη κοστοβάρου καὶ σαλώμης παῖς, τῆς ἡρώδου ἀδελφῆς.

50. *Avunculo Antipatri.*] Sine dubio *Theudioni. Ant.* XVII. *c.* 6. *Bell. Jud.* I. *c.* 19. Nam alium in *Historiâ Judaicâ*, matris Antipatri fratrem, non invenio. Etsi *Amicum* tantum *Antipatri* vocet He-
298 gesippus, *Excid.* I. *c.* 43. Conscius fuit veneficii contra *Herodem.* Neque tamen recte Salianus, *Annal. ad Ann. Chr.* I. *n.* 49. eum vocat *veneficum.* Nam venenum *Herodi* intentatum fæmina Arabica, (non *Acme* Ancilla, ut *Baron. Ann. ad Ann. Chr.* 8 *n.* 9.) confecerat: *Theudion* autem confectum, & in manus ab *Antipatrô* datum, ad *Pheroram* tulerat. *Joseph. & Hegesipp. loc. cit.* Non est autem *veneficus*, qui tantum portat venenum; sed qui conficit.

51. *Filia Anonyma.*] Cappellus, *Histor. Jud. p. m.* 85. eam vocat *Salomen*: sed nullo testimonio. Certius est eam filio Alexæ, *Bell. Jud.* I. *c.* 18. eique Callææ, *Ant.* XVII. *c.* 1. traditam in matrimonium. Quem *Callæam*, oportet ut *Alexas* ante ex aliâ aliquâ *Uxore* genuerit, quam *Salomen* duxisset. Cæterum ἁλώσ. I. *c.* 18. non bene existimo τὸ Ἀλεξᾶν Græcum, reddi per *Alexandrum.* Nam etiamsi pro *Alexâ*, Eusebius *Histor.* I. *c.* 8. habeat ἀλέξανδρον: tamen cum in *Historiâ Herodum* lector posset 299
in errorem induci, putans esse *Alexandrum Mariammes*: præstat differentiæ causâ, vertere, (sicut in *fonte* est,) *Alexam.*

53. *Antipater: Herodes &c.*] Homines obscuri. Quorum scilicet nihil extra *nomen*, cognitum. *Ant.* XIX. *c.* 7. Quemadmodum neque invenio, cujas fuerit *Cypros*, uxor *Antipatri.* Serarius, *Opusc. Tom.* I. *de Herod. c.* 20. putat fuisse filiam Herodis. (De quâ *Num.* 17. & 33.) Sed fallitur. Nam *Materteram* ducere fuit capitale. *Levit.* XIIX. 13. & XX. 19. Unde *Cypros* Herodis filia, non *huic Antipatro*; sed alii, *filio Salomes*, de quo supra *Num.* 23. fuit conjugata. Teste Josepho *Ant.* XVII. *c.* 1. & XVI. *c.* 11. & XIIX. *c.* 7. *Bell.* I. *c.* 18.

54. *Cypros.*] Fœmina morum cultu & fide in maritum insignis. Cum *Agrippa*, maritus, ære obrutus non esset solvendo, & ob hoc ἄπορος, in turrim Idumææ *Maalatha* sese abdidisset: *Cypros* uxor pro eo ad *Herodiadem* ejus Sororem scribit, 300
petens ut quoquo modo ei vellet succurrere. Quâ quidem suâ intercessione hoc effecit, ut *Agrippa* Tiberiade domicilium atque sustentationem consequutus sit. Eadem *Cypros*, morum suorum venustate & candore, animis quaqua versum illectis, marito postea *Alexandriæ* etiam XX *myriadum* viaticum impetravit. Quo honeste venit in *Italiam*; & ibi omnes casus suos superavit. *Ant.* XIIX. *c.* 8. *Liberi ejus* recensentur, *Ant.* XIIX. *c.* 7. *Bell. Jud.* II. *c.* 10.

55. *Filius Anonymus.*] Cappello, *Hist. Jud. p. m.* 85. iterum, (nescio unde) *Antipater.* Pacta ei primum fuit filia Aristobuli, (Bernice:) Sed cum hanc ipse *pater* invaderet, locô ejus *filiam* tandem *Pheroræ* obtinuit. Quam cum ante *Herodes* despondisset *Alexandro*: de quô *Num.* 56. *Antipater*, Domus Mariammææ flagrum, noluit eam ex *Pherorâ* crescere: & sic Alexandrô exclusô, filio suo *Pheroræ* sumpsit *filiam. Ant.* XVII. *c.* 1. *Bell. Jud.* I. *c.* 18.
Hegesippi Codices mendum habent. Nam cum is 301
Excid. I. *c.* 42 sic scribit de Antipatro: *Ad postremum tantum effecit, ut sibi Aristobuli filia, atque ex ipsô genitus, Pheroræ parentis sui filia conjungeretur*, manifestum est, pro *parentis*, *patrui* substituendum esse.

55. *Filia Antipatri.*] Fuit utique conjuncta *Aristobuli* Mariammes *filio Ant.* XVII. *c.* 1. Sed cum is, vel *Herodes*, vel *Agrippa*, vel *Aristobulus* esse potuit; nobis casu an consilio, primus placuit. Interim, cum *Herodes* fratrum primus fuit, *Bell. Jud.* I. *c.* 18. speciem aliquam habere videtur, quod *majores natu juniores* præcesserint; & quod iis prius *de Uxoribus* provisum sit. Etiamsi ultra *duas uxores* neutiquam inveniam. *Ant.* XX. *c.* 3. *Bell.* II. *c.* 10. Quicquid fuerit, in eo non sitæ sunt opes Græciæ.

56. *Alexander.*] Serarius, *Opusc. de Herod. c.* 20. *p.* 242. fœde hunc omittit: & præposito *Tigrane*, pro secundo-genito assumit *Tigranem* à Nerone Re-
gem factum. De quo *Num.* 66. Utique corrupte. 302
Nam Flavius inquit *Ant.* XIIX. *c.* 7. Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἡρώδου παιδὶ &c. ἀλέξανδρος καὶ τιγράνης ἐγεγόνεισαν, υἱεῖς ἐκ τῆς ἀρχελάου τοῦ καππαδοκῶν βασιλέως θυγατρός. Et ἁλώσ. I. *c.* 18. ἦσαν, inquit, Ἀλεξάνδρῳ μὲν ἐκ γλαφύρας υἱεῖς δύο, τιγράνης, καὶ Ἀλέξανδρος. Quod imitatur & Hegesippus, *Excid.* I. *c.* 42. *Alexander*, inquit, *ex Glaphyrâ genitos sibi Tigranem & Alexandrum filios dereliquit.* Fuit ergo filius *Alexander*, loco seu *primo*, seu *secundo* natus: (ordo enim ut visum, permutatur.) Et huic demum filius *Tigranes*, qui Rex à *Nerone* factus. Confer *Num.* 66. Honore autem publico functum *Alexandrum*, non invenio. Nam alter, qui sub Vespasiano *Lesidis Rex* est factus, hujus erat *Nepos. Ant.* XIIX. *c.* 7.

 57. Uxor

57. *Uxor Anonyma.*] Neque enim fuerat *filia Pheroræ:* ut Salianus, *Annal. ad Ann. Chr.* 1. *num.* 49. præsumit. Nam ea tantum sponsalia fuisse, &
303 nuptias fraude *Antipatri* non processisse, cum *Pheroræ filia* conjungeretur postea *filio Antipatri*, ostendimus *Num.* 47.

58. TIGRANES *Rex.*] Josephus, *Ant.* XIIX. *c.* 7. refert eum in Armeniâ (majore, confer ἁλώσ. I. *c.* 10.) regnasse; & debinc Romæ accusatum sine prole decessisse. Adducor ut credam occisum à *Tiberio:* & de eo loqui Tacitum *Annal.* VI. *c.* 40. cum inter multos illustres necatos à *Tiberio*, tandem subjicit: *Ne Tigranes quidem*, inquit, *Armeniâ quondam potitus, ac tunc reus, nomine Regio supplicia civium effugit.* Unde non possum *Freinshemio* assentiri, qui *in indic. ad Tacit. Bernegger.* hunc cum illo *Tigrane* confundit, cujus ita Tacitus, *Annal.* II. *c.* 3. meminerat: *Occisô Artaxiâ per dolum propinquorum, datus à Cæsare* (Augustô) *Armeniis Tigranes*, (Artanasdem falso vocat *Vellejus*, *l.* 2.) *deductusque in regnum à Tiberiô Nerone Nec Tigrani diuturnum imperium fuit, neque liberis ejus: quam-*
304 *quam sociatis more externô in matrimonium, regnumque.* Sane hic *Tigranes*, *Artabazis* aut *Artaxiæ* fuit frater: diu ante impositus ab Augusto. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 5. *Suet. in Tiber. c.* 9. *Dio Histor. Rom.* LIV. Ut non sit *Tigranes* interfectus à *Tiberio:* quippe post breve imperium sublatus. Liberos enim successores habuit. *Tacit. supr.* quibus sub Augusto, *Artavasdes* & *Ariobarzanes*, suffecti. *Tacit. annal.* II. *c.* 3, 4. Cæterum, quâ *Tigranes* culpâ, Romæ fuit à *Tiberiô* sublatus, nusquam memini *Authores* tradere.

59. HERODES *Rex.*] Cum *primâ*, certe cum *secundâ* suâ *uxore* inglorius & privatus vixit. Postquam autem in manum ejus convenisset filia Agrippæ, *Bernice*, Agrippa, [ut erat magna florensque ejus Romæ gratia,] *Regnum Chalcidis à Claudiô* ei impetravit. *Ant.* XIX. *c.* 4. *Bell. Jud.* II. *c.* 10. *Chalcis* autem, sita in monte Libano, *Ant.* XIV. *c.* 13.
305 Stephano dicitur πόλις τῆς Συρίας, κληθεῖσα ὑπὸ μονίχου ἄρραβος. Straboni, *Geogr.* XVI. dicitur *Arx Marsyæ.* μετὰ τὸν Μάκραν, inquit, ἐστιν ὁ μαρσύας, ἔχων τινὰ καὶ ὀρεινὰ, ἐν οἷς ἡ χάλκις, ὥσπερ ἀκρόπολις τοῦ μαρσύου. Quanquam quod *Marsyam* faciat ὀρεινὴν, hoc refutet Polybius, *Hist.* V. *p. m.* 390. cui *Marsyas est convallis inter Libanum & Antilibanum:* ἐνέβαλεν, inquit, εἰς τὸν αὐλῶνα τὸν προσαγορευόμενον μαρσύαν, ὃς κεῖται μὲν μεταξὺ τῆς κατὰ τὸν λίβανον καὶ τὸν ἀντιλίβανον παρωρείας. συνάγεται δ᾽ εἰς στενὸν ὑπὸ τῶν προειρημένων ὀρῶν. Alibi etiam *eod. lib. p. m.* 405. Marsyam, αὐλῶνα vocat. Certe *convallem* illic loci fuisse, disco & ex Pliniô, *Hist. Nat.* XII. *c.* 22. *Inter Libanum montem*, inquit, *aliumque ignobilem, non antilibanum, in convalle modicâ* &c. *Chalcidis* autem districtus cum non magnus esset, (Plinius *Hist.* V. *c.*
306 26. inquit: *infra Palmyræ solitudines, Selendena regio est, dictaque jam Hierapolis, ac Beræa, ac Chalcis,*) *Herodes* etiam, *Dynasta* ejus dictus fuit. *Ant.* XIX. *c.* 7. Ut & ejus Successor, *Agrippa. Ant.* XX. *c.* 5. Obiit in hac dignitate, post *Agrippam* fratrem, *Ant. loc. cit. Bell.* II. *c.* 10. anno Imperii Claudii VIII. *Ant.* XX. *c.* 3.

Hujus fortean *Numus* fuerit, cui inscriptum: Ἡρώδης βασιλεὺς φιλοκλαύδιος. *Scalig. animadv. p.* 174. *Claudius* certe ipse commendat *Herodis hujus* in se studium: eumque vocat κράτιστον & sibi τίμιον. *Ant.* XX. *c.* 1. Profecto: *Claudius* amari meruit, qui tot eum bonis prosequutus fuit. Judæis ad ejus & fratris intercessionem, toto imperio religionis dedit exercitium. *Ant.* XIX. *c.* 4. Ipsi *Herodi* Principatum, & decus Prætorium contulit: Sed & in Senatum ingredi, & gratias ei, Fratrique, Græce agi fecit. *Dio*, *Hist. Rom.* LX. ita de ipso & Agrip-
307 pâ: Τῷ γὰρ Ἀγρίππᾳ παλαιστινῷ συμπράξαντί οἱ τὴν ἡγεμονίαν, (ἔτυχε γὰρ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὤν,) τήν τε ἀρχὴν προσεπηύξησε, καὶ τιμὰς ὑπατικὰς ἔνειμε, τῷ τε ἀδελφῷ αὐτοῦ ἡρώδῃ τό τε στρατηγικὸν ἀξίωμα, καὶ δυναστείαν τινὰ ἔδωκε, καὶ εἴς τε τὸ συνέδριον ἐσελθεῖν σφίσι, καὶ χάριν οἱ ἑλληνιστὶ γνῶναι ἐπέτρεψε. Hæc *Dio.*

Ut nihil dicam de *Templo* & *Sacerdotio:* quorum post *Agrippæ* mortem, *Claudius* ei potestatem tradidit. *Ant.* XX. *c.* 1. Ut si pro tot meritis nollet esse φιλοκλαύδιος, jure ingratissimus mortalium dici debuisset. Sed *Flavius* addit: *jus Templi & Sacerdotii* penes posteros ejus mansisse usque ad belli exitum: ᾐτήσατο, inquit, *Ant.* XX. *c.* 1. καὶ ἡρώδης ὁ ἀδελφὸς μὲν Ἀγρίππου τοῦ τετελευτηκότος, χαλκίδος δὲ τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον πεπιστευμένος, κλαύδιον καίσαρα τὴν ἐξουσίαν τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν χρημάτων, καὶ 308
τὴν τῶν ἀρχιερέων χειροτονίαν. πάντων τε ἐπέτυχεν, ἐξ ἐκείνου τε πᾶσι τοῖς ἀπογόνοις αὐτοῦ παρέμεινεν ἡ ἐξουσία μέχρι τοῦ τοῦ πολέμου τελευτῆς. Quod cum grano salis capiendum est. Nam post obitum *Herodis*, nec *Chalcis*, nec *Templi cura* in manu *Liberorum* ejus mansit: ut quæ data *Agrippæ Juniori*. Nam hic præter regnum Chalcidis, *Ant.* XX. *c.* 3. *Bell.* II. *c.* 11. etiam ἐπεπίστευτο à *Claudio* τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ ἱεροῦ. *Ant.* XX. *c.* 8. prout ipsâ praxi demonstravit: reparando, exstruendo, de Templi pecuniis & Cantorum habitu disponendo &c. quin & vi, in Summos Pontifices, [*Ismaëlem Phabæi*, *Josephum Cabi*, *Ananum Juniorem*, *Jesum Damnæum*, *Jesum Gamaliëlis*, & *Matthiam Theophili*,] assumendo atque designando. *Ant.* XX. *c.* 6, 7, 8. *Bell.* VI. *c.* 1. Neque tamen *Agrippa* fuit *Herodis Chalcidensis* ἀπόγονος, sed διάδοχος. 309
Ut & hîc fraudulenter τὸ ἀπογόνοις, *Ant.* XX. *c.* 1. receptum sit pro διαδόχοις. Et menda hujus generis quam plurima. Nam & *Ant.* XIV. *c.* 25. pro παρθενεύσης τῆς ὑρκανοῦ θυγατρὸς, ἧς ἐνεγγύητο τὴν θυγατέρα &c. legendum: ἣν ἐνεγγύητο: vocibus duabus ultimis jugulatis. Fuit enim *Mariamme ipsa*, (dicta *filia Hircani*, ut alii: *Num.* 10.) & non *hujus mater*, Ἀλεξάνδρα, quæ *Herodi* dedit hoc consilium. Teste Josepho *Bell. Jud.* I. *c.* 11. Ita & *Ant.* XIV. *c.* 26. Mariammes frater vocatur ἀλέξανδρος: quem certum aut Jonatham, *Hegesipp.* I. *c.* 36, 37. aut Aristobulum, *Ant.* XV. *c.* 2, 3. & XX. *c.* 8. dictum. Ita cum ἁλώσ. I. *c.* 17. narratur, quod ἀδελφοὶ τοῦ βασιλέως συναπέκλιναν in partes contra filios Mariammes: legendum utique pro ἀδελφοὶ, ὁ ἀδελφὸς, nempe *Pheroras*. Nam alios fratres *Herodes* tum non habuit. Ita pro ἐνιαυτῷ ἐσχάτῳ, surrepsit *Ant.* XIIX. 310
c. 6. εἰκοστῷ. Prout monitum *Num.* 41. Ita δαμάζων, *Ant.* XIX. *c.* 7. pro καὶ ἐμίζων. ut *Num.* 61. Montacutius, *Apparat.* V. *n.* 67. *p. m.* 188. pro καιφαλίων, *Ant.* XIV. *c.* 4. legit separatim: καὶ φαλίων. Satis congrue. Nam φαλίων vocatur ἁλώσ. I. *c.* 5. & Hegesippo *Excid.* I. *c.* 14. Fallion. Quemadmodum passim *Josephus* depravatus ab indoctis manibus: ut pluribus illud ostendimus *Num.* 7. *p.* 44, 45. & *alibi.* (Quibus adde sis exempla *Casauboni*, *Exercit.* I. *s.* 34. *p. m.* 154.) Scaliger, *animadv. p.* 66. inquit: *Vetustissimos errores multos in Josephô deprehendimus, etiam ante Ruffini ævum in ejus codicem receptos.* Id quod etiam deprehendit *Casaubonus*, cum rogatu *Scaligeri* meditantis novam Josephi editionem, Exemplaria conferret cum vetustis Codicibus Bibliothecæ Regis Galliæ. Ut scribere ausus sit, *Exercit.* I. *sect.* 34. *Hodiernis Josephi libris nihil depravatius posse inveniri.* Salianus, *Annal. ad Ann. Chr.* I. 311
n. 49. oppido delirat, cum *Johannem*, [qui dudum ante sub *Tiberiô* capite truncatus fuerat] ab *hoc Herode* asserit occisum.

60. *Aristobulus.*] Cognomento νεώτερος. *Ant.* XX. *c.* 1. Cum fratre *Agrippâ* adhuc privatô, sævum & acre odium exercuit. Ut cum uterque inops apud *Flaccum* Syriæ Præsidem viveret, intellecto quod *Agrippa* dona sumpsisset à *Damascenis*, ut iis *Flaccum* contra *Sidonios*, (cum quibus de finibus litiga-

tigabant,) conciliaret; *Aristobulus* actutum *Flacco*
rem prodiderit. Quô effectum, ut *Agrippa*, (cui
magnæ tum necessitates,) deprehensus in crimine,
Flacci gratiâ exciderit. *Ant.* xx. *c.* 8. Cum *Petro-
nius* Caji statuam vi obtrudere vellet, & in Tem-
plô Hierosolymitanô ponere; *Aristobulus* adscitis
Judæorum optimatibus supplex apud *Petronium* in-
tervenit. *Ant.* xiix. *c.* 11. *Prout nulla Simulacra Ju-
dæorum urbibus, nedum Templis. Non Regibus hæc*
312 *adulatio, non Cæsaribus honor.* Tacit. *Histor.* v. *c.* 5.
Mortuus est privatus. ἀλώσ. 11. *c.* 10. In magnâ
tamen gratiâ apud *Claudium*: Ut qui illius, *Rescri-
ptô publicô*, meminit perhonorifice. *Ant.* xx. *c.* 1.
Videtur adhæc *Aristobulus*, *Agrippâ* junior. Cer-
te eum ordine sequitur. *Ant.* xiix. *c.* 7. *Bell. Jud.* 1.
c. 18. *Hegesipp. Excid.* 1. *c.* 42. Ut ad *Tabulam Genea-
logicam* hæc vellemus † emendata: in quâ festinan-
ter est præpositus.

61. *Iotape.*] Filia *Sampsigerami*, Regis Emeso-
rum. *Ant.* xiix. *c.* 7. Qui & σαμψιγέραμος, βασι-
λεὺς δαμάζων. *Ant.* xix. *c.* 7. sed mendose. Nam &
σαμψιγέραμος, pro σαμψιγέραμος. *Ant.* xiix. *c.* 7.
[Straboni, *Geogr.* xvi. σαμψικέραμος,] & δαμάζων,
pro καὶ ἐμηζῶν, subjectum. Neque enim fuit *Rex
Damasci.* Flavius, *Ant.* xix. *c.* 7. ἧκε γοῦν, inquit,
παρ' αὐτὸν κομμαγηνῆς βασιλεὺς ἀντίοχος, δαμάζων
313 σαμψιγέραμος, καὶ κότυς τῆς μικρᾶς ἀρμενίας οὗτος ἐβα-
σίλευσε, καὶ πολέμων τὴν πόντου κεκτημένος δυναστείαν, ἡ-
ρώδης τε &c. Ubi sicut καὶ κότυς, καὶ πολέμων, &c. ita
haud dubie καὶ ἐμεζῶν, vel ἐμέζων. Ἐμέζη autem *Bell.
Jud.* 11. *c.* 27. vel ἔμεζαι, (*Stephano* ἔμιζα: *Plinio*,
Hist. Nat. v. *c.* 26. Hemesa,) urbs est: ἐμεζοι vero
(prout Ἄζιζος ἐμέζων &c. *Ant.* xx *c.* 5.) ἐμιζαῖοι,
vel ἐμηζινοὶ, sunt incolæ: idque circa Libanum.
ἔμιζα enim πόλις φοινίκης λιβανουσίας. *Stephan. de urbib.*
Et multarum illic urbium parvi Principes seu φυ-
λάρχαι. Suetus Regibus Oriens. *Tacit. Hist.* iv. *c.*
17. & Strabo, *Geogr.* xvi. de quodam Cæcilio Bas-
so, *Apamiæ* à Romanis exercitibus obsesso, inquit:
καὶ τὴν στρατιὰν ἀπέτρεφεν ἡ χώρα, καὶ συμμάχων ηὐπόρει
τῶν πλησίων φυλάρχων, ἐχόντων εὐερκῆ χωρία, ὧν ἐστι καὶ
314 ἡ λυζιὰς ὑπὲρ τῆς λίμνης κειμένη τῆς πρὸς ἀπάμεαν, καὶ
ἀρέθουσα, καὶ ἡ σαμψικεράμου, καὶ ἡ Ἰαμβλίχου τοῦ ἐκείνου
παιδὸς, φυλάρχων τοῦ ἐμεζηνῶν ἔθνους. οὐ πόῤῥω ἡλιούπολις
καὶ χαλκὶς ὑπὸ πτολεμαίῳ τῷ Μενναίου, τῷ τὴν Μαρζύαν
κατέχοντι, καὶ τῶν ἰτουραίων ὀρεινὴν &c. Flavius, *Ant.*
xiv. *c.* 14. inquit: *certatim opem tulerunt Cæsari,
Jamblichus Dynasta, & Ptolemæus ejus filius, &
Tolomæus Sohemi filius, Libanum montem incolens,
& urbes universæ.* Neque aliter Hegesippus, *Ex-
cid.* 1. *c.* 24. *commovit*, inquit, *Syriæ potentes in ad-
jumentum ipsius, Ptolemæum qui habitabat in Liba-
nô, & Jamblichum, & Ptolemæum alterum.* Cu-
jus *Jamblichi* ex *Ptolemæô* nepos *Sampsiceramus hic*
esse potuit. Nam *Jamblichum Jamblichi*, qui ab
Augustô in *Arabiâ* paterno regno fuit donatus,
Dio Histor. lxv. alium existimo. Cæterum, *Sam-
sigeramus* hic est, cui Tiberiade cum iv aliis Re-
315 gulis apud *Agrippam* hærenti, superveniens *Marsus*
Syriæ Perses abitum imperavit. *Ant.* xix. *c.* 7. Fi-
lios habuit successores in regno, *Ant.* xx. *c.* 5. &
Sohemum. *Bell. Jud.* vii. *c.* 27. cui Nero postea &
Sophenen regionem contulit. *Tacit. annal.* xiii. *c.* 7.
Ut & Vespasiano cum regno accesserit. *Tacit. Hi-
stor.* 11. *c.* 81. & contra Judæos miserit auxilia. *Bell.
Jud.* 11. *c.* 22. *conf. Num.* 67.

62. *Bernice.*] Ita vocatur *Ant.* xiix. *c.* 7. *Ma-
riamme* autem, *Bell. Jud.* 1. *c.* 18. Dum *Herodes*
in tempore didicisset filios *Alexandrum* & *Aristobu-
lum* inique à se trucidatos, mature prospicere &
cavere voluit, ne & *ipsorum Liberi* vacui amicis in-
terirent. Itaque inter alia ipsis circumspecta ma-
trimonia, quibus pupilli potentioribus innecteren-
tur, etiam hanc *Bernicem* copulari voluit *filio An-
tipatri.* Sed *Antipater* odoratus quorsum Pater ten-
deret, & nolens nimium firmari *Mariammæos*, cal-
lide omnia refinxit & pervertit: *Bernice hac* sibi
ipsi à Patre assentando impetratâ. De quibus di-
gnus qui legatur Flavius, *Ant.* xvii. *c.* 1. *Bell. Jud.* 1. 316
c. 18.

63. Agrippa Major: *Rex*] Lucæ *Actor.* xii.
quinquies *Herodes* dictus. Fuit enim διώνυμος. *Eu-
seb. Hist. Eccles.* 11. *c.* 9. *Suid. in Lex.* prout *Num.*
34. Utriusque fortunæ lusus & spectaculum: &
(quod ait Photius *Bibliothec. cod.* σλη´) μυρίαις τυ-
χαῖς καὶ μεταβολαῖς περιπεζών. Romam venerat pau-
lo ante *Herodis* mortem: ubi cum *Claudio*, & filio
Tiberii *Druso* educatus, dum splendore & largi-
tione *Magnatum* quærit gratiam, brevi tempore
bona sua decoquit. Unde, cum plurimis factis no-
minibus non esset solvendo, & instarent credito-
res, *Româ* fugere necesse habuit: conferens semet
ad turrim ἐν Μαλαθοις, animo illic infelicem vi-
tam finiendi. Sed *Uxor ejus*, fæmina egregia, de-
sperantem antevertit; literisque apud *Herodiadem*
ejus Sororem effecit, ut accersitus *Tiberiade* victum
acceperit: Magistratu etiam urbis donatus, quo
esset honoratior. Sed cum non multo post, *An-* 317
tipas ei inter pocula exprobraret, quod suo sumptu
miserum aleret; *Agrippa* non ferens vitam preca-
riam, ad *Flaccum* Syriæ Præsidem se contulit. Quo
& ipso per fratrem *Aristobulum* alienatô, desertus
ab omnibus, tendit in Italiam: Quasi illic rem re-
paraturus, ubi eam maxime corruperat. Sed &
hic eum fortuna diu varia exercuit. Non dicam,
quod cupiens adversus *Herodem Tetrarcham* Romæ
judicio contendere, à *Tiberio* contemptus sit. ἀλώσ.
11. *c.* 8. *Hegesippus Excid.* 11. *c.* 3. Quibus conso-
nat Eusebius, *Chronic. p.* 156. *Agrippa*, inquit, *fi-
lius Herodis Regis, accusator Herodis Tetrarchæ Ro-
mam proficiscitur &c.* Sed maxime, quod cum be-
nevolentiâ matris Claudii *Anthoniæ*, (quæ ei pro-
pter matrem faverat, *Num.* 48.) ita emersisset, ut
Tiberius ipse Nepotem suum colendum ducendum-
que ei commendaverit; tamen eum fortuna iterum
novercans sic afflixerit, ut non modo *Tiberii* gra-
tiâ exciderit, sed & in carcerem semestrem vene- 318
rit. *Causa* erat, *remota* quidem, quod Tiberio
Drusi filio neglecto, totum sese Cajo addixisset:
proxima autem, quod Eutycho suo Liberto prodi-
tore, citam mortem *Tiberio* vovisset, *Cajo* autem
maturum Principatum. *Ant.* xiix. *c.* 8. *Bell. Jud.* 11.
c. 8. Post quem Hegesippus, *Excid.* 11. *c.* 3. non ine-
leganter: *Cum Romæ degeret, plurimos sibi adscivit
in amicitiam; & maxime Germanici filium Cajum,
quem sive paterni nominis gratiâ amabilem populo, seu
Regii generis propinquitate proximum imperio ratus, an
quodam præsagiô, studiosius excolebat, quam vel æta-
tis vel honoris ejus ratio patiebatur: ita ut quodam
die manus elevans deprecaretur, ut maturius Tiberiô
mortuô Cajum videret Imperatorem. Quô proditô per
Eutychum libertum suum, Agrippa jussu Tiberii in
vincula ducitur, & gravibus modis excruciatur, non
ante dimissus quam Tiberius diem clauderet.* Sed hic
fortunæ ultimus contra eum conatus fuit. Nam
Tiberio post sex menses exstinctô postquam *Cajus* 319
successisset, *Agrippa* non modo carceri exemptus;
Dio Hist. Rom. lix. sed & Tetrarchiæ Philippi &
Lysaniæ Rex est factus. *Joseph. loc. cit. Phil. in Flacc.
p. m.* 750. Donatus etiam *catenâ aureâ*, paris pon-
deris cum ferreâ, in quâ fuerat ligatus. *Ant.* xiix.
c. 8. Quam postea tanquam rerum suarum vicissi-
tudinis non tam mnemosynon quam trophæum, in
Templô Hierosolymis suspendit. *Ant.* xix. *c.* 5. Pau-
lo post, cum *Herodes Tetrarcha*, (quem Agrippæ
insidias struxisse diximus *Num.* 37.) proscriptus e-
jectusque esset, *Agrippa* etiam bonis ejus publicis
privatisque auctus fuit. Magnô *Caji* beneficio: cu-
jus animum ita occupaverat, ut literis publicis
idem testatus sit, quod *Agrippa* sibi esset τιμώμενος

† Quod jam factum est.

μου

μειζόνως, ἢ ὥς τέ σε οἷς κελεύσειεν ἀντειπεῖν. *Ant.* XIIX.
c. 11. Quam tamen tam exuberantem gratiam pa-
rum bonis artibus acquisiverat : Ut qui *Cajo* fuerat
320. *τυραννοδιδάσκαλος.* Dio *Hist. Rom.* LIX. *Anno Urb.*
792. *οὐ μέν τοι*, inquit, *ταῦτα οὕτως αὐτοὺς ἐλύπει, ὡς*
τὸ προσδοκᾶν ἐπὶ τήν τε ὠμότητα τὴν τοῦ Γαΐου, καὶ τὴν
ἀσέλγειαν αὐξήσειν. καὶ μάλιστα ὅτι ἐπυνθάνοντο τόν τε Ἀ-
γρίππαν αὐτῷ καὶ Ἀντίοχον τοὺς βασιλέας ὥσπερ τινὰς τυ-
ραννοδιδασκάλους συνεῖναι.

Summus *Agrippæ* gradus factus *Claudiô* imperan-
te. Nam cum ei quondam ex *ὁμοτροφίᾳ* notus,
Ant. XIIX. *c.* 8. Agrippa fidam operam locasset in
imperio consequendô : (Fuerat enim Claudio reti-
nendæ potentiæ, & Senatui ad quem Legatus ve-
nerat, non offendendi veteranos author. *Ant.* XIX.
c. 3. *Bell. Jud.* II. *c.* 10. *Dio Histor. Rom.* LX. *Hegesipp.*
Excid. II. *c.* 5.) Claudius eum ita extulit : ut non
modo eum in potestate à Cajo datâ confirmarit;
sed & ei honores Consulares tribuerit, in Senatu
gratias agi fecerit, *Diô Histor.* LIX. Fædus publi-
ce cum ipso sanciverit, sancitumque foro medio
321 ære sculpi jusserit : denique, Jus in Templum &
Sacerdotium, & universum ei Majorum regnum,
adjectâ Judæâ & Samariâ tradiderit. *Ant.* XIX. *c.* 4.
Bell. Jud. loc. cit. Ut reditus ipsi annui fuerint XII
myriadum. *Ant.* XIX. *c.* 7. hoc est : nostrâ monetâ,
trium millionum librarum Turonicarum, *Cappell.*
Hist. Jud. p. m. 116. *Serarii* autem error notabilis
sit, cum Judæam ei contributam neget. *Opusc. de*
Herod. c. 20. Atque ita repente ad summa ex imis
Agrippa progressus, admirandâ catastrophe, & *πάν-*
των ἐν ἐκπλήξει καὶ θαύματι τὸ τῆς μεταβολῆς ἀθρόον ποι-
ουμένων, *Phot. Biblioth. cod.* 238. familiæ suæ Princeps
potentissimus atque augustissimus evasit. Ut me-
rito, *Ant.* XIIX. *c.* 7. & XIX. *c.* 3. *Ἀγρίππας ὁ μέγας*
fuerit appellatus documento mortalium, quanta sit
in rebus humanis fortunæ potentia. *Ant.* IIX. *c.* 8.
& quam ea sit rerum humanarum vicissitudo, ut
celsissima quæque prolabantur facile; inclinata au-
322 tem in pristinum *ὕψος* iterum sæpe erigantur, &
restituantur. *Ant.* XIX. *c.* 5. Venturam hanc magni-
tudinem, *Augur ei quidam Germanus* prædixerat,
tum cum adhuc esset in vinculis. Nam cum *Agrip-*
pa ligatus sese reclinaret in arborem, cui *avis Bu-*
bo insedisset, *Germanus* & ille captivus, accedens,
bono ipsum animo esse jussit Fore enim ut hac
ave indice, brevi magnam sumeret potentiam : us-
que ad invidiam eorum, quibus nunc esset visus
miserabilis Addidit etiam fore, ut cum *Ales* ite-
rum rediret sub conspectum, quinto inde die mo-
reretur. *Ant.* XIIX. *c.* 8. *Phot. loc. cit.* Cæterum, in
administrando regno, *pium*, *mitem*, & *beneficum* se
præbuit. *Religionis* ei tantum fuit studium, ut po-
pulo suo libertatem ejus super totum orbem impe-
traverit. *Ant.* XIX. *c.* 4, 5, 6. Sed & cum *Cajus* sta-
tuam suam templo Dei Maximi inferre vellet, o-
ptione sibi à Cajo datâ quidvis postulandi, ita usus
fuit, ut omnibus aliis Deo posthabitis, statuam
323 solum non inferri expetierit. *Ant.* XIIX. *c.* 11. Quid?
quod etiam inciderit in maniam, *Cajô* se non pa-
tiente flecti. *Philo in Legat. ad Cajum. p. m.* 797.
Ut etiam ipse non modo solenniter Deo vota &
gratias persolvit pro successu & prosperitate; *Ant.*
XIX. *c.* 5. sed & Pietatis studiô, diem nullum præ-
termisit *sine Sacrificio*. *Ant.* XIX. *c.* 7. Tributa ædi-
um sustulit & condonavit. *Ant.* XIX. *c.* 5. Civium
neminem vi oppressit : imo ne quidem hostes aper-
tos voluit lædere aut ulcisci. Tanto semper æquior
ad condonandum, quanto gravius fuerat offensus.
Incredibile dictu est, quantas opes posuit in pu-
blicô : sed & quantum profuit privatis. Princeps
omnibus æquus, & amabilis : qui gloriam benefa-
ciendo partam, magnâ semper duceret in volupta-
te. *Hierosolymorum muros* aggressus struere, fecis-
set eos omnem contra vim inexpugnabiles, nisi
Claudius aliud veritus, cœpta ejus graviter inhi-
buisset. *Ant.* XIX. *c.* 7. *Bell.* II. *c.* 10. & VI. *c.* 6. *He-*
gesipp. Excid. II. *c.* 5. (Etiamsi per avaritiam Clau- 324
dianorum temporum jus muniendi emptum, &
muros structos dicat Tacitus, *Histor.* V. *c.* 12.) Fe-
licius res successit in *Berytô*. Quam civitatem *A-*
grippa sibi ad ornandum eligens, porticibus, bal-
neis, theatris, amphitheatris &c. magnâ claritate
auxit. *Ant. loc. cit.* Ut Judæi merito causam ha-
buerint eum amandi, & pro *Fratre* eum salutandi.
Midrasch ad illud *Deuteron.* XVII. 15. *è mediô fratrum*
tuorum statuito super te Regem; non potes tibi præfice-
re Regem extraneum, qui non sit frater tuus, ita ad-
jicit : כשהיה אגריפס מגיע לפסוק זה היה
בוכה עד שזו לגת עניו דמעות והיה כל
ישראל אומר לו אל תירא אגרפס אחינו
אתה אחינו אתה: *Cum Agrippa pervenisset ad ver-*
sum illum, flevit donec oculi ejus emiserunt lacrymas.
Omnis vero Jischraël dixit ipsi : Ne timeas Agrippa,
frater noster es tu, frater noster es tu. Idem refert &
Mischnach, *tract. Sothah. c.* 7. sed prolixius. פרשה 325
המלך כיצד מוצאי יט״ הראשין של חג בשמיני
במוצאי שביעית עושין לו בימה של עץ בעזרה
והוא יושב עליה שנ״ מקץ שבע שנים במועד
וגו״ חזן הכנסת נוטל סת״ ונותנה לראש
הכנסה וראש הכנסה נותנה לסגן והסגן נוהנה
לכהן גדול וכנ״ נותנה למלך והמלך עומד ומקבל
וקור״ יושב אגריפס המלך עמר וקבל וקרא עומד
ושבחוהו חכמים וכשהגי׳ ללא תוכל לתת
עליך איש נכרי זלגו עיניו דמעות אמרו לו
תתירא אגריפס אחינו אתה אחנו אתה וגו״:
Quomodo legitur Paraschah de Rege? Exeunte die festô
primô festi Tabernaculorum, anni octavi, sub exitum
anni septimi quietis terræ, constituunt Regi suggestum
ligneum in atriô. Ipse in eô sedet juxta illud Deut. 31.
v. 10. *A fine septem annorum in tempore statutô anni*
remissionis, in festô Tabernaculorum &c. Diaconus
Synagogæ defert Librum Legis, & dat eum Principi 326
Synagogæ. Princeps Synagogæ, dat eum Vicario. Vi-
carius dat eum Summo Pontifici. Summus Pontifex
dat eum Regi. Rex vero stat & suscipit eum, & le-
git sedens. Agrippa Rex stetit & suscepit eum, & le-
git stans. Laudaverunt eum Sapientes. Quum autem
pervenit ad illum locum Deuter. 17. v. 13. *non poteris*
ponere super te virum extraneum, stillaverunt oculi
ejus lacrymas. Dixerunt illi : Ne timeas Agrippa,
frater noster es tu, frater noster es tu &c. Mæroris
hujus fletusque causam explicat R. Majemonides,
in h. loc. ואגריפס היה מקהל גרים ולא היה לו
אם מישראל ולא היה מותר למנותו בשום
פנים וגו״: *Agrippa erat è cœtu proselytorum, neque*
habebat matrem Israëlitidem : Eumque præficere nullo
modo fas erat &c. Nempe : *Mater Agrippæ* utro-
que Parente fuit *Idumæa.* Filia scilicet *Costabari*,
& *Salomes*, (ex Antipâ *Idumæo*; & *Arabissâ* Cy-
pro.) Etiamsi enim *Idumæi* Judæorum ritibus ac-
cessissent; (de quo infra, tamen is rigor erat & 327
severitas, ut non iis licuerit Regem eligere *Prose-*
lytum, nisi qui matrem haberet Israëlitidem *Maje-*
monid. tract. de Regib. c. 1. Falsô Glossâ Talmudi-
ca, *in tract. Sothah. c.* 7. supra intelligit *Agrippam*
Juniorem : nempe sub quo Templum excisum
אגריפס המלך מלך ישראל היה מזרע של
הורדים והוא שחרב בית המקדש בימיו: זלגו
עיניו רמעות שה מקרא הזה פוסלו מן
המלכות: *Agrippa*, inquit, *Rex Israël erat è stirpe*
Herodis. Illius diebus destructum est Templum. Stil-
laverunt oculi ejus lacrymas &c. quia ille Scripturæ
textus excludebat eum à regnô. At *Agrippa* hic Hie-
rosolymorum, majorisque Gentis partis, Rex non
fuit : (prout ostendimus *Num.* 70.) & sic ob hoc
flere &c. non habuisset opus. Sed longius digredi-
mur. Ut nihil ex omni parte beatum : ita *Agrip-*
pam, cum tantus tamque præclarus in quam plu-
rimis esset, *populi studium*, & commune bene natis 328
cri-

crimen, *Ambitio*, corrupit. Nam non solum ad Populi placitum, sæviit in sanctos Dei homines: (*Jacobum* scilicet Apostolum capite; *Petrum* autem carcere multandô. *Act.* XII. 2, 3. *seq.*) sed & illam sumpsit reverentiam, quam haud æquum homini accipere. Etenim cum *Cæsareæ*, quo ad Ludos venerat, multitudo stolâ fulgidâ visum tanquam *Deum* compellaret, ille sic admisit vocem, ut non compescuerit. Quare supra caput actutum visus *Bubo*, pœnæ nuncius: & ipse ab Angelo, (bono, *Cornel. à Lapid. in Act.* XII. vel malo, *Lorihn. in Act.* XII.) percussus, summisque doloribus differtus, *quinto die*, à quo hominem se fuerat oblitus, homo (saltem vivus,) esse desiit. *Joseph. Ant.* XIX. *c.* 7. *Suid. in Lex. Phot. Bibliothec. codic.* 238. *p. m.* 975. Lucas, qui aliud negotium actum *Cæsareæ*, refert, *Act.* XII. 20. *seq.* addit eum σκωληκόβρωτον decessisse, seu *à vermibus erosum*. De quô nihil *Flavius*. For-
329 te ex quadam in *Regem* reverentiâ. *Cornel. à Lap. cit. loc.* aut quod hæc essent πᾶσιν δι' ὄχλου. Quâ causâ etiam fœda tacuit Neronis. ἁλωσ. II. *c.* 11. Obiit *Agrippa*, annô ætatis LIV, Regni, autem, à donatâ Tetrarchiâ Philippi sub Cajo, VII. *Ant. loc. cit. Bell.* II. *c.* 10. *Euseb. Chronic. Scalig. p.* 160. *Phot. & Hegesipp. loc. cit.* Tzemach David, *part.* I. 4. *millen. ad ann.* 781. ità inquit: אגריפס בן אריסתובלוס הנתלה בן הורדוס הראשאן המלך הרביעי לבית הורדוס וגו״: *Agrippa filii Aristobuli suspensi, filii Herodis Primi, fuit quartus è stirpe Herodis.* Post mortem ejus, regnum fuit in provinciam redactum. *Ant.* XIX. *c.* 7. *Bell.* II. *c.* 11. Ut errent Eusebius, *Chronic. loc. cit.* & Hegesippus, *Excid.* II. *c.* 5. cum Agrippæ dicunt, filium substitutum. Sed & Tacitus, *Annal.* XII. *c.* 23. qui regnum, Syriæ adjectum scribit: *Ituræi*, inquit, *& Judæi, defunctis Regibus Sohemo atque Agrippâ*
330 *provinciæ Syriæ additi sunt.* Nisi intelligit ἐπιτρόπους eo missos, *Syriæ Præfectis* subditos, iisque paruisse. Error gravior est, quod ea post *cap.* 5. referat in Consulatum *C. Pompeji* & *Q. Verannii*, id est: *annum Claudii* IX. cum constet *Agrippam* decessisse paulo post annum Claudii III. *Joseph. Ant.* XIX. *c.* 7. Redeo ad Agrippam: cui mobile vulgus *Cæsareensium* & *Sebastenorum*, malam indignamque gratiam rependit: dum non solum super morte ejus tanquam in re festâ exultaverit; sed & mortuum incessens conviciis, *filiarum ejus statuas* in lupanaribus fæde indigneque exercuerit. *Ant. loc. cit.* Quo magis devitandus Photius, *Biblioth. cod.* 238. *p. m.* 975. qui pro *statuis*, *filias* supponit. *Post mortem ejus*, inquit, *Sebasteni tres ejus filias vi in lupanaria abstraxerunt, & omnem in illas injuriam, fandam atque infandam, exercuerunt.* (πᾶσαν αὐταῖς ὕβριν, ῥητὴν καὶ ἄρρητον ἐπεδείξαντο.)

Cæterum, in hac totâ Historiâ, maxime illud grave est & memorabile, quod *Agrippa* quondam
331 simili fuerit scommate exceptus, quô Judæi ante quinquennium, vero æternoque Regi, *Iesu Christo* illusissent. Nam in ejus ad regnum venientis ludibrium, *Alexandrini* quendam *Carabam*, (pro quô alii, ut *Matth.* XXVII. 16, 17: *Marc.* XV. 7, 11. *Luc.* XXIII. 18. *Joh.* XIIX. 40. legunt *Barabbam.*) protractum in publicum, & Regio more, coronâ ex papyro, sceptro ex arundine, paludamento ex storeâ, histrionice ornatum, (prorsus sicut Judæi Christum,) cum risu & sannis scurriliter tractabant, & *Marin*, id est: *Dominum*, appellabant. Philo *in Flaccum*, *p. m.* 751. inquit: ἦν τις μεμηνὼς ὄνομα Καραβᾶς, οὐ τὴν ἀγρίαν καὶ θηριώδη μανίαν· ἄσκηπτος γὰρ αὕτη γε, καὶ τοῖς ἔχουσι, καὶ τοῖς πλησιάζουσιν· ἀλλὰ τὴν ἀνειμένην καὶ μαλακωτέραν. οὗτος διημέρευε καὶ διενυκτέρευε γυμνὸς ἐν ταῖς ὁδοῖς, οὔτε θάλπος οὔτε κρυμὸν ἐκ-
332 τρεπόμενος, ἄθυρμα νηπίων καὶ μειρακίων σχολαζόντων. συνελάσαντες τὸν ἄθλιον ἄχρι τοῦ γυμνασίου, καὶ στήσαντες μετέωρον, ἵνα καθορῷτο πρὸς πάντων, βύβλον μὲν εὐρυναν-

τες ἀντὶ διαδήματος ἐπιτιθέασιν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ, χαμαιστρώτῳ δὲ τὸ ἄλλο σῶμα περιβάλλουσιν ἀντὶ χλαμύδος, ἀντὶ δὲ σκήπτρου βραχύ τι παπύρου τμῆμα τῆς ἐγχωρίου καθ' ὁδὸν ἐρριμμένον ἰδών τις ἀναδίδωσιν. Ἐπεὶ δὲ ὡς ἐν θεατρικοῖς μίμοις τὰ παράσημα τῆς βασιλείας ἀνειλήφει, καὶ διεκεκόσμητο εἰς βασιλέα, νεανίαι ῥάβδους ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντες ἀντὶ λογχοφόρων ἑκατέρωθεν εἱστήκεσαν, μιμούμενοι δορυφόρους· εἶθ' ἕτεροι προσῄεσαν, οἱ μὲν ὡς ἀσπασόμενοι, οἱ δὲ ὡς δικασόμενοι, οἱ δ' ὡς ἐντευξόμενοι περὶ κοινῶν πραγμάτων. εἶτ' ἐκ περιεστῶτος ἐν κύκλῳ πλήθους ἐξήχει βοή τις ἄτοπος Μάριν ἀποκαλούντων· οὕτως δέ φασι τὸν κύριον ὀνομάζεσθαι παρὰ Σύροις. ᾔδεσαν γὰρ Ἀγρίππαν καὶ 333
γένει Σύρον, καὶ Συρίας μεγάλην ἀπολομὴν ἔχοντα, ἧς ἐβασίλευε. Hæc *Philo*. Sed quid sibi volet Epiphanius, *advers. hæres. l.* 1. *n.* 2. *p. m.* 48. ὀκτωκαιδεκάτῳ δὲ, inquit, ἔτει Ἡρώδου τοῦ ἐπικληθέντος Ἀγρίππου, τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς τοῦ κηρύγματος &c. An ergo Christus prædicavit sub *Agrippa*, aut hic annos præfuit XIIX? Minime gentium. Debet ergo pro Ἀγρίππου, legi Ἀντίπου. Nam hunc in animô fuisse *Epiphanio*, constat inde, quod cum supra dixisset, *Annum Christi* XIII, *esse Herodis Agrippæ* I. infra subdat Christum passum *annô ætatis* XXXIII. ἐν τῷ εἰκοστῷ ἔτει τοῦ Ἡρώδου τοῦ τετράρχου καλουμένου. Quod si ergo XX Herodis Tetrarchæ anni, addantur annis Christî XIII, fient pro ætate Christi, *anni tres & trigintâ*: quorum XIII, erit, non *Agrippæ*; sed *Antipæ*, I. Et sic etiam sub *Antipâ* Christus prædicaverit. Locum hunc ita legit Montacutius, *Appar.* V. *Num.* 74. *p. m.* 191: 334
In crucem agitur Servator ad annum Tiberii Cæsaris XVIII. *Erat ille annus vicesimus Agrippæ, vocati Magni; Herodis Junioris filii Archelai.* Sed nihil tale in *Petavii* editione. Quanquam *Petavio* recte tamen dixit Montacutius: *quod locum non sanaverit, uti nec alia sexcenta, magnô conatu nihil magnum præstans in Epiphanium &c.* Sphalma certe manu eguit. Neque Doctor Temporum *Petavius*, aliquid monuit ad *Chronologiam*: quæ & illa certe falsa est. Nam cum Christus, XV *Tiberii* cæpit ministrare, juxta *Lucam*: utique male supponit Epiphanius, *Antipam Tiberiô* anteriorem saltem in *trienniô*.

Porro: ex supra dictis intelligitur, quam male, non modo *Agrippa* dicitur Herodis M. spurius: *Schott. in indic. ad Phot. voc. Agrip.* aut Antipæ filius: *Galatin. in arcan. Cathol. verit. l.* 3. *c.* 6. Sed & Casaubonus, *Exercit.* 1. *p. m.* 22. neget Agrippam Judæorum κυρίως λεγομένων fuisse Regem. Nam 335
qui κυριωτέρως possunt dici *Judæi*, quam qui in *Judæâ* habitabant? Quibus certe *Agrippam* imperasse manifestum est. Alias, *vox Judæus*, triplicem habet significationem. *Primô*: Pro eô qui origine talis est, & inde deficit. Uti Apostatæ, Tiberius Alexander, *Ant.* XX. *c.* 3. & alii, *Ant.* XII. *c.* 7. *Secundô*: Pro Proselytô, qui religione tantum & non ortu est Judæus. *Proselytô* inquam, tam *Justitiæ*, qui ad circumcisionem & totam Legem tenebatur; quam fortassis etiam *Inquilinô*, qui non admissus Hierosolymam nisi in anno Jubilæo, obligabatur saltem ad Sacrificium & Præcepta filiorum Noæ. Gen IX. 3, 4, 5, 6. *Majemonid. tract. de Regib. & in Jebumve Chalitsah. ex Isure biah. c.* 14. ita Idumæi ab Hircani tempore *Judæi* dicti. *Ant.* XIII. *c.* 17. & sic etiam Herodes Ascalonita, ἐπιχώριος. *Strab. Geogr.* XVI. quin τὸ γένος Ἰουδαῖος. *Ant.* XX. *c.* 6. *Hegesipp. Excid.* II. *c.* 8. Dixi *fortassis*, id est: dubie de *Proselytis inquilinis*. Invenio enim respon- 336
sum de *Samaritanis*, quod non essent *Judæi*. *Ant.* XI. *c.* 8. Nempe, quod plene *cultus Judaicos* non fuerint professi. Homines enim omnium horarum ita fluctuaverant, ut simul & *Deum* & *idola* venerati sint. 2. *Reg.* XVII. 32, 33. Gentilium adhæc matrimonia amplexi sint: Et Judæis cum esset bene, pro Judæis; cum male autem, pro Persarum cognatis & colonis sese declaraverint: *Templum*

suum *Garizimitanum* impudenter in *Templum Jovis Ethnici* transformantes. *Ant.* XI. *c.* 4, 8. *&* XII. *c.* 7. Sunt qui dicunt eos *solam Legem*, (*Prophetis* & *Hagiographis* repudiatis) agnovisse. *Cunæ. Rep. Hebr.* II. *c.* 16. *Morin. in Exerc. eccles. Empereur in annot. ad Remp. Judaic. p.m.* 434. *Scalig. passim.* Insimulatos etiam cultus columbæ in monte repertæ. R. Azarius *in meor. Enajim f.* 90. inquit : ובגלל כל
הדברים האלה קרוב בעיני להאמין שהכותיים
337 אשר הושיב מלך אשור ובבל בשומרון לאות
ולעד על הכנעם באהבה אל מלכם ההוא
אשר אית דגלו יונה חבבו אותה והקימוה
ליראתם בראש הר גריזים אשר עם שכם
ראש ממלכת שומרון בימים ההם : *Et propter hæc omnia*, inquit, *videtur mihi credendum*, *Cuthæos*, *quos Rex Assyriæ & Babyloniæ collocavit in Samariâ*, *in signum & testimonium quod ex amore se submitterent isti regi suo*, *cujus tesseræ insigne erat columba*, *eam dilexisse*, *atque in venerationem constituisse in cacumine montis Gerizzim*, *qui Scichemo adjacet*, *metropoli in regno Samaritano illis diebus.* Hæc ille. Quâ culpâ si *Samaritæ* non fuerint *Judæi*, nescio etiam & dubito de *inquilinis*. *Tertiò*, sumitur *Judæus* pro eô, qui & origine & religione talis est. Idque tum *angustius* : prout tres tribus, Judæ, Levi, & Benjamin primo dicti Judæi, *Ant.* XI. *c.* 5. I. (denominatione ortâ à validiori:) tum
338 *latissime*, pro omnibus aliis super totum Orbem. φέρει γὰρ ἡ ἐπίκλησις καὶ ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, ὅσοι τὰ νόμιμα αὐτῶν καίπερ ἀλλοεθνεῖς ὄντες, ζηλοῦσι. *Dio Hist. Rom.* XXXVII. Juvat hæc meminisse contra *Scaligerum* & *Cunæum*. Quæritur enim *an Herodes Idumæus*, *fuerit* ἀλλόφυλος? Affirmant cum Eusebiô, *Hist. Eccles.* I. *c.* 6. *& in Chronic.* plurimi. *Epiphan. l.* I. *adv. hæres. Tom.* II. *p. m.* 118. *Augustin. l.* 18. *de civit. Dei. Phot. Biblioth. codic.* 238. *&c.* Scaliger autem *animadv. p.*148, 159, 259. *& Casaubon. Exercit.* I. post *Torniellum*, negant. Ratio ipsis præcipua est: quod Herodes Patre natus proselyto; & quod *Idumæi* jam inde ab Hircani tempore pro *Judæis* fuerint habiti. Unde sic argumentatur *Scaliger : Nulli Judæi erant alienigenæ ! Idumæi ab annis* XC, *sive ab Hircanô*, *erant Judæi* ; (per Ant. XIII. c. 17.) *Ergo.* Sed hæc hasta, stipula est. Nam *Idumæi* non erant *proprie Judæi* ; sed tales, qui vel
339 ἐπιχώριοι seu nati in Judæâ, erant *alienigenæ*. *Proprie* enim *Judæi* nonnisi qui tales *origine*, id est: *Jacobitæ* essent. Unde in argumento Scaligeri, *Major* procedit de *Judæis primæ* & *tertiæ significationis*, non *secundæ*. Certe si Herodes *proprie* fuisset *Judæus*, non opus habuisset *Libros Genealogicos* incendere. *Euseb. Hist.* I. *c.* 7. *Hieron. l.* 3. *in Luc.* (Neque enim hoc opus trahere in dubium : quasi absque tabulis Genealogicis descriptio Quiriniana, *Luc.* II I. *seq.* juxta genus singulorum non potuisset fieri. *Alting. in Schil. l.* IV. *c.* 2. *p. m.* 212. Nam potuit sufficere *singulorum professio* : atque adeo ἀπογραφὴ, æque peragi in Judæâ sine *accuratis Genealogiis*, ac fuit peracta in populo Romano ; cujus census ter actus, *Sueton. in August. c.* 27. ac in Italiâ. *Dio Hist. Hist.* LII. LIII. LV. LVI. Syriâ. *Joseph. Ant.* XVII. *c.* 15. imo super totum Orbem. *Luc.* II. I. Nimis tamen acris est Montacutius, *Appar.* V. *Num.* 32. cum ad crimen monitum *Scaligeri* sic commo-
340 vetur : *Vir* inquit, *summæ & multiplicis eruditionis Josephus Scaliger*, *in animadversionibus Eusebianis*, *alienigenam negat &c. quod ipsi solenne est*, *ut antiquos quosvis Patres & Scriptores petulanter incessat & proterve ; & contumeliose tractet* τὸν πάμφιλον. *Sed fruatur ille geniô & ingeniô suô*, *nimis ubique luxuriante.* Hæc ille. Quô non multum æquior *Grotius*, quanquam aliunde : *Duo* inquit, *Scaligeri*, *multa scripserunt docta*, *pauca moderata.* Quæritur deinde : *An Judæi extra Palæstinam aut Trans-euphratenses*, *post captivitatem nonnisi Israëlitæ dicti sunt? aut si Judæi*, *an nomen à reliquis in Judæâ acceperunt?* Cunæus, *de rep. Hebr. l.* I. *c.* X. *p. m.* 69, 70. negat. Quippe, *Israëlitas per Colchos*, *Parthos*, *Indos*, *atque Æthiopes*, *dispersos*, *in republicâ Judæorum esse*, *aut nominis honorem ab illis accipere non potuisse*, *qui cum Judæis nullum usum*, *nullamque consuetudinem habebant : procul diversô orbe siti*, *& aliud cœlum*, *alia intuentes Sydera. Errasse enim Eusebium*, *dum l.* 8. *demonstr. Euang.* I. *unam tribum Judæ*, *scribit*
toti genti nomen impertiisse &c. Atqui vero inquam 341
Ego: ut certissimum, *Tribum Juda*, quæ cum *Levi* & *Benjamin*, prima in patriam rediit sub Cyrô, *Ant.* XI. *c.* I. nomen tum dedisse *Palæstinæ* : [ἐκλήθησαν τὸ ὄνομα ἐξ ἧς ἡμέρας ἀνέβησαν ἐκ Βαβυλῶνος, ἀπὸ τῆς ἰούδα φυλῆς, ἧς πρώτης ἐλθούσης εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους, αὐτοί τε καὶ ἡ χώρα τῆς προσηγορίας αὐτῆς μετέλαβον. *Joseph. Ant.* XI. *c.* 5.] ita paulatim & *reliquos Hebræos*, cujuscunque essent cœli aut climatis, nomen inde accepisse planum est. Fuerunt enim certe & *Trans-euphratenses*, dicti *Judæi*. Ananelus Pontifex, οὐκ ἐπιχώριος, ἀλλὰ τῶν ὑπὲρ εὐφράτην ἀπῳκισμένων Ἰουδαίων. *Ant.* XV. *c.* 3. ita & *Zamaris* Babylonius, *Judæus* : etsi *Euphrate* trajectô venerat. Prout & alii, qui religionis causâ *Babylone* accedebant Hierosolymam. *Ant.* XVII. *c.* 2. imo *Hebræi*, super totam Asiam, *Judæi* appellantur. *Ant.*
XVI. *c.* 5. Quod si ergo dicti *Judæi*, unde quæso 342
nomen acceperunt, si non ab iis, qui hoc habuerunt, nempe *Israëlitis in Judæâ?* maxime postquam *Judæi* quotidie tot ubique mitterent *colonias* : quæ haud dubie *ultra Euphratem* nomen secum ex Judæa tulerant. *Agrippa*, in literis ad Cajum, *ap. Philon. in legat. p. m.* 799. post enarratas Judæorum missas colonias in *Ægyptum. Syriam*, *Græciam &c.* etiam dicit de *Trans-Euphratensibus* : οὐ μόνον αἱ ἤπειροι μεσαὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἀποικιῶν εἰσὶν, ἀλλὰ καὶ νήσων αἱ δοκιμώταται, εὔβοια, κύπρος, κρήτη, καὶ σιωπῶ τὰς πέραν εὐφράτου. πᾶσαι γὰρ ἔξω μέρους βραχέος βαβυλῶνος καὶ τῶν ἄλλων σατραπειῶν, αἱ ἀρετώσαν ἔχουσι τὴν ἐν κύκλῳ γῆν Ἰουδαίους ἔχουσιν οἰκήτορας. Et hæc contra *Cunæum.* Agrippa *Jacobum* gladiô sustulit : quod paucis explicandum. In Ecclesiâ primitivâ, multi fuerunt *Jacobi.* [πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο.] *Euseb. Hist. Eccles.* II.
c. 22. *Hegesipp. apud Hieron. in Catal. Script. in Jacob.* 343
Quatuor tamen ex Scripturâ demonstrari possunt : nempe [I.] Jacobus Josephi, Frater Domini de quô plura *Num.* 70. [2.] Jacobus Alphæi, *Matth.* X. 3. *Marc.* III. 18. *Luc.* VI. 14. *Act.* I. 13. author Epistolæ catholicæ Jacobi, & frater Judæ. *Luc.* VI. 14. *Act.* I. 13. *Jud. v.* I. [3.] Jacobus *Zebedæi.* & [4.] Jacobus *Cleopæ*, seu parvus : cui mater *Maria*, soror Mariæ Deiparæ, & frater Jose. *Marc.* XV. 40. *Matth.* XXVII. 56. *collat. cum Joh.* XIX. 25. Ex his solus *ultimus*, obscurus ; [fortassis tamen fuit ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα. *Luc.* X. I. *conf.* I. *Cor.* XV. 6.] *Primus*, Episcopus : & *duo medii*, Apostoli. Hujus autem instituti est saltem ille *Jacobus*, quem *Agrippa* interfecit ; hoc est, *Zebedæi.* Et illi quidem mater, Salome. *Marc.* XV. 40. *collat. cum Matth.* XXVII. 56. Soror Josephi nutritii Salvatoris ; ut jam olim creditum : & Frater, *Johannes. Marc.* III. 17. *&* V. 37. *Act.* XII. 2. Quos fratres,
Piscatores, & cum patre *Zebedæô* sarcientes retia 344
Christus transiens assumpsit in Apostolos. *Marc.* I. 19, 20. nomenque iis *Boanergæ*, [tonitrui filiorum] indidit. *Marc.* III. 17. Apparet Christum hos *fratres Zebedæos*, juxta cum *Petrô*, singulariter dilexisse : quod eos præ aliis in rebus maxime seriis adsciverit. velut ad transformationem in monte. *Matth.* XVII. I. *Marc.* IX. 2. *Luc.* IX. 28. ad mortuæ resuscitationem. *Marc.* V. 37. imo, in ipsô mortis agone. *Matth.* XXVI. 37. *Marc.* XIV. 33. ut *Johannes* etiam in pectus Christi sub cœnâ receptus, dictusque præ aliis Discipulus ὃν ἠγάπα. *Joh.* XXI. 24. *collat. cum Joh.* XIII. 23. *&* XXI. 20. Ex quibus & aliis tam

cer-

certi & teneri amoris indiciis, *mater Zebedæorum*
haud dubie cepit fiduciam postulandi, ut filii Chri-
sto à dextris & sinistris essent. *Matth.* XX. 20. *seq.*
Marcus, *cap.* X. *v.* 35. *seq.* narrat hoc de *ipsis Zebe-*
dæis. Quomodo *Jacobus* ductus ad supplicium,
345 κατήγορον suum ad fidem converterit, narrat Suidas,
Lexic. in Herod. τὸν δὲ ἰάκωβον, inquit, ἰδὼν ἀπαγό-
μενον εἰς θάνατον ὁ κατήγορος αὐτοῦ, καὶ μεταμεληθεὶς
προσέπεσε τοῖς ποσὶ τοῦ Ἀποστόλου λέγων. συγχώρησόν μοι
ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ὅτι μεταμεμέλημαι ἐφ᾽ οἷς ἐλάλησα κατὰ
σοῦ. ὁ δὲ μακάριος παραυτίκα αὐτὸν καταφιλήσας εἶπεν
αὐτῷ, εἰρήνη σοι τέκνον, εἰρήνη σοι, καὶ συγχώρησις τοῦ
πλάσματος. ὁ δὲ μετὰ φωνῆς μεγάλης εὐθέως χριστιανὸν
ἑαυτὸν ἐπὶ πάντων ἀνηγόρευσεν, ὡς καὶ τὸ τοῦ μαρτυρίου βρα-
βεῖον ἀπενέγκασθαι. Acris controversia est: *An Jaco-*
bus prædicavit in Hispaniâ? Quam contentiose de-
fendit Sanctius, *Disput. de Prædicat. S. Jacob. in*
Hisp. tract. 1. & 2. (pro quo etiam contra Lorhi-
num, *in Act.* XII. 20. ex parte disputat *Cornelius à*
Lapid. in Act. XII.) crevitque in tantum illa super-
346 stitio, ut *Episcopus Compostellanus*, in Galliciâ, à
jurisdictione *Archipræsulis Toletani* se retraxerit,
quod in suâ Ecclesiâ Jacobus primo prædicaverit Euan-
gelium, & Jacobi corpus requiescat &c. At *Jaco-*
bum Compostellæ requiescere falsum est; ut qui vitam
clausit Hierosolymis: *Prædicasse* autem *in Hispaniâ*,
incertum. Nam Testimonia quæ pro illo *Sanctius*
adducit, *supposititia*, *suspecta*, *aliena*, *aut recentia*
sunt. *Supposititia* sunt testimonia producta ex Hip-
politô, *Opusc. de* XII. *Apost.* ostendente *Rivetô Cri-*
tic. l. 2. *c.* II. aut Turpino Rhemensi: uti probat
Possevin. *in Apparat. p.* 497. aut officio Mosarabi-
co: Nam officia hæc seu Liturgias, additionibus
auctas vel ex ipsis probat Pontificiis *Rivetus*, *Cri-*
tic. l. 1. *c.* 3. *Suspecta* sunt testimonia, Isidori *de*
vit. Sanct. c. 7. Juliani Toletani, Lucii Dextri &c.:
Scriptorum Hispanorum; qui in causâ propriâ te-
stari nequeunt: præterquam quod recentiores sint.
Aliena sunt testimonia *Hieronymi*, *Anastasii*, *Ve-*
347 *nantii*, *& Laminarum.* Nam Hieronymus, in *Esa.*
XXXIV. inquit: *Spiritus S. divisit Apostolos, ut ali-*
qui ad Indos, aliqui ad Hispaniam, aliqui ad Illyri-
cum, aliqui ad Græciam pergerent. Ubi nihil de
Jacobô. Anastasius Antiochenus, *de Essent. Dei &*
Eccles. fat. perhibetur dicere: Jacobum in occiden-
tem profectum, & in civitate Andeath, miraculis
editis, multos convertisse. At num ideo *Andeath*
Hispania, aut urbs Hispaniæ? Hispania Arabibus
dici solet *Andalus.* Deinde: fragmentum illud *A-*
nastasii adhuc latet: & verba ex Arabico translata
tantum allegantur. Nam *Bartholomæus Laurentius*,
& *Stephanus*, qui se Librum Romæ vidisse glorian-
tur, Hispani & suspecti sunt. Venantius de *Jaco-*
bo dicit: *Gentiles docet hic, Judæos increpat idem.*
Sed *Gentiles* illi non statim sunt *Hispani?* Laminæ
Granatenses, plumbeæ, inventæ ut ferunt, Ann.
1595. in valle paradisi, memorant: *latere in monte*
348 *Corpora quædam combusta Sanctorum, qui Jacobi fue-*
rant discipuli &c. Sed an quo venerunt *discipuli Ja-*
cobi, eo mox venerat *Jacobus ipse?* *Recentia* sunt te-
stimonia *Bedæ*, & *aliorum ex seculô* VIII, aut Ponti-
ficum post hoc: ut *Calixti* II. *Innocent.* II. *Pii* V.
& *Clem.* VIII. quæ in re tam Antiquâ nihil habent
ponderis. Somnia & apparitiones studio præter-
mittimus. Certe cum *Rodericus Ximenius*, in Con-
cilio Lateranensi, ex manuscripto quodam Biblio-
thecæ Toletanæ, ita intercederet: *Ego tantum legi*
Jacobo datam fuisse potestatem prædicandi in Hispa-
niâ, sed interim dum per Judæam & Samariam divi-
nam legem seminat, sub Herode Hierosolymis exhala-
vit animam, & domino reddidit &c. Compostellanus
obmutuisse dicitur.

In nomine autem *Agrippæ* si quis volet deliciari,
oritur illud ab *ægritudine*, & *pedibus.* Gellius, *Noct.*
Atticar. VI. *c.* 16. inquit: *Quorum in nascendô, non*
caput, sed pedes primi exstiterant, qui partus difficil-
limus ægerrimusque habetur, Agrippæ appellati ab æ-
gritudine & pedibus. Plinius, *Hist. nat.* VII. *c.* 8. *In* 349
pedes, inquit, *procedere, contra naturam est: quô*
argumentô eos appellavere Agrippas, ut ægre partos
&c. Similia habent *Nonius c.* 9. *Festus*, *Marcell.*
Quintil, l. 19. *Carolus Sigon. de Nomin. Roman. &c.*
Nomen habuit Rex *Agrippa*, à *M. Agrippâ*, He-
rodi amicissimo: *Ant.* XV. *c.* 13. *Bell.* I. *c.* 15. *Phil.*
in Legat. ad Caj. p. m. 799. Qui fuit *Augusti* gener,
& infelix. Ut inverso partu nihil ipsi boni designa-
tum, teste Plinio, *loc. cit. Multas*, inquit, *corpo-*
ris animique ægritudines habuit. Nam fuit adversâ
pedum valetudine, miserâ juventâ, exercitô ævô inter
arma mortesque, ad noxia successu, infelici terris stir-
pe omni: Sed per utrasque Agrippinas maxime. Ha-
rum enim una genuit C. Caligulam Cæsarem: altera
Neronem, totidem faces generis humani. Præterea,
brevitate ævi, LI raptus annô, in tormentis adulte-
riorum conjugis, Socerique prægravi servitiô, luisse
augurium præposteri natalis existimatur. Confer *Sue-*
ton. in August. c. 63, 64, 65.

64. *Herodias.*] Hanc, (filiam non *Aretæ* Regis 350
Arabum, ut fabulatur Hieronymus *in Matth.* XIV.
sed Aristobuli:) Herodes Tetrarcha visam apud
fratrem *Herodem*, cum ad eum in itinere versus
Romam, divertisset, contra Leges thoro junxit:
marito legitimo adhuc vivo, (frustra negante Au-
gustino, *Tom.* IV. *Oper. lib. de fid. & Oper.*) raptam.
Joseph. Ant. XIIX. *c.* 7. *Euseb. Hist. Eccles.* I. *c.* 11.
Hegesipp. Excid. II. *c.* 5. 11. Interjecto aliquô tem-
pore, cum Antipas *Johannem* in aulam advocasset,
eum quidem *adulter Herodes* in aliis audivit, eique
obsequutus fuit: sed cum *Herodiadis* etiam fecisset
mentionem; monens fratris uxorem haud esse lici-
tam, quin & audientibus omnibus *Herodem* senten-
tiâ pronunciatâ condemnasset; *teste Chrysost. ap.*
Magdeb. cent. I. *l.* I. *c.* 3. offensa *Herodias* incitat
maritum; ut *Johannem* carcere coërceret, quin &
interficeret. Et ad prius quidem *Herodes* consen-
sit, exoratus ab Uxore: ad ultimum autem adhuc 351
quidem non potuit induci: *partim* suâ in virum re-
verentiâ; *partim* etiam metu populi, qui mortem
illius tanquam viri sancti & Prophetæ inultam
haud passurus videbatur. Itaque *Herodias* pressô
ad tempus odiô, majorem oportunitatem præsto-
latur: quæ ei tandem in *Natalitiis Herodis* exopta-
ta obtigit per *Filiam.* *Marc.* VI 17. *seq. Matth.* XIV.
3. *seq. Hegesipp.* II. *c.* 5. Hieronymus, *in Ruffin.*
apolog. author est: Herodiadem præcisio capiti Jo-
hannis insultasse, & linguam ejus acu perfodisse.
Additque Nicephorus, *Hist. Eccles.* I. *c.* 19. quod
scelerum quasi conscientiâ exstimulata, Johannem
etiam mortuum timuerit, & ausa non fuerit caput
ejus cum trunco conjungere; sed caput clam in
abstrusiore aulæ parte defoderit, truncum autem
alio abjecerit: quem Discipuli ejus furtim subla-
tum in loco quodam celebri sepeliverunt. Ἐκείνη,
inquit, τοὺς ἐλέγχους ὡσανεὶ καὶ μετὰ τὴν ἐκτομὴν ὑποπτευο- 352
μένη τοῦ Ἰωάννου, συνάπτειν μὲν ταύτην, καὶ αὖθις τῷ λοι-
πῷ σώματι ἐδεδίει· παρ᾽ ἑαυτῇ δὲ κατορύττειν ἀσύλως ἔν
τινι παραβύστῳ τόπῳ τῶν βασιλείων ἐκέλευε δεῖν· τὸ δὲ λοι-
πὸν σῶμα ἔξω που ῥίπτειν διεκελεύετο. ὃ δῆτα οἱ μαθηταὶ
μόνον κλοπῇ περιστείλαντες, σεμνῶς ὑπό τινι ἐπισήμῳ τό-
πῳ κατέθεντο. Hactenus *Nicephorus.* Qui cum dicit
de τόπῳ ἐπισήμῳ, Hieronymus, *Epist.* 27. ait fuisse
Samariam: prout illic etiam *sepulchrum* ejus aper-
tum postea, refert *Theodoretus.* Erat enim *Sama-*
ria, (Herodi *Sebaste*, *Ant.* XIII. *c.* 18. & XV. *c.* 11.)
non modo extra *Herodiadis* imperium; sed & gen-
ti Judæorum infensissima. οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι σα-
μαρείταις. *Joh.* IV. 9. confer *Joh.* VIII. 48. *Luc.* IX.
52, 53. *Joseph. Ant.* XI. *c.* 4, 8. & XIII. *c.* 6. Ut ibi
aliqua spes esse potuisset, viri sancti manes non
turbatum iri. Quanquam seculis aliquot postea sub 353

Juliano, ossa ejus à Paganis violata, & cineres abjectos dispersosque constet ἐν σεβάστῃ, inquit Theodoretus, *Hist. Eccles.* III *c.* 6. ἡ δὲ αὕτη εἰς προειρημένον ἔθνος τελεῖ, Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ τὴν θήκην ἀνέωξαν, πυρί τε παρέδοσαν τὰ ὀστᾶ, καὶ τὴν κόνιν ἐσκέδασαν. Sed *Herodiadis* fœda & atrocia facinora, Divinæ nemesis pœna mox sequuta fuit. Nam cum ad *Cajum* cum marito profecta esset, ut *fratrem Agrippam*, (super cujus fortunâ καιρίαν πληγὴν ex invidiâ acceperat, *Phot. Bibliothec. cod.* 238.) judicio postulatum gradu dejiceret, *Cajus* Agrippæ & æquitati faventior, *Herodem* quidem misit in exilium; *Herodiadi* autem, (in gratiam *Agrippæ*, cujus eam Sororem esse intelligeret,) bona ejus obtulit. Quæ cum illa temere contemneret, addens non esse æquum, ut maritum cui in prosperis adhæserat, de-
354 sereret in adversis; offensus *Cajus*, ire & eam jussit in exilium. *Ant.* XIIX. *c.* 9. *Phot. loc. cit.* Ut tandem in *Hispaniâ* decesserit. *Bell. Jud.* II. *c.* 8. *Hegesipp. Excid.* II. *c.* 5. Nicephorus, *Hist. Eccles.* I. *c.* 20. dicit eam longius vixisse, & tandem post filiæ saltatricis fata, & ipsam exstinctam, futuri seculi judiciis reservatam: ἡ μαινὰς μέν τοι, inquit, καὶ μοιχαλὶς ἐκείνη, καὶ τὸ δοκοῦν μὲν ἡρώδου, φιλίππου δὲ τῆς ἀληθείας γυνὴ, μήκιστον μὲν βίου διηνυκυῖα, πικρῷ δὲ μόρῳ τὴν θυγατέρα τε ὀρχησαμένην τὸν βίον καταλύσασαν πρότερον κατιδοῦσα, εἶτα καὶ αὐτὴ κατέρρηξε τὴν ζωὴν, τοῖς ἐκεῖσε δικαιωτηρίοις ταμιευομένη. ἄκρατον ὅσον πιομένη τῆς ὀργῆς κυρίου τρυγίαν, καὶ τὸ κόνδυ τοῦ ἀστεάτου ἐκείνου θυμοῦ. Reliqua hujus loci quæ possent esse præripuit *Numer.* 34. & 37. Ad quem Lector velit remitti. Nam eandem & sæpius
355 coctam crambem piget apponere. Unum tamen lubet adjicere de *Capite Johannis*: quod seorsim à trunco repertum sub *Valente*, & portandum hujus jussu *Constantinopolin*, cum ad *vicum Chalcedonis Cosilaum* pervenisset, mulis stantibus non potuit promoveri, priusquam illud *Theodosius Imperator* purpurâ suâ tandem transferret, & *Templum* ei proprium dicaret. Narrat Sozomenus, *Histor. Eccles.* VII. *c.* 21. ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, inquit, διεκομίσθη εἰς κωνσταντίνου πόλιν ἡ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ κεφαλὴ, ἣν ἡρωδιὰς ἠτήσατο παρὰ ἡρώδου τοῦ Τετράρχου. λέγεται δὲ εὑρεθῆναι παρὰ ἀνδράσι μοναχοῖς τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως, οἳ τὰ μὲν πρῶτα ἐν Ἱεροσολύμοις διέτελεσαν· ὕστερον δὲ εἰς κιλικίαν μετῳκίσθησαν. ἐπὶ δὲ τῆς πρὸ ταύτης ἡγεμονίας μαρδονίου μηνύσαντος, ὃς τῆς βασιλικῆς οἰκίας μείζων ἦν
356 εὐνοῦχος, προσέταξεν οὐάλης εἰς κωνσταντίνου πόλιν αὐτὴν κομισθῆναι. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τοῦτο ἀποσταλέντες, ἐπιθέντες ὀχήματι δημοσίῳ, ἦγον. ὡς δὲ εἰς τὸ πανδείχιον ἧκον, χωρίον δὲ τοῦτο χαλκηδόνος, οὐκέτι προσωτέρω βαδίζειν ἠνείχοντο αἱ τὸ ὄχημα καθέλκουσαι ἡμίονοι, καὶ ταῦτα τῶν ἱπποκόμων ἐπαπειλούντων, καὶ τοῦ ἡνιόχου χαλεπῶς τῇ μάστιγι κεντοῦντος. ὡς δὲ οὐδὲν ἤνυον, ἐδόκει δὲ πᾶσι καὶ αὐτῷ τῷ βασιλεῖ παράδοξον εἶναι καὶ θεῖον τὸ πρᾶγμα, ἀπέθεντο ταύτην τὴν ἱερὰν κεφαλὴν ἐν τῇ κωσιλάου κώμῃ. ἔτυχε γὰρ ἐκ γειτόνων οὖσα, καὶ μαρδονίου τούτου κτῆμα. περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, ἢ τοῦ θεοῦ, ἢ αὐτοῦ τοῦ προφήτου κινοῦντος, ἧκεν εἰς τήνδε τὴν κώμην θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς, βουλομένῳ τε τοῦ βαπτιστοῦ τὸ λείψανον λαβεῖν, μόνην φασὶν ἀντειπεῖν
357 ματρώναν, ἣ παρθένος μὲν ἦν ἱερὰ, εἵπετο δὲ αὐτῇ διάκονος καὶ φύλαξ. ἀνθισταμένου δὲ παντὶ σθένει βιάσασθαι οὐχ ἡγήσατο δεῖν. ἀντιβολῶν δὲ ἐδεῖτο συγχωρεῖν. ἐπεὶ δὲ μόλις εἶξεν ἀνήνυτον εἶναι νομίσασα τῷ κρατοῦντι τὴν ἐπιχείρησιν κατὰ τὸ συμβὰν ἐπὶ τοῦ οὐάλεντος χρόνων, περιλαβὼν τῇ ἁλουργίδι τὴν θήκην ἐν ᾗ ἔκειτο ἔχων ἐπανῆλθε, καὶ πρὸς τοῦ ἄστεος κωνσταντινουπόλεως ἔθετο ἐν τῷ καλουμένῳ ἑβδόμῳ, μέγιστον καὶ περικαλλέστατον τῷ θεῷ ἐνθάδε ναὸν ἐγείρας. Hæc *Sozomenus*. Testimonia *Rabbinorum* super morte *Johannis*, ante *N.* 37. producta sunt. Ubi tamen nemo debet admirari, quod Johannes *Sacerdos Magnus*, (כהן גדול) dictus sit. Nam nomen illud uni homini proprium non fuit; sed pluribus commune: nomenclaturâ ἀρχιερέων, novi fœderis, satis hoc probante. Etenim sicut patiente
358 Christo, unus tantum esset ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου. *Joh.* XI. 49, 51. Ita plures simul cum eô ἀρχιερεῖς in eodem sederant Synedrio. *Joh.* XI. 47 nempe eodem titulô gaudentibus, *tum* qui gesserunt, gesturive erant Pontificatum, (velut Annas, *Joh.* XIIX. 13, 19, 22, 24. *Act.* IV. 6.) *tum* capita classium XXIV. Sacerdotalium. (velut qui *Matth.* II. 4. 2. *Chron.* XXXVI. 14. & *Sceva*, *Act.* XIX. 14.) Quæ posterior ratio hîc prævalet: cum appellatio *Summi Sacerdotis*, Johanni, Zachariæ ἐφημερίας Abiæ, *Luc* I. 5, 8. forsitan Capitis; adeoque ἀρχιερέως, filio, fuit attributa. Ita fere Altingius, *in Schil. l.* IV. *c.* 22.

65. *Salome.*] Josephus, *Ant.* XIIX. *c.* II. eam dicit prognatam ex *Herode Mariammes Simonis*, atque *Herodiade*. Ut oporteat illam ipsam fuisse, de quâ exstat, *Matth.* XIV. 6. *seq. Marc.* VI. 22. *seq.* Scilicet, quod in *natalatiis Antipæ*, (de quibus Persius, *Satyr.* V.

> ---- ---- *At cum*
> *Herodis venêre dies, unctâque fenestrâ*
> *Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ*
> *Portantes violas &c.*) 359

ingressa in convivium, saltando sic placuerit, ut *Herodes* ei optionem detulerit quidvis petendi vel ad regni dimidium. Cum illa tamen promissis factis turpiter abusa fuit. Nam instructa à matre, (quæ diu huc contenderat,) *caput* tantum *Johannis* petiit. Cui temerario & iniquo postulato, *Herodes*, qui fidem publice dederat, assentiri est coactus: missis in carcerem qui *Johannem* cæderent, & caput in disco *Saltatrici* traderent. *Matth.* & *Marc. loc. supr. Euseb. Hist.* I. *c.* 6. *Ruffin. c.* 13. Nicephorus, *Hist. Eccles.* I. *c.* 19. addit: caput adhuc cruore fuisse tabidum. (τῷ λύθρῳ περιρραινόμενον.) Apophoreto tristi, & ferme sine exemplo: nisi quod *Flaminius*, similiter unum [sed ex fontibus] capite diminuerit, in gratiam meretriculæ.
Liv. Hist. Rom. XXXIX. *Senec. controv.* V. Nam quod 360
Marius, vindictæ civilis præcipitantiâ, defectum *Anthonii* Consularis viri caput impie inter epulas tractaverit, *Plut. in Mar. Valer. M. l.* 9. *c.* 2. *Flor. Hist.* III. *c.* 21. hanc non æquat rabiem. Quo magis *Agrippæ* clara natalitia sunt. Qui cum ἐν ἡμέρᾳ γενεθλίων recordaretur, quod *Silas* quidam carcere detineretur, actutum misit, qui ad epulas eum advocarent. Et fuit is tamen contumax & sceleratus. *Joseph. Ant.* XIX. *c.* 7. Cum in *Herodis* geniali festo, bonus civis etiam occideretur: culpâ tamen *Saltaticis* minimâ. Nam non male Esthius, *in Marc.* VI. 20. *p. m.* 517. *Si quæritur*, inquit, *quis horum trium gravius peccaverit in Johannis interfectione, Herodes, Herodias, an hujus filia? videtur dicendum quod Herodes gravius peccaverit: quia peccato odii adversus Johannem, quod gerebat in pectore, addidit hypocrisin, simulans se eum libenter audire, & venerari, & observare. Herodias autem aperte oderat. Minime vero inter tres, puellam peccasse constat, quia* 361
quod fecit, tantum fecit instructa & jussa à matre. Cæterum, quis *Salomes* fuit ex hac vitâ exitus, refert Nicephorus, *Hist. Eccles.* I. *c.* 20. ὁ δὲ, inquit, τῆς θυγατρὸς αὐτῆς, (ἡρωδιάδος) θάνατος, ἄξιον γὰρ αὐτὸν διηγήσασθαι, τοιὸσδέ τις ἦν. ἐπί τινα τόπον ταύτῃ δεῆσον, ὥρᾳ χειμένος πορεύεσθαι, καὶ ποταμὸν διαβαίνειν. ἐπείπερ ἐκεῖνος κεκρυστάλλωτο καὶ πεπηγὼς ἦν, ὑπὲρ νώτου αὐτῇ διὰ πεζεύουσα. περιρραγέντος δὲ τοῦ κρυστάλλου, οὐκ ἀθεεὶ δὲ πάντως τὸ συμβὰν ἦν, κατερρύη μὲν εὐθὺς, καὶ αὐτὴ ἄχρι δή που τῆς κεφαλῆς. καὶ ὑπωρχεῖτο σπαργῶσα, καὶ ὑγρῶς λυγιζομένη οὐκ ἐν γῇ, ἀλλ' ἐν ὕδατι. ἡ δὲ κεφαλὴ τῷ κρύει παγεῖσα, εἶτα καὶ διαθερισθεῖσα, καὶ τοῦ λοιποῦ διαιρεθεῖσα σώματος, οὐ ξίφει ἀλλὰ
κρυστάλλῳ, ὑπὲρ τῶν πάγων ὠρχεῖτο καὶ αὐτὴ τὴν ἐπιθανάσιον ὄρχησιν: καὶ ὑπ' ὄψιν ἔκειτο πᾶσιν ἡ μιαρὰ κεφαλὴ εἰς ὑπόμνησιν ὧν ἔδρασε, τοῖς θεωμένοις ἀνάγουσα. *Filiæ ejus*, inquit, *dignus enim est qui memoriæ commendetur, talis fuit obitus. Eundum ipsi quodam bru-* 362

mali tempore erat, & fluvius trajiciendus. Qui cum glacie conſtrictus coagmentatuſque eſſet, pedes eum tranſibat. Glacie autem ruptâ, idque non ſine Dei Numine, mergitur illa ſtatim capite tenus: & inferioribus corporis partibus laſciviens, molliuſque ſe movens, ſaltat, non in terrâ, ſed in undis. Caput vero ſceleſtum, frigore & glacie concretum, deinde etiam convulneratum, & à reliquô corpore non ferrô ſed glaciei cruſtis reſectum, in glacie exitialem ſaltationem inſtituit: ſpectaculoque illô omnibus præbitô, memoriam quæ fecerat, exhibet ſpectantibus. Hactenus Nicephorus: ſed mirum unde? Nam ante illum, certe per XII. *Secula*, nemo ea, (quantum ſcio,) retu-
363 lit. Adhæc: cum paulo ante *hunc textum* narrat, Herodiadem κατιδȣ̃ϲαν τὴν θυγατέρα ϗ ὀρχησαμένα τ̃ βιόν καταλύσαϲαν &c. eſt hoc certe inexcuſabile. Nam cum *Salome*, filia, non ante deceſſit, quam *Philippo* conjugata eſſet: imo, poſt ejus mortem *ex aliô*, tres filios ſuſtuliſſet, *Ant.* XIIX. *c.* 7. oportet *Herodiadem* illic tum fuiſſe, (nempe ultra Alpes exulem, aut mortuam,) ubi quæ *in Judæâ* fiebant, *filiæ* ſcilicet *extrema* neutiquam videre potuit.

Hîc iterum Baronius, *Annal. ad ann. Chr.* 31. *num.* 48. *Joſephus*, ait, *inſigniter errat, cum dicit filiam Herodiadis ex Herode quodam incognitô ſuſceptam, nuptui traditam Philippo Tetrarchæ. Nulla ſiquidem alia legitur Herodiadis filia, niſi puella ſaltatrix.* Sed parcius iſta viris, *Baroni.* At enim quæ *Euangeliſtis* dicitur *puella*, & *ſaltatrix*, non poſt id tempus potuit nubere, & ſic *Joſepho* uxor, quin &
364 mater dici? Quam *Herodes*, *Herodiadis maritus*. non ſit incognitus, ſupra oſtenſum, *Num.* 34.

66. TIGRANES, *Rex.*] Diu apud *Urbem* obſes fuit, incertum an *Archelai Cappadocis*, (Num. 29.) vel alterius: & ad ſervilem uſque patientiam demiſſus. *Tacit. Annal.* XIV. *c.* 26. Ut à Parthis, per contemptum, mancipium, aut *inter mancipia habitus*, appellatus fuerit. *Tacit. Annal.* XV. *c.* 1. At repente eum fortuna inter ſumma & præcipitia medium reduxit, & ex ſervô Regem fecit. Nam cum *Vologeſes Parthus*, Rege Armeniæ *Rhadamiſtô* pulsô, fratrem ſuum *Tiridatem* intruſiſſet, *Nero* ad diminutionem Imperii, & injuriam ſuam hoc pertinere ratus, *Tigranem hunc*, tanquam Cappadocum ex nobilitate, & cui memoria *Archelai* proavi, Regis quondam *Cappadociæ* & *Armeniæ*, [*Dio Hiſtor. Rom.* LIV.] illic loci prodeſſe poſſet, *Armeniæ* deſignat *Regem*: & exſecutionem mandat *Corbuloni*. *Corbulo* rerum uſu clarus, brevi tempore
365 pellit *Tiridatem*, & expugnatis urbibus, *Artaxatâ* & *Tigranocertâ*, vi *Tigranem* in poſſeſſionem introducit. *Tacit. Annal.* XIV. *c.* 23, 24, 25, 26. Flavius, *Ant.* XIIX. *c.* 7. breviter eum *Armeniis* Regem datum aſſerit. Sed haud ſolidum *Tigrani* illud gaudium evenit. Nam cum temere expeditionem ſumpſiſſet in *Adiabenos*, & eâ iterum *Parthos* provocaſſet, *Tacit. Annal.* XV. *c.* 1, 2, 3. repente ab iis, *Tigranocertis* circumſeſſus fuit: & res tandem pactis *Corbulonis* huc deducta, ut Exercitibus partium, utrimque abductis, ipſe etiam *Tigranes* excederet, dum *Parthus* Romam mitteret Legatos, & *de Pace* Cæſarem interrogaret. *Tacit. Annal.* XV. *c.* 4, 5, 6. Poſtquam autem ignaviâ *Pæti*, qui *Corbuloni* ſucceſſor miſſus fuerat, Romani à *Parthis* cladem accepiſſent, & *Tiridates ipſe* Romam veniſſet ſupplex pro regnô, *Nero*, non amplius cunctandum ratus, *Armeniæ regnum*, (quod jam ante *Tiridates* habuit, &
366 quod è manu eripi non potuit,) pompâ exquiſitâ ei *Romæ* detulit. *Tacit. Annal* XV. *c.* 29, 30. & XVI. *c.* 23. *Sueton. in Neron. c.* 13. *Plin. Hiſt. Nat.* XXX. *c.* 2. *Xiphilin. Epit. Dion. in Neron.* Et ita *Armeniam* Arſacidis permiſit. Quâ quidem ratione *Tigranes* excluſus, & ad priſtinæ ſortis compedes repulſus fuit. Nec ab eô die, quiſquam *ex ejus familiâ* regnô fuerat potitus: ut quod penes *Parthos* manſit. Hac ratione patet, quam tenuis illa fuit gloriatio, quod *poſteri Alexandri* in *Armeniâ Majori* dicti fuiſſe regnaſſe. (Flavius *Bell.* II. *c.* 10. inquit: Ἀρισόβȣλ☉ ϗ Ἀλέξανδρ☉ ἐκ μαριάμμης ἡρώδῃ γεγόνειϲαν, ȣ̃ς ὁ πατὴρ ἀνεῖλεν. ἡ ͻ̃ ἀλεξάνδρȣ γενεὰ τ̃ μεγάλης ἀρμενίας ἐβασίλευσε.) Nam ea fortuna *duobus* tantum *Tigranis* obtigit: *huic* ſcilicet, & *Patruo*, de quo *Num.* 58. Quippe Ariſtobulus, *Num.* 68. huc non pertinet: ut qui non fuit Rex *Armeniæ Majoris*, ſed Minoris. *Ant.* XX. *c.* 5. & deinde, ἐκ γενεᾶς *Ariſto-* 367
buli, & non *Alexandri*, *Ant.* XIIX. *c.* 7.

Cæterum *Tacitus*, qui *Annal.* XIV. *c.* 26. ſcribit: *Tigranem Archelai* (Cappadocum Regis) *fuiſſe nepotem*, corrigendus eſt. Nam eum *pronepotem* fuiſſe, præter Joſephum, *Ant.* XIIX. *c.* 7. ipſa rerum ſeries oſtendit. Quô pactô enim *Tigranes*, *nepos*, circa tempus medium *Auguſti* natus, (Pater non multo poſt *victoriam ad Actium* ab *Herode* interfectus,) ſub *Nerone* agere aat pati potuit? Quo profecto tempore, natura eum *aut* morte, *aut* ſenio ita multaverat, ut rebus gerendis aptus tum haud eſſe potuerit: nedum ita arduis & perturbatis.

67. ALEXANDER, *Rex.*] *Leſidis* ſcilicet, urbis Ciliciæ ſub Veſpaſiano. Uxor fuit *Jotape*, filia *Antiochi* Comagenorum Regis. *Ant.* XIIX. *c.* 7. Reperiuntur autem *tres Antiochi Comageni* circa hæc tempora. *Primus* ſub Auguſto: accuſatus publice capitis, & damnatus, quod legatum fratris, 368
cum quo habuit inimicitias, Romam miſſum, perfide interfeciſſet. *Dio Hiſtor. Rom.* LII. *Secundus*, nî fallor prioris filius, mortuus ſub Tiberio. *Ant.* XIIX. *c.* 3. *Tacit. Annal.* II. *c.* 42. *Tertius*, qui & *Jocchus*, prioribus literis compendio omiſſis. *Tacit. Annal.* XIII. *c.* 7, 37. hujus filius, ſub Cajo, Claudio, Nerone, & Veſpaſiano. *Cajus* ei ut aſſentatori & τυραννοδιδασκάλῳ ſuo, *Dio Hiſt.* LIX. *vide Num.* 63. Commagenen: paternum regnum, adjectis *Ciliciæ maritimis* dedit & mox abſtulit: reddidit *Claudius*. Dio *Hiſtor.* LX. μ̃ τȣ̃το; inquit, τῷ τε Ἀντιόχῳ τὴν Κομμαγηνὴν ἀπέδωκε, (ſcilicet *Claudius*,) ὁ γὰρ Γάι☉ καίπερ αὐτός οἱ δȣ̀ς αὐτὴν ἀφῄρητο &c. Addit Flavius, *Ant.* XIX. *c.* 4. Ἀντίοχον ἣν εἶχεν βασιλείαν ἀφελόμεν☉, κιλικίας μέρει τινὶ, ϗ κομμαγηνῇ δωρεῖται. Hinc Tacito, *Annal.* XII. *c.* 55. dictus *Rex Ciliciæ*. Cui etiam *Nero* contra Parthos quædam 369
tribuit *Armeniæ*. *Tacit. Annal.* XIV. *c.* 26. Romanorum in ſocietate, arma junxit contra Parthos, *Tacit. Annal.* XIII. *c.* 7, 37. ac Judæos. *Joſeph. Bell.* III. *c.* 2. & VI. *c.* 12. & Veſpaſianum nitentem ad imperium, promovit: vetuſtis opibus ingens, & Regum (Romanis) inſervientium ditiſſimus. *Tacit. Hiſtor.* II. *c.* 81. & V. *c.* 1. Fuitque ei totâ vitâ clarum nomen, & magna felicitas, præterquam in ſenectute. Nam accuſatus à *Petô*, quod cum *Parthis* conſpiraſſet, *quartô annô Veſpaſiani* regno fuit abductus, & tranſlatus *Lacedæmonem*. Ubi, & *Romæ*, honorifice habitus, vitæ reliquum poſtea tranſegit. *Bell. Jud.* VII. *c.* 27. De quâ cataſtrophe graviter Flavius, *alias* VI. *c.* 12. εὐδαιμονῆσαι, inquit, μάλιϛα τ̃ ὑπὸ Ῥωμαίοις βασιλέων τ̃ κομμαγηνὸν συνέβη, πρὶν γεύσαϑζ μεταβολῆς. ἀπέφηνε ͻ̃ κἀκεῖν☉ ἐπὶ γήρως, ὡς ȣ̓δένα χρὴ λέγειν πρὸ θανάτȣ μακάριον. *O-* 370
mnium Regum qui Romanis parebant, feliciſſimum fieri Comagenum contigit, priuſquam fortuna mutaretur. Oſtendit autem ille quoque in affectâ ætate, nullum ante mortem beatum dici oportere. Hæc ille. Videtur & partem *Phænices* tenuiſſe: niſi fefellit *Liber Echa Rabati, ſuper Threnos Jerem. cap.* I. *v.* 5. זה טיטוס הרשע בנו: שלש שנים ומחצה הקיף אספסיאנוס את ירושלם והיו עמו ארבעה דוכסין דוכוס דערביא דוכוס דפניקי דוכוס דאלכסנדריא דוכוס דפלסטיני: *Iſte eſt Titus, nequam filius ejus*, (ſcilicet Veſpaſiani.) *Tribus annis & dimidiô obſedit Veſpaſianus Hieroſolymam: erantque cum eô quatuor Duces. Dux Arabiæ, Dux Phænicia*, (alias דאפריקא

de

de Africâ,) *Dux Alexandriæ* , *& Dux Palæstinæ*.
Quos quidem IV auxiliares Duces, alios non invenio,
quam *Agrippam* Juniorem, *Sohemum* Emesum, *An-
tiochum* Comagenum , & *Malchum* Arabem. Fla-
371 vius , ἁλώσ. III. *c*. 3. inquit : συχνὸν δὲ παρὰ τῶν βασι-
λέων συνήχθη συμμαχικὸν, ἀντιόχου μὲν, καὶ ἀγρίππα, καὶ
σοέμου, παρασχομένων ἀνὰ δισχιλίους πεζοὺς τοξότας, καὶ χι-
λίους ἱππεῖς. ἐκ δὲ ἄραβος μάλχου, χιλίους πέμψαντος
ἱππεῖς *&c*. Cum quo Tacitus, *Histor*. V. *c*. 1. *Comi-
tabantur* , inquit , *viginti sociæ cohortes* , *octo equi-
tum alæ : simul Agrippa* , *Sohemusque Reges* , *& au-
xilia Regis Antiochi* , *validaque & solitô inter accolas
odiô infensa Judæis Arabum manus. Antiochus* er-
go, aut si mavis *Sohemus*, erit *Dux Phæniciæ*. Sed
quis *Alexandriæ* , aut *Africæ ?* Putassem fuisse *Ti-
berium Alexandrum ;* nisi hic , cum exercitum Ti-
ti duceret , *Bell. Jud*. VI. *c*. 1. *&* VII. *c*. 9. jam tum
Ægyptum abdicasset. *Bell. Jud*. VI. *c*. 1. & sic neque
Dux ejus commode tum dici posset. Cum quæri-
tur vero de *Patre Jotapes* , fuit ille *Antiochus Ter-
tius*. Frater autem *Antiochus Epiphanes*, qui juve-
372 niliter audax cum suis Macedonibus , impetum fe-
cit in *muros Hierosolymorum* , sic ut ipse cum pau-
cis vix evaserit. ἁλώσ. VI. *c*. 12. Confer sis *Num*. 79.

Cæterum *Alexandri Mariammæi* posteritas , ut
primum pullulavit, contulit se ad gentes, & à *cul-
tu Majorum*, ad *paganos* transiit. *Ant*. XIIX. *c*. 7.

68. ARISTOBULUS, *Rex*.] *Nero* eum *Arme-
niæ minoris* Regem fecit. *Ant*. XX. *c*. 5. *Bell. Jud*. II.
c. 12. Etenim , cum Armeniæ *Parthi* cupidissime
inhiarent , tanquam quæ potentiæ ipsorum tertius
gradus esset ; *Tacit. Annal*. XV. *c*. 2. Imperator Pro-
vinciæ retinendæ causâ, *duo valida consilia* agitavit:
alterum, ut Regem domesticum, simulque fidum,
inveniret. *alterum* , ut hunc ipsum tanquam pro-
cul dissitum & barbaris cinctum , proximis firma-
ret. Sic in Regem delectus *Tigranes Cappadox*,
Num. 66. quem ipsi *Armenii* popularem suum agno-
scebant. *Tacit. Annal*. XIV. *c*. 24. Et *Armenia mi-
373 nor* , cognato Tigranis *Aristobulo* demandata : par-
te etiam concessa *Antiocho* Romanorum Socio. Ta-
citus, *Annal*. XIII. *c*. 7. inquit, *Minorem Armeniam
Aristobulo* , *regionem Sophenem Sohemo cum insignibus
Regiis mandat*. Et Annal. XIV. c. 26. *Quo facilius no-
vum regnum tueretur* (Tigranes) *pars Armeniæ ut
cuique finitima* , *Thrascypolique*, *& Aristobulo*, *atque
Antiocho parere jussæ sunt*. Videtur *Aristobulus* pa-
ternum etiam *Chalcidis* regnum tenuisse sub *Vespa-
sianô*. per ἁλώσ. VII. *c*. 27. Postquam illud *Agrippa
Junior* amisisset. *Ant*. XX. *c*. 5. quanquam forte non
ipsius urbis *Chalcidis*. Neque enim *Josephus* dicit
Regem *Chalcidis*, sed *Chalcidiæ*. συνεμάχουν, inquit,
καὶ βασιλεῖς αὐτῷ , τῆς μὲν χαλκιδικῆς λεγομένης ἀριστό-
βουλος , τῆς ἐμέσης δὲ &c. At χαλκιδικὴν à *Chalcide*
distinguit Strabo, *Geogr*. XVI. χαλκίδα quidem Mar-
syæ ἀκρόπολιν , χαλκιδικὴν autem regionem descen-
374 dentem à Marsyâ , appellans. Ipse *Flavius ;* dum
Chalcis aderat, regnum semper appellavit *Chalcidis*:
(sicut *Ant*. XIX. *c*. 4, 7. *&* XX. *c*. 3, 5. *Bell. Jud*. II.
c. 10.) Hîc, seu *Bell*. VII. *c*. 27. primo vocat χαλκι-
δικὴν. Quod nî fallor, haud fit sine causâ. Uxor
Aristobuli fuit *Salome* , filia Herodiadis ex Herode :
& vidua *Philippi* Tetrarchæ Trachonitidis &c. *Ant*.
XIIX. *c*. 7. De quâ lites & alia adiri possunt, *Num*.
34, 65.

Errat ergo Baronius , cum *Annal. ad Ann. Chr.
n*. 48. hunc confundit cum *Herode* , *Patre*. Errat
& Orleans, *ad Tacit. Annal*. XIV. *p*. *m*. 739. cum di-
cit simul etiam *Judæam* rexisse. Quam in provin-
ciam redactam , & per *Præfectos* Romanorum tum
curatam , constat.

69. *Jotape:*] Nullâ re aliâ , quam vitiô corpo-
ris, & surditate memorabilis. *Ant*. XIIX. *c*. 7.

70. AGRIPPA MINOR , REX.] Decimô
septimô annô ætatis, cum esset in educatione apud
Claudium , Patre Cæsareæ orbatus fuit. Volebat 375
quidem *Claudius* eum statim in regnum Patris sub-
stituere ; sed dissuaserunt liberti & amici Claudii,
dicentes ad regnum nutans & seditiosum virô justæ
ætatis opus esse. Quare *Claudius* , *Fadum* tum qui-
dem ablegat cum imperiô in *Agrippæ* regnum. *Ant*.
XIX. *c*. 7. *Bell*. II. *c*. 10. Sed cum *quintô annô* post,
è vitâ excederet *Herodes Rex Chalcidis* ; Claudius
Agrippæ , illius tanquam Patrui regnum statim tri-
buit. *Ant*. XX. *c*. 3. & post *quatuor annos* eum adhuc
auget liberalius , dum locô *regni Chalcidis* ei con-
fert *Trachonitidem* , *Gaulanitidem* , *& Bathanæam:*
additâ etiam *Abilâ Lysaniæ*, *& Eparchiâ Vari*. *Ant*.
XX. *c*. 5. *Bell*. II. *c*. 11. Quibus postea *Nero* urbes
IV. addidit : *Tarichæas* quidem , & *Tiberiada* , in
Galilæâ ; *Juliadem* autem cum vicis XIV, (non X,
ut habet Photius , *Biblioth. codic*. 238. *p*. *m*. 978.)
& *Abilam*, in Peræâ. *Ant*. XX. *c*. 5. *Bell* II. *c*. 12.
Ex quô facile fuerit judicare , quantum *Agrippa*
patre minor fuit. Ut inter Reges *Tacito Hist*. V. 376
c. 9. ad modicum redactos computari possit. Nam
ex *Judæâ*, *majori Galilææ parte*, *& Samariâ*, (qui-
bus præerant *Præfecti Romanorum* ,) nihil habuit
præter *jus in Templum*. *Ant*. XX. *c*. 8. Quo quidem
ita strenue fuit usus, ut brevi tempore *quatuor Sum-
mos Pontifices* dejecerit , *sex* statuerit. *Ant*. XX. *c*. 6,
7, 8. Et laudandum hoc equidem de *Ananô* abro-
gato : cum is non solum *decimas Sacerdotum* vi cor-
riperet ; sed & *Jacobum fratrem Domini* , & alios
pios lapidatione interficeret. *Ant*. XX. *c*. 8. Ab eo
tempore , *Agrippa* bis pro Romanis arma sumpsit.
Primo , contra *Parthos* , qui Armeniam raptave-
rant: *Duos veteres Reges*, inquit Tacitus Annal. XIII.
c. 7. *Agrippam & Jocchum* , *expedire* jussit *copias*,
queis Parthorum fines ultro intrarent. Alterâ vice,
contra gentem suam. Nam *decimô septimô regni A-
grippæ annô* , *duodecimô Neronis* , bellum illud la-
mentabile exortum est , ad quod merito Orbis ex-
pavescit. Utpote in quo florentissima quondam 377
Gens Judaica, clade miserabili aut eversa aut disper-
sa fuit : terris vastatis , urbibus excisis , Templo
etiam incomparabili combusto. Cujus quidem a-
trocis incendii fax & tuba fuit *Florus*. *Tacit. Hist*.
V. *c*. 10. Præfectorum gentis omnium iniquissimus:
qui inauditâ suâ tyrannide & avaritiâ , gentem ad
deficiendum impulit. *Ant*. XX. *c*. 9. *Bell* II. *c*. 13, 14,
15, 16. *Hegesipp. Excid*. II. *c*. 8, 13. *Hujus*, inquit
Photius Biblioth. codic. 76. p. m. 169. *impotentem
dominatum crudelitatemque* , *Judæorum natio non fe-
rens* , *tumultuari cæpit* , *melius esse rata simul & in
libertate*, *quam lente & paulatim & in servitute peri-
mi*. Agrippa quidem , popularium suorum mise-
ratus sortem , multa fecit pro salute populi ; &
tam per sese, ἁλώσ. II. *c*. 16. quam per alios, ἁλώσ.
II. *c*. 24. strenue seditionem dehortatus fuit *:* Sed
ita erant omnium animi *Flori* injuriis efferati & ex-
acerbati, ut *Agrippam* utilia cum lacrumis suaden- 378
tem saxis appetitum urbe moverint. ἁλώσ. II. *c*. 16.
Hegesipp. Excid. II. *c*. 9. & Legatorum ejus alterum
morti dederint ; alterum saucium in fugam egerint.
ἁλώσ. II. *c*. 24. *Hegesipp. Excid*. II. *c*. 15. Palatiis
ejus , Sororisque , incensis : & bonis raptis. ἁλώσ.
II. *c*. 17, 26. *& in Vit. Joseph. p. Gelen*. 1008. *He-
gesipp*. II. *c*. 10. *&* III. *c*. 3. Præsidio etiam, quod
in urbem ad malos compescendos miserat , hostili-
ter habito, circumsesso, pulso. *Bell. Jud*. II. *c*. 17.
Hegesipp. II. *c*. 10. Quare *Agrippa* , insanabilem
videns hominum sævitiam , aliâ viâ insistendum
duxit: & junctis castris cum Romanis exercitibus,
vi & ille agere cæpit, *Bell. Jud*. III. *c*. 1, 3. Ut et-
iam in obsidione *Gamalæ* vulnus *dextrô cubitô* acce-
perit. *Bell. Jud*. IV. *c*. 1. *Hegesipp*. IV. *c*. 1. Inter il-
las turbas *Nero* interficitur. Quo tempore *Vespa-
sianus* , quem *Nero* ad bellum Judaicum delegerat
cum tribus legionibus, *Tacit. Hist*. I. *c*. 10. filium
sta-

379 statuit mittere ad *Galbam*, partim ad gratulandum:
Tacit. loc. cit. Sueton. VIII. *c.* 5. partim ad ejus super
bello voluntatem exquirendam. ἀλώσ. v. c. 6. Taci-
tus, *Hist.* II. *c.* I. inquit: *Causam profectionis, offi-
cium erga Principem, & maturam petendis honoribus
juventam ferebat. Sed vulgus fingendi avidum disper-
serat, accitum in adoptionem.* Hac occasione *Agrip-
pa* itineris socium se præbuit, & (*Titô* quanquam
cædis Galbæ famâ exterrito & in Syriam se referen-
te, *Tacit. loc. cit.*) Romam adiit. *Bell. Jud.* V. *c.* 6.
Hegesipp. Excid. IV. *c.* 21. Unde Baronius, *Annal.
ad Ann. Chr.* 73. *num.* 8. fingit eum non reversum:
A quô tempore, inquit, Agrippa *navigavit Romam
ad Galbam, non amplius reversus est in Judæam: nec
post eum aliquis suffectus est in locum ipsius Rex Judæ-
orum, Romanis tantummodo Judææ dominantibus.*
Cum tamen *eôdem annô* mox redierit. Nam cum
audiret occulte agi de *Vespasiano* eligendo ad impe-
380 rium, cito gradu domum se mox contulit. Taci-
tus, *Histor.* II. *c.* 81. inquit: *Mox per occultos suo-
rum nuncios excitus ab Urbe Agrippa, ignarô adhuc
Vitelliô, celeri navigatione*, (scilicet ut se cum aliis
illic loci Regibus, Vespasiano jungeret, ejusque
juvaret partes) *properaverat*. Et quomodo non re-
diisset, qui in Titi auxiliis fuit contra Hierosoly-
mam? *Tacit. Hist.* V. *c.* I. Patre Titi jam rerum
potiente? Et bello confecto Romæ iterum adsuit
cum *Sorore*, ibique honores prætorios suscepit?
Xiphilin. epit. Dion. in Vespasian. Non dicam: Quod
cum *Soror* domum missa à *Titô* sit; teste *Aurel. epit.
Hist. in Tit.* (domum autem aliam non habuit,
quam in regno fratris:) non videatur quomodo
frater eam tum non comitatus fuerit. Nam certe
Agrippa, qui à *Sorore* alias vix potuit divelli, mi-
nus videtur eam dolore repudii oppressam desertu-
rus aut ab eâ recessurus. Omitto etiam, quod cum
Agrippa LXII. Epistolas Romam scripserit ad *Fla-*
381 *vium*, quibus *ejus libros* comprobarit; *Vit. Joseph.
Gelen. p.* 1026. *Euseb. Hist. Eccles.* III. *c.* 9. alibi quam
in regno eum tum fuisse aut scripsisse, non sit con-
sentaneum. Nam quo alio extra Romam & Cæ-
saris aulam loco tam diu desideret, ut tot epistolis
rogaretur atque responderet? Satis ergo docetur
Baronius, quod *Agrippa* à quo ad *Galbam* naviga-
verat, rediit in regnum; *& vel aliquoties.* Sunt
qui *bellô* seorsim valent, sunt qui *pace*: *Agrippa*
utrimque fuit præstantissimus. *Munificentiâ in sub-
ditos, Pietate in patriam, Mansuetudine, Sapientiâ,
æquitate clarus.* Ut si aliqua non accessissent, de
quibus *Num.* 72. non suorum, sed Principum lau-
datissimus audire posset. *Cæsareæ Philippi* auxit po-
mæria. *Berutam* extulit & exornavit ad invidiam:
omni artis cultu decoratum. cum præter externam
urbis elegantiam, cives ipsos coleret egregie, spe-
ctacula annua publice constituendo, & magnam
vim olei frumentique iis erogando. *Ant.* XX. *c.* 8.
382 Exstat ejus Oratio ad rebelles Hierosolymitanos,
Bell. Jud. II. *c.* 16. *Hegesipp. Excid.* II. *c.* 9. ex quâ
studium in patriam, an dicentis moderatio magis
luceat, haud facile quis judicaverit. Plena certe est
apparatu omni Sapientiæ, & authore vere digna
suo: ut qui non modo inter ἄνδρας παιδείας ἑλληνι-
κῆς μετεσχηκότας, *l.* I: *contra Apion. p. Gelen.* 1037.
aut ἐπὶ πλεῖσον ἱκόντας, *Vit. Joseph. p. Gelen.* 1026.
fuit numeratus; sed & ob *rerum Divinarum* scien-
tiam laude publicâ ornatus ab Apostolo. *Act.* XXVI.
c. 3. 26. Nam hic ille *Agrippa* est, coram quo &
Festô Paulus causam dixit, & quem ita orando
Paulus subiit, ut publice coram conventu testatus
sit: *parum abesse quin Paulus sibi persuaserit. Act.*
XXVI. 28. *Phot. Biblioth. cod.* 238. *p. m.* 978. *Niceph.
Hist.* II. *c.* 30. Saltem totâ actione liquet amor &
studium *æquitatis* in *Agrippâ*. Nam cur Paulum
alias audire sic desideraret? *Act.* XXV. 22. Cur eum,
383 ut pro se responderet, animaret? *Act.* XXVI. 1.
Quin imo: super innocentiâ ejus testaretur, dice-
retque eum potuisse dimitti, nisi forum Præsidis
declinasset, & ad Cæsarem ultro appellasset? *Act.*
XXVI. 32. Obiit tandem pene septuagenarius, an-
no regni LI. anno imperii Trajani III. Et in eo re-
gnum *Herodiadum* exaruit. Photius, *Biblioth. co-
dic.* 33. *de Justo Tiberiensi*: ἄρχεται, inquit, τῆς ἱσορίας
ἀπὸ Μωσέως, καταλήγει δὲ ἕως τελευτῆς Ἀγρίππα, τοῦ
ἑβδόμου μὲν τῶν ἀπὸ τῆς οἰκίας Ἡρώδου, ὑσάτου δὲ ἐν τοῖς Ἰου-
δαίων βασιλεῦσιν· ὃς παρέλαβε μὲν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ Κλαυ-
δίου, ηὐξήθη δὲ ἐπὶ Νέρωνος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ Οὐεσπα-
σιανοῦ, τελευτᾷ δὲ ἔτει τρίτῳ Τραϊανοῦ, οὗ καὶ ἡ ἱσορία κα-
τέληξεν.

Quæ cum ita sint, non audiendus *Gorionides*,
& qui *Agrippam* ajunt à *Vespasianô* occisum *quartô
annô* ante finem Hierosolymorum. Tzemach Da-
vid, *part.* I. *millen.* 4. *ad ann.* 804. inquit: גם את 384
אגריפס המלך ובנו מונבז הוליך אספסיאנוס עמו
כאשר עלה מירושלם לרומי להתקסר שם
באמרו אולי ינטו אחרי אחיהם היהודים וימרדו
ביה לימים אחרים אחרי התקסר אספסיאנוס
ויקצוף על אגריפס מלך היהודים כי הלשינו
עליו לאמור שחשב לבגוד בו וכי שלח לירושלים
מכתב על ככה רימת אותו ואת מונבז בנו לפי
חרב: *Agrippam quoque Regem, & Monebazum fi-
lium ejus secum deduxit Vespasianus, cum Hierosoly-
mâ discederet Romam, ut ibi Imperator crearetur, di-
cens: forte deficerent ad fratres suos Judæos. Post
aliquot autem dies, ipsi rebellarunt adversus ipsum jam
Imperatorem factum. Succensuit Vespasianus Agrip-
pæ, Regi Judæorum: calumniati enim sunt ei apud
ipsum, quod cogitasset eum decipere, & misisset cer-
tam Epistolam Hierosolymam. Ideoque interfecit eum* 385
gladiô, & filium ejus Monebazum. Et R. Azaria,
in libr. Meor enajim Imre binah. c. 51. צא ובדוק
בכל שלשלת מלכי בית שני וכהניה הנכתבים
מאת כל יודעי העתים כי לא תמצא זכר
הילני ומונבז רק מונבז בן אגריפס האחרון אשר
מזרע הורודוס שנהרג הוא והמלך אביו בהרבן
הבית: *Scrutare & percurre universam seriem Regum
domus secundæ, & Sacerdotum ejus, prout descripti
sunt apud omnes Chronologos: nullam invenies fieri
mentionem Helenæ & Monebasi, nisi filii Agrippæ ul-
timi è stirpe Herodis, qui cum Rege Patre suô inter-
fectus est in excidiô Templi.* At quid juvat Agrip-
pæ *filium* tribuere, quem nunquam, uti nec *Uxo-
rem* habuit? Quid sibi vult cum dicere occisum,
ante captam Hierosolymam, qui post bellum ad-
huc imperavit? Quid attinet eum â *Vespasianô* in-
terfectum, qui *Vespasiano & omni stirpi ejus* super-
vixit? [mortuus scilicet primum sub *Trajanô*:] & 386
qui ab eo in honore fuit habitus? Nam non solum
cum *Vespasianus* magni fecit in *Judæâ*: (dum Cæ-
sareæ apud eum XX dies substitit: Tiberiada & Ta-
richæas expugnatas ei reddidit. *Bell. Jud.* III. *c.* 16,
17, 18, 19. *Hegesipp. Excid* III. *c.* 22, 23, 25, 26. &
defensum contra Tyrios, ῥωμαίοις φίλον appellavit.
Vit. Joseph. p. Gelen. 1030.) sed & *Romæ*: ubi ei
honores prætorios contulit. *Xiphilin. supr.* Ut sub
Vespasianis θαυμαςότατος dici, & libros *Flavii* cen-
sere potuerit. *Joseph. l.* I. *contra Apion. p. Gelen.*
1037. *& in Vit. p.* 1026, 1027. Imo: sub *Vespasia-
nô* magis fuerit auctus, quam sub *Nerone*. Teste
Justô Tiberiens. apud Phot. supr. Quanquam enim
hunc Tiberiensem, Flavius, *in Vit. loc. cit.* arguat
mendacii: tamen hoc non intelligit nisi de *Belli
Historiâ*, cui non interfuit. Quod autem de *A-
grippæ regnô & annis* simul fuerit mentitus, ita non
movet suspicionem *Flavius*, ut etiam ejus adstruat
contrarium: dum testatur eum *Beruti apud Agrip-* 387
pam vixisse, & apud eum in parte servitii fuisse,
vel cum capitis periculo. *Vit. Joseph. p.* 1026. Ut
quin *Tempus dominationis Domini*, recte sciverit,
haud sit dubitandum. Scaliger, *animadv. p.* 176.
inquit: *Iste Junior Agrippa obiit tertio anno Trajani*;
ut

ut testis erat Justus Tiberiadensis, qui ipsi Regi Agrippæ Chronologica sua obtulit. Quod equidem non intelligo. Nam cum *Justus* ille Historiam suam primum edidit *Agrippâ mortuo*; quemadmodum ea *Agrippæ finis* meminit, & hoc ei *Flavius* exprobravit. *Vit. Joseph. loc. cit.* fuitne illa vero oblata *Agrippæ mortuo?* Sed hæc ἐν παρόδῳ. Mitior paulo est error Eusebii, quo in *Chronic. p.* 160. Agrippam dicit regnasse tantum *annos* XXVI. Quasi cum gente Judæorum desiisset. Quia enim *Eusebius* illud deprehendit intervallum, inter gentis funus & Agrippæ initium; putavit etiam regnum ejus cum *Ju-
388 dæis* terminatum. Quod falsissimum. Nam cum regnum Agrippa non habuit in *Judæâ*, sicut supra: utique neque in *Judæâ* illud potuit amittere. Nisi quis malit comminisci cum Carolo Stephani, *Lexic. Histor. voc. Agripp.* quod *Agrippa hic totum Herodis Magni regnum habuisset, præter Hierosolymam & munimenta quædam Archelai.* Quod est somniare vigilandô. Nam ne pagum quidem *tractus Archelai* habuit: nec ex totâ *Antipæ Tetrarchiâ* præter IV *Urbes*, duas in Galilæâ, & totidem in Peræâ, Cappellus *Hist. Apost. & Judaic. p. m.* 85. magnum monstrum ait, cum sic de *Agrippa* scribit: *Annos regnavit* XIII, *menses* VIII, *dies* XX. *Neroni regnum suum reliquit testamento. Duxit uxorem Mariammen Olympiadis & Josephi filiam; Herodis Chalcidis Regis, ante conjugem.* Fabulæ! Nam hac ratione *Agrippa* decessisset ante belli initium: ut quod *decimo septimo ejus anno* cæpit. Quæ de *Uxore* scribit, & illa portentosa sunt. Ut mirum unde
389 somnia hæc surrepserint. Quibus paria habet Serarius, *Opusc. de Herod. c.* 20. *p. m.* 242. cum sic dicit de Agrippa: *Druso ejusque Uxori Anthoniæ fuit gratissimus: Primo Rex factus Tetrarchiæ Philippi, hinc Rex Chalcidis, post Herodis patrui mortem.* Quot sententiæ, tot sphalmata. *Agrippæ hujus* tempore, nullus *Drusus* fuit. Patri *Agrippæ Majori*, *Drusus* qui fuit familiaris, non erat *maritus Anthoniæ*, *Claudius Drusus*: (scilicet qui jam ante *sub Augusto* citra Rhenum decesserat. *Tacit. Annal.* I. *c.* 3. *Dio Hist. Rom.* LV.) sed *hujus Nepos* ex fratre *Tiberiô*: fraude *Sejani* ante sublatus, quam vel *Major Agrippa* venerat ad regnum. *Ant.* XIIX. *c.* 8. *Tacit. Annal.* IV. *c.* 8. Nihil igitur hæc ad *Agrippam Juniorem*. Qui etiam certe prius accepit *regnum Chalcidis*, quam *Philippi Tetrarchiæ*. Sicut ante fuit demonstratum. Errat & Photius, *Biblioth. cod.* 238. cum patre mortuo, Agrippam *Romam* navigasse tradit. Neque enim habuit opus: qui tum certe *Romæ*
390 fuit. Flavius, *Ant.* XIX. *c.* 7. inquit: ὁ δὲ τεθνεῶτος υἱὸς ἀγρίππας, ἐπὶ ῥώμης ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ τρεφόμενος παρὰ κλαυδίῳ καίσαρι. Nonnulli cum Carolo Stephani, *in Lexic. Histor. voc. Agripp.* Agrippæ regnum extendunt ad *annos* LVI. Quorum fallit calculus. Nam regnum *Agrippæ* nullum fuit ante *Chalcidis*: quod *octavo anno Claudii* delatum, *Ant.* XX. *c.* 3. & inde protensum ad *Trajani tertium*, illam minime acquiret summam.

Memorabile est, quod & *Agrippa Junior* fuit dictus *Herodes*. Nam *in Tract. Sanhedr. capit. Chelech.* בר כוזבא מלך תלתא שנין ופלגא׳ אמר להן לרבנן אנא משיח פרש״ עם מלכות הורודוס היה: *Bar Cozba regnavit tribus annis & dimidiô: Dixit autem Rabbinis, Ego sum Messias.* Glossa R. Salomonis: *cum regnô Herodis fuit.* Herodes illic, est *Agrippa Junior*: cujus scilicet tempore ille *Bar-
391 Cozba*, [aliis *Ben-Cozeba*, vel *Ben-Coziba*, filius mendacii & falsitatis] dum *Titus* obsideret urbem, interfectus est. Iterum Talmud, *in Sanhedr. eod. cap.* בר כוזבא מלך תלתא שנים ופלגא אמר להם לרבנן אנא משיח אמרו ליה במשיח כתיב דמימח ודאין נחזי בך אי מריח ודאין כיון דחזיאו דלא מריח ודאין קטלוהו: *Bar-Cozba regnavit tribus annis & dimidiô. Dixit enim ad Magistros: Ego sum Messias. Dixerunt ei: de Messiâ scribitur* [*Esa.* XI. 3.] *quod odorans erit & judicans* [odorandô sciens quis reus & quis innocens] *videbimus ergo num tu odorandô valeas judicare. Cumque vidissent quod non esset odorans, & judicans, occiderunt eum*: Differentia aliqua est in Gemarâ, *Sanhedr. c.* 11. *fol.* 93. בר כוזבא מלך תרתין שנין ופלגא אמר להון לרבנן אנא משיח אמרו ליה במשיח כתיב דמורח ודאין ניחזי אנן אי מרח ודאין כיון דחזייה דלא מריח ודאין קטלוה: *Coziba regnavit duos annos & me- 392
dium: Dixit autem Rabbinis, Ego sum Messias: Dixerunt ipsi, de Messiâ scriptum est, quod odoretur certissime,* (solo odore discernat sontem ab insonte, sic exponit R. Salomo) *videbimus igitur num odoreris certissime. Postquam viderunt eum non odorari certissime, occiderunt eum.* Et hæc hactenus, *Bar-Cozeba* autem sub *Hadrianô*, prius dictus *Ben-cocheba*, alius impostor fuit: nempe occisus non à Judæis, sed ab *Hadrianô*. Sicut *Num.* 76. Ut cum alter horum fuerit sub *Herode*, & alter sub *Hadrianô*; confundi ab Altingiô, *in Schil.* IV. *c.* 11. non debuerint.

Denique: etiam quædam apponenda sunt de *Jacobô* supra ab *Ananô* lapidatô. Nominatur ille simpliciter Jacobus *Act.* XV. 13. & XXI. 18. *Gal.* II. 9. vel cum addito: frater domini. *Gal.* I. 19. *Joseph. Ant.* XX. *c.* 8. *confer Matth.* XIII. 55, 56. *Marc.* VI. 3. Patribus dicitur cognomento *Justus*: *Hegesipp. Hypomnem.* V. *Euseb. Hist. Eccles.* II. *c.* 22. *Hieron. ad 393
Gal.* I. imo, δικαιότατος· δι' ἀκρότητα ἧς μετῄει κατὰ τὸν βίον, φιλοσοφίας τε καὶ θεοσεβείας &c. *Clem. ap. Euseb. loc. cit.* Erat enim vir tantæ sanctitatis & amoris in populo, ut fimbriam vestimenti ejus omnes certatim nisi sint attingere. *Hieron. loc. cit.* Natales quod attinet: Pater ei fuit *Josephus*, Salvatoris nutritius; qui eum & *Josen*, *Judam*, *Simeonem*, sed & *aliquot filias*, (*Matth. & Marc. loc. supr.*) ex uxore ante *Mariam*, sustulit. Epiphanius, *l.* 2. *adv. Hæres. Tom.* II. *p. m.* 636. inquit: παρῆλθεν Ἰάκωβος ὁ πρῶτος ἐπισκοπεύσας ἐν ἱεροσολύμοις, ὁ ἀδελφὸς ἐπικληθεὶς τοῦ Κυρίου, παῖς δὲ τοῦ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς ἰδίας αὐτοῦ γυναικὸς γεννηθεὶς, σὺν τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ ἀδελφοῖς, οἷς συναναστραφεὶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου κατὰ σάρκα γεννηθεὶς, ἐν τάξει ἀδελφῶν ἔσχε, 394
τοῦ καλεῖσθαι αὐτῶν ἀδελφὸς &c. Unde & *Judas*, frater *Jacobi*, *Matth.* XIII. 55. *Marc.* VI. 3. Hegesippo, *apud Euseb. Hist.* III. *c.* 15. statuitur ὁ ἀδελφὸς κυρίου λεγόμενος κατὰ σάρκα. *Patria* fuit villa *Sechania*: nisi fallunt Talmudici. Midrasch Kohelet, & Aboda Zarah, *cap.* 2. inquit: ר״ אלעזר בן דמה נשכו נחש ובא יעקב איש כפר סכניא לרפאותו בשום פלוני ולא הנוה ר״ ישמעאל אל״ אין אתה רשאי בן דמה: *R. Eleazarum filium Damah momordit Serpens: venitque Jacobus vir de villâ Secaniâ, ad curandum eum in nomine talis. Et non permisit ei R. Ismaël, sed dixit ei: non licet tibi fili Damah.* Et Glossa *En Mischpath*: ובא יעקב איש כפר שכניא שמו לרפואותו בשם רבו ישו: *Accessit Jacobus de villâ Schechaniâ, ut sanaret eum in nomine Magistri sui Jesu.* Hæc illi. *Jacobum*, cum adolevisset, *Hierosolymorum Episcopum* fuisse, 395
tota pene concinit Antiquitas. *Cyrill. Hierosol. Catechesi.* 4. *Augustin. exposit. Epist. ad Galat. Epiphan. loc. supr. Hieronym. in Catal. Script. Haym. Hist. Eccl.* I. *c.* 26. *Niceph. Hist.* II. *c.* 38. institutum scilicet, vel ab ipso Servatore: *Chrysost. homil.* 38. *in* I. *Cor.* 15. vel, (quod magis verisimile,) ab Apostolis. ὑπὸ πρὸς τῶν ἀποστόλων, inquit Clemens *ap. Euseb. loc. cit.* ὁ τῆς ἐπισκοπῆς τῆς ἐν ἱεροσολύμοις ἐγκεχείριστο θρόνος. Et similia habet Eusebius, *Hist. Eccles.* II. *c.* 22. Διαδέχεται, inquit, τὴν ἐκκλησίαν μετὰ τῶν ἀποστόλων ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου Ἰάκωβος, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος *&c.* Ut mirum non sit, cur cum plures essent *fratres Domini*, *Matth.* XIII. 55, 56. *Marc.* III. 31, 32.

32. 1. *Cor.* IX. 5. Jacobus tamen solus aut præcipue,
ob officii & rerum aliarum claritatem, *frater Domini*
salutatus fuerit. Nam stupenda de ipso me-
396 morat Antiquitas. Hegesippus, *Hypomn.* V. *cit. Euseb.*
loc. supr. inquit: *Hic ab uterô matris suæ sanctus*
fuit, vinum & siceram non bibit, animalium abs-
tinuit carnibus, novaculâ caput nunquam rasum fuit,
corpus oleo non unctum, aut ablutum balneo. Huic u-
ni licebat in Sancta Sanctorum ingredi, vestibus ute-
batur non laneis sed lineis, (Sindone juxta *Haymon.*)
Solus in templum intrare solitus fuit, & ibi genibus
positis veniam populi pro peccatis postulare: ut genua
ipsi, quod tam crebro adoraverit; cameli instar tuber-
culis obduruerint. Qui propter singularem justitiæ præ-
stantiam, Justi & Obliæ, (quod populi præsidium &
Justitia dici posset) nomen, sicut Prophetæ memorant,
invenit. Eadem habet Haymom, *Hist. Eccles. loc.*
cit. Epiphanius autem, (quem Nicephor. *Hist. Eccles.*
II. *c.* 39, 40. sequitur) præterea adjicit, *Hæres.*
78. quod *in perpetuâ virginitate vixerit, adolescens*
fuerit qui captô Christô linteum dimisit, quod Johannem
& Jacobum vitæ socios habuerit, bracteam gesta-
verit, aliquando in siccitate pluvias impetraverit, cal-
ceamenta non induerit, & denique anno ætatis XCVI,
397 *post Christum assumptum circiter vigesimo quarto, à*
Fullone ligno percussus in caput, postquam illæsus è
Templi pinnis esset dejectus, animam deposuerit. In
quo *mortis* genere *alii* consentiunt: sed diversis cir-
cumstantiis. Clemens & Haymo, *loc. alleg.* refe-
runt, quod Judæi videntes Paulum elapsum, *Act.*
XXVII. 1. vim deinceps in *Jacobum* verterint: &
dum ille rogatus ut Christum abnegaret, tanto ma-
gis publice eum commendaverit, ejectum eum de
Templi πτερυγίοις, dum genibus positis oraret vel
pro hostibus, fullonis vecte cæsum interemerint.
Hegesippus autem *loc. cit.* culpam maxime rejicit
in *Pharisæos*. Hos enim & Scribas, ad *Jacobum*
accessisse, ut pro authoritate suâ, plebem avide
se Christo dantem, festo Paschatos publice dehor-
taretur. Cum ille tamen pro officii sanctitate, to-
tis viribus egerit contrarium: & Christum sedere
à dextris potentiæ & virtutis Dei, indeque in cæ-
li nubibus adfuturum. Itaque Scribas & Phari-
398 sæos concitatos, sursum ad eum in pinnacula con-
volasse, & inde eum detrusisse. Quo præcipitio,
cum non statim moreretur, dum in genua exce-
ptus ad precandum se componeret, *fullonem* su-
pervenisse, qui vecte caput fregerit. Hactenus
Patres: Sed decepti hinc inde, (ut arbitror) ab
Apocryphis. Neque enim *Josephus*, qui αὐτόπτης
rei esse potuit, *Jacobum* dicit *vecte* occisum; sed
lapidibus interfectum. Ὁ ἄνανος, inquit *Ant.* XX.
c. 8. νομίσας ἔχειν καιρὸν ἐπιτήδειον, διὰ τὸ τεθνάναι μὲν
Φῆστον, ἀλβῖνον δὲ ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπάρχειν, καθίζει
συνέδριον κριτῶν. καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν ἀδελφὸν Ἰη-
σοῦ τοῦ λεγομένου χριστοῦ, ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας
ἑτέρους, ὡς παρανομησάντων κατηγορίαν ποιησάμενος,
παρέδωκε λευσθησομένους. Adhæc: Templi πτερύγια
acutis verubus fuerunt consita, ut ne aves quidem
399 insistere potuerint. *Joseph. Bell. Jud.* VI. *c.* 6. mul-
to minus homines. Et cum Templi altitudo *cen-*
tum æquasset *cubitos*, *Joseph. Ant.* XV. *c.* 14. *Bell.* VI.
c. 6. mirum quomodo inde aliquis audiri potuit.
Bracteam gestavit non *Jacobus*; sed *Johannes*. Uti
asserit *Eusebius*, ex Epistolâ *Polycarpi*. Ingressus
Jacobi in Sancta Sanctorum nimis quam prodigio-
sus est. Nam quod soli licuit *generi Sacerdotali*,
imo ex hôc, soli Pontifici, *Hebr.* IX. 7. *Joseph.*
ἁλώσ. loc. cit. quomodo licuisset homini, non di-
cam non *Pontifici*, aut *capaci Sacerdotii*, (orto sci-
licet ex *tribu Judâ*) sed & habito pro *hæretico*? De-
nique: Si *Jacobus* martyr coronatus *anno ætatis* XCVI,
Christi autem ascendentis *vigesimo quarto*, erit is
Adolescens, qui deserto fugit linteo; erit *Adolescens*
major vel septuagenario. Quæ & alia pronum

est hîc deprehendere. Ut Baronius, *ad ann. Chr.*
68. his tam credulus esse non debuerit. Sed an
Jacobus hic idem qui *Alphæi*, & *Apostolus*? Affir-
mant plurimi, sed absque ratione. Nam (1) ἐπί- 400
κλησις *fratris domini*, hoc non patitur. Etiamsi e-
nim *Scripturæ* λέξει cognati interdum solent dici
fratres: tamen nemo hoc probabit ex *Josepho*; aut
quod illi *frater* sic accipiatur. Denique: *frater*
κατὰ σάρκα, obstat. Finge tamen *fratrem* fuisse,
hoc est: *cognatum*, an dabis rationem, ob quam
hic magis *frater domini* dici debuerit, quam *alii si-*
miles Christi ἀνεψιοί. *Euseb.* III. *c.* 10. aut ob quam
ille honoris justam habuit prærogativam: quâ &
primus sententiam ferre in concilio, *Act.* XV. 13, 19.
& Petro ac aliis στύλοις Ecclesiæ *Gal.* II. 9. potue-
rit anteponi. (2) Jacobus Hierosolymis tanquam
Episcopus semper hæsit. *loc. supr.* & *Act.* XV. 13. &
XXI. 18. *Gal.* I. 19. & II. 9. At *Alphæo*, aut ali-
cui ex Apostolis minime sic licuit esse sedentario:
jussis scilicet in mundum universum ire &c. *Marc.*
XVI. 15. *Matth.* XXVIII. 19. *Act.* I. 8. Unde hoc no-
strum argumentum contra Pontificios: *Petrus fuit*
Apostolus, ergo non Romæ Episcopus. Et conversim. 401
(3) Fratres Domini clare distinguuntur ab Apo-
stolis. Nam post adoptatos à Christo XII *Aposto-*
los, & inter eos τὸν Ἀλφαίου, qui cum ipsô essent,
foris veniunt *mater* & *fratres*, & mittunt de col-
loquiô. *Marc.* III. 14, 18, 31, 32. *Matth.* X. 2, 3.
collat. cum Matth. XII. 46. Adhæc: fratres Christi
in eum non crediderant. *Joh.* VII. 3, 5. An vero
Apostoli in Christum non crediderant, aut opus ha-
buerant foris stantes admissionem ad ipsum petere
per internuncios? Novi, veteresque, in senten-
tiam contrariam, ex locô, *Gal.* I. 18. sunt inducti:
quasi *Paulus* dicens, ἕτερον τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον εἰ μὴ
ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου, necessario *fratrem Domi-*
ni appellasset *Apostolum*. Cum tamen particula εἰ
μὴ sæpe sumitur pro ἀλλά: velut *Luc.* IV, 26, 27. &
ἐὰν μή. *Gal.* II. 16. & non semper *excipit*.

Possevinus, *Bibl. tom.* I. *l.* 2. *c.* 61. & *tom.* II. *l.* 16.
c. 14. *Josepho* facit injuriam, dum contendit eum,
causam excidii Hierosolymitani potius Jacobi neci, quam 402
morti Domino Iesu illatæ tribuere; & errare. At
nunquam & nuspiam *Josephus* ita statuit. Eusebius
quidem, *Hist. Eccles.* II. *c.* 22. hoc de eô refert: ὁ
γοῦν, inquit, Ἰώσηπος, οὐκ ἀπώκνησε καὶ τοῦτ' ἐγγρά-
φως ἐπιμαρτύρεσθαι, δι' ὧν φησὶ λέξεων· ταῦτα δὲ συμβέ-
βηκεν ἰουδαίοις κατ' ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν
ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου χριστοῦ. ἐπειδήπερ δικαιότατον
αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν &c. Sed memoriâ
lapsus est, aut ille, aut quem sequitur. Nam *Jo-*
nathanem aut *Ananum*, *Pontifices* à sicariis interfe-
ctos, de quibus similia narrat Josephus, *Ant.* XX.
c. 6. *Bell. Jud.* IV. *c.* 7. per errorem pro *Jacobô* sum-
psit. Aut hæc hausta ex *Apocryphô*. In *Josephô*
certe altum est silentium. Imo, si *Josephus* dice-
ret, an ideo hallucinatus esset? nego equidem: *Dis-*
paratorum unum, alterum non evertit. Quanquam
nemo non mallet à *Josepho*, quam Maimonide, 403
tract. de Regib. c. 11. dici: וזה גרם לאבד ישראל
בחרב ולפזר שאויתם ולהשפילם ולהחליף
התורה: *Et ille*, (Jezus Nazarenus) *causam dedit*
ut perderetur Jischraël gladiô, & dispergerentur reli-
quiæ ipsorum, & humiliarentur ipsi, & mutaretur
Lex &c.

71. *Drusus.*] In pubertate mortuus. *Ant.* XIIX.
c. 7.

72. *Bernice.*] Quasi βάρος νίκης: vel Macedo-
nice, pro φερονίκη. Ad eum modum, quo βίλιπ-
πος pro φίλιππος. Teste Plutarcho, *Quæst. Græc.*
91. Græcis fere *Bernice*: ut Latinis, *Berenice*. vul-
go *Veronica*. βασιλὶς & *Regina* dicta *Bell. Jud.* II.
c. 15. *Tacit. & Sueton. infrâ.* Decimum sextum an-
num ætatis agebat, cum *Pater* moreretur: nupta
tum *Herodi* patruo. *Ant.* XIX. *c.* 4. 7. Post cujus
ex-

excessum, *Ant.* xx. *c.* 3. fratri adhærere cæpit: non sine probrô vulgaris famæ. Creditum enim fratri per incestum mixtam. *Ant.* xx. *c.* 5. Unde Chry-
404 sostomo, *apud Cornel. à Lap. in Act.* 25. v. 13. uxor Agrippæ dicta. In cujus quasi arrham spurcitiæ, anulum illum pretiosum acceperat, de quô Juvenalis, *Satyrâ* VI.

---- Deinde adamas notissimus, & Berenices
In digitô factus pretiosior: hunc dedit olim
Barbarus incestæ dedit hunc Agrippa Sorori:
Observant ubi festa merô pede sabbatha Reges,
Et vetus indulget senibus clementia porcis.

Ubi, cum *Poëta* loquitur de Regibus, qui *merô*, id est, nudô *pede* festa celebrant: & *porcis senibus indulgent*, id est; parcunt, alludit mentione *Berenices*, ad ritus Judaicos: quatenus *Judæi* lege majorum vota nudipedes pro salute nuncupabant. *Bell. Jud.* II. *c.* 15. & suillæ carnis esu abstinebant. *Le-*
405 *vit.* XI. 7. *Tacit. Histor.* V. *c.* 4. Etsi male addat *Tacitus*, cum *Justinô*, *Histor.* XXXVI: quasi id fieret cladis memoriâ, quod ipsos quondam scabies turpaverat, cui illud animal obnoxium. Hierosolymis *Bernice* cum esset propter *votum*, magnum vitæ adiit periculum. Nam cum ea, in populi seditione contra *Florum*, nudis pedibus veniret ad tribunal, & *Florum* civibus ut parceret, deprecaretur, *Florus* non modo ei non assensus fuit; sed & milites ita efferati, ut obvium quemque tanto magis ejus sub conspectu trucidaverint. ausuri etiam aliquid in *Bernicen*, nisi ea in aulam se proripuisset, & eam armatis probe munivisset. *Bell. Jud. loc. cit.* Bellô autem à Judæis excitatô, cum *ipsius*, & *fratris* lacrymis populus non posset retineri, *Bell. Jud.* II. *c.* 16. *Hegesipp.* II. *c.* 9. Bernice ad Romanos transiit. Ibi clarior ei fama orta: cum paulatim *Vespasianos* Duces, *Flavium* quidem donis & munificentiâ; *Titum* autem corporis obsequiô, magnâ
406 arte sibi devinciret. Brevi in eam elata potentiam, ut etiam *Vespasiano Patri*, usui esse ad imperium potuerit. De quo Tacitus, *Histor.* II. *c.* 81. *Nec minore*, inquit, *animô Regina Berenice juvabat partes*, (Vespasiani scilicet, nitentis ad imperium:) *florens ætate famâque, & seni quoque Vespasianô magnificentiâ munerum grata.* Titum certe ita occupaverat, ut cum is in urbem ad *Galbam* missus esset, & *Corinthum* jam venisset, desideriô ejus vertisse iter, & in Judæam reversus creditus fuerit. *Tacit. Hist.* II. *c.* 2. Qui etiam tanquam pro comperto addit: *Juvenilem Titi animum à Berenice non abhorruisse.* Judæâ & urbe Hierosolymâ subactis, *Bernice* cum *fratre* Romam venit. Ibi quomodo habita fuit, ipso lubet ex *Authore* discere: Βερενίκη (inquit *Xiphilin. in Vespasian.*) ἰσχυρῶς τε ἤνθει, ϗ διὰ τοῦτο ϗ ἐς τὴν ῥώμην μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ Ἀγρίππα ἦλθε.
407 ϗ ὁ μὲν στρατηγικῶν τιμῶν ἠξιώθη, ἡ δὲ ἐν τῷ παλατίῳ ᾤκησε, ϗ τῷ Τίτῳ συνεγίγνετο· προσεδοκᾶτο δὲ γαμηθήσεσθαι αὐτῷ, ϗ πάντα ἤδη ὡς ϗ γυνὴ αὐτοῦ οὖσα, ἐποίει. ὡς' ἐκεῖνον δυσχεραίνοντας τοὺς ῥωμαίους ἐπὶ τούτοις ᾐσθημένον, ἀποπέμψασθαι αὐτὴν &c. *Per id tempus Berenice maxime florebat, & ob eam causam cum Agrippâ fratre Romam venit. Ille Prætoriis honoribus auctus fuit: Hæc habitavit in palatiô, cæpitque cum Titô consuescere. Spes erat eam Tito nuptum iri: Jam enim omnia ac si fuisset uxor, administrabat. Sed Titus, cum intelligeret Populum Romanum id moleste ferre, eam repudiavit: præsertim quod de iis magni rumores jam exorti essent.* Hæc ille. Et de *amore* quidem, & *repudio Berenices*, passim alii. Suetonius VIII. *in Tit. c.* 7. inquit: *Præter sævitiam, suspecta in Titô etiam luxuria erat: quod ad mediam noctem comessationes cum profusissimo quoque familiarium exerceret. Nec minus libido, propter exoletorum & spa-*
408 *donum greges, propterque insignem Reginæ Berenices amorem: cui etiam nuptias pollicitus ferebatur.* Et paulo post: *At illi ea fama pro bono cessit, conversaque est in maximas laudes &c. Berenicen statim ab urbe dimisit, invitus invitam.* Sext. Aurelius, *Epit. histor. in Tit.* inquit: *ut subiit pondus Regium, Berenicen nuptias suas sperantem, regredi domum præcepit.* Atque etiam addit: *Cæcinam, Consularem virum, cœnæ adhibitum, & vixdum tricliniô egressum, ob suspicionem stupratæ Berenices interfectum.* Quanquam apud Suetonium, *l.* VIII. *c.* 6. invenies: *eum necatum* urgente discrimine. *Quod deprehensum chirographum, quô continebatur præparata ejus apud milites conjuratio.* Uter autem ex his verum dixerit, seu an dixerit uterque, non tam certo fortean perspicies, ac quod erraverit seu *Dio*, seu *Xiphilinus*; qui Berenices repudium narrant sub rebus *Flavii Vespasiani*: quæ tamen primum dimissa à *Titô*, cum huic pondus Regium subiisset, *per* 409
Aurel. supra. id est: postquam *Titus* jam esset Imperator factus, Patre mortuo. Verba *Xiphilini* in *rebus Vespasiani* sunt: ὡς' ἐκεῖνον δυσχεραίνοντας τοὺς ῥωμαίους ἐπὶ τούτοις ᾐσθημένον, ἀποπέμψασθαι αὐτήν. *Ut etiam* Titus *sentiens Populum Romanum ægre ferre, eam* [hoc est, Berenicen] *repudiaverit.* Fuit igitur dimissa Berenice: & quidem *ab Urbe*; & quidem *domum. Per Author. supra.* Quæ domus ei alia nulla esse potuit, quam in fratris regnô. Sicut illic vici ejus. *Vit. Joseph. p. Gelen.* 1007. Ut saltem oblique refutentur, qui negant *Regnum Agrippæ ad hoc tempus duravisse.* Cæterum *Berenice*, quæ invita non modo ipsa; sed & *Tito* invito fuerat abdicata, amoris impatientiâ, & forte etiam sperans quod *Titus* iterato capi posset, *Romam* rediit. Quam tum quidem spes fefellit: postquam *Titus à quo solus tenuit imperium, nec cædes fecit, nec amoribus servivit; sed comis quamquam peteretur insidiis, & continens, quanquam Berenice in Urbem fuerat re-* 410
versa. Ita Xiphilinus. *Epit. Dion. in Tit.* ὅδε δὴ, inquit, Τίτος οὐδὲν οὔτε φονικὸν, οὔτε ἐρωτικὸν μοναρχήσας ἔπραξεν, ἀλλὰ χρηστὸς καίπερ ἐπιβουλευθεὶς, ϗ σώφρων καίτοι ϗ τῆς Βερενίκης ἐς ῥώμην αὖθις ἐλθούσης, ἐγένετο. τάχα μὲν γὰρ ϗ μετεβάλετο.

Et sic artes meretriciæ elusæ sunt, & *Bernice* è summô iterum lapsa, certe depressa & ad modicum redacta, sero tandem pœnas tulit *libidinis*, *fastus*, & *contemptus verbi:* quas in illâ fæditates *partim* loca profana supra adducta, *partim* sacræ literæ coarguunt. Certe cum *fratre* & *Festô* Paulum vinctum auditura, non modo advenit μετὰ πολλῆς φαντασίας, *Act.* XXV. 23. sed &, cum *Paulus* animos subiret, & Deum graviter inciperet orare, ut omnes qui ipsum audirent, similes seu Christiani fierent, illa quasi indignam eam vocem rata, mox surrexit, & cum fratre se subduxit. *Act.* XXVI. 30. *Opinor*, 411
inquit Annalium Scriptor ad ann. Chr. 58. num. 164. *pravi dæmonis factum invidiâ, quod Agrippa Paulum dicentem non siverit ulterius progredi: ne* (quod fecerat coram Felice, *Act.* XXIV. 25.) *de justitiâ, Castitate, & judiciô futurô, quâ Agrippam potissimum & Berenicen perstringeret, instituerет orationem; sed citius quam oportuit, idem Rex conventum solverit.* Liberos Bernice nullos habuit, præterquam ex *Herode:* eosque *Berenicianum* & *Hircanum*. *Ant.* XX. *c.* 3. *Bell.* V. *c.* 10. Cur autem τὸν ὑρκανὸν, Latini potius *Hircanum* pronuncient quam *Hyrcanum*, æstiment peritiores.

Ex quibus ita compositis liquet, quam male Schrevelius, *in Juvenal. Satyr.* VI. ℣. 155. ea probet *Lubini*, quod *Bernice* de quâ Poëta supra, Regina sit Judææ: & *Agrippa*, conjugis Bernices frater. Nam *Bernice* fuit Regina Judæa, non *Judææ*, quippe *Chalcidis:* Et non *hic*; sed *Agrippa Major*, 412
conjugis Bernices frater. Pejus rem corrupit *Scholiasta Vetus*, dum per *Agrippam* intellexit *Posthumum*: quasi is *Juliæ Sorori*, cum quâ habuisset incestum, anulum de quô *Juvenalis*, obtulisset. Nam *Juliam* quidem ob stupra ejectam notat Historia.

ſtoria. [*Vellej. l.* 2. *Tacit. Annal.* IV. *c.* 71. *Dio Hiſt.* LV. *Zonar. t.* 2. *Annal. in Auguſt. conf. Macrob.* 11. *Saturn. c.* 5.] ut & *Agrippam* ob morum feritatem: *Tacit. Annal.* 1. *c.* 3, 4. *Dio loc. cit.* ſed neutrum *ob inceſtum.*

Patet etiam quam inepte Baronius, *in Annal. ad ann. Chr.* 58. *num.* 64. *Juvenalem* ſupra à nobis productum explicat *ex Plinio: Ejuſdem*, inquit, *meminit Juvenalis occaſione pretioſiſſimi adamantis his verſibus. Deinde adamas notiſſimus* &c. *qui quidem alludere videtur pretioſo lapidi illi, quem prius dedit Ptolemæus Ægypti Rex, uxori ſimul & matri. Verum Plinius Hiſt. Nat.* XXXVII. *c.* 8. *tradit fuiſſe topazion.* At *Plinii* verba ſunt: *Egregia etiamnum To-*
413 *pazio gloria eſt, ſuô virenti genere* &c. *Juba Topazon inſulam in rubrô mari ſitam* &c. *tradit nebuloſam, & ideo quæſitam ſæpe navigantibus, ex eâ cauſâ nomen accepiſſe. Topazin enim Troglodytarum linguâ ſignificationem habere quærendi. Ex hac primum importatam Berenicæ Reginæ, quæ fuit mater ſequentis Ptolemæi, à Philemone præfectô Regis, ac mire placuiſſe: & inde factam ſtatuam Arſinoæ Ptolemæi Philadelphi uxori*, (eidemque Sorori) *quatuor cubitorum, ſacratam in delubrô, quod aureum cognominabatur.* Hæc ille, perquam aliene à *Baroniô.* Nam *Juvenalis* loquitur de adamante, & in anulo: *Plinius* de topazio, & eo rudi, aut in ſtatuâ. Deinde: falſo Baronius, *Ptolemæum dediſſe matri.* Dedit enim *Philemon*, præfectus: & quidem *matri Ptolemæi ſequentis.* Ut is *ſequens* ſi eſſet, jam non eſſet in imperio, & ſic neque ut *Rex* dare poſſet. Sed ne quidem ex *Pliniô* elici poteſt, quod donarit *Arſinoæ.* Nam is ſtatuam ei factam refert; non refert autem
414 à quo factam aut dicatam. Mirum itaque *Baronio* ſic videri. Nam nobis certe *Juvenalis* tamdiu *de unô* videbitur loquutus *Agrippâ*, donec poteſt oſtendi alius, qui *inceſtæ ſorori adamantem dederit:* ad quem potuit *Poëta* alludere. Neque enim *vox olim*, rei ſemper diu præteritæ eſt.

Sabellicus denique, *in paraphr. ad Sueton. Tit.* errorem geminat: cum exiſtimat *Berenicen Tito adamatam*, prius *Ariſtobuli*, hinc *Antipatri* fuiſſe uxorem. Quæ ex *Num.* 49. quam abſurda ſint, intelliges. Cum illic demonſtretur, *Bernicen Ariſtobuli*, ſub *Tiberiô* fatis functam: & ſic *Tito* minime fuiſſe in pretiô. conſtatque eam ſecundô matrimoniô junctam non *Antipatro*, ſed *Avunculo Antipatri.*

73. *M. Alexandri.*] Rarâ fortunâ, patre, patruo, & fratre, illuſtriſſimi. *Pater* fuit *Alexander Lyſimachus*, Judæus Alexandrinus ſui temporis ditiſſimus: qui in eâ civitate *Alabarcha*, (de quo
415 *Num.* 78.) & inde apud Urbem *Procurator matris Claudii* fuit. In quo officio cum offendiſſet *Cajum*, Princeps immitis in cuſtodiam eum duci fecit. Quâ poſtea *Claudius*, cum alia *Caji* acta reſcinderet, ut amicum veterem dimiſit, & reſtituit. *Ant.* XIX. *c.* 5. Ut male Baronius, in *Annal. ad ann. Chr.* 48. *num.* 30. *à Tiberiô* vinctum & à *Cajo* dimiſſum referat. Pietas ejus commendatur, *Ant.* XX. *c.* 3. & munificentia in Templum, *Bell. Jud.* VI. *c.* 6. ubi dicitur IX ejus portas auro & argento obduxiſſe. Quod ipſum tamen pretioſa prodigalitate poſtea igne Romanorum fluxit. *Bell. Jud.* VII. *c.* 9. *Hegeſipp.* VII. *c.* 42. Ex quo conſtat errorem iteraſſe Baronium, cum *ad ann. Chr.* 33. *num.* 260. donationem hanc dicit factam à patre Alexandri, *Tiberio.* Cæterum ζητέμενον eſt: *an hic Alexander ſedit Hieroſolymis in Concilio contra Apoſtolos? de quo Act.* IV. 6. Affirmant Baronius, *ad ann. Chr.* 19. *n.* 260. *& ann. Chr.* 42. *n.* 36. Cornelius à Lapid. *in*
416 *Act.* IV. *v.* 5. *p. m.* 109. Uſſerius, *Annal. ad ann. Chr.* 36. *p. m.* 623. & plurimi. Nos negamus. Judices enim rerum hæreticarum habitabant Hieroſolymis: *Alexander* autem vixit *Alexandriæ.* Certe non fuit Hieroſolymorum incola. *Jus judicandi Pſeudo-prophetam* penes ſolum *Concilium Magnum* fuiſſe, conſtat ex Libro Sanhedrin *diſtinct. mamonoth.* & R. Moſe Majemonid. *in Iad Chazakah tract. Sanhedrin c.* 1. אין דנים לא את שבט ולא נביא הקשר ולא את כחן גדול אלא בין דין של שבעים ואחר: *Non judicabant Tribum, neque Pſeudo-prophetam, neque Sacerdotem Magnum, niſi domus judicii ſeptuaginta unius.* Scilicet: conſtabat hoc Concilium ex LXX Senioribus Iſraëlis. *Exod.* XXIV. 1. 9. *Num.* XI. 16, 24. (lectis *ſenis* ex ſingulis tribubus, & deinde *binis*, per ſchedulas ſeparatis. *Sanhedr. c.* 1. *fol.* 17. 1.) unde dictum γερουσία τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. *Act.* V. 21. Quibus addebatur *Præſes.* Ex illis LXX. aliqui erant *Principes* ſeu *Primores populi:* (dicti ἄρχοντες, *Luc.* XXIII. 13. & XXIV. 20. πρεσβύτεροι; *Matth.* XXVII. 12, 41. & XXVIII. 12. *Marc.* XIV. 53. & XV. 1. 417
Luc. XX. 1. ἄρχοντες καὶ πρεσβύτεροι, *Act.* IV. 5. ἄρχοντες τοῦ λαοῦ, *Act.* IV. 8. πρεσβύτεροι, vel πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, *Matth.* XXI. 23. & XXVII. 1. *Luc.* XXII. 66. πρῶτοι τοῦ λαοῦ, *Luc.* XIX. 47.) qui alii non fuerunt, quam capita XI politicarum tribuum. 1. *Chron.* XXVII. 1. & II. *Chron.* V. 2. *collat. cum* 2. *Chron.* XIX. 8. Aliqui *Principes* ſeu *Summi Sacerdotum* (dicti ἀρχιερεῖς, *Matth.* XXVI. 3. & XXVII. 1, 41. *Marc.* XIV. 53. *Luc.* XIX. 47. & XXII. 66. ſicut שרי הכהנים 2. *Chron.* XXXVI. 14. ſeu γένος ἀρχιερατικόν. *Act.* IV. 6.) id eſt: capita XXIV. claſſium Sacerdotalium. 1. *Chron.* XXIII. 23. & XXIV. 4, 5, 31. & in his primus, S. Pontifex. Neque enim ἀρχιερεῖς hi eſſe poſſunt Summus Pontifex: quippe hic unus. *Joh.* XI. 49. & XIIX. 13. neque omnes alii Sacerdotes: quia ſic *Synedri* eſſent plures LXXI. Aliqui *Scribæ*, ſeu γραμματεῖς. 418
Matth. XXVI. 3, 57. *Marc* XIV. 53. & XV. 1. *Luc.* XIX. 47. & XX. 1, 2. & XXII. 66. *Act.* IV. 5. Qui & illi Sacerdotes, ſed ſcribendæ & interpretandæ legi dediti. *Jerem.* XXXV. 6, 32. *Pſalm.* XLV. 2. Unde νομοδιδάσκαλοι. *Luc.* V. 17. *collat. cum v.* 21. & *Matth.* IX. 3. *Act.* V. 34. Ex *Scribis* itaque legebantur in Senatum, XXXIV, *aut* XXXV: qui cum capitibus familiarum numerum *Synedrii* complerent. *Præſes* autem in Eccleſiaſticis, לכל דבר יהוה erat *Summus Pontifex:* in Civilibus autem לכל דבר המלך *Princeps Judæ.* 2. *Chron.* XIX. 11. prout lites omnes ad *Sacerdotes*, & *Summum Judicem* remittuntur. *Deut.* XVII. 9, 12. Unde & Jeremias, *cap.* XIX. *v.* 1. Teſtes jubetur aſſumere ex *Senioribus Populi*, & *Senioribus Sacerdotum.* & Codex Joma, *c.* 1. §. 5. מסרהו זקני בית דין לזקני כהונה: *Tradunt eum Seniores Senatus juridici, Senioribus Sacerdotalibus.* Et de S. Pontifice ſatis conſtat ex praxi adverſus Chriſtum & Apoſtolos. *Matth.* XXVI. 57, 62, 63. 419
Marc. XV. 53, 60. *ſeq. Luc.* XX. 54. *Joh.* XI. 47, 57. & XIIX. 13, 19, 24. *Act.* IV. 6. & V. 17, 21, 27. & VI. 15. *collat. cum* VII. 1. & IX. 1, 2. & XXII. 5, 30. & XXIII. 1, 2, 3. & XXIV. 1. *Joſeph. Ant.* XX. *c.* 8. Ubi vero Synedrium dividitur in ἀρχιερεῖς & ἄρχοντας, *Luc.* XXIII. 13. & XXIV. 20. vel πρεσβυτέρους, *Matth.* XXVI. 57, 59. & XXVII. 1, 3, 12, 20. *Act.* XXIII. 14, 20. [quamquam *Act.* IV. 8. dividatur etiam in ἄρχοντας τοῦ λαοῦ, & πρεσβυτέρους τοῦ Ἰσραήλ: ſicut in ſeniores & primores Iſraëlis. *Joſu.* XXIII. 2. & XXIV. 1. nam *Judices* ibi, *minores Judices ſunt. Exod.* XIIX. 21. Et *Act.* XXIV. 1. in Ἀρχιερέας καὶ πρεσβυτέρους.] includuntur *Scribæ* ſub ἀρχιερεῦσι: & ſignificat ἀρχιερεύς, non *primarium ex Claſſibus;* ſed *omnem Sacerdotalem ſedentem in Conciliô:* oppoſite ad alios Sacerdotes, qui non *Synedri.* Ut non ſit opus cum *Aliquibus* exiſtimare, poſterioribus temporibus *Eccleſiaſticos* 420
ferme ſolos conſtitutos, aut eos Synedrii poteſtatem omnem tenuiſſe. Nam ſecus toties non diſtinxiſſent *Euangeliſtæ* inter *Judicii Seniores* atque *Sacerdotes:* ut non aliâ cauſâ *Sacerdotes* potiſſimum in rebus Chriſti & Apoſtolorum memorati ſint, quam quod ipſorum, & non *Politicorum*, fuerit præſide-

re in *Ecclesiasticis*. Cur tamen ex *ordine Sacerdotali* plures lecti in Senatum sunt, explicat Abrabanel *in Leg. fol.* 366. *col.* 2. ita inquiens: שרוב הסנהדרין היו מהכהנים והלויים המשרתים את פני יי' והיה זה לסבות. מהן להיותם פנויים מבלי טורח ועמל הנחלות והקרקעות. כי לא היה להם חלק ונחלה עם ישראל ולכן היו עוסקים תמיד בלמוד התורה ומשפטיה. והיה יותר מוכנים לעמוד בדבר המשפט. ומהם כי להיותם משרתי יי' וכהנים לאל עליון היתה הכמתם יתרה ויראת שמים בקרבם כפי
421 עבודתם התמידית. ומהם שלהיותם עובדים בבית המקדש היו נכנסים משם ללשכה: *Quod plurimi in Synedriô fuerint ex Sacerdotibus & Levitis, ministrantibus coram facie Domini. Factumque illud ob rationes varias. Ex illis est: quod essent otiosi, citra onus & molestiam hæreditatum & fundorum: neque enim fuit ipsis portio aut hæreditas cum Israële. Quocirca incubuerunt jugiter studio Legis, & judiciorum ejus: fueruntque magis parati, qui consisterent in negotiô judicii. Ex illis etiam est, quod cum essent ministri Dei, & Sacerdotes Deo altissimo, excelluerint sapientiâ, & timore Dei in mediô sui, propter perpetuum suum ministerium. Ex illis quoque est, quod cum ministrarent in domô sanctuarii, inde statim ingrederentur in conclave.* Quanquam vero *hoc Concilium* per Herodem tolleretur; (*Causam* addit Thalmud, *in Bavâ Bathrâ*: אמר מאן דריש מקרב אחיך תשים עליך מלך אסרו לו רבנן
422 קם וקטלינהו לכלהו רבנן שייריה לבבא בן בוטא: *Dixit* Herodes Synedrio: *Quis legit, ex mediô fratrum tuorum Regem pones super te? Deuter.* I. *Dixerunt ei Magistri. Surrexit ergo & occidit omnes Magistros reservatô sibi Babâ, filiô Buthæ &c.* Scilicet: Herodem ut alienigenam noluerunt agnoscere; ut *Gloss. ibid.* (tamen mox idem fuit restauratum, seu ex Proselytis. *Phil.* 2. *de temp.* (potuisse enim vel *jure*, Proselytos admitti in Synedrium, patet ex *Madianitis &c.* זכו בני בניו של יתרו וישבו בלשכת הגזית: *Meruerunt posteri Jethronis, ut sederent in conclavi cæsi lapidis &c.* Sanhedr. *c.* II. *fol.* 104. I. & 106. I.) seu ex Pollionis & Sameæ asseclis: forte τοῖς περὶ πολλίωνα καὶ σαμέαν. *Joseph. Ant.* XV. *c.* 13. *coll. cum Ant.* XV. *c.* I. & XIV. *c.* 17.) Nam *Herodes*, cum sæviret in reliquos assessores, *Pollioni* huic & *Sameæ* pepercit: memoriâ beneficiorum. *Joseph. loc. prox.* Videtur
423 autem *Pollio* ille fuisse *Hillel*, (Pater Rabbinorum,) & *Sameas*, *Schammai*. Nam ut Josephus, *loc. cit.* refert, quod *Sameas* fuerit *Pollionis* discipulus, & quod uterque in pretio apud Herodem &c. id de *Schammai* etiam, & *Hillele*, Rabbini. שמאי תלמיד אשר להלל הזקן *Schammai, qui fuit discipulus Hillelis Senis.* Gorion. *l.* 5. *c.* 4. Et porro: והוא אהב את החכמים הלל ושמאי וסיעתם: *Ipse* Herodes, *amavit Sapientes, Hillelem & Schammai, horumque cætum. Chron. Reg. templ. secund. fol.* 54. *col.* 2. Ex quibus Judices restitutos, mox patebit. Quanquam adhæc XL *annos* ante Templi excidium, migrarint etiam hi restituti Judices è camerâ suâ dolatâ prope Templum, (Cod. Midd. *c.* 5. §. 3. vocat לשכת הגזית seu conclave lapidis cæsi. conf. *Jerem.* XXXV. 4.) in *Hanuth* seu *Tabernas*: quod viderent ita crescere maleficia, ut judicandis iis non putarint se sufficere: *Aboda Zara c.* I. *fol.* 8. *distinct. liphne edehen. & libr. Sanhedrin cap. hajou bodech.*
424 (Codex Rösch hasschana, *fol.* 31. inquit: גלתה סנהדרין מגמרא מלשכת הגזית להונות ומהנות לירושלים ומיר' ליבנה ומיבנה לאושה ומא' לשפרעם ומשפרעם לבית שערים ומבית שערית לצפרי ומצפרי לטבריא: *Migravit Sanhedrin omnino ab exedrâ cæsi lapidis ad tabernam, à tabernis* (nam alii legunt חניות) *in ipsam civitatem Hierusalem, inde Jabnam, Jabnâ Ousam, Ousâ Schaphream, inde Bethschearaim, hinc Tzipparim, tandem Tiberiadem.*) tamen וישׁ לומר דמכל מקום כשהיו רואין צורך שעה היו הוזרין אל הלשכה ודנין שם: *dicendum est nihilominus, quando videbant aliquam necessitatem temporaneam, ipsos repetiisse Cameram, ibique judicasse.* Gloss. *En Mispath.* & Synedrium continuatum, idque *Hierosolymis*. Ut constat ex *rebus Apostolorum*, supra; etiam post migrationem: & ex *Flavio*, *Ant.* XX. *c.* 8. qui Synedrium refert convocatum paulo ante excidium, tum ab *Ananô*, contra Jacobum: tum ab *Agrippâ* 425
Juniore, super stolis Levitarum. Et clarissimus locus est Abrabanel. *in Daniel. fol.* 22. *col.* 3. גם בבית שני בהיות שם מלכים מן החשמונים ומבית הורודוס תמיד היה בירושלים עם הסנהדרין נשיא מבית דוד ומהם היה הלל הזקן ושמעון בנו. *Etiam tempore templi secundi, cum ibi essent Reges ex Chasmonæis, & ex familiâ Herodis, jugiter fuit Hierosolymis cum Synedriô majore, Princeps de domô Davidis: qualis fuit Hillel Senex, & Simon filius ejus &c.* Certum itaque quod duraverit hoc Concilium: idque *Hierosolymis*.

Quo minus capio, quomodo *Alexander hic*, & habitare potuit in *Ægyptô* ut Alabarcha; & tamen *Prophetæ judex* esse Hierosolymis. Nam certe quô tempore Concilium *Act.* IV. 5, 6. fuit habitum contra Apostolos, anno scilicet *Christi* XXXVI, prout ἀναμφίδοξον, *Alexander hic* erat Alabarcha Alexandriæ: ubi nempe eodem anno *Agrippa* ab ipso 426
sumpserat viaticum. *Ant.* XIIX. *c.* 8. Dico, *eodem anno*. Nam *Agrippa* Romam venerat anno ante mortem Tiberii. *Ant.* XIIX. *c.* 7. Imperavit vero Tiberius annos XXII. cum aliquot mensibus. *Bell. Jud.* II. *c.* 8. Quia ergo *annus* XXX Christi, est XV Tiberii. *per Luc.* III. II, 23. I. erit utique XXXVI Christi, XXI Tiberii. Quo Concilium habitum, & Agrippa *Alexandrum* Alexandriæ convenit: & quidem ut illic civem atque Alabarcham. *Ant.* XIIX. *c.* 8. Ut membrum Synedrii Hierosolymis tum non fuerit. Quod Hieronymus *in Catalog.* eum agnoscat *Sacerdotalem*, nihil attinet. Neque enim probandum quod esset *Sacerdos*; sed quod simul ἀρχιερεὺς aut γραμματεύς: imo, qui sedem haberet Hierosolymis. Nam *Sacerdotes*, *Scribæ extra urbem*, utique haud σύνεδροι. Donare etiam *absens* potest. *Augustus* & *Conjunx* donaverunt Templo urceos,
calices, phialas &c. *Bell. Jud.* VI. *c.* 16. *Phil. in Le-* 427
gat. ad Cajum. & Templum refertum donariis omnium Asiæ Regum. *Ant.* XIII. *c.* 6. *confer Bell.* VI. *c.* 6. Quorum pauci viderant Hierosolymam: nedum ut illic habitarent, aut in magistratu essent. Et hæc paulo largius de *Patre Marci*.

Patruus ejus fuit *Philo*. *Ant.* XIIX. *c.* 10. vir doctissimus. Cujus tanta erat apud Græcos admiratio, ut palam dixerint: ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει. *Phot. Bibl. cod.* ρε'. Josepho, *loc. cit.* dicitur ἀνὴρ τὰ πάντα ἔνδοξος, καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄπειρος. Quibus majora habet Eusebius, *Histor. Ecclesiast.* II. *c.* 5. Cum Alexandrini Judæis concivibus molesti essent, *Philo* ad *Cajum* Legatus missus fuit. *Joseph.* & *Euseb. supr.* & (si fides Hieronymo, de *Script. Ecclesi. c.* II.) etiam ad *Claudium*. De priore legatione *ipse Philo*, sicut alia pererudita, scripsit. Hieronymus, *loc. cit.* & *Haymon. Hist. Eccles.* II. *c.* 22. referunt, in legatione eum Romæ amici- 428
tiam cum *Petrô* contraxisse: additque *Photius*, à Christianis eum ad Judæos defecisse. Sed merito Baronius, *Annal. ad ann. Chr.* 42. *num.* 26. dubitat, quæritque: *Quô Authore Photius post annos* 860. *illud prodiderit, quod à nullô antiquorum patrum scitum fuit?*

Frater fuit *Tiberius Alexander*: & ille officiis rerumque usu præclarissimus. Eques adhæc Romanus illustris. *Tacit. Annal.* XV. *c.* 28. Claudius eum *Judææ* præfecit: & demotum hac potestate octavo anno Claudii, *Ant.* XX. *c.* 3. *Bell. Jud.* II. *c.* 10, II.

11. Nero etiam Ægypto præposuit. *Bell. Jud.* 11. *c.* 15. Tacit. *Histor.* 1. *c.* 11. inquit : *Ægyptum copiasque quibus coërceretur, jam inde à Divo Augusto Equites Romani obtinent loco Regum. Ita visum expedire provinciam aditu difficilem, annonæ fæcundam, superstitione ac lasciviâ discordem & mobilem, insciam legum, ignaram magistratuum, domi retinere. Rege-*
429 *bat tum Tiberius Alexander, ejusdem nationis.* Hæc
ille. Paulo ante videtur *Corbuloni* bello minister datus, contra Parthos; ejusdemque ad *Tiridatem* legatus. *Tacit. Annal.* xv. *c.* 28. Alexandriæ autem Judæos multos rebellantes sustulit. *Bell. Jud.* 11. *c.* 21. & *Vespasiano* viam fecit ad imperium, dum exstincto Galbâ, primus Legiones in ejus verba adegit. *Bell. Jud.* v. *c.* 11. & vi. *c.* 1. *Hegesipp. Excid.* iv. *c.* 28. Tacitus iterum, *Histor.* 11. *c.* 79. *initium,* inquit, *ferendi ad Vespasianum imperii Alexandriæ cæptum, festinante Tiberio Alexandro, qui Kal. Jul. sacramento ejus, legiones adegit. isque primus principatus dies in posterum celebratus.* Quo quidem beneficio *Alexander hic* postea gratus apud *Vespasianos*, toti exercitui *Titi* contra Judæos fuit præfectus, & consultor adhibitus. *Bell. Jud.* vi. *c.* 1. in quo illud bene meruit, quod Templi excidium, cum *Tito*, dehortatus sit. *Bell. Jud.* vii. *c.* 9. Nam in aliis parum sancte se gessit, dum non modo nullâ
430 re læsus arma tulit contra patriam, *Bell. Jud. loc. cit.* sed & prorsus ad paganos transiit. *Ant.* xx. *c.* 3. Ex quibus constat quam inepte Montacutius, *Apparat.* v. *num.* 49. *p. m.* 162. *Post Fadum*, inquit, *venit Tiberius Alexander, illustris Eques Romanus, sed Judæus Alexandrinus genere, Philonis* τοῦ πάνυ *Germanus*, (falsum : nepos ex fratre,) *qui deinceps Alabarches Alexandriæ*, (non, Præfectus Augustalis : pater, Alabarcha,) *exstitit : & tandem sub initio Galbæ*, (imo vero sub Nerone,) *præfectus Ægypti Augustalis.* Hæc ille.

Cæterum : *Marcus Alexander*, *Bernicæ* desponsatus, ante nuptias diem suum obiit. Unde *Bernice* in uxorem data Regi Chalcidis. *Ant.* xix. *c.* 4.

74. 75. *Polemonis : Agrippæ.*] Cum fama percrebresceret, *Bernicen* per incestum *fratri* corpus dare, *Bernice* volens restinguere hos rumores, agit cum Rege Cilicum *Polemone*, ut sacra Judaica amplecteretur, & se duceret. Et nuptiæ quidem,
431 *Polemone* captô fæminæ opibus, jam tum procebant; sed non ita diu post *Bernice* ab ipso ad fratrem recessit : (causa ferebatur *Polemonis* ἀκολασία) & *Polemon* ad idola rediit. *Ant.* xx. *c.* 5. Videtur etiam *Rex Ponti* fuisse. *Ant.* xix. *c.* 7. Patri scilicet à *Cajo* surrogatus. *Dio Hist. Rom.* lix.

76. *Titi Vespasiani.*] Forte à titulis, *authore Festo*, hoc est : militibus, quasi tutulis, quod tueantur. Unde Persius

—— *Ingentes trepidare Titos.*

Fuit autem hic *Titus*, Princeps laudatissimus, & eâ morum sanctimoniâ & probitate, ut indecorum duxerit tristem aliquem à Principe discedere. *Haym. Hist.* iii. *c.* 11. & cum quadam nocte super cœnam intelligeret, quod nihil boni illo fecisset die, exclamarit : *Amici ! diem perdidi. Hieron. in Epist. ad Galat.* Unde, cum *Gordianus*, (teste *Cordô*,) *Populi Romani deliciæ* fuit appellatus, *Titus* non unius populi, sed totius *generis humani amor delicíæ-*
432 *que* salutatus fuerit. *Tantum*, (inquit Suetonius, *l.* 8. *in Tit. c.* 11. *seq.*) *illi ad promerendam omnium voluntatem, vel ingenii, vel artis, vel fortunæ superfuit : & quod difficillimum est in imperiô, quando privatus atque etiam sub Patre Principe, ne odiô quidem, nedum vituperatione publicâ caruit : ita solus Principum in melius mutatus est.* Rectissime. Nam qui adolescentiam egit lætam voluptatibus. *Tacit. Hist.* 11. *c.* 2. & privatâ vitâ, *crudelitate, luxu,* & *libidine* infamis fuit. *Sueton. loc. cit. Aurel. Vict. in ejus vit.* quin suspectus vel de parricidio. *Xiphil. Epit. Dion. in Vespas.* admissus ad imperium, principatum ita rexit, ut in eo scelus non ediderit. (ὥστε μηδ' ἁμαρτίαν ἵνα αὐτῷ ἐγκληθῆ.) Quamobrem cum plerique ita cum *Augusto* comparant, ut negent & *illum*, si prius decessisset, & *hunc* si vixisset diutius, clarum posteris nunc fuisse. Nam & *Augustum* initio hostibus circumventum & sic asperum, longo tempore opus habuisse, ut gratiam
redintegraret : *Titum* autem cum primum cæpisset 433
benefacere, raptum : ut necdum, emergens decus corrumpere aut obscurare potuerit. *Xiphilin. Epit. in Tit.* Maxime illustris fuit bellô in Judæos : quô etiamsi sub ipsius ductu, *Hierosolyma* urbium Orientis clarissima, *Plin. Hist. Nat. V. c.* 14. & *Templum*, opus omnium quæ audivimus aut vidimus maxime admirabile, *Joseph. Bell.* vii. *c.* 10. everterentur : ipse tamen per omne bellum miseratus populum, quod à seditiosis ageretur; & sæpe consulto differri passus urbis excidium, protractâ obsidione, si forte authores belli pæniteret. *Joseph. in prolog. Bell. Jud. confer Bell. Jud.* vii. *c.* 13, 23. Ut cum Judæi eum *malum* vocent, (זה אספסיאנוס קיסר' זה טיטוס הרשע בנו: *Ille est Vespasianus Cæsar &c. ille est Titus nequam filius ejus.* Lib. Echa Rabati, *in cap.* 1. *thren. v.* 5.) id ex irâ & odio sit : quemadmodum etiam Imperium Romanum, *regnum nequam* solent appellare. Ahaboda Zara, *cap. liphne*
edehen. מאה ושמונים שנה עד שלא חרב הבית 434
פשטה מלכות הרשה על ישראל: *Centum & octuaginta annos ante destructionem domus, potestatem habuit regnum nequam super Jischraël.* Potestate *biennium* usus *Titus*, cum *aliquot mensibus*, febri, aut venenô à fratre impio propinato, obiit. Questus sibi vitam eripi immerenti : neque enim ullum suum factum pænitendum exstare, præter unum. *Xiphilin. in Tit. Oros.* vii. *c.* 6. Illud autem, an *parricidium*, vel *incestus cum uxore fratris*, vel quale demum fuerit, in incerto est. Id constat : *Domitianum*, fratrem, mortem ei impie accelerasse, dum eum adhuc respirantem, & nondum morbo desperato, in arcam plenam nivibus conjiceret, quo citius exstingueretur. *Xiphilin. loc. cit.*

Quia autem *Bellum Judaicum*, Titi gestum auspiciis, maxime fuit memorabile, (τὸν γὰρ ἰουδαίων
πρὸς ῥωμαίους πόλεμον, μέγιστον, οὐ μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς, 435
σχεδὸν δὲ καὶ ὧν ἀκοῇ παρειλήφαμεν, ἢ πόλεων πρὸς πόλεις, ἢ ἐθνῶν ἔθνεσι συῤῥαγέντων. *Joseph. in Prol. Bell. Jud.*) juvabit & illud paucis attingere; sed præeunte *Tacitô* : qui cum *Hist.* v. *c.* 9, 10, 11, 12, 13. argute rem immensam paucis verbis exsequitur, dignus nobis visus est, qui exscribatur : additâ tamen, ubi opus, explicatione. *Claudius*, inquit, *defunctis Regibus aut ad modicum redactis, Judæam provinciam Equitibus Romanis aut libertis permisit. E quibus Antonius Felix, per omnem sævitiam ac libidinem jus regium servili ingeniô exercuit &c. Duravit tamen patientia Judæis, usque ad Gessium Florum, Procuratorem. Sub eô bellum ortum & comprimere cæptantem Cestium Gallum Syriæ legatum, varia prælia ac sæpius adversa excepere.* Hic pauca interfabimur. *Causam* belli deducit *Tacitus* ex *Felicis* & *Flori*, Præsidum, tyrannide. Non immerito. Fuit
enim *Flori* certe ea crudelitas, ut velut non ad re- 436
gendam provinciam, sed ad damnatorum pænas carnufex missus, nec rapinis nec cædibus modum fecerit. ἁλώσ. 11. *c.* 13, 14. Qui altius tamen rem inspiciunt, perditissimos gentis Judæorum mores, & tyrannidem in Christum & Ecclesiam deprehendunt. Quod & Christus eo pænam referat. *Matth.* xxiii. 37, 38. *Luc.* xiii. 34, 35. Et ipse Scriptor Judaicus testetur, *Bell.* vi. *c.* 11. μήτε γενεὰν ἐξ αἰῶνος γεγονέναι κακίας γονιμωτέραν. *Nullam nationem post hominum memoriam malitiâ ferociorem fuisse.* Imo, *Bell.* vi. *c.* 16. & ex eô *Euseb. Hist. Eccles.* iii. *c.* 6. asserat : οἶμαι ῥωμαίων βραδυνόντων ἐπὶ τοὺς ἀλιτηρίους,

ἢ καταποθῆναι ἂν ὑπὸ χάσματος, ἢ κατακλυσθῆναι τὴν πόλιν, ἢ τῆς τοῦ σοδόμης μεταλαβεῖν κεραυνοὺς. *Puto*, inquit, *si Romani contra noxios venire distulissent, aut*
437 *hiatu terræ absorbendam fuisse civitatem, aut fulminum Sodomæ incendia excepturam.* Bellum primo erupit *Cæsareæ*, annô Imperii Neronis XII, regni autem Agrippæ XVII, mense Majô. *Bell. Jud.* II c. 13. atque inde instar fulguris prorupit super totam gentem: incolis passim arma capientibus, tributa negantibus, & hostias quæ pro salute Cæsaris à longo tempore offerri solebant, seditiose abrogantibus. *Bell. Jud.* II. *c.* 16, 17. aucta iis fiducia postquam VIII *Novembr.* Romanum exercitum Duce *Cestio* profligassent. *Bell. Jud.* II. *c.* 24. & quod ex sacris literis didicissent, quod circa id temporis quidam ex Palæstinâ Orbis imperio potirentur. Hoc enim, non de Vespasiano equidem, ut *ἀλώσ.* VII. *c.* 12. & *Tacit. infr.* sed æternô cœli terræque Rege circa hæc tempora missô, intellectum, Judæi ad se temere transferebant: quasi sibi fatis ea destinata essent. Post quem excursum, reduci debet *Tacitus*, qui sic inquit: *Qui* (Cestius) *ubi fa-*
438 *tô aut tædiô occidit, missu Neronis, Vespasianus*, (quem solum *Nero* invenit tantis parem necessitatibus: virum à puerô armis exercitum, & rebus jam ante in Occidente & Britanniâ gestis, clarum. Joseph. *Bell. Jud.* III. *c.* 1.) *fortunâ, famâque, & egregiis ministris, intra duas æstates, cuncta camporum, omnesque præter Hierosolyma*, (& castella, Herodion, Machærunta, & Masadam. *ἀλώσ.* V. *c.* 8. *&* VII. *c.* 25, 28.) *victore exercitu tenebat. Proximus annus civili bello* (inter Galbam, Othonem, & Vitellium. *ἀλώσ.* V. *c.* 6, 8, 12.) *intentus; quantum ad Judæos, per otium transiit. Pace per Italiam partâ*, (Vespasianô in Imperatorem delectô) *& externæ curæ rediere. Augebat iras, quod soli Judæi non cessissent. Simul manere apud exercitus Titum*, (quem pater Vespasianus, Romam properans, Ducem contra Hierosolymam reliquit, *Bell. Jud.* V. *c.* 14.) *ad omnes principatus novi eventus, casusve utilius videbatur. Igitur castris, uti diximus, ante mœnia*
439 *Hierosolymorum positis, instructas legiones ostentavit. Judæi sub ipsos muros struxere aciem: rebus secundis longius ausuri, & si pellerentur, paratô perfugiô. Missus in eos eques cum expeditis cohortibus*, (numerô sexcentorum, *Joseph. ἀλώσ.* VI. *c.* 2.) *ambigue certavit.* (imo in fugam actus: Titô ipsô ab hostibus pene seclusô & capto, nisi viam gladio aperuisset. *Joseph. loc. cit.*) *Mox cessere hostes, & sequentibus diebus crebra pro portis prælia serebant: donec assiduis damnis intra mœnia pellerentur. Romani ad oppugnandum versi &c. Sed urbem arduam situ*, (in collibus) *opera molesque firmaverant, quîs vel plana satis munirentur. Nam duos colles immensum editos*, (super quibus urbs constructa. Nam erant præter hos *duo alii*: unus in quo templum cum Anthoniâ; & alter *Bezetha*, in quo nova civitas. *ἀλώσ.* VI. *c.* 6.) *claudebant muri* (ordine terni. *Joseph. supr.*) *per artem obliqui, aut introrsus sinuati: ut latera oppugnantium ad ictus patescerent. Extrema rupis* (utriusque)
440 *abrupta*: (& profunditate vallium inaccessa,) *& turres, ubi mons juvisset, in sexaginta pedes: inter devexa, in centenos vicenosque attollebantur. mirâ specie, ac procul intuentibus pares.* (Discrepat Josephus, *loc. cit.* Nam turres *vulgares* CLXIV, *nonaginta* scilicet in tertio muro, *quatuordecim* in medio, & *sexaginta* in muro intimo seu antiquo, XX cubitis muros cubitorum XXV superabant: *Præstantissimarum* autem *quatuor*, *Psephina* erat LXX cubitorum: *Hippicos*, LXXXV: *Phasaëlus*, circiter XC: & *Mariamme*, LV. quam altitudinem vertex montis juvit ad summum XXX cubitis.) *Alia intus mœnia, Regiæ circumjecta*, (cujus illa fuit magnificentia, antequam fuit *à latronibus* incensa, ut neget *Flavius* se posse describere) *conspicuoque fastigio turris Anthonia, in honorem M. Anthonii ab Herode appellata.* (in angulo duarum porticuum templi splendide extructa, altitudine XL cubitorum, colle edito ad quinquaginta cubitos. *Turris* dicta, quod eam præ se ferret speciem, quatuor aliis turribus stipata: 441
cum usu & ambitu *arx* vel *civitas* dici potuisset. Nam ut *Templum* quasi civitatis fuit castrum; ita Templo, *Anthonia*. Unde hîc semper stata præsidia, si quid populus in Templo novare vellet. *Joseph. loc. cit. & Ant.* XV. *c.* 14.) *Templum in modum arcis, propriique muri*, (terni quidem primo circa collem; & simplex insuper circa Sanctum Sanctorum) *labore & opere ante alios. Ipsæ porticus* (duæ numero, à columnis marmoreis pretiosissime sustentatæ,) *quîs templum ambiebatur, egregium propugnaculum.* (aliquamdiu enim Templum defenderant. *Bell. Jud.* IV. *c.* 5. *&* VII. *c.* 9.) *Fons perennis aquæ, cavati sub terrâ montes: & piscinæ cisternæque servandis imbribus. Prævideraut Conditores, ex diversitate morum, crebra bella. Inde cuncta, quamvis adversus longum obsidium: & à Pompejô expugnatis metus atque usus pleraque monstravere. Atque per avaritiam Claudianorum temporum, empto jure muniendi*, [imo interdicto, *Joseph. Ant.* XIX. *c.* 7. 442
Bell. VI. *c.* 6.] *struxere muros in pace, tanquam ad bellum: magnâ colluvie, & ceterarum urbium*, [maxime Galilææ, quam primo in potestatem Vespasianus redegit] *clade aucti: nam pervicacissimus quisque illuc perfugerat*, (latrones scilicet plurimi, adventantibus Romanis, uno agmine irruperant: quibus aucti *Zelotæ*, Idumæorum insuper XX millia attraxerant. *Bell. Jud.* IV. *c.* 5, 6, 7.) *eoque seditiosius agebant. Tres Duces, totidem exercitus. Extrema & latissima mœnium, Simon*: (filius Gioræ, Tyrannus immanissimus. Ex præside latro, ex latrone dux exercitus factus, Idumæam subegit. *Bell.* V. *c.* 7. Inde auctus movet Hierosolymam, & *Zelotas* illic sævientes pellit, & in templo obsidet. *Bell.* V. *c.* 9. *&* VI. *c.* 1, 4. Mox Romanis accedentibus fortiter se opponit: donec cum urbe in manus veniret, & in triumpho tandem Romæ interficeretur. *Bell.* VII. *c.* 17, 19, 24.) *Mediam urbem Johannes*: (Leviæ filius, patriâ Giscalæus: homo calli- 443
dus, nequam, & perjurus. *Bell.* III. *c.* 26. desperatâ patriæ defensione contra Titum, noctu Hierosolymam aufugit: ubi à *Zelotis*, cum quibus prodito *Ananô* consilia agitaverat, pro Duce receptus, primo Templum, *Bell. Jud.* IV. *c.* 4, 5. & dehinc Idumæorum ope, totam urbem subigit: donec à partium aliarum ductoribus, *Simone & Eleazaro* potentia ejus coarctaretur. *Bell.* IV. *c.* 7. *&* V. *c.* 1, 3, 9. *&* VI. *c.* 1, 4. Urbe captâ, ex cloacis ad quas confugerat extractus, & à Tito ad carceres perpetuos damnatus fuit. *Bell.* VII. *c.* 17.) *quem & Bargioram vocant*: (imo vero *Simon* fuit Bar-gioræ, non Johannes.) *Templum Eleazarus* [qui à Johanne secedens, templum occupavit, & ex amico ejus hostis factus fuit. *Bell.* VI. *c.* 1.] *firmaverat. Multitudine & armis Johannes ac Simon: Eleazarus loco* [templo in edito collocato] *pollebat. Sed prælia, dolus, incendia, inter ipsos, & magna vis frumenti ambusta.* (granariis publicis in cineres redactis. *Bell.* 444
VI. *c.* 1.) *Mox Johannes, missis per speciem sacrificandi*, [in festo Azymorum, armis sub vestibus occultatis. *Bell.* VI. *c.* 4.] *qui Eleazarum, manumque ejus obtruncarent, templô potitur. Ita in duas factiones civitas discessit, donec propinquantibus Romanis, bellum externum concordiam pareret. Evenerant prodigia &c. visæ per cœlum concurrere acies, rutilantia arma, & subitô nubium igne collucere templum. Expassæ repente delubri fores*, [Josephus, *Bell.* VII. *c.* 12. hoc asserit de porta templi æneâ orientali, per se apertâ, cum vix à viris viginti claudi posset] *& audita major humanâ vox, excedere Deos.* [at erat: migremus hinc. *Joseph. loc. cit.*] *Simul ingens motus ex-*

excedentium. [Joſephus *cit. loc.* addit : cometem inſtar gladii per annum viſum : bovem cum pro hoſtiâ duceretur, in fani medio agnum peperiſſe : Jeſum quendam per annos ſeptem & quinque menſes *væ væ* quotidie ſuper urbem proclamaſſe &c.]

445 *Quæ pauci in metum trahebant : Pluribus perſuaſio inerat, antiquis ſacerdotum literis contineri, eô ipſô tempore fore, ut valeſceret oriens, profectique Judæâ, rerum potirentur. Quæ ambages Veſpaſianum ac Titum prædixerant. Sed vulgus, more humanæ cupidinis, ſibi tantam fatorum magnitudinem interpretati, ne adverſis quidem ad vera mutabantur. Multitudinem obſeſſorum omnis ætatis, virile ac muliebre ſexus, ſexcenta millia fuiſſe accepimus.* [At falſo. Nam tempore obſidionis, *undecies centena millia* hominum, ferrô, peſte, aut fame abſumpta ſunt : *nonagintâ ſeptem millia*, capta. *Bell.* VII. *c.* 27. Euſebius *Hiſt. Eccleſ.* III. *c.* 5. tricies centena millia numerat : qui ex omnibus Orbis finibus eo ad feſtum convenerant, ac Romanis ſupervenientibus illic ut in carcere concluſi ſunt. Gorionidem numerantem *millena millia & centum millia*, habemus ſuſpectum.] *Arma cunctis qui ferre poſſent : & plures, quam pro numerô, audebant. obſtinatio viris fœminiſque par : ac ſi transferre ſedes cogerentur, major vitæ metus, quam*
446 *mortis. Hanc adverſus urbem gentemque Cæſar Titus, quando impetus & ſubita belli, locus* (muris & vallibus inacceſſus) *abnueret, aggeribus vineiſque certare ſtatuit. Dividuntur legionibus munia* (totus exercitus tripartito dividitur ad aggerem erigendum. *Bell.* VI. *c.* 7, 11.) *& quies præliorum fuit ;* [obſeſſis per aggeres excurrere prohibitis. Id quod maxime contigit, poſtquam Titus, priori aggere ab hoſtibus incenſo, murum non amplius triduo urbi undiquaque circumduxit. *Bell.* VI. *c.* 12, 13, 14. (Quod jam ante ſalſis lacrumis prædictum. *Luc.* XIX. 43.) *donec cuncta expugnandis urbibus reperta apud veteres, aut novis ingeniis, ſtruerentur.*

Hic deſinit *Tacitus.* Quem ex *aliis* ſupplebimus. Cum obſeſſorum Hieroſolymis tanta eſſet pertinacia, ut nec metu, nec adhortatione, *Bell.* VI. *c.* 7, 11, 15. & VII. *c.* 4. nec fame, (quâ ad eſum fimorum & ſtercorum, quin humanæ carnis fuit ventum, *Bell. Jud.* VI. *c.* 16. & VII. *c.* 7, 8, 14.) ad de-
447 ditionem compelli poſſent, *Titus* urbem oppugnandam ſtatuit. Itaque aggeribus, ut dictum, excitatis, urbis muros arietibus aggreditur, & dejectos ordine in poteſtatem redigit. *Bell.* VI. *c.* 8, 9, 10, 11. Dehinc vineas ducit in *Anthoniam :* Quâ ſine, *Templum*, [ut ſine hoc, *oppidum*] capi vix potuit. Quam & illam miles unum & alterum poſt aſſultum occupat. *Bell. Jud.* VII. *c.* 2. Et jam Titus ad *Templum* perruperat, Judæique ipſi in furorem verſi *porticus* incenderant, *Bell. Jud.* VII. *c.* 5. cum ex Romanis quidam à ſocio ſublatus, ignem in feneſtram injicit : qui mirum dictu, & fatis urgentibus proxima ſic corripuit, ut intra paucas horas Templum auguſtiſſimum, Tito non minus quam Judæis ipſis incendio fruſtra occurrente conflagraverit. Incidit hæc calamitas, quod mirari liceat, in *decimum Auguſti*, & eundem diem, quo primum Templum antea exuſtum fuit. *Bell. Jud.* VII. *c.* 9, 10. Seder Olam inquit: היה ר׳ יוסי אומר
448 מגלגלין זכות ליום זכות וחובה ליום חובה
שכמצאת אומר בשחרב הביה בראשונה אותו
היום מוצ״א שבת היה ומוצאי שביעי היתה
ומשמרתו של יהויריב היתה ותשעה באב היה
וכן שניה ובזה ובזה הלוים עומדים על דוכנן
ואומרים שירה וישב עליהם את אונם: *Rabbi Joſè dixit : Quemadmodum meriti remuneratio, etiam poſt longum tempus recidit ac revolvitur in eundem diem, ita & peccati. Atque id experimentô compertum eſt. Nam cum antea vaſtaretur templum,* [à Babyloniis] *erat extremum ſabbathi : & rurſus extremum ſeptimi anni erat. Præterea erat ſeptimana ſtationis Joarib, & nonus dies menſis Ab. Et ita quoque fuere hæc omnia in ſecundô excidiô. In utroque autem Levitæ ſtabant in cathedrâ, recitabantque oden hanc ; retribuet illis iniquitatem ſuam.* Ita momento corruunt vel ſplendidiſſima, & natura quæ ad origines rerum parce progreditur, ad ruinam toto impetu ſe ef- 449
fundit. Nec *Divini Vatis* flebile præſagium fruſtra aut falſum eſſe potuit : ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὀ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς ὀ μὴ καταλυθήσεται. *Matth.* XXIV. 2. *Octavô* qui ſequebatur *Septembris*, Superior civitas, in quam *Simon & Johannes*, Duces rebellium cum reliquiis ſe receperant, & illa expugnatur : & ſic finis obſidioni additus, anno imperii Veſpaſiani altero. *Bell. Jud.* VII. *c.* 16, 17. Urbs tota exciſa, bona rapta, & incolæ miſerabiliter aut conſumpti aut diſtracti. Si fides Rabbinis, tanta urbis fuit opulentia, ut vel *tres ex civibus* omnes incolas alere potuerint. Meminit *Talmud, in Gittin. cap.* 5. *fol.* 56. 1. אספסיינוס קיסר
אתא צר עליה תלת שני היו בה הנהו תלתא
עתירי נקדימון בן גורין ובן כלבא שבוע ובן
ציצית הכסת *Et mox :* חד אמר להו אנא זיינא
להו בחיטי ושערי וחד אמר להו בדחמרא
ובמלחא ומשחא וחד אמר להו ובדציבי: 450
Veſpaſianus Cæſar venit, obſidens eam (Hieroſolymam) *tribus annis. Erant in eâ tres iſti divites : Nicodemus filius Gorionis, & Ben Calba Schabua, & Ben-Zizith Hacheſeth.* Paulo poſt : *Unus horum dixit ipſis,* (Hieroſolymitanis :) *Ego alam eos triticô & hordeô : & unus dixit eis, vinô, & ſale, & oleô : & unus dixit eis, lignis.* Ad quem locum Gloſſa addit : *Habuerunt hi tres divites, triticum, hordeum, vinum, & ligna, ad alendos omnes incolas urbis, annos & viginti.* Stetit autem *Hieroſolyma* à quo ſub Davide primum venerat in poteſtatem, annos mille centum & ſeptuaginta novem ; ut nec antiquitas, nec divitiæ, nec per totum orbem diffuſa fama, aut religionis gloria, quidquam juverint, quo minus clade tam atroci lapſa ſit. *Bell. Jud.* VII. *c.* 18. Poſt cujus excidium, quæ reſtabant arces, *Herodion* ſcilicet, *Machærus*, & *Maſada*, etiam illæ à Romanis ſubjugatæ ſunt ; Et Cæſaris juſſu terra vendita præſidiumque impoſitum octingentorum militum ; quibus *urbs Emaus* (nam omnia alia op- 451
pida perierant) ad ſedem & ad habitandum data fuit. *Bell. Jud.* VII. *c.* 25, 26, 28.

Hunc finem habuit ſeditio Judæorum. Cui alia æque lamentabilis paulo poſt ſucceſſit ſub *Adrianô :* quum Judæi iterum ſub novô *Bar-Cozbâ*, (*Pug. Fid. p.m.* 258, 261.) tumultuari & arma ſumere cæperunt. Audiamus ipſos confitentes reos. Ganſius, *ad Ann.* 3880. inquit. בן כוזיבא הנקרא בר כוכבא
מרד ברומיים ועשה את עצמו משיח׳ וע״כ נקרא
בר כוכבא מפני שדרש ואמר שעליו נאמר דרך
כוכב מיעקב וגו׳ ור׳ עקיבה עצמו כאשר ראהו
אמר עליו היינו מלכא משיחא׳ וחיחודים אשר
בביתר משחוהו וכתרוהו עליהם למלך׳ ופרקו
את עול הרומיים מעל צוארם וגו׳ עד שקיסר 452
טריאנוס שלח עליהם את שר צבאו בן אחותו
אדרינוס ויעשה בהם הרג רב אשר לא נשמעה
ולא נראתה לא בימי נבוזר אדן ולא בימי
טיטוס / וגו׳ חורבן ביתר לפהות נ״ב שנה אחר
חורבן טיטוס בן אספסינוס: *Ben Coziba, qui dictus fuit Barcochcba, rebellavit contra Romanos, fecitque ſemetipſum Meſſiam. Propterea vero dictus fuit Barcochcba, quia exponendô dixit de ſe loqui textum* [Num. XXIV. 17.] *procedit ſtella ex Jacob &c. Et ipſe R. Akiba, cum vidiſſet eum, de ipſô dixit : Hic eſt Rex Meſſias. Judæi autem qui in Bitter,* [Bethoron] *erant, unxerunt eum, & coronarunt eum Regem ſuper ſe : & abſtulerunt jugum Romanorum è collo ſuo &c. Donec Cæſar Trajanus,* [imo poſt hujus mortem hæc geſta] *miſit contra eos Imperatorem ſui exercitus, filium ſororis ſuæ Adrianum, ediditque inter eos ſtragem magnam, qualis nec audita nec viſa fuit* 453
Ne-

Nebuzaradanis vel Titi tempore &c. Veſtatio urbis
Bitter ſecuta eſt ad minimum annos LII, *vaſtationem*
Titi filii Veſpaſiani. Plenius autem & per partes hæc
narrat Liber Echa Rabati, *ſuper Thren.* II. *v.* 2.
אר" יוחנן ר" היה דורש דרך כוכב מיעקוב אל
תקרי כוכב אלא כוזב: ר' עקיבא כר הוה חמי
ליה להדין בן כוזבא דוה אומר היינו סלכא
משיחא: ומה היה עושה בר כוזבא היה מקבל
אבני בליסטא באתת מארכובותיו וזורקן והורג
מהם כמה נפשות וקל' זה אמר ר' עקיבא
כך שלש שנים ומחצה הקיף אדריאנוס לבתת
וכו' ונלכדה ביתר ונהרג בר כוזבא ואיתיו
רישיה לגביה אדריאנוס ואמר מאן קטיל לדין
אמר לו חד גונתאי אנא קטליה לדין אמר לו
אזיל איתי לי פטומיה אזל ואיתיה ואשכה
454 נכינא כריכא על צואריו אמר להון אלו לא
אלהיה קטליה דין מאן הוה יכיל ליה וקרא
עלוהי אם לא כי צורם מכרם ויהוה חסגירם
והיו הורגין בהם עד ששקע חסום בדם על
חוטמו והיה הדם מגלגל אבנים גדולוה של
ארבעה לטרין והולך הדם בים עד ארבעת
מילין ואם תאמר שקרובה לים והלא רהוקה
מן הים ארבעת מילין: וכרם גדול היה לו
לאדריאנוס שמונה עשר מיל על שמונה עשר
מיל כמן טבריא לציפורה והקיפו גדר מהרוגי
ביתר ולא נגזר עליהם שיקברו עד שעמד
מלך אחר וגזר עליהם שיקברו: *Dixit R. Jo-*
chanam, Rabi expoſuit: & orietur ſtella de Jacob,
non legendum Cocab ſtella, ſed Cozab mendacium.
Et quando R. Akiba videbat Bar-Coſbam, dixit: il-
le eſt Rex Meſſias. Et quid erat faciens Bar-Coz-
455 *ba? erat ſuſcipiens lapides machinæ in unô de geni-*
bus ſuis, & jaciens eos ſuper exercitum Adriani, ac
diſpergens interficiebat multas animas. Idcirco dixit
R. Akiba, illum fuiſſe Meſſiam. Tribus annis & di-
midiô obſedit Adrianus Bitter &c. Et capta eſt Bit-
ter, occiſuſque eſt Bar-Cozba, & adduxerunt ejus ca-
put ad Adrianum, qui dixit: quis occidit eum? Di-
xit miles quidem; ego occidi eum. Ait ei: vade &
adfer ad me truncum ejus. Ivit & invenit ſerpentem
involutum collo ejus, & dixit: niſi Deus ejus occidiſ-
ſet ipſum, quis potuiſſet contra eum? Anne quia Deus
ipſorum vendidit eos, & Dominus concluſit ipſos? Fue-
runtque interficientes in iis, donec iret equus in ſangui-
ne uſque ad roſtrum; (vulgo numerantur 580 cæſo-
rum millia) *ſanguiſque erat tantus, ut volverit lapi-*
des maximos quatuor habentes libras, fluxeritque do-
nec intrarit in mare per quatuor milliaria. Quod ſi
dicas, quod prope mare eſſet. & annon Bitter diſtat à
mari per quatuor milliaria? Erat Adriano vinea ma-
456 *gna, habens octodecim milliaria longitudinis, & toti-*
dem latitudinis, quantum diſtat Tiberia à Zipori: ſe-
pivitque illam de occiſis in Bitter. Nec permiſit eos
ſepeliri uſque quo regnaſſet Rex alius, qui ſepeliri eos
decrevit. Hæc hactenus. Ex quibus conſtat erra-
re R. Abraham, cum *in Cabbal. fol.* 28. *c.* 2. Bar-
Cozibam hunc dicit mortuum in pace: ſtragem
autem hanc primum eveniſſe Bar-Cozbæ ex filio
nepoti, Romulo: *annô ſeptuageſimô tertiô*, poſt Ti-
ti devaſtationem. Quæ & *noſtræ hiſtoriæ*, & *Judæo-*
rum rebus ſunt contraria.

77. *Mariamme.*] Septennis erat *Patre* moriente:
& ab ipſo deſponſa *Julio Archelao. Ant.* XIX. *c.* 7.
Quam ſponſionem poſtea nuptiis conſummavit *A-*
grippa Junior, Sponſæ frater. *Ant.* XX. *c.* 5.

78. *Archelao: Demetrio Alexandrino.*] *Archelaus*
ille, prænomine *Julius*, filius fuit *Chelciæ* cujuſ-
dam: qui *Agrippæ Majori* præfectus fuerat militiæ,
& amiciſſimus. *Ant.* XIX. *c.* 7. Si *Julius* autem *Ar-*
chelaus is eſt, cui Libros ſuos *Flavius* vendidit,
457 fuit eruditiſſimus. *Joſeph. l.* 1. *contr. Apion. p. Ge-*
len. 1037. Et ipſius Regis Agrippæ cognatus. *Vit.*
Joſeph. p. Gelen. 1026. *collat. cum p.* 1037. Quo
tempore autem *Bernice* ſoror deſeruit *Polemonem*,
etiam *Mariamme* averſata Archelaum tranſiit ad nu-
ptias *Demetrii Alexandri*: Judæi opibus & genere
clariſſimi. Qui & ſimul *Alabarcha* fuit Alexan-
driæ. *Ant.* XX. *c.* 5. Non erat autem *Alabarches*,
ſeu *Alabarcha*, Præfectus Arabiæ. *Farnab. in Ju-*
ven. Sat. 1. *p.* 13. aut ſalis. *Ruſſin. in Hiſt. Euſeb. Ba-*
ron. ad Ann. 48. *num.* 30. aut vectigalium ex peco-
ribus. *Cujac. Obſervat.* VIII. *c.* 37. Sed nec magiſter
literarum aut ſcripturæ. *Brodæ. miſcell. l.* 4. *c.* 2.
Joſepho enim in Codicibus probatioribus ſemper
ſcribitur ἀλαβάρχης. Ut ad Præfectum Arabiæ, di-
cendum fuiſſet, ἀραβάρχης; ad ſalis, ἁλιάρχης; ad
literarum & archivi, ἀλαβάρχης quidem, [atra-
mentum enim, ſeu τὸ μέλαν ᾧ γράφομεν, ἄλαβα di-
citur *Heſychio & Phavorino*) ſed minus pro digni-
tate: cum ſic tantum *Scripturæ magiſtratus* foret. 458
Ex ἄλαβα autem vectigal è pecorum traductione
cum *Cujacio* velle deducere, longum quin ineptum
foret. Et quid ineptum foret. Et quid *Arabs*,
aut *ſalium*, *Jumentorumque* poteſtas, ad Judæorum
Alexandriam habitantium magiſtratum? imo quid
literarum? aut cur præfectus Judæorum Alexan-
driæ magis verſaretur circa literas & ſic eſſet Ala-
barcha, quam præfectus civium reliquorum Ale-
xandriæ? niſi contemptus, cum Turnebo, *l.* 11.
c. 25. cauſa ſit. Quod tamen non videtur. Vehe-
menter itaque placet Fullerius, qui *l.* 4. *miſcell. theol.*
c. 16. Alabarcham facit nomen officii apud Alexan-
drinos, ex חלף *pro, vice*: & ארכין ſeu ארכא
quod eſt ἄρχων. Ut Judæorum magiſtratus, An-
tiochiæ, ἄρχων, *Bell. Jud.* VII. *c.* 21. Alexandriæ
etiam ἐθνάρχης dicitur. *Ant.* XIX. *c.* 4. Judæis enim
Alexandrinis, (ut & *Antiochenſibus*, *Bell. loc. cit.*)
indultum quondam à Regibus Syriæ & poſtea Im-
peratoribus, ut pari cum aliis civibus illic jure 459
fruerentur, & delectum haberent Præſidem ex ſe
ipſis: exempti à juriſdictione Præſidis Regii aut
Imperatorii. *Ant.* XIX. *c.* 4. ſic *Fullerus*, & recte:
tranſeunte *literâ Cheth* ḡ חלף in Græcorum *Spiri-*
tum tenuem: ſicut ἀσαμωναῖος fit ex חשמונאי.
Quemadmodum autem *Alexandria*, olim vertex
fuit omnium civitatum, *Ammian. Hiſt. l.* XXII. aut
μεγίστη μετὰ τὴν ῥώμην πόλις. *Bell. Jud.* V. *c.* 14. *conf.*
Bell. II. *c.* 16. *p.* 807. *Paul. Diac. Hiſt.* VII. *Trebell.*
Poll. num. XXI. ita & *Alabarchæ Alexandrini* magna
dignitas & ſplendor fuit: ut alicui etiam *ſtatua* Ro-
mæ quondam inter triumphales conſecrata ſit. Cui
tamen Juvenalis, *Satyr.* 1. ſic illuſit:

> *Atque triumphales, inter quas auſus habere*
> *Neſcio quos titulos Ægyptius atque Alabarches,*
> *Cujus ad effigiem tantum non mejere fas eſt.*

Cæterum, quis ſit ille *Ægyptius* & *Alabarches*, cu- 460
jus ſtatua tantâ fuit in invidiâ, ferme quot inter-
pretes, tot ſenſus ſunt. *Hieronymus*, Flav. *Joſe-*
phum intelligit, cui certum ſtatuam à *Veſpaſianô*
poſitam. Alii cum *Alciatô* oculos convertunt ad
Tiberium Alexandrum, quod is Ægyptum, in quâ
natus, rexit. *Tacit. Hiſt.* 1. *c.* 11. *Farnabii* editio ha-
bet *Arabarches*: & per eum quendam inter *Arabes*
interpretatur. Sed *hoc*, nimis στοχαστικόν: *illud* fal-
ſum. Nam nec *Joſephus*, nec *Tiberius Alexander*,
Alabarchæ: & ille inſuper neque *Ægyptius*. *Tibe-*
rius quidem in *Ægyptô* natus, in *Ægyptô* Præſes,
ſed Alexandriæ fuit ἡγεμὼν *Bell. Jud.* II. *c.* 21. & V.
c. 11. non *Alabarcha*. Nobis itaque *Poëta* viſus di-
gitum intendere in *Alexandrum Lyſimachum*, de quô
Num. 73. qui ſtatuâ Romæ à *Claudiô* donatus fuit,
(non in honorem fratris *Philonis*; ut *Baron. ad Ann.*
Chr. 48. *num.* 30. quare enim non eâ potius ipſe
Philo fuiſſet honoratus? ſed) in compenſationem 461
ſeu ſervitii apud matrem Claudii, ſeu veteris ſuæ
cum Claudiô amicitiæ. *Ant.* XIX. *c.* 4. Dictus *Æ-*
gyptius, quod *Alexandriæ* natus, prout *Philo* fra-
ter. Euſeb. *Hiſtor. Eccleſ.* II. *c.* 5. & ibi ſedem ac
officium habuerit. Nam hunc & non filium, *A-*
labar-

Alabarcham fuisse, locis aliquot testatur Flavius: ut *Ant.* XIIX. *c.* 8. & XIX. *c.* 4. & XX. *c.* 5.

Quare autem *Ægyptii* & *Judæi* ita fastiditi, ut ad eorum statuas fas fuisset mejere? Respondeo: ob *sacra*. Ad quæ Tacitus, *Annal.* 11. *c.* 85. *Actum*, inquit, *& de sacris Ægyptiis Judaicisque pellendis factumque Patrum consultum, ut quatuor millia Libertini generis eâ superstitione infecta, queis idonea ætas, in Insulam Sardiniam veherentur, coërcendis illic latrociniis. Et si ob gravitatem cœli interissent, vile damnum. Cæteri cederent Italiâ, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent.* Hæc ille. Sub *Domitianô* certe Judaismus, (etsi sub eô Christianismus
462 contentus: forte quod habuit ex Judæâ originem, *Tacit. Annal.* XV. *c.* 44.) species impietatis capitalis fuit. *Xiphilin. Epit. Dion. in Domitian.* Quo pertinet, quod *Augustus* Cajum nepotem ex oriente reversum collaudarit, quod Judæam prætervehens apud Hierosolymam non supplicasset. *Sueton. l.* 2. *c.* 93. Nam quod Templo donaverit, (vide *Num.* 73.) & sacrificium diurnum pro salute illic instituerit, *Phil. in legat. ad Cajum.* quod ad belli Judaici initia continuatum fuit, *Bell. Jud.* 11. *c.* 17. non amore *religionis*; sed *Herodis* parasiti, qui ei tot publicis structuris &c. adulator præcesserat, fecisse cum manifestum est. Certe Josephus ipse *Ant.* XVI. *c.* 10. ἀλόγιστον gentium in Judæos odium fatetur natum ex διαφορᾶς τῶν ἐπιτηδευμάτων. Quæ quam *rituum religionis*, nulla fuit. Atque hæc est causa, ob quam *Agrippa Rex Judæorum*, dictus barbarus. *Juven. Satyr.* VI. & *Judæi*, non solum aliis *despectissima pars servientium*; sed & Romanis *teterrima gens*
463 fuerint habiti. *Tacit. Hist.* V. *c.* 8. Ut nec *Flavius*, nec *Titus*, Principes Vespasiani, ex triumphis dici *Judaici* voluerint. *Xiphilin. Epit. Dion. in Vespasian.*

79. *Drusilla.*] Sextum ætatis annum agebat cum pater moreretur σκωληκόβρωτος. (ἑξαετὴς male vertitur per *septennem*, à *Gelenió*.) Et is quidem eam *Epiphani* filio Antiochi Comageni, de quo *Num.* 67. mature desponderat. *Ant.* XIX. *c.* 7. Sed cum hic nollet circumcidi & Judaizare, prout virginis parentibus promiserat, *Agrippa Junior* eam dedit nuptui *Azizo*. *Ant.* XX. *c.* 5. *Epiphanes* ille dicitur & *Antiochus*: ut *Epiphanes* cognomen sit. *Bell. Jud.* VI. *c.* 12. Et à fortitudine in Romanos cum fratre *Callinicô*, simulque pietate in patrem commendatur. Pro cujus liberatione cum venisset *Romam*, & juxta cum patre, in honore illic haberetur, *Romæ* mansit: regno Romanis invasoribus relicto. *Bell. Jud.* VII. *c.* 27.

464 80. *Azizo, Regi Emesorum.*] Qui cum circumcisionem admitteret, *Drusillæ* thorô fuit honoratus. Sed illa tamen non ita diu post eum deseruit, & *Felici* se conjunxit. *Azizus* superfuit ad annum Neronis primum: quo exstinctus, fratrem *Sohemum*, de quo *Num.* 61, 67. successorem habuit. *Ant.* XX. *c.* 5.

81. *Felici, Præsidi Judææ.*] Liberto Claudii. *Sueton.* V. *c.* 28. & fratri Pallantis. *Ant.* XX. *c.* 5. *Bell. Jud.* 11. *c.* 11. *Tacit. Annal.* XII. *c.* 54. Flavio dicitur Claudius Felix *Ant.* XX. *c.* 5. Tacito autem, Anthonius Felix. *Histor.* V. *c.* 9. Videtur ex *Regibus Arcadiæ* habuisse genus: quod Scipio Cornelius in Senatu judicaverit: *Pallanti* (fratri Felicis,) *grates publice agendas, quod Regibus Arcadiæ ortus, veterrimam nobilitatem usui publico postponeret; seque inter ministros Principis haberi sineret.* Tacit. *Annal.* XII. *c.* 53. Judææ ut videtur, circa annum Claudii XII, Præses missus fuit. Ubi visâ *Drusillâ*, Regis
465 *Agrippæ M.* filiâ, ejusque insigni pulchritudine obstupefactus, cæpit cum eâ per *Simonem quendam Magum* agere, ut relictô *Azizô* sibi nuberet: aureos montes, & nescio quid non stipulatus. Et *Drusilla* quidem paruit haud difficulter, ac *Felici* nupsit: stimulata maxime invidiâ *Bernices*, quæ eam propter formam oderat. *Ant. loc. cit.* Cæterum, de *Felicis* moribus argute Tacitus, *Histor.* V. *c.* 9. *Claudius*, inquit, *defunctis Regibus aut ad modicum redactis, Judæam provinciam Equitibus Romanis aut libertis permisit. E quibus Anthonius Felix, per omnem sævitiam ac libidinem jus Regium servili ingenio exercuit: Drusillâ Cleopatræ & Anthonii nepte in matrimonium acceptâ. Ut ejusdem Anthonii, Felix progener; Claudius nepos esset.* Confer, *Joseph. Ant.* XX. *c.* 6. *Bell. Jud.* 11. *c.* 12. & *Tacit. Annal.* XII. *c.* 54. Ubi similiter turpissimorum criminum, & nequitiæ vecordiæque reus traditur. Quibus auditis, *Claudius* de ipso & *Cumanô* Galilææ Præside, jus statuendi dederat. Sed die veniente, *Quadra-* 466
tus Syriæ Præses, Judex, *Felicem inter judices ostentavit, receptum in tribunal; quo studia accusantium deterrerentur: damnatusque flagitiorum, quæ duo deliquerant, Cumanus; & quies provinciæ reddita.* Atque ita tum quidem *Felix* evasit. Sed cum sub *Nerone* etiam pergeret in maleficiis, & non solum alia crudeliter committeret; sed & *Jonatham* Pontificem qui pravitatis eum admonuerat, per sicarios confoderet, successor ei *Festus* missus fuit. *Nero* etiam de ipso voluit sumere supplicium, nisi precibus *Pallantis* exoratus esset. *Ant.* XX. *c.* 6, 7. Cum *Drusillâ Uxore*, *Paulum* ad se vinctum adductum Cæsareæ audivit. Sed nullo animæ fructu aut emolumento. Nam cum Paulus prudenter de *Justitiâ, Continentiâ, & extremô Judició* orationem institueret, expavefactus *Felix* cum uxore abiit, dicens: Τὸ νῦν ἔχον πορεύου, καιρὸν δὲ μεταλαβὼν μετακαλέσομαί σε. *Act.* XXIV. 24, 25. Ubi etiam sordida ejus *avaritia* notatur. Nam *Lucas*, *v.* 26. refert, Paulum ab eo sæpius accitum, quod sperarit pro 467
dimissione eum numos oblaturum. Sicut *pleno biennio* vinctum eum tenuit, *Act.* XXIV. 27. *Drusillam* autem, *Anthonii atque Cleopatræ neptem* cum prodat Tacitus, *Hist.* V. *c.* 9. est hoc nobis etiam considerandum. Nam *Drusilla Felici in Judæa nupta*, non solum dicitur οὖσα Ἰουδαία, *Act.* XXIV. 14. sed & Agrippæ filia ex Cypro. *Joseph. Ant.* XX. *c.* 5. *collat. cum Ant.* XIIX. *c.* 7 Quo minus fuit *neptis ex Anthonió*. Constat itaque *Tacitum* hallucinari: si non in *matrimonio Drusillæ Anthonianæ*; saltem *in matrimonii tempore*. Habuit *Felix* tres uxores. Suetonius *l.* V. *c.* 28. inquit: *Libertorum præcipue suspexit* (Claudius) *Posidem spadonem; quem etiam Britannico triumpho inter militares viros hastâ purâ donavit. Nec minus Felicem, quem cohortibus & alis, provinciæque Judææ proposuit, trium reginarum maritum.* Ex his igitur *Tribus Reginis*, una potuit fuisse *Drusilla neptis Anthonii*: puta, ex *filiâ Cleopatrâ seu Selene*, & *Jubâ Rege Mauritaniæ*. (De quibus actum 468
N. 29.) Alios enim liberos *Anthonius ex Cleopatrâ* non sustulit, quam *Alexandrum & Cleopatram* (seu *Selenen*) διδύμους; ac *Ptolemæum*. Dio *Hist. Rom.* XLIX. *Plutarch. in Vit. Anthon.* *Selene* autem nupta *Jubæ*. Habuit ergo *Felix* in matrimonio *Drusillam* aliquam ex his neptem: sed non quo tempore Præses in Judæâ fuit. In quo *Tacitus* rem pervertit. Nam in *Judæâ* non potest ostendi eum aliam habuisse *Drusillam*, quam quæ filia *Agrippæ*. Hanc enim *Felix* visam statim in uxorem petiit. *Ant.* XX. *c.* 5. Viderat autem non diu postquam in *Judæam* venerat. Cum ea toties *ad festa* comparebat: Et *Agrippa* frater apud Romanos frequens. *conf. Act.* XXIV. 24, 27. Ut *Felix* viduus in Judæam venerit: & *Drusillam Anthonii* eo non adtulerit: quippe quæ jam ante exspiraverat. *Tacitus* scilicet, cum audiret *Felicem* tum cum in Judæâ sæviret, uxorem habuisse *Drusillam*, (nempe *Judaicam*) per errorem putavit esse quam ante habuit, *Anthonianam*. 469
Et ea ad *Tacitum* placuit sic reprehendere. Nam qui volunt *Drusillam Felici in Judæâ assumptam*, *neptem fuisse Anthonii & Cleopatræ ex filiâ aliquâ A-*

grippæ Magno nuptâ, prorsus frustra sunt. Etenim, ut nihil dicam de testimoniis *Lucæ* & *Josephi* supra, aut quod *Agrippa* rituum patriæ observantissimus, *Phil. in Flacc. & legat. ad Caj.* fæminam externam contra leges haud sumpsisset, etiam tota Historia his adversatur. Nam *Anthonius* certe aliam filiam non habuit ex *Cleopatrâ*, quam unam *Selenen* nuptam *Jubæ*. Quam si post mortem *Jubæ*, domum Agrippa duxisset; non duxisset ante principatum *Caji*. Moriens enim *annô tertiô Claudii*, filiam reliquit sexennem ex Cypro. *Ant.* XIX. *c.* 7. *collat. cum Ant.* XIIX. *c.* 7. Ut *Cypros* Agrippæ uxor fuerit ad *Caji* principatum usque. Unde si *Selenen*, filiam *Anthonii* postea duxisset *Agrippa*, fuisset ea tum major sexagenariâ: nata scilicet ad minimum *ante*
470 *victoriam ad Actium*, post quam *Augustus* imperavit fere *annos* XLIV. *Dio Histor. Rom.* LVI. & *Tiberius*, *plures* XXII. per *Bell. Jud.* II. *c.* 8. Haud itaque *Selene*, *plus quam sexagenaria*, ex *Agrippâ* potuit filiam parere, quam duxisset *Felix*.

Supra diximus de *Pallante* liberto. Is flagrantissimâ gratiâ apud *Claudium* agitaverat. *Tacit. Annal.* XI. *c.* 29. *Plin. Histor. Nat.* X. *c.* 60. *Julian. in Cæsar.* & ita creverat, ut non modo Agrippina, (cujus corpori insueverat,) per ipsum obtinuerit, ut Claudius *Neronem* filio proprio legitimo præposuerit. *Tacit. Annal.* XII. *c.* 25. & XIII. *c.* 2. sed & velut arbitrum regni sub Claudio egerit, & pangere potuerit: ne cujus facti in posterum interrogaretur, paresque haberet rationes cum Republicâ. *Tacit. Annal.* XIII. *c.* 14. Opes ejus *Tacitus* æstimat in centies quinquagesies sestertium. *Annal.* XII. *c.* 53. Alibi autem pecuniam ejus immensam vocat. *An-*
471 *nal.* XIV. *c.* 65. Quam Xiphilinus, *Epit. Dion. in Neron.* ἐς μυρίας μυριάδας computat: Summam ab *aliis* æquatam quadragies centenis aureorum millibus. Suetonius, *l.* V. *c.* 28. inquit: *Ante omnes* (Libertos extulit Claudius) *Narcissum ab Epistolis & Pallantem à rationibus: quos decretô quoque Senatus, non præmiis modo ingentibus; sed & quæstoriis prætoriisque ornamentis ornari libenter passus est. tantum præterea acquirere & rapere, ut quærente eô quondam de fisci exiguitate non absurde dictum sit: abundaturum si à duobus libertis in consortium reciperetur.* Quâ potentiâ ut fit, lapsus in superbiam, infelicem finem sub *Nerone* habuit. Tacitus *Annal.* XIII. *c.* 2. *Pallas*, inquit, *tristi arrogantiâ modum liberti egressus tædium sui moverat.* Et *Annal.* XIII. *c.* 23. In judiciô, proditionis postulatus superbe responderat: *Nihil unquam se domi, nisi nutu aut manu significasse, vel si plura demonstranda essent, scriptô usum, ne vocem consociaret.* Unde eum *Nero* offensus primo demovit curâ rerum quibus eum Claudius imposuerat.
